Iudex criminalis potest reũ ciuiliter condemnare, si eundem vt præfertur, & criminaliter condemnat: si verò reus venit absoluendus, & tunc nec ciuiliter condemnare potest ad restitutionem rei, seu refectionem damnorũ. Ita pulchre tradit & comprobat Rimin. *cõſ. crim. diuer. 106. n. 8. vol. 1. in paruis.* (item Natta *in conſ. 107. n. 14. l. 2.*) & ita etiam Rota resoluit, vt per Cresc. *l. 1. deciſ. 167. & in tit. de Iudic. 5. in ordine in impreſſis,* & pro hac limitatione primò facit, quia regulare est, quòd absolutoria lata in criminali, præiudicat in ciuili, *l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt. l. 1. ff. quando ciuil. act. crim. præiud.* & tradit Hier. *in addit. ad Ang. de Malef. verbo, ad querelã, n. 97. in vlt. addit. prope princ.* Secũdò facit doctrina Bossij *in tit. quomodo in delic. per act. proced. n. 51.* vbi quòd in materia falsitatis, simulationis, aliisque causis difficilis probationis, in quibus per præsumptiones proceditur, si reus ob illas suspiciones fuerit tortus, & in tortura perstiterit, suspiciones prædictæ sunt purgatæ, & reus est absoluendus, nedũ criminaliter, sed etiã ciuiliter. Tertiò facit, quod dicitur in materia iuramenti in litẽ quòd pariter nunquã parti defertur, quãdo de crimine liquidò nõ constat, Plot. *de in lit. iuran. §. 40. n. 7.* & ante ipsũ Bal. per illũ tex. *in l. ſi quando, in verbo, pateſ. cta, n. 1. in fi.* & ibi etiã Iaſ. *n. 12. in 4. not. ab. C. vnde vi.* Idem Ilia. *in l. fin. n. 7.* & ibi etiã Rom. *n. 3. de iureiur.* Idem Plot. *vbi ſupra, §. 49. nu. 3. ad fi. ver. Et ita eſt rationabile.* prout etiã nec defertur quãdo reus venit absoluendus, vel in tortura perstiterit, Aym. *conſ. 287. n. 4. & ſeqq.* Hartuc. *de in lit. iurã. n. 2. p. c. 2. n. 63. in fi.* vbi notabiliter dixit, quòd adeò de crimine debet liquidò constare, vt si per testes crimẽ, puta furtũ fuerit probatũ, & fur in tortura sufficienter datus negauerit, non poterit amplius contra ipsũ iurare in litẽ, ex Aym. *in loco præcitat.* quicquid in cõtrarium dixit Rota Bonon. *in conſ. 9 inter eadẽ conſilia feudal.* cuius motiuis optimè respõdet Aym. *d. cõſ. 284.* Quartò & vltimò facit, quia ciuilis actio & criminalis rõ possunt simul in eodẽ libello principaliter cumulari, Bar. *in a. l. interdum, §. qui furẽ. ff. de furt. & in l. interdũ.* vbi etiã Imola. *ff. de publ. iud. & in l. 2. §. ex hoc edicto. ff. vi bon. rapt.* cum aliis allegatis per Nattã, *d. conſ. 407. n. 14.* Addo & Bertaz. *poſt hæc impreſſa viſum, in conſ. 232. per tot. l. 1.* vbi quinque fundamentis hanc conprobat limitationem.] Quam etiam post huius libri secund. impressionẽ prædictis relatis Doctorib. sequutus fuit Baiard. ad Clar. *q. 2. n. 9.* Et licèt contra hanc limitationẽ facere videantur ea quæ scripsit Simeõ de Peruſ. *conſ. crim. diuerſ. 49. n. 2. l. 2. in paruis,* vbi dixit, posse Iudicem crim. etiam non constito de crimine reum ciuiliter cõdemnare, quem refert Baiard. *vbi ſup. dict. nu. 9. verſic. item adde,* iunctis allegatis per Crescen *deciſ. 55. de iudic. aliàs 167. l. 1.* vbi voluit posse Iudicẽ maleficiorum etiam omissa criminali condemnatione reum ciuiliter condẽnare. Tu tamen ab ea in iudicando non recedas; quia quicquid in contrarium dixerit Simeon de Peruſ. *in loco præcitato,* veritas est, quòd Iudex criminalis nunquam potest reum similiter condemnare, nisi constito de delicto, quamuis bene possit criminalem condemnationem omittere, vt declarat Crescen. *d. deciſ. 5. n. 1. in fi.* & aliàs voluit Rota coram Robusterio *in vna Bononien nullit. legitimationis de S. Petro, Lunæ 28 Aprilis,* 1578. quod potest Iudex causæ criminalis omissa criminali condemnatione, declarare fidem scripturæ non esse adhibendam.

¶ Verùm ad hoc vltimum, an scilicet, & quando possit criminalis Iudex omissa criminali condemnatione, vel absolutione, principaliter cognoscere, & pronũciare super actione ciuili ex crimine descendente, aduertendum est, quòd res non transit sine difficultate. Quòd. n. Iudex possit hoc facere, videtur voluisse Bost. *in tit. de decreto Mediol. n. 28. in fi. & ſeqq.* motus ea ratione, quia scilicet Iudex maleficiorum potest principaliter cognoscere de actione ciuili ex maleficio descendente, prout est condictio furtiua secun Bal. *in l. ſi pro*

jure,

pro fure,§.condict.ad fin.versic.itẽ facit ad aliud,ff.de cond.furt. quem sequutus est Cart. *in tract. syndica.post nu.142.q.216. ver. adde quòd si agitur de malefic.ciuiliter. fol.mihi 29.* Quorũ authoritate Rota coram Robusterio vbi suprà dixit, non esse nullam sententiam, in qua Iudex criminalis declarauit instrumento tanquam de falso suspecto,non esse fidem adhibendam; quamuis criminaliter, & de pœna non pronunciauerit. In contrarium facere videtur tradita per eund. Boss.*in titul.de plurib.violentiis,n.113.ver. & notabilis quæst.* vbi expresse dicit,quòd quomodo crimen falsi fuit criminaliter intẽtatum, non bene facit Iudex non constito concludenter de crimine, reum ciuiliter condemnare,etiam reseruato fisco iure criminaliter agendi.Et hoc,quia sententia debet esse conformis libello.Ideo pro resolutione crederem esse recurrendũ ad tradita per eund. Boss.*in dict.tit.de decreto Mediol.n.31.* vbi videtur distinguere,quòd prima opinio procedat,quando sola actio ciuilis ex crimine descendens principaliter coram Iudice criminali intentatur; secunda autem, quando ciuilis, & criminalis æquè principaliter proponitur. Et est,ni fallor,verissima distinctio.

66 ¶ Limita II. Vt † tunc demum Iudex criminalis possit reum incidenter ad emendam damni, & restitutionem rei condemnare, si de eius delicto constet ex eius propria confessione:secus si aliter, putà ex cõtumacia,vel per testes,Bal. *in l.qui crimen,col.pen.n.28.ver.item in criminali,C.quia acc.nõ poss.& in l.cunctos populos.in 24.col.ver.incidenter,iuxta hoc,C. de summ.Trin.& fide Cath.* & Bal.secuti sunt Ruin.*consil.35. col.2.vol.5.* Alex.*in addit.ad* Bart.*in l.interdum,§.qui furem,ff. de furt* Felin.*in cap.cùm oporteat,col.fin.de accus.* Rol. *cons.30. n.18.& seq.vol.1.* vbi dicit, quòd quatenus attinet ad contumaciam, nemo est qui Bald.impugnet. [Addo & Berraz.*d. cons.232.n.6.in fin.& seq.* & ibi Claud.*in addit.liter.B,lib.1.*]

Sed quoad testes,quòd scilicet reus per testes conuictus & condemnatus non possit ciuiliter condẽnari,Aug.*in add. ad Ang.de Malef.verbo per iudicem maleficiorum, in 1.addit.* vbi dicit,quòd Baldi rationes sunt friuolæ:& idem Rui. sibi contrarius *in cons 4.col.2.vol.4* reprobando opinionem Bald, vbi dixit,quòd Bald.non legitimè loquitur.Et ita ego hãc vltimã opinionem sequor,quam placuisse etiam video Iulio Claro *in pract.q.2.sub versi.hæc quidem conclusio,* ibi, *per testes conuictus sit.*Nam nullam teneo differẽt iam inter cõfessum, & legitimè conuictum;quia pariter vtroque casu possunt ciuiliter condemnari;licèt secus sit in confessione ex cõtumacia resultante,quæ nullam facit fidem in iudicio ciuili ad ciuiliter condemnandum.

Aduertas tamen,quòd si pœna restitutionis rei & damnorum ciuilis sit imposita ab eadẽ lege,à qua imponitur pœna criminalis,tunc illã Iudex potest imponere etiam contra cõtumaces,prout seruari semper vidit Clar.*d.ver.& hæc quidem concl. prope finem.* Et vide ad materiam huius secundæ limitationis quæ dixi *infrà, q.11.n.103. in fin.in 14. limitatione.*

67 ¶ Limita III. Vt licèt verum sit,†quòd Iudex criminalis possit & ciuiliter condemnare,etiam quòd ex officio per viam inquisitionis procedat: id tamen intelligitur verũ esse, si à parte id petatur, & Iudicis officium imploretur;aliàs secus. Ita præsupponendo partis instantiam loquitur Bart. *in dict.§.qui furem,& in leg.Prætor,§.hoc edicto,ff.vi bo.rapto.* Salic.*in l.si quis à se fundum, in fin.1.col.ver.his sic collectis,C.ad l. Iul.de vi publi* Aug.ad Ang.de Male.*verbo, etiã vestẽ cœlestẽ, n.11.in prin.*Clar.*d.q.2.versi.& hæc quidem concl.*& in specie tradit Ruin.*cons.87.col.2.vol.4.& cons.35. vol.1.in fin. vol 5.* quorum dicta referendo & ponderando sequitur Roland. *d. cons.16.n 12.& seqq.vol.1.*

68 ¶¶ Octavvm est requisitum,† vt non possit inquisitio formari per Iudicem transactis 20.annis à die commissi criminis,quib.lapsis regulariter delicta præscribũtur, Iodoc. *in* * *pract.crimin.tit.de inquisit.n.27.* vbi de communi, *per text. *in leg. querela,* & ibi Doct.*ad l.Corn.de falsf* Bal.*in trac.de præscript.in 4.par.4.par.prin.qu.2.n.2.* vbi pariter de communi. Marsi.*in pract.§.constante, n.80.*Pract.Conr.*tit.de inquis.n.36.* Boss.*in tit.Quomodo proced.per act.in delict.n.17.& n.22.& in tit.de accus.n.32.* plures adducit concordantes, Anto.Gomez.*tit. de delict.c.1.num.5.* Abb.*in cap. cùm haberet, num.4.* * *de eo,qui dux in matrim.* vbi etiam de communi.*Villalob. *in comm.opin.ver.delict.n.55.* Viui. *in comm.opin.li.vers.accusatio falsi.*qui omnes similiter hanc dicunt communem opinionẽ, & ita aliàs iudicatum refert & sequitur Clar. *in pract. q.51. in prin.& ver. Et hæc quidem conclusio.* vbi plurib. adductis ad hoc concord.dicit secund.Aug.de Castro *in cons.crim. diuer. 94.n.61.li.1.in paruis,* quòd in hoc omnes concordant.& licèt Glo.*in d l.querela,* videatur sensisse, quòd officium Iudicis in inquirendo non præscribitur minori spatio 30. annorum,tamẽ non recedas à prima communi & practicata opinione;quia illa gl.communiter reprobatur, vt per Doctores antedictos,& latiùs dicam infrà *q.10.*

69 ¶¶ Nonvm est requisitũ,† Vt ad hoc, vt inquisitio formari possit, reus debeat esse præsens;quia contra absentem, nisi per contumaciam se absentem fecerit, de iure procedi non potest.ita notant omnes *in c.qualiter & quãdo,il 2.de accus.* teste Claro *in pract.q.11.in prin.* vbi secund.Maria.*in d.c. qualiter & quando,n.91.* dicit, quòd hodie contrarium seruatur de consuetudine, secundùm quam reus siue absens, siue præsens, siue contumax,siue non, inquiri potest. Bene verũ est, quòd quando reus est præsens,& carceratus,tunc nõ solet contra ipsum formari inquisitio;& si ante carcerationem formata reperiatur, pariter ei non traditur inquisitio.copia, sed examinatur & interogatur super delicto, de quo est inquisitus.Sed an absens condemnari possit,*vide infrà,in q.11.* vbi latè disseremus materiam absentis contumacis & banniti.

70 ¶¶ Decimvm est requisitum, † quia si post inquisitionem superueniat aliqua noua qualitas aggrauans delictum principale in inquisitione deductum,puta si post inquisitionem factam de vulnere,superueniat mors vulnerati,tunc illa inquisitio facta de vulnere euanescit,nec ex ea potest sequi condemnatio pro homicidio in pœnam mortis, sed noua opus est super morte & homicidio inquisitione, Bald.*in l. si vulnerato seruo,ff.ad leg. Aquil.* Bar.& alij *in l.dãni infecti,§. Sabinus,ff.de damno infec.* Marsi.*in pract.§.& quia, n.36.& in §.sequitur,n.23.* vbi quòd probationes factæ contra accusatũ de vulnere nõ præiudicant,si mors sequatur, per glo.*in l.si.C. si reus vel accus.mor.fuer.* & idẽ in repetit.*in §.quoniam, n.60.* Ant.Gomez.*variar.resol.to.3.tit.de homicid. nu.31.* vbi reddit rationẽ,quia aliàs sententia non esset cõformis libello, Rub. Alex.*in l.penu.§.ad crimen,ff.de pub.iud.in tract.de potest. Procurato.ad defens.in cau.crim.n.93.aliàs 51.vers. sed tu considera,* vbi de communi.*

71 Limita I.†Hanc conclusionem huius decimi requisiti non procedere in inquisitione facta de vulnere mortali, seu illato animo occidendi;in qua etiam morte sequuta potest absque alio processu,seu noua inquisitione de homicidio & morte sequi condẽnatio,*Rub.suprà d.n.93.in fi.aliàs 51.vers. posset tamen saluari,* & ante eum Bar.Cast.& alij *in d.§ Sabinus,* Ang.de Malef. *in verbo, vna alia percussione, n.1.& 2.& verbo,in platea cõmunis,n.29.* & ibi Aug.*in addit.* Pract.Cõr. *tit.de vulneran.& percutien.n.9.& seqq.vsque ad n.15* vbi post Bar.& Ang.de Malef.*vbi suprà* dicit,& verè,hanc limitationem procedere de iure communi,secundùm quod vulnerãs lethaliter & animo occidendi punitur vt homicida, etiam effectu mortis nõ sequuto, *l.is, qui cum telo,ff.ad l.Corn.de sicar.* secus hodie de consuetudine,secundùm quam cùm non puniatur affectus nisi sequuto effectu, vt suo loco dicetur, ideo non potest sequi condemnatio de morte ex inquisitione facta de vulnere etiam lethali,seu animo occidendi illato, vt ibi per eum & hanc distinctionem approbat,& communem* dixit Ant.Gomez.*d tit.de homicid.n.31.*

72 ¶Limita II.†In inquisitione,in qua adest clausula,*Super dependentib.& connexis,* Boss.*tit.de inquisit.n.105.107.in fin.& 108.in princ.* & ante eum Ang. de Malef. *in verbo in platea Communis,n.29.*

73 Limita III.†In inquisitione,in qua Iudex expresse protestatur,quòd intendit etiã super morte inquirere, quatenus succedat;& quòd in euentum mortis imponit pœnã homicidij ordinariã,prout hodie hęc protestatio in curia Romana regulariter in monitoriis,quæ reo trãsmittũtur,apponi solet. Hoc itaq; casu potest de morte condemnari ille,qui vulnerauit,si mors sequatur Ang.de Mal.*verbo Vna alia percussione, n.12.* ibi:*Si autẽ fuerit ad hoc proposita,&c.* vbi reddit rationẽ, quia scilicet ius superueniẽs actori ex causa de præterito,cõ-

firmat

firm it iudicium, *l.si rem alienam. §. fin. ff. de pign.act.* & ita cõmuniter * Doctores tenere testatur Ant.Gomez. *d. tit. de homicid.n.31. propè fin.* vbi alios addicit concordantes, &c.

ARGVMENTVM.

De corpore delicti, quando, & quomodo Iudici constare debeat, antequam procedat ad inquisitionem, capturam, torturam, seu condemnationem.

SVMMARIVM.

Corpus delicti debet probari antequam Iudex procedat ad inquisitionem, capturam, seu torturam, n. 2. & 3.

Corpus delicti est probandum etiam in inquisitione formata de Principis mandato, n.1. in fi.

Corpus delicti nõ dicitur probatum ex eo solo, quòd homo mortuus reperiatur, nisi etiam constet illum hominem scelere interemptum. sub num. 1.

Corpus delicti ad hoc vt constare dicatur, debet etiam de illius qualitatib. ac circumstantiis constare, sub n.1. & n.4.

Corpus delicti probandi causa possunt cadauera mortuorum effodi, num.5.

Corpus delicti an sufficiat probari per coniecturas, & præsumptiones: an verò per liquidas & plenas probationes. Et quæ in proposito dicatur liquida & plena probatio, n.6.

Corpus delicti debet constare, etiamsi reus sponte fateatur delictum, num.7.

Confessio ficta nihil operatur non constito de corpore delicti, n.7. in fi. vers. Amplia hanc quintam ampliationem.

Corpus delicti quomodo debeat constare, quando quis fatetur se occidisse hominem ignotum in nemore, vel prope littus maris, num.8. vbi firmatur regula cum tribus limitationib.

Corpus delicti quomodo debeat constare, quando agitur contra hominem malæ famæ, assassinos, vel malandrinos, n.11.

Corpus delicti in delictis occultis & difficilis probationis, sufficit constare per coniecturas, n.12.

Corpus delicti sufficit vt probetur per indicia in delictis, in quibus ex postfacto nulla remanent vestigia, n.13.

Corpus delicti in crimine furti, quomodo constare dicatur ad hoc vt contra furem procedi possit, n.14. & seqq.

Corpus delicti in furto, an debeat plenè probari, an verò sufficiant coniecturæ, n.14.15.16. & seqq. vbi quib. coniecturis probetur delicti corpus in furto.

Corpus delicti in furto, an dicatur probatum ex acclamationibus, seu conquestionibus, num.17.

Corpus delicti in furto, an dicatur probatum per querelam partis, num.16.

Corpus delicti in furto, an probetur ex fama orta in vicinia, n.18.

Corpus delicti in furto, an probetur ex fractura ostij, num.19.

Corpus delicti in furto, an probetur ex fuga famuli, n.20.

Corpus delicti in furto, an probetur ex inuentione scalarum ad fenestras, n.20. vers. Sexta est furti coniectura.

Corpus delicti in furto probatur per strepitum & rumorem auditum in loco, vbi dicitur commissum furtum, num.20. vers. Septima est coniectura.

Corpus delicti in furto nõ dicitur probatũ, nisi probetur res furto subtracta fuisse in loco cõmissi furti, n.19. ver. Ideo, vbi, &c.

Corpus delicti in crimine falsi probatur per indicia & coniecturas, num.21.

Confitens plura furta fecisse, condemnari non potest, nisi furtis verificatis, sub n.15.

Corpus delicti in falsa moneta, quomodo probetur, n.22.

Corpus delicti in crimine adulterij probatur per cõiecturas, n.23.

Corpus delicti in crimine sodomiæ & stupri, probatur per coniecturas, n.24.

Stuprum probatur per dictum & depositionẽ obstetricum n.24.

Corpus delicti in crimine hæresis, an debeat probari, an verò sufficiat sola confessio, num.25.

Corpus delicti non est necesse quòd probetur in crimine lamiarum, num.26.

Corpus delicti, an probetur per famam, ibid. n.27.

Corpus delicti, an dicatur probatum, si nomen occisi non est probatum, num.28.

Corpus delicti, quomodo probetur in iis quæ possunt esse & non esse delicta: puta in eo, qui suffocatus, vel in puteo præcipitatus reperitur, n.29.

Inquisitio super homicidio valet, etiam quòd nomen occisi ignoretur, num.28.

Inquisitio super furto valet, etiam quòd ignoretur nomen eius, cui res furto subtracta fuit, n.28. in fi.

Corpus delicti in veneno probatur per indicia, & testes, & relationem medicorum, & per signa, de quib. n.30. & seqq.

Venenatum quem esse probatur per testes, per relationem medicorum, & per signa, de quibus, n.30 & seqq.

QVÆSTIO II.

INQVISITIONEM † Non posse contra aliquem formari, nisi cõstet de corpore delicti, dixi *supra in antecedenti prima qu. in primo requisito, n.6.* vbi plures adduxi ad hanc regulam concordantes. Et præter alia iura adduxi textum cõmuniter ab omnib. allegatum *in l.1. §. itẽ illud, ff. ad Syllan.* cuius verba sunt hæc, *Item illud sciendum est, nisi constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionẽ: liquere igitur debet scelere interemptũ, vt Senatusconsulto locus sit.* Adeò quòd ex textu videtur probari, quòd nedum debet constare delictũ esse commissum, sed etiã scelere, hoc est, dolo commissum, prout annotauit Bosi. *in tit. de delict. n.3. & 4.* vbi adducit in exemplũ casum, qui in arce Mediolani de anno 1522. contigit, in qua in Vigilia S. Petri fulgur interfecit vltra ducentos viros: isto enim casu licet homines fuerint interempti, non tamen scelere interempti sunt, & sic non constat de corpore delicti; quia, vt ibi inquit Bosi. non dicitur constare de facto, nisi etiam constet de qualitate facti. *l.si per alium, §. accere. ff. nequis eum qui*, Foller. *in pract. crim. verbo, capiat informationem, n.4. & seqq.* vbi declarat, an, & quando sufficiat probare delictum in genere, an verò sit necesse probare qualitates inferentes delictum: ac etiam bene declarat verba illa *d. §. item illud*, videlicet *scelere interemptum*, quomodo intelligantur. Sequitur Brunor. à Sole *in suo cons. crim. num.13.* Sigismun. Scaccia post huius libri secundam impressionem habitus *in tract. de iudic. caus. ciuil. & crimin. lib.1. cap.83. num.3. & n.6. ante finem, vers. & in tantum.* 1

Quare, constare de delicto debere, non solùm est cõmunis, * & practicata opinio: sed ab ea nemo, quem viderim, discrepat, & ita omnes Doctores exclamãt, vt videre est apud Bart. Ang. Rom. Cuma. Io. Igne. & alios *in d. §. itẽ illud*, Ang. de Malef. *verbo, fama publica*, & ibi Aug. *in addit. n.108. ver. 12. tu iudex*, Bal. *in l. quoties, §. si quis nomen ff. de her. inst. & in auth. sed nouo iure, col 2. in fi. ver. sed pone, quis consuetur*, & ibi Castr. *col.2. vers. item nota*, C. *de seruis fugit.* idẽ Bald. *in c. at si clerici, col.2. ver. idem oportet quod cõstet de iudic.* Gram. *cons.60. in prin.* Marsil. *cons.8. n.1. & seq. & cons.12. n.33. & seqq.* vbi dicitur, quòd nec ad examinãdum reum potest Iudex deuenire, nisi de delicti corpore constet, *& cons.14. n.13. & cons.40. n.4. & seqq.* Bertran. *cons.257. col.1. ver. adde prædictis, vol.3. & cons.258. col.3. ver. quatenus verò, vol.1.* Paris. *cons.153. col.2. vers. antequam enim, vol.4* Blanch. *in pract. in princip. n.1. & seqq.* Ruyn. *cons.80. col.2. vers. nec obstet, vol.4.* plures allegat Ant. Gabriel. *lib.7. tit. de crim. cõcl.17. n.4.* Foller. *in pract. crim. in verbo, capiat informationem, n.3. & seqq.* idem Bosi. *in d. tit. de delic. n.1. & n.14.* Roland. *cons.51. n.9. & seqq. vol.1.* Franc. Beci. *cons.70. n.1. & seqq.* Clar. *in pra. q.4. in prin.* vbi quòd hęc est vulgaris, & trita conclusio. Et licet ibi dicat, quòd ad inquirendum sola querela sufficit absque eo, quod alias constet de corpore delicti: tamen aduertas quòd id intelligi debet in delictis, quæ vel sola voluntate perficiuntur, vel de quibus post factum nulla remanent vestigia: secus in aliis. Ita se ipsum declarat idem Clarus *in d. q.4. ver. sciatamen, & vers. quando verò*, nos infrà dicemus in limitationibus [Addo pro eadem conclusione Bursat. *cons.201. n.20. & plurib. seqq. lib.2.* vbi latissimè plurib. aliis relatis concordantib. hanc comprobat conclusionem Osasc. post hæc scripta habitus *in cons. 66. n.20. libr.1.*] Honded. *cons.107. n.7. & seqq.*

Ratio autem huius vulgaris, & veræ conclusionis ea est, quia (vt inquit Bosi. *in tit. de delict. n.26.*) regulare est in qualibet materia, quòd vbi lex aliquid disponit respectu certæ rei, debet priùs de illa re constare, *l. diuus ff. de testi. mil. gl. in c. ad dissoluendum, ver. accusare de desponsatio impub.* Et qui vult probare qualitatem, debet priùs probare substantiam, in qua illa qualitas fundatur. Glo. *in l. si arbiter. ff. de proba.* & hanc pariter rationem considerarunt Anton. Gomez. *titul. de capitu. reorum num.1.* vbi plura in proposito adducit

concor

concordantia iura, Brun.à Sole *d.suo cons. crimin. n.13.& nu.* 139. 141.& 143. vbi dixit ampliùs, quòd si etiam Princeps motu proprio mandaret contra aliquem inquiri, adhuc tamen intelligi debet,si constet de delicto,& non aliàs,&c.

2 ¶ Ampliа I. † hanc conclusionem, vt nisi de corpore delicti, vt suprà, Iudici constiterit, non poterit ad capturam deuenire, prout in specie in casu capturæ traditur per Marsil.*d.cons.* 12.*n.*33.& *in pract.in princ.n.*4. Ant. Gomez. *in tit.de c.reorum,nu.*1.Brunor.*d.cons.suo crim.num.*13. Boss.*d. tit.de delic.n.*53.Gram.*consi.*15.*col.pen.& cons.*30.vbi loquitur in crimine falsi:latè Io.Mar. Mõticell. *reg.*13.*n.*1.& *seqq.* * de cõmuni *testatur Bonacos.*in com.opin.p.*2.*ver.Captura vt valebat,p.*8.*à tergo,col.*1.& alij sæpe sup.relati Doctores. [& alios plures refert cõcordantes Br.à Sole, post hæc impressa habit.*suis quæst.legalib.q.*30.*n.*22. Burs*at.cons.*201.*n.*33.*l.*2.]

Et in Clerico præsertim, quòd non possit capi, nisi priùs Iudici constet de corpore delicti, & aliter capiendo sit excommunicatus,tradit Io. And.*in c.si clericos,in verbo,cõmissos,* * *de sent. excomm.in sexto,*dixit cõmunem * Corn. *in cons.*325. *litera C,l.*4. refert & sequitur Clar. *in pract.§.fi.q.*28.*sub ver. quæro nunquid,&c.*& dixi *infrà,in tit.de carcer.q.*27.*n.*74.

¶ Sed quid, si reus fuerit de fuga suspectus, an tunc possit capi non constito de delicto,ac illius corpore, vide infrà, *in tit.de carcer.q.*27.*sub* 10.*concl.*1.*inspect.n.*125.

3 ¶ Ampliа II. † Vt non constito de corpore delicti,multò minùs posset deueniri ad torturam, vt expressè dicit tex. *in d.§.item illud,*ibi, *Nõ haberi de familia quæstionẽ,*& in specie traditur per Marsil. *in cons.*8.*n.*1.& *cons.*12.*n.*34.& *cons.* 46.*nu.*1.& 2.& *in l.*1.*in prin.nu.*5.*ff.de quæst.* Bart.*in l.fin.col.* 1.*in fi.ver.*& *ad euidentiã,ff.de quæst.*Clar.*in pract.q.*4.*in prin.* vbi dicit, quòd ille tex.propriè loquitur in tortura, & *in q.* 64.*vers.debet autẽ Iudex,* Ang.de Malef.*d.verbo, fama publica,n.*108.*ver.*12.*tu Iudex,*& ibi Ang. *in addit.in fi.*Brũ *de indic.*2.*par.q.*5.*n.*8.& *n.*10. Aym. *cons.*244. *in prin.*Boss.*in tit. de delic.n.*14.Gabr.qui plures adducit concordantes, *in l.*7. *de malef. cõclu.*17.*n.*1.Plot.*consi.crim.diuer.*137.*n.*22.*vol.*1.*in magnis:*Burs*at.cõs.*201.*n.*29.& *seqq.plurib.l.*2.Hond.*cõs.*107. *num.*7. [Plures alios adducit concordantes, Franc.Personal. quem post hæc scripta habui,*in suo tract.de iudi.& tort.num.* * 11.] & vbique communiter * Doctores.

4 ¶ Ampliа III. † Vt non solùm debeat constare de delicto, putà homicidio,sed etiã de illius qualitatib. & circunstantiis,& propterea practica est, vt Iudex vadat vel mittat Officialem ad visitandum cadauer,& ex eo describat,ac etiã in actis referat, quot percussiones,quot vulnera pũctim,vel cæsim, & in qua parte corporis habeat, & an sint mortalia, nécne,& cum quo genere armorum illata,& similia,Angel. de Malef.*verbo,fama publica,n.*108.*ver.*12.*tu Iudex,*Boss.*tit. de delic.n.*24.vbi id optimè practicari asserit duplici ratione. Primò,quia in eodẽ homine occiso contingere potest,quòd vnus de occiso teneatur, alius de vulnere simplici, alius de vna percussione,& alius de alia.Secũdò,quia Iudices per distinctam corporis delicti qualitatum descriptionem deueniunt ad cognitionem, an testes desuper examinati verum dixerint,nécne, cùm sæpe cõtingat eos plura deponere, quã ea,quæ ex corporis inspectione apparent, Ant.Gomez.*tit.de c.reorum,n.*1.Blanch.*in repet.l.fi.n.*19.& *seqq.ff.de qu.* vbi di- * citur,quòd ita seruat mundi consuetudo, * & ante eũ idem dixit Ang.*in l.si in rixa,n.*2.*ff.de sicar.*& Io.de Amic.*cõs.*131. *nu.*7. & quòd melius est,mittere Chirurgos, & Medicos ad inspectionem cadaueris; quia ipsi meliùs cognoscunt, an vulnera sint mortalia,nécne; & cum quo genere armorum fuerint illata,sequitur Foller.*in pract.crim.in verbo,capiat informationem,nu.*4.29.& 30. vbi ampliùs not.quòd super recognitione cadaueris Officialis per Iudicem missus ad illud inspiciendum debet testes examinare,qui illum cognouerint, dum vixit. Et idem tradidit Clarus, qui bene loquitur in materia, *in pract.crim.q.*4.*in vers.quando verum est delictum,*& ante eũ Blanch. qui pariter bene loquitur,*in pract. in prin n.*6.& *seq.*vbi dicit, quòd hæc est cõmunis practica, Rol. *cõs.*51.*n.*10.15.& *seqq.vol.*1.Nau.*in pra.cri.fol.mihi* 79. *nu.*1 vbi ponit formã conspiciendi cadauera, & describendi vulnera mortuorũ,quæ appellantur, *Visum & Repertum.* Dicitque,quòd ita hactenus seruat cõsuetudo,& aliam formulam inspiciendi cadauer posuit Iodoc.*in pract.crim.c.*7.*tit.de inspect.occisi,n.*1.& *seqq.*vbi inter alia,quòd pariter sunt mittendi Chirurgi ad corpus inspiciendũ. † Et si cadauer fuerit 5 sepultũ,posset Iudex illud effodi facere,secun.Marant. *tit.de inquis.n.*18.quem refert Conr.*in prac.tit.de inquisit.sub n.*24. *primò amplia.pag.*253.Iodo.*in pract.d.tit.de inspect. occisi. c.* 73.*n.*1. Clar.*d.q.*55.*sub ve.quomod.autẽ.*Ad quæ omnia vide etiam Sigismun. Scacciã *in tract. de iudi. caus.ciui.crim.c.*83. *n.*11.*ad med.ver.vnde si vulneratus,& n.*12.13.17.& 18.

¶ Ampliа IV. † Vt de delicti corpore debeat constare, 6 non per coniecturas & præsumptiones, sed liquidè, & per plenas probationes.Ita probat tex. *in d.l.*1.*§.item illud,ff. ad Sylla.*ibi *: liquere igitur debet,& in l.si quando, C. vnde vi, in verbo,patefacta,*& ibi Bald.*n.*2.& Ias.*n.*12.*in* 4.*notab.*Ang.*in l.certum,ff.de confess.*Capella Tholos.*decis.*313.Boer.*dec.*288. *n.*2.*in fi.*[*vers.si vero agitur de maximo præiud.*]Ay.*cons.*244. *in pri.*Ioach.Minsing.*obser.*81.*cẽt.*3. Foller.*in pract.crim.ver. capiat informationem,n.*181. Dec.*in consi.*410.*in causa mota Mediol.nu.*6.& *seqq.* quos & alios refert,& sequitur Ioseph. Mascar.post hæc scripta visus, *in tract.de prob.l.*2.*concl.* 830. *n.*5.[Osasc.*cons.*66.*n.*20.]Sigismund.Scaccia,*d.c.*83.*n.*11.

Liquidè autem & plenè dicitur constare de delicto, si de eo vel per testes,vel euidentiam facti constat,Gandi.*in tit.de præsump.& indi.indubitatis, col.*2.*n.*6. *ver. aliud etiam notauì dignum.* Vbi propterea dicit, quòd Iudices faciunt per aspectum videre hominem mortuum vel vulneratum,Boss.*tit.de delic.n.*15.& *num.*16.*in fi.*& *n.*18.vbi licèt dicat quòd secun. Gandi. *vbi suprà* sufficiat de delicto constare per indiciũ, & ab hac opinione Gandini tanquã magnæ auctoritatis in criminali materia temerariũ esset recedere;illud tamen procederet in delictis,in quib. ex pòst facto nulla remanent vestigia;& sic quãdo cessat euidentia facti, & propterea sufficiũt indicia,prout infrà dicemus. At vbi probatio potest fieri plena & euidens,& sic in aliis delictis,tunc indiciũ non sufficit, sed per aspectũ cadaueris probari debet delicti corpus,prout idẽ Gandi.*ibi.*dixit,& colligitur ex trad.per eundẽ Boss. *ibid. n.*18.dũ dicit,quòd de delicto debet cõstare plenè, si ita fieri possit,& *n.*19.ibi,*in delictis maximè in quib signa nõ remanẽt,* & sic cessat rei euidentia; & ita aduertas,nec erres in interpretatione verborũ Bos.qui vt plurimũ obscurè loquitur Si enim alio modo & generaliter in quocunque delicto vellemus admittere per indicia probari illius corpus, loqueretur vtique contra cõmunem * omniũ Doctorum opinionẽ, de * qua suprà, & malè iudicio meo. Et ita etiam responderi potest ad ea,quæ scripsit Fran.Bec. *in cons.*70.*n.*11.& *seqq.li.*1. vbi motus authoritate Gandini & Boss.*in locis præallegat.* videtur generaliter concludere in probatione corporis delicti sufficere indicia & coniecturas;quod,vt dixi,non est verum, nisi in delictis,in quib.vel non remanent vestigia, prout loquitur Bossius;vel in iis, quæ sũt difficilis probationis, prout est furtum.In quo casu cõsuluit Bec.ibi,& infrà dicemus. At vbi cessat difficultas probationis, & vbi post factum remanent vestigia, tunc sine dubio ad probandum corpus delicti indicia & coniecturæ non sufficiunt:sed probatio debet esse liquida & plena, vt per præallegatos: quibus addo Brun. à Sole *in suo cõs.crim.n.*22.vbi dicit,quòd de delicto commisso constare debet per testes & probationes liquidissimas, & sine exceptione,Arimi.*in addi.ad Ang. de Male.verbo,& fama publica,n.*108.*in fi.*vbi secun.Bal quem allegat,*in le.*3.§. *eiusdẽ,in suis addit.ff.de testib.*dicit,quòd antequã deueniatur ad torturã,debet liquidè cõstare de facto, quia tortura datur non ad liquidandũ factũ, sed personam, & ita Bal.referendo sequitur Brun.*de indic.*2.*pa.q.*5.*n.*10.Cla.*in pra.q.*4.*ver quãdo verò,* vbi not.quod non dicitur legitimè constare de delicto,nisi Iudex,vel curia illius corpus oculis subiiciat,& ante eũ idẽ dixit Blanc.*in pract.in prin.n.*3. vbi quòd Iudex debet esse certus de homine mortuo,& *nu.*5. vbi quòd non potest procedere, nisi viderit corpus, quod propriis oculis subiici potest.Sigismun.Scaccia *d.cap.*83.*nu.*17.vbi ampliùs refert, quòd quando Curia habet potestatem inspiciendi cadauer: tunc non dicitur de corpore homicidij liquidè constare,nec potest Iudex contra aliquem specialem inquisitionem formare,& eum citare, etiam quòd habeat testes deponentes de visu super homicidio commisso.

¶ Ampliа V. † Vt defectus probationis corporis delicti 7 non suppleatur per rei confessionem dicẽtis se deliquisse. Si enim

enim quis fateatur homicidium commisisse, non potest ex hac confessione damnari, nisi aliter de homine occiso constet, Bal. *in l. Diuus, ff. de mili. testam.* Bal. *in l. vnica. C. de cõfess.* Soc. *in l. nõ vtique, circa fin. versi. caue tamẽ, ff. de except.* Bertrã. *cons.* 257. *l.* 3. Riminal. *cõsi.* 6. *n.* 6. Ang. *in l. prima, col.* 2. *& in l. certũ, in princ. ff. de confess.* Felin. *in c. auditis, col.* 16. *de prascrip.* Boër. *decis.* 164. *n.* 8 Grammat. *decis.* 2. *n.* 28. Paris *cons.* 153. *n.* 8. *vol.* 4. Matsil. *consil.* 8. *n.* 2. *& in pract. § postquã, n.* 48. *& in §. principium, nu.* 6. Gig. *de crim. læsæ maiest. l.* 2. *tit. quomod. & per quos crimen læsæ maiest. probe. quæst.* 1. *nu.* 5. Angel. de Malef. *in verbo, & vestem cœlest. nu.* 25. *versi quid si confitetur*, Blanch. *in pract. in princip. n.* 2. Aym. *cõsil.* 211. *n.* 3. *& cons.* 262. *n.* 3. *versi. quinimo*, Gram. *cons. cri.* 16. *n.* 5. Dian. *regl.* 224. *in prin.* Boss. *tit. de delic. n.* 15. vbi quòd hoc nullam habet difficultatẽ, Brun. à Sole *in suo cons. cri. n.* 51. & licèt idẽ Boss. *ibidẽ n.* 16. videatur hanc ampliationem limitare in confessione vestita aliis indiciis, quasi quòd illa sufficiat ad condemnandũ, etiam quòd aliàs non constet de delicto in genere: eius tamen dicta intelligenda sunt, vt procedant in casibus in quibus indicia sufficiant ad probandum corpus delicti: secus in aliis, vt dixi *suprà in* 4. *ampliatione*. Rursus licèt etiã Io. Andr. *in addi. ad Spec. in tit. de accus. § fin. ver. sed pone, A. fuit accusatus.* & Alex. *in suo solemni cons.* 19. *vol.* 7. dicant, quòd spontanea confessio rei excuset Iudicũ condemnationẽ, quamuis de delicto non constet, & quòd ita de facto seruatur: eorum tamen opinio reprobatur à Bossio, *d. tit. de delict. n.* 22. & à Claro *in pract. q.* 55. *ver. potest etiã.* vbi quòd ita seruatur, & à Ioach. Minsing. * *obseru.* 81. *cent.* 3. Pro quorũ vera & cõmuni * opinione addo Cephal. *cons.* 230. *n.* 11. *vol.* 2. Rolan. *cons.* 51. *n.* 13. *vol.* 1. Frãc. Bec. *d. cons.* 70. *n.* 2. *& seq.* vbi ampliat, hoc nõ tantũ procedere in cõfessione generali emissa per detentũ cõfitentẽ se fecisse plura homicidia vel furta: sed etiã in confessione speciali de aliquo particulari homicidio, vel delicto, Bursat. *d. cons.* 201. *n.* 29. *& seqq. plurib. l.* 2. Hond. *cons.* 108. *n.* 50. vbi tamen quòd isto casu, potest mitior pœna imponi ex Bal. & aliis ibi per eum allegatis. [Addo & eund. Clar. *d. q.* 55. *ver. quomodo autẽ*, Ioseph. Masca post hęc scripta visũ *in suo tract. de prob. vol.* 2. *cõcl.* 754. vbi plura adducit in materia, & Flam. Cart. pariter post hæc scripta visum, *in suo tract. de exeq. sent. c. fi. n.* 9. *& seq.* vbi hanc conclusionẽ de iure dixit clarã, apertã & indubitatã, & idẽ *in n.* 228 *in fi.* & Osasc. *cõs.* 66. *n.* 21. *l.* 1.] Et ratio huius quintæ ampliationis ea præcipua est, quia, vt inquit post alios Gigas *d. q.* 1. *sub eod. n.* 5. & Brun. à Sole *in d. suo consi. cri. n.* 200. non est in potestate alicuius cum sua confessione facere delictum, vbi delictum non est, ad tradita per Aym. vbi plura affert exempla, *in cons.* 262 *incip. Protestor nolle, num.* 3. *& 4. vol.* 2. Si enim aliter diceremus, sequeretur quòd quis esset dominus membrorum suorum, *contra l. liber homo, ff. ad l. Aqu. & l. non tantum, ff. de pœn. cum vulg.*

Amplia seu potiùs subamplia hanc quintam ampliationem, vt procedat non solùm in cõfessione vera, sed etiam in confessione ficta à statuto vel consuetudine, volente contumacem haberi pro confesso: cũ enim ficta confessio non debeat plus operari quã vera, vt per Bald. *in l.* 2. *§. quòd si actor, in fin. n* 4. *ver. Nota hic, & ver. facit ad qu. & c. de iuram. propt. calum. dam.* cũ aliis per Foller. *in pract. crim. in* 4. *part.* 3. *part. verbo, etsi confitebuntur, n.* 25. Idcirco sicut verè confessus non potest condemnari non constito de corpore delicti, multò minùs poterit fictè confessus, vt per Guiliel. de Bened. *in cap. Raynutius. part.* 2. *verbo, mortuo itaque testatore, il* 1. *n.* 162. *& seq. de test.* vbi dicitur, quòd contumacia non operatur certitudinem, nec inducit cõfessionem, quòd delictũ fuerit commissum: sed constito de delicto, bene indicit confessionem contra absentem, quòd illud commiserit. Ideo antequam Iudex sententiã cõtra contumacem proferat, debet esse certus de delicto, & quòd illud patratum fuerit, aliter sententia erit nulla, nec exequutionẽ merebitur, vt ibi per eũ, & per Boss. *in tit. de banni nullit. n.* 7. *ver. itẽ quando cõstat iudici*, Plot. *cons.* 52. *post n.* 32. *& 34.* vbi loquitur etiã stante decreto Mediol. volente sententias contra contumaces dãnatos absque alio esse exequendas. Foller. *in pract. crim. in* 4. *par.* 3. *partis, verbo, etsi confitebũtur, n.* 15. *& post n.* 25. Burs. *cons.* 225. *n.* 154. *ver.* 4. * *non cõstabat de delicto*, vbi testatur de cõmuni, * & plures adducit concordãtes Bertaz. *cons. crim.* 380. *n.* 2. *l.* 2. Dec. *cõs.* 86. *n.* 19. *l.* 3. *& cons.* 18. *n.* 218. *l.* 1. vbi alios adducit: & licèt idem Decian. *in d. cons.* 18. *n.* 220. *in fi. ver. Tertiò respondeo*, videatur asserere hoc de facto non seruari: aduerte tamen ne erres, quia loquitur quoad delictum in specie contra certam personam, quòd scilicet ille deliquerit; secus quoad delictum in genere, prout nos loquimur, & seipsum bene idem Dec. declarat *ibid. nu.* 21. *ver. nam scribentes.* aliàs malè loqueretur & contra communes theoricas, prout bene animaduertit Flam. Carta. qui hanc ampliationem, sicut suprà explicatam, ponit *in suo tract. de exeq. sen. capto bannit. c. fin. n.* 141. *& seq.*

¶ Amplia VI. † Vt nisi constet de corpore delicti, nec etiam valeat confessio dicẽtis, se occidisse hominẽ ignotum in nemore, vel prope littus maris, & illũ in mare proiecisse, Bald. *in addit. ad Spec. in tit. de sent. col. pen. ver. Titius fuit confessus, & in l. cũ probatio, in suis addit. ff. de probat.* Ang. *in l. certũ, in prin. in ver. in text. veluti, ff. de confess.* Alex. *cons.* 19. *col.* 2. *vol.* 2. Ias. *in l. iusiur. quod ex cõuent. col.* 7. *in fi. ver. secũdo limita, ff. de iureiur.* Masc. *cons.* 8. *n.* 2. *& cons.* 40. *n.* 6. *& in l. si quis ne q. col. fin. ver. postremò vltra omnia, & in l.* 1. *in prin. n.* 5. *ver. vlteriùs scias, ff. de q. & in rubr. de prob. n.* 103. *in pract. §. prin. nu.* 5. Ay. *cõs.* 211. Boss. *in tit. de delicto, n.* 15. Foll. *in prac. crim. ver. & si confitebũtur, n.* 34. Igne. *in l.* 1. *§. itẽ illud. n.* 4 *ff. ad Sylla.* Bru. *de ind. par.* 2. *q.* 6. *n.* 11. sequitur Rol. *cons.* 51. *n.* 13. *vol.* 1. *& cõs.* 17. *n.* 26. *vol.* 3. Pract. Cõrad. *tit. de inquisit. n.* 24. *ver.* 2. *amplia, pag.* 253. *in* 1. *col.* Clar. *in prac. q.* 55. *ver. quomodo autẽ*, ex quib. apparet, ita cõmuniter * à Doctorib. esse receptũ: quib. addo * Frãc. Bec. *d. cons.* 70. *n.* 3. *l.* 1. Burs. *d. cõs.* 201. *n.* 32. *l.* 2. vbi bene respõdet idẽ Ang. qui cõtrar. sensisse videtur *in l.* 1. *C. de cõfess.* 8.

¶ Limita I. Hanc sextam ampliationẽ vt in isto particulari casu sufficiat de delicto & homine occiso constare per famã, vt ex suprà citatis Doctor. tradiderunt Bald. ad Spec. *de sent. col. antepen. in ver. Titius fuit confes. & in l. quoties. § si quis, ff. de hæred. inst.* Mars. *cõs.* 8. *n.* 2. *& in prac. §. prin. n.* 5. *& in l.* 1. *in prin. n.* 6. *ff. de q. & in rub. de probat. n.* 103. Foller. *in pr. ver. capiat informationem, n.* 15. *& in ver. & si confitebuntur, n.* 34. Aug. ad Ang. de Malef. *in verbo, & vestẽ cœlestem, n.* 26. *in fin.* Boss. *in tit. de delic. n.* 16. Diaz *reg.* 124. *in* 2. *limit.* Bru. *de indic.* 2. *par, q.* 6. *n.* 12. Rolã. *cons.* 51. *n.* 13. *vol.* 1. *& cons.* 17. *n.* 26. *vol.* 3. Prad. Cõra. *d. tit. de inquisit. n.* 24. *in fi.* Gabr. *d. conclus.* 17. *n.* 11. *l.* 7. Io. Mar. Mõr. *reg. cri.* 19. *n.* 11. Iosep. Mas. *de prob. vol.* 1. *cõcl.* 354. *n.* 5. Frãc. Bec. *d. cõs.* 70. *n.* 11. *ver. sed si per famã, l.* 1.

Sublimita Hanc limitationem, quòd tunc demum isto casu fama probat corpus delicti, & ex tali confessione potest sequi condemnatio, quando scilicet est de aliqua certa persona interẽpta, secus de incerta, secun. Blanc. *in prac. in prin. n.* 2. *& seqq. præsertim n.* 5. *& in l. fi. n.* 18. *ff. de qu.* refert & sequitur Foller. *d. ver. capiat informationem, nu.* 30. quidquid in contrarium dixerit ex Bald. suprà relato idem Ioseph. Masca. *d. concl.* 354. *n.* 5. vbi tamen se remittit ad tradita per Blanch. *in loco citato.* Et isto casu fama debet esse legitimè probata, vt dicit Brun. à Sole *d. cons. crim. n.* 50. allegat Bald. ad Specu. *in tit. de sent. antepenult. col. d. vers. Titius fuit confessus.*

¶ Limita II. † Eandem sextam ampliationẽ, vt procedat in eo qui fatetur se occidisse, & proiecisse in mare hominẽ ignotum: secus si hominẽ cognitum & certum, de cuius vita facilè liquere potest. Ruin. *cons.* 80. *col. fin. vers.* 3. *respondetur, vol.* 4. Ale. *cõs.* 19. *col.* 2. *vol.* 7. Gabr. *cõcl.* 17. *n.* 5. *li.* 7. isto enim casu si non reperietur ille, de cuius vita liquere potest, dicitur ex necessaria cõsequentia liquere de eius morte, & propterea sequi potest condemnatio confitentis se illũ occidisse & in mare proiecisse; iuncto tamen aliquo alio adminiculo, secun. Clar. *in pract. q.* 55. *ver. Quomodo autem.* vbi pro adminiculo considerat sanguinẽ repertũ in loco, vbi cõfitetur se occidisse. Ad idẽ Boss. *in tit. de delict. n.* 15. vbi pariter pro adminiculo inducit famã, quòd ille, qui non reperitur, fuerit occisus: isto enim casu fama dicitur certa: & propterea probat corpus delicti, vt dixi in antecedenti limitatione.

¶ Limita III. † Eandem sextam ampliationẽ non procedere in hominib. malæ famæ, putà in assassinis & malãdrinis, qui prope litus marir versãtur, & similia facere soliti sũt: qui si confitentur etiã homines ignotos occidisse, & in mare proiecisse, possunt ex hac confessione dãnari, etiam aliter non constito de corpore delicti, Ang. *in l. certũ, ff. de confes. & in l. vnica, in* 2. *col. C. eod.* Ias. *in l. iurisiur. quod ex conuentione, §. fin. vers.* 2. *limit. ff. de iureiur.* Diaz. *reg.* 124. *in* 1. *limit.* Ruin. *cons.* 80. *col pen. vers. secundò respondetur, vol.* 4. Masc. *in rub. de prob.*

8

9

10

11

*prob.n.*103.Aug.ad Ang.de Malef.*in v.& veſtẽ cœleſtem,n.*26. Blanch.*in pract.crim.in princ.n.*2.Gabr. *d.concl.*17.*n.*12.*lib.*7. Foller.*in pra.cri.verbo,& ſi confitebuntur,n.*34.& ſic ex prędictis in propoſito aduertas,quòd ſecun.Ang.*in d.l.vnica, C.de confeſ.*Aug.Arimin.Diaz,& Foller. *vbi ſuprà*,non ſufficit iſto caſu cõfitẽtes homines eſſe malę famę,niſi etiã ſint ſoliti verſari,& ſimilia facere prope littus maris. & idem traditur per Brũ.*de ind.par.*2.*q.*6.*n.*11.*&* 12.& per Io.Mar.Mõt.*reg.cri.*19.

11 Verùm hæc limitatio dura admodum mihi videtur, & ſi Iudex eſſem,quicquid prædicti Doctores dixerint,nunquam condemnarem iſtos ita confitentes ſe occidiſſe & proieciſſe in mare homines ignotos, præſertim ſi in tortura fateantur, ſaltem in pœnam ordinariam, etiã quòd eſſent malæ famæ, & verſati prope littus maris; niſi ad probationem corporis delicti concurreret vel fama vel aliquod aliud adminiculum, vt dixi ſuprà in præcedentibus limitationib. Et quòd mala fama & cõſuetudo verſandi prope littus maris,nõ ſufficiant ad condemnandum hos ita cõfitentes,expreſsè tradit Boſ.*in ti.de delic.n.*15.*ver. & hæc opinio etiam eſt vera*, Bru.à Sole *d. conſ.crim.n.*50.& ambo ad id allegãt Ang.*in l.certum,ff.de cõfeſſ.& in l.*1.*C.eod.*& modo addo Burſ.*de conſ.*201.*n.*32.*li.*1.

12 ¶ Limita I. † Supradictam principalem concluſionem procedere in delictis occultis & difficilis probationis, de quorum corpore ſufficit conſtare per coniecturas,Boſſ.*in tit. de delict.n.*20.Foll.*in pract.crim.verbo, capiat informationẽ,n.* 78.*verſ.fallit tamen*,vbi loquitur in cõiecturis validis,& à iure approbatis,Gabr.*d.concl.*17.*n.*14.*lib.*7.Clar.*in pract.qu.*66. *in prin.*vbi dicit,quòd iſto caſu minores probationes ſufficiũt (Menoc.*in ſuo tract.de præſump.* quẽ poſt hæc ſcripta habui, * *in q.*58.*n.*2.*li.*1.)& hoc omnes * admittunt.¶Quòd enim in occultis delictis, & quæ ſunt difficilis probationis præſumptiua & coniecturata probatio habeatur pro plena, & con- * cludenti probatione,generaliter& communiter*receptũ eſt, ex Bal.*d.quicũque col.*6.*ver.*8.*nota,C.de ſeru.fugit.* Petraſ.*ſing.* 8.*in prin.*Marſ.*in rubr.de probat.ſub n.*238.Pariſ.*conſ.*75.*n.*18. *& ſeqq.lib.*1.Alex.*conſ.*24.*colu.fi.lib.*2.Dec.*in ca.licèt cauſam, n.*12.*in fin.de prob.*Boër.*deciſ.*164.*n.*4.& poſt alios antiquiores,quos allegant,No.*reg.*160.*in 3.fall.& reg.*162.*in princ.& in* 2.*fallen.*Hercul.*in tract.de negatiua,n.* 309.*&* 317. Aym. *conſ.*73.*n.*19.Io.Mar.Montice. *in pract.crim.reg.*11.*n.*18.*& ſeq.*& nouiſſimè Ioſeph.Lud.*in libr.*1.*ſuarum comm.opin.conc.* 45.*ver.ampliatur* 6.Tiber.Dec.*conſ.*18.*num.* 221. *libr.*1.

13 ¶ Limita II. † In delictis in quibus poſt factum nulla remanent veſtigia:in iis enim ſufficit probatio corporis delicti per indicia,Boſſ.*in titu.de delict.n.*19.*&* 23.*in fin.*vbi dicit quòd ita quotidie ſeruatur;& ponit exẽplũ in ſimplici inſultu,vel in percuſſione facta manu vacua,& ſimilib.delictis, de quibus infrà dicetur,in quibus ſequuta cõfeſsione rei, iuſtè poteſt ſequi condemnatio, aliàs multa delicta remanerẽt impunita,vt ibi per eum,Plot.*conſ.crim.diuerſ* 133.*n.* 22.*vol.* 1.*in magnis.*immò ſecun.Clarũ *in pract.qu.*4.*verſ.ſcias tamẽ*, in his criminib.ad procedendũ non requiritur alia inueſtigatio delicti,ſed ſtatim porrecta querela,poteſt & debet Iudex inquirere cõtra delinquentẽ, & habitis indiciis illũ carcerare,& ſuper hoc in practica dicit, quòd nulla ſolet fieri difficultas:ſequuta autem confeſsione rei iuncta prędicenti querela deuenitur ad condẽnationẽ,vt per eund.Clar.*q.*55.*verſi. quomodo autẽ*,vbi ſecund.Boſ.*d.n.*18.dicit ita quotidie ſeruari. Quod ego non puto verum,nec crederẽ ex ſimplici querela iſto caſu probari corpus delicti,ſed bene per aliquas cõiecturas,& indicia,vt ſuprà dixi.Et Boſſ. à Claro allegatus *d. n.*19.nõ dicit id ad quod ipſe illũ allegat,nec loquitur in cõfeſsione emanata ex ſola præcedẽti querela, ſed indiciis prędicentib.quib.accedente rei cõfeſsione deuenitur ad condẽnationẽ;& ita quotidie ſeruari teſtatur,nõ autẽ ex ſola querela. Nec iſto caſu curãdum eſt de Sigiſ.Scacc.qui hãc etiã improbat opinionẽ *in d.*83.*n.*11.*ad fin.*cũ ad id nec rationẽ,nec contrariã alleget alterius Doctoris recepti authoritatem. Et ſic,quòd in delictis facti trãſeuntis, & de quib. nulla poſt factũ remanẽt veſtigia, corpus delicti dicatur ſufficienter probatũ ex indiciis,& cõiecturis,tradit nouiſsimè Ioſeph.Maſc. poſt hæc ſcripta viſus,*in ſuo trac.de prob.lib.*2.*concl.*830.*n.* 7. & quòd niſi hæc præcedãt indicia ſeu coniecturæ ſuper corpore delicti tranſeuntis, non poſsit reo tranſmitti inquiſitio ſeu citatio,expreſsè etiam tradit Scaccia *in præſitato cap.* 83. *num.* 11. Nos verò ſumus in delicto facti tranſeuntis.

¶ Limita III. † Eandem principalem regulam *legis pri-* 14 *me,§.item illud,ff.ad Syll.*non procedere in crimine furti, ſecun. Bal.*in l.3.in add.col.*2.*verſi.item nota ff.de iuſt.* quem referendo ſequitur Rui.*conſ.*80.*col.pen.n.*6.*ver. quoad iſtud primò reſpondetur,vol.*4.*per l.cum ſeruus ff.de cond.cau.*

Contrarium,quòd etiam in furto debeat conſtare de illius corpore,tenuerunt Bert.*cõſ.*257.*verſ.& quamuis,vol.*3.*in antiq.& conſ.*124.*col.*1.*ver.& primò quidem,vol.*2.Pariſ.*cõſ.*153. *col.*2.*ver.antequam,vol.*3. Boer.*deciſ.*164.*n.*8. refert Gabriel. *d.concl.*17.*n.*13.*ver.contrariũ tamen,lib.*7.& de doctrina Baldi valde dubitant Aug.ad Ang.de Malef.*verbo,fama publica, n.*108.*in fi.*Brun.*de indic.*2.*par.q.*5.*n.*10.& quòd Bal.malè loquatur,dixit Boſ.*in tit.de delict.ſub n.*32.& eiuſdem Baldi dictum communiter * reprobari dixit Brun.à Sole *d.ſuo conſil.* * *cri. n.*54. & pro hac contraria opinione plures adducit concordantes Ioſeph. Maſcar. poſt hæc ſcripta viſus, *in tract.de prob.concl.*829.*n.*1.*li.*2.quã etiã opinionem plurib. comprobat Burſ.*d.cõſ.*201.*n.*29.*& ſeq.libr.*2.reprobatis expreſsè Bal. & Ruin.ſuprà,in cõtrarium allegatis, teſtatúrque de veriori & communi opinione. Ideo concordando opiniones dixit Gabriel. *d.concl.* 17. *num.* 14. quòd cùm furtum ſit difficilis probationis,& tale,quòd non remanent de eo veſtigia,factũ ſc.ſine fractura: ideo ſufficit de illius corpore conſtare per indicia & coniecturas,non autem plenè:allegat Gram. *conſi.* 60.*in prin.*& ita etiam traditur poſt alios per Marſil.*in pract. in §.principium,n.*7.*&* 12.*in fi.* latè conſuluit Ripa *inter conſ.feudalia.& conſ.*19.*n.*15.*& ſeqq.& n.* 73. & de communi * teſtatur Petraſ.*ſing.*8.Franc.Bec.*conſ.*70.*n.*11.*ad fin.& n.* * 13.vbi alios adducit.*libr.*1.

Sed quòd immò de furti corpore plenè & non per coniecturas & indicia cõſtare debeat,conſuluit Aym. *conſ.*244.*in pr.*Vbi autem Doct.dicunt ſufficere coniecturas in furto,intelligendum eſt,vbi agitur ciuiliter;ſecus,ſi criminaliter. Ita expreſsè dicit Boſſ.*in tit.de delict.num.*10.*& ſeqq.*& Boſsium referendo ſequitur Ioſep. Maſc. poſt hæc ſcripta viſus *in tract.de probat.lib.*2.*concl.*830.*n.*7.*in fine.*

Et propterea etiam quòd adſint aliquæ coniecturę,ſeu indicia furti, putà querela, conqueſtio, fractura & ſimiles,de quibus infrà dicemus, non per hoc dicetur de furti corpore conſtare,niſi probetur res, quas quis dicit ſubtractas, fuiſſe in loco aſſerti furti,ſicuti ar.tex.*in l.ſi creditor ſine vitio.& in l. ſi pignus, C.de pign.act.& in c.auditis,extr.de præſcrip.*cõſultus reſpond.Grat.*conſ.*91.*n.*1.*libr.*2.Bar.*in l.ſi quando,in fi.C.vnde vi,& in l.dominus horreorum,n.*1.*& ſeq.ff.loca.& in l.ſi quis ex argentariis, §. an verò ne hæredi,ver.ſi verò probetur, ff. de eden.* Aret.*in §.ſed iſtæ,n.*5.*ver.quomodo autem probetur furtũ, Inſtit. de act.*Gram.*conſ.*54.*n.*2.*& conſ.*41.*n.*2.*ver. & quod apparet furtũ ipſum,*Octau.Vulpel.*in conſ.*147.*n.*7.*vol.*1. quicquid in contrarium poſt Ang. quem allegat *in d.l.ſi quis ex argentariis,eod.§.an verò,ne heredi,*ſenſiſſe videatur Franc. Bec. *conſ.* 70.*n.* 22. Angeli opinio communiter * reprobatur per præ- * allegatos,& per Marſi.*in conſ.*8.*n.*5.Roland.*conſ.*51.*n.*17. & *ſeqq.vol.*1.Brun.à Sole *d.conſ.ſuo cri.n.*3.vbi ampliat,quòd nõ ſufficit probare bona,quæ dicuntur ſubtracta,fuiſſe in eo loco,vnde dicuntur ſubtracta; niſi etiam probetur fuiſſe tempore aſſerti commiſsi furti,vel paulò ante, ſecund. Foller. *in pract.crimin.verbo,capiat informationem,num.*17.

¶ Sed rurſus quoad hanc poſtremam ampliationem,quòd immò ſufficiat probaſſe ſemel tantùm res furto ſubtractas fuiſſe in loco,vbi dicitur furtum commiſſum,ad hoc,vt præſumendum ſit eas etiam ibidem fuiſſe tempore commiſsi furti,per regulam,quòd qui ſemel poſſedit, adhuc etiam & de præſenti poſsidere præſumatur, de qua *in l.ſiue poſſidetis,* & ibi glo.*in verbo,conſtituti*, vbi præſertim Bar. & Bal. *C. de proba.*& poſt Grat.*in conſ.*94.*n.*2.*ver. præſumitur in præſentia, & d.conſ.* 95. *num.* 28. & prædictam abſque dubio communem * dicit Ioſeph. Maſcard. *d.concl.*829.*n.*5. *

¶ Quid dicendum de inquiſitione ſuper furto? † Dicas 15 quòd ad inquirendum aſſumendumque informationes ſuper furto,de quo quis querelatur,& illis aſſumptis, ſi extant legitima indicia ad capiendum & torquẽdum, cõiecturæ & indicia abſque alia inueſtigatione delicti ſufficiunt:putà querela furati iũcta eius bona fama,acclamationes,& incõtinẽti factæ conqueſtiones, fractura oſtij,ſeu capſæ, fuga famuli,

& alia,

BIBLIOTECA ORIENTE

& alia, de quibus infrà dicetur: furtū enim est difficilis probationis, & post factum non relinquit de se vestigia, vt dixi suprà, *in 1. & 2. limitatione.* Verùm si sequatur confessio ad condemnandum: si Iudex essem, non me mouerent præcedentia indicia, sed crederem debere aliter constare de furto confessato, & propterea deueniendum esse ad verificationē confessionis. Et si furtum consistat in pecunia, seu in aliis rebus, eum interrogarem, quid de dicta pecunia seu rebus fecerit; & si eius responsio verificatur, poterit in pœnam ordinariam condemnari, aliter secus: isto .n. modo in furto confessato dicetur constare de corpore delicti. Et hanc practicā in specie docuit me Ang. de Malef. *in verbo, & vestē cœlestem, versic. quid si quis confiteatur, n. 25.* vbi dicit, quòd propterea Iudex debet destinare nuntium ad loca confessata pro verificatione, & aliter faciēdo damnat animam & corpus suum. Et ibidem Aug. *in addit.* ampliat prædicta procedere, etiam quòd confitens esset malæ famæ, prout etiā pari modo ampliat Brun. *de ind. 2. p. q. 6. n. 12.* & Monticel. *in sua pract. crim. Reg. 1. n. 3* & hanc eandem Ang. practicam & doctrinam sequuti sunt idem Aug. ad Ang. *in verbo, quòd fama publica, n. 115* Franc. Cason. *in tract. de torm. cap. 20. rub. de cōfes. in torm. n. 4. versi. sin autem de furto,* Marsi. *consi. 8. n. 2. & cons. 14. n. 19. & consi. 22. n. 9. & in l. 1. in prin. n. 32. ff. de quæst. & in rub. de prob. n. 104.* Paris. *cons. 153. n. 8. libr. 4.* Paris de Put. *de syndic. verbo, confes. c. 1 fol. mihi 150.* Burs. *d. cons. 201. n. 29. & seqq. pluribus libr. 2. n. 7.* Roland. *cons 51. n. 14. vol. 1.* Boss. *tit de delict. n. 15.* vbi dicitur, quòd hoc nullam habet difficultatem, & ante istos Bal. *in auth sed nouo iure, col. 2. in fi. ver. sed pone, quis confitetur,* & ibi Castr. *col. 2. versi. aduerte tamen, C. de fer. fug.* idem Bal. *in addit. ad Spec. tit. de sent. col. 4. versi. Titius fuit confessus, & in c. at si clerici, col. 3. versi. 3. nota, in fine de ind.* & Brun. *de ind. 2. par. q. 6. n. 10 & n. 13.* Gabriel. *d. concl. 17. n. 2. libr. 7.* vbi quòd nisi furta verificētur, non potest fur capitaliter damnari, Brun à Sole *d. suo cons. crim. n. 175. & seqq.* Foller. *in pract. cri. in verbo, etsi confitebuntur, in prima parte tertiæ partis princip. n. 34. & n. 100.* Clar. *in pract. qu. 55. versicu. quomodo autē,* Iacob Menoch. *in tractat. de arbitr. qu. casu 269.* & hanc distinctionem puto esse meram veritatem, ad quam diligenter aduertas, quia tollit omnes difficultates in materia, & secūdùm eam intelligas procedere omnes infrà scriptas coniecturas, vt videlicet sufficiant ad inquirendum & procedendum, non autem ad condemnandum. Et memini, me aliàs de ann. 1568. qui fuit secundus, in quo Doctoratus insignia sūpsi, cùm essē pro Reuerēda Camera Apostolica Commissarius, & locū tenēs in ciuitate vetula, habuisse prę manib. quēdā nominatū Nasum, cōtra quē de furto notabilis pecuniarū quātitatis querelatū à Bernardo eius domino, & bonæ famæ viro, & legitimè postea indiciato deueni ad torturam, in qua cùm ob dolorem persistere non posset, fatebatur furtum, sed locum in quo asserebat se pecunias abscondisse, nunquam verificare potui [quia modò vnum, modò alium locum designabat, vnde ipsum in tortura vsque ad tertiam vicem repetere coactus fui, iuxta doctrinam Ange. de Malef. *in verbo, fama publ. præced. n. 105.* quam sequitur Marsi *in sing. 103. in fin.* & de qua latiùs dicam infrà *in 2. lib. de indic. & tortur. q. 52. n. 25.*] & tamen furto non verificato etiam quòd præcederent legitima indicia, & eius confessio subsequeretur, fuit de mandato tunc Reuerendiss. & Illustriss. Petri Donati Cæsij Cameræ Apost. clerici, & illius ciuitatis Gubernatoris & Domini mei, & modò dignissimi S. R. E. Cardinalis, sed post hæc scripta cum maximo Vrbis dolore defuncti, & rectè quidem iudicio meo dimissus sub cautione de se præsentando. Et similem casum refert Paris de Put. *d. verbo, confessio, capit. 1. num. 7.* contigisse dum ipse erat Iudex, quem quidem de furto imputatus tota nocte vagare fecit confitendo furtum posuisse modò in vno loco, & modò in alio, & tandem eius confessio fuit fallax reperta, testatúrque pluries vidisse quòd isti tales qui fecerunt confessiones diuersas modo hìc, & modò ibi, quòd postremò fuerunt reperti innocentes, & propterea admonet Iudices, vt in hoc debeant esse valde discreti.

Ad quæ vide omnino Marian. *in c. qualiter & quando, il 2. n. 1102. ver. item debet esse prudens, & seq. de accus.* vbi bene demonstrat esse verificandum per Iudicem, quidnam fur fecerit de re furata; & etiam aduertendum si res furata nō reperitur in loco per furē designato, an potuerit esse quòd aliquis de hoc habens notitiam, illam ex illo loco subtraxerit: & ibi ad hoc propositum refert casum suo tempore occursum satis notabilem, quem ibi per eum videas; & ponit etiā quòd si tandem fur dicat rem furatam combussisse, vel in flumen proiecisse, ad hoc concludit de tali confessione non confitendum, seu confidendum, nec iudicium formandum, *vt ibi n. 1103. ad medium,* & ad idem vide etiam bene consulentem Burs. *d. cons. 201. num. 29 & seqq. Iuribus libro 2.*

Quæ tamen locum non habent in istis matiolis, & vulgò dictis, *Taglia borse,* Gal. *Coupeurs de bourse:* quia fatentur infinita furta se cōmisisse, & plura marsupia incidisse: sufficit .n. isto casu contra reos ex dictis furtis confessatis verificari duo vel tria, ex quib. possunt ad mortem condemnari, etiam aliis non verificatis; dummodo adsit querela aliquorum, qui dicant sibi furatas pecunias in illo loco, in quo fatentur isti marioli dicta furta commisisse, prout est pulchra dec. *Gram.* 48. ex qua, de ann. 1575. qui erat annus Iubilei, fuit in Vrbe suspensus quidam Hispanus, nomine Francischiglius cum pluribus marsupiis in collo appensis; quem cùm ego apud iudicem Reuerendiss. Domini Gubernatoris defendere conarer sub prętextu quòd furta verificata duo erāt tantū leuia, & sine violētia commissa, ex quibus nō merebatur mori, aliis furtis non verificatis: per supradicta, replicando dixit obstare dictam decis. Gram. 48. & ita illum saluare nō potui.

¶ Sed quænam sint istæ coniecturæ, quibus in crimine furti delicti corpus probatur, nunc dicam.

Prima † sumitur coniectura ex querela partis, in qua materia resolutiuè distinguas in hūc modum: vel querelās erat malæ famæ, vel talis, quem non sit verisimile habuisse tot pecunias, quas dicit sibi derobatas seu furto abreptas fuisse; & tunc per huiusmodi querelam non dicitur probatum delicti corpus, secūn. Foller. *in pract crim. verbo, capiat informationem, n. 17. & 19.* Si autem fuerit bonæ famæ, agitur ciuiliter, aut criminaliter. Primo casu per querelam hominis bonę famę probatur corpus in furto, secun. Boss. *in tit de delic. n. 21.* vbi ita intelligit procedere practicam, quòd in furto sufficiat querela damnum passi: & Boss. referendo sequitur Ioseph Masc. suprà relatus, & post hæc scripta visus, *in tract. de prob. libro 2. conclu. 830. n. 7. in fi.* Secundo verò casu, quando agitur criminaliter, distingue iterum: aut ad inquirendum, aut ad torquendum, aut ad condemnandum; si ad inquirendum, sufficit in facto querela illius, qui sit bonæ famæ, vt pulchre in illo scholari tradit Marsi. *in pract. §. principium, n. 6. & seqq. vsque ad num. 17.* Clar. *in prac. q. 4. versi. scias tamen,* vbi dicitur, quòd in facto non est necessaria delicti inuestigatio, sed statim porrecta querela, Iudex debet contra delinquentem inquirere & assumere informationem, & habitis indiciis illum carcerare, & hoc in practica nullam habet difficultatem, vt ibi per eum, & per Mascard. *in loco citato:* alioquin, vt ipse dicit multa furta impunita remanerent. Si ad torquendum, & dicas, quòd licet Casonus & Brunus per Clarum allegati *in quæstio. 64. versic. debet autem,* dicant practicam esse, quòd statim quòd aliquis dicit sibi aliquid subtractum fuisse absque eo, quòd constet de furto, torquentur suspecti: iusti tamen Iudices, & qui considerate procedunt, neminem ponunt ad torturam, nisi aliter quàm ex querela partis constet de delicto, vt per Clar. & Mascard. vbi suprà, quorum opinio mihi verior videtur aliter enim sequeretur, quòd ex partis querela resultaret indicium ad torturam, quòd videtur absurdissimum, vt suo loco dicemus in materia indiciorum & torturę. Si verò ad condemnandum sequuta sit rei confessio, tunc dicas, quòd si credimus Claro *in qu. 55. ver. quomodo autem,* querela præcedente vel illius loco aliqua alia informatione, subseqęens confessio sufficiet ad condemnandum in furto secun. Boss. quem allegat *in titu. de delict. num. 19. & 21.* Qui quidem Boss. *in d. num. 19.* loquitur non in querela, sed in indiciis præcedentibus confessionem, *& in n. 51.* vbi de querela propriè loquitur intelligit, vt illa sufficiat, quando agitur ciuiliter. Ideo si vis tenere opinionem Clari, illam intelligas procedere, dummodo fuerit verificata per superiùs tradita, aliter secus, & in hac materia vide Natam *cons. 407. num. 3. & 6.* vbi pulchrè docet, quod ex sola querela non probatur furtum.

¶ Secunda sumitur † coniectura in furto ex acclamationibus

nibus seu conquestionibus incontinenti furto sequuto factis per illum, qui dicit rem sibi subtractam. Petras. *sing.* 8. Blanc. *de indic. n.* 423. *vers. puto quòd in casu*, Marsi. *cons.* 8. *n.* 5. Paris *cons.* 156. *num.* 35. *vers. aliud indicium, vol.* 4. *& cons.* 74. *num.* 13. *vol.* 1. Grat. *cons.* 95. *n.* 12. Aretin. *in* §. *furtum, num.* 3. *Inst. de obl. quæ ex delict.* Roland. *cons.* 51. *n.* 18. *vol.* 1. Clar. *in pract.* §. *fin. qu.* 66. *in princip.* quos refert etiam & sequitur Mascard. *in suo tract. de probat.* post hæc scripta visus *in li.* 2. *concl.* 830. *n.* 13. *&* 14. vbi amplius dicitur, quòd tales acclamationes probantur duobus testibus, à quibus licèt dissentire videatur Natta *in cons.* 609. *n.* 46. *in fin.* vbi dixit, quòd non censetur furtum probatum ex eo, quòd quis de nocte acclamando vocat vicinos contra fures, à quibus dicit se furatum: fierent enim hoc modo multæ fraudes [quod & voluisse videtur etiam Mascard. post hæc scripta visus, *in suo tract. de prob. lib.* 3. *concluſi.* 1124. *n.* 14. *ad fin. vers. deinde considerandum est*, vbi dicit, quòd ad hoc, vt per istas acclamationes factas de nocte probetur furtum, debent concurrere aliæ coniecturæ; aliàs secus, vt ibi per eum:] non tamē per hoc recedas à præ-
* cedenti opinione quæ communis* est; declara tamen vt non procedat, nisi concurrente bona fama conquerentis, vt dixi *suprà in prima coniect.* & tradit Marsi. *in pract. in* §. *principiū, n.* 12. *& n.* 16. Follet. *in pract. crim. ver. & capiat informationem, n.* 16. *&* 19. iuncta autem bona fama sufficiunt acclamationes ad inquirendum, hoc est, assumēdum informationes, ex quibus superuenientibus legitimis indiciis reus torquetur: & si fatetur, condemnatur facta furtorum verificatione; aliàs secus, vt suprà dixi. [Sed an & qu.le oriatur indicium, quo ad delinquentem, ex testis acclamationibus & vocifer tionibus, & de modo probandi acclamationes, dixi *in secun. lib. titu. de indic. & tortu. qu.* 52. *n.* 157. *& seqq.* vbi vide.]

18 ¶ Tertia † coniectura probandi corpus delicti in furto, sumitur ex fama orta in vicinia, Blanch. *in l. fin. n.* 18. *ff. de qu. & in pract. in princip. n.* 2. *& seqq. vsque ad n.* 6. Foller. *in pract. crimin. ver. capiat informationem, nu.* 3. & No. *in pract. fol. mihi* 29. *nu.* 1. quod intelligas procedere, dummodo fama sit certa, videlicet de re certa: secus si de incerta, Blāch. *in l. fin. di. n.* 18. *& in pract. in princip. n.* 5. Foller. *in dict. verbo, capiat informationem, num.* 3. Item intelligas dummodo hæc fama sit legitimè probata, aliàs secus, secund. Bald. *in additio. ad Specul. in titul. de sent. colu.* 18. *in fin.* sequitur Brunor. *à Sole dict. suo cons. crim. n.* 50.

19 ¶ Quarta † sumitur coniectura ex fractura ostij, seu capsæ, vbi res dicitur furto subtracta. Barto. *in l. si quis ex argentariis,* §. *an verò nec hæred. n.* 3. *vers. quidam sunt casus, ff. de eden. & in l. si quādo, in fin. Cod. vnde vi, l. si creditor, n.* 5. *ver. vt putà, quia reperitur ostium fractum*, Spec. *in tit. de furt.* §. 1. *n.* 25. *ver. sed quomodo probabitur amissio.* Ia. *in leg. Prætor ait.* §. *ait. n.* 18. *v. vt si probatur quòd ostium noctis tempore fuit fractum, ff. de eden.* Decis. *cons.* 473. *n.* 12. *ver. & idem si muro rupto*, Grat. *consil.* 94. *n.* 13. *ver. Prima coniectura*, vbi testatur de communi * opinione, Gram. *cons.* 17. *in causa furti, nu.* 1. Octa. Vulpel. *in consil.* 247. *n.* 7. *ver. vnde meritò*, Ioann. Mar. Monticell. *in sua pract. crimin. regu.* 11. *n.* 8. Petras. *di. sing.* 8. *in prin.* Riminal. *cōs.* 2. *n.* 3. Clar. *in pract. qu.* 66. *in prin.* [quos & alios plerosque refert & sequitur Ioseph. Mascard. post hæc scripta visus *in tract. de probatio. libr.* 2. *conclu.* 830. *nu.* 8. *& lib.* 3. *concluſi.* 1124.
* *num.* 7. vbi pariter testatur de communi, * ex Hier. Gabriel. *in cons.* 159. *nu.* 9. *libr.* 1. & aliis ibi per eum allegatis.] Ideo vbi prætenditur furtum fuisse factum cum fractura, non dicitur delicti corpus probatum, nisi de fractura doceatur, secund. eund. Clarum *in d. qu.* 4. *ver. quando verò, in fin.* & ante eum Foller. *in di. verbo, capiat informationem, n.* 17. *&* 19. vbi etiam videtur tenere, quòd sola fractura non sufficiat, nisi etiam probetur quòd res, quæ dicitur subtracta, fuerit tempore commissi furti, vel paulò antè in loco vnde dicitur subtracta, & ante eum magis expressè id voluit Marsil. *in cons.* 8. *num.* 4 *&* 5. quem referendo sequuti sunt Roland. *cōs.* 51. *num.* 17. *& sequentib. vol.* 1. Brunor. à Sole *dict. suo consil. cri. nu.* 13. pluréque in proposito refert & sequitur concordantes Ioseph. Masc. post hæc scripta visus, *in suo tracta. de prob. lib.* 2. *concluſ.* 829. *n.* 4. *&* 5. vbi tamen dicit, isto casu sufficere quòd probetur, quòd res furto subtractæ semel ante commissum furtum fuerint in loco commissi furti; quia de præterito præsumitur in præsens, & sic præsumuntur etiam fuisse tempore dicti furti commissi, & ibi testatur de com-
muni.* *

At vbi furtum non prætenditur factum cum fractura, tunc non est necesse, quòd de fractura doceatur, vt per eund. Marsi. *in pract. in* §. *principium, n.* 6. *& seqq. vsque ad num.* 17. vbi ponit exemplum in furto commisso cuidam scholari Bononiæ in camera & capsa, in quibus nulla reperiebatur fractura; quia fur cum clauibus adulterinis reserauerat, & concludit ex solis acclamationibus & conquestionibus iuncta bona fama conquerentis & acclamantis, probari corpus delicti in furto, quoad effectum inquirendi etiam non probata fractura, ac etiam non probato, quòd res subtracta fuerit in loco commissi furti, & ita teneas, vt dixi, quoad inquirendum: quo verò ad condemnandum secus, nisi facta verificatione furtorum, vt suprà sæpius dixi.

¶ Quinta † oritur furti coniectura quoad probationem 20
corporis delicti ex fuga famuli, iuncta domini conquestione, secund. Riminal. *d. cons.* 2. *num.* 3. refert Clar. *in pract. d. qu.* 66. *in prin.* Marsil. *in rub. de probat. n.* 236. & est communis * teste Petrasan. *d. sing.* 8. *in princip.* Nec dissentit Boss. *in titul. de tortu. post n.* 2. & alios plures adducit Mascar. post hæc scripta habitus, *in suo tract. de probat. lib.* 2. *concl.* 831. *n.* 6. *&* 7. de qua re dicemus etiam in materia torturæ & indiciorum, vbi agemus, quando scilicet fuga faciat indicium ad torturam, *infrà in* 2. *lib. sub titu. de indic. & tortura.* [*q.* 18. *n.* 70. *& seqq.*]

¶ Sexta est furti coniectura quoad eandem corporis delicti probationem, si scalæ ad fenestram domus, in qua dicitur factum furtum, inuentæ fuerint, Blanc. *in tract. de indic. in rubr. ex proceſſ. & test. in dic. nu.* 428. *ver. scalam ante fenestram*, Puteus *ad synd. in verbo, instetur, vers. an si reperiatur factū furtum per fenestram apposita scala*, Alexa. *cons.* 5. *n.* 5. *vers. & licèt deponat quòd scala, volu.* 1. Nouel. *in tract. ad defensam, in rub. an indicia pro reo sint danda, n.* 151. *vers. scala ante fenestram*, quos refert & sequitur Ioseph. Mascard. post hæc script av isus, *in trac. de probatio. concluſ.* 830. *n.* 9.

¶ Septima est coniectura furti, si in loco, in quo furtum commissum dicitur, à vicinis fuerit auditus strepitus vel rumor, Bart. *in l. si quando, num.* 5. *C. vnde vi.* Areti. *in* § *sed ista, n.* 5. *vers. quomodo, &c. Instit. de act.* Abb. *in cap. super eo, n.* 9. *vers. dic etiam de iis, quæ vi, metúsve causa.* Gra. *cōs.* 95. *n.* 20. *vers. & pro corroboratione, vol.* 2. Rolan. *consil.* 51. *n.* 18. *vers. & quòd fuit auditus strepitus, vol.* 1. Gram. *cons.* 41. *num.* 2. *&* 3. quos pariter sequitur Ioseph. Mascar. post hæc scripta visus, *dic. cons.* 830. *num.* 12.

Limita IIII. †. Supradictam principalem regulam non 21
procedere in crimine falsi: quod cùm sit difficilis probationis, & suspiciones, ac præsumptiones ad illius plenam probationem sufficiant, vt suo loco, Deo dante, *in titu. de fals.* dicetur; ideo pariter de illius corpore sufficiet constare per indicia & coniecturas, iuxta generaliter suprà tradita *in prima limitatione*, Gabriel. *d. conclu.* 17. *n.* 13. *&* 14 *lib.* 7. & licet Bal. 1. *titu.* 3. *in addit. col.* 3. *vers. item nota, ff. de testib.* quem sequitur Ruin. *cons.* 80. *col. pen. vers. secundò respondetur. vol.* 4. etsi simpliciter dixerit, in crimine falsi non habere locū regulam *l. prima,* §. *itē illud, ff. ad Syll.* eius tamen dictum reprobatur cōmuniter, * vt per Aug. ad Ang. de Mal. *in verbo, fama pub.* *
n. 108 *in fine*, Brun. *de ind.* 2. *part. q.* 5. *n.* 10. Boss. *tit. de delic. sub n.* 32. Veritas enim est, quòd in hoc falsi crimine debet de illius corpore constare, sed bene sufficit per coniecturas, vt suprà dixi.

¶ Sublimita †Hanc quartam limitationem non pro- 22
cedere in crimine falsæ monetæ, in cuius delicti corporis probatione non sufficiunt indicia, & coniecturæ, sed de illo euidenter, & per inspectionem oculorum constare debet, quia circa hoc nulla adest difficultas probationis; & propterea confitens se falsam monetam fabricasse, nisi de ea euidenter appareat, condemnari minimè potest, Ceph. *cons.* 230. *num.* 11. *vol.* 2. refert & sequitur Brun. à Sole *in suo cons. crim. n.* 176.

¶ Limita V. †Eandem regulam non procedere in crimi- 23
ne adulterij, de cuius corpore, vt suprà in aliis dixi, sufficit constare per coniecturas, & indicia, cùm sit delictum, quod ex postfacto nulla relinquit vestigia, Boss. *in tit. de delic. n.* 19. *& n.* 32. *in fin. cons. cri. diuers.* 132. *n.* 26. *vol.* 1. *in magn.* Fol. *in prac. cri. in verbo, capiat informationem, n.* 20. *vbi dicitur*, quòd in adul

in adulteriis, aliísque fornicationibus sufficiunt coniecturæ ad probandum delictum in genere commissum; & eodem instante probatur delictum in specie,& delictum in genere; & illæ probationes, quæ sufficiunt ad torquendum & condemnandum, sufficiunt etiam ad probandum corpus istius delicti;immò non potest constare delictum in genere de per se, nisi per eas coniecturas, & indicia quæ inducunt probationem delinquentis, Clar. *in pract. quæst. 4. vers. scias tamen*, vbi ostenditur quòd in crimine adulterij ex sola querela tenetur Iudex inquirere & assumere informationes contra delinquentem,& de hoc in practic. dicit, quòd nulla solet fieri difficultas: sequuta autem rei confessione, præcedente supradicta querela,seu illius loco,aliqua alia informatione,sequi etiam potest condemnatio,vt per eundem Clar. *q. 55. vers. quomodo autem.*

24 ¶ AMPLIA † Hanc quintam limitationem,vt non solùm procedat in adulterio,sed etiam in sodomia,quod pariter est delictum facti transeuntis, & difficilis probationis;ideo & indicia,& coniecturæ probant illius corpus, vt per Plot. *in d.cons. 132. n. 22.* Foller. *d.n. 20.* qui non solùm loquitur in adulterio,sed etiam in stupro commisso in puerum, Bost. *tit. de delictis,d.n. 19.* vbi generaliter loquitur in coitibus damnabilibus. Thom. Triuisan. *Decis.crim. 13.nu. 29.& seqq.* vbi inter alias coniecturas ponit, quando puer post passam sodomiam conquestus fuit de vi sibi illata.

Bene verum est,quòd in stupro commisso cum puero,sicvt in stupro commisso cum virgine, delicti corpus probari etiam potest per dictum obstetricum, quæ eos viderint, & ita puerum,seu puellas stupratas dixerint, secund. Foller. *vbi sup. n. 20.* Plot. *d. cõs 132. n. 22.*& Clar. *in pract. q. 4. vers. quãdo verò,in fi.* de quo dixi etiã *inf. in ti. de deli. car. in materia stupri.*

Et ad id, quod attinet de sodomia, quam dixi indiciis & coniecturis probari,aduerte locum habere,nisi prætendatur etiam commissam fuisse cũ fractura:tunc enim qualitas fracturæ inspicienda est per Chirurgos & peritos; & si periti prædicti asserant nullã adesse fracturã, tũc præsumitur quòd sicut puer falsum dixit in hac qualitate, ita etiã dixerit in facto principali, præsertim si appareat inculpatũ habuisse paruum membrũ:ita quòd non verisimile fuerit quod podicem fregerit,prout bene explicat Tho. Triuis. *decis. cri. 13. n. 4.& seqq.& n. 11.& seq. 18.& seq.& n. 26.& seqq.* vbi etiam accuratè explicat rationes & signa,quibus ipsi periti possunt iudicare esse fracturam: an verò aliam infirmitatem de qua quidem decis. mentionẽ etiam facit Sigismund. Scaccia *in tract. de iud. caus. ciuil.& cri. c. 83. n. 3. ver. item si ano pueri.*

25 ¶ LIMITA VI.† Eandem principalem Regulam non procedere in crimine hæresis, quòd cùm sit delictum,quod sola voluntate perficiatur,ideo ex sola voluntate quis potest damnari, etiam quòd de delicto aliter non constet, Bal. *in l. si quis non dica rapere,circa prin. vers. Venio ad oppositiones,* ibi, *istud tamen fallit in hæresi,C. de Episc.& cler.* Franc de Ponzinib. *in tract. de lam. n. 52. ver. Nec habet obstare.* Gũd. *in tract. de hær. q. 13. n. 1.* Nicol. Arelat. *in simili trac. de hær. in 2. incip. commenda memoriæ,n. 2. ver. in crim. tamen hæresis sola confessio,* Io. Cald. *in tract. de hær. c. 12. n. 1. ver. 3. modo,tit. quot,& quib. mod.* Carret. *in pract. tract. de hær. n. 85. ver. item prædictas personas punire,* Follet. *in prac. cri. verbo,& si confitebuntur,in 1. par. 3. partis principalis,n. 137.* Prac. Conrad. *tit. de inquisit. n. 26. in fine,* Clar. *in prac. q. 4. ver. scias tamen,& q. 55. ver. quomodo autem,* latè & pulchrè Arnal. Albe. *de agnosc. asser. Cath.& hær. q. 25. in primo dubio,n. 1.& seqq.* vbi etiam ampliat in confessione extraiudiciali,Masc. post hæc scriptá visus *de prob. li. 2. concl. 859. n. 1.& seqq.* vbi alia ad materiam.

26 ¶ AMPLIA † Hanc sextam limitationem, idem esse in crimine lamiarum, quæ eo ipso quòd dicunt se processisse ad ludos, possunt absque alio condemnari, vt per Fran. de Põzinib. *d. tract. de lamiis,n. 70 & seqq.* Pract. Conrad. *vbi suprà eod. n. 26. in fin.* Arn. Albert. *de agnoscen. assert. Cath.& hær. q. 25. in primo dubio,nu. 1.& seqq.* vbi dicit, quòd si lamia fateatur hæresim,putà dicendo se abnegasse Christum, & fecisse dæmoni homagium, vel se credere saluari in alia lege quã Christi,& huiusmodi,quæ videri nõ possũt extrinsecùs, sed in sola voluntate consistunt;& tũc ex sola cõfessione potest absq; alia extrinseca probatione sequi condẽnatio: secus si fateatur infãtes,vnũ vel plures suis maleficiis,vel aliàs occidisse:tunc enim ei non est credendum,nisi verè & realiter illos fuisse occisos aliter constet, quàm ex eius confessione.

¶ LIMITA † Eandem regulã,quia sufficit quòd de delicti 27
corpore constet per famã: ita in specie supradictã cõclusionẽ limitat Gabriel. *dicta concluf. 17. nu. 11.* in qua limitatione aduertas primò, quòd Bal. & Marsil. per Gabriel. allegatum non loquitur generaliter in materia corporis delicti, sed in casu in quo quis confitetur se occidisse hominem, illúmque in mare proiecisse,de quo & nos suprà diximus *in sexta ampliatione.* At extra illum casum contrarium credo verius,per ea, quę suprà dixi *in quar. ampliatione*;ideo dicas,quòd fama tunc demum probat corpus delicti, dummodo fuerit certa, & de certa persona,ac in delictis,de quibus post factum nulla remanent vestigia:secus in fama de incerta persona,seu in aliis delictis,Foll. *in pract. crim. verbo,capiat informationem, n. 3.*& ante eum Blanch. *in l. fin. num. 18. ff. de quæstio & in pract. in princip. num. 5.* Bost. *tit. de delict. num. 16.* vbi dicit, quòd quando probatio corporis delicti non potest fieri per euidentiam facti,& tunc fama probat corpus delicti,ergo secus vbi sumus in delictis, quæ possunt per facti euidentiam apparere. Et isto casu poterit probari contraria fama per validiores probationes, quòd s. mortuus sit non ex delicto, sed ex se, vel propter infirmitatem, vel alia simili de causa, & probatio istius cõtrariæ famæ tollit probationem famæ sũper corpore delicti,Foller. *in dicto verbo, capiat informationẽ, in pract. cri. n. 16. in fi.* Et quando fama probat corpus delicti, intelligitur,si est legitimè probata,aliàs secus,Brun. à Sole *d. cõs. cri. n. 50.* allegat Bald. ad Spec. *de sentẽ. col. 18. in fi.* Ad quæ vide etiam Hier. Laurent. *Decis. Auenionen. 20. nu. 1. 2.& 3.* vbi loquens in crimine veneni, videtur admittere per famam in eo crimine corpus veneni probari, prout etiam in casu suo admittit Foller. *d. ver. capiat informationẽ, n. 24. in fi.* sed hoc ipse idem Lauren. quando ortum habuit ex probabilibus causis venenum significantibus, sed si causæ illæ ex quibus orta est fama prædicta,nõ sunt propriæ ad venenum propinatum: sed etiam communes ad venenum ingenitum: & multò magis si nullæ præcedant causæ, & tunc per famã corpus delicti minimè probatur,vt ibid. docetur in discursu, & in resolutione decisionis, & faciunt quæ de fama suo loco dixi *infrà in tit. de indic.& tort.*

¶ LIMITA VIII.† Quia si constat de homine occiso, li- 28
cèt illius nomen ignoretur,procedi potest, & valet inquisitio. glo. *in l. si cum exceptione,§. in hoc. in verbo,ignorãtiã ff. quod met. cau.* alia glo. *in c. fin. §. libellorũ,in glo. 2. 2. q. 8.* Ang. *in §. quadrupli,Inst. it. de act.* Ioan. de Imola *in c. tuæ,in 2. col. de procurat.* Ang *in l. 1. § interdum. ff. si pars hæredita. petat.* vbi quòd ita vidi practicari,Bal.& Imola *in l. quoties,§. si quis nomen hæredis, de hared. inst it.* qui quidem Bal. dicit se vidisse de facto, quòd fuit facta inquisitio contra vnum, qui occiderat quendam, cuius nomen ignorabatur, & fuit missus ad furcas. Idem Bald. *in l. solum,in 4. col. C. de testib.& in d. l. cum exceptione,§. in hac,vers. inducitur etiã.*& ibidẽ Ang. *col. 1. vers. itẽ dicit Bald.* Ang. de Malef. *in verbo, Hæc est quædam inquisi. vers. si. n. 90.* & ibi Augustin. *in addit.* Felin. *in c. significãte,de rescript. in 3. col.* quos & alios referẽdo sequitur Marsil. *in pra. §. princip. n. 17. & seqq.* vbi latè Aret. *in §. quadrupli, col. 1. ver. 4. inducitur. Inst. de actio.* [Flor. *in l. ob carmen. §. fi. ff. de testib.*] Gabriel. *d. conc. 17. n. 6. l. 7.* Foller. *in pract. cri. verbo,& si cõfitebuntur,n. 105.* pract. Conradi *t. de inqui. n. 26. ver. 2. declara,pag. 254. in 1. col.* Diaz *reg. 124. in 2. li. in fi.* Bos. *t. de delict. n. 13.* vbi quòd hoc omnes* sciunt. Clar. *in pract. quæst. 4. versic. quando verò,* vbi quòd *
isto casu,quando iudex mittit ad inspiciendum cadauer, facit illius describi signa,postquam nomen ignoratur. & idem tradit *in q. 52. versi. fin.* vbi quòd ita indistinctè seruatur in prac. & omnes hoc scire testatur etiã nouissimè Flam. Cartar post hæc scripta visus,*in suo tract. de exeq. sent. cap. bannito, cap. 2. n. 4.* vbi refert,& sequitur Bossium *in locis sup. allegatis.*

Et idem est in crimine furti, in quo valet inquisitio, si constat de furto, etiam quòd ignoretur nomen illius, cuius res fuerit subtracta, Angel. *in d. l. 1 §. interdum,& in l. falsus,§. penultim. ff. de furt.*& ibi ante eum Bart. *in vers. item nota,* Alex. *cons. 23. vers. hoc quidẽ,vol. 61.* Gabr. *vbi supra n. 7.* Aret. *de malef. vbi suprà,n. 90.& in addi.& in verbo,& vestẽ cœlestẽ,n. 26.* Bal. *in Auth. sed nouo iure, in pen. col. C. de seru. fugit.* Mars. *d. §. princip. num. 17. in fi.* Clar. *d. vers. quando verò.* [Mascard. post hæc

hæc scripta visus,*in suo tract.de probat.lib.2.concl.829.n,8.*

29 ¶ Limita IX †Supradictam principalem regulam non procedere in delictis,quæ habẽt se etiã ad figuram non delictorũ, & quæ possunt euenire aut facto hominis,& sic cum scelere,vt dicit tex.*in d.l.1.§.itẽ illud.ff.ad Syl.*aut etiã natura, & sic sine scelere:in his inquam sufficient indicia,& coniecturæ ad probandũ illius corpus.Exemplũ ponit Boss.*in ti.de delict.n.*10.in homine qui suffocatus reperitur: potest enim esse,quòd ab alio fuerit suffocatus, & quòd ex se,vel corporis infirmitate,& morte subitanea se suffocauerit;de quo pariter Clar.*in pr q.4.vers.fin.*vbi ponit aliud exẽplũ in eo, qui in puteo suffocatus reperitur, in quo antè ire consuluerat. Dec.*in cõs.*438.cũ possit esse, quòd se ipsũ præcipitauerit in puteũ,aut quòd casu ceciderit. His inquã casib. licèt dubitãdũ non sit debere cõstare de corpore delicti,an hoc est;factũ enim vt sit scelere patratũ,cõstare debet,vt suprà dictũ & deductum est *n.*1.& in specie aduertit Scaccia *vbi suprà d.c.*83. *n.* 3. *&* 5.hoc tamen satis dicetur constare; si constabit per cõiecturas,& indicia,& sic probabitur corpus delicti,vt ibi. per Boss.*n* 10.*&* 11.& Clar.*d.vers.fi.*& hoc credo nullam habere difficultatẽ. Et vna in proposito erit cõiectura ad probandũ in huiusmodi casu adfuisse delictum, publica vox & fama,quòd videlicet talis fuerit strangulatus, vel quòd talis fuerit in puteum ab aliquo præcipitatus:ista enim fama sufficit isto casu ad probationẽ corporis delicti,de vt delinquẽte inquiri possit; sed non operatur indicium ad torturã cõtra diffamatũ,vt pulchrè tradit Foller.*in pract.crim.in verbo,item quòd suffocauit vxorem,num.*16.*& num.* 28. Altera coniectura sufficiens ad probandum in præsenti casu delictũ erit,si Medici viderint signa suffocationis,& strangulationis in gutture,& de eis fidem fecerint: hoc enim modo probabitur corpus delicti, vt per Foller.*in d.verbo capiat informationẽ,n.*24. *& in d.verbo,item quòd suffocauit vxorẽ,n.*16.*&* 59. vbi commendat quòd Medici multum aduertant in isto casu ; quia subitanea mors, & naturalis suffocatio solet etiam causare talia,& peiora signa in gutture,& alia parte corporis.

¶ Sublimita Hanc nonam limitationem, vt procedat prout loquitur,quando s.adsunt aliqua indicia, seu cõiecturę delicti.Sed quid si nulla appareant indicia,seu coniecturę, & sic res sit in dubio ; an illud factum fuerit cum scelere & delicto commissum,an verò sine. An tunc poterit per curiam procedi tanquam super delicto,Boss.*vbi suprà,tit.de delicto,n.* 10.tenet quòd sic.Dicitq; quòd si coniecturæ non apparent, licèt huiusmodi facta possint etiam prouenire casu fortuito: tamẽ quia frequẽtiùs culpa hominis accidunt,*l.si vendita,ff. de periculo & commo.rei vendita,*accipienda est interpretatio, vt facto hominis prouenerint,quia sẽsus & cogitationes nostras accõmodare debemus ad ea,quæ frequentiùs accidunt. Nec ab hac opinione dissentire videtur Soc. iun. *in cons.* 51. *lib.*1.quem refert & sequitur Placha *in Epit. delict.*23.*n.*15. vbi dicit quòd repertus mortuus in puteo non est priuand. Ecclesiastica sepultura,quia non præsumitur seipsum præcipitẽ dedisse,& sequitur etiam Decian.*in suis tract. crim.tomo 2.li.*9.*c.*3.*n.*10.Dec.*in l.*2.*n.*13.*&* 14.*C.qui testam.fac.pos.* vbi not.quòd qui dicit quẽ à se ipso se in puteũ pręcipitasse,probare tenetur per fortiores probationes , quia non est verisimile,quòd quis sibi mortem intulerit.Plot.*cons.crim.diuers.* 130.*n.*82.*vol.*1.*in magnis*.vbi etiam ponit exemplũ in eo,qui ex turri præcipitatus, vel laqueo suspensus reperitur ; & dicit non præsumi contra mortuum,quòd seipsum occiderit, cùm dicãt Philosophi,*Impossibile esse,quòd quis se odio habeat.*

Contrariũ in suffocato defendere videtur Foller. *in pract. in d.verbo,quòd suffocauit vxorem,n.*9.*&* nu. 27. vbi optimis quidem iudicio meo rationibus demõstrat,quòd suffocatus repertus, alio indicio in contrarium non existente , præsumitur potiùs ex naturali morbo,& subitanea morte , quàm facto hominis suffocatus , & pro eius opinione multũ stringit,quia actus indifferens qui in delictũ sonare potest , & in non delictũ,est præsumendus potiùs in non delictũ , quàm in delictũ, sẽpérq; est sumenda interpretatio delicti exclusiua,vbi sumi potest,*l.meritò ff pro socio.*Marsi *in rub.de fideuss. sorib.n.*47.*&* seqq.Grãmat.*decis.*18.*n.*5.idẽ Foller. *in cons.cri. diuer.*13 .*n.*15.*&* seqq. *vol.*1.*in magnis*, & alibi sæpe Doctores.Et si probabitur,quòd suffocatus paulò antè valde crapulatus est,& quòd diuersos cibos assũpsit,& quid simile; tunc omnis delicti tollitur præsumptio,& suffocatio,tantò magis ex naturali morbo orta præsumetur , secundùm Foller. *in d. verbo,item quòd suffocauit vxorem,sub n.*19. Verùm hæc Follerij opinio & cõsideratio bene procedit in suffocatione quæ potest & venire,vel cũ delicto,& scelere,& sic culpa & facto hominis;& etiã sine delicto,ex vi,scilicet morbi:& quia (vt ipse dicit) semper est sumẽda præsumptio exclusiua delicti, ideo nisi contrariæ vrgeant coniecturæ,erit præsumendum, quòd ex vi morbi,& sine scelere euenerit potiùs,quàm cum scelere.At secus in eo,qui mortuus in puteo reperitur,vel in flumine, quod vt plurimũ non solet contingere sine scelere vel ipsius mortui,quòd se ipsum præcipitauerit,vel alterius, qui ipsum præcipitauerit : & tũc cũ vtroque casu delictũ includatur,Socini, Plachæ, Bossij, Ploti & Decij superiùs allegatorum opinio verior videtur, quòd scilicet nisi cõtrarium probetur,semper præsumatur quòd potiùs ab altero quàm à seipso fuerit præcipitatus,

Sed & horum opinio satis etiã dubia reddi videtur , ex eo quòd dãtur aliqui casus in quib. quis suffocatur in puteis,in fossatis,in fluminib.ac etiam in mari non sua vel alterius culpa, sed casu, vel vi aquæ, aut aliquo alio inopinato & fortuito modo;& particulariter in eo,qui laqueo suspensus reperitur,nunquam præsumerem quòd ab alio fuerit suspensus duplici ratione. Primò,quia (vt experiẽtia docet) vt plurimum contingit,quòd tales suspensi potiùs à se ipsis quàm ab altero suspensi fuerint. Secundò , quia non est verisimile quòd qui alterum interimere velit,hoc mortis genus inferat,quod difficile est committere , cùm faciliores plures habeat interimendi modos.

In hoc itaque articulo id totum boni æquíque & non iniqui Iudicis arbitrio remittendum censerem, qui in iis factis quæ possunt esse & non esse delicta , semper ad coniecturas & præsumptiones recurrat , & si de corpore delicti , quòd videlicet illud factum fuerit cum delicto commissum, præsumptiones habeat,ad vlteriora procedat iuxta superiùs tradita, *nu.*29.sin minùs sileat processus,quia in dubio pro non delicto,& ita etiã in specie sensit Clar.*d.q.*4.*vers.fi.*& in dubio etiã pro minori delicto,vt in casu,in quo consuluit Vulpel.*in suo* 1.*respon.criminali,n.*21.*&* seqq. post hæc scripta vĩsus,vbi ad hoc ne succedat confiscatio bonorum illius , qui in fonte publico fuit repertus suffocatus,dicit in dubio præsumi, quòd vel ab alio fuerit in illum fontem impulsus, vel quòd ex sua insania se ibid præcipitem fecerit, potiùs quàm ex metu patrati crim. vt dicta confiscatio euitetur , & sic in dubio pro non delicto vel pro minori delicto , vt pœna , de qua disputatur , non habeat locum , & consequenter erit in dubio semper præsumendum id quod pœna excludit:& hãc credo esse puram veritatẽ,quam etiam post visa mea scripta hîc sequutus fuit,& bene explicauit;Sigismũd.Scaccia *d. cap.*83.*num.*6.*iuncto num.* 8.*& seq.* vbi etiam ponderat dicta omnium præcitatorum Doctorum.

¶ Limita X.†.In crim.veneni , in quo licèt & de illius corpore in primis constare debeat,antequam deueniatur vel 30
ad torturam,vel ad cõdemnationẽ,etiã quòd contra inquisitũ plura vrgeant indicia , vt bene resoluit Rota Auenionen. *dec.*20 & ante eum Lud. Car.*crim.diuer.primò impressor.*99. *n.*7.*&* seqq.*lib.*1. vbi ampliùs dixit , quòd non sufficit fisco probare fuisse propinatum venenũ, nisi & probauerit qualitatem veneni propinati quòd erat aptũ ad occidẽdũ, sequit. Bertaz.*cons.*57.*n.*3.*&* seqq. *lib.*1.*&* cõs.138.*n.*1.*eod.lib.*1.cùm tamen hoc probare sit difficilis probationis , ideo coniecturæ, & indicia probant illud,per ea quæ tradita sunt *suprà, in prima limitatione,*& bene explicat Clar.*in prac.*§.*fin.q.*4.*vers. fi.*quẽ videas. Signa autem † veneni nemo est,qui melius ex- 31
primat,iuxta venenorum diuersitatem, & cum Medicorum auctoritatibus,quam Foller. qui bene loquitur in materia,*in practica.crim.in verbo,capiat informationem, num.* 26 *per tot.* & aliqua etiam bene recenset & declarat Hier. Lauren. *decis. Auenionen.* 20.*per totam,in disursu,*& Sigismun. Scaccia *in tract.de iudic.caus.ciuil.& crim.lib.*1.*c.*83.*n.*3.*versicul. item si in anno.in fine.* Dic,quòd corpus delicti in crimine veneni: & sic, quem interemptum , vel non interemptum veneno, probatur iudicio Medicorum,Boss. *in titul.de delict.nu.* 6.*&* 9.vbi ampliat, etiam quòd deponant de credulitate, Foll.*d. verb.capiat.informationem, n.*24.vbi etiam dicit, quòd debẽt depo

deponere cum iuramento;† & quatenus docet opus sit scindere & aperire cadauer, Ant. Gomez, *variar. resol. to. 3. tit. de homicid. n.* 8. Placha. *in epito. delicto. cap.* 20. *n.* 11. Clar. *in pract. q.* 4. *d. vers. fi.* & in hoc non reperio contradictorem. Addo & Ioseph. Mascar. post hæc scripta visum, *in suo tract. de proba. conclus.* 134. *nu.* 7. *lib.* 1. Hieron. Laur. *d. decis. Auenionen.* 20. *n.* 5. *versic. vnus testis, & n.* 7. *versi. seruasse*, immò quem mortuũ, vel non mortuum veneno, peritorum tantùm, & non aliorũ iudicio probari posse, post alios quos allegat antiquiores, optimè probat Lud. Car. *cons. crim. diuer. secundùm primã impressionem* 99. *n.* 9. *& seqq. in discursu, lib.* 1. Bertaz. *cons.* 57. *n.* 5. *lib.* 1. Bursat. *cõsi.* 166. *n.* 6. *lib.* 2. Fab. à Monte Leon. *in Prax. arb. par.* 4. *n.* 695. *in fi. & nu.* 701. *& 707. fol.* 245. *& sequ.* Franc. Cason. *de indic. & tortu. in præmissis, c.* 4. *n.* 2. *& seq.*

Testes † autem licèt bene possint deponere super signis
33 veneni, si viderint corpus antequam sepeliretur, & in hoc sint idonei testes, vt per Foll. *in d. verbo, capiat informationẽ, nu.* 24. *in fi.* non tamen possunt dicere illum mortuum, vel non mortuum veneno, quia hoc est peritorum Medicorum, vt sup. dixi, non testium, vt per Folle. *vbi sup. in verbo, item quòd sororem venenauit, n.* 14.

34 Et † in relatione Medicorum aduertas ad vnum tu, qui es fisci procurator, quòd ex attestatione eorum asserentiũ simpliciter quem mortuum ex veneno, non censetur probatũ in hoc crimine corpus dilicti, nisi addiderint ex veneno dato, & non ingenito. Sæpe enim contingere potest, quòd quis moriatur ex veneno in corpore ex humorum malitia, & non ex bibito: & signa veneni ingeniti à natura sunt eadẽ, ac illa veneni dati, vt pulchrè discurrẽdo omnium venenorum genera cum Medicorum auctoritatibus demonstrat Foller. *vbi suprà, d. verbo, capiat informationem, n.* 26. *& 27. & d. decis. Auenion* 20. *num.* 7. 10. *& seq.*

Et ideo Medici isto casu nõ possunt firmare iudiciũ suum, ex quo veneno quis obierit, an scilicet ex ingenito, an ex dato; nisi alio aliquo extrinsecus apparente, putà si post assumptionem cibi immediatè quis incidisset in maximam mutationem status, tunc possunt iudicare esse venenum introductum, & non per se ortum, ex quo venenum in corpore natum nõ tam repentè operatur, sicuti venenum datum, & ex quo cibus ille nõ potuisset producere ex se tale accidens: sed si huiusmodi extrinseci actus non interueniant, non possunt Medici aliquid firmare. Hæc pulchrè tradunt Boss. *in tit. de delic. n.* 6. & Foller. *in pract. in verbo, item quòd sororem venenauit, n.* 4. *& 13. n.* 16. vbi amplius dicit, quòd non dicitur probatũ veneni crimẽ in genere ex probatione cõtinui vomitus, vel ex liuore corporis, aut spumis ore fluentib. quia hęc signa possunt etiam ex pestifera febre, aut acuto morbo citra veneni causam oriri: quod & idẽ affirmauit Sigismun. Scacc. *in trac. iudic. caus. ciuil. & crim. l.* 1. *cap.* 83. *n.* 3. *post versi. Item si in anno, &c. ibi*, Item si in toto corpore, &c. Fab. à Mõte Leo *in sua Prax. arb. part.* 4. *sub n.* 695. *iuncto n.* 708.

Ad quæ vide etiam Hier. Laur. *d. decis. Auenionen.* 20. *n.* 3. *vers. quòd illũ:* vbi notat, quòd subita mutatio status est veneni indicium: sed contrà *ibid. n.* 7. *in prin. & in ver. hac vera*, vbi tamen videtur declarare, quòd nisi alia concurrãt, ex hoc solo indicio venenum probatur. Si mors repentina inf. horas 24. vomitus & gutturis inflãmatio, licèt sint signa veneni, *vt in e. d. decis. nu.* 3. *in discursu*: non sunt tamen propria veneni propinati indicia, sed etiam communia ad ingenitum venenum; & ideo nisi aliud appareat, non censetur per signa prædicta probatum veneni corpus, *vt ibid. n.* 7. 10. *&* 10. & in resolutione decisionis, & faciunt scripta per Sigismund. Scacciam *de iudic. caus. ciuil. & cri. capit.* 83. *n.* 3. *versi. item si reperiatur homo, & nu.* 4. vbi docet repentinam mortem euenire posse ex quinque causis, etiam à propinato veneno ortum non habentibus.

35 ¶ Sed quid, † si quis confiteatur se aliquem venenasse, & ex illo veneno mortuum, an ex hac confessione possit absque inquisitione condemnari? Dicas quòd debet per Iudicẽ interrogari de qualitate & quantitate potionis datæ, & desuper habita responsione recurrendum est ad iudicium Medicorũ, qui si dicant illam potionem nõ fuisse aptam ad occidendũ, talis confessio tanquam erronea non sufficit ad capitaliter cõdẽnandũ, Alex. *cõs.* 115. *n.* 6. *in causa inquisit. vol.* 3. Franc. de Ponzinib. *in tract. de lamiis, n.* 7. Boss. *tit. de delic. n.* 8. secus si Medici deponerent fuisse aptam ad occidendũ, quia tunc ex tali confessione potest sequi cõdemnatio in pœnam ordinariam, vt per Anton. Gomez. *d. titu. de homicid. num.* 8. & Petr. à Placha *in epit. cap.* 20. *n.* 10. Quòd si de nulla Medicorum fide appareat, & tunc dicas, quòd in hac confessione nullum potest fieri fundamentum. Ad confitẽtem enim non spectat, an ex veneno dato obierit nécne; sed solùm, an venenum dederit, aut non dederit: ideo sequi nõ potest condemnatio ex huiusmodi confessione, secund. Alexan. *d. cõsi.* 116. & magis expressè Hippo. *in l. prima, §. præterea, co pen. n.* 37. *v. & inquantum, ff. de sicar.* Foller. *in prac. ver. item quod sororẽ venenauit. num.* 15. *& n.* 27. *in fin. & ver. & si cõfitebuntur, in prima part.* 3. *par. principalis, nu.* 37. *pag. mihi* 298. *& in eod. ver. & si confitebuntur, in* 3. *par.* 3. *partis principal. n.* 88. *pag.* 329. Ant. Gomez. *d. tit. de homicid. eod. n.* 8. Io. Mar. Monticel. *reg. crimin.* 19. *n.* 8. *in fin.* Lud. Cat. *cons. crimin. diuer.* 99. *n.* 8. *in fine, & seqq. li.* 1. *in paruis*, Franc. Cason. *de indic. & tort. in princ. cap.* 4. *n.* 3. & licèt Boss. *in tit. de deli. d. n.* 8. dicat, quòd iste casus esset periculosus pro amico, præsertim vbi in incontinenti, vel paulò post assumptionem potionis datæ decessisset: tamen, vt dixi, si de Medicorum fide non appareat, nunquam in pœnam ordinariam illum condemnarem; quia de extraordinaria non est dubitandum: aliàs Alex. & sequaces malè loquerentur, *vt ibi.* dixit Boss. *eodem n.* 8.

ARGVMENTVM.

Inquiri quando possit contra mandantem, auxiliatorem, seu consultorem, non constito de mandatario, seu principali delinquente.

SVMMARIVM.

Mandans non potest molestari, etiam non constito de mandatario, seu principali delinquente, n. 1. *& seqq.*

Testis deponens contra mandantem non probat, nisi deponat etiam de mandatario, n. 2.

Inquisitio debet continere nomen illius, cum quo delictum est commissum, n. 3.

Auxiliator non potest molestari, nisi constet de principali delinquente plenè, verè & certè: non autem per præsumptiones, & indicia: & an sufficiat sententia contumacitatis contra mandatarium lata, n. 4. *& seq.*

Mandans an possit molestari nõ constito de mãdatario, vbi mandatũ de se est punibile absque delicto mandatarij, n. 6. *& seqq.*

Mandans an possit molestari non constito de mandatario in crimine assassinij, seu aliis atrocibus delictis, n. 7. *& seqq.*

Mandans an possit molestari non constito de mandatario, vbi persona principalis delinquentis est incognita, & eius nomen ignoratur, n. 10.

Mandatum etiam non sequuto effectu in atrocibus punitur pœna extraordinaria, n. 8.

Inquisitio quomodo formetur, quando delinquentis persona est incognita, & eius nomen ignoratur, n. 10.

Mandans ad hoc vt possit molestari, & inquiri, an sufficiat constare de mandatario per eius contumaciam: an vero debeat de illo constare plenè, verè & certè, n. 5. *& seq.*

QVÆSTIO III.

INquisitionem † certam, specificam, & claram debere es- 1
se, satis supérque *in prima Quæstionis tertio requisito suprà* demonstratum est, vbi ampliùs diximus, quòd inquisitio debet continere in se omnes delicti qualitates & circumstantias taliter, vt reo defensio non tollatur. Hinc disputandi occasio oritur, An possit contra mandantem inquiri de mandato, non constito de mandatario, & sic de principali delinquente? Et quidem omnes* (nemine, quem viderim, discrepante) negatiuè respondent per text. (quẽ nescire esset maximum dedecus, teste Boss. *in tit. de delic. n.* 35.) *in l. si is, qui rem, la seconda, §. si tu Titium*, & ibi Bar. *in l. fin. ff. de furt* idem Bart. *in suo cons.* 184. *incip. Tudertinus quidam veniens coram Iudice*, Anchar. *in cons.* 216. *incip. Nos Bartholomæus, in fin.* Paris. *consi.* 171. *n.* 10. *vol.* 4. Carrer *in pract. §. circ. n.* 89. Alex. *in addi. ad Bar. in d. §. si tu Titium*, vbi quòd ita omnes* sequũtur, Mars. * *consi.* 49. *n.* 11. *& seqq.* Fol. *in pract. cri. ver. capiat informationẽ, num.* 70.

*n.*70.Boss.*vbi suprà tit.de delic.n.*35.*& seqq.*qui diffusè ponit materiam, *& in tit. de mandato ad homicid. n.*36.*in fi.*Bursat. *cons.*20.*n.*2. *& seqq.l.*1. *& cons.*216.*n.*82.*vol.*2. *& cons.*146. *n.*10.*eod.lib.*2.*n.*2. *& seqq.vol.*1. Io.Mar. Monticel. *in pract. crim.reg.*7.*n.*102.Menoc.*in tract.de arb.q.casu* 152.*n.*15.*l.*2. Thob.Non.*cons.*101.*n.*7.Ioa.Petr.Surd. *cons.*40.*n.*47. Flam. Cart.post hæc scripta visus *in tract.de exeq. sent.capt. bannit.* *c.*1.346. *& seqq.* vbi plures de communi* opinione testantes refert Honded.*cons.*107.*n.*11. *& seqq.*

2 Immò † depositio testis contra mandantem aliquid testificantis non valet, nisi etiam & de mandatario deponat, secundùm Bal.*in con.*259.*col.*2. *in fin.& seqq.& cons.*52.*vol.*1. *& l.*1.*ff.de ser.corrup.*Alex.*cons.*54.*colum.*3.*vol.*3.*& cons.*15. *vol.*1.quos refert & sequitur Bos. *vbi suprà d.tit.de delict.n.* 59.*& de manda.ad homic. n.* 37. Menoc. *de ar.q.casu* 349.*n.* 14.Gabriel.*concl.*1.*n.*39.*lib.*7.

Ratio præcedentis conclusionis duplex à Doctoribus affertur. Prima est illa, de qua per Ang. *de malef.in verbo, d. maleficio semper astitit, vers.quæro ad hoc, n.*20.& ibi Aug. *in addit.* quia scilicet mandatum tanquam quid accidens non potest stare sine suo principali delinquente, & sic mandatario,*d.l.si is qui rem,* §. *si tu Titiũ,ff.de furt.*& à cuius sensu,& cognitione remouetur principale, & eius accessoriũ necesse est vt remoueatur, secundùm Bal. *in l.*1. *in addit. ff. de seruo corrup.*& in quo remouetur cognitio antecedentis,remouetur & cognitio consequentis. *l.*1.*in prin.ff.de iusti. & iure,l. illud,& l.antiq.ff.si pars hæred.petat.*& ille,qui venit tãquam accessorius ad delictum,non punitur,nisi cõstet,principalem deliquisse,secundũ Bar.*in d.suo cons.*184.& ex incertitudine principalis delinquentis infertur in accessorio incompetentia procedendi,Bal.*cons.*259.*circa fi.vol.*1.Anch.*d.cons.*216. Marsi.*d.cons.*49.*n.*13.*& cons.*34.*n.*6.*& cons.*60.*n.*6.Io. Mar. Monticel.*in pract.crim.reg.*7.*n.*107.

3 Secunda sumitur ratio *ex l.libellorum,ff.de accus.*† vbi dicitur quòd in inquisitione debet nominari persona, cum qua delictum est commissum;quia non licet in tanto crimine cũ alterius iniuria vagari.*l.Prætor,in princ.*vbi glo.*in ver.certũ. ff.de iniur. l.item exigit, ff. de dolo,*Bal.*in l.licèt gratis,*§.*possumus,per illũ tex.* ibi,*vt certi hominis factũ arguamus,eod.ti.de iniur.& fam.libel.* aliàs enim aufertur defensio inquisito:nã si constat de principali delinquẽte mãdatario, & ille nominatur,poterit inquisitus probare,quòd ille mandatum non habuit:& sic quòd ipse non deliquit,vel quòd ille perpetratum delictum non commisit, aut quid simile, quæ probare non posset,si de principali delinquẽte non constaret,& sic ei tolletur defensio;& ideo generalis inquisitio contra mãdantem non constito de mandatario, ipso iure vitiatur, & est nulla, etiamsi de generalitate non opponatur, *d.l.libellorum, vers. quòd si libelli*, vbi Bart. Ang. & alij, quos in proposito post Ruin. in subscriptione ad Marsil. *cons.* 49. refert & sequitur Nata *in cons.*422.*n.*2.*& seqq.lib.*2.

4 ¶ Ampliа I. † Supradictam regulam negatiuam procedere nedum in mandãte,sed etiã in auxiliatore,contra quem pariter de auxilio procedi non poterit,nisi constet de principali delinquente, secundùm Bartol.*in d.*§.*si tu Titium, & in d.suo cons.*184. Ioan.de Anan.*in c.significasti, l.*2.*n.*25.*de homic.* Ang.*de malef.dicto verbo, d.malefic. semper astitit,versic. quæro ad hoc,*& ibi Ang.*in addit.n.*20.Boss.*in d.tit.de delic.n.* 34.Mar.*d.cõs.*49.*n.*12.*& cons.*110.*n.*23.*& cons.*43.*n.*51.Bal. *cõs.*229.*incip.verba inquisitionis,in l.vlt.col. vol.*3.*& cõs.*24.*in ci.de access.vol.*5. Alex.*in l.si duo patroni, in prin.in gl.in ver. alteri,ff.de iureiur.& cons.*99.*incip.vbi in causa inquisi.in pen. col.post n.*4.*vol.*1.*& cons.*15.*viso processu inquisit.n.*10.*eod.l.*1. Affli.*in constit.terminũ vitæ,n.*20.*in fi.ver.tamen subdit.*Alex. *tit.de homic.puniẽ.*Marc.*in prac.*§.*constante,n.*40.*& seqq.& in cons.*24.*n.*23.*& cons.*34.*n.*4.*& seqq.cons.*69.*n.*4.*& seqq.*Carrer.*in pract.*§.*homicidiũ,n.*57.Foll.*in pract.crim. versic.capiat informationẽ,n.*69. Anch.*dicto cons.*216.*n.*5.Placha *in epito. delic.c.*16.*n.*9. vbi plures adducit concordantes, & est com-
* munis,* vt per Paris.*cons.*171.*n.*10.*vol.*4.Pract.Conrad.*t.de consentientib.n.*9.*in fi.*Bru.à Sole *in suo cons.crim.sub n.*52. Io.
* Pet.Surd.*cõs.*40.*n.*43.*ad med.& n.*47.*in prin.* vbi de cõm. * *& d.n.* 47. *in fin. ver.secũdò non mouet.l.*1.Ioseph.Masc.post hæc scripta,sed nõ adhuc impressa visus *in tra.de prob.vol.*1. *cõcl.*169.*n.*14.*&* 15.*&* 22.*ver.*2.*limit.*& alios adducit cõcor-

dãtes Fla.Car.pariter post hæc scripta visus,*in d. tr.de exeq. sent.capto bannito,c.*1.*n.* 349. qui testãtur de comm.* opin. *

¶ Amplia II. † Vt de delicto principalis delinquentis debeat cõstare plenè,verè,& certè:nõ autẽ per præsũptiones,& indicia,Boss.*tit.de delict.n.* 38.*in fi.& de mãd. ad hom. n.*36.*in fin.*Quib.in locis dicit,quòd debet certissimè cõstare de principali delinquẽte , Menoch.*d.cas.*349. *n.* 13. vbi quòd debet cõstare plenè,& verè, *& cas.*352.*n.*15.vbi refert, quòd probationes super mãdatario debẽt esse cõcludẽtes.Sed de veritate huius ampliationis,vide *in seq. ampl.* *

¶ Amplia III. Et hæc ampliatio venit illatiuè ex preced.2.ampliat.quòd plenè,verè,certè,& concludenter dicetur cõstare de principali delinquẽte,si de eo cõstabit,vel per testes, vel per confessionem illius veram,ex ore proprio prouenientem,nõ autem fictam,ex cõtumacia vigore statuti volentis cõtumacem haberi pro cõfesso,quia talis cõfessio principalis delinquẽtis nõ est sufficiẽs ad procedẽdum cõtra mãdantem,seu auxiliatorem,secund. Bar. *in d.l.*§.*si tu Titiũ.*& ibi Alex.*in addit.*vbi quòd ita omnes* * sequuntur,& practicantur.idem Bart. *in l.denũciasse,*§.*fi.ff. de adult.*Ang.*de malef.d.verb.dic.maleficio semper astitit, eod. vers.quæro ad hoc.n.*20.Carrer.*in pract.*§.*homicidiũ.n.*57.Foller.*in pra.cr.verb.capiat informationẽ.n.*69. Felin.*in c.sicut dignũ.n.*3.*de homic.* Io.de Anan.*in d.c.significasti,il* 2.*n.*25.*extr. de homic.*Boss.*d.tit.de delict.n.*51.Plac.*in epit. delict.d.cap.*16. *eod.n.*6.Mant.*in c.*1.*n.*43.*de offic.deleg.*Menoch.*de arbit.quæst. casu* 349.*n.*13.*& seqq. lib.*2. Alex.*cons.*99.*n.*4.*vers.* Præterea *iste,lib.*1.vbi de comm.*Rui.*cõs.*60.*n.*13.*vol.*5.Bursat.*d.cõs.* 22.*n.*2.*& seqq.lib.*1.*& cons.*146.*n.*10.*vol.*2. Thob.Non.*cons.* 101.*n.*7. Ioseph. Mascar.*d.cons.*169.*n.*17.& alios etiam de communi* opinione testantes refert & sequitur Flam. * Cartar.*d.c.*1.*n.*348.*& seq.*Hond.*cons.*107.*n.*13.

Ratio istius tertiæ ampliationis ea potissimùm affertur, quia scilicet ficta contumacia personã non egreditur, *l.eius, qui delatorẽ,*vbi Bart.*ff.de iure fisci,* Anch.*cons.*12.*pro clariori, n.*6.sententia in contumaciam contra vnum lata non potest alteri præiudicare, *l.qui repudiantis,in fi.& l. Papinianus, & meminisse,ff.de inoff.test.*Ias.*in l.cùm filius fam.n.*18.*ff.de verb. obl.*& ad hoc, vt de principali delinquẽte cõstare dicatur,nõ sufficit,vt constet per processum contra principalem fabricatum,sed oportet vt constet per processum agitatum cõtra ipsum ac accessoriũ. Ita post Bart. *in l.*1.§.*fi.ff de qq.*& Felin. *in c.sicut dignum,col.*2.*vers.*2.*limita,de homic. & in c. quãuis, col antepen.de re iud.*concludit Boss.*d.tit.de delic.n.*38.

Ego autem in hac re,vt quid sentiam,dicam,hãc tertiam ampliationem, licèt Doctores communiter*& inaduertenter (iudicio meo,& ni fallor) teneant,minimè veram credo, & in practica apud nos non sustinetur.Videmus enim in Vrbe per omnia tribunalia indistinctè procedi contra mandantem & auxiliatorẽ,nedũ ad inquisitionem, sed etiã ad capturam,torturam,& cõdemnationẽ,etiam quòd de mãdatario seu principali delinquente non ita plenè, & certè cõstaret,vt suprà præsupponũt Doctores,statim quòd cõtra mandatarium,seu principalem delinquẽtem adsunt indicia sufficientia ad inquirẽdum,& eidem transmittẽdam inquisitionẽ,& monitorium de comparẽdo, statim inquã contra ipsum proceditur, monetur,citatur,ac etiã non cõparendo condemnatur, pariterque si adsunt in eo delicto aliqua indicia contra aliquẽ aliũ de mandato, seu auxilio, statim proceditur contra mandãtem indiciatum seu auxiliatorem,etiam quòd non constet de principali delinquẽte aliter quàm per indicia,quibus fuit cõtra ipsũ formata inquisitio vel per sententiã in contumaciã latã,& ita etiã in prouincia Mediolani practicatur,vt testatur Iul.Clar.*in* §.*fi.q.*90.*in vers.sciau etiam,* vbi dicitur,quòd secuta condẽnatione cõtra principalem contumacẽ,& quãdoque etiam non sequuta proceditur contra auxiliatores & mãdatores nulla facta distinctione,an aliter quã per cõtumaciã cõstet principalẽ deliquisse;& est optima practica, vt ibi per eũ. Alioquin,ni fallor,sequeretur absurdũ quòd multa delicta remanerẽt impunita, si ad hoc & cõtra mandantẽ procedi posset,esset expectanda mandatarij confessio, vel concludẽs probatio per duos idoneos testes de visu. Et licèt Bursat.*in d.cõs.* 146.*n.*10.dixerit,hãc consuetudinẽ,de qua testatur Clar.nõ esse extẽdẽdã extra statũ Mediolani,ac in iu-

dicando extra dictum statum nõ esse recedendũ à communi opinione, Bursatúmque *vbi suprà* referat, & sequatur Flam. Cartar. *d. c.1.n.349. in fin.* & sic pariter posse dici, consuetudinem, de qua nos verè testari possumus in Vrbe, non esse extra Vrbem extendẽdam: ego tamen eandem communem
** opinionem vix in aliquo loco de iure recipi posse crediderim, per ea quæ mox subiiciã, & inter legendũ considerani.

Nam pro declaratione totius materiæ cautiùs regulã esse formandam alio modo crediderim, quàm Doctor. hucusque firmauerint: non scilicet, vt contra mandantem non possit procedi, nisi de mandatario & principali delinquente constet, sed bene vt non possit contra mandãtem seu auxiliatorem procedi, nisi sibi nominetur persona principalis delinquẽtis: ita enim, quod videlicet sit nominanda persona principalis, quando inquiritur contra mandatẽ vel auxiliatorem, loquuti sunt, Carrer. *in pract.* §. *circa, n.*19. Natta omnino videndus, *in cons.*422. *per totum, vol.* 2. & consuluit Marsil. *in allegato cõsil.*49. *n.*14. vbi quòd inquisitus præsens si à Iudice interrogatur, an dederit mandatum ad occidendum putà Titium, non tenetur respondere, nisi ei exprimatur nomen, & persona illius cui Curia prætendit dedisse mandatum, & sic de nominatione mandatarij loquitur, prout etiam loquitur *in cons.*63. *n.*4. Io. Mar. Monticel. *d. reg.*7. *n.*102. Rui. *in subscriptione cõsilij eiusdem Marsilij* 49. *n.*18. vbi expressè dicit, quòd non posset contra aliquem de mandato inquiri, nisi inquisitione exprimatur nomen mandatarij, & hìc verè subintrat secunda ratio superiùs adducta, ne scilicet aliàs reo tollantur suæ defensiones, quæ quidem tollerentur, si ibi persona mandatarij, seu principalis delinquentis non nominaretur. At nominata mandatarij seu delinquentis persona, potest mandans suas facere defensiones; alioqui vagaretur in tanto crimine contra tex. *in l. Prator edixit, in princip. ff. de iniu. & fam. libel. & l. licet,* §. *possumus, ff. nauta, cau. stab.* cũ aliis suprà allegatis, bene tamẽ fateor, quod non potest mandanti seu auxiliatori nominari persona mãdatarij & principalis delinquentis, nisi de eo aliquo modo constet: quia aliàs sequeretur, quòd posset contra accessorium procedi non constito de principali; quod est absurdũ, vt suprà dictum est in prima ratione principalis regulæ. Constare autẽ de mandatario & principali delinquente ad effectũ de quo agitur satis dicetur per indicia sufficientia, quibus fuit inquisitus & processatus.

Non obstat, si diceretur, quòd sententia & processus cõtrę mandatariũ seu principalem delinquentem, maximè in contumaciam lata & formata, non afficit mandantẽ, seu auxiliatorem, vt suprà probaui in ratione huius tertiæ ampliationis, vt post Bar. Alex. Feli. & alios quos allegat, tradit Boss. *d. tit. de delic. n.* 38. Nam non dico, quòd mãdans seu auxiliator possit inquiri ex indiciis laborantib. & processu formato contra mandatariũ seu principalem delinquentẽ; quia cõtra istos accessoriè delinquentes alia particularia requiruntur indicia, *vt per C. rrer. in pract* §. *homicidiũ, n.*58. sed quod satis dicitur constare de mãdatario, & principali delinquente, vt possint contra mandantem, seu auxiliatorem assumi indicia, & inquiri, si de eo cõstet per indicia, quibus fuit inquisitus & processatus, & hæc sũt inter se valde diuersa: ita in hac tertia ampliatione de iure verius esse pro nunc crediderim, remittẽdo tamẽ me, & libẽtissimè, iudicio meliùs sentiẽtis.

6 ¶ Limita I. † Eandem principalem conclusionem non procedere, quando mandatum est de se punibile absque mãdatarij delicto. Exemplũ ponit Boss. *in tit. de delic. n.*48. quando extat constitutio, prout Mediolani extat decretum tempore Gallorum editũ, quod mandans homicidium fieri, punitur ad mortem, etiam non sequuto effectu; de quo decreto etiã mentionẽ faci' Menoc. *in tract. de arbitr. quæst. casu* 352. *n.*10. *l.*2. isto inquam casu mandatum consideratur de per se, & non dependet à delicto principalis; quia etiam sine eo punibile est vigore constitutionis prædictæ: & propterea potest contra mandantem de mandato agi, aliter non constito de delicto mandatarij, & ibi per Boss. qui testatur, quòd aliàs Curia Prætoris Mediolani condemnauit quandã mulierem de mandato ex sola eius confessione, non aliter constito de principali delinquente.

7 Aliud † huius limitationis exemplũ poni potest in assassinio, in casu scilicet *c. pro humani, de hom. in 6.* in quo cum se-
* cundũ magis communem* opinionẽ mandatũ habeatur pro perfecto actu, & ordinariè puniatur etiam nõ sequuto effectu per mandatarium, ad tradit. per Ang. *de malef. in verbo, & ex interuallo dictus Titius, n.*16. Ang *cõs.*14. *incip. Nos Carolus,* Bal. *cõs.*430. *vol.*2. Diaz. *in prac. cri. c.* 91. *n.*4. *vers. aduerte præterea,* Boss. *de mãd. ad homicid. n.*13. *& seq.* Petr à Placha *in epit. deli. c.*16. Iul. Clar. *in pract.* §. *assassiniũ, vers. scias etiã,* & nos suo loco pleniùs Deo dãte dicemus *in tit. de homicid. infrà l.*3. ideo in casu assassinij poterit cõtra mãdantẽ procedi, etiã nõ cõstito de mãdatario, secũ. Boss. *d. ti. de delic. eo. n.*28.

Immò generaliter dicas, †quòd ex quo in omnibus atrocib. 8
delictis mandatum per se consideratur & punibile est pœna extraordinaria, etiã effectu non sequuto, vt in proposito dixit Natta *d. cõs.*422. *n.*8. & tradit Bar. *in l. non solũ* §. *mãdato, n.*3. *ver. hoc præmisso. ff. de iniur.* And. *de malef. in verb. & Sẽproniũ mandatorẽ, ver. quæro* 2. *n.*7. Salic. *in l. nõ ideo minùs, col.*4. *ver. quæro* 3. *C. de accus.* Grã. *cõs.*36. *n.*11. *& decis.*38. *n.*30. *& vol.*8. *in fin.* Capra *cõcl.*80. *n.*3. & 4. Io. de Ligna. *cons. cri. diuers. pũctus q. n.*2. *& seqq. in* 1. *vol. in paruis.* Placha *in epit. delic. c.*15. *n.*15. *pag. mihi* 244. Menoc. *in tract. de arbitr. q. casu* 352. *n.*9. idcirco in atrocib. delictis contra mandantẽ, quoad pœnam extraordinariã procedi potest, etiãsi non cõstet de mãdatario. Ita expressè supradictã regulã limitauit idẽ Menoch. *d. casu* 352. *n.*15. *& seqq.* & facit quod dixit Boss. *d. tit. de delic. n.*40. vbi quòd quãdo agitur ciuiliter, sufficit constare de delicto, licèt nõ constet de persona delinquẽtis. Sed circa hãc limitationem aduertas, †quod aut mandatarij & principalis delin- 9
quẽtis persona est cognita aut incognita: si incognita, & tũc indistinctè etiã in casu in quo nõ punitur mãdãs, nisi effectu sequuto dicas posse cõtra mandantẽ procedi non cõstito de mãdatarij persona, per ea quæ dicẽtur in sequ. limitatione. Si verò mãdatarij seu principalis delinquentis persona est cognita, & de eius nomine notitia habeatur; cur quæso in crimine assassinij & aliis atrocib. delictis in quib. mãdatũ de per se cõsideratur, nõ debet exprimi eius nomẽ, quãdo cõtra mãdantẽ proceditur? Cur inquã in iis casib. sũt prætẽso mãdãti auferẽdæ defẽsiones? & tamẽ certũ est in iure, & suo loco dicetur, quod nec in atrocissimis sũt reo denegãdæ defẽsiones, ideo meliùs dicas quod etiã in assassinio, & aliis atrocib. delictis, in quib. mãdatũ de per se cõsideratur, siue agatur ad ordinariã, seu extraordinariã pœnã, quando mãdatarij persona est cognita, nõ potest cõtra mãdantẽ procedi, nisi mandatarij nomẽ illi exprimatur, qualiter, vt dixi, esset eidẽ tollere defẽsiones, quod dicere absurdũ est, & isto casu sufficit ad hoc, vt fiat huiusmodi nominatio, vt de mãdatario cõstet per famã, vel per indicia, vt in specie dixit Boss. *dict. tit. de delict. n.*49. vbi quòd etiam in casu in quo mandatũ de se cõsideratur, & punibile est, aliquatenus de delinquente constare debet, vel per famam, vel per indicia, aliàs sola confessio non sufficit.

¶ Amplia II. † Vt regula non procedat, quando man- 10
datarij & principalis delinquentis persona est incognita, ita quòd eius nomen ignoretur: tunc enim valet inquisitio, & processus formatus cõtra mãdantẽ, etiã quòd de mandatarij nomine non cõstat. Ita post multa & respõdendo ad cõtraria cõcludit Natta *in suprà allegato cons.*422. *l.*2. quẽ referendo sequitur Clar. *in pract. q.*89. *vers. scias autẽ, in fin.* Ratio istius limitationis duplex est. Vna, quam ibi affert Natta, quia scilicet regulariter in inquisitione sit exprimendũ nomẽ delinquentis, tamen si persona est incognita & nomen ignoratur, absq; nominis expressione valet inquisitio, *secundũ gl. in l.*1. §. *itẽ illud, in verb. locus, ff. ad Sylla. & in ca. præscripta,* §. *libel. in verb. Caio Seio,* 2. *q.*8. Aret. *in* §. *quadrupl. n.*3. *in prima col. ver. quarto inducitur. Instit. de act.* Marsi. *in pract.* §. *principiũ. n.*17. *& in* §. *diligenter, n.*17. Ias. *in l. iusiur.* §. *fin. ff. de iureiur.* Boss. *in tit. de delict. n.*33. vbi dicitur, quòd hoc omnes * sciũt. *
Pract. Conradi *tit. de inquisit. n.*25. *& n.*26. Ang. *in leg.*1. §. *interdum, num.*2. *ff. si pars hæredi. petatur,* vbi quòd hæc bona practica, Clar. *in pract.* §. *fin. q.*4. *sub vers. quando verò, & qu.* 52. *ver. vlteriùs,* Menoch. *d. casu* 352. *n.*15. *& seqq.* vbi ex hoc infert valere testimonium eorum, qui deponãt contra mandantem, etiam quòd contra principalem delinquentem non deponant, si eum non cognouerint. Altera est ratio, quia si aliter diceremus, sequeretur quòd quis posset mandare homicidium, putà personæ incognitæ, & eo non existente in fortiis curiæ ipsum non molestari de mandato: quo casu delicta remanerent impunita, quod non est dicendum.

¶ SVBLIMITANDO Præcedentem limitationem aduertas, quòd licet valeat inquisitio non expresso nomine delinquentis, si nomen ignoratur, vt suprà probaui; isto tamen casu Iudex inquirere debet de ætate, statura, vestitu, & aliis signis ipsius delinquentis, & de illis testes debent in processu deponere, iuxta tex. *in l. ad recognoscendũ, C. de ingen. & manumiss.* & tunc si antiquo tempore inquisitus & condemnatus veniat in fortiam curiæ condẽnantis, fit recognitio personæ per eosdem testes, qui deposuerint super signis, & facta recognitione Iudex contra ipsum sententiam exequitur, prout etiam & poterit condemnari, si non fuerit antea condemnatus, & fateatur delictum, *l. inde Neratius. §. si cum l. seq. ad l. Aquil.* & tradunt Are. & Marsi. *in locis suprà citatis.* Nisi autem in inquisitione isto casu fiat descriptio personæ incognitæ per signa vestimentorum, & personæ incognita fuerit recognitio prædicta in casu, quo inquisitus venerit in fortiam curiæ: nec vtique inquisitio valebit tanquam cadens delinquentis certitudine *per præalleg.* Et si, vt dixi, inquisitus in fortiã curiæ deuenerit, condemnari non poterit: & si priùs fuerit condemnatus, sententia contra ipsum lata minimè exequenda erit, prout in proposito bene animaduertit Flaminius Carta. post hæc scripta visus, *in suo tract. de exe. sent. capto. c. 2. num. 4. & 7. c. fin. num. 186. ver. prout etiam animad. est.* vbi quòd in citationibus transmittendis delinquenti contumaci, debet eiusdem delinquentis nomen & cognomen exprimi, aliàs nullæ sunt, vt ibi per eum, qui & concordantes allegat. [& de forma recognitionis per Iudicem faciendæ contra istum delinquentem, quem testes cognoscunt de visu, sed nomen ignorant, vide eund. Cartar. *in sua pract. interrog. reo. lib. 3. cap. 2. num. 40.*

ARGVMENTVM.

Semel absolutus, seu condemnatus, quando possit super eodem delicto iterum molestari, & inquiri.

SVMMARIVM.

Absolutus semel, amplius molestari non potest, num. 1. sed condemnatus ab vno Iudice, quando possit ab alio Iudice iterum molestari, num. 2.

Absolutus semel non potest iterum molestari, etiamsi fuerit processum per vim inquisitionis, hoc tam de iure ciuili, quam de iure Canonico, num. 3.

Absolutus semel seu condemnatus, an possit iterum accusari super noua qualitate non deducta in iudicio absolutionis. nu. 4.

Absolutus in foro pœnitentiæ, potest iterum molestari in foro fori, num. 5. Quod procedit, siue pœnitentia sit secreta, siue publica, num. 6.

Absolutus à Iudice ecclesiastico, quando possit iterum molestari à Iudice seculari. Distingue plures casus, de quibus num. 7. & sequentibus.

Absolutus semel potest iterum molestari, si fuit absolutus per collusionem & prænaricationem Iudicis. num. 13.

Prænaricator, vnde, & quis dicatur, num. 14.

Procurator, seu aduocatus, qui cum aduersario colludit, pandendo secreta partis, seu quid aliud faciendo, quomodo puniatur, num. 15. & sequ.

Aduocatus, seu procurator, qui pro vna parte consuluit & procurauit, an possit postmodum pro aduersa parte consulere & procurare, num. 16.

Barbitonsores, seu chirurgi, qui retinent nomen vulnerantis, puniuntur pœna prænaricationis, num. 17.

Prænaricationis pœna est arbitraria, num. 18.

Prænaricationis crimen probatur coniecturis, num. 19. & ibi ponuntur nonnullæ coniecturæ.

Absolutus semel, sed ignorante eo qui suam, vel suorum prosequitur iniuriam, potest iterum molestari, & quomodo probetur isto casu ignorantia, num. 20. 21. 22.

Absolutus ab obseruatione iudicij potest iterum inquiri nouis superuenientibus indiciis, num. 13.

Miles absolutus à suo tribuno, non potest ab aliis Iudicibus amplius molestari, num. 4. Amplia 4.

Sententia quando dicatur diffinitiua, & quomodo ab obseruatione iudicij, num. 28. & 29. vbi etiam, quòd in dubio præsumatur.

Reus, qui fuit relaxatus sub cautione de se repræsentando, an possit cogi fideiussor ad repræsentandum reum, si noua non superuenerint indicia, n. 25. (dicatur, n. 26.

Tortura taliter purgat indicia, vt reus puram veritatem dixisse

Reus, qui per torturam purgauit indicia, an debeat diffinitiuè vel ab obseruatione iudicij absolui, & sic an superuenientibus indiciis possit iterum molestari, num. 26

Actore non probante, reus an sit absoluendus diffinitiuè, vel ab obseruatione iudicij, num. 27. & 28.

Absolutus ex eo quòd fiscus seu accusator non probauit, an possit iterum inquiri, num. 27. & 28.

Absolutus in dubio, an quis præsumatur diffinitiuè, vel an obseruatione iudicij, num. 27.

Absolutus ab obseruatione iudicij non potest iterũ accusari, etiã nouis superueniẽtibus indiciis transacto tẽpore, de quo, n. 29.

Absolutus ab obseruatione iudicij de iure canonico, non potest amplius de eodem ab accusatore accusari, ab alio autem sic, num. 30.

Absolutus per transactionem non prohibetur iterum accusari à fisco, seu ab alio, quàm ab eo cum quo transegit, à quo nullatenus potest iterum accusari, num. 31. 32. 33. & seq. vbi etiam plura de hac materia.

Pax habita à parte non tollit pœnam fisco debitam. n. 34. & an saltem minuat? dic quòd non de iure communi, num. 34. nisi in contrarium extaret statutum, quòd per pacem minuatur pœna, num. 35.

Transigens seu componens cum fisco, an possit iterum molestari, remissiuè, num. 36.

Transigens cum parte offensa in delictis priuatis, non potest iterum accusari ab alio proximiore ipsius offensi, num. 37.

Absolutus à crimine incidenter intentato, potest iterum de eodem crimine molestari, num. 39.

Absolutus seu condẽnatus à crimine ciuiliter intentato, an possit iterũ de eodem crimine criminaliter accusari, n. 40. & 41.

Absolutus à crimine intentato per viam denunciationis Euangelicæ, potest iterum inquiri, num. 42.

Absolutus potest iterum inquiri, si post absolutionem fateatur delictum, num. 43. & declara, vt in num. 44. & 45.

Absolutus potest iterum molestari principe sic mandante de absoluta potestate propter atrocitatem delicti, num. 46.

QVÆSTIO IV.

INQVISITIO † formari non potest contra illum, qui aliàs de eodem delicto, de quo inquiritur, fuit absolutus, vt suprà deduxi *in prima qu. in sexto requisito, n. 51.* Bis. n. de delicto quæri non posse, dicit *text. in c. de his, vbi Doct. de accus. l. pen. §. si. nau. cau. stabula. l. qui de crim. C. de accus. l. sepulcri violati actio, ff. de sepu. viol. l. si cui, §. iisdẽ,* vbi Ba. *ff. de accus.* & volenti iterũ accusare se inquirere semel absolutum seu condemnatum, obstat exceptio rei iudicatæ, *l. fi. C. de custo. reo. l. 2. C. de except. rei iudica. l. 1. quando prouoc. non est necesse.* & ita tradũt Boc. *decis. 289. n. 9.* Pau. Ghirlan. *de relax. carcer. tit. de absolutione, Inn. quæst. 2. n. 2. & ante eum.* Ange. *de malef. in verb. comparent dicti inquisiti & quilibet eorum in termino defensionis, n. 16. versicul. quid si opponitur.* & ibi An. *in addi.* vbi etiam, an hæc exceptio, videlicet, aliàs fui de hoc delicto inquisitus, sit peremptoria vel dilatoria, impediátque litis ingressum? Io. de Ana. *cons. 32. n. 5. & cons. 37. in prima regula,* Mant. *cons. 25. lib. 1.* Marant. *in Spec. tit. de inquisit. n. 48.* Spec. *in tit. de absol. §. 1. versi. porro,* Alex. *cons. 11. col. 2. versi. circa quintum dubiũ, vol. 1.* Io. Mar. Monticel. *in sua pract. crim. reg. 1 n. 8. ver. 6. princ.* Cephal. *cons. 39. n. 14. l. 1. & cõs. 192. n. 12. l. 2.* Pau. Mer. *cons. cri. diuer. 90. n. 1. vol. 2. in magnis,* Couar. *var. resol. l. 1. c. 10. in pr.* Ant. Gomez. *varia. resol. to. 3. ti. de delic. c. 1. n. 25. & 26. & 27.* Boss. *in ti. de sent. n. 60. & n. 64.* & de cõmuni * Doctorum opinione in hac conclusione testantur Ang. *de malef. in verb. & ad querelam, n. 90.* Prac. Cõra d. *ti. de ac. n. 11. pa. mihi. 227. col. 2. in pr.* Clar. *in pra. q. 57. in prin.* Foller. *in prac. cr. ca. non. c. 35. n. 3.* vbi quòd hæc conclusio est approbata ab omnib. Canonistis, & Legistis. [Bertazz. quem post hæc scripta habui, *in con. 129. n. 1. & cons. 171. n. 2. & seqq. l. 1. & con. 396. & seqq. l. 2.* Bru. à Sole, *in suis quæst. legalib. q. 17. n. 1. iunct. n. 5. in fi.* Andr. Gayl. *de pace publ. 2. c. 11. n. 24.*

¶ AMPLIA I. † Hanc Doctorum communem conclusionem, vt procedat non solùm in absoluto, sed etiam in condemnato: semel. n. cõdemnatus pro aliquo delicto, pro eodẽ amplius

ampliùs inquiri, aut molestari non potest:illa n. ratio, quòd bis de delicto quæri non potest,generalis est,& militat nedū in absoluto: sed etiam in condemnato, prout etiam de condēnato specialiter loquuti sunt.Cast.*cons.*18.*incip.non video, vol.*1.Alex.*d.cons.*11.*col.pen.vol.*1.Bal.*cons.*31.*& cōs.*292.*l.*4.*& cons.*124.*l.*5.Mar.*d.*11.*de inquisit.n.*40.Mar.Montic.*d.reg.*1.*n.*8.Pract Conta.*eo.tit.de inqui.n.*11. Clar.*in pract.*§.*fi.d.q.*57.*in prin.*Gandin.*in tit.vtrūque,cōtra quē fuit per inqui.proc.possit iterum ac.vers.*3.*quoniā si iste Titius esset condēnatus, &c.*Bos.*in tit. de sent.n.*64 Et pro horum opinione facit tex. *in l.sepul.violati actio,ff.de sepulc.viol.*quem in proposito adduxit Ant.Gomez.*d.tit.de delic.c.*1.*n.*27.*tomo* 3 Boer.*d.decis.* 289.*n.*1.*& seq.*cum aliis relatis per Franc. Bec.*in cons.*69.*n.* 1.*& seqq.l.*1.[& per Brun. à Sole, quem post hæc scripta habui,*in suis quæst.legal.q.*17.*n.*49.*& 50*]ex quibus facilè dici
* potest,hāc primam ampliationem cōmuniter * à Doctorib. receptam esse,[& illis addo Marc. Ant.Eug pariter post hæc impressa habitum, *in suo cons.*64.*per totum, in discursu,li.*1.*& præsertim,n.*35.51.*& 52.& n.*38.vbi ampliat etiam quòd quis soluerit pœnam non cōdemnatur à Iudice, sed dispensatus à principe per viam gratiæ.Sigism. Scacc.*in tract.de iud.caus.ciuil.& crim.&c.c.*12.*n.*81.*& n.*84. vbi ampliat etiā quòd iurisdictiones, & territoria sint sub diuersis dominis, de qua ampliatione dixi *infrà q.*7.*n.*26.

¶ Limita Hanc ampliationem,quæ sine dubio procedit in condēnato ea pœna,quam delicti qualitas requitebat, vt non habeat locum in condēnato minori pœna:licèt enim Bal.*in cons.*34.*in fin.l.*1.quem refert & sequitur,& à contrariis defendit Boer.*d.decis.*289.*n.*1.*& seqq.par.*1 pariter nec contra hunc minori pœna condemnatum procedi posse dixerit,& ita quotidie in practica seruati testetur:quod etiā videtur de mente Boss.*in d.t. de sent.n.*79.& Carauitæ *super ritu Magnæ Curiæ.*172.*n.*24 *post medium,ver.*etiā *si minus sufficiēter punitus est.* vbi refert & sequitur Boer.*in d.dec* 289. [& Eugenij *in d.cons.*64.*n.*12.*iuncto n.*37.38.84.*& seq.* & aliorum relatorum per Brū.à Sole,*d.q.*17.*eod.n.*49.*&* 50.]

Si tamen iurisdictio illius Iudicis, qui minorem, & non condignam delicto pœnam imposuit, sit separata & diuersa à iurisdictione alterius Iudicis,quæ hūc sic minori pœna cōdemnatum punire intendit:& tunc ratione diuersitate iurisdictionum ac Magistratuum, quòd non prohibetur Iudex cōdecenter punire illum , qui aliàs ab alio Iudice non fuit debita pœna punitus,post Cyn.*in l.*2.& ibi etiam Bald.*in* 4.*notab.& in* 2.*q.*Sal. & Pau.de Cast.*C.de spor.*ac post eosdē,Cy. Bal. Sali. & Castr. *in l. nullum, C. de falsi.* & post Marant. *in tract.iud.in Spec. par.*4 *d fl.*1.*n.*13.*& par.*6.*n.*92. & ex Boss.
* *in t.de fals.n.*106.dixit cōmunem*Franc. Bec.quē videas *in cons.*19.*n.*3.*& seqq.li.*1. ea nempe potissimū ductus ratione; quia quādo crimen est vtriusque fori,pœna imposita in vno foro,non impedit pœnam imponi in alio, non solùm quādo prima pœna fuit extraordinaria,vt notant Doctores *in c.cum sit generale , de foro compet.* verùm etiam si eadem pœna fuit ordinaria,vt per Aret.*cons.* 58.*n.*8 Barb.*con.*75.*sub n.*2. cum aliis in simili de Iudicib ecclesiast.& secularib.infrà allegatis *n.*7.*& seqq.in secunda principali limitatione.*[& prædictis addo bene decrarantē,Bru.à Sole,*d.q.*17.*n.*52.*& seqq.* vbi etiā testatur, & alibi, & Romæ tempore suo seruatum vidisse.]

Et si rursus in impositione huius minoris pœnæ per vnum Iudicem impositæ interuenerit cum ipso Iudice aliqua colluso,seu fraus,secus erit: & tunc poterit etiā cōtra ipsum sic per collusionem condemnatum denuo procedi, [sicuti post Clarum quem allegat,voluit idem Brun. *d.q.*17.*post nu.*53.] & hoc pariter nullam habet difficultatem , quia, vt dicetur Deo dante in materia barratrariæ, sententia lata ex corruptione Iudicis nō prodest ei,ad cuius fauorē lata est. Et quia etiā sententia sic per sortes lata est ipso iure nulla,nec vnquā in iudicatum transit,& propterea ad fisci instantiam,quādocunque retractatur etiam sine opere restitutionis , vt dixi *infrà in* 2.*part. tit.de var.quæst.q.*101.*n.*33.*& seqq.*

Quare si iurisdictiones,& territoria sint sub diuer. dominis, vel in sententia interuenerit dolus & fraus;tunc ex præmissis non sufficienter punitus ab vno Iudice,poterit ab alio
* puniri,& in hoc stat cōmunis* opinio, pro qua etiā faciunt Doct alleg. *infrà q.*7.*n.*26.*vers.bene autē credere.*Vnde secus videtur,quādo iurisdictiones essent sub eodē domino,fraúsque vel corruptio non interuenit in Iudice cōdemnante ; seu aliàs,quia tunc non sufficienter condemnatus videtur, quòd nō possit ampliùs molestari(prout expressè declarauit Clar. *in d. quæst.* 57. *eod. vers. tit. est,*)& licet Sigismund. Scaccia *in tract.de iudic. caus.ciuil. & cri. c.*12.*n.*85.*iuncto n.*88.*vers. idem dico, & n.*89 *& seq.* tentauerit in hoc reprobare Clar. *in loco præcitato* , volens non sufficienter punitum posse iterum puniri,etiā dolo & fraude cessante, eo quia in omnem euentum fisco per in integrum restitutionem succurrendum sit, immò etiam & sine restitutione immediatè, & ipso iure propter nullitatem sententiæ:eius tamen opinio quando sumus sub eodem dominio, & iurisdictione,mihi nullo pacto satisfacit,cùm loquatur contra communes* Doctorum opi- *
niones, quos allegaui infrà, *in tit. de var. quæst. q.*101.*n.*15. *& seqq.* volentium , quòd dolo & corruptione conantibus fiscus in pœnalibus non restituatur aduersùs sententiam , in qua absoluto fuerit pœna in totum remissa , aut in parte, ac etiam expressè dicentium , quòd isto casu si fiscus fuit citatus, & auditus,sententia non est nulla ipso iure,sed valida.

Sed an dicta collusio,seu fraus præsumatur ex eo solùm, quòd Iudex,putà in delicto valdè graui,prout est homicidiū, leuiorem & pecuniariam putà pœnam imponat.Clar.*in d.q.* 57.*vers.dictū est,* videtur tenere quòd sic, & ita aliàs bis iudicasse Mediolani Senatum testatur ex Castren.*in cons.*348. *n.* 1. Ego verò id non ita simpliciter verum existimo , quia multi sunt casus in iure,in quib. delicta grauia ac etiam homicidia puniuntur extraordin.& pecuniaria pœna,quia pluribus modis quis ab ordinaria excusatur,& quandoq;in totū, vt suo loco dicetur, *in tit. & materia homicidij, infrà in* 3. *l.* Ideo crederem,quòd si quis pro homicidio,in quo reus nullam excusantem qualitatem in actis adduxit , nec adducere poterat;fuerit in pecuniar.pœnam condēnatus,possit forsan iterū inquiri ex præsumpta collusione,seu fraude,vt videtur de mente Clari *in loco præcit.* quod tamen etiā nec pro nunc affirmare audeo:secus verò si fuerit pro reo deducta aliqua excusās qualitas,seu etiā deduci poterat ad eius defensionē.

¶ Amplia II. Vt eadem conclusio procedat non solùm 3
quando contra absolutum fuerit processum per viam accusationis, sed etiam si per viam inquisitionis,Bar.*in l. si cui,*§. *iisdem,ff.de accu.*Anan.*cons.*14.*col.*3. Dec.*cons.*137. Alex. *d. con.*11.*n.*7.*l.*1.Ant.Gomez.*d.c.*1.*n.*26.*&* 27. Cou. *var.resol. d.c.*10.*n.*5.*l.*2.Berous *in d.c.de his,n.*20. vbi testatur de communi * *ext.de accus.*& sequitur Clar.*in d.q.*53.*vers.procedūt* * *etiam hæc omnia.* Brun *d.q.*17.*n.*31.*vers.contra hanc tenet*]

¶ Limita pariter hanc secundam ampliationem, vt sine dubio procedat de iure ciuili,prout loquuntur Doctores *suprà citati,* & secundū quod imponitur delicti pœna ordinaria;etiam quod procedatur per viā inquisitionis, *l.*4.*C.de sepulch.viol.l.*2.*§. si publico.ff.de adult.* & ibi cōmuniter*Doct. *
& in c.inquis.de acc. vnde secus videtur de iure canonico,secundùm quod cū regulariter sic proceditur pet viam inquisitionis, pœna solū delicti extraordinaria imponitur, *ad not. in c.qualiter & quado,ext.de accus.* ideo eo iure absolutus seu condēnatus iudicio inquisitionis,tanquam non competenti pœna condēnatus,potest iterū de eodē crimine accusari,secund.Ant.Abb.& Feli.& alios communiter* *in d.c.de his,de *
acc. quos referendo sequitur , & pariter de cōi * testatur *
Couar.*d.c.*10. *n.*5.*vers.*8.*constat,l.*2.[quē & alios refert Bru. à Sole,*d.q.*17.*sub n* 31.]& Foll.*in pra.cri.canon.d.c.*35.*n.*21. qui hanc declarationē duob. modis limitare & subdeclarare videtur.Primò, vt non procedat in absoluto ex eo quòd crimen non cōmisit,*ad l.qui de crim. iuncta gl. C.de acc.* Secundò,vt pariter non procedat in casu,in quo etiā de iure canonico Iudex inquisitionis imponit pœnā ordin de quibus per Doct.*in d.c.qualiter & quādo,*prout hodierno tēpore fieri solet,quo cū frequentissimū sit,quæcunq; crimina tractari accusante publico fiscali,qui loco accusatoris successit:ideo eo accusante Iudices,possunt ordinar.pœnam imponere;& per consequēs etiā de iure canon.iudicio inquisitionis absolutus seu condēnatus nō potest vlteriùs accusari,vt ibidē Cou. qui iudicio meo dādo has limitat. videtur destruere præcedentem conclusionē,quā præsertim si volumus secundū eū,solū intelligere in absoluto ab obseruat.iudicij,& nō in absoluto ex eo quod crimen non cōmisit , vtique non oportet in hoc aliquam constituere differentiā inter ius canonicū & ciuile.

Nam,

Nam, vt infrà dicetur *in 5. limitatione huius quæstionis*, etiã de iure ciuili absolutus ab obseruatione iudicij potest iterum accusari, ideo bene succedit opinio Iulij Clari *in d.q.57. vers. sed hæc quidem conclusio*, vbi dicit, quòd præcedentem relatam communem differentiam inter ius canonicum & ciuile nũquam in practica seruari vidit, neque ipse, si casus contingeret, seruaret; præsertim si pars offensa sciuisset, vel scire potuisset iudicium ipsum inquisitionis fuisse intentatum, iuxta tradita *infr. in 4. limitatio.* ideo redeundo ad propositum teneas, quòd etiam de iure canonico absolutus seu condemnatus iudicio inquisitionis non potest ampliùs de eodem crimine accusari.

4 ¶ Amplia III. † Vt absolutus à delicto simpliciter per iudicium deducto sine vlla qualitate, non possit postea ampliùs molestari, & inquiri ab eodem, seu alio accusatore, qui etiam qualitatem delicti aggrauantem proponat, Bald. *in l.2. §. in tutela, in fi. ff. de tu. & ratio. dist.* vbi disputat pro & contra, & tandem ita concludit idem Bal. *in l. in dilectis seruorum, §. si detracta, ff. de noxal.* vbi gl. Bar. Alber. & alij per illum tex. * communiter * notant, quòd post sententiam latam in aliqua causa vel delicto, non potest postea secunda accusatio admitti ratione alicuius qualitatis omissæ: facit etiam tex *in l. auxilium. ff. de min.* vbi quòd minor accusator nõ potest restitui aduersùs ea, quæ omisit in lite & causa criminali, & ibi * ad hoc notant Odofr. Alb. Bal. & alij communiter * Doct. & ratio huius conclusionis est, quia delictum principale (& sic in ipsa substantia) fuit iam sublatum per sententiã absolutoriam, quæ declarauit nullum adesse delictũ. Quomodo igitur noua delicti qualitas potest in iudicio proponi, si nullum adest delictũ: hoc est impossibile: quia qualitas sine subiecto esse non potest; & non entium nullæ sunt qualitates. *l. eius qui in prouincia, ff. si cert. pet. at. l. si seruũ, §. fin ff. de actio. empti, l. Pomponius, § fi. ff. de acquir. posses.* ita in terminis per istam rationem hanc cõclusionem tenet Bal. *in l. si seuerior, in 3. col. in fi. n. 18. C. ex quib cau. infa. irrog. & in l. 3. §. nouissimè. in fin. ff. nauta, caup. stabula.* Ang. *in l. qui de crim. C. qui accus. nõ poss. in 2. col. n. 1.* quos referẽdo sequitur Ant. Gom. *d. tit. de delictis, c. 1. n. 27.* quibus addo Rom. *cõs. 449.* & Fol. *in pract. crim. canõ. c. 35. n. 8.* [& post hæc impressa habitum Marc. Ant. Eug. Perusin. *in cons. 64. per tot. lib. 1.* vbi præsertim, *n. 62.* alios plures adducit concordantes, & testatur de communi * opinione.

Sed aduerte, quòd [contra hanc tertiam ampliationẽ, post Bar. & Marian. Soc. quos allegat, sẽsisse videtur Brun. à Sole, *d.q. 17. n. 20.* & propterea] materia huius ampliationis optimè ponitur, præter alios, per Bart. *in l. Senatus. ff. de accus. & in l. denunciasse, §. quid tamẽ, ff. de adul.* ac etiam per Salic. *in d. §. quid tamẽ, & in l. qui de crimine, C. de accus.* quorum dicta breuiter & succinctè reassumendo, secundùm Ant. Gomez. & Foller. *sup. allegatos*, distinguẽdo dicas in hunc modum, quòd si noua qualitas proponitur, antequam nomen rei sit receptum inter reos, & sic ante litis contestationem, dummodo ante sententiam, & tunc nulli dubium, quòd super huiusmodi qualitate procedendum est, & secunda accusatio tãquam grauior præiudicialis, & cõprehendens omnes circũstantias delicti, debet omnino præferri, arg. tex. *in l. 2. §. fi. ff. de adul. in l. 1. ſ. qui accus. nõ poss. & in l. per minorẽ, ff. de iudic.* & in hoc * omnes præallegati Doctores communiter, * nemine contradicente residente.

Si verò noua qualitas proponitur post sententiam & absolutionem, seu condemnationem sequutam, aut qualitas alterat & diuersificat delictum, aut condẽnationem & pœnã, licèt non delictum. Si diuersificat & alterat delictũ, putà quia sine qualitate quis imputatur de homicidio: cum qualitate autem de parricidio, & tunc semel absolutus seu condẽnatus de delicto sine qualitate, non prohibetur iterum accusari de qualitate alterante, & diuersificante illud delictum. Isto enim casu dicitur quis inquiri non super eodem, sed super diuerso delicto: ideo non cõtinetur sub dispositione *c. de his, de accusat.* & ita post Bar. Salice. & alios quos allegat, concludit Foller. quem videas in proposito, *d.c. 35. n. 8. in discursu.*

Quòd si qualitas de nouo proposita non diuersificat delictum, licèt illius pœnam & condemnationem augeat: & tunc ecõuerso dicendum est, quòd semel absolutus seu condemnatus de vno delicto, non potest iterum accusari super qualitate illius delicti, per suprà tradita in principio huius ampliationis. & ita pariter trad. Foller. & Anto. Gomez. *vbi suprà.* Quj quidem Gomez. & hoc ampliat procedere etiam post exequutionem sententiæ; & respondet ad contraria, [& pro hac conclusione *videas Eugen. d. cons. 64. per totum*, vbi respondendo contrariis, late sustinet non posse procedi de debilitatione membri sequuta ob vulnus contra eum, qui de ipso vulnere absolutus, vel condemnatus reperitur,] & ita secundùm præmissa intelligenda est proposita ampliatio.

¶ Amplia IIII. Regulam procedere etiam in militibus delinquentibus in castris, qui si fuerint absoluti, vel condemnati ab eorum tribunis, (vt vulgò dicitur colonellis) dicuntur bene absoluti & bene condemnati, & propterea nõ poterũt amplius ab aliis Iudic. molestari. tex. est *in l. officiũ regẽtis, §. officiũ tribunorũ, ff. de re milita.* quo cauetur ad tribunũ spectare in commilitonum delictis eos absoluere, punire, vel condemnare, eorumque querelas audire ac decidere, & secundùm suæ authoritatis modum castigare. Quæ verba, *secundùm suæ authoritatis modum castigare*, licèt nonnulli interpretati sint, vt non trahantur ad pœnam vltimi supplicij, inter quos fuit Martin. Lauden, *in tract. de milit. q. 37.* vbi propterea dicit, quòd Capitaneus non potest verberare & degradare milites, cùm id spectet ad Magistros officiorum, vt ibi per eum: de consuetudine tamen contrarium seruatur, secundùm quam Capitanei, & Duces habent in suos milites pro dilectis commissis in castris omnimodã iurisdictionem tam in armigeros, quàm in pedites, quos omnes de omni crimine ac omni pœna etiam capitali puniunt, siue punire faciunt, prout testatur Boer. *in tract. de custod. claui. n. 28. & 29. to. 5. tractatuum, fol. mihi 27.* & nos quotidie idem seruari semper audiuimus. Vnde si milites possunt etiã ad mortem à suis tribunis cõdemnari, prout est notissimum, & nullam habet difficultatem, pariter si fuerint absoluti & non condemnati pro aliquo prætenso delicto, non debet ab aliis Iudicibus postea inquiri, aut molestari, cùm eorum causa à competentibus Iudicibus cognita sit, *d. l. officium regẽtis*, quod in tantum est verum, quòd si miles delinquens in castris fuerit in prouincia repertus, & sic extra castra, debet à rectore prouinciæ ad magistrum militũ remitti, *l. 1. C. de exhib. reis, l. de militibus, lib. 12. l. magisteria, C. de iurisdict. omn. Iudic.* quæ omnia bene nota: quia tempore belli sæpe casus contingere solet, & aliàs ita in facto obtinui.

¶ Limita I. † Conclusionem & regulam suprà firmatam nõ procedere in eo, qui fuit absolutus vel condẽnatus in foro pœnitentiali, qui adhuc potest inquiri & accusari, nõ obstante illa absolutione seu condẽnatione, *c. 1.* & ibi. Abb. *de purg. canon.* glo. *in c. qui cri. 6. q. 1. & in c. pen. de pœn. dist. 1. & regula peccati venia. l. 6. & in c. gaudemus de diuor. in glo. fi. prope fin. & in c. 2. de schis. in gl. 1. in fi. & in d. c. de his, in gl. vnica, pariter in fi. & in c. fi. 25. dist. in glo. pen.* Ioa. Mar. Mõticell. *in sua pract crim. reg. 1. n. 15.* Pract Conrad. *t. de acc. n. 11. v. 7. quãdo quis fuit absolutus, &c.* Foller. *in pract. cri. can. c. 35. n. 19.* Ant. Gomez. *tit. de delic. cap. 1. n. 40. in 1. cõclus. tom. 3.* vbi quòd ita tenent omnes * Doc. *in d. c. gaudemus.* Couarru. *variar. resolut. li. 2. c. 10. n. 3.* vbi quòd gl. *in d. c. de his*, est in hoc cõmuniter * * recepta, & hanc eãdẽ limitationẽ vti cõmunẽ sequitur Clar. *in pract. §. fi. d. q. 57. versic. sed nũquid*, vbi dicit, quòd esset val. de ridiculũ aliter tenere. And. Gayl. *de pace pub. l. 2. c. 11. n. 26. vbi pariter quòd ita cõmuniter traditur.* Ratio autẽ est, quia vt præfati Doct. dicunt, per pœnitentiam Deo tantũ & Ecclesiæ fit satisfactio: per pœnã autem legitimã satisfit reipublicæ, quæ ex delicto offensa fuit; ideo per vnã alia non tollitur. Et quid in crim. blasphemiæ, vide *infrà q. 20. in 1. casu. in 12. ampliatio. sub n. 41. sub t. de delict. & pœnis*, Abb. Maria. Fel. & Aret. *in d. c. de his, ext. de accus.* [Addo pro hac eadẽ prima limitatione plures relatos per Bru. à Sole, *d. q. 17. n. 30. iuncto nu. 32. in prin. & seqq.* vbi ampliat etiam quòd quis sit absolutus à sacerdote vigore iubilei. Item ampliat etiam, quòd in foro pœnitentiæ quis sit absolutus à summo Pontifice, vel ab alio prælato habente etiam iurisdictionem in temporalibus cõtentiosam. Nam tunc non præsumitur absolutus, nisi in foro poli, nisi de vtraque pœna expresè dicatur in supplicatione, cuius forma, & tenor isto casu attenditur.] 5

Amplia, † Vt hæc limitatio non solùm procedat, quando pœnitentia est secreta, prout loquitur gl. *in d. c. de his*, 6

& ibidem Ana. Ant. & Imo. *in c. tuæ, de proc.* sed etiam si fuisset publica, secund. Abb. *in d. c. tuæ*, Ant. Burg. *in c. 2. num. 6. de empt. & vend.* quicquid in contrarium dixerit vltra Anton. & Imo. prælleg. & Mars. *in sing. 639.* Host. *in d. c. tuæ*, quē referendo sequitur Aug. ad Ang. *vbi sup. n. 90.* quos etiā refert Andr. Gayl. *de pace publ. l. 2. c. 11. nu. 27.* horum enim opinio reprobatur à Hiero. *in alia addit. ad Ang. n. 91. circa fin.* & ab Ant. Gomez *in loco sup. citato*, qui ad id alleg. tex. quem dicit de iure meliorem non reperiri, *in c. 2. de maled.* vbi Abb. & Doct. Couar. *d. n. 3, in princ.* qui expressè dicit Host. & sequētium opinionem esse falsam: siue enim pœnitentia sit publica, siue priuata, siue etiam solemnis, semper tendit ad satisfactionem diuinæ offensæ, non autem reipublicæ ad publicam vindictam, vt ibi per eum, qui etiam reprobata opinione (& rectè iudicio meo) Bart. & sequacium *in cons. 162.* optimè concludit, quòd prædicta prima limitatio procedit etiam stante statuto, quòd pœna remittatur ei, qui pacem fecerit cum offenso: huiusmodi enim statutum non intelligitur de pace, quam quis per pœnitentiam facit cum Deo, sed de ea quæ fit cum priuato seu republica offensa, vel iniuriam passa, per tex. *in d. c. 2. de maled.* & ad no. per ipsum *in c. Raynutius, in prin. n. 18. de test.* [Addo Brun. à Sole, qui pluribus hanc ampliationem comprobat, *in d. q. 17. n. 33. & 34.* vbi testatur etiam, ita in practica seruari.]

7 ¶ LIMITA II. Eandē conclusionē nō procedere in absoluto, seu condemnato in foro ecclesiastico, qui adhuc in delictis, quæ sunt mixti fori, non poterit non obstante tali absolut. seu condemnat. accusari seu inquiri in foro sæculari, Bal. *in l. placet, C. de sacr. Eccl. & in l. si quis in hoc genus, C. de Epis. & cler. & cons. 260. l. 4.* quē post alios relatos pariter referēdo sequitur Aug. ad Ang. *de malef. d. ver. & ad querelam, n. 91.* & ibidē Hier. Cuccal. *in sua addit.* qui ad eandē limitat. allegat Aret. *c. de his, in 3. col. de accus.* & ibid. Feli. *in 12. limitat.* qui plures alios adducit cōc. & eūd. Aret. *in cōs. 58. incip. diligēter cōsideratis, in 2. dubio*, post Abb. *in c. 1. de of. ord. col. antep. vers. capio tertiū*, Catald. *in tract. de syndic. q. 170.* Marā. in Spec. *tit. de inquis. n. 97.* Pract. Cōr. *ti. de accus. n. 11. ver. 9. quādo delict. est tale*, Io. Mar. Mōticel *in sua prac. cri. reg. 1. n. 16.* Boss. *in ti. de foro cōpet. n. 84.* Foll. *in prac. cri. canon. c. 35. n. 23.* & ita omniū * cōmuni * cōsensu receptū testatur Couar. *var. resol. l. 2. c. 10. n. 6. vers. 11. eadē constitutio*, & Alc. *in c. 1. n. 128. de off. ordin.* in vlt. gl. Clar. *in d. q. 57. vers. sed hic occurrit, & versic. sed quæro*, And. Gayl. *de pace publ. l. 2. c. 11. n. 25.* facit text. *in c. felicis, per hoc*, vbi Io. Andr. Dominic. & Franc. *de pœn. in 6.* vbi text. post multas pœnas, quas imponit offendētib. Cardinalē, dicit quod per eā non intendit adimere facultatē Iudicibus secularib. quin possint procedere in illo delicto, & imponere pœnas legales, per quē tex. ita *vt sup.* per ante dictos Doct. ponderando illū, tenet Abb. *in c. tuæ, de proc. & in d. c. de his, de accus.* vbi etiā Fel. *in vlt. col.* Ant. Gom. *de delict. c. 1. n. 4. to. 3.* vbi illū tex. à cōtrariis intellectibus defendit, & licèt Host. *in d. c. tuæ*, vbi etiā Ant. de Butr. *in 2. col. n. 18.* idē Ant. *in c. 1. col. fi. n. 26. de off. ord.* & ibid. Imol. *in col fi.* & Anan. *in c. postulasti. pariter in col fi.* [cū aliis plerisq; relatis per Brun. à Sole, *in d. q. 17. n. 47. & seqq.*] cōtrariū dixerint: nō tamē recedas à prima opinione, quæ magis vera, & magis cōmunis * est, teste Ant. Gō. *sub d. n. 40. in 4. cōc.* vbi refutatis cōtrariis hāc cū deliberatione sequitur opinionem; temperandā tamen & declarandam, prout modò in distinctione infrascriptorū casuū dicam. Pro qua facit etiā, secundū Clar. post alios *vbi suprà*, euidens ratio, quia scilicet iurisdictio eccleſiast. & secularis sunt prorsus separatæ & distinctæ, ideo absolutio lata in vna iurisdictione, non parit in alia exceptionē rei iudicatæ, & hanc pariter dicit communē * Ioan. Bap. Villalob. *in sua collect. com. opin. vers. condemnatus, n. 123.* & latè defendit Arnal. Albert. *in tract. de agnoscen. assert. cath. & hæret. q. 15. conclus. 6. per totā, n. 58. & seqq.* & faciunt scripta per Boss. *in tit. de falsis, n. 107.* & per Franc. Becium *in cons. 69. n. 3. & seqq. l. 1.* & latiùs per Brun. à Sole, *d. q. 17. n. 41. & seqq.* vbi bene infert, & concordantes adducit Osasc. *cons. 25. n. 28. l. 1.*] ¶ Sed pro clariori intelligentia huius limitationis plures figurabo casus.

8 Primus † itaque in terminis huius secundæ limitationis figurandus est casus in eo, qui à Iudice ecclesiastico punitus est aliqua pœna ecclesiastica non ordinaria delicti, sed pura vel monitoria, vel excommunicationis, vel medicinali ad animæ salutem. Et tunc certū est, quòd per eam non tollitur pœna secularis: & consequēter ita punitus à Iudice ecclesiastico, poterit nihilominus iterū puniri à Iudice seculari in delictis mixti fori, textus est formalis & expressus *in l. placet, ver, si quis cōtrauenerit*, vbi etiā cōmuniter Doct. *C. de sacros. Eccl.* Castr. *in l. cunctos popul. in 2. col. n. 7.* (*. de sūma Tr. & fide cath.* Ant. Gom. *sub d. n. 40. in 2. concl.* Clar. *in pract. §. fi. d. q. 17. ver. sed quæro, in fi.* & hoc nullā habet difficult. prout etiā tenet Sigism. Scac. *in tract. de iud. caus. ciuil. & cri. c. 12. n. 91. in prin.*

Secundus † est casus in eo, qui pariter punitur à Iudice 9
ecclesiastico, nō pœna ordinaria delicti, sed præparatoria ad pœnam ordinariā secularē, putà degradationis; quando scilicet delinquens conuictus & condemnatus de aliquo enormi vel grauissimo crimine degradatur per Iudicē ecclesiasticū, & remittitur ac traditur iudici seculari; tunc nulli dubium, quòd illa pœna non tollit pœnā secularē, tex. est expressus in Auth. *de sanct. Epis. §. si verò crimē*, & ibi cōmuniter * Doctor. * *col. 9.* tex. *in c. ad abolendā. §. præsēti, de hæret. & in c. excōmunicamus, §. dānati, eo tit. & in c. ad falsariorum, de crim. falsi. & in c. clericus, 3. q. 4. & in c. si quis Sacerdotū, 11. q. 1. & in c. cū non ab homine, de indic.* per quæ iura post Anch. *in reg. ea quæ, in 19. colū. vers. notandū est, de reg. iur. in 6.* ita concludendo tradit Ant. Gomez. *vbi supra, d. n. 4. in 3. concl.* Et hic casus quotidie practicatur, & pariter nullam habet difficultatem.

Tertius † est casus in eo, qui punitur à Iudice ecclesiasti- 10
co, non pœna monitoria medicinali, seu præparatoria, sed ordinaria, & principaliter punitiua ipsius delicti; & tunc si simus in atrocibus, & grauissimis delictis mixti fori, in quibus Iudex ecclesiasticus non potest ratione suæ iurisdictionis imponere pœnam delicto competentem: isto casu reus delinquēs si sit punitus per Iudicē ecclesiasticū: illa pœna nō tollit pœnā secularē, & propterea poterit capi per Iudicē secularē, & pœna seculari puniri, tex. est *in d. c. felicis, §, per hoc, de pœn. in 6.* qui licèt specialiter videatur loqui in offendente Cardinalē, quasi secus sit in aliis atrocibus delictis, prout cōsiderauit ibi glo. & Ang. ad Aug. *de malef. in verbo, ad querelā, n. 91.* Tu tamen melius dicas, quòd idem erit generaliter in omnibus delictis mixti fori, prout reprobata gl. tradiderunt Ant. Gomez. *vbi suprà sub d. n. 40. in fi.* & Couar. *d. c. 20. vers. 11. eadē constitutio*, Boss. *tit. de foro cōp. sub n. 147.* & ita pariter in resolutione huius tertij casus post Bal. *in l. cunctos populos, in 2. volum. versi. modò circa hoc*, vbi etiam Pau. de Cast. *in 2. col. n. 8. C. de sūma Trin. & fide cathol.* eūd. Bal. *in l. placet, col. fi. C. de sacros. Eccl.* Alber. *in l. 2. §. hoc edi. ff. de vi bon. rapt.* Abb. *in d. c. tuæ, de procur. in 2. col. & in d. c. de his*, vbi etiā Aret. *in 3. col. n. 13. de accu.* Anc. *in d. reg. ea quæ, in 17. col. in 9. q. de reg. iur. in 6.* Feli. *in c. olim de iud. & in c. cū sit generale, n. 27. de foro comp.* concludendo tradit Ant. Gomez. *d. n. 40. in 4. concl.* vbi refutatis contrariis haud magis verā & communē * opinio- *
nem testatur, & illam dicit multò magis procedere in absoluto à Iudice ecclesiastico, qui isto casu potest per Iudicem secularem capi, & repertus culpabilis puniri, & pro eadem communi opinione allegari possunt omnes Doct. suprà deducti *in principio huius secundæ limitat.* quos hic repetere nō oportet, & præsertim Clar. *in d. q. 57. vers. fi.* vbi quòd in hoc omnes * Doct. consentiūt, & ratio in próptu sumitur ex tex. * *in l. 2. vers. sin autem, C. de spor.* vbi Cyn. Bal. & alij, *& in l. si quid eriū, ff. de off. Procōs. & leg. & in l. 3. §. cognos. ff. de off. Præfec. vig. & in Auth. de defens. ciuit. §. audiēt, col. 3.* quib. iuribus probatur quod quādo ex defectu iurisdict. putà quòd delictū sit atrox, non potest per aliquē Iudicē imponi pœna cōpetēs delicti; tunc imposita minori pœna, potest ad aliū Iudicē recurri, quo is cōpetentē & condig. imponere possit, prout optimè cōsiderauit Ant. Gom. *d. n. 40. in 4. cōcl.* & faciūt scripta per Bos. *in ti. de fals. n. 107.* & per Frā. Beciū *in cōs. 69. n. 3. & seq. l. 1.* & huius tertij casus conclusionem bene comprobat Bru. *d. q. 17. n. 52. ver. secundo casu, iuncto n. 54. & seq.* vbi etiā testatur ita in practica seruari, & Romæ vbi is aliàs versatus fuit, & alibi. Quibus addo etiā Sigis. Scac. *vbi suprà, d. c. 12. n. 88 & n. 91. ver. 2. casu*, vbi pariter testatur de communi aliis relatis, & infert ad blasphemātem, qui punitus à Iudice ecclesiast. adhuc potest puniri à Iudice laico in amputationem linguæ. Sic & Affl. quem allegat *in cōst. blasp. n. 12. & 13. l. 3.*

¶ Sed ad prædicta tu subtilis dicere posses, quòd ex illis, si vera essent, sequeretur hoc absurdum, quòd reus pro vno delicto

delicto duplicē pœnam pateretur, & quidem maiorem delicto; vna scilicet delicto cōdignam à seculari Iudice imponendam, alteram verò mitiorem impositam scilicet à Iudice ecclesiastico. Et hoc videtur contra regulam *c. non afferamus*, 24 *q.* 1. *& Auth. omnes peregrini, C cō. de succeff.* quib. probatur, quòd omnis pœna non maior, sed delicto commensurata esse debet, & iuxta mensuram delicti erit plagarum modus, vt legitur *in Deut. c.* 25. Propterea hanc difficultatē sentiēs Maran. *d. tit. de inquisit. n.* 100. ante eum Bart. *in l. Senatus, colum. fi. ff. de acc.* & Paris de Put. *in tract. de syndica. verbo, cōpositio. c.* 1. *n.* 7 distinguendo in proposito dixit, quòd licet non sufficienter punitus a primo Iudice, possit iterum sufficiēter puniri ab alio; prima tamen pœna computatur in secunda, & secunda suppletur per primam. Et si prima pœna imposita fuit in pecuniaria, secūdus Iudex pariter & pecuniariam imponere debet, sed minorem prima imposita; & in hac secunda pœna debet, vt dixi, computari id quòd in prima solutum est. Et si secunda pœna erit corporalis, debet pecuniaria pro prima pœna soluta reo restitui: sed si prima fuit corporalis, tunc quia pœna primo loco inflicta non potest restitui; ideo reus isto casu non ampliùs in corpus, sed minori, putà pecuniaria pœna punietur, vt ibid. per Marā. qui etiam ponit quòd in casu, in quo primus Iudex satis leuem corporalem pœnam imposuit, secundus debet imponere pœnam mortis, prout etiam hæc refert & sequitur Maran. *in loco præcitato.* Sigismund. Sacc. *d. c.* 12. *n.* 92.

11 ¶ Quartus est casus† in delictis non ita grauibus & atrocibus, & in quibus Iudex ecclesiasticus potest imponere condignam delicto pœnam, & tunc dicas, quòd licet Doctores suprà relati *in principio huius limitationis*, & præsertim Clar. *d. q.* 57. *ver. sed hic occurrit, & ver. sed quæro*, nulla habita distinctione, generaliter, & indistinctè dixerint, condemnatum seu absolutum à Iudice ecclesiastico posse nihilominus iterum inquiri & conueniri coram Iudice seculari in delictis mixti fori: eorum tamen conclusio intelligenda venit, quando reus à Iudice ecclesiastico non fuit punitus condigna pœna delicti, prout in specie sic scripserunt omnes relati per Decian. *in tract. crim. l.* 4. *c.* 9. *n.* 45. *in* 1. vnde secus quando pœna à Iudice ecclesiastico inflicta, fuerit satis sufficiens ad criminis punitionem, & culpæ mensuram: tunc enim condemnatus à iudice ecclesiastico cōdigna pœna, vel seruatis seruandis absolutus ab illo Iudice Ecclesiastico, qui si culpabilis fuisset, habebat potestatē imponendi condignam & competentem pœnā, prout in non ita atrocibus delictis, non potest ampliùs à seculari Iudice inquiri & molestari, secūd. Io. An. & Dom. *in d. c. felicis, eo. §. per hoc, de pen. in* 6. Abb. *in d. c. tua. de proc.* & Aret. *in c. de his criminibus, de ac.* quos refert & sequitur Cou. *d. c.* 10 *n.* 6. *v. vndecimò eadē cōstitutio*, vbi dicitur quòd istud in praxi tanquā maximè vtile, obseruandū est; quamuis non sat iustè, vt ipse inquit, de huiusmodi declaratione dubitauerit Alc. *in c. ordi.* & pro hac conclusione huius quārti casus facit text. *in d. c. felicis, §. per hoc*, vbi loquitur tātummodo de offendētibus Cardinales, quo casu delictum dicitur atrocissimū, & nō potest ecclesiasticus Iudex ex defectu iurisdictionis imponere condignā pœnā. Pariterq; Clarus *sup. alleg.* licèt generaliter loquatur, ponit tamen exemplū, secū. Bald. *d. cōs.* 260. *l.* 3. in eo qui (vel cui) imputabatur, quòd cognouerat monialē: & sic in sacrilegio, quod est delictū atrox, & grauissimū, *& in vers. sed quæro*, allegat pro sua opinione particulariter Anto. Gomez. *d. c.* 1. *sub n.* 40. qui Ant. Gomez. *in* 4. *cōc.* semper specialiter & expressè loquitur in atrocib. & grauissimis delictis, in quibus Iudex ecclesiasticus non habet iurisdictionem imponendi condignam pœnam, *per iura superiùs allegata in antecedenti casu*: ergo arguendo à cessante ratione, vbi delicta non sunt ita atrocia, & in illis potest Iudex condignam pœnam imponere; condemnatus, vel absolutus à Iudice ecclesiastico, nō potest ampliùs à sæculari Iudice inquiri, secundùm Couarr. & alios, de quibus sup. ad quod etiam facit, quòd quādo per diuersas leges diuersæ pœnæ imponūtur, vna exacta & imposita, non potest imponi alia, text. *in l. Prætor edixit, § si dicatur, ff. de iniu. & in l. quod Senatus. cōsul §. planè. ff. eo.* cū plenè cumulatis per eūd. Ant. Gom. *d. t. de delict. c.* 1. *n.* 39. vbi secūdū Sal. *in l. qui sepulchro, vol.* 3. *n.* 8. *C. de sepul. viol.* test. de co. *[& per Brū. *d. q.* 17. *n.* 51. *iūct. n.* 53. *in pr.* vbi & is cōprobat huius quarti casus conclusionem] nec dissentit Sigismun. Scac. *vbi sup. d. c.* 12. *n.* 91. *versicu. Alio verò casu*, vbi pariter infert ad blasphemantem.

¶ Quintus† est casus prædictis contrarius, quando scilicet quis condemnatus reperitur à Iudice seculari, & tunc dicas, quòd cùm pœna imposita à Iudice seculari semper censeatur competens & grauior ex qualitate iurisdictionis: ideo absque dubio ampliùs non potest puniri per Iudicem ecclesiasticum, secund. Ant. Gom. qui verum dicit iudicio meo *sub d. n.* 40. *in fi.* quem refert & sequitur Clar. *d. q.* 57. *vers. sed quæro*, vbi dicitur, quòd ita colligitur ex mente omnium * Doctorum, & propterea contrarium credit verius, quando pœna imposita à seculari esset minor illa, quam pro eo crimine poterat imponere Iudex ecclesiasticus. Ad quæ etiam vide idem tenentem Sigismund. Scaccia, *d. c.* 12. *n.* 83. 12 *

¶ Limita III.† Vt tunc demum eiusdem criminis accusatio, seu inquisitio repetenda non sit, dūmodo primus accusator seu inquirens Iudex fidè & probè officium suum egerit: secus si præuaricatus fuerit, & aliqua collusio interuenerit, quia tunc iterum accusatio, seu inquisitio admittēda est. *l.* 3. *§. si tamē plures, ff. de lib. hom. exhi. l. si quis homicidij, C. de accusat. l. si cui. §. iisdem.* vbi Gl. & Bar. *ff. de accus. c. fi.* & ibi Abb. & Io. de Anan. *de colluf. detegen.* Glo. *in d. c. de his criminibus*, & ibi Fel. *in* 8. *fall. de accu.* Mariā. *in ti. de inquis. n.* 50. *& seq.* Prac. Contadi *de accus. n.* 11. *v. Primò, quando sentētia*, Boss. *in ti. de præuarica. n.* 3. Io. Mar. Monticel. *d. reg.* 1. *n.* 8. *ver. primò limita.* Foller. *in pract. crim. canon. c.* 35. *n.* 4. & de communi * testatur * Couar. vbi sup. *d. c.* 10. *ver. secūdò tūc demū, l.* 2. *varia. resol.* Rol. *cons.* 69 *n.* 63. *vol.* 3. Ant. Gomez. *d. ti. de delic. c.* 1. *n.* 6. vbi idē si collusio interuenerit cum testib. seu tabellione, Clar. *in pract. § fi. dicta q.* 57. *versic. vlt. quæro.* vbi huius cōmunis opinionis reddit rationē, quia dolus primi accusatoris nō debet nocere secundo accusare volenti ad fauorē publicū, ne delicta remaneant impunita. [Addo & Brunor. à Sole, *dict. q.* 17. *n.* 28. & vide quæ dixi *inf. in* 2. *parte, in ti. de var. quæst. q.* 101. *nu* 35. *& seq.* vbi probaui isto casu sententiam esse nullam ipso iure, nec indigere restitutione in integrum. 13

Verùm ad huius tertiæ limitationis plenioré cognitionem nonnulla hìc inferere notabiliter opportunū cēsui in materia præuaricationis, quā post alios, Iac. Menoch. *in suo tract. de arb. q. casu* 323. subtiliter & doctè exponit, ex cuius & aliorum dictis conclusiuè more meo procedendo, dico quòd

¶ Primò notandum est,† quòd præuaricator à varicando dictus est, *l.* 1. *ff. de præuaric.* Varicari autē est idem, quod trāsgredi, secūd. Iodoc. *in pract. crimin. ti. de crim. læ. Maiest. c.* 61. *n.* 37. vnde præuaricatoris verbū tripliciter apud Doct. sumi reperio: generaliter scilicet, specialiter, & specialissimè. Generaliter, secūdùm Iodo. *ibidē*, & Laur. Vallā *l.* 6. *elegan. c.* 50. quem refert Meno. *d. casu* 323. *n.* 4. Præuaricator dici potest quicunq; à præscripto officij sui deflexerit, atque aberrauerit. Specialiter, secundum tex. *in l. præuaricatores ff. de ver. sign.* Præuaricator est, qui causā aduersariis suis donat, & ex parte actoris in partem rei concedit, cōcordat tex. *in d. l.* 1. *ff. de præuaric.* vbi dicitur quòd ille dicitur præuaricator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. Vnde secundùm Boss. *in ti. de præuaricator. in prin.* Præuaricatores sunt, qui cū aduersa parte colludunt. Specialissimè autem quia (vt ibidem inquit Boss præuaricationis crimen frequentiùs ab accusatoribus fit) ille dicitur præuaricator, qui subornatus vera crimina abscondit & fraudulenter occultat, vt ibid. per Boss. & Iodoc. & est tex. expressus *in l.* 1. *§. calumniari, ff. ad Turp.* vbi quòd præuaricari, est vera crimina abscondere. & paulò pòst inquit ibi Marcellus. Præuaricatorē eum esse ostendimus, qui colludit cum reo, & translatiuè munere accusandi defungitur, eò quòd proprias probationes dissimularet, falsas verò excusationes admitteret. ad idem Natta *cons.* 537. *n.* 1. *lib.* 2. 14

¶ Secundò notandum venit ex præmissis, quòd si inspiciamus Præuaricationis etymologiam, de qua sup. ac etiam generalem Præuaricatoris diffinitionem, seu descriptionem, de qua pariter *in l. præuaricatores, ff. de ver. sig. & in l.* 1. *ff. de præuaricato.* non solùm accusator, qui ab accusatione fraudulenter desistit, & vera crimina abscondit, præuaricator dicetur, *vt in d. l.* 1 *§ calumniari, ff. ad Turpill.* sed etiam sub præuaricatoris nomine continetur procurator ille, qui visis scripturis, & instrumentis sui clientuli, causam deserit, & ad aduersariū confugit, illi secreta ipsius causæ pandendo: isto enim casu

dicitur

dicitur à præscripto sui officij deflectere, transgredi, & aberrare, causam aduersariis donare, & ex parte actoris in partẽ rei concedere, & sua causa prodita diuersam partem adiuuare, & per cõsequẽs præuaricari, *per supradicta, in primo notabili*, & optimè ita ponderendo considerauit Iac. Menoch. *in d. casu 323. n. 4.* & videtur de mente Boss. *in d. tit. de præuaric. n. 4.* vbi quòd non minùs causidici, quam aduocati incidunt in hoc præuaricationis crimẽ, *per l. 1. in fi. ff. de calum. iuncta reg. l. 3. ff. de crim. stellion.* & ad id allegat etiam Ias. *in rub. C. de procur.* & hoc præuaricationis crimine Demosthenẽ antiquitus inter alios, & ex nostris Iurisconsultis Oldradum, notatos fuisse testantur Boss. & Menoc. *suprà* allegati post Cast. *in l. 1. in fi. C. de aduoca. diuer. iudic.* vbi inquit, Oldradum præ nimio dolore, quòd delictum fuisset detectum, decessisse, prout etiam testatur Clar. *pract. §. fi. q. ver. tergiuer.*

Contrarium, quòd isto casu aduocatus seu procurator pandens secreta causæ parti aduersæ, non præuaricationis, sed falsi crimen incurrere dicatur, videre licet tex. vbi Bart. hoc expressè notat. *in l. 1. §. his qui, ff. de fals.* idem Bart. *in l. si quis aliquid, ff. de pœnis*, & melius *in l. prim ff. de præuarica.* Alcia *in l. præuaricatores, ff. de verb. sig.* Ang. *de malef. in verbo, falsario, n. 8. versic. quæro si Aduocatus*, & ibi August. *in addit.* Pract. Cõradi *in tit. de falsar. n. 8. p. 397. col. prima, in fi.* Plot. *in l. si quando. §. 16. mãdati actio, n. 3. & 5. C. vnde vi*, Ioan. Mar. Monticel. * *reg. crim. 15. n. 13.* Boss. qui de communi * testatur *in d. tit. de præuaricat. n. 5.* licèt Anan. *in rub. de calumniat.* ibi per eum relatus vtrumque crimen, & falsi, & præuaricationis, committi dixerit, & communem hanc, vltra præcitatos Doctores, sequuti sunt Rolan. *cons. 36. n. 23. & seqq. vol. 3.* vbi *nu. 23. in fi.* ampliat hoc procedere tam in ciuili, quàm in criminali causa, Iac. Menoc. *d. casu 323. n. 5.* vbi dicit, quòd isto casu aduocatus, seu procurator, præuaricationis crimen non propriè, sed impropriè committere dicitur, allegat text. *in d. l. 1. vers. is autem præuaricator, ff. de præuarica.*

15 ¶ Sed vtcunque sit, † siue isto casu aduocatus & procurator dicatur committere falsum, siue præuaricationem, siue vtrumque, dubium non est, quòd non leuiter puniri debet: refert enim Boss. *dicto tit. de præuarica. num. 2.* se vidisse in ciuitate Mediolani quendam causidicum ob præuaricationis crimen mulctatum in bonorum publicatione & exilio ad tempus, & Demosthenem, *de quo suprà*, ob id cõmissum crimen quinquaginta talentis damnatum, & in carcerem à populo duci visum fuisse, post alios, quos allegat, testatur Iaco. Menoch. *de arb. quæst. d. casu 323. n. 6. in fi.* infamiã enim primo loco incurrit. *l. athletas, §. itẽ præuaricator, ff. de his, qui not. infam. l. 4. ff. de præuaric.* Clar. *dicta quæst. 72. eodẽ ver. tergiuersator.* Menoch. *dicto casu 323. n. 8.* Secundò, & cõsequenter ab aduocandi seu procurandi munere repellitur, *l. quinta, ff. de præuaricat.* Menoch. *ibid. n. 9.* Tertiò, erga dominum actione mandati ad damna, & interesse tenetur. Glo. *in rubr. C. de procurat.* & ibi Ias. *n. 2.* Menoc. *dicto n. 9.* Plot. *in l. si quando, §. 16. mandati actio, n. 3. & 5. C. vnde vi.* vbi quod isto casu datur domino super prædictis damnis & interesse iuramentum in litem. Quartò, punitur pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, iuxta facti & personarum qualitatem, Menoch. *d. nu. 8.* & *infra* dicetur *in 4. notabili huius tertiæ limitationis.* Et propterea Bolog. *in auth. habita, n. 303. C. ne fil. pro patre*, quẽ refert Rol. *36. n. 24. vol. 3.* tradit, aduocatum ostendentem iura clientuli sui parti aduersæ, damnandum esse in metallum, vel deportandum in insulam. Quintò, sententia lata ob præuaricationem aduocati seu procuratoris est nulla, & si non ipso iure, saltem via restitutionis, secund. Anan. *in cap. 1. col. 4. ext. de calumn.* Alexand. & Ias. *in l. Imperatores, ff. de re iud.* & est com. * teste Boss. *vbi suprà, n. 6.* & licet Paris de Put. *in tract. de syndi. §. corruptio, versic. corrumpens Iudicem*, contrarium asserendo, dixerit huiusmodi sentẽtiam nullam: veritas tamen est, quòd immò valeat, quia persona procuratoris & aduocati non est de substantia iudicij, ideo eorum corruptio & collusio non inducit aliquã nullitatem, *l. prima, iuncta glo. C. de aduoc. diuer. iud.* vbi Odofred. Cyn. Pet. & Bar. à quorum opinione nõ est tutum recedere, secund. Vant. *in dicto titulo de nullit. ex defectu proces. siue ordinis iudiciarij, n. 141.* Bene tamen talis sentẽtia per in integrum restitutionẽ retractabitur, vt sup. dixi.

16 ¶ Pœnæ † autem prædictæ, secundùm Alc. *in d. l. præuaricationes, ff. de ver. sig.* non habebunt locum in eo aduocato seu procuratore, qui visis sui clientuli scripturis, & videns illum iustam causam non fouere, sibi habita mercede restituta iustiorem aduersarij susceperit causam. Quæ quidem Alciati declaratio secundùm Boss. *d. tit. de præuaricat. n. 5. in fi.* quem refert, & sequitur Rolan. *d. cons. 36. nu. 24.* licèt iuridica dici possit, periculosa tamen est, & quidem melius dicas vnà cum Menoch. *dicto casu 323. in fine*, posse isto casu aduocatum, seu procuratorem restituta mercede suo clientulo, qui minùs iustam causam fouet, illi suum patrocinium denegare, non tamen aduersarium adiuuare. sed vide in propositio Ioan. Mar. Corat. *in suo tract. de cõm. opinio. * pag. mihi 74. n. 34. & seqq. vsque ad n. 53. in paruis.* vbi licèt disputando concludat, quòd possit aduocatus, qui pro vna parte consuluit, pro altera contrarium consulere, si opinionem mutauit, vel ex facti qualitate, vel quia melius considerauit iura partis suæ, & vidẽs se priùs consuluisse pro eo qui non fouet ius, debeat omninò illius partem, & defensionem deserere; possitque pariter cõtrariæ parti, & defensioni adhærere, secundùm veram, & cõmunem * opinionem, de qua & ipse testatur, & eam latè defendit: de honestate tamen hoc nullo pacto fieri permittitur, & ideo tanquam ab igne Doctor à tali consultatione etiam isto casu cauere debet, vt ibi per eum *n. 41.* * *

Econuersò autem, quomodo puniatur corrumpens & colludens cum aduocato seu procuratore sui aduersarij, vide tex. *in l. 1. ff. de bon. eor. qui post sen.* Firm. *in Reper. verbo, corrumpens, n. 12. & seq.* Vant. *in ti. de nullit. ex defectu proces. & ordinis iudiciary, num. 142.* vbi dicitur, quòd perdit causam, Ioa. Mar. Monticel. *de reg. 15. num. 17.* vbi not. quòd punitur tanquam falsarius.

¶ Tertio, notãdum est, † quòd Antiani, seu Parochiani, qui 17
ex statutorum dispositionibus tenentur denunciare delicta commissa in eorum villis, siue parochiis, si denunciando veras probationes subticerent, tanquam præuaricatores puniendi forent pœna extraordinaria, Boss. *in tit. de denunciatione, n. 17.* facit glo. *in cap. vlt. in glo. fina. de clãdest. despõsa.* Barb. *in cons. 55. n. 10. prope medium, lib. 2.* vbi quòd pariter isto casu punitur Antianus, si reticet aliquem ex malefactoribus; quos & alios referendo sequitur Iacob. Menoch. *d. casu 323. n. 17. & seqq.* & hoc nota contra Barbitonsores, seu Chirurgos, qui vulneratorum, & vulnerantium nomina ab ipsis non ignorata vigore bannimentorum Gubernatoris Vibis curiæ referre & reuelare sub pœna coguntur, & quòd eandem pœnam incurrunt, si scienter, & dolosè illa in totum, vel in parte reticent, & multò magis si pecunia corrupti.

¶ Quartò notandum est, † quod pœna præuaricatoris, 18
præsertim accusatoris, qui cum reo colludendo propriè dicitur præuaricator, vt dixi *sup. in primo & secundo nota.* est extraordinaria Iudicis arbitrio, iuxta facti & personarum qualitatẽ, *l. 1. in fi. l. 2. & l. pen. ff. de præuarica.* Doct. *in rubr. ext. de calum.* Felin. *in rubr. de calum. n. 3.* Boss. *titu. de præuaricat. n. 1.* Iacob. Menoc. *d. casu. 323. n. 4. in fi. & n. 12.* Item incurritur pœna infamiæ, *l. athletas, §. item præuaricator, ff. de his, qui not. infam.* Boss. *ibid. n. 2.* & ab accusandi munere propterea huiusmodi præuaricatores repelluntur, vt ibid. per Menoch. *num. 12.* & est tex. *in l. 5. ff. de præuarica.*

¶ Quinto notandum est, † quod præuaricationis & col- 19
lusionis crimen licèt in dubio non præsumatur, nisi probetur vt consultus, respondit Iac. Æmil. *in consil. 6. n. 13.* & Natta *in cons. 537. n. 30. vers. ego in eadem, & c. per rub. ff & C. atque in decret. de collusio. detegen.* quia tamen illud reputatur difficilis probationis, vt dixit Abb. *in c. de his, nn. 8. extra de accus.* Aff. *in cons. incipien. sæpe contingit, li. 2. n. 2.* ideo probatur cõiecturis, [Bal. *in l. fi. C. si quis omissa caus. testa.* Gig. *in tract. de pẽ. sion. q. 42. in fine*, Caputaq. *decis. 143. n. 1. par. 1.* & inter alias cõiecturas illa potissimùm à Doctoribus cõsideratur, quæ oritur] ex conuersatione accusati cum accusatore, *l. quia autẽ, §. nõ simpliciter, ff. si quis omissa cau. tost.* facit tex. *in l. dol. C. de dolo*, Io. And. *in c. audiuimus, col. 2. de collusi. detegẽ.* Bar. *in l. 1. §. præuaricatorẽ, ff. ad Turp.* Fel. *in c. de his, vers. Octauò limita, de accus.* Anan. *in rubr. de calum.* Boss. qui hos referendo sequitur *in ti. de præuar. n. 4. in fi.* vbi limitat hoc non procedere, quando persona accusatoris esset integra. Ant. Gomez. *de delict. cap. 1. sub num. 26.* Foller. *in pract. crim. canon. cap. 35. num. 5.* vbi reddendo rationem dicit, quòd ex accusatione criminali oriuntur capitales inimicitiæ, *l. 1. & l. inimicitia, ff. de his, quib. vt indign.*

& vbi

& vbi adest inimicitia,ibi cessare videmus conuersationem. Superueniẽte igitur cõuersatione, dicitur superuenisse amicitia, ex qua collusio euidenter detegitur. Et quemadmodũ præsumitur leno, qui ex adulterio suæ vxoris non irascitur, *l.mariti leno. iniũ.ff. de adult.* sic quoque qui accusatione criminali non obstãte,accusatore valde familiariter vtitur,præsumitur colludere, Hier. Gigas *in tract.de pensione.q.42.n.4. & consil.59.circa primũ,n.9.* Cæsar Contard. *in repet.l.diffamari,n.163.C.de ingenu. & manumiss.* Ioseph. Masc.post hæc scripta visus,*in suo tract.de probat.l.1.cõcl.322.* Vbi inter alia declarat prædicta procedere in causis criminalibus, secus in ciuilibus, in quibus ex amicitia cum aduersario non præsumitur collusio,vt dicit Sali. *in l.2. C. de colluss. detegen.per l. si cõuenerit,ff. de re ind.& l.Iudicẽ,C.com.diuidũ.* sequitur Natta *dicto consil.537.n.31.* Maranta *vbi sup.n.51.*vbi quòd pariter collusio præsumitur, si post litem contestatã non comparent,nec accusatus,nec accusator in termino per Iudicem statuto. [Addo ad præmissa Menoc. post hæc impressa habitũ,*in suo tract. de præsumpt.l.5.præsump.26.* vbi quòd collusio probatur coniecturis, & ibi vltra præpositas ponit tres alias coniecturas: vnam,quando vnus litigãtium est negligens in producendo iura,& ob id prodit causam: aliam, quando victus non appellat à sententia contra eum lata:tertiam,quando vna pars subministrat alteri expensas litis.]

20 ¶ Limita IV. † principalem conclusionem huius quæstionis in condemnato seu absoluto, ignorante eo qui suam vel suorum iniuriam prosequitur,à quo potest iterũ accusari,etiã si fuerit absolutus seu condẽnatus,*d l.si cui,§.iisdẽ,*vbi Bar.*ff.de accus.l.si maritus,§.si ante,ff.de adul.*gl.*in l.3.§.tamẽ, ff.de lib.hom.exhib.& in l.de crim.C.de acc.& in l.si quis homicidij, C.eo. & in d.c.de his criminib.ext.eod.* Abb.*in dicto ca.de his,col.fin.de accus.* Marã. *d.tit.de inquisi.n.54.*Rom.*sing.213.* Alex.*d.consi.11.*Pract.Cõradi *tit.de accus.n.11. vers.3.quãdo quis accusatur,pag.227.colum.2.in prin.*Io.Mont.*in pract.cri. reg.1.n.9.vers 3.limita,* Foller. *in pract. crim. canon.c.35.n.6.*
* Boss.*in tit.de sentent.n.81.*communem*dixerunt Ant.Gom. *d.c.n.26.in fine*, vbi idem dicit procedere in impedito iusta causa, quod in ignorante per iura præallegata, Cou. *varia. resolu.l.2.d.c.10.n.1.vers.3. admittenda est,* Clar. *in pract.§.fi. d.q.57.ver.sed pone,* & faciunt scripta per Caraui. *super ritu magnæ Curiæ 272.n.23.& 24.vers.non obstant iura, & versic. dici etiam potest.*[& per Brun.*d.q.17.n.14.*]

21 ¶ Sed † quomodo isto casu probabitur ignorantia accusatoris? Dicas per absentiã.Ita in proposito casu respõdit Ant. Gom.*vbi sup.n.26.in fine,*Foller.*d.c.35.n.7.* ex absẽtia enim regulariter præsumitur ignorãtia,*l.tres fratres,ff.de pact.l.Titius,§.Lucius,ff.de lib.& posthũ.*Bal.*in ca.cognoscentes,*& ibid. Abb.*n.*10.Feli.*n.19.* Dec.*in fi.vers.succedisse,* Bero.*n.54.de cõst.*idẽ Dec.*in c.super literis, n.7.de rescriptis,& cons.38.n.7. & cons.64.n.5.& cons.460.n.27.* [Brun.*d.q.17.n.16.*]

Si verò quis nõ absens,sed præsens fuerit,cùm in præsente scientia regulariter præsumatur, vt pariter in proposito tradit Ant. Gom.*d.n.26.in fi.*[& per Bru.*d.q.17. n.17.* vbi alios in proposito adducit concordãtes,]talis scientiæ præsumptio per iuramentum tolletur: iuramento enim isto casu probari ignorantiam expressim tradidêre gl. *in l.si cui,§.iisdẽ,in verbo,deceátque.ff.de accu.*quã ibi Doctores*comm. sequuntur, teste Couarr.*sub d.vers.3.admitt.est,*Bal.*in l.2.§.pen.ff.si quis cau.*Abb.& Feli.*in d.c.de his.*Aret.*cõs.58.col.fi.*Foller.*d.c.35. n.7.*Iul.Clar.*in prac.§.fi.d.q.57.vers.sed pone.*Ratio huius cõclusionis,secũd.Couar.*vbi sup.*sumitur ex illa generali cõclusione,quæ habet,quòd ignorãtia,cũ sit quid cõsistens in animo,ideo regulariter probatur iuramẽto, gl.1.*in c.significasti, de hom.& in c.si verò,in gl.2.de sent.excõm.& in c.qui diuinis & hum.12.q.2.& in c.proposuisti,82.dist.* & notãt Doct.*in c. cognoscẽtes,*vbi Abb,*n.*9 & ibi Dec.*in 1 lectu.n.18.*Feli.& Bero.& Mãt.*n.55.ext.de constit.*Rom.*cõs.53.col.7.vers.contrariũ puto verius,*Ias.*in l.3.§.iurari, n.12.ff. de iureiur.* cũ aliis pleniùs deductis & allegatis per Iac.Men.*in tract. de arb.q. casu 186.n.1.& seqq* [& in proposito per Bru.à Sole,*d.q.17.n.15.*]

Sed prædicta intelligas, dummodo ignorantia fuerit verisimilis & probabilis. Si enim non verisimilis,aut probabilis fuerit ignorantia secundi accusantis,etiã quòd suam vel suorum iniuriam prosequatur, non poterit semel absolutus,seu condemnatus iterum ab illo accusari,qui ignorantiam iuramẽto probare voluerit. Ita in specie huius quartæ limitationis tradidit Clar.*d.q.57.ver.sed pone.*vbi enim ignorãtiæ obstat aliqua verisimilitudo,seu præsũptio scientiæ,tũc illã non probatur iuramẽto,Dec.*in d.c.cognoscentes,n.18.ver.similiter arbitrari,*Gemin.*in ca.eos qui de tempo.ord.* Alex.*cons.71.l.1.* Aym.*cons.225.n.9.*Natta.*cons.230.n.6.l.1* quicquid in contrariũ dixerit Alciat.*in ca.nouit,de ind.*à quo (non discedẽdo à præallegatis Doctorib.)dissentit idem Menoc. *vbi sub n.7. ver.2.arbitrari debet,* quibus per eum relatis addo Anch.iu. Regien.*q.63.n.2.& 3.1. par.* & propterea si carceratio seu inquisitio prima esset publicè nota, vel si secũdus accusator esset homo non integræ famæ:vel essemus in aliquo alio casu, in quo scientia præsumitur, non deferrem isti secũdo accusanti iuramentũ super ignorãtia,per præallegata,quod totum Iudicis sano arbitrio remittendum erit,vt post Abb. *in d.c.cognoscentes,*tradunt Felin.*n.12* & Dec *n.18.vers.& ista conclusio,* vbi ampliùs quòd Iudex nũquam debet deferre iuramentũ super ignorantia, nisi in subsidium aliis probationibus deficientibus.Sed de hac re latiùs Deo dante dicemus in alio loco.[& de præmissis vide omnino B.u. à Sole, *in d. q.17.n.17.18.& 19.*vbi bene loquitur in materia.

Item ignorantia,seu impedimentum isto casu probabitur, si accusator superueniens tempore, quo ille fuerat à primo iudicio absolutus seu condemnatus, erat in minori ætate constitutus.Foller.*d.c.35.n.7.*[& Brun.*d.q.17.n.16.*]

Et in practica aduertas, quòd ad effugiendum istas disputationes super ignorantia & scientia,solet pars offensa citari ad subministrandum indicia, & isto casu nunquam potest ignorantiam prætendere.Quæ practica optima est,& in Vrbe seruatur,& de ea fit mentio per Clarum, *d.q.57.sub vers. & hac conclusio,* & per Boss.*in tit.de sent.n.81.*

¶ Sublimita Hanc quartam † limitationem procedere,vt apertè dicit tex.*in d.§.eiusd.*ibi,*magna ex causa,*nõ nisi ex magna causa,quæ si non subest, semel absolutus seu condemnatus non potest ab alio accusari, etiam quòd suam vel suorũ iniuriam prosequatur,prout optimè adnotauit Clar.*d. ver.sed pone,in fine,*vbi ex hoc infert,quòd huiusmodi de nouo accusare volẽtes non admittũntur,nisi in criminalib.magnis & atrocibus delictis,& nisi præstita fideiussione de reficiendo expensas & damna in casu succumbentiæ: non.n.videtur posse dici subesse magna causa,vbi non est grauis qualitas ipsius criminis,[& Clarum referendo sequitur Brunor. à Sole, *dicta quæst.decimaseptima,n.19.in fine.* 22

¶ Limita V.†Vt suprà firmata conclusio procedat in definitiuè absoluto, secus si ab obseruatione iudicij. Primò enim casu tã in ciuilibus,quàm in criminalibus,semel absolutus ampliùs conueniri & molestari non potest, sicut vltra infrà allegandos,bene demõstrat Foller.*in pract.crim.in ver. pœnis debitis feriãtur,post n.77.* Secundo verò potest si nouæ deducãtur probationes seu indicia, *l.libellorũ,§.quòd si libelli.ff.de accus.l.qui de crim. C.eod.l.si duo patroni,§. itẽ nulla.ff. de iureiurãd.c.per scripta §.libellorũ,secunda quæst.octauo,glo. in l.si qui adulteri,C.de adult.*quæ cõmuniter*per omnes te- *
netur test.Bal.& Salic.*ibidem,glo.in c.Epiphaniũ,5 quæst.vlt.* Abb.Mariã.Feli.& Doctor.cõmuniter *in dicto cap.de his,ext. de accus.*Bart.*in l.Titia,n.quarto,ff.de accus.*Fel.*in rubr de iud. n.16.& in ea.examinata,col.fin.ext.eod.* gl.& Bar.& omnes *in l.properandũ,§.si quidem,C.de iud.*Hier.*in addit.ad Angel.de malef.in verbo,& querelã,n.88.*Marã.*de ordine iudicior.parte 6.in princip.n.53.*Io.de Amic.*consil.139.n.10.* Paul Mereda *consil.crim.diuers.90.n.31.vol.1.in magno,* Paul. Ghirland *in tract.de relaxat.carcerat.tit.de absolut.*Innoc.*quæst.secũda,n.1.* Aym.*consil.202.n.15.* Pract.Cõradi *tit.de accus.n.11.vers.2 quãdo esset lata,pag.227.col.2.in princ.* Couarr.*variar.resolut. dicto l.2.c.10.n.1.& l.1.c.1.n.8.* Foller.*in prac.cri.canõ. c.35. n.9.*Boss.*in tit.de sẽt.n. 65.* Clar. *in pr.dicta q.57.vers.& hæc quidẽ cõclus.in fi.& in vers. sed hìc quæro,pariter in fi.*Io.Mar. Mõticel.*in pract.d.reg.n.8.vers 2.limita* cum aliis relatis per Brun.à Solẽ *d.quæst.17.n.6.iuncto n.9. & seq. & n.13* & per Anto.Thesaur.*decis.Pedem.81.n.1* vbi ampliùs refert, quòd terminus,in quo accusator potest deducere noua indicia, est decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes. *iuxta rub.& tit.C.de præscript.longi tẽporis,10.vel 20.annor.*]

Absolutio autem † tunc dicitur diffinitiua, quando reus absoluitur tanquam innocẽs, quia crimen putà non commi-

sit:

sit:verbum enim *innocentia*,denotat omnimodam immunitatem & carentiã criminis & doli, *l. absentem,ff.de pœn.* Bal. *in l.si quis adulter.*[*n.3.in fi.*& ibi etiam Sab.*n.6.*]*C.de adult.* Absolutio autem ab obseruatione iudicij tunc dicitur,quando quis absoluitur non tanquam innocens, sed tanquam nõ repertus culpabilis,[à processu putà nulliter fabricato, vel] ex hactenus deductis & stantibus rebus, prout stant. Ita tradunt Ghirland.*vbi sup.num.5.* Clar. *in pract. dicta quæst. 57. vers.sed hîc quæro,& quæs.62.versic. forma autẽ.* [Berta.z*cons. 396.post n.5.*& ante eum Boss.*tit.de sentẽt. n.65.iuncto num. 72.* cum aliis relatis per Brun.à Sole,*d.q.17.num.10.*& ante Bart.*in l.fin.num.1.in fin.ff.de quæst.*

Et ista absolutio facta ab obseruatione iudicij, vel hactenus deductis, licèt eam merè interloquutoriam dixerit Purpurat. *in cons.*151. habet tamen & ipsa naturam diffinitiuæ, saltem in hoc,quia nisi aliud de nouo producatur, nõ potest reuocari,& transit in iudicatum, vt per Alciat. *in l.si calumnietur,ff.de verbor.oblig.*Aret.*in §.appellatur, n.29. Instit. de except.* Et ita in Senatu Pedem.fuisse seruatum testatur Ant. Thesau.*decis.Pedem.*81.*n.*1.immò eam simpliciter diffinitiuam dixit Ghirland.*de relaxa.carcer.rubr.de absolu.innocen.*
* *q.2.n.4.ad medium,*& communem * testatur Couar. *ver. resolu.l.1.c.1.n.8.vers. alioquin sententia absolutoria.*]

25 ¶ Amplia I. † Hanc quintam limitationem procedere etiam in eo,qui non est absolutus, sed relaxatus sub fideiussione de repræsentando.Quæ quidem fideiussio cùm habeat vim absolutionis ab obseruatione iudicij,seu potiùs illius loco successerit, secundũ practicam, quã seruari testatur Boss. *tit.de sẽ.n.61.* quòd sc.rei nõ reperti culpabiles,si Iudex sperat noua indicia, eũ nõ absoluit, sed sub dicta cautione relaxat,de qua etiã per Clar. *in prac.* §.*fi.q.64.ver.pariter etiam, &c.*Et nos in Vrbe quotidie etiã seruari videmus,[prout etiã & in Neapolitano regno, ac in toto statu ecclesiastico idem etiam seruari testatur Bru.à Sole, *d. quæst.17.post n.10.*] Relaxatus autem sub tali fideiussione poterit iterum molestari, idque nouis superueniẽtibus indiciis,& nõ aliàs,Bar.& Alex. *in l.pen.ff.de qq.*Foller.*in pract.cri.in fragmẽtis,n.251.*vbi ampliùs quod talia indicia superueniẽtia non debent esse leuia, sed sufficientia ad torturam,Boss. *d. n. 61.* vbi quòd ita seruatur:præsertim quãdo carceratus relaxatur sine fideiussore, & simpliciter.[*& in tit.de plurib.violẽt.n.114.* Aym.*cõs.321. in fine,vers.non omitt.*]Thob.Non.*cons.103.n.5.*Clar.*in dicto versic. pariter etiam* [Brun.*dicta quæst.17.n.10.*

¶ Limita Præcedentem ampliationem, in eo quod dixi, reum sub fideiussione de se repræsentãdo relaxatũ, non posse ampliùs molestari, nec ad carceres reuocari, nisi noua superueniant indicia,vt non sit semper & indistinctè vera, sed secund.Clar.*in d.vers.pariter etiã*,tunc demũ procedit,si Iudici videbitur,& nõ aliàs. Qui quidẽ Iudex in calculo ferendæ sententiæ potest facere reũ repræsentare, & hoc,vt ibid. dicit Clar.ne sequatur corporalis condemnatio, possit illam fugiẽdo eludere, de quo etiã dixi *inf.in ti. de carcerib. & carcer. quæst. 33. n. 68.* Item si reus fuit sub prædicta fideiussione relaxatus nondum purgatis indiciis contra ipsum existentibus , tunc pariter Iudex etiam non superuenientibus aliis indiciis,potest cogere fideiussorem ad repræsentandum reum,secund.Foller. *d.n.251.* relaxatur enim reus nõ solùm in casu,in quo culpabilis, vt dicunt Boss. & Clar.vt sup.relati, sed etiam quando contra ipsum laborant indicia , prout quotidie seruari videmus,si Iudici videbitur,præsertim in illis,quibus vel propter personæ dignitatem, vel alia de causa permittunt defensiones extra carceres. Item quando Iudex sperat de proximo noua indicia, & testes quos dubitat per relaxatum subornari,vel etiam dubitat,quòd idem relaxatus aufugiat , si ad eius notitiam deueniat, quod curia habet in promptu alia noua indicia,tunc non solùm citatur fideiussor ad illum repræsentandum nõdum nouis indiciis in actis deductis, sed etiã si magis expediet fideiussore non citato, mãdat reum absque alio carcerari,& id sæpenumero practicari vidi , adeò quòd Iulij Clari opinionem sequendo id totum probi Iudicis arbitrio remittendum censeo , qui tamen aduertat ne absque causa reum repræsentari faciat:quia si sine causa id fecerit,non solùm parti ad damna & interesse tenebitur,sed & aliàs punietur,prout suo loco dicetur.

26 ¶ Amplia II. Eandem † quintam limitationem procedere etiam in reo , qui purgauit indicia per torturam. Qui cùm isto casu veniat absoluendus non diffinitiuè ,sed ab obseruatione iudicij,secund Bart. *in l.fi.in prin ff.de quæst.* Petr. Bellapet.& Sal.*in d.l.si qui adulterij, C. de adulter.* Alex. *in l. vnus,§.reus,in verbo,nec confitetur,ff.de quæst.*Paul. Ghirlãd. *in tract.de relax.carcera.ti.de absolut.* Innoc.*quæst.2 per totam,* Iodoc.*in pract.crim.c.40.tit.de negatione patien.in tortura,*vbi quòd ita seruatur in practica , & pariter quod ita se habeat consuetudo Hispaniæ , Franciæ , & Mediolani, post Dida. Rebuff.& alios,quos allegat,testatur Clar.*in prac.q.62.ver. forma autem,* Boss.*in tit.de sent.n.68.& 72.* [quod nouissimè & iuribus & rationibus ad Doctorum authoritatibus , tanquam verius, pluribus comprobat Menoc. post hæc scripta visus,*in tract.de præsump.l.1.q.93.n.2. & seq.* & etiam Bru.à Sole *d.q.17.n. 9. & 10.* & ita consuetudine seruari testatur. Cartar.*in pract.interroga.reor.l.4.c.1.n.135.vers.sed cõsuetudo obtinuit,*] ideo superuenientibus indiciis iste sic tortus & absolutus iterum potest molestari , & etiam torqueri non ex veteribus, quia illa sunt penitus elisa & purgata , sed ex nouis, quæ superuenerunt indiciis, si ad torquendum (vt suprà dictum est) legitima & sufficientia sint,per suprà allegata *in hac quinta limitatione.*[& in specie per Brun.à Sole,*d.q.17.n. 9.& seq.*& Cartar.*d.c.1.n.136.*]

Contrarium,quòd isto casu reus non possit ampliùs molestari & inquiri, quia non ab obseruatione iudicij , sed diffinitiuè absoluendus est refutatis contrariis , & disputata hinc inde quæst. trad. Anton. Gomez. qui & concordantes allegat *in tit.de tortu.reor.n. 28.* vbi quòd ab hac sua opinione nec in iudicando,nec in consulendo recedendũ est, & ita nouissimè etiam tradit Hier.Magon.*in decis.Lucen.89.n.11. & seq.1.par.*& hæc cõtraria opinio de iure loquendo verior & sustentabilior videtur,secũd. Iodoc.*vbi sup.* & Clarum *in d.ver.forma autẽ,in fi.*illata enim reo tortura,& eo persistente, taliter tortus dicitur purgasse indicia , vt merã & puram veritatem dixisse videatur, secundùm communem,* & to-*
to mundo seruatam opinionem,de qua per Alb. *in rub.C.de quæst.n.9.& in l.edictum,n. 2.ff. eodem,* cum aliis per Clar. *q. 64. vers. illata reo tortura.* Ideo absolui debet diffinitiuè, & non ab obseruatione iudicij

Tertia fuit aliorum,& quidem etiam in pract seruata opinio,vt reus, qui per torturã purgauit indicia, nec diffinitiuè, nec ab obseruatione iudicij absoluatur , sed sub fideiussore de se repræsentando relaxetur,& consequenter nouis superuenientibus indiciis iterum molestari possit, per suprà allegata *in antecedẽti ampliatione,* prout de hac practica testãtur Marsil.*in l.repeti,n.24.ff.de q.& in pract.§.quoniam,n.94.*vbi quòd ita se habet communis * practica totius Italiæ , Car-*
rer.*in l.2.in prin.n.202.C.quorum appell.non recip.* Simancas *in tract.de hær. c.63.n.36.*Boër. *decis.136.n.15.& seqq.* quos refert & sequitur Clar. *in dicta quæst.64.ver. illata reo tortura.*[Cataui.*super ritu magnæ Curiæ* 248. *n.*18.Alphon. Villagut.*in sua pract.crim.canon. l.7. rubr.de tortura,c.14. conclus. prima,*Ioseph.Cum.*in tract.de syndic.c 21.eadem rubr.de tortura,n.25.* item relati per Menoc. *vbi sup.in tractatu de præsumpt.lib.1. dicta quæst. 93.n.1.*& per Brunor. à Sole , *dicta quæst. decimaseptima, num. decimo,* vbi quòd quicquid sit de iure,hodie de consuetudine,tam Romæ, quàm Neapoli, & in toto statu ecclesiastico reus , qui per torturam purgauit indicia, relaxatur sub cautione de repræsentando, & consequenter nouis superuenientibns indiciis, poterit inquiri , *ex allegatis sup.num.25.*

Ego autem in hac opinionum , & practicarum diuersitate dico , quod in curia Romana vidi aliquando practicari, quòd rei, qui indicia purgarunt per torturam, fuerunt ipsis instantibus,& petentibus ab obseruatione iudicij,nulla præstita de repræsentando cautione, absoluti, ac etiam aliquando eosdem reos etiam absolutionem petentes non absolutos , sed sub dicta cautione relaxatos : aliquando etiam sine absolutione ac sine præstita cautione excarceratos , vnde crederem id totũ ex Iudicis arbitrio pẽdere ; qui quidem Iudex, si speret superuenientia indicia,reum licèt indicia vetera purgauerit, non absoluat,sed fideiussori tradat, si fideiussorem habeat : sin minus , sub eius iuratoria obligatione relaxet , saltem vbi illum post torturam illatam in carceribus detinuit per viginti , aut triginta dies, si quidem nulla

super

Iodoc.*d.cap.*40.*num.*1.Si autem indicia noua speret, & pars petat se absolui, absoluat,sed ab obseruatione iudicij:sin autem id non petat, prorsus relaxet, & liberet sine absolutione, ac etiam nulla præstita cautione. Nec faciat, vt vidi facere quosdam nequitiæ Iudices, qui vt salarium,vel(vt aiũt) propinam à reis consequantur, postquam reos bene torserunt,adhuc illos absolutionem non petentes propter eorum paupertatem & impossibilitatem deponendi sportulas, in carceribus detinẽt,vt tædio affecti se absolui petant:habebũt enim Iudices,seu potiùs Christianorum hostes,Deum vltorem. Et pro hac mea opinione addo nouissimè Baiar. *in addit.ad Clar.in pract.§.fi.quæst.*64.*n.*86.*in fine,iuncto num.*126. *& sequentib.* vbi licèt videatur improbare practicam absoluendi statim reos in tortura persistẽtes propter cupiditatem sportularum,concludit tamen id totum esse remissum Iudicis arbitrio,iuxta qualitatem processus delicti & inquisiti.

27 ¶ Amplia III. † Præfatam quintam limitationem procedere etiam in eo,qui absoluitur ob non probatum crimen ab accusatore:actore enim non probãte,licèt reus absoluendus sit,*l. qui accusare, C. de ede. l. ei, qui dicit, ff.de probat.l. actor.C.eod.*non tamen diffinitiuè[vt innocens]sed ab obseruatione iudicij tantùm absoluitur, & consequẽter nouis,superuenientibus indiciis iterum inquiri, & accusari potest, Neuiz. *cons.*19.*n.*15.Grat.*resp.*69.*n.*16.Herculan.*in tract. de negatiua,n.*79.Bar.& alij.*in l.admonendi,ff.de iureiuran.*& ibi Ripa, *n.*70. *& seqq.* quẽ videas in materia[latè disputantem,& declarantem,& est communis,* secundùm Ias.] qui tamen loquitur in casu, quãdo nullus est præfixus terminus accusatori ad probandum(de quo paulò infra dicam)*in l.properandum,*§.*& si quidem,n.*15.*C.de iud.* quem refert Io. Bap. Villalob.inter communes opiniones,*ver.reus,n.*61.]Et ita in pract. in regno Franciæ seruari testatur Rebuff. *in proœm. const.Frãc.glo.*5.*n.*118.Igne.*in l.necessarios,*§.*non aliàs.n.*180. *in fine, vers. & ideo Iudex, ff.ad Syllan.* & in Regno Hispan. Couar.*d.cap.*1.*l.*1.*post num.*8.[*vers. cuius sententiam,*] refert Clar. *in prac.q.*62.*versi.forma autem,*[Boss.*in tit.de sent.n.*65. vbi quod apud eũ in vniuerso dominio Mediolani reus non absoluitur diffinitiuè, nisi quando constat de eius innocentia, licèt forsan de iure contrarium verius sit,vt ibi per eum, *n.*67.*&* 76. & dicam *in seq.vers.* & quòd reus absolutus ob non probatum crimen possit nouis superuenientibus indiciis molestari,voluit etiã Marc.Ant.Eugen.post hæc impressa habitus,*in consil.*68.*num.*4.*& sequen.*iuncto *num.*36.*lib.*1. post Clar.quem allegat *in consil.*57.*vers.& hæc quidem conclusio,in fine,*nec dissentit Ant.Thesaur. *decis. Pedem.* 81.*in primo,*]Pacian.*de probat.l.*1.*c.*67.*n.*42. vbi refert & sequitur Couarr. & Clarum *in locis præcitatis*, dicítque etiam ipse, quòd ita praxis obtinuit.

Contrarium, quòd immò isto casu reus sit diffinitiuè absoluendus,& non ab obseruatione iudicij [& consequenter quòd nouis superuenientibus indiciis, non possit iterum inquiri,iuxta tradita *sub num.vigesimotertio,*]sed de iure verius videtur, secund.glo. *in dicto cap. de his,de accusat. & in Authent.qui semel.in verbo,locum,cum ibi notat.* per Doctores,*C. quomodo & quando Iudex.*[Ias.*in l.admonendi,in* 2. *lectura,n.* 79. *&seq.ff.de iureiur.*Felin.*in c.aduersario tuo,n.*4.*ext.de excep.*] Alexand. *cons.*123. *col.*1. *vol.*2. Abbas & Imola *in cãp. primo,de off.ordin.*& ibi Alciat. *num.* 85. Foller. *in pract canon.cap.*35.*num vndecimo,*Mathes.*sing.decimoseptimo,*vbi tamen loquitur,quando actor est præsens,[Natta *cons.*225. *n.* 2.*Rom.cons.*223.*per totum,* Silua.*cons.*75.*n.*16.] Rolan. *cons.* 67.*n.*2.*vol.*2.Couar *variar.resolut.l.*1.*n.*8.vbi non solùm de * communi, * sed magis communi * testatur Boss. *in tit. de* * *sentent. num.*67.*&* 76.[*Brunor.à Sole,*qui alios plures refert concordantes etiam de communi opinione testantes, & plutibus hanc contrariam comprobat opinionem, *dicta quæst. decimaseptima, num.secundo, & seqq. vsque ad num.* 6. Bertazo.*cons.*17.*in* 4.*& cons.*396.*num.*5.]quem in proposito refert Bai. *ad Clar.d.quæst.*57.*num.*5.

* Et hæc quidem contraria communis * opinio multò magis procedit in casu,in quo actori seu accusatori præfixus est terminus ad probandũ,& nihil, vel minùs sufficienter probauit. Debet enim isto casu sequi absolutio non ab obseruatione iudicij, sed diffinitiuè, prout etiam fatentur Doctores allegati *suprà*, pro prima contraria opinione, & est gl. *in dicta Authen.qui semel,& in l.properandũ,*§.*& si quidẽ,*& §. *sin autẽ reus,*vbi etiam Bar.Alex.& Doct.*de iudic. & in leg.si de meis,*§.*fin.ff.de arbitr.*Bar.& alij *in l.admonendi, n.*13.*ff.de iureiur.*Abb.*c.examinata,col.fin.de iudic.& in c.fin.*§.1.*col.*2. *de iureiur.*Castr.Ias.& alij *in l.qui accusare,C.de eden.*idẽ Ias. *in l.fin.n.*53.*col.fin.ff de fer.*[Herculan.*de negatiua,n.*79.Ripa *in le.admonendi,eo.n.*70.*& seqq.ff.de iureiur.* vbi latè de materia,Ias.*ibid.n.*1.*lectura n.*70.*& seq.& in* 2 *lectura,n.*80.*ver. ego autem intelligo,*idẽ Ias.*in l.properandũ,*§.*& si quidẽ,n.*16. *de iudic.*vbi de communi,* Cur. iun.*in l.cauta, n.*157. *C. de* * *eden.*vbi pariter testantur de cõmuni, & expressè dicit hanc sententiam si transitum fecerit in iudicatũ, non posse ex nouiter repertis retractari,Villal.*in comm.opin.verbo,reus, n.*61. Couarr.*variar.resol.l.*1.*c.*1.*n.*8.*vers.saltem,vbi vtraque parte, & vers.sic etiã, & in praxi,* vbi de materia, Neuizan. *d. cons.* 19.*n.*15.Decis.Pedem.144.*n.*16.Boss.*in tit.de sent.n.*74. [& est communis, * vt per Brunor.*d.q.*17.*n.*3.*in fi.*] *

¶ Quid igitur dicendum?Crederem non esse recedendum à practicata opinione, quæ etiã in Vrbe seruatur, in qua loquendo solũ in criminalibus causis, semper vidi reos in casu non probati criminis ab obseruatione iudicij tantummodo & nõ vti innocentes diffinitiuè absolutos. Quæ quidẽ pract. vt dicit Couar.*sub d.n.*8.magis reipublicæ expediẽs & vtilis est ad punienda scelera, & ad effugiendas delatorum & accusatorũ præuaricationes, & propterea quatenus attinet ad propositum nostræ materiæ,dicas,quòd in casu non probati criminis,si reus absoluitur ab obseruatione iudicij,prout hodie in pract. seruatur, seruaríque per omnes debet:si absolutoria expressè dicit, *Absoluimus ab obseruatione iudicij*, vel *Hactenus deductis*,vel, *Stãtibus rebus,prout stãt:*aut in ea adsint similia verba idẽ importantia:tunc sine dubio licèt talis sententia habito respectu ad ius commune,iniqua sit,vt per Cou.*in loco superiùs allegato*, taliter tamen absolutus poterit iterũ nouis superuenientibus indiciis inquiri & accusari per *supra* allegata,*in prin.huius quintæ limitationis,* [*n.*23.& hoc nullã prorsus habet difficultatem, quia pars non appellanda à tali sententia dicitur illam approbasse & acceptasse, vt in propriis ferè terminis probat Ias.*in 2.lec.admonendi,n.*79.*ad fi.vers.& si feratur sententia,& n.*8.*ante medium,vers.& ideo si non appellatur, ff. de iureiur.* & magis in terminis, Cou. *var. resol.l.*1.*d.c.*1.*n.*8.*ver.ex quibus tandem apparet.*]

E conuerso autem, si etiam in casu non probati criminis Iudex sequendo iuris dispositionẽ, & cõmunem Doctorum sententiam omissa practicata opinione (quod tamen facere non debet) pronunciet in sententia *Reum absoluendũ vti innocentem,*& sic diffinitiuè:& tunc pariter licèt talis sententia sit iniqua,habito respectu ad practicam,de qua *suprà*:[Quia tamen ab ea fiscus nõ appellauit:ideo] taliter absolutus,non poterit ampliùs inquiri, aut molestari per [ea,quæ deduxit Ias.*in d.l.admonendi,n.*79.*& seq. in locis nuper citatis.* Et hoc est,quod voluit Bertaz.post hæc scripta visus, *in cons.*396.*n.* 4.*&* 5.*l.*2.vbi dixit, quòd quando quis est absolutus diffinitiuè, tunc non potest ampliùs molestari, etiamsi absolutio emanauerit ob non probatũ crimen,prout etiam ante eum, idem consulendo tradidit Natta *in consil* 225.*num.* 1.*l.*1.& Rom.*d.consi.*223.*per tot.*

¶ Sed quid in dubio,si sententia simpliciter dicat, *Absol-* 28 *uimus*:non expresso absoluto ? an diffinitiuè, vel ab obseruatione iudicij?an intelligatur dato eo,quia crimen non probatum,an verò propter crimen non cõmissum? vltra quæ *infrà* scripta sũt,vide in hac dubitatione distinctiones relatas per Rom.*in l.edita, n.*141.*C.de edẽ.* Dicas quòd sententia generalis interpretatur & declaratur ex actis,gl.*in c.si cõfirmatione,de elect.in* 6.glo. Bar.& alij,*in l.si quis ad exhibendũ,ff. de excep.rei iud.*Bal.*in c.cũ sẽper,ad fin.de cauſ.possess.& propriet.* Car.Zabare.*in c.de his,col.*2.*in prin.n.*4.*vers.quid in dubio,*& ibi etiã Feli.*n.*8 *vers.contrariũ,&c.*& Marian.*n.*32.*vers.c.nec obstat,il* 2.*extra de accus.* & particulariter,quòd an sententia sit diffinitiua,vel ab obseruatione iudicij, si sumus in dubio, recurrendum sit ad acta, tradunt Bald.& Ang. *in l.ex morte, C.de l. Aquil.*[Feli.*in c.aduersario tuo,n.*4.*ver.cognoscitur autẽ ex actis, Ext.de except. vbi latè.*] Ang. *de malef.in verbo, ad querelã,n.*85.*in fi.versi.si verò est lata simpliciter,*& ibi Ang.*in addit n.*88.*in fin.vers.cuius opinionẽ,*& ante istos Cyn *in l.*1. *n.*9.*C.quan.ciuil. act. crimin. præind.* & ibi etiam Alber.*n.*7.

vers.

vers. quid in dubio, Sali. *colum. 3. in fi. n. 10. vers. aut dubitatur*, Foller. *in pract. crim. canon. c. 35. n. 11.* ideo si ex actis apparet de non commisso crimine, sententia quoque intelligitur lata ob non commissum crimen, & consequeter erit diffinitiua: eodem modo si in actis de non commisso crimine non apparet, sed tantummodo constat crimen non probatum, sententia pariter dicetur lata ob non probatum crimen, & non ob non commissum: quia (vt dixi) ita ex actis colligitur. Et isto secundo casu, quando scilicet sententia est lata ob non probatum crimen, dicetur inspecto iure communi diffinitiua, secund. sup. allegatos, præsertim Foll. *d. cap. 35. n. 11.* & Couarr. *variarum resolut. lib. 2. capitul. 10. in princip. & lib. 1.* * *capitul. 1. num. 8.* vbi quòd ita omnes * fatentur, [cum aliis allegatis per Brun. *d. quæst. 17. num. 3. 4.*] & per consequens ampliùs taliter absolutus molestari, aut inquiri non poterit. * Inspecta autem communi * & obseruata practica, qua rei ob non probatum crimen non diffinitiuè, sed ab obseruatione iudicij tãtummodo absoluũtur, vt suprà dixi, dicetur ab obseruatione iudicij, & ita Iudicem absoluere voluisse præsumendum est, & per consequens nouis superuenientibus indiciis iterum conueniri potenit. Omnis enim actus & dispositio etiam legalis à consuetudine interpretationem recipit, & cum ea Iudicis potestas semper se conformare præsumetur, *l. cùm de consuetudine, in prin. ff. de legib.* [*l. quòd si nolit, §. quia assidua, ff. de ædil. edic.*] Bar. *in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur.* Abb. *in c. certificari, de sepult.* Feli. *in c. ex literis, in 7. declarat. de fide instr.* cũ aliis per Cagno. *in l. si quis maior, n. 72. C. de transac. & in rubr. ff. si quis ius dicen. non obtemp. n. 24.*

¶ Quod si penitus & omnino res dubia sit, & ex actis liquere non possit, ex qua causa sententia absolutoria lata fuerit, an scilicet ob non commissum crimen, an verò ob non probatum: & tunc, quãuis Doctor. *in l. 1. C. quando ciuil. actio. crim. præiud.* videantur tenere sententiã præsumi latã ob non cõmissũ crimẽ, vt ibi per Cy. *n. 9.* & Alb. *n. 7. ver. si ex actis nõ appareat.* attamen cõmunis * est opinio, quòd ob non probatum, glo. *in d. l. si quis ad exhibendũ, ff. de excep. rei iud.* Bart. *in l. 2. § hoc edicto, n. 3. vers. aut dubitatur, ff. de vi bo. rapt.* & ibi etiam Ang. *n. 6. versic. & idem dicas*, Salic. *in d. l. 1. post n. 10. C. quan. ciuil. act. crim. præiud.* Bald. *in l. 3. C. de sent. quæ sine certa quantit.* Lanfranc. *in c. quoniam contrà, in verbo, interloquutoria, n. 43. de probat.* Ant. de Butr. *in c. de his, n. 4. col. 2. in princ. vers. si dubitatur, ext. de accus.* & ibi etiã Zabar. *n. 4. vers. quid in dubio*, Feli. *n. 8. vers. quid si simpliciter*, vbi quòd ita communiter tenetur, Marian. *n. 32. & seq.* Paris. *cons. 87. n. 53. l. 3. Repet. in l. admoneas, n. 77. vers. & contrarium voluit, ff. de iureiurand.*] vbi de communi etiam testantur Ang. *in verbo, ad querelam, n. 85. in fi. ver si verò nõ apparet*, & ibi Aug. n. 88. *ad fin. vers. an autem*, Couarr. *d. l. 1. variar. resol. c. 1. n. 8.* cum aliis relatis per Brun. à Sole *in d. q. 17. n. 3.* licet Clar. *in pra. d. q. 57. ver. sed hîc quæro*, quẽ in proposito põderauit Baiar. *in addi. ad eũd. q. 57. n. 5.* dixerit, quòd hæc opinio in Ducatu Mediolani nõ seruaretur, in quo quãdo quis absoluitur ob nõ probatũ crimẽ, solet in sentẽtia apponi illa clausula, *Substantialibus rebus prout stat.* Et propterea si nõ reperitur apposita, præsumendum erit, sententiam latam ob non commissum, & non ob non probatum crimen. Hæc tamen eius consideratio in Curia Romana nihil debet obstare communi opinioni, quia etiam quando reus absoluitur ob non commissum crimen, in sententia solẽt apponi verba hæc, *Diffinitiuè, & innocentẽ repertum absolaimus*: sicut pariter in absolutoria ab obseruatione iudicij apponitur clausula, *Ex hactenus deductis.* Vnde secundùm considerationem Clari posset dici, quòd vbi in sententia non sunt apposita verba innocentiæ & diffinitionis: ergo erit iudicandum, illam minimè latam ob non commissum crimen, sed ob non probatum, prout etiam voluit Honded. *cons. 112. n. 47.* Sed an isto casu sententia sit diffinitiua, vel ab obseruatione iudicij, & consequenter, an reus possit iterum nouis superuenientibus indiciis inquiri, pendet ex iis quæ proximè diximus *in antecedẽti num.* [Et quòd possit, voluit Marc. Ant. Eugen. *d. cons. 68. num. 37.* sed quòd non possit, videtur voluisse Rom. *d. cons. 223.*]

29 ¶ Svblimita † Hanc quintam limitationem, vt non omni tempore, sed tantùm infra tempus à lege præstitutum absolutus ab obseruatione iudicij accusari iterum poterit: quando enim quis reperietur absolutus ab obseruatione iudicij propter accusationem malè conceptam, & accusator iterum absolutum molestando primam accusationem prosequi voluerit, tantummodo infrà 30. dies facere potest, *l. libellorum, §. fi. ff. de accus.* si verò non veterem accusationem prosequi, sed nouiter accusare intẽdat, & hoc pariter poterit infra tantum tempus, infra quod durat ius accusandi, & non vltra, *l. accusatus, ff. de adult.* Præpos. *in c. prohibentur, 2. q. 1.* Folle. *in prac. crim. cano. dicta q. 35. n. 10.* sed ad hæc vide *infrà* tradita, *in secunda ampliatione 6. limitationis principalis, n. 33.*

¶ Svblimita II. † Eandem limitationem non procedere de iure Canonico, secundùm quod licèt absolutus ab obseruatione iudicij possit iterũ accusari, non potest tamen ex eodem iure iterum accusari à primo accusatore, licèt ab alio sic. Primus enim accusator per accusationẽ est effectus inimicus, ideo de iure canonico ab accusando repellitur, *c. repellantur, c. cùm P. Manconella, & c. cùm oporteat, de accus.* secus de iure ciuili secundùm quod absolutus ab obseruatione iudicij, potest iterum tam à primo, quàm ab alio accusatore accusari, Feli. *in c. de his, n. 2. de accus.* refert, & sequitur Foller. *vbi sup. d. c. 35. n. 16.* & Marian. *in loco antè citato, n. 52. & seqq.* vbi ita distinguendo saluat opinionem Speculatoris *in tit. de abolit. §. 1. vers. porrò*, indistinctè dicentis, quòd etiã absolutus ab obseruatione iudicij non potest iterum molestari, vt scilicet intelligatur de iure Canonico, & ab eodem accusatore, secus ab alio. 30

¶ Limita VI. † Vt regula præsentis quæstionis procedat in absoluto per sententiam, secus si per transactionem factam cum parte, à quo remissionem delicti habuerit. Poterit enim ea non obstante ab alio tertio, licèt non à primo accusatore, cum quo transegit, iterum accusari: quia transactio & remissio vnius alteri tertio non præiudicat. *l. 4. § pen. ff. de sepul. viol. in l. qui cœtu, § ff. ad le. Iul. de vi publ.* Cuius textus verba sunt hæc, *Qui vacantem mulierem rapuit, vel nupta, vltimo supplicio punitur, & si pater iniuriã suam precibus exoratus remiserit, tamẽ extraneus reũ postulare poterit.* Et ibi hæc notat Dyn. Alber. Ang. & cõmuniter * Doctores, & est etiam * tex. *in l. si maritus, la seconda, §. si negauerit, ff. de adult.* & magis expressè *in l. 2. C. de abolit.* vbi etiã Odof. Cy. Bar. Alber. Sali. & cõmuniter * alij tradunt Canonistæ, præsertim Innoc. * & Abb. *in c. 2. de colluf. detegõ. glo. in l. trãsigere, in ver. prohibitũ*, vbi etiã Bart. & Sali. *in 4. oppos.* & alij omnes, *C. de trãsact. & in l. eũ, qui, §. in popularib.* & ibi etiã Ias. *n. 10.* & alij Doct. *ff. de iureiur.* alia gl. ord. *in l. diuus*, & ibi Bar. Alb. Bald. Ang. & Rom. *ff. ad Syllã. & l. si quis homicidij*, vbi etiam Alb. & Salic. *C. de accusat.* Marian. in Spec. *tit. de inquisit. n. 55.* Io. Mar. Montic. *in prac. crim. reg. 1. n. 9. & seqq. vers. 4. limita*, Foller. *in pract. crim. canon. capitul. 35. n. 15.* & in hoc est differentia inter sententiã & transactionem, quia sententia facit ius quoad omnes, transactio autem non facit ius, nisi quoad transigentem, secundũ Bald. *in d. l. transigere, in 4. & 5. opposit.* ideo non est mirum, si & alius accusare potest, & ita communiter * per Doctores teneri testantur Felin. *in c. de his, in 2. limitatione, n. 3. ext. de accus.* Ias. *vbi sup. d. n. 10.* Couarr. *variar. resol. lib. 2. c. 10. num. 5. vers. 9.* idem Canon. *procedit.* Curiun. *in d. l. transigere, n. 24.* & ibidem Dom. Ant. de Padilia. *n. 51.* refert & sequitur Clar. *in pract. q. 58. vers. sed pone*, Ant. Gomez. *de delic. c. 3. n. 55. var. resol. tomo 3.* [cum aliis relatis per Brun. à Sole, *d. q. 17. n. 21. & seqq.* vbi pluribus hanc sextã limitationem comprobat.] * *

¶ Ampli a I. † Limitationem prædictam, vt si transactio primi accusatoris non nocet alteri tertio accusare volenti, multò minùs noceat Iudici ad fisci instantiam, & ex officio inquirenti: qui non obstante transactione facta cum accusatore, & remissione ab eodẽ habita de iniuria illata, poterit nihilominus reum accusatum condemnare, perinde ac si nulla remissio aut transactio sequuta esset, vt tradunt omnes Doctores *suprà allegati, in princ. huius sextæ limitationis*, & expressè etiã tradit Bart. in Spec. *d. l. libellorum, §. fio. n. 5. ff. de accus. & in l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniur.* Felin. *in c. nulli, col. 2. vers. iterum in quantum, ext. de accus.* Marian. *vbi sup. n. 55. & 57.* Ang. *de malef. in verbo, comparuerunt dicti inquisiti, & quilibet eorum in termino defens. 10. n. 23. vers. Quid si opponat*, Petr. à Plac. *in Epi. delict. l. 2. c. 45. n. 8. vers. quando pars*, Boss. *in titul. de pace, n. 9.* Paul. Ghirlan. *in tract. de relaxat. carceratorum, titul. de pœnit. compos. quæst. 5. n. 2.* Prosp. Carani. *super* 31 32

* 33 ** 34

per vitu magnæ Curiæ 272.*n.*2. Ratio est, quia ex cõmuni crimine potest dupliciter agi ad pœnam scilicet applicandã parti & ad publicã vindictã, *l.qui nomine, ff.de fal.l.fi.ff.de pri. del.* Vnde licèt pars possit in sui præiudicium iniuriam remittere, *in l.pen.C.de pact.* non tamen id poterit in præiudicium Reipubl. Ang. & Bart. *in l.2 ff.ad Syllã.& in l.1.§.2. ff.de iniur.* & qui deliquit, non so ùm defendit illum quem lædit, sed & Rẽpublicam, *l.licitatio, § quòd illicitè, ff.de pub.& vect.* ideo remittendo læsus iniuriã propriam, non remittit iniuriam Reipublicæ factam, quia ius quæsitum publico, pacto priuatorum tolli nõ potest, *l.iurisgentiũ, §.si paciscar, ff.de pact.l.ius publicũ, l.si vnus, §. pacta.ff.eod.* maleficiáq; remanere non debent impunita, *l.ita vulneratus, ff.ad l. Aquil.* & de cõmuni* testãtur Gand. *in ti.de trãsact.n.13.* Carr. *in pr. f.mihi* 193. *à tergo, n.29. in vna impressione, & in alia, f.*105. *n.*379. Bon. de Vit. *in tit.de pace, n.4.* Aret. *in c.licèt, n.27. de acc.* Villalob. *in cõm.opi.lit.T, n.*121. Ant. Gom. *tit.de delic.d.c.*3. *n.*55. [*& c.*13. *rub.de tort.reorum, post n.*17. *vers.cuius ratio est.*]

* & ita etiam in practica de coniuetudine* seruari dixerunt Gand. *d.n.*13. Bon. *d.n.4.* Aret. *d.cons.n.*22. Vill. *d.n.*121. Ang. *in d.l.transigere, n.*10. *C.de transa.* Anan. *in c.*1. *n.*20. *de tegen.* Alber. *in 2.par.stat.q.*127. quos refert & sequitur Iul. Clar. *in pr.q.*51. *vers.sed quid si accusator, & d.q.*58. *vers.sed punctus est.* Ad cuius dicta aduertas, quòd licèt ipse hanc ampliationem declaret, vt procedat tantùm in delictis, in quibus Iudex potest ex officio procedere, secus in aliis: hodie tamen generaliter procedet in omnibus delictis, in quib. de cõsuetudine Iudex procedere potest, vt dixi *sup. in* 1.*q.principali, in* 2.*requisito, in* 3.*limitat.* & tradit idem Clar. *in pr.q.*3. *ver. sed certè.* [Addo pro hac eadem ampliatione Brun. *d.q.*17. *n.*21. *& sequenti.* vbi & ipse etiam testatur de communi opinione.]

33 ¶ Amplia II.† Hanc sextam limitationem, licèt pariter isto casu de iure communi loquendo Iudex eundem proceſſum, qui iam remanet penitus extinctus per transactionẽ prosequi non possit: sed si velit inquirere & condemnare, nouam debeat formare inquisitionẽ, secun. Bar. *in d.l. transigere, n.*8. vbi etiam Bald. Castren. Sali. Alex. & Ias. *C.de transact.* Bart. *in l.accusationis, Co.quod met.c.& in l.si maritus, la seconda, §.si negauerit, ff.de adul.* Mata. *in loco præallegato, n.*

** 55. vbi testantur de communi* opinione, & de communi* etiam testantur Ant. Gom. *de delic.var.resol.tom.*3. *ca.*1. *n.*36. *vers.ex quo apertè, & n.*55. *in princip.* vbi tamen contra communem distinguendo, dicit de iure verius esse, quòd si Iudex post partis transactionem velit inquirere, possit eundem processum & instantiam prosequi infra triginta dies à tẽpore initæ trãsactionis: post verò istud tempus, debeat nouum processum formare, allegat ad id Card. *in cap.de his, col.*2. *de acc.* arg. tex. *in l.libellorum, §.fin.ff. eod.* Nihilominus, cum, vt dixi, hodie Iudex inquirendo concurrat cum accusatore, practica seruat contrarium, quod videlicet etiam in casibus, in quibus licet de iure transigere sequuta transactione cum parte, potest idem Iudex eundem processum prosequi & ex eodem processu ad condemnationem deuenire, non expectatis etiam dictis triginta diebus, prout de hac practicata, & seruata opinione testantur Ang. *in l.trãsigere, num.*7. *Cod.de transac.& in l.*1. *in fin.de gener.abol.* Ant. Gomez. *vbi sup.cap.*1. *n.*37. *in fin.& cap.*3. *n.*55. *etiam in fi.* vbi dicit, quòd talis practica respicit fauorem reipublicæ ad euitandos circuitus, Clar. *in pract.§.fin.dict.quæst.*58. *vers.& scias.*

34 ¶ Amplia III.† Eandem sextam principalem limitationẽ, quòd licèt aliqui dixerint, quòd per pacem & remissionẽ habitam à parte debeat minor pœna imponi, prout dixit Bart *in d.l.transigere, n.*7. vbi refert, quòd facta trãsactione super crimine in casibus à iure permissis, non potest cõtra reum deueniri ad condemnationem sanguinis. Cuius

* opinionem Curt.iun. *ibid.n.*29. communem* dicit, & in pũcto iuris veriorem, ac in regno Castellę passim & indistinctè obseruatam attestantur, Villap. *in repet.leg.*22. *c.*6. *n.*1. *& seq.* & Ant. Gom. *de delic.c.*3. *n.*55. *& seq.* & ante istos Nouel. *in tr.ad defensam, in rubr.an indicia pro reo danda sint, n.*117. Nihilominus contraria opinio est magis communis* quòd

* s. per pacem, & remissionem pœna imponi possit; prout de

* hac magis communi * opinione testatur Clar. *d.quæst.*58.

sub vers.sed punctus est, prope fin. vbi etiam quòd ita semper vidit seruari. Stante enim consuetudine totius Italiæ, & forsan totius orbis, quòd scilicet Iudices ex officio super quibuscunque delictis sine accusatore per inquisitionem procedere possint, parum curandum est, vt dicit Clar. an pars accuset vel remittat, & ante eum idem tradidit Ant. Gomez. qui de communi * testatur *in d.capite tertio, numero* 55. qui ad propositum allegat text. *in d.l. qui cœtu, §. qui vacantem, ff.ad l.Iul. de vi publica.* vbi expresse cauetur, quòd rapiens mulierem pœna vltimi supplicij afficiendus est, etiamsi ab eius patre pacem & remissionem habuerit. *

Ego verò in Vrbe ita seruatum vidi, quòd in delictis leuibus, & non atrocibus habita pace à parte, vel nulla prorsus (reo sub cautione de repræsentando dimisso) vel modicæ pœnæ sequuta est condemnatio: in atrocibus verò delictis, putà in homicidio simplici, & in rixa sanguinis calore commisso, habita pariter pace etiam aliquando vidi, quòd pœna diminuta fuit, quia homicida vel ad triennes condemnatus, vel si personæ qualitas, aut alia id suaserit, in relegationem aut exilium cum aliqua pecuniaria pœna condemnatus fuit. At si homicidium fuit deliberatè & ex proposito patratum, & multò magis si qualificatum, putà per assassinamentum mediante pecunia, ac etiam si sit parricidium, vel si simus in delicto, ex quo pessimum exemplum, & magnum scandalum oriretur, putà in famoso fure & latrone, tunc nunquam vidi pœnam moderatam propter pacem seu remissionem habitam, quia hæc sunt delicta, quæ nec apud Deum, nec apud homines excusationem vllam habent.

¶ Svblimita I.† Hanc sextam limitationem, quòd si 35
in aliqua ciuitate adest statutum, quòd per pacem minuatur pœna, vel quòd in aliquibus delictis procedi non possit, nisi ad partis querelam; tunc nulli dubium, quòd pax & remissio habita à parte nedum cuilibet accusatori, sed etiam fisco nocebit, quia huiusmodi statuta valent, & sunt seruanda, vt dixit Clar *sub d.ver sed punitus est*, & ante eum Gandin. *in tit.de transactio sub num.* 13. Bonifac. de Vital. *in rubr.de pace, numero quario*, Bald. *in l. transigere, in secunda columna, numero sexto*, C. *de transact.* Angel. *in l. iurisgentium, §. si paciscar, in columna prima. ff. de pact.* Bart. *in l. damni infecti, §. Sabini sententia, in secunda columna, in fin. ff de damno infec.* & est communis * vt per Ant. Gomez. *d.* * *capite tertio, numero* 56. vbi plura congerit in materia statuti, seu consuetudinis minuentis pœnam, vel mandantis non posse procedi propter habitam pacem, & inter alia, *num.*58. dicit, quòd huiusmodi statutum alio non expresso, intelligi debet in delictis commissis in persona, vt in homicidio, & similibus, secus in cõmissis in rem, vt in furto & similibus. ad tradita per Castr. *in l sequitur, §. quod autẽ. ff. de vsucap.& l.si homo, n.*2. *ff.eod.* & per Bald. *in l.si quis in tãtũ, in* 2. *col. in fin.n.*11. *C.vnde vi.* Quos pariter referendo sequitur Placha, *d.c.*45. *n.*9. Item huiusmodi statutum non prodest illis, qui iterato commiserunt, aliàs illud delictum, de quo nunc habent pacem, vt ibid. per Gomez. *n.*60. & per Placam, *n.*11. qui concordantes allegant. Sed an, & quo tẽpore stante supradicto statuto pax haberi debeat, vt prosit ante sentẽtiam habita? Nulli dubium, quòd si prodest post sentẽtiam à qua fuit appellatum, pariter etiam proderit, quia appellatio extinguit pronunciatũ, *l.*1. *§.fi ff. ad Turpil.* cum latè in proposito congestis per Ant. Gomez. *vbi sup.n.*69. *vers.*1. quia si non est appellatum, & sententia transiuit in iudicatum: tunc si statutum vtitur verbo, *transigere*, dic, quòd transactio fit super re dubia, ideo post rem iudicatam habita non valet, nec prodest, *l.*1. *ff. de transactio. l.*2. *& l. si causa cognita, C.eod. l.eleganter, vers.si post rem iudicatam. ff. de cond.indeb.* Si verò vtitur verbo, *pacis*, vel *remissionis*, & tunc quandocumq; habeatur pax seu remissio, semper proderit in huiusmodi statuto, quia etiam post rem iudicatam liberatio & remissio semper certo, & liquido, tenet & valet. *d.l.* *
1. & ibi gl. & communiter * Doctores, *ff.de transact.* & tradit Gomez. *in loco ante citato, n.*68.

Svblimita II.† Eandem sextam limitationem, quòd si 36
reus transegerit non solùm cũ parte offensa, sed etiam cum fisco, & eius procuratore, putà prout hodie dicimus per cõ-

positionem,tũc nulli dubium est,quòd absolutus per compositionem nedum ab alio accusatore, etiam quòd suam prosequatur iniuriã, molestari nequit,prout latè plurib rationib.firmat Carauita videndus super ritu magnę Curię 272.n.23.24.& 25.vbi etiam respondet contrariis:sed nec etiam à Iudice inquirente ob publicam vtilitatem, quia sicut transactio facta cum accusatore illi nocet, ita etiam transactio facta cum publico procuratore fiscali & illi nocere debet. Sed hac de re latiùs infrà in sequenti quæstione dicemus,vbi totam materiam compositionis, Deo dante, pertractabimus.

37 ¶ Svblimita III.† Dictã sextam limitationem procedere,quãdo transactum est super crimine publico:tunc inquam absolutus per transactionem potest iterum ab alio de eodem delicto accusari,quia in publicis criminibus vnicuique ius accusandi cõpetit:secus in crimine priuato, in quo si remissio & transactio fiat cum offẽso, vel cum eo qui ius habet accusãdi in potiori & priori gradu,exclusis aliis non potest accusatio repeti ab alio consanguineo remotiori in gradu,secund.Couar.*vbi sup.sub dicto vers.nono.* Idem Canõ. & multò minùs ab alio tertio, qui non sit consanguineus offensi,secund.Iul.Clar. *in pract.d.quæst.*58.*eod.versic.sed pone,in fin.*

Contrarium sensêre Io.Mart.Mont.*vbi sup.n.*10. & ante eum latiùs Maran.*in d.tit.de inquis.n.*58.*& seq.* & Bonif.de Vita.*in rub.de pace,n* 5.qui dicũt,quòd si quis passus fuit iniuriam in eius personã,& post accusationem transegit cum offendente,eidem omnem iniuriam remittẽdo, non prohibetur alius offensi consanguineus criminaliter eundem offendentem non obstãte offensi remissione, accusare, etiam quòd simus in priuatis delictis,quia iniuria illi facta, omnibus de illa agnatione facta cẽsetur,*l.lex Cornelia*,vbi Bar. *ff.de iniur.* Car.*in l.1.C.de rap.virg.& in l.cũ simus*,*C.de agric.& cens.li.*11.& cõsequenter transactio offensi non præiudicat alteri cõsanguineo accusare volẽti,vt in terminis voluit Bart.*in dict.l.trãsigere.col fin.*& ibi etiam Bald.*col pen.circa fin.Cod.de transact.* Nec prodest iniurianti dicere,Ego habui à principali offensi remissionem, quia ei replicatur,agnatum nunc posse accusare ob propriam iniuriam,secundùm Marã.*vbi suprà*,qui pariter dicit, quòd nec eidem iniurianti proderit dicere,quòd agnatus fuerit præuentus ab offenso in accusando, quia præueniſse non dicitur, qui per transactionem destitit, & sic per huiusmodi rationes concludit,quòd non obstante transactione & remissione facta ab offenso, possit offendens iterum accusari ab alio offensi agnato,cui etiam per offensam principalis iniuria illata dicitur.Et ad contraria respondendo, & seipsum limitando; distinguendo subdit, quòd potest iterum accusari criminaliter tãtùm,non autem ciuiliter,quia ciuiliter is solus agere potest, qui principaliter offensus fuit, vel is, qui in sua potestate eum habet,non autem alius,*leg.*1.§.*fin.cum l.seq.*& ibi Bart.& Doctor.*ff.de iniur.*

Tu verò dicas secundùm Clar.*in d.q.*58.*vers.sed punctus est*,quòd licèt de iure cómuni transactio seu pax facta per proximiorẽ offenso nõ impediat,quo minùs alius sequẽs in * gradu possit accusare,secundùm communẽ* opinionem,de qua per Villapan.*sub l.*22.*c.*52.*n.*1.& de qua etiam testatur * ibid Maran.*sub n.*6. nihilominus de consuetudine* seruatur,quòd vbi primus in gradu remittit,non possunt alij accusare,nisi prout potest quilibet extraneus, & sic remissio proximioris ingradu in priuatis delictis tollit aliis facultatem accusandi,& ita in practica indistinctè seruatur, teste eod.Clar.*vbi sup.* Sed aduertas,quòd nõ per hoc tollit fisco facultatem procedendi *per supradicta in prima ampliatione huius sextæ limitationis*,præsertim hodierno tẽpore, in quo Iudices ex officio in quibuscunque criminibus etiam priuatis procedunt,vt suprà dixi.

38 ¶ Svblimita IV.† Eandem sextam limitationem, vt procedat in transactione iuridica,& valida,& facta in casibus,in quibus de iure licita est trãsactio,secus si nulla,& in casibus à iure non permissis:tunc enim non prohibetur repeti accusatio etiam à primo accusatore,quinulliter trãsegit,secundùm Felin.*in d.c de his,col.*1.*vers.Secundò limita, de accus.* Maran.*vbi sup.n.*55.Io.Mar.Monticel.*d.reg.*1.*n.*9.*vers. Quartò limita*,Faber.*in pr.crim.canon.d.c.*35.*n.*15. vbi hanc sublimitationem declarat non procedere in crimine adulterij,quando est impositum perpetuum silentium, & in transactione facta post litem contestatam.His enim tribus casibus,etiã quòd transactio sit nulla,semel transigens ampliùs accusare non potest,vt ibi per eum,qui concordãtes allegat.Qui autẽ sint casus,in quibus super criminibus iura transactionẽ permittant,tradunt Doc.*in d.l.transigere,C. de transact.* & latissimè præter alios,eos dinumerat Iul Cl. *in pr.d.q.*58.*vers.successiuè videamus,& pluribus seqq.vsque ad vers.visum est*,cuius dicta ne hîc transcribere videar, ad illum in occurrenti casu te remitto, qui bene loquitur in hac materia.

¶ Limita VII. † Prædictam regulam principalem pro- 39
cedere in absoluto à crimine principaliter,& per viam accusationis seu inquisitionis,secus autem incidenter,& per viam exceptionis in iudiciũ deducto:vt si in quæstione ciuili opponatur cõtra testem exceptio falsi, & per viam exceptionis de crimine falsi cognoscatur:licèt n.isto casu absoluatur,poterit tamen inquiri iterum ordinariè, & idẽ in condemnato.Quando n.de crimine incidenter & per viam exceptionis discutitur, non irrogatur pœna ordinaria à lege indicta,sed extraordinaria *mitior,c.*1.*de exce.c.cũ dilectus,* §.*fi.de ord cogn.*& propterea potest iterũ agi,vt puniatur ordinariè tanquã non sufficienter primo loco punitus.Bal.*in l.vbi falsi,& in l.nullũ,C.de testibus.* Fel.*in d.c.de his,in* 3.*limitatione,de acc.* Rõ.*cõs.*375. refert & sequitur Maran. *d.tit.de inquis.n.*85. Io.Mar.Mont.*d.reg.*1.*n.*13.*in* 5.*limitatione.* Folle. *in pr.cr.can.d.c.*35.*n.*17. Pr.Conr.*ti.de acc.n.*11.*vers.*5.*quãdo est discussum.* [Brun.à Sole *d.q.*17.*n.*24.*iuncto n.*46.] Nisi essemus in casib. in quib.etiã quòd agatur per viam exceptionis & incidenter,imponetur pœna ordinaria,de quibus latissimè per Abbatem *in d.c.cùm dilectus,* & per Fel. *in d.c.*1. *de except.* [& per Brun.*d.q.*17.*n.*24.*ver. procedit tamen ista limitatio.*] tunc enim staremus sub regula,& semel absolutus seu condemnatus etiam isto casu molestari non potest, secund.Maran.& Foll.*in loco præcitato.*

¶ Limita VIII.† eandem regulam non procedere in 40
absoluto à crimine ciuiliter,& ad prosequutionẽ rei familiaris intentato; qui tamen adhuc iterũ poterit accusari & molestari,si absolutio sequuta fuerit ob nõ probatũ crimẽ: si verò ob non commissum,non poterit ampliùs ab eodem accusatore cõueniri,sed bene a tertio,*l.*1.*C. quãdo ciuil.act. cr.præiud.* & ibi Cyn.*in* 3.*q* gl.*in l.qui de crimine,C.de acc.* Bar. *in l.*2.*col.*3.*ff.vi bon.rapt.* Fel.*in d.c.de his,in* 6.*lim.de acc.* Mar. omnino in materia huius limitationis videndus *d.tit.de inquis.n.*89.*& seqq.* Pr.Conr.*d.tit.de acc.n.*11.*ver octauò quãdo,* Io.Mar.Mont.*d.reg.*1.*n.*15.*vers.octauò limita*,Foll.*in pr.cr.cã. d.c.*17.*n.*20.Couar.*var.resol.d.lib.*2.*c.*10.*n.*2.*vers.*4.*ead.decis.* & hanc distinctionem communiter * à Doctoribus approbari testantur Soci.*in l.qui agnatis,n.*3.*ff.de excep.* Boss.*tit.de sent.n.*77.Clar.*in pract.quæst.*57.*vers. & hæc quidem conclusio.* [Brun.à Sole,*d.q.*17.*n.*26.*&* 27.] Addo ad materiam huius limitationis omnino videndos Do.*in ca.de his,ext.de acc.* & præsertim *ibi.* Henr.Boic.*n.*16.Fel.*n.*8.Maria.*n.*31.Car.Zabar.*nu.*2.*& seqq.* Abb.*num.*6. Ant.de But.*num* 4.*vers.tertius casus est*, apud quos plenè reperies tractatum, an & quando ciuiliter absolutus possit criminaliter molestari,& ecõtrà.& vide etiam Clar.*in pr.*§.*fin.q.*2.*vers.vltimo,incip. vlteriùs quæro,n.*7.& rursus ad hanc eandem materiã vide omnino tex.*in d.l.*1.*C.quan.ciuil.act.crim.præiud.* vbi proponitur regula generalis cum sex exemplis,quibus intentata actione criminali, & ea finita, non prohibetur quis intentare actionem ciuilem,& econtrà:& ibi Doctores omnes postea quærunt & disputant, an absolutus, seu condemnatus ciuiliter possit criminaliter molestari;econtrà ab eadem, vel à tertia persona coram eodem vel diuerso Iudice;item quid in publicis,& quid in priuatis delictis latissimè,& ad saturitatem ibi per gl.& Doct.materiam explicatam reperies cum omnibus suis quæstionibus,& per Imol.*in l.interdum,n.*1.*ad med.ver.an autem finita lite ciuili,ff.de pub.iud.* & omnino vide etiam ad eandem materiam tex. *in l.*2.§.*hoc edicto,*& ibi Bar.Ang.& alios,*ff.de vi bo.rap.* Iacob.Butrig.*in l.edita,col.*2.*in fin.vers.item exemplum,C.de eden.*

¶ Sed† quid in condemnato ob crimen ciuiliter deductũ, 41
non ad prosequutionẽ rei familiaris, sed ad vindictam, vt

putà

putà in crimine iniuriarum, iuxta *l.Prætor,§.1.ff. de iniuriis.* An iste semel in aliquam pœnam condemnatus possit iterum accusari & conueniri? Dic quòd non secund. Montell. Foller. Couarr. *vbi sup.* Sed meliùs secund. Mar. *in loco præcitato,* distinguas, quòd isto casu, si quis condemnatus fuit pœna ordinaria & competēti ipsius delicti ciuiliter ad publicam vindictam intentati, & tunc nulli dubium, quòd semel punitus seu condemnatus, ampliùs accusari non potest *per supradicta in prima ampliatione principali,* quia vna via tollitur per aliā, *l.quod Senatus, & l.Prætor edixit,* §.1. & ibi Bar. *ff. de iniur.* Si verò quis leuiter tantùm & non ordinaria pœna condemnatus & punitus fuerit; & tunc non prohibetur, vt iste condemnatus iterum accusetur: si enim accusanti opponitur exceptio, *Ego fui aliàs de hoc crimine punitus;* replicari potest, quòd non fuit sufficienter punitus, & sic quòd accusatur, vt iterum sufficienti & delicto conuenienti pœna puniatur, ad tradita per Bar. *in d.l.nullum, C. de testibus, & in l.vbi falsi, C. de falsis,* Alex. *in l.lex Cornelia,* § *si quis librum, ff. de iniur.* vbi quòd quando non irrogatur pœna integra delicti, potest quis iterum puniri, non obstante, quòd ambæ viæ ad vindictam tendant, de quo etiam *vt sup.* dixi. Verùm & ad hāc materiam vide Gl. *in l.1. in gl.fi. ad finem, C. quan.ciu.act.cr.præiud.* & ibi etiā Bellap. *col.2. in princ.* Odofr. *n.12. vers. si autē actio, vel accusatio competit actione vindictæ,* Iaco. Butr. *col.1. in 1. oppos. col.2.* Cyn. *n.5.* Bart. *post n.2.* Alber. *n.1. ad med. & n.11. col. fin.* Salic. *nu.2.* Fulg. *in l. interdum. n.4. versic. oppono ad idem, ff. de publ. iud.* & ibidem *num.5.* & ibi etiam Imol. *num.2. col. fin. versic. in ea glos. ibi, &c. & versicul. sed ibi actio ciuilis est ad vindictam,* Bartol. *in l.2.§.1. numer.2. versic. vlteriùs quæro, ff. de vi bon. rapt.* & ibi etiam Angel. *numer.6.*

42 ¶ LIMITA IX. Et illatiuè ex præcedenti limitatione, † quòd ex quo in crimine intentato per viam denunciationis Euangelicæ non agitur ad pœnam ordinariam delicti, sed tantummodo ad emendationem, *ca.2. de accus.* ideo isto casu absolutus seu condemnatus per viam huiusmodi denunciationis non prohibetur iterū accusari & puniri pœna delicti ordinaria. Quòd si denunciatus plenè delicto satisfeciisset, verbi gratia, si vigore talis denunciationis Iudex ad ordinarium processum deuenisset, tunc iterum inquiri & molestari non posset, secundùm Salicet. *in l. ea quidem, Cod. de accusat.* Abb. *in cap.nouit, de iud. in pen.car.* Fel. *in cap. de his, in 4. limit. extra de accusat.* Card. Alexand. *in cap. de accusatione, col.69. vers. quæro, an absolutoria, 2. quæst.8.* Mara. *vbi suprà, numer.86.* Foller. *in pract. crim. canon. dict. cap.35. n.18.* Pract. Conrad. *tit. de accusat. num.11. versic. sextò, quando quis.* Ioan. Mar. Mont. *dict. reg.1. num.13. versic. sextò limita,* Clar. *in pr. dict. q.57. vers. idémque dicendum, &c.* [Brunor. *d.q.17. num.25.*]

43 ¶ LIMITA X. † Quando absolutus post absolutionem fateretur delictum & sic absolutionem iniustam: hoc in casu posse adhuc absolutum ex sua confessione condemnari sine dubio crederem: sententia enim, etiam quòd in iudicatum transierit, retractatur, si victor fateatur eam iniustè latam fuisse; secundùm Innoc. *in cap.quia plerique, col.1. vers. est autem ea ratio, & extra de immun. Eccles.* quem sequuti sunt ARet. *conf.69 incip. excellens Domine, in fine,* Ias. post Ant. de But. Abb. & alios quos refert & sequitur *in repet. l. admonendi, n.45. ff. de in litem iurand.* Cæp. *caus. incip. si sententia,* idem Ias. *in l.si duo patroni,* §. *idem Iulianus. in 6. not. ff. de iureiur. & in l.cùm te transegisse, in 3. not. Cod. de transac.* Mars. *in l.1.§. si quis vltrò, num.109. ff. de quæst. & in l.eos. num.19. ff. ad l.Corn. de fal.* Purpurat. *in l.is, apud quem, n.47. C. de edend.* Catelian. Cotta, qui alios adducit concordantes *in suis memor. vers. sententia, quæ transiuit in rem iudicatam. pag. mihi* * 752. de communi* testatur Alciat. *in cap.nouit.nu.40. de iud.* quem referendo sequitur Villalob. *in sua collect. comm. opin. lit.S, n.37. vers. somnia iniusta:* & licèt præfati Doctores loquantur in ciuilibus, idem tamen esse in summa & absolutione lata in criminali iudicio, optimis rationibus demonstrat Foller. *in pr. cr. in 1. part.3. partis principalis, in verbo, & si confitebuntur, n.40. & seqq.* & prædictis adde Fulgos. *in l.si confessi, num.2. ff. de custod. & exhib. reo.* vel testatur se alias consuluisse pro quodam Officiali, cui in syndicatu obijciebatur, quòd quendam iam absolutum de delicto condemnauerat, & furca suspendi fecerat ex sua confessione, quæ sententiæ derogauit, vt ibi per eum; addo etiam Bero. *in c. at si clerici, n.67. & seqq.* vbi testatur dictum Inn. *in dict. cap. quia plerique,* fere ab omnibus approbatum, & disputata quæstione ad vtrasque partes, & quibusdam relatis distinctionibus hanc eandem limitationem indistinctè veriorem credidit.

Obstat huic limitationi altera communis * Doctorum * conclusio, de qua pariter & originaliter per Innoc. *in c. mulieri,* vbi Ab. & alij *de iureiur.* quem sequuti sunt Bal. *in l.si quis in hoc genus, Cod. de Epis. & cler.* Fel. post eundē Inn. *in c. cùm venerabilis, de except.* Franc. Casan. *in tract. de torm. ca.18. rubr. de confess. spon. n.9. in 5. casu.* Rol. *cons.31. n.23. lib.5.* Boer. *decis.289. n.8.* Pract. Conrad. *tit. de confessione criminis, n.11. in 8. limitatione,* Marc. *in rubr. de probat. num.116. & in pract. crimin.* §. *postquam, num.11.* [cum aliis allegatis per Bertaz. post hæc scripta visum, *in cons.396. num.7. lib.2.*] qui omnes communiter* concludunt, quòd confessio non nocet * confitenti, quando aliàs contra illam confessionem fuit sententiatum.

Sed huic obiectioni respondet, vt per Foll. in loco citato, quē omnino videas, præsertim *n.44.* vbi in summa dicit, quòd proximè citati Doctor. loquuntur, quando confessio emanauit ante sentētiam, & contra eam fuerit pronunciatum: nam tunc fiscus non potest ampliùs post sententiam in ea præcedenti confessione se fundare, quam priùs impugnauerat. Nostra autem limitatio loquitur in confessione emanata post sententiam.

¶ SVBLIMITA, † Vt hæc decima limitatio procedat in iu- 44
diciali & spōtanea confessione (stultus enim est, qui postquam est diffinitiuè absolutus, spōte fatetur delictum, permittítque se examinari absque eo quòd opponat de sentētia & re iudicata) secus in confessione per torturā extorta. Nam cū *vt suprà vidimus,* diffinitiuè absolutus nō possit etiā nouis superuenientibus indiciis molestari, cōfessio prędicta non erit attendēda; quia tortura fuit illegitimè illata, & particulariter, quòd confessio extraiudicialis, quæ aliàs de sui natura, vt suo loco *in tit. de confess.* volente Deo dicetur, indicium facit ad torturam, nihil operetur, quādo reus fuit diffinitiuè absolutus, tradunt Pr. Cōr. *d.tit. de conf. cr. cod. n.11. in tertia limitatione,* & Io Mar. Mon. post alios quos allegat, *in reg. cr.19. n.9. ver. limita sextò dict. regul.* & est de mēte Ang. de Arm. *in tit. de mal. in verbo, quòd fama publ. n.116.*

¶ LIMITANDO † Præcedentē sublimitationem aduertas, 45
quòd non sine quare (hoc est sine causa) loquor in terminis diffinitiuè absoluti: quia si fuit quis tantūmodo absolutus ab obseruatione iudicij, caueat absolutus etiam post talem absolutionem delictum fateri extraiudicialiter; quia poterit ex hac extraiudiciali cōfessione torqueri; & si fatebitur, condēnabitur non obstante absolutione præcedēte per ea, quæ superiùs dicta sunt, *n.25.* & ita vidi obseruatū de præsenti ann. 1581. in quodā Fausto de Palumbaria qui Romæ vigore suæ cōfessionis extraiudicialis factæ post absolutionē ab obseruatione iudicij, quā habuerat in eodem oppido Palūbarię tortus & confessus fuit furca suspēsus; [prout etiam & idem euenisse cuidam Baptistimo Saccagio (qui post absolutionē ex cōfessione extraiudiciali tortus, & delictum quod fecerat confessus fuit capite punitus) testatur Bertaz. *in resolut. sui consil.396. lib.2. in fi.*] Sed fatuus est ille, qui post habitam absolutionem etiam ab obseruatione iudicij, indicia contra se procurans, & de delicto se glorians ex se fatetur extra iudicium & carceres id quod in carceribus & iudicio, Iudice instante seu sedente, fateri noluit: sed credo ex Dei particulari voluntate & permissione ista euenire, quia non vult delicta remanere impunita, & nihil esse occultum, quod non reueletur, &c.

¶ LIMITA XI. † In delictis atrocissimis, in quibus Prin- 46
ceps de absoluta potestate (licèt secus de ordinaria) potest fiscum restituere aduersùs sententiam absolutoriam, etiam quòd fecerit transitum in iudicatum, vt illa retractetur ex probation. de nouo repertis, prout dixi *infrà part.2. in tit. de var. ac diuers. q.101. sub num.35. & 39.* quæ ibi videas: hic non repeto.

ARGVMENTVM.

Componens & transigens cum fisco & præside, quando possit iterum super delicto, de quo compositum,& transactum fuit,molestari, aut inquiri. *Item.*

Quæ requirantur ad validitatem compositionis, quandóve ex ea oriatur tacita delicti confessio, seu probatio.

SVMMARIVM.

*Compositio,quam facit reus cum fisco,an de iure sit licita.num.*1. 2. *&* 3.

*Delicta punienda,num.*2.

*Absolutus per compositionem non potest iterum molestari, etiam nouis superuenientibus indiciis, ac etiamsi fuerit processum per viam inquisitionis,num.*4.

*Compositio succedit loco pœnæ, num.*4.

*Compositio quid sit,num.*3. *in fin.*

*Compositio non valet,si fiat ante completum processum,n.*5. Item,

Compositio non valet,si plenè delictum est probatum,n. 5. *Quod limita tribus modis,vt in n.*6. *& seqq.*

Compositio an valeat facta per reum post torturam, sub n. 5.

*Iudex ex causa potest augere & minuere pœnas,n.*8.

*Compositio post sententiam facta,non valet,num.*9.

Compositio facta cum eo,qui solitus est delinquere, an & quando valeat,n. 10.

*Compositio facta parte non concordata,minimè valet,n.*11.

Amplia vt partis consensus debeat esse expressus,& euidens,nec tacitus sufficiat,d. n. 11. *vers.* Amplia primò hanc tertiam limitationem,& *duobus versiculis seqq.vbi dantur duæ aliæ ampliationes: limita, vt licèt compositio non valeat respectu partis,bene tamen valeat respectu fisci, n.* 12. *vbi dantur duæ aliæ limitationes.*

Sed an isto casu parte ciuiliter agente pro suo interesse possit compositus si neget delictum contra ipsum deueniri ad torturam, d.numero 12.*versicul.* Limita sublimitationem, *& versicu.* Sublimita iterum,*&c.*

*Pax & iniuriarum remissio dicitur facta per dissimulationem; putà si offensus edat,bibat,aut comedat cum offendente,quando iniuria non est reuocata ad animum: secus si sit ad animum reuocata,n.*11.*vers. Amplia* 2.

*Pace facta seu iniuria remissa,non censentur remissa damna, & interesse,n.*11.*vers. Amplia* 2.

Pax probari potest & per instrumenta & per testes: & an per testes probata sufficiat ad validitatem compositionis, n. 11. *vers.* Sublimita primò.

*Compositio an possit fieri in omnibus delictis,& in quibus,n.*13.

*Iudex in compositionibus,quem modum tenere debeat in solutione pœnæ,n.*14.*vers.* Dicitur autem.

*Compositio non valet,si est facta per Iudicis collusionem,n.*14.*& quando dicatur facta per collusionem, & alia ad materiam ibi videas.*

*Compositio non valet,quando est metu facta,n.*15.

*Metus autem in compositione,in dubio non præsumitur,n.*16.

*Sed an compositio dicatur metu facta ex eo solùm, quòd in carcere facta sit,num.*17.

*Componens seu transigens in casu, in quo de iure est licita transactio non dicitur fateri delictum: secus si in casu non transigibili: quod limita plurib.modis,vt in n.*18.*& seqq.omnibus,vbi n.*19. *An confessio inde resultans sit sufficiens indicium ad inquirendum vel torquendum:an verò ad condemnandum.*

Tacem faciens, an dicatur fateri delictum: & an talis confessio sufficiat ad inquirendum,torquendum,vel condemnandum, n. 18.*& seq.omnibus.*

Supplicans & veniam petens an dicatur fateri delictum, n. 25.

*Absolutionem petens ab excommunicatione, an fateatur se excommunicatum,n.*26.

QVÆSTIO V.

1 INQVIRI † an possit ille, qui cum accusatore & parte offensa iniuriæ remissionem & pacem obtinendo transegit, satis supérque suprà in antecedenti quæstione demonstrauimus,in sexta scilicet limitatione; succedit modò,vt congruè videamus,quid dicendum de reo, qui cum fisco,& præside paciscendo se in aliquam pœnā pecuniariam cōposuit;an inquam possit iterum molestari?Et in hoc præmittendum est quod Guido de Suzz.*in leg.præses,C.de transf.* quem refert Par.de Put.*in tract.de synd.verbo,compositio, c.*1. *n.*1.dixit,quòd Iudices, potestates & capitanei terrarum nō possunt facere compositionem de pœnis à iure statutis, cùm mandatum iurisdictionis ad id non extendatur, *le.prohibere, §.plane,ff.quod vi,aut clàm,* Bald.*in d.l.præses,* Andr.de Iser.*in tit.quæ sint regalia,concl.* 3. *& in tit.de defen.in constit. si quis in posterū,ver.vt autem,in fi.* Capic.*decis.*27. Affl.*decis.*287. Fab. à Monteleon.*in pra.arb.in* 5.*par.principali,in* 3. *particula,q.* 3.*n.*1.*& q.*2.*n.*11.vbi dicitur,quòd omnia iura viua voce clamāt,& dicūt, Officiales quoscumque cōpositionē facere non debere,nisi speciali in hoc præfulgeant dignitate;vel nisi eis aliqua legitima consuetudo, aut statutū opituletur,& latiùs id asserendo cōcludit *in prima q.*3.*part.d.*5.*partis principalis, n.*1.*& plurib.seqq.& in secunda litera arbitrali,in tex.*ibi,*exercere volentes,n.*4.*pag.mihi* 380. *& seqq.* vbi quòd compositiones sunt prohibitæ nedum de iure ciuili,& Pontificio,sed & diuinis documentis, quib. proditum est præceptum Numer. *Non recipias pretiū ab eo,qui reus sanguinis est.* † Nulla enim 2 maior victima Deo mādari potest,quā, vt iniqui puniantur, secun.Pau.de Cas.*in l.*3.*C.de Epis.aud.*Et venia vni concessa, aliis ad delinquēdū audaciā præbet in graue totius Christiani populi discrimen,*l.operis,C.de pœ.c.quādo,de transf.*Immò ignoscendo malis,perduntur boni,*c.est iniusta,*23.*q.*4.Et ecōtra,vnius pœna,multorum metus esse potest, *l.*1.*C.ad l.Iul. repetun.l.capitalium,§.famosos, ff. de pœn.* compositionésque nulli dubiū, quòd homines ad faciliùs delinquendum inducunt,vt tenet Chassan.*in consuet.Burg.c.*45.*n.*38. & pro delictis nō in delinquentiū facultates, sed in eorum personas vltionem faciendam,dixit tex.*in c.cognouimus, cum duob. seqq.* 16.*q.*6.Pœnáque à iure statuta corporalis nō potest in pecuniariam cōuerti,secun.Lucam de Penna *in l.*1.*C.de defer.lib.* 12.Iudex enim iuris pœnas differre non potest, *l.seruos.in fi. ff.de vi pub.*nec clementior lege esse debet, §. *oportet,in auth. de iudic.* & si delinquentem debita pœna punire negligit, peior est ipso delinquente,vt dicit D.Aug. *de verbis Domini, sermo.* 16. Propterea cum per huiusmodi compositiones pœnas ordinarias delinquentibus remittant,Iudicésque pœnas remittere non possint;meritò etiam nec componere poterunt,*per supradicta allegata:*dum enim Iudices delinquentes reos ad pecuniariæ pœnæ compositionem admittūt,non scelerum vindictam, sed vt fiscus peremptorum sanguine impleatur,quærere dicuntur,& nutriendo multam pestilentiam augent:& licèt id facere dicant,vt benignitate vtantur, & ne austeriorem imponat pœnam:tamen cum huiusmodi compositionibus non aliam, nisi pro pecuniario commodo studeant adhibere medicinam, vt loquitur tex. *in c.* 1.81. *dist.*...Et cùm nulla sit eis cura de vitiis extirpandis, sed tantummodo de marsupiis euacuandis,comedere dicuntur populi peccata,vt ait Bernard.*super Cantica,serm.*77.

Contrariam opinionem † his non obstantibus, veriorem 3 esse existimo, ad quam defendendam mouet me præcipuè, quia,vt optimè etiā considerauit Par.de Put.*d.ver.compos.c.*1. *num.*4.nec dissentit Fab.à Monteleone, *d.qu.*3.*num.*75. iuta, rationes & authoritates in contrarium allegatæ non concludunt,nisi vbi iam apparet de delinquente, & vbi est probatum delictum. Quo casu vt infrà dicetur in limitationibus, compositionem minimè admittendam,& ego quoque censeo,præsertim si lata est sententia. Si enim compositio isto casu admitteretur,tunc sequeretur,quòd Iudex posset remittere pœnas à lege statutas,& delinquentes impunitos dimittere,& alia omnia succederent absurda,de quib.suprà:at vbi sententia nō est lata,nec plenè cōstat de delinquēte, nec reus potest in pœnā aliquam condēnari,dubiúmque sit de euentu litis & causæ criminalis: sicut isto casu licitum est reo cum parte offensa & accusatore transigere, *leg.transigere.Codic.de transact.*Cur etiam non debet esse licita talis transactio cum fisco,qui loco accusatoris succedit? Nullam certè rationem differentiæ considerare possum;quia omnis compositio cum fisco facta transactio est, & tunc actio & compositio idem sonant in genere, licèt in specie transactio fiat cum parte,

compositi

compositio autem cum fisco.*l.ab accusat.in princ.ff.ad Turp. c.fi.de transa.*Par.de Put.*d.c.*1.*n.*6.Pau.Ghirlan.*de relax. carcer.tit.de pœn.compos.q.*1.*n.*3.*& n.*5.*in fin.*compositionémque cum fisco factam Iudex, si sibi videbitur, admittere poterit, stante,vt dixi,dubio litis euentu. Potest enim de facili euenire,quòd plenè non probato delicto reus,qui verè delinquens sit,sustinendo torturam,si torturæ locus erit, penitus liberetur,& sic impunitus dimittatur; & è contrà, quòd fateatur forsan id,quod nunquam commisit, prout quotidie contingit:& ideo in dubio Iudex potiùs misericordia & pietate reũ ad compositionem admittere,quàm seueritate vti debet: ad plenè tradita per Tiraq.*de pœn.temp.can.*23.Natura enim diuinitatis pia est,*ca.quia diuinitatis,de cons.d.*1.omnísque terrenus Iudex imitari debet Deum in quantum potest, *Auth. vt om.obed.iud.proui.§.eripiat.*& quòd compositiones de consuetudine*admittãtur,testatur Par.de Put.*d.c.*1.*n.* 4.*in fi.* & est de mente Ghir.*d.ti.de pœ.compo. per tot.* egóque in Vrbe, & statu ecclesiastico indistinctè reos ad compositiones admitti posse puto lite pẽdente(sed processũ cõpleto)si,vt dixi, Iudici videbitur, idque obseruari semper vidi,prout etiã de hac Romana,& status ecclesiastici & communi* obseruãtia testatur Brun. à Sole *in suo cons.cri.n.* 197. *& seqq.* [& habemus Bullã Pij IV. super reformatione tribunaliũ ordinariorum almæ Vrbis,de qua *in prima parte Bullarij,fo.*7[illegible].& est in ordine illius Pontificis,*Bulla* 85. *vers. procurator præfatus*, vbi admittuntur cõpositiones factę à Iudice cum interuentu procuratoris fisci:& licèt in alia Bulla Pij IV.*in ordin.* 132.*de qua in ead.*1.*par.Bullarij,fo.*874.videatur requiri cõsensus & voluntas Thesaurarij generalis;hodie tamẽ solo procuratoris fisci consensu accedente compositiones tractari & concludi omnes sciunt. Bene verũ est,quòd in arduis,& vbi agitur de notabili compositione,non solet nec Iudex,nec idem procurator fisci reos ad compositionem admittere, nisi Principe consulto.] & aliquando ad effugiendam disputationẽ istam, an scilicet Iudex possit,vel nõ possit cõponere, obseruatum recordor, quòd firmata priùs inter fiscum & reum concordia seu conuentione de soluendo, putà scuta centum;Iudex per viam sententiæ illũ ex præsumptionibus, & sic recedendo à pœna ordinaria, condemnauit in dicta scuta centum. Quæ sententia cùm ab ea fiscus nec reus stante præcedente concordia reclamauerit, fuit exequutioni mandata reúsque relaxatus & liberatus,soluta pecunia præfata;& sic per indirectum, si Iudex voluerit, poterit fugiendo omnes disputationes componere & transigere. Quæ quidem compositio nihil aliud est,teste Ghirland. *vbi suprà dict.n.*3. quàm conuentio quædam per reum cum Præside facta ex causa lite pendente de dubio criminis statu de soluendo fisco certam pecuniarum summã ad effectum redimendi vexationes litis.

¶ Regvla † Igitur (vt propositæ cõmuni respondeam) 4
ex præmissis formari potest; quòd ex quo pecunia in cõpositione soluta loco pœnæ succedit, quia fisco applicatur, ad tex.*in l.Senatus,§.si quis declarat,& §.seq.ff.de iure fisci,l.si eũ, §.qui iniuriã,ff.si quis caut.l.si donata,§.*1.*ff.de don.inter vir. & vxor.*& tradunt Par.de Put.*d.verbo,cõpositio,cap.*5.*n.*5.*& ca.* 4.*n.*2.*in fi.& c.*1.*n.*6.Paul.Ghirl. *cod. tit. de pœ.compos.q.*1.*n.*9. *qu.*6.*n.*1.Carau.*super ritu magnæ Cur.*272.*n.*12. ideo sicut semel condemnatus in aliquam pœnam, ampliùs de eodem delicto inquiri nõ potest,*l.sepulchri violati act.ff.de sepul.viol. cap.de his,extr.de accus.& latè diximus suprà in anteced. qu. in* 1.*ampliatione*:ita pariter nec cõpositus: & hoc siue procedatur per accusationem, siue per inquisitionem, dummodo pars offensa de inquisitionis processu notitiam habuerit, & compositioni non contradixerit, secund. Parid. de Put. *vbi suprà cap.*4.*& 5.per totum.*Fab.à Monteleone *in pract.arb. in* 7.*q.vlt.part.*5.*partis principalis*, *n.*1.*& seqq.& ibid. n.* 11.*q.* vbi ampliùs refert,quòd nec Iudicem, qui reum ad compositionem admisit,pœnitere potest,nec audiri debet,si recuset pœnam compositam recipere. Isto enim casu si reus fecerit depositum reale de pecunia composita, illúdque Iudici intimauerit,erit prorsus ab omni alia pœna liberatus, vt ibi per eum,qui & alia in proposito notabilia adducit.

¶ Amplia Præfatam conclusionẽ vnico tantùm modo, sed notabili,secu.Ghirl.*d.q.*6.*per totã*, quòd sc.semel cõpositus,nec etiã nouis superuenientib.indiciisampliùs molestari aut inquiri poterit: licèt enim per compositionem non absoluatur reus diffinitiuè vt innocens, sed tantùm aboleatur processus, & semel abolita inquisitione seu accusatione non impediatur Iudex,si noua superuenerint indicia,iterum procedere,*ad l.si cui.§.iisdem,ff.de accus. l. fallaciter, C. de abolit.* cum aliis suprà congestis per nos *in anteced.q.*5.*limit.*Prędicta tamen procedunt in gratuita abolitione;secus composita pœna interueniente, quæ, vt dixi, loco pœnæ succedit. Absurdum enim est, quod peccata semel per compositionem dimissa,in vltionem iterum redeant,*c.si de illis,*23.*q.*4. & authoritas Iudicis,qui composuit,facit de illicito licitum, *l furti,§.qui iussu,ff.de his qui not.an.infam.l.eleganter, §. si quis post.cum ibi notatis,ff.de cond.indeb.*ideo nemo sub Iudicis authoritate falli aut decipi debet, *l.* 2.*C. de his,qui ven. ata impetr.* cum aliis in proposito etiam consideratis per Carauitam *super ritu magnæ Curiæ* 272.*num.*25.

Limita † Eandem regulam pluribus modis, ex quibus 5
optimè habebis etiam requisita ad validitatem compositionis. Primò sc.vt tunc demum Iudex possit reum ad compositionem admittere, si completo & perfecto processu informatiuo nõ constat quòd ille cõmiserit delictum,de quo imputatur.(Dixi autẽ *cõpleto & perfecto processu*, quia ante illius perfectionẽ & cõplementũ Iudex si cõponeret, fisci iuribus præiudicaret,& malè faceret)secus autem si delictum rei est plenè probatum, putà quia legitimè sit confessus vel conuictus:isto enim casu nõ licet Iudici ad compositionem deuenire,sed causam vsque ad finẽ prosequi, & certã debet proferre sententiam,pœnasque à iure statutas imponere,nõ autem minuere,*l.cum reis,l.sancimus,C.de pœ.l.fi.C. de cust.reor. l.seruo,in fi.ff.ad l.Iul.de vi publ.l.si operis ff.de pœ.l.*2.*§.fi ff.ad Tertyl.c.notadum,*2.*q.*3.hoc enim casu solus Princeps ex dominica potestate pœnam ordinariam criminoso tollere seu mitigare potest,*l.*1.*in fi.ff.de const.Princ.l.diuus ff. de pœ.* & in terminis ita tradũt Par.de Put.*de syndic.d.verbo,compositio,c.* 1.*n.*5.Ghi.*d.t.pœ.cõpo.q.*3.*n.*2.*in fi & n.*3.Fab.à Monteleone. *in praxi arbi.in* 2.*q.vlt.par.*5.*par.principalis,num.*31.*& seq.& ibid.in* 3.*q.in* 2.*limit.n.*75.*& seqq.*Salic.*in l.transigere, in* 1.*opposi.*& ibi Purpur.*in* 3.*col.C. de transa.*Gab.*lib.*7 *de malef. concl.* 23.*n.*6.Et in proposito aduerte,quòd licèt nõnulli,vt Luc. de Pen. Par. de Put. & Affl. *in locis allegatis* per Caraui. *in ritu magnæ Curiæ* 276.*n.*1.*& seqq.* quos & idem Carauita sequitur,dicant,non solùm fieri posse compositionem,vbi crimen est plenè probatum, sed quòd etiam crimine non probato non dicitur propriè compositio, sed transactio, vt ibidem prędictorum Doctorum dicta ponderando discurrit idem Carau.per totum illum ritum.Ego tamen verius credo,vbi crimen est plenè probatum, Iudicem non posse de iure communi reum admittere ad compositionem seu transactionem *per præallegata,*& vt etiam dixi suprà *sub n.*3.hæc verba,*compositio,*& *transactio*,idem sonant,*l.ab accusatione,ff.ad Turp.c. fi.de trãs.*& expressè tradit Par de Put.*d.verbo,compositio,c.*1. *n.*6.*in prin.*& post Luc. de Pen. & Affl. quos allegat, fatetur ipse Carauita *d.ritu* 276.*n.*3. & delicto plenè probato, nec compositio, nec transactio admittitur de iure communi, vt dixi:licèt de iure regni,& secundùm regni pragmaticas & ritus,compositio non nisi crimine probato admittatur, & secundùm illud ius speciale loquuntur Luc.de Pen. Affl. & Paris de Put. per Carauitam allegati, non autem de iure communi,si bene eorum dicta considerentur.

¶ Svblimita I.Hanc primam ampliationem,vt procedat & loquatur, quando scilicet plenè constat de rei delicto; quòd scilicet sit vel confessus vel legitimè conuictus: vnde secus si contra reum adsint tantũmodo præsumptiones quãuis vrgentes & vehementes:ex præsumptionibus enim quãtumuis violentis & vrgentibus,cùm non possit reus in ordinariam delicti pœnam condemnari, secund. Mars.*in rub. de prob.n.*241.*& seq.& in l.repeti,n.*18.*ff.de qq.*Gram. *decis.*8.*n.* 8.Alex.*cons.*118.*n.*111.*lib.*3.Cagn.*in l.*1.*n.*122.*& seqq.ff.si.cer. pet.*Ant.Gomez.qui de communi*testatur *in tit. de homic.n.* 45.*& ibi in addi.*Suarez *litera I.*& de magis communi* Placha *in epit.delict.c.*14.*n.*3.*in fi.*& nos Deo dãte infrà dicemus *li.*2.*sub tit.de reo cõfesso & conuicto.*ideo nõ erit absurdũ dicere, quòd Iudex ab ordinaria pœna recedendo,etiã quòd reus sit grauatus dictis vehementibus præsumptionibus,illum possit ad compositionem in aliqua pœna pecuniaria admittere, secundũ præallegatos Doctores *in antecedẽti prima limitatione.*

Quod tamen locum non habebit,si reus ex præsumptionibus prædictis & indiciis sufficienter tortus perstiterit, vel confessus fuerit:compositioni enim tunc locus non erit,quia primo casu absoluetur,secundo verò condemnabitur. Dixi autem, *sufficienter tortus*, quia si non sufficienter,adhuc reus ad euitandam torturæ sufficientem repetitionem poterit se componere,& compositio sustinebitur,vt per Fab.à Montel. *in d.2.limitatione,num.76.*

6 ¶ SVBLIMITA II.† Hanc eandem primam limitationem, vt non procedat in Iudicibus ecclesiasticis, qui etiamsi de crimine plenè constet, præsertim in capitalibus criminibus, in quibus veniret imponenda pœna sanguinis, & quæ commutatur in pecuniariam,*c.si quis Diaconus,&c.seq.17.qu.4.* sæpius compositiones facere consueuerunt,teste Ghirland. *vbi suprà in 1.quæst.n.4.& 5.* vbi tamen dicit, quòd ista non dicitur propriè compositio, sed dispensatio, seu commutatio pœnæ:abhorret enim Ecclesia sanguinem,*c.sententia sanguinis*,& ibi Io.de Imo.*ne clerici vel monac.c.ex literis, de excess. Prælat.c.cùm in Archiepiscopatu,de rap.* Propterea Ecclesiastici Iudices faciliores sunt in componendo, & commutando pœnas,quàm in rigorosa sanguinis effusione.

7 ¶ SVBLIMITA III. † Pariter eandem primam limitationem non procedere,quãdo pro parte rei excipieretur de nullitate processus: tunc enim admittitur compositio, etiam quòd plenè constet de delicto: appellatione enim probationis venit probatio legitima & valida, non autem illegitima & nulla,secundùm gl.Bal.& Sal.*in l.1.C.de fide instru.* Bar. *in l.& si instrumenta,C.de fide,& iure hastæ fisc.libr.10.* vnde licèt pro fisco adsit probatio delicti, illa tamen obumbratur, & redditur dubia per exceptionem nullitatis à reo oppositam, & in dubio compositionem fieri posse isto casu expressè tradidit Fab.à Monteleone *in pract.arb.in 2.q. vltimæ par. 5. partis principalis,num.35.& seqq.*

8 ¶ SVBLIMITA IV. † Quando adesset aliqua iusta causa recedendi à pœna ordinaria, & illa in pecuniariam conuertendi: tunc enim etiamsi plenæ contra reum adsint probationes,admitti tamen potest ad compositionem. Ita in specie tradiderũt Pau.Ghirl.*vbi suprà in tertia q.n.2.in fi. & n.3. & q.1.n.6.7.*& 8.Paris de Put.*de synd.d.ver.cõpositio,c.1.n.4. & 5.& c.2.n.1.* Gram.*voto 35.n.3.& n.6.* Fab. à Monteleo.*in d. pract.arb.in ead.5.par.pag.mihi 383.n.19.& seq.& pag.413. n.77.& pag.476.n.91.& pag.448.n.1.& seqq.* Satis .n. à iure * receptũ est,* quòd omnis Iudex habet à lege concessũ arbitriũ ex causa minuendi & alterandi omnes pœnas, nedũ legales,sed etiã statutarias,*l.& si seuerior*,vbi gl.*C.de his,qui notãt.infam.l.quid ergo,§.pœ.grauior.* vbi gl.Bar.& alij,*ff.eod.l.aut facta,§.fi.& l.hodie,ff.de pœ.* Cand.*de mal.sub ru.vtrũ pœ.possit augeri,* Marsi*sing.182.* Guindisal. *de hær.q.17.n.1.* Gram. *voto 23.n.18.* Pau.Ghirl.*de relaxat.carcerat.t.de exec.sent.q.6.* Dec. * *in c.de causis,n.18.vbi de cõmuni,*ext.de off.deleg.* Tiraq.*de pœ. temp.in præf.n.16.& plurib seqq.* vbi latè Viu.*in commu.opin. verbo,Iudex vbicunq. pag.mihi 114.& seqq.in paruis.* Are. *in* * *c.qualiter & quãdo,il 2.n.24.de accus.* vbi de magis cõmuni,* cũ aliis cõgestis per Iul.Clar.*in pr.q.85.ver.vlteriùs quæro,&* per Iac.Menoc.*in tract.de arb.q lib.1.q.96.n.14.& seqq.* Si igitur Iudex ex causa potest minuere pœnas à lege statutas, & reũ mitiùs condẽnare,prout alio loco,Deo cõcedẽte,pleniùs etiã nos hac de re tractabimus,*inf. s.hoc eo.libr.t. 3. de delict. & pœnis,q.17.* pariter quoque & in eadẽ pœna cũ reo delinquẽte ex causa iusta cõponere poterit,etiã quòd de eius delicto plenè cõstet,vt etiã vltra præallegatos reperio hoc idem firmãtẽ Carauit.*super ritu magnæ Curiæ 272.n.4.* vbi & alios adducit cõcordãtes, ex quib. sine dubio dicere possumus hãc * sublimitationem fuisse à Doctor.communiter* receptam.

Causę autem,& circumstantiæ,ac qualitates per Iudicem considerandæ in huiusmodi diminutione pœnæ, & compositione facienda, tam respectu delicti, quàm personarum ipsorum delinquentium, in specie traduntur, per Paridem, Ghirl. Gram. & præsertim Fab. à Monteleone *in locis suprà citatis.* vbi idem Fab.*in pag.448.n.1.& plurib.seqq.* ponit 27. causas, quib. Iudex moueri potest ad pœnam minorandam, & compositionem faciendam, de quibus etiam remissiuè per Caraui.*d.ritu 272.eod.num.4.*

¶ At vbi nulla subest iusta causa diminuẽdi ordinarias legum,& statutorũ pœnas, nedũ Iudex componere & cõmutare pœnã nequit,*l.1.§.1.ver.nã si quidẽ,ff.ad Turpil.l.omnes, in pri.ff.ad municip.c.si quem,§. notãdum.inq.3.*& tradunt cõmuniter prædicti Doc. omnes suprà allegati: verùm si contrarium fecerit, imponátque minorem pœnam quàm de iure imponere debeat,infamis est,*l.seruos,C.ad l.Iul.de vi pub.* eadémque ipse pœna punitur, qua puniendus erat reus ille, *l.3.in fi.C.ne sanct.Baptis.reitere.* Clar.*d.ver.vlteriùs quæro,&c.*

¶ LIMITA † Hanc quartam sublimitationem, vt procedat ante sententiam:eo enim tempore potest Iudex reum ad cõpositionem admittere ex iusta causa, etiam quòd sit contra ipsũ plena, & concludens probatio: secus verò post sententiã,quo casu dicitur functus suo officio. *l.Iudex postquam, ff.de re iud.ca.in literis,de offi.deleg.* & ideò sicut pœnas in sẽtentia expressas ampliùs permutare nõ potest, *ad l.moris,§. iste ferè,ff.de pœ.l.1.§.si.ff.de quæst.& l.1.§ fin auiẽ,ff.ad Turpil.* Ghirl.*d.tit.de exec.rei iud.n.3.* Guindisal. *de hær.qu.17. num.5.* Placha *in epit.delict.cap.23.n.5.& 6.* Couar. *variar.resol.lib. 2.cap.9.n.8.*& de cõmuni* testatur Clar. *in prac. dict.qu.85.* * *ver.vlteriùs quæro.* Ita pariter nec post sententiam componere poterit,etiam subsistente iusta causa,secundùm Pari.*de synd. d.verbo,compositio,ca.1.n.5.* Ghirl.*d.tit.de pœnar.compos.q.1.n.* 8.Fab.à Montel.*in pract.arbit.in 3.q.vlt. par. 5. partis principalis,n.65.in 15.ampliatione,pag.* 411. aliósque adducit concordat vs Caraui.*super ritu magnæ Cur.272.n.* 10. *&* 11. vbi & aliam reddit rationem; quia scilicet commutare, vel remittere pœnam post sententiam, spectat ad solum Principem,& non ad alium,*l.relegati,in fi. ff.de pœnis, l.1.§.fin.in fine,ff.de qq.l.1.C.de legib.& dicam infrà in seq. sexta q.*

¶ LIMITA II.† Propositam principalem regulam, & cõclusionem,volentem,quòd Iudex potest admittere reum ad pecuniariam cõpositionem;& quòd sic compositus non potest ampliùs molestari:vt procedat, dummodo cõpositio fiat cum reo, qui aliud nullũ toto vitæ suæ tẽpore cõmiserit delictũ:cũ tali enim semel delinquente Iudex facilè cõponere potest, quia obnoxiũ est virũ statim pro vno delicto punire, sed magis est expectandus & corripiẽdus quã puniendus,*ca. plerique.65.dist.* Eumque qui laudabilis vitæ sit pro vno tãtũ commisso delicto grauiter punire,scandalũ est.*ca.si quis, 45. dist.* secus cum illis,qui consueti sunt alia patrare delicta, & quorũ probabilis est præsumptio, quod in posterum eorum vita nullatenus corrigatur, *c. prodest, 23.q.5.c.hi,qui, inf. de apost.* qui enim assiduè peccant,& qui impunitatẽ veteris cõmissi delicti non emendationi,sed consuetudini deputarunt, ad compositionem minimè admittendi;quia remissionẽ crimina,nisi semel cõmissa,nõ merentur,*l.3.C.de Episc.aud.* nec semper ad gratiã recipiendus est procurator,*ca. 3.in fi.extr.de adul.*& cũ ipsis clementia,sed seueritas est exercẽda,*c.si quis, 50.dist.* Deúsque omnipotens veniam nullam tradit in errore durantibus,sed se corrigẽtibus,*c.legatur.24.q.2.l.Manichæos, C. de hær.* vbi enim Iudex vni indigno veniam indulget, ad prolapsionis contagium prouocat vniuersos,*c.est iniust.23.q. 4* quia facilitas venię incentiuum ad delinquendum tribuit, *c.vt clericũ,extra de vita,& honesta. cler.* & propterea cũ istis minimè tractandam compositionem, apertè dixerunt Paris de Put.*d.verbo,compositio,c.1.n.4.ver.vnde obnoxiam,& c.3.n. 1.& seqq.* Paul Ghirl.*d.tit.de pœn.comp.q.1.n.6. & q. 2. per totam,* Fab.à Monteleone *in pract.arb.d.3.q.vlt.par. 5. par.principalis, in 1.ampliatione,n.2.& seqq.in pag.404.& pa.415.in 2.limitatione,* pulchrè Gram. voto 35. *n.* 1. *& seqq.*

Verùm, vt & in hac re iudicium meum quoque interponam,negare non possũ, quin in proposita materia Doctores confusè, seu potiùs inaduertenter loquuti fuerint: supradictæ enim rationes contra consuetum delinquere adductæ non concludunt, ni fallor, ad compositionem eam, scilicet quæ propendente, reóque non conuicto & confesso in dubio causæ criminalis statu pertractatur, sed inferunt potiùs ad veniam seu gratiam nullatenus ei, qui verè deliquit, & solitus est aliàs delinquere,concedendam,& optimè ex prædictis concluditur,& nos latiùs dicemus *in seq. proxima quæs.* At secus videtur in compositione facienda delicto non probato:quæ quidem compositio,*vt suprà dixi*,non loco gratię, sed loco pœnæ succedit. Et propterea,vt etiam cum eo,qui alia fecerit delicta(dummodo de illis,vel condemnatus, vel compositus, vel aggratiatus aliàs extiterit) prædicta compositio fiat, quid iuridicè impediat, non video. Et licèt

Ghirl.

Ghitl. *vbi supra d.q.2.n.3.* hanc difficultatem sentiens dixerit, quòd compositio etiam lite pendente facta continet in se quandam gratiæ speciem, cùm ex ea primò conseruetur fama illæsa, ac deinceps proprij criminis pœna diminuatur, *c.si Diaconus, de transf.17.q.4.cap.2.de pœn. & c.sicut dignũ, de homic.* tamen si rectè consideremus, nec gratia est, nec ex ea pœna diminuitur. Pœna enim pecuniaria compositionis, quę minor dici posset habito respectu ad delictum, de quo reus imputatur, si illud esset plene probatum, non dicitur minor, sed condigna habito respectu ad dubium litis pendentiæ statum, quo tempore propriè compositionem dici suprà probauimus. Et propterea crederem, quòd licèt Iudex in componendo cum eo qui aliàs sit solitus delinquere, si res clara non sit, debeat forsan in compositione grauiorem pecuniarum pœnam exigere, propter illam qualitatem consuetudinis delinquendi, quæ nulli dubium, quòd etiam in diffinitiua condemnatione pœnam augeret, quàm cum eo qui non sit consuetus delinquere factam: tamen compositionem omnino sustinere non credo esse difficultatem, præsertim si Iudex de aliis delictis notitiam habuerit. Et licèt etiam Gram. *d. voto 35.in fi.* testetur, quòd alias in magna Curia quidam Elisæus fuit vltimo supplicio affectus ob reiterationem delictorum, non obstantib. indultis, mediantib. pecuniariis compositionib. habitis: illud tamen euenit non simpliciter ob reiterationem prædictam; sed quia pars non fuit concordata, ac etiam quia compositiones illæ fuerunt factæ in casu, in quo erant plenè probata homicidia, de quibus ille imputabatur; & sic ibi propriè agebatur non de compositione, sed de gratia.

II ¶ LIMITA III. † Eandem principalem regulam, vt tunc demum compositio sustineatur, & sit valida, compositúsque non possit ampliùs molestari; dũmodo pars offensa sit concordata: parte enim concordata compositio fieri non potest, & facta non valet, nec delinquenti suffragatur, secun. Parid. de Put. *in tract. de synd. d. verbo, cõpositio, c.1. sub n.6. & 7. & c.4. n.1. ver. & quia Reip. vindicta, & ver. vbi autem læsus, & c. 5. n. 5. in fin. & c.9.n.3.4. & 5.* & ante Paridem Luc. de Penna *in l. 1. C. de deserto. ad fin. lib. 12. ver. Hoc autẽ circa hãc materiã aduertẽdũ videtur*, Inn. *in c. Odoardus, de solu.* sequitur Paul. Ghi. *tit. de pœ. cõpos. q.5. & q.6.* Prosper Carau. *in ritu mag. Cur. 273. n.1. & seq. & n.5.* facit tex. *in l. fi. ff. ad Turp.* vbi dicitur, quòd abolitio criminum fieri non potest parte accusatoris contradicẽte, & ibi hoc expressè no. Gloss. *in verbo, nisi euidenter*, vbi ampliùs, quòd cõsẽsus partis debet esse expressus & euidens, nec sufficit tacitus, de quo mox dicã in sequẽti ampliatione, facit etiam tex. *in l.2.* & ibi Bal. *in summario, C. de abol.* vbi criminum abolitio non nisi partibus præsentibus fieri potest. Item & tex. *in fin.* ibi: *Nisi fortè ille, qui passus est, suũ consensum ad petendum absolutionem accõmodauerit, Cod. eod.* Vnde si cõtra iuris dispositionem fiat compositio, nulla propterea remanet. arg. tex. *in l. adoptio non iure, ff. de adop. l. si cùm nulla, ff. de re iudic. & l. cùm hi, §. si Prætor, ff. de transac. cum similib.* & faciunt quæ in simili de gratia dicuntur *in seq. q.n.18. & seqq.*

¶ AMPLIA I. Hanc tertiam limitationem, in tantum in compositione requiri partis consensũ, vt ille debeat esse expressus & euidens, tacitus autem nõ sufficit, *d.l. si.* & ibi gl. *in verbo, euidenter, ff. ad Turpil.* Ideo etiã quòd pars sciat cõpositionem factam, non per hoc tamen non reclamando sibi in aliquo præiudicat; quia sciendo cõpositionis inualiditatem, sciebat pariter sibi ius suum saluum esse: & ideo non est necessaria reclamatio per ea, quæ in simili considerauit Rota corã D. Seraphino in vna Imol. Castrorum die Veneris 22. Aprilis 1575. & propterea ad hoc vt isto casu cõpositio valeat, debet parti interessatæ, quæ adhuc non querelauit, præfigi terminus ad querelandum, si querelare voluerit; quo lapso si non querelauerit, poterit tutè Iudex ad cõpositionem deuenire, etiam sine illius expresso consensu, vt per Luc. de Penna *in d.l.1. C. de deserto. libr.12. col. antepe. eod. ver. Hoc autem circa hanc materiam aduertendum videtur*, Paris de Put. *dict. verbo, compositio, capit.4.n.3. in fin.* quos refert & sequitur Carauita *super ritu magnæ Cur. 272. n.20. & seqq.* vbi tamen validissimis rationibus & fundamẽtis contra Lucam de Penna, & Paridem in locis citatis optimè demonstrat, quòd nec sufficiat iste tacitus consensus inductus ex omissione querelæ in termino ad querelandum præfixo: sed quòd nisi pars expressè consenserit, minimè valeat compositio in casu, in quo vel vigore alicuius constitutionis partis remissio, & concordia requiritur.

¶ AMPLIA II. Eandem tertiam principalem limitationẽ, quæ fit illatiuè ex præcedenti prima ampliatione, quòd licèt iniuria remittatur nedum per expressam remissionem, sed etiam tacitam, putà per dissimulationem, quę fit ridendo, ludendo, comedendo, scribendo, loquendo, conuersando cum iniuriante, aut similibus actibus, ad tex. *in l. non solùm, §.1. & l. sed si vnius, §. si ante. ff. de iniur.* & *§ fi.* iuncta glo. vbi etiã Io. Fab. & Are. *Inst. eod.* Luc. de Pen. *q.9. C. de pub. læt. li.12.* Affl. *in c.1. §. iniur. n.107. ver. nunc videamus, & n.118. & seq.* Petr. à Placha *in epit. delict. li.1. c.9. n.43. ver. Cæterũ quia*, Nicol. Moron. *in tract. de fid. treug. & pac. q.102. n.25.* tamẽ quando iniuria fuit ad annum reuocata, non cẽsetur remissa per dissimulationem, ac præcedentes actus, ad glo. *in d. §. fi. in gl. fi. in fine*, & ibi Io. Faber *n.4. Inst. de iniur.* Bar. *in d.l. non solùm, §. iniuriarum, n.3.* Decis. Tholos. *233.* & Aufrer. *in add. ad eandem dec. Tholos. 127. in fin.* Et dato quòd & isto casu etiam censeretur remissa, prout & tunc per actus predictos bene probatam esse reconciliationem voluit Vulpell. *in tract. de pace, q. 66. n.1. & seqq.* non tamen censentur remissa damna, expensæ, & interesse, quæ nunquam remissa censentur, nisi de eis fiat expressa mentio, ad trad per Fabr. *in d. §. fin.* Aufrer. *ad d. dec.127. in fi.* Boër. *dec.52. n.6.* Io. de Amic. *cons.88. n.14.* Placha *d.c.60. n.40.* & nos latiùs dicemus *infrà in 4. lib. in materia iniuriarum, sub tit. de var. & extraord. crim.* idcirco per has rationes in casu, in quo ad validitatem compositionis remissio partis offensæ requiritur, vel de iure communi, vel de statutario; non sufficere hanc tacitam remissionem per dissimulationem & actus prædictos exteriores, bene scripsit Carau. *super ritu mag. Cur. 275. num.3. & seq.*

¶ AMPLIA III. Dictam tertiam limitationem, vt in casu, in quo iure aliquo speciali ad compositionis validitatem requiritur remissio partis offensæ, si offensus sit persona incognita, propter quod non est certum à quo sit requirenda ista remissio, adhuc tamen sine tali remissione compositio erit nulla. Incertitudo enim personæ offensæ non facit, quin talis remissio habenda sit, quando iure aliquo speciali illa reperitur ad validitatem requisitionis, vt per Caraui. qui hanc defendit ampliationem, & contrariis respondet *super ritu magnæ Cur. 272. num.28. & seqq.* vbi etiam dicit, quòd isto casu, quando Iudex esset quasi certus, quòd nunquam pars superueniret, posset reum ad compositionem admittere, saluo iure partis, præstita per eum cautione de stando iuri cum parte, quandocunque superuenerit: ad quæ vide etiam Clar. *in pract. q.58. ver. sed quid si nullus.* vbi ponit quòd isto casu seruetur in statu Mediol.

¶ SVBLIMITA I. Hanc tertiam limitationem, vt licèt ad validitatẽ compositionis requiratur partis remissio, aut pax: sufficit tamen vt illa appareat probata nõ solùm per scripturam publici instrumenti, sed etiam per testes: tum quia non reperitur iure cautum, quòd actus pacis requirat ad sui essentiam scripturam; tum etiam, quia paria sunt, aliquid probari per testes, vel per scripturam, *c. cùm Ioannes eremita*, iũcta gl. *in ver. quodlibet instrumentũ, extr. de fide instr.* & ita per has rationes in casu statuti minuentis pœnã propter pacem voluit Catald. *de synd. qu.151 n.90.* Nell. *in tract. de banni. 3. pa. 2. tẽpor. q.38. n.14.* quẽ refert Carau. *super ritu 275. n.15. & seqq.* vbi tamen secus dicit esse vigore prædicti ritus, & licèt Clarus *in d.q.58. ver. scias etiam, il 2. n.39.* dixerit, apud eũ Senatũ nõ solere admittere ad probationẽ pacis, nisi per publicũ instrumentũ: illã tamen Mediolanensis Senatus obseruantiã ad alia loca porrigendam esse minimè crediderim, sed bene seruandũ ius cõmune, secundùm quod ad pacis substantiã non requiri scripturam, sed eam per testes posse probari, voluit etiã Masc. *de prob.* post hæc scripta visus, *l.3. cõcl.1156. n.2. & 3.* Et prędictis addo Vulp. *in tra. de pace, q.66. n.1. & seqq.* vbi loquẽs etiã in casu statuti vel rescripti requirẽtis pacẽ dixit, quòd si statutũ requirat pacẽ prædictã, tũc illa nõ potest probari, nisi per scripturam. Si verò simpliciter requirat pacẽ, & tunc licèt de iure cõmuni, vt prædixi, sufficiat pacis probatio etiã per testes, attamen in Curia Vrbini Marchiæ, Perusij & Romæ nõ admittitur talis probatio, nisi per instrumentũ: & Vulp. sic dicentẽ refert Baiar. ad Clar. *d.q.58. n.72.* facit quod voluit Moron. *in tra. de fi. tre. & pa. q.106. n.15.* vbi ex Bal. quẽ

allegat,dixit pacem esse in actis registrandam in casu gratiæ habitæ à Principe cum probatione habitæ pacis.

¶ Svblimita II. Dictam tertiam limitationem,vt licèt ad compositionis validitatem requiratur partis remissio,aut pax:si tamen pars remiserit,& pacem fecerit non simpliciter, sed cum aliqua conditione,putà quòd per annum offendens non accedat ad patriam partis offensæ, vel quòd non transibit ante eius domũ,contingátque quòd idem offendens contraueniat suæ promissioni, & non seruet promissa : non per hoc compositio annullatur,nec poterit offensus iterum offẽdentẽ accusare,ad tex.& ibi hoc not.Bart.Bal.& Sal.*in l.quãuis,C.ad Turp.* per talẽ enim remissionem accusator dicitur destitisse,& in Turpilianum incidisse, vnde ampliùs accusare nõ permittitur,*l.qui desiterit.ff.ad Turpil.*& ita per rationem hanc firmat sublimitationem, illámque declarat Carauita,quem videas *in ritu magnæ Curiæ 275. num.12.& seq.*

12 ¶ Svblimita III. Hanc tertiam limitationem,vt†procedat respectu partis offensæ non concordatæ, cui minimè nocet compositio facta cum fisco, & propterea ipsa pro suo interesse minimè impeditur agere,ad gl.*in l.ne quicquã,ff.pro soc.*Sal.*in l.si profure,de cõd.fur.*glo.fi.& Doct.*in l.venia, C.de in ius vocan.*vnde secus respectu fisci,cui soluta cõpositio,cũ succedat loco pœnæ,*l.si donante*,§.1 *ff.de don.*& suprà dixi *in prin.huius quæstionis*;ideo respectu fisci ampliùs super eodem delicto molestari non potest,secund.Ghirl.*vbi suprà q.3.n.4. q.5.per totum,& q.6.n.1.& 2. in discursu:*sicut enim cõcordia & transactio facta per delinquentem cum parte offensa nocet & præiudicat ipsi parti tantùm,qui suam iniuriam & interesse remisit;non autem fisco,quin ad publicam vindictam agere possit,vt dixi *suprà in anteceden.q. in prima ampliatione sextæ limitationis principalis:*ita pariter econuerso compositio & concordia facta cum fisco, licèt parti offensæ nullum afferat præiudicium, quoad suum interesse, bene tamen componenti prodest,vt à fisco ampliùs non possit super pœna ratione publicæ vindictæ & interesse conueniri.

Et licèt Paris de Put.*d.c.1.n.6.in fi.& seq. ac etiam in omnibus præcitatis locis*,dicat se aliàs consuluisse nõ solùm pro inualiditate compositionis factæ, parte offensa non concordata, sed quòd etiã potest isto casu offensus petere reuocari talem compositionem, delinquentémque tanquam non sufficienter punitũ,debita & sufficienti pœna puniri:& ego aliàs Paridis opinionem in puncto iuris forsan sustineri posse rationib.ibi per eum adductis consulendo tentauerim,eo præsertim quòd Gram.*in const.Regni,fol.153.* de concordia partis,*post n.*4.quẽ refert Clar.*pract.q.59. sub ver. Adde quòd testatur*,per conf.Neap.dicat,fuisse reuocatam quandam compositionem factam per quendam D.Moysen,parte non concordata,*& voto 35.n.6.& seqq. vsque ad fi.* referat fuisse vltimo supplicio affectum quendam Elisęum,qui pro quibusdã homicidiis se composuerat non habita ratione partium remissionis. Vnde videtur sequi, quòd compositio facta parte non concordata,nedum non valeat respectu ipsius partis,sed nec etiam respectu fisci.His tamen non obstantib.in iudicando,sicut nunquam vidi recessum,ita & tu non recedas ab antecedenti limitatione, quæ de iure communi,nisi in contrarium vrgeat aliqua particularis constitutio,seu statutum,verissima est;& pro ea facit ratio ineuitabilis,quia sc. quod semel placuit fisco, ampliùs displicere non potest,& pœna semel imposita & solita,ampliùs commutari nequit.Nec pars offensa ad aliud instare potest,quàm ad id quod sua particulariter interest:& si aliter diceremus,esset hominem sub publica fide fallere,& decipere,quod turpissimum esset, & cõtra *l.1 ff.de his,qui ven.ætat.impetr.* & dixi *suprà n.4. in fi.* Et ad contraria facilior est respõsio,quia præsertim Gram. non loquitur in compositionibus factis à Iudice ante probatum delictum. Quo casu verè & propriè dicitur compositio, vt suprà dixi in primo requisito ; & nos in istis terminis loquimur, sed in gratiis factis à Baronibus terrarũ in casu,in quo verè fuerunt commissa delicta, & illa quidem reiterata, & de illis constat per concludentes probationes, quo casu non est locus compositioni cum Iudice,sed gratiis cum Principe, de quibus & nos plenius dicemus in sequenti quæstione.

¶ Limita Sublimitationem precedentem,vt licèt compositio facta parte non concordata valeat respectu fisci:tamẽ pars pro suo interesse, si compositus neget delictum, potest contra istum instare, vt legitimis præcedentibus indiciis in carcerem detrudatur & torqueatur : remanet enim adhuc quædã criminalitas licèt impunibilis, quæ ad præd.ea sufficiens est.Ita multis comprobat Paris de Put.*in verbo,tortura, il terzo.cap.2 incip. Pone,aliquis,per totum*, vbi magistraliter more suo loquitur, & Paridem referendo sequitur Boss. *in tit.de indic.& considerat.ante torturam,n.*101.& ante Boss.Ripa *in rub.ext.de iud.n.97.& seq.*& licet Ruyn. *in cons.*70. *per tot.*videatur cõsulere,quòd quãdo pars pro suo interesse agit contra aggr..tiatum de aliquo delicto, nõ nisi ciuiliter agere possit : aduertas tamen quòd quando causa ciuilis ex mixta habens annexum delictum,tunc non est absurdum in ea deueniri posse ad torturam;quando via criminaliter agendi deficit,vt modò dicam *in seq.sublimitatione* ; & propterea licèt Ruy. *in d.cons.* dixerit partem non concordatam pro suo interesse agere posse ciuiliter, non per hoc tamẽ excludit,quin in tali modo agendi ciuiliter non possit pro habenda veritate deueniri ad carcerationem & torturam.[prout etiam voluit Carcer.*in pract.crim.in 2.tract.de indic. & tort.§.circa secundum,in quibus casibus locum habeat tortura,n.*25.vbi ex Paride de Put. *in loco præcitato* dixi posse deueniri ad torturam contra aggratiatum saluo interesse partis ciuiliter pro reperiendo delictum,pro eodem ciuili interesse.]Quod & idem voluit Ant. Scapp. *de iure non scrip.cap.*119.*n.9.& seqq.* vbi dixit isto casu gratiatum posse torqueri pro interesse partis ad hoc vt sciantur damna data & participes, & vt lux veritatis appareat per suam confessionem,& hoc sequitur Baiard. ad Clar.*in pract.q.21.n.27.& q.64.n.14.& 21.*

¶ Svblimita iterum præcedentem limitationem, vt non procedat quando in cõpositione non solùm est remissa pœna,sed etiam est remissus modus procedẽdi criminaliter; vtputà quando Iudex in cõpositione mandat cõtra compositum non posse in futurũ ampliùs procedi criminaliter:tunc enim pars pro suo interesse nõ potest instare, vt reus carceretur vel torqueatur,secun.eund.Boss *in loco citato*, *d.n.*101. vbi nõ loquitur in compositione,sed in gratia.Cuius tamen opinionem & declarationem nec in gratia,nec in cõpositione veram esse credo:nulla enim est compositio,in qua Iudex non mandet compositũ ampliùs non molestari criminaliter, & omnem processum aboleri & cassari : immò abolitio & cassatio processus,est de substantia cõpositionis, vt per Paul. Ghirl.*de relaxa.carcer.tit.de pœ.cõpos.q.1.n.9.in fi.& n.11.&* propterea si vera esset Bossij declaratio, sequeretur quòd sẽper in compositione facta,parte non concordata,compositus negando delictum fraudaret partem suis dãnis & interesse, cũ illa non haberet in promptu plenas probationes ciuiles:& propterea non est bona consequentia,Pars non potest agere nisi ciuiliter, ergo non est locus torturæ:quia etiam in causa ciuili,quæ habet annexum delictum,ad torturã deuenitur,*c.1.de depos.* Paris de Put. *de synd. verbo, tortura,il terzo,c.7.n.12.& verbo,tortus,ca.5.n.1.ver.quæ limita,&c.* Cason.*in tract. de torm.c.8.n.1.* Marsi.*in l.diuus,n.6.ff.de qu.* Paul.Ghirl. *de qu. & tort.q.7.per totam,* idem Boss.*d.tit.de indic.n.*98.vbi præsertim quando est præcluſa via criminaliter agendi, vt in casu nostro:ideo etiam quòd Princeps vel Iudex mandet in gratia vel compositione delinquentem in futurum non posse criminaliter molestari ; adhuc tamen crediderim partem pro suo interesse ciuiliter agentem posse instare,vt contra ipsum deueniatur per præallegata,ad torturam , quæ isto casu erit leuis & non grauis,teste Bossio,*vbi suprà,num.*99.

Limita IV.†Vt regula huius quæstionis procedat,dum- 13
modo compositio fiat in delictis, in quibus de iure fieri potest,secus in aliis:non enim in omnibus delictis, putà enormibus,compositionem admittendam dixerunt Paris de Put. *verbo,cõpositio,c.3.n.2.*& Fab.à Monteleon. *in præ arbi.5.par. q.3.in secunda ampliatione*, qui propterea inferendo tradunt, minimè indulgendum esse sacrilegis, raptoribus virginum, violatoribus sepulchrorum,reis maiestatis, parricidij,homicidij,& similibus,quia hi quod fecerunt, semper expectent. *l.3.C.de Episcop.aud.*& in ita grauibus delictis culpa est relaxare vindictam,*c.qui sunt.26.dist.*& propter criminis magnitudinem veniam denegandam,probatur *in cap. importuna*,§. *quod autem,de pœn.d.*1.ergo nec compositio admittenda.

Verùm istorum opinio & ratio ab eisdem adducta mihi nullo pacto placet, sicut nec etiam placuit Paul.Ghir.*d. tit.*

de pœnar.

de pœn.ex.compos.q.3. vbi generaliter concludit, quòd ex quo in compositione pecunia soluta succedit loco pœnę, vt sępius suprà dixi: ideo in omnibus delictis etiam enormib. & atrocibus compositio fieri potest; dummodo tamen non sint plenè probata per supradicta. Et isto casu nihil obstat ratio Paridis, quia soluendo reus pœnam compositam, nullam dicitur habere delicti veniam, & hoc cùm plenè constet de delicto; sed hìc sumus in dubio, vbi nulla dicitur delicti concessa indulgentia: & propterea hanc difficultatem fortasse sentiens idem Paris *in loco præcitato*, se declarando subdit, quòd etiam in grauibus excessibus potest deueniri ad compositionem, quando contra reum non adsunt tot plena indicia, ex quibus possit tormentis subiici, quasi quod etiam ipse Paris cum Ghirlando fateatur, in omnib. delictis etiam atrocib. compositionem permissam, dummodo delictum non sit plenè probatum. Et Prosper Carau. *super ritu magnæ Cur.* 272. dixit, post eundem Parid. Lucam de Penna, & Afflictum, *in locis per eum citatis*, quòd de iure communi potest regulariter Iudex in omni delicto componere, vbi adest iusta causa componendi.

Præterquam in crimine lęsæ maiestatis, hæresis, raptu virginum, & similibus delictis, in quibus contra personā ipsius Principis, vel sui status tranquillitatem quis machinatur: in iis enim secund. Ghirl. *vbi sup.* etiam non existentibus plenis probationibus, Iudex non debet ad compositionem deuenire, nisi consulto ipso Principe, & de eius expresso mandato, *l. si quis, in prin. C. ad leg. Iul. maiestat. l. 1. in prin. l. lege 12. tabul. & in l. fi. ff. eo. tit.* sicut enim huius criminis maiestatis cognitio & punitio ad solum Principem spectat, secund. Matth. de Afflict. *in c. 1. §. bona committentium, col. 2. num. 18. in tit. quæ sint regal. in vsib. feud.* & latè tradit Gigas *de cri. læsæ maiest. in tit. quis de crimine læsæ maiest. cognos. poss.* ita etiam & eiusdem criminis absolutio ipsi soli Principi reseruata dicitur, vt per eundem Gig. *d. tra. lib. 3. q. 8.*

14 ¶ Limita V. † Vt compositio tunc demum valida & iuridica reputetur, & reo qui composuit suffragetur, si ea facta sit à Iudice, nullo interueniente dolo aut fraude: secus si per collusionem & per corruptelam interuenientibus precibus, fauoribus aut pecunia. Sicut enim absolutio, & sententia Iudicis per collusionem lata absoluto non prodest, vt dixi *sup. in anteceden. q. in 3. limit.* ita pariter nec proderit compositio, *c. 1. & fi. de collus. detegen.* Paris *de synd. in verbo, compositio, c. 4. num. 2. in fin.* Fab. à Monteleone *in praxi arbi. in 5. par. principali 3. quæst. vltim. par. in 13. ampliatione, n. 51. & seqq. pag.* 410. vbi *n.* 55. dicit, quòd in talibus compositionibus leges fraudem & dolum præsumunt, vbi delinquens Iudicem nimiùm ad compositionem accelerasset, vel Iudex vsus fuerit nimia in componēdo liberalitate, allegat Bal. *in l. eam quam, in 13. col. C. de fidei com.* & credo quod voluerit dicere *in n. 9.* vbi dicitur, quòd indignus institutus hæres repudians hæreditatem locupletem, præsumitur ex hoc nimia liberalitate in fraudem fisci repudiasse, ne eam ab ipso fiscus tanquam ab indigno auferret; vt dicam mox *in proximo seq. ver.* Dolus enim dans causam contractui, illum vitiat, *l. eleganter. ff. de dolo, l. si dolo, C. de rescind. vendit.* nullique dolus vtilitatem afferre debet, *l. verum, § hoc quoque, ff. pro socio, glo. in l. Titio, in prin. ff. ad munic. & in l. si ab hostib. §. fi. ff. solut. matr.*

¶ Dicitur autem in proposito compositio facta per collusionem & fraudem, quando Iudex facit ex ea soluere paruam pecuniarum quantitatem respectu grauitatis delicti, super quo componitur: cùm enim, vt suprà dixi, *n.* 4. compositio succedat in locum pœnæ legalis, & in pœnis legalib. idem Iudex semper respiciat ad qualitates delictorum: quia in grauioribus delictis grauiores imponit pœnas, & in leuioribus leuiores, *l. respiciendum, ff. de pœn.* attenta qualitate personarum, loci, temporis & euentus, *l. aut facta in prin. ff. de iniur.* eodem modo & in compositionibus tenetur aduertere ad prædicta ità & taliter, quòd delictum non remaneat impunitum, contra *l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aqu.* & econtrà, ne pauperes & impotentes nimis grauet; & sic semper lenitatem cum seueritate commiscendo, & ex vtroque temperamentum faciendo, iuxta tex. *in c. disciplina, & in c. omnis, 45. dist.* & aliàs, vt benè in proposito & latiùs scripsit Carauita *super ritu magnæ Cur. 272. n. 12. & seqq.*

¶ Ampliа I. Hanc quintam limitationem, vt isto casu compositio & transactio facta cum fisco per collusionem, nedum ipsi reo prodesse non debeat, prout vltra prædicta in terminis transactionis est tex. apertus *in l. 2. C. de transact.* & notant Bar. Bald. & alij *in l. sub prætextu, C. eod. & in l. in summa, ff. de cond. indeb.* verum etiam & idem reus pœnam meretur, secund. Card. *in clem. 1. de foro compe.* & est tex. *in l. 1. C. de pœn. Iud. qui malè iud.* vbi generaliter probatur, quòd Iudicem corrumpens, & cum illo colludens, si actor est, actionem perdit, si reus, exceptionem, vt ibi per gl.

¶ Ampliа II. Eandem quintam limitationem, vt collusio, seu corruptela nedum dicatur facta pretio & pecunia interuenientibus; sed etiam precibus, & fauoribus, secund. Io. de Selua *in trac. de benef. in 1. par. q. 7. n. 33.* & latiùs per Paridem de Put. *in trac. de synd. verbo, corruptela*, & nos latiùs, Deo dante, dicemus in materia barrattariæ.

¶ Ampliа III. Vt dicta quinta limitatio multò magis procedat, si Iudex ad componendum coactus fuerit metu per minas, seu alio illegitimo modo per reum illato: dolus enim & metus idem operantur quoad actus rescissionem, sicuti per plura concludit Corne. *cons. 288. li. 3.* metúsque hoc particulare operatur, vt acquisitum ex eo lucrum restituere cogatur metum inferens, Bald. *in rubr. C. de rei vendic.* Innoc. *in c. quod sicut, de elect.* & quòd minæ & metus pariter actum transactionis & compositionis vitient, probatur *in l. interpositas*, vbi Bar. & alij, *C. de transact.* & in terminis tradit Fab. à Monteleone *in d. 13. ampliatione.*

¶ Ampliа IV. † Vt pariter econtrà compositio nulla & 15
inualida reddatur, si per Iudicem reo metum inferentem extorta fuerit: dicit enim lex, quod metus causa factū fuerit, ratum non habeo, *toto tit. ff. & C. quod met. c.* & propterea debet fieri de cōcordia, & communi consensu; aliàs si violēter fiat, dicitur potiùs illicita extorsio, quàm compositio, *l. 1. C. si per vim, vel alio modo, l. extat, ff. quod met. c. l. 1. & 3. & l. lex Iulia rep. ff. ad l. Iul. repet.* Et ideo Iudex isto casu in syndicatu tenetur reo pœnā ex cōpositione solutā restituere, *d. l. 1. l. lex Iulia, d. l. extat,* & tradit Ghirl. *in tract. de relaxat. carcerat. ti. de pœn. compos. q. 1. n. 4.* cum aliis allegatis per Carau. *super ritu magnæ Cur. 276. n. 3. 4. & 5.* vbi ampliùs refert, quòd isto casu Officialis tenetur de extorsione & concussione; non solùm si per vim & metum reum ad componendum coegit, sed etiam si pluries citauit ad hunc finem, vt se componeret, licèt se non composuerit, ex Paride, & Innoc. *in locis ibi per eum allegatis.*

¶ Limita I. Hanc quartam ampliationem, quòd ex quo 16
metus in dubio non præsumitur, *l. 1. in prin.* vbi gl. *in verbo, dicatur. ff. si quadrup. paup. fecis. dica. c. dilecti,* ibi, *opposita & probata, de excep. l. si priùs,* & ibi gl. *in verbo, egisset. ff. de nunc. noui ope. l. 2. C. quod met. c.* Alcia. *de præsump. reg. 3. præsump. 17.* ideo qui compositionem metu factam dicit, probare tenetur; quia Iudex non præsumitur metum inferre, *l. fi.* vbi Bar. Ang. & Scrib. *ff. quod met. c.* Bal. *in l. si quis in hoc genus, C. de Episc. & Cler.* Paris de Put. *d. verbo, compositio, c. 6. n. 8.* Paris. *cons. 66. in prin. sub n. 4. & 5. & cons. 170. sub n. 20. vol. 4. & cons. 135. n. 10. eod. vol.* Curt. iun. *in l. interpositas, n. 16. C. de transact.*

¶ Limita II. † Eandem quartam ampliationem, quòd 17
licet prima facie videatur dicendum, quòd compositio facta in carcere dicatur metu facta, quia solus carcer metu gestum arguit, quod actum est, *l. si quis in carcerem, & l. metum, §. sed licet, ff. de eo, quod met. cau.* vbi à fortiori dicitur, quòd contractus factus à carcerato, nullus & inualidus est, ex quo carceratio omnia, quæ in vinculis gesta fuerunt, per metum gesta fuisse arguit, vt per Dec. *cons. 691. n. 5.* & alios, de quibus per Iacobum Menoch. *in tract. de arbi. q. casu 136. n. 3. & seqq.* & Bru. à Sole *in suo consil. crim. n. 191.* qui expressè loquitur in terminis compositionis, & latiùs dicam *infrà hoc eodem lib. 1, tit. 4. de carc. & carcerat. q. 35.*

Veritas tamen est in contrarium, quando carcer erat iustus, putà quia contra carceratum aliquid erat probatum: tūc enim compositio licita est de iure; & propterea non tollitur per actionem quod metus causa, tex. est notabilis, quem ad hoc allegat Bald. *ibi, in l. si mulier, in prin. ff. quod met. cau.* vbi quòd si mulier ingrata contra patronum suum timens redigi in seruitutem propter ingratitudinem aliquid eidem patrono dederit, illud non repetit per actionem, quod metus causa; quia iustum metum ipsamet sibi infert, *l. 3. ff. quod met. cau.* & vis nō dicitur illa, quæ à Magistratu iure & licitè, sed quæ

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRAD

contra bonos mores infertur, *l.fin.in princ.& §.si iusto,ff.eod.*& iustè factum ab Officiali non cadit in metum, Bald. *in l. 3.de his, qui per met. iud. non appel.* cum cumulatè congestis per Paris. *cons.* 5 *n.*168.*& seqq.vsque ad n.*180.*lib.*4. Compulsióque probabilis, & necessaria actum non vitiat, *l.*1. *ff.si quis omis.ca.test.*1.glo.*in l.interdum,ff.quod fal.tut.auctor.*& vbi promissio est facta iusto metu illato, non potest metus allegari. Si enim Iudex dixerit reo, Volo quòd soluas pœnam, vel cõponas, ex quo de crimine constat contra te, non propter hoc dicitur iustum metum inferre, & Iudex viderit expedire cõcordiam, poterit partes terrere, vt veniant ad compositionẽ, secund. Spec. *in tit.de teste,*§.11.*vers.fin.* Paul Ghirl. *tit.de pœn. compos.quæst.*4. *num.* 3. *in fin.* quia iuris exequutio non habet iniuriam, *l.iniuriarum,* §. 1. *ff.de iniur. l.quemadmodum, & l. Magistratus,ff.ad leg. Aquil.* tenetur enim Iudex malefactores punire, pœnásque à delinquentibus exigere, *l.sanctio,ff.de pœn.l.congruit,ff.de off. Præsid. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* Nec obstat tex. sup. in contrarium allegatus *in d.l. qui in carcere,ff quod met. cau.* quia procedit & loquitur in carcere iniusto: secus si iustus, *vt in seq.sublim. dicam.* Et ita per has rationes in proposita materia discurrendo concludit Paris de Put. *de synd.verbo,compositio,cap.*6.*per totum.* Refert & sequitur Fab. à Monteleone *in praxi arbit.dict.*5.*par.principali,in eius vlt.par.*8.*q.pa.*443.*num.*1.*& seqq.*

¶ Svblimita hanc secundam limitationem, vt procedat, quando scilicet carcer erat iustus: ita enim loquuntur Paris. & Fab. à Monteleo. *in locis supracitatis.* At secundùm eosdem Doctores, si carcer erat iniustus, putà quia cõtra carceratum nihil erat probatum: tunc enim compositio est nulla, & ex solo carcere præsumitur metus, & non tantùm quòd Iudex sub compositionis velo extorsit, restituere tenetur, sed legis Iuliæ repetundarum, falsi, & concussionis pœna afficiendus est, vt *suprà* dixi, & tradit ibidem Paris de Put. *num.*5.*in fin.* vbi propterea dat cautelam Officiali ad hoc, ne extorsionis crimen incurrat, vt reum cum quo componat, faciat sub fideiussoribus exire ex carceribus, ac vt se culpabilem fateatur: hoc enim modo tollitur omnis suspicio metus, ad quæ etiam vide Prosper. Caraui. *super ritu magnæ Cur. num.*3.*vers.& adde quòd adeò, & n.* 4. vbi quòd hac cautela sæpè vtuntur Officiales Baronum, excoriantes subditos, cœlum, & terram.

18 ¶ Qværo II. † In hac compositionis materia, & pro illius complemento, an componens seu transigens dicatur fateri delictum super quo trãsigitur & componitur? Pro cuius resolutione licèt viderim Doctores sparsim, & confusè quodammodo loqui, resoluendo tamen eorum dicta facias resolutiuè hanc veram, & ab omnibus approbatam * conclusionem, quòd compositio seu trãsactio facta cum fisco seu parte, nullam inducit delicti, super quo transigitur, confessionem, si ea quidem fiat in casu à iure permisso, & in casibus in quibus de iure trãsigi licet, de quibus suprà remissiuè dixi *in anteced.quæst.limi.*6.*in* 4.*sublimitatione,n.* 38. *in fi.* Si verò fiat in casu nõ trãsigibili, & tũc secus probatur hęc distinctio *in l.fi.ff.de præuaric.in l.quòniã,ff.de his,qui no.infam.leg.*1.*&* 2. vbi glo. *ff.de his,qui sibi mor.consciue.l.*nõ *damnatos.C.ex quibus cau.infam.irrog.in l fisci causis,ff.de iure fisci,l. eius,qui delatorẽ, & l.Imperator.ff.eod.tit.*& vt testatur Ant. Gomez *in tract.de delict.t.*1.*de homicid.sub n.*54 est communiter* ab omnibus Doctoribus recepta *in l.transigere* vbi Bald. *col.pen.*lo. Fab. *col.*2. Cyn. *col.*2. *vers.quæro cũ glo.* Cast. *col.*2.*in fi.n.*7. Alex. *n.*16.*C.de transs.*& alij plures per Ant. Gabr. relati, *lib.*7.*de malef.concl.* 23.*n.*1.2.*&* 3. quib. addo Foll. *in pract.crim.in* 1.*par.prin. ver. & si confitebitur, n.*145. Blanch. *in tra.de ind.ad fi.de q.n.* 306. Ossc. *dec.Ped.*138.*n.*14.*in fi.& seqq.* Brun. à Sole *in suo vnico cons.crim.n.*196.*& seqq.*& post hæc scripta visus Ios. Mas. *de prob.concl.*500.*n.*7.*&* 8. *lib.* 1. & sic facias in proposito duas principales & generales conclusiones. Prima erit negatiua, quod ex compositione facta cum fisco, seu transactione facta cum parte in casu transigibili, nulla oritur confessio seu probatio delicti. Secunda, & contraria erit conclusio affirmatiua, quòd scilicet in casu non transigibili transigens seu componens fatetur delictum. Et has duas conclusiones crebriori calculo à Doctoribus receptas testatur Oct. Vulpel. *in tract.de pace,q.*27.*n.*7. licèt *in* 1.*concl.* contrarium sentiat, vt modo dicam *in seq.*1.*sublimit.vbi etiam videas.*

Limita I. † Præfatam secundam conclusionem huius 19
secundæ quæstionis, vt non procedat, quando transactio facta fuit in casu non transigibili cum ex parte extra iudicium, etiam quòd de ea sit confectum publicum instrumentum, & Notario rogatũ, prout cõmuniter hodie fiunt transactiones, & paces: tunc enim an confessio & probatio inde resultãs ex instrumento, sc. pacis & transactionis, sit sufficiens ad condemnãdum, an verò solùm ad inquirendum, vel ad torquendum; licèt aliqui simpliciter dixerint, ex transactione, & pace oriri probationem delicti, alij confessionem, alij indicium ad torturam, & alij ad inquirendum, tu tamen dicas quòd tacita hæc confessio ex transactione. & compositione resultans, etiam quòd sit in scriptis redacta, & per instrumentum publicum à Notario stipulata, non inducit plenam delicti probationem; nec confessio inde resultans ad condemnandũ sufficit, quia non iudicialis est: & propterea potest quandocunque reuocari: & licèt fuerit in instrumento in scriptis redacta scriptura, tamen & instrumentum nón probat delictũ ad tex. *in c.cùm in Ecclesiis,* vbi Abb. Feli. & alij, *de maiorit. & obed.* Bald. Salic. & Cyn. *in l.sciant cuncti, C. de proba.* Mars. *in pract.*§.*& quia,n.*41. Paris. *cons.*196.*n.*23.*vol.*4. Bost. *in tit.de conuict.n.*63. Clar. *in pract.*§.*fi.q.* 54. *in princ.* vbi testatur de communi * opinione. Erit ergo loco confessionis extraiudicialis sufficiens non ad condemnandum, quia faciens pacem nunquam videtur fateri delictum quoad condemnationem, secund. Bald. *in l.quoniam, & in l.furti,*§.*pactus, ff. de his, qui not.infam.* quem refert Brun. *de ind.in* 3.*q.*1.*partis, n.* 27. sed tantummodo ad torquendum, dummodo simus in casu non transigibili, & ista est communis* opinio, secund. Villalob. *in collec.com.opin.liter.*3.*n.*121. quem refert Clar. *in pract.d.*§.*fi. q.*21.*vers. pax,* licèt apud eum seruari testetur, quòd instrumentum pacis plenè probat delictum contra illum, qui pacem fecit. [Et licèt etiam Menoch. *de præsump.l.*1.*q.*89.*n.*82. *& seq.* dixerit, hanc pacem sufficere non solùm ad requirendum, sed etiam ad condemnandum.]

¶ Svblimita I. † Hanc primam limitationem, quia non 20
sine causa dixi, dũmodo simus in casu non transigibili: quia si sumus in casu, in quo de iure licita est transactio, tunc ex instrumento pacis extraiudicialiter facto nulla oritur probatio delicti, nedum quoad condemnationem, sed nec quoad torturã, prout vltra Clarum *in loco præcitato* tenet Brun. à Sole *in suo illo cons.cri.n.*196. *in fi.* Blanch. *de ind.n.*306. & de cõmuni * testatur Gabriel *d. concl.*23.*n.*5. Suarez *in com.opin. ver. trãsactio,n.*196.*& seq.* Bonacoss. *in com opin.par.*1.*ver.trãsactio non facit indiciũ, pag.mihi* 180. *à tergo, in* 1.*col.* [ac voluit Menoc. *de præsum.li.*1.*q.*89.*n.*85.] & generaliter dicã *infrà in seq. secũd.limitatione,* à quib. non sine ratione iudicio meo dissentire videtur Oct. Vulpell. *in tract.de pace, d.q.*27. *sub n.*7. *& seq.* inquiẽs, quòd etiam si pax seu trãsactio fiat in casib. à iure permissis, negari tamen nõ potest, quin transigentis & pacisscentis opinio apud probos viros & iustitiæ ministros grauetur, & quin ea cõcordia indicet aduersus eum; ita vt torturæ supponi possit, & ita is pluries in facto seruatũ se vidisse testatur. Quod tamen & ego admittendum puto concurrente aliquo alio adminiculo; aliter secus. Non enim sic simpliciter crederem in practica procedendum à communi Doctorum opinione, de qua suprà, volentium, quòd in casu transigibili pax seu transactio, nec etiam iudicium faciat ad torturam: ideo mediam viam eligendo crederem in hac materia hanc esse puram veritatem, quòd in casu non transigibili pax seu transactio iudicialiter facta plenam inducat delicti probationem, *vt sup.n.* 18. extraiudicialiter autem non nisi indicium ad torturam, *vt suprà num.* 19. in casu autem transigibili, siue iudicialiter, siue extraiudicialiter facta pax vel transactio pariter faciat indicium ad torturam concurrente aliquo adminiculo, putà fama; secus sine adminiculo, & ita pluries obtinui in facto, & obseruatum vidi, adhibitis tamen declarationibus, de quibus inf. à.

¶ Svblimita II. Eandem primam limitationem, quòd si instrumentum pacis, seu transactionis esset productum ab eodem qui pacem fecit, & transegit; tunc concurreret duplex tacita confessio: vna ex instrumento transactionis, altera ex productione resultans: quia producens instrumentum, censetur fateri omnia in eo contenta, *l.cùm precum, C.de liber. caus. auth. ad hæc, C.de fide instrum. c. cùm olim, in fin. de censib.*

de censib. gl. *in l. 1. §. editiones, in verbo, dic & consulem, circa fi. ff. de eden.* & ibid. Bar. Bald. Ang. Cast. Alex. & alij communiter
* *Doctores, de quibus per Osascum *in decis. Pedem.* 39. *n.* 23. vnde crederē quòd isto casu plena resultaret delicti probatio quoad condemnationem, nedum quoad torturā. Si autem instrumentum transactionis seu pacis producatur à fisco, transactióque seu pax sit facta in casu de iure non trāsigibili, & tunc, vt dixi, vera sit cōclusio affirmatiua, quòd ex ea resultet tacita delicti confessio non ad condemnandum, sed tantùm ad torquendum; & sic recipiet probationem in contrarium, ad gl. *in l. fi. ff. de præuar.* quam refert & sequitur Gabr. *d. concl.* 23 *n.* 9. *lib.* 7.

¶ LIMITA II. Hanc eandem conclusionem dictæ secundæ quæstionis procedere in transactione & pace sequuta, aliquo dato & recepto, & sic pretio interueniente: vnde secus in gratuita, ex qua etiā quid simus in crimine non trāsigibili, nec quoad condemnationem, nec quoad torturam vlla oritur probatio, confessio, seu indicium, secūd. Catald. *in tr. de synd. n.* 126. *vers. item an producens*, & tex. est *in d. l. nō damnatos, C. ex quib. cau. infam. irrog. d. l. in fisci causis, ff. de iure fisci*, sumendo ibi argumentum à contrario sensu, *l. furti*, §. *pactū, ff. de his, qui not. infam.* Bar. *in d. l. transigere, in* 2. *lec. col.* 2. & ibi Bald. *col. pen. vers. ex parte rei.* Salic. *col.* 9. *ver. quæro cum gl.* Ias. *col.* 6. *vers. tu aduerte, C. de transact.* Plo. *de in litem iur.* §. 54. *n.* 16. Nou. *in tr. de defen. n.* 116. Carrer. *in pract. in tract. de indic. & tortu. vers.* 11. *pag. mihi* 51. Brun. *de ind. dict.* 3. *q.* 1. *parti, n.* 27. Marsi. *in pr.* §. *diligēter, n.* 198. Gabriel. *lib.* 7. *de malef. d. concl.* 23. *n.* 10. Hercul. *in tr. de cautione, c.* 36. *n.* 25. Cæpol. *caut.* 158. *qui paciscitur, vers. sed si quis velit euitare*, Cass. *consil.* 58. *licèt pro parte, n.* 22. *vers. etsi reperiretur*, [Men. *de præsump. lib.* 1. *q.* 83. *n.* 83.] Octau. Vulpel. *cons.* 4. *n.* 4. *vol.* 1. vbi testatur
* de communi, *refert & sequitur Ioseph. Masc. *d. concl.* 500. *n.* 4. *& seq.* vbi hanc limitationem ampliat, etiam quòd quis dederit vel promiserit aliquid ei, in quem delicti culpa conferebatur, vt eum à culpa, ob quam in discrimen vocabatur, liberaret: secund. Cassan. *d. cons.* 58. *d. n.* 22. *eod. ver. & si reperiretur.*

21 ¶ LIMITA III.† Vt pariter nulla oriatur confessio seu probatio ex transactione seu etiam cōpositione, quādo expressè negaretur delictū, licèt curia illud prætēderet & assereret, cōpositionémq; reus supplicaret non ad euitandā criminis pœnam, sed ad se redimendum à vexationibus & sumptibus litis, prout regulariter supplicationes & cōpositiones fieri solent per eum, qui non vult supplicando & cōponendo fateri delictum: isto enim casu transigens & cōponens delictum non fatetur, etiam quòd simus in casu nō transigibili, *d. l. furti*, §. *pactus, ff. de his, qui not. infam.* Alex *in d. l. transigere, in fi.* & Ias. *n.* 20. *C. de trāsact.* Abb. *in c. cùm ab omni, col.* 2. *ver. in gl.* 1 *de vita & hō. cler.* Fel. *in c. dilectus, il* 1. *de fim.* Bart. *in l. is, qui reus, ff. de publ. iud. & in l. si reus paratus, ff. de procur. & in l. infamē, ff. de publ. iud. & in l. iusiurandū, & ad pecunias*, §. *ait Prætor, ff. de iur.* Paris de Put. *de synd. in verb. cōpositio, c.* 1. *n.* 2. Ghirlan. *in tr. de relax. carcer. tit. de pœn. compos. q.* 1. *n.* 3. *in diffinitione compositionis, & q.* 4. *n.* 1. *& n.* 3. Marl. *in pract.* §. *diligenter, n.* 178. Carrer. *in pr. d. ver. vndecimū indiciū, n.* 2. Plot. *de in litē iur. d.* §. 54 *n.* 16. vbi dicitur, quòd ita aliàs Nouariæ iudicatum fuit, Brun. de Idi. 1. *par. q.* 3. *n.* 28. Gram. *voto* 40. *n.* 16. Hercul. *de caut. c.* 38. *n.* 19. Blanc. *de ind. n.* 309. Cast. *cons.* 348. *in fi. vol.* 1. Gabr. *d. concl.* 23. *n.* 8. *lib.* 7. *decis. Ped.* 138. *n.* 15. *&* 16. Cæp. *caut.* 158. *vers. secunda est, quòd in transactione exprimitur, &c.* Ioan. Fab. *in d. l. transigere, circa fi. C. de transact.* Ioseph. Masc. *d. concl.* 500. *n.* 3.

22 ¶ LIMITA IV.† Quando non constaret de corpore delicti: tunc enim indistinctè, etiam quòd simus in casibus, in quibus de iure non est licita trāsactio, confessio inde resultans nec ad condemnandū, nec ad torquendum, nec ad inquirendum sufficit, secund. Lancell. Dec. *in d. l. trāsigere, col. pen. C. de transact.* refert & sequitur Gabr. *d. concl.* 23. *n.* 13. *li.* 7. & Brun. à Sole *in suo cons. cri. n.* 197. *& seq.* pro qua limitatione facit: nā sicut nisi constet de corpore delicti, cōfessio iudicialis & ore proprio expressa nullā facit probationē, vt suprà clarè dixi in hac eadē materia inquis. *in* 2. *q. amplia* 5. multò minùs facit tacita confessio ex transactione seu cōpositione resultans. Absurdum enim est, quòd tacitū plus operetur quàm expressum, ad tradita per Bal. *in l. si arrogatur, col.* 4. *ver. sed cōtra hæc opponitur, ff. de adop.* Abb. *in c. si diligēti, n.* 25. *de foro compet. & in c. dilecti, in* 3. *not. in fi. eo. ti.* Soci. *cons.* 51. *n.* 27. *lib.* 4. Alex. *cons.* 59. *col.* 5. *in* 3. *vol.* cum late cōgestis per Tiraq. *de leg. cōnub. gl.* 7. *pag. mihi* 486. *n.* 49 *& plurib. seqq.* vbi explicitè more suo hanc materiam pertractat.

¶ LIMITA V.† Vt prædicta procedant in pace sequuta, & 23
vt ita dicam, effectuata & perfecta. Sed quid si pax tantūmodò fuerit tractata per mediatores & cōmunes amicos, sed non fuit conclusa: an ex isto solo tractatu pacis oriatur indicium ad torturam: Blanch. *de indic. in n.* 307. dicit, quòd sic dummodo simus in casu, in quo de iure non licita est transactio, & reddit rationem; quia si ex perfectione & cōclusione pacis oritur plena confessio, vt ibi per eū, ideo ex tractatu debet oriri indicium, & Blanchum referendo sequi videtur Carrer. *in pr. in tr. de indic. & tortu. ver. trigesimum primum indicium, n.* 4. *in fin.* vbi subdit, quòd hæc Blanchi doctrina est bene notanda, quia solet multoties in facto contingere.

Ego horum opinionē ita simpliciter intellectā minimè verā puto: indistinctè enim credo, quòd in quocunque casu de iure trāsigibili, vel non, nunquā solus tractatus pacis, illa nō sequuta, indicium faciat ad torturam: & ad ita credendum mouēt me plures rationes. Et primò, quia tractare pacem cum offēso nihil aliud est, nisi veniam & remissionē offensionis petere: sed simplex & extraiudicialis petitio veniæ, & remissionis venia nō sequuta nullam inducit delicti confessionē, prout paulò infrà probabimus: & in istis terminis idem Carrer. sibi iudicio meo cōtrarius *ibid. n.* 3. ergo nec tractatus pacis. Secundò retorquendo in contrarium rationem Blanchi moueor: quia, vt suprà deduxi, ex simplici extraiudiciali trāsactione & pace perfecta & effectuata, licèt oriatur tacita confessio, illa tamen non sufficit ad condemnandum, sed tantummodo ad torquendū: ergo vbi pax nō est sequuta nec effectuata, nō potest ex illa cōfessio oriri, nec aliquod indicium. Tertiò fortiter pro hac mea opinione vrget; quia, vt modò videbimus in sequenti limitatione, ex perfecta & effectuata pace & transactione nulla oritur delicti cōfessio, quādo illa fuit recepta non ab offendēte, sed à tertio. Cur igitur debet facere indiciū, quādo est solū tractata per mediatores & cōmunes amicos, vt dicit Blanchus? Quartò dubiū non est, quòd pax aliquādo tractatur pro offendente ad cautelam & ad exculpationē: aliquando etiam ad remissionē veniæ pro offensa facta: & quādo pax ad cautelā & exculpationē est tractata & recepta, tūc nullum oritur indiciū, nec confessio, *vt dixi suprà, in secunda limitatione.* In dubio autē debemus potiùs præsumere illam ad cautelam & exculpationem esse receptā, quàm pro remissione offensæ, vbi præsertim pretium non interuenit, secūdùm Hercul. *de cautione, d. c.* 36. *n.* 25. & dixi *suprà, in prima limitatione.* Igitur si pretio non interueniente ex gratuita pace & trāsactione sequuta & effectuata nō oritur indicium ad torturam, quia illa præsumitur facta ad cautelā & exculpationē, multò minùs debet oriri ex simplici tractatu pacis pace nō sequuta: & ita crederē esse puram veritatem [prout etiā post huius libri primā impressionem lætatus sum eiusdem opinionis reprobato Blācho fuisse doctissimum illum tempestatis nostrę Menoc. *in suo tractatu de præsumpt. lib.* 1. *q.* 89. *num* 86 vbi propterea, vt ex hoc tractatu indicium ad torturam oriatur, alia requirit adminicula.] tamē posset dici, quòd iste simplex tractatus facit indicium ad inquirendū, quod est minus quàm ad torturam.

¶ LIMITA VI.† quando pax fuit recepta à tertia perso- 24
na, & non ab eo, cū quo fit pax: tunc enim si iste tertius nō habet mandatum ad faciendā pacē, nulla inducitur ex huiusmodi pacis trāsactione seu compositione delicti cōfessio, secūd. Gram. qui ita Curiā Neap. iudicasse testatur, *voto* 40 *in fine*, quē refert, & sub dubio per verbū *fortè*, sequi videtur Iul. Clar. *in pr.* §. 27. *d. q.* 21. *ver. pax, in fi.* Plot. *de in lit. iur. d.* §. 54. *n.* 16. vbi idem si Notarius nomine illius, cum quo fit pax, pacē stipulatus fuerit, de quo etiam per Boss. *in tit. de remed. ex sola clem. Prin. num.* 30. *in fine.* Idem & multò magis procedit, si vel tertius vel Notarius nemine in specie nominato, pacem stipulatus fuerit & receperit nomine omnium, quorum interest, & qui offenderint, secundum

cundùm Plot.*d.n.*16.Marsil.*in pr.§.diligenter,d.n.*178.Clar. *d.q.*27.*vers.pax.& q.*58.*vers.dictum est.* Et non solùm prædicta locum habent in pace & transactione gratuita,sed etiã si aliquid datum, vel receptum fuit : adhuc enim ista datio, seu promissio pecuniarum per tertium facta non nocet illi, cuius nomine est recepta pax,vt tradunt Cass.*cons.*58.*col.*4. *vers.etsi repetitur*,Gram.*d. voto* 40.*n.*16.Carrer.*in pr.in vers.* 31.*Indicium,&c.pag.mihi* 55.*à tergo,n.*2.Gabr.*dicta concl.*23. *n.*11.*lib.*7.

¶ Svblimitando hanc sextam limitationem aduerte, quòd licèt Doctores simpliciter & indistinctè in hac limitatione loquantur : ego tamen illam tunc demum procedere & locum habere crederem, quando illud pacis, transactionis, seu compositionis instrumentum fiscus ex se produceret.At si ille,cum quo fuit facta pax & transactio,illud produceret, eóque vti vellet;tũc videtur ratificasse omnia eius nomine stipulata,promissa,seu data; & per consequẽs producens & vtens illa transactione, tacitè dicetur fateri omnia in eo contenta, vt suprà dixi ante primam limitationẽ; & per consequens si pax seu transactio esset facta pretio interueniente, & in casu de iure non transigibili, crederem quòd produceret indicium ad torturam,etiamsi fuerit stipulata & recepta à tertio, seu Notario sub generali nomine offendentium,& eorum, quorum interest.

25 ¶ Limita VII. In supplicante veniam seu gratiam petente,qui ex hac sola supplicatione & petitione veniæ seu gratiæ requisitione,nõ dicitur fateri delictũ, Rom.*in l.*1.§. *nunciatio,n.*3.*ver.circa primũ*,& ibi Alex.*n.*7.*vers.& qui petit veniã,ff.de noui oper.nuncia.*idẽ Alex.*in l.decẽ,n.*33.vbi etiam Ias.*n.*50.*ff.de verb.oblig.*iterũ Alex.*in cons.*70.*n.*10.*vers.* Nec etiam obstat,*vol.*1.Fel.*in c.literis,n.*19.*vers.Adde tamen quòd petens veniam.& c.de præsumptio.*Guido Papæ *q.*495.*incipiẽte,illi qui se*,Boss.*in tit.de remediis ex sola clementia Principis, n.*29.*ver.& an qui petit gratiam*, Menoc.*de arbit.q. lib.*1.*q.*8. *n.*37 quos omnes referendo sequitur Iosephus Mascardus post hæc scripta visus *de probat.lib.*1.*concluf.*501,*n.*1.& est glo.*in cap.exhibita,in verbo,veniam,de homicid.*quæ quidem glo.licèt ad id communiter à Doctoribus allegetur, id tamen, ad quod allegatur, secũdùm aliquos minimè probat, quia vt inter alios considerauit Couarr. *in Comment.in const. alma mater,par.*1.§.12.*n.*1.*vers. quicquid autem sit in hac controuersia*,loquitur in petente veniam ad cautelam, quo quidem casu manifestum est supplicantem ad cautelam non fateri delictum,vt infrà dicam.

Quid autem de simpliciter supplicante & veniam petẽte hoc non dicit,immò prout etiam considerauit Blãc *de ind. n.*308.ideo ex supplicatione,de qua *in d.c.exhibita*,nõ inducitur delicti confessio;quia iam præsupponitur *in tex.* nullũ fuisse per illum Clericum supplicantẽ commissum delictũ, cùm non percusserit eum qui obierat ex negligentia & imperitia Medici.Ideo non est mirum, si per supplicationem vel petitionem veniæ confessio delicti ibi non inducitur, quia iam constat de non delicto.Ergo sec.videt. vbi de non delict.non cõstat,& multò magis quãdo in supplic.narratur tale fact.ex quo delictum resultat, tũc enim confessionem in supplicatione factam confitenti præiudicare.& ex ea delictum probari per tex.*in l.cùm precũ, C.de liberal. caus.* cum aliis congestis per Gab. *in tit.de conf.concl.*4.voluit Rota coram R.Por.Giptio *in vna Militen.Abbatiæ,Lunæ* 27. *Aprilis* 1592.de qua etiam *infr.in fine huius quæstionis*,mẽtionem facio,& in qua bene hæc conclusio comprobatur. Et potissimùm secundùm eandem Rotam procedit,quãdo talis supplicatio fuisset per supplicantẽ in actis producta:tunc enim eo minùs potest contenta & narrata in d. supplicatione impugnare secundùm Lapum *alleg.n.*119.*n.*3.Afflict.*decis.*25. *in fin.*Aym.*cons.*80.*n.*6.& aliàs eadem Rota resoluit *in vna Cæsaraugustana status de Morata*, prout in eadem decisione coram R.Por.Giptio asseretur *in vers.*2.*ex productione.*

Verùm quia præmissis non obstantibus Gig.*in tr. de crim. læsæ maiest.li.*2.*ti.quom.& per quos crim.læsæ maiest.prob.q.*23. *n.*4.& 5.optimè soluendo intellectum communem illius glossæ facit conclusionem,quòd petens veniam regulariter non fatetur delictum.Hoc autem semper verum non esse dubium nõ est, idcirco pro solutione præmissorum clariùs distinguas in hunc modũ:Aut quis supplicat in casu à iure transigibili,aut in non transigibili:si in casu transigibili, & tunc nulli dubium,quòd veniam petens seu supplicans delictum non fatetur.Ita Blanc.*de ind.n.*308.*in fine, ver.in hoc casu distinguerẽ.*Si enim isto casu per compositionem non oritur delicti confessio,vt suprà dixi,multò minùs orietur ex simplici supplicatione.

Si verò quis supplicat in casu de iure non transigibili,& tunc iterũ distinguas:aut supplicatio & petitio veniæ est iudicialis & solẽnis, aut extraiudicialis:primo casu plenè probat delictum,nisi expressè dicatur,quòd ea petitur benignitate,vel ad cautelam,vel ad se eximendũ à molestiis, & iis similia referat Ioan.And.Host.But.Card.Abb.& Ioa. de Anan.*in d.c.exhibita*,quos refert & sequitur Blan.*d.num.* 308.Carrer.*in prac.in tr.de ind.& tort.vers.*31.*indiciũ. n.*3.*p. mihi* 55.*à terg.*Bonacos.qui & alios allegat,*in com.opin.ver. veniã petens part.*1.*pag.*183.*à tergo,in* 1.*col.*Ios.Masc.*d.concl.* 501.*n.*2.Gigas.*de cr.læsæ maiest.d.q.*23.*li.*2.*ti.quõ. & per quos cr.læsæ maiest.prob.n.*36.*& seqq.* Et voluit Rota corã R.P.D. Giptio *in decisione circa particulam,retuli infr. in fine huius q.*

¶ Secundo verò casu,quãdo scilicet quis supplicat & petit veniam extraiudicialiter, & tunc minimè delictũ fatetur, nec ex tali supplicatione potest aliquod oriri indiciũ: quia in dubio quis cẽsetur petere veniam & gratiã potiùs ad cautelã,quàm quòd verè delictũ cõmiserit,Rom. *in l.*1. *in prin.in* 2.*no.ff.de noui ope.n.*& ibi Alex.*col.*3.Ias.post eũd. Alex.*in l.decẽ,n.*50.*ff.de ver.obl.*Fel.*in c.literas, col.*4.*n.*19.*de præsump.*Alex.*cons.*70.*col.*4.*n.*10.*vers.nec etiã obstat, vol.primo*,vbi etiam post Ang.*in l.fi.ff.de prætor.stipul.*dicit,quòd si Iudex supplicanti gratiam non cõcedat,debet eũ in priori statu reponere:qui enim gratiæ & clementiæ Principis se submittit,iuri suo renũciare nõ videtur, Franc.Marc.*decis.* 389.*n.*2.2.*par.*immò secundũ Afflict.*in c.*1.§.*naturales,in* 4. *not.si de feudo fue.controu.inter domin. & agnat.* nõ potest Iudex impetrare indulgentiam à Principe, & deinde reo dicere,Fatearis priùs delictũ, aliàs nolo vt indulgẽtia Principis vti possis Et ita quòd ex supplicatione extraiudiciali nõ inducatur tacita delicti cõfessio,tradũt præter alios, Abb. Host.& Ioan.de Anan.*in d.c.exhibita*, Carr. *vbi sup.in d.n.*3. Mars.*in pr.*§.*diligenter,n.*180.Cæp.*cons.cr.*21.*n.*11. Gabr.*d. concl.*23.*n.*15.16.17.Gig.*de cr.læsæ mai.dicta q.*23.*n.*4.Osasc. *d.dec.Pedẽ.*138.*n.*16.Boss.*in ti.de remed.ex sola clem.Princ.n.* 29.Couarr.*d.*§.12.*n.*1.Alciat.*cõs.*108.*n.*10. *& seq.lib.*5.& est cõis,*vt per Suar.*cõm.in opin.ver.veniã,n.*48.*& seq.* cũ aliis * per Bonacoss.*vbi sup.*& sequitur Ios.Masc.*d.cõcl.*501.*n.*3.& 4.vbi reddit rationẽ,quia scilicet bonarum mentiũ est timere peccatum, etiam vbi nõ est,*c.ad eius,*5.*d.c.consilium,* §.*cùm autem,de obseru.ieiu.cle.exiui.*§.*verùm quia,de verb.sign.*

¶ Sed † An petẽs absolutionem ab excõmunicatione, 26 dicatur tacitè fateri se excõmunicatum?Videtur quòd sic: sicuti senserũt gl.*in c.venerabilẽ,super verbo,postulauit*, & ibi etiã Host.*ext.de elect.*Bar.*in l.decẽ.ff.de verb.obl.*Inno.*in c.per tuas,de sent.excom.* Ioa.de Amic. *cons.*18.*n.*10. Spec.*in ti. de prob.*§. *videndum, ver.sed nunquid probatur*, Mil. *in repert.in verbo,excomm.probatur.*Rim.sen.*cons.*289.*n.*41.*& seqq.vol.*2. & est cõmunis,*vt per Albam *in cõs.*34.*n.*5. priuatio enim præsupponit habitum,*d.l.decem,ff.de ver.oblig.c.ad dissoluendum,de despon. impub.* item venia præsupponit culpam, *l.si ideo,C.de his,quib.vt indign.c.verum,*8.*dist.* cum aliis concor. adductis in proposito pro hac affirmatiua opinione per Ioseph.Mascar.*in d.tract.de prob.lib.*1.*concl.*13.*num.*1.*& sequentibus.*

Contrarium,quòd absolutionem petens ab excommunicatione non dicatur se fateri excommunicatum,voluerunt D.Rota *in dec.*146.*aliàs* 11.*Nota quòd cõtra,ti.de sẽt.excõ.in antiquis,& in dec.*5.*aliàs* 330.*Nota quòd vbi aliquis obiectus, ti.de excep.pariter in antiq.& dec.*400.*aliàs* 8.*Si quis petit absolui,de sent.excomm.in nouis*,Bisegnet.*dec.*2.*ti.de prob.*Archi. *in c.pia,*§.1.& ibi etiam Phil.Frã.*de except.in* 6.*& in c. testimoniũ,col.*5.*ver.*4.*cõcl.ext.de test.*Card.*in repet.c.perpendimus, col.fin.de sent.excõm.*idem Franc.*in c.licèt,col.penult.ver.secundò aduerte,de senten.excommun.in* 6.Spec.*in ti.de probat.*§ *fin. ver.sed nunquid.*gl.*in c.sacram.in verbo,compellatur, in fine, de senten.excomm.*Ioa.Andr.Ant.de Butr.& Abb. *in c. exhibita, de homicid.*Blanc.*de indic.in verbo,fuga, post num.*305.*versic. petitio veniæ*,Dec.*in ca.in præsentia,in* 3.*not.ab. ext. de probat.*

& in

& in consil. 321. in causa, quæ Alexandriæ agitatur, n. 7. & in c. prudentiam, § sexta, n. 36. 40. & seq. de offi. delega. Ias. *in d.l. decem, n. 51. vers. vltimo. pro ista parte, ff. de verb. obli.* Quorum dicta optimè deducit, & summatim recensèt idem Iosephus Mascard. *dicta concluf. 13. num. 4. & sequentib. libro 1.* & latiùs *concluf. 700 num. 1. & seqq. lib. 2.* vbi respondet rationibus contrariis, & pro hac negatiua opinione, quam ipse com-
* munem * pariter dicit, alias adducit rationes, aliáque fundamenta.

Pro concordia distingue sic: Aut agitur de paruo præiudicio, aut de magno. Primo casu per petitionem absolutionis dicitur probata excommunicatio saltem præsumptiuè: quæ præsumptiua probatio sufficit in his, quæ sunt modici præiudicij, vt declarat Dec. post Abb. *in d.c. prudentiam, § sexta, n. 36. & seq. de offic. deleg.* Rota *decis. 8. de except. in nouis,* & Rō. *in consi. 349. dum quæritur,* per tex. *in d.c. licèt, de sent. excom. in 6.* Secundo verò casu, quando scilicet agitur de magno præiudicio: & tunc si petitio absolutionis est facta iudicialiter & solenniter: sine dubio ex ea resultat tacita confessio excommunicationis: secus si absolutio petatur extraiudicialiter, non solenniter, siue ad cautelam cum protestatione propter humilitatem, & aliàs, vt per Ioseph. Mascar. *d. conclu. 13. n. 8. & seq.* vbi bene comprobat hanc distinctionem, & concordantes adducit: & faciunt in simili suprà tradita, *n. 25. vers. si verò quis supplicat, & seq.* Et rursus pro solutione & concordia placuit in proposito hìc inserere partem decisionis Rotæ aliàs factæ coram Giptio in vna Militen. Abbatiæ Lunæ 27. Aprilis 1592. in qua sic dicitur: *Nec ad rem pertinet quòd petēs absolutionem se ligatum fateri non videatur,* Specul. *de proba. §. 3. n. 24. vers. sed nunquid Abb. in c. dilectus, n. 39. circa med. de ordin. cogn.* quoniam id posset procedere, si ad cautelam absolutio petita fuisset, *vt in c. solet, de sent. excom. lib. 6.* & in istis terminis prædicti Doctores loquuntur: secus verò, vbi factum narratur ex quo resultat tale delictum, quod dispensatione indiget, *c. venerabilem, & ibi gl. in verbo, postulauit, de elect.* Abb. *in c. exhibita, vbi gl pen. de homic. volunt.* quam singularem dixit Alex. *in l. 1. in 2. not ab. de nou. oper. nuncia.* & tradunt Scribentes *in l. decem, de verbor. oblig.* cum aliis citatis. Et fuit in vna Cæsaraugustana Status de Morata coram bo.me. Bubalo, de anno 1586.

ARGVMENTVM.

Gratia à Principe delinquentibus concessa, quando valeat, & seruanda sit.

SVMMARIVM.

Gratiam habens non potest de complicibus interrogari, numero 1. in fine.
Gratia delicti à Principe concessa, seruanda est, n. 1.
Gratiam habens, ampliùs molestari non potest, num. 1.
Gratia habita à bannito, impedit exequutionem sententiæ, num. 1. in fine.
Bannito alleganti gratiam, debet dari terminus ad illam producendam, n. 1. in fine.
Princeps superiorem non recognoscens absque dubio habet facultatem aggratiandi, n. 2.
Gratia à Baronibus & feudatariis facta non valet, n. 2.
Limita primò, quoad bona delinquentis & pœnas ad eos spectantes, n. 2. Secundò, quia de facto contrarium, n. 2. Tertiò, quando expressam habent aggratiandi facultatem, n. 3.
Gratiandi facultas non dicitur concessa per regalium concessionem, n. 4.
Item nec per concessionem meri & mixti Imperij, n. 5.
Item nec per omnimodam, & perpetuam administrationem, n. 6.
Sed quid si feudatarius creatur dux, Marchio, vel comes, n. 7.
Gratiandi facultas non transit ad successorem, n. 8. An illa possit præscribi, num. 9.
Iudices non possunt bannitos aggratiare, num. 10. & seqq.
Amplia etiam quòd Iudici constet de innocentia ipsius banniti, n. 12. Item quod sit bannitus ex causa ciuili, n. 11. Item quod nec potest famam restituere, d. n. 12.
Limita primò, nisi haberent expressam aggratiandi facultatē, n. 13. Secundò, nisi bannitos remitterent ex magna causa, n. 14.
Index, qui innocentem condemnauit, si postea constet de vero delinquente, non potest suam sententiam reuocare, n. 12.
Gratia homicidij deliberati facta a Principe non valet, n. 15. & seq.
Homicidij pœna de iure diuino est mortis, n. 16.
Papa quādo possit tollere, seu declarare ius diuinum, n. 17. & 23.
Gratia delicti & damnorum non valet parte non concordata, n. 18. Amplia, quia Princeps aliter faciendo peccat mortaliter, n. 19. Amplia de generali consuetudine, n. 20.
Limita in delictis, in quibus non requiritur partium consensus, n. 1. vbi etiam quæ sint ista delicta.
Limita in gratia facta ex causa, & pro bono pacis, n. 22. & sequentibus.
Sed an Principi asserenti causam credatur, n. 26.
Gratia etiam quòd nulla sit, captus tamen cum ea est relaxandus, n. 27.
Restitutus ex gratia an recuperet beneficia alteri collata, n. 28. vers. Et in specie, & an recuperet pensiones, vide ibid. d. n. 28. in fine, ver. Sed an clericus.
Gratia non trahitur ad bona confiscata, n. 28.
Præsertim quando Princeps est solitus illa reseruare, n. 31.
Limita in gratia concessa ob iniquitatem condemnationis, n. 29.
Limita secundò in gratia facta ante sententiam, n. 30. Tertiò, quando bannitus est in integrum restitutus, n. 32.
Sed per quæ verba dicatur in integrum restitutus ad effectum, vt bona censeantur restituta, vide d. n. 31. per totum.
Limita quartò, quando Princeps fecit plenariam gratiam, quia tunc censetur etiam restituisse bona, n. 28. vers. Limita primò, *&c.*
Gratia delicti non trahitur ad bona alienata, n. 33. Amplia etiam in gratia facta motu proprio, n. 33. Item in gratia cōcessa ob nullitatem banni, n. 34. Etiam quòd in gratia dicatur, non obstante quacunque condemnatione, qua pro non facta habeatur, n. 35. Item quoad feudalia bona emphyteutica, fideicommissaria, maioratus, hereditaria, & similia, n. 36 & 37.
Limita in gratia plenaria, n. 38. Item si sit dictum, in omnibus, & per omnia, *n. 39. Item si sit dictum,* quòd nihil opponi possit, *n. 40. & quid si fuerit dictum,* liberam gratiam facimus, *n. 39. in fine. Item, si expressè facta mentio fuerit de bonis alienatis, n. 41. & 42.* vbi etiam *idem si tacitè. Item limita si aliàs gratia, & restitutio nihil operaretur, & frustratoria redderetur, n. 41. in fine.*
Vbi declaratur, dummodo fiat ex causa, aliàs secus.
Gratia quando trahitur ad bona alienata, fiscus tenetur de euictione, n. 33. vers. Verùm, ni fallor.
Gratia quando non extenditur ad bona alienata, fiscus tenetur aggratiato restituere pretium, n. 43.
Gratia quando extendatur ad fructus bonorum confiscatorum, n. 44.
Gratia delicti an trahatur ad restitutionem famæ & honoris, n. 45.
Famam restituendi potestatem, qui habeant, & qui non, num. 45. An quilibet.
Infamia facti non potest delinquenti ab aliquo supremo Principe auferri, d. n. 45. vers. Et in proposito.
Per quæ verba Princeps dicatur concessisse simplicem indulgentiam, & per quæ alia gratiosam in integrum restitutionem, d. n. 45. vers. Et quia.
Gratia subreptitia non valet, n. 46.
Subreptitia autem dicitur, si non sunt expressæ qualitates grauantes, n. 47. Quod limita, vt n. 48.
Gratia dicitur subreptitia, si non fit mentio de aliis delictis, n. 49. & 50. vbi hoc limitatur quatuor modis.
Gratia seu abolitio generalis delinquentibus facta valet, n. 51.
Quæ tamen non trahitur ad crimina enormissima, n. 52. Declara, vt n. 61.
Item nec ad assassinium, n. 53. & n. 61. vbi declaratur.
Item nec ad crimen falsi, n. 54. & n. 61. vbi declaratur.
Item nec ad crimen læsæ maiestatis, n. 55. declara, vt in n. 61.
Item nec ad delicta à Iudice in officio commissa, n. 56. & 61.
Item nec ad delicta futura, n. 57. declara, vt n. 61.
Item nec ad delicta commissa sub spe futuræ gratiæ, n. 57.
Item nec ad delicta liquida notoria, n. 58. & 61.
Item nec ad carceratos, n. 59. Declara, vt n. 61.
Item nec ad accusationes nondum institutas, n. 60. & 61.

QVÆ

QVÆSTIO VI.

1 INQVISITIO† formari non potest nedum contra illum, qui per absolutionem seu compositionē a Iudice liberatus fuit, vt modò proximè dixi 4.& 5.q. sed nec etiam contra eum, qui à Principe de delicto perpetrato gratiā reportauit, prout pariter dixi *in* 1.q.*in* 6.*requisito*, *n.* 52. vbi supposita m conclusionem latiùs modò reassumendo & declarādo, essent in primis aliqua faciliori cognitione terminorū, & eorum quæ infrà dicentur præmittenda: de quibus cum latè & distinctè discussum viderim per D. Oddum Perus. in suo illo luculentissimo trac *de rest. in integ.* post hæc scripta viso, *in* 2.*li.q.* 91. & *seqq.* vbi multū bene materiā propositæ q. pertractat: ideo ad ibi per eum tradita amicū lectorē, qui plura alia quā quæ hic scripsero, & ad saturitatem perquirere voluerit, remittēdo facio regulam, quòd Gratia Principis delinquēti concessa seruari debet: & propterea semel à Principe de aliquo delicto aggratiatus, nō potest ampliùs super eodem inquiri & molestari ab aliquo Iudice, tex. est, * vbi notant* omnes *in l.* 1.& *per totum*, *C. de sent. pass. l. fi. C. de gener. abol. l.* 1. §. *de qua autem*, *ff. de postul.* gl. *in l.* 2. *in ver. concedi*, *C. de in ius voc.* & *in c. de his*, *extr. de acc.* & *in c. ex tua*, *de fil. presb.* Pau. Meren. *cons. cr. diu.* 90. *n.* 2. *vol.* 2. Carr. *in prac. in tr. de homic. vers.* 29. *excusatur*, & *c. n.* 1. Ang. *de malef. ver. necnon ad querelam*, *n.* 75. *vers. quæro*, *an abolitione*, & *c.* Plac. *in epi. del. lib.* 1. *c.* 38. *n.* 2. & *seqq.* Ant. Gomez. *de del. ti. de tort. reor. n.* 38. * de communi* testantur Par. *cons.* 1. *n.* 1. *li.* 4. Dec. *cons.* 137. *col.* 2. Couar. *var. res. li.* 2. *c.* 10. *n.* 2. Clar. *in prac. q.* 59. *in pr.* & *ver.* & *hæc quidem concl.* vbi secund. Patis. *d. cōs.* 1. *n.* 50. dicit Principem posse omnes pœnas nedum pecuniarias, sed etiam corporales remittere, etiam per sentētiam & condēnationem inflictas, ac etiā quòd talis sententia in rem trāsierit * iudicatā. Et ita omnes indifferenter* affirmare testatur, refert, & sequitur Eman. Soarez *in cō. opin. ver. Princeps*, *n.* 157. quos refert etiam & sequitur Flam. Cart. *in suo tr. de exeq. sē. capto bannito*, post hæc scripta viso, *c.* 3. *n.* 57. & *seq.* & *ibi. nu.* 64. & *seq.* vbi ex Mars. *in cons.* 55. & *cōs.* 97. *per tot.* quem allegat, dicit insuper, quòd quando bannitus captus ostendit gratiam à Principe obtētam, debet audiri & sententię exequutionē impedit: imò si solùm gratiam allegaret, & Iudex absque eo quòd tempus concederet ad producendum allegatam gratiam, procederet ad exequutionē sententiæ, si de gratia postea appareret, nō effugeret pœnam saltē extraordinariam Iudicis arbitrio, *vt ibi n.* 71. [Burs. *cōs.* 177. *n.* 1. *li.* 2. Ant. Thes. *dec. Ped.* 21. *n.* 1. Baiar. ad Clar. *in pr. q.* 21. *n.* 26. vbi dixit in tātum verum esse gratiatum à Principe non posse ampliùs molestari, vt nec etiā possit tanquam testis de aliis interrogari, ex Dec. quē allegat, *in cōs.* 137. *n.* 12. & 14. Nisi forsā fuerit quis gratiatus cū cōditione, vt delictū reuelet: quia tūc nō obstāte gratia potest torqueri, vt faciat indiciū contra socios ex Par. de Put. & Fran. *in locis per eum relatis.*

2 ¶ QVÆRO I. Hac regula† firma stante & pro illius declaratione, quænā personæ habeant aggratiandi facultatē? Ad quam materiam, si vltra hìc exposita exoptaueris alia, adeas D. Odd. *in loc. sup. cit. q.* 92. *per tot.* & antequam ad particulares, quas proposito proposui facere conclusiones, de- * ueniam: præmitto in primis illud, in quo omnes* conueniunt, & nemo contradicit, quòd sc. Principes superiorem nō recognoscentes absque dubio habēt potestatem aggratiādi, vt per Affl. *in tit. quæ sint reg. n.* 13. & *seqq.* Quorū enim maiestas immediatè offensa est, immediatè quoque iniuriā & offensā remittere possūt, & in hoc, vt dixi, nemo est, qui contrarium attentet, vt testatur idem D. Oddus, *d. q.* 92. *art.* 2. *n.* 12. vbi ampliùs, *n.* 15. & *seqq.* ex Bal. *in c. cùm in te*, *n.* 4. *de re iud.* quod nec Papa potest aggratiare laicum in territorio immediato istorum Principum superiorum? Sed quid iuris in Principibus, seu aliis recognoscentibus superiorem? Facias infrascriptas conclusiones.

PRIMA sit conclusio, quòd ex quo facultas indulgendi delicta, & gratias concedendi, ac etiam bannitos restituendi solo Principi supremo Imperialia, & regalia iura habenti reseruata est, *l. relegati*, & *l. ad bestias*, §. *ex prouincia*, *ff. de pœnis*, *l.* 2. *C. de bon. dam.* cum aliis nouissimè scriptis per Pereg. post hæc scripta habitum, *in suo tr. de priu. fisci*, *li.* 5. *tit.* 2. *n.* 1. & *seqq.* & per Ant. Thesaur. *decis. Pedem.* 21. *in princ.* id- circo] Barones, Comites, feudatarij & alij inferiores à Principe superiorem cognoscentes nullam habent aggratiandi facultatem in delictis capitalibus quoad pœnam corporalem: quia illa apud solum Principē residet: licèt secus sit quoad bona, & pœnas, quæ eis applicantur, quas remittere & condonare non prohibentur, Bal. *in l. relegati*, per illū tex. *ff. de pœn.* Bart. *in l. acta.* §. *amplianda*, *ff. de re iud.* & *in l.* 1. §. *eu qui*, *ff. de q.* & *in l. infamem*, *col. fi. ff. de pub. iud.* & *in l. si quis vltro*, *n.* 2. *ff. de q.* Salic. *in l. cùm indulgentia*, *C. de sent. pæs.* Iac. de S. Georg. *in sua inuestitu. fundi*, *in vers.* & *cum mero* & *misto imperio*, *col.* 2. *vers. sed an inuestitus*, & *ibi in verbo*, *Princeps*, *vers. quarta specialitas*, & *vers. decima septima specialitas*, Affl. *in c.* 1. *col.* 2. *vers.* 7. & *vers.* 8. & 43. *quæ sint regalia*, Martin. Lauden. *in tr. de Principe*, *vers.* 219. Fel. *in c. quæ in Ecclesiarum*, *n.* 23. & *seqq. de constit.* & *in c. cum te*, *n.* 14. & 15. *de re iud.* Bos. *in tit. de Principe*, *n.* 227. Alba. *cons.* 64. *n.* 14. Aldobr. *in* §. *masculi*, *n.* 18. *Inst. de curat.* Isern. *in tit. de vass. decrep. ætat. n.* 2. *vers. idem si.* Gabr. Saray. *in add. ad Matthes. in sing.* 43. *n.* 8. Rolā. *cons.* 4. *n.* 51. & *seqq. vol.* 3. latè Osasc. *dec. Pedem.* 101. *n.* 1. & *seqq.* vbi *n.* 4. huius cōclusionis reddendo rationem dicit, quòd remittere peccata, est supra legem, *vt in Euāg. Matth. c.* 10. *Marc. ca.* 1. *Luc. cap.* 5. Remitteréq; pœnas, est quid contra legem & naturam, Innoc. *in c. cùm P. Tabellio*, *n.* 2. *de fide instrumen.* sed à legibus solus supremus Princeps, vel qui supremi iura obtinet, solutus est, *l. Princeps*, *ff. de leg.* *l. digna vox*, *C. eodem.* ergo solus Princeps, nō autem inferior potest pœnas remittere & gratias facere. Et licèt Felin. *in cap.* 1. *de rescrip.* quem sequutus est Bos. *in tit. de Principe*, *n.* 287. *tit. de pœn. n.* 26. *tit. de regaliis*, *n.* 19. dixerit feudatarios & inferiores à Principe posse contra ius commune statuere: horum tamē opinio communiter* reprobatur, teste Rol. * *d. cons.* 4. *n.* 31. & 36. *vol.* 3. & licèt etiam Bald. *in l. seruos*, *C. ad leg. Iul. de vi publica*, & Iacob. de Beluiso *in prac. crim. in tit. de sentent. crimin. n.* 10 *in fine*, de facto, vel de consuetudine Barones contrarium seruare, & gratias facere testētur: [Ius autem faciendi gratias, & indulgendi posse consuetudine acquiri, pluribus demōstrat Osasc. *d. cons.* 66. *n.* 38. vbi multùm bene loquitur ad fauorem Baronum facientium istas gratias.] Ego tamen nunquam de tali obseruantia, [nisi iuxta tradita *inf. n.* 27. liberè confiderē per ea quę scripsit] Bos. *in ti. de remed. ex sola clem. Princ. n.* 51. vbi quendam feudatarij subditum cum gratia collo appensa suspensum vidisse pariter testatur. Et propterea nec in iudicando, nec in cōsulendo recedas ab hac firmata prima conclusione, quæ vt præfertur, communis* est, & testatur nouissimè D. Oddus * Perus. post hæc scripta visus *in d. tr. de rest. in integ. dict. q.* 92. *art.* 9. *n.* 90. & *seq. part.* 2. [& sequitur Peregrin. *de priuil. fisci*, *lib.* 5. *dict. tit.* 2. *n.* 7.]

¶ SECVNDA sit conclusio, † quòd aggratiandi facultas 3 residet etiam apud istos Barones & feudatarios, si illa in inuestitura ipsis concessa sit, secund. Bos. *in tit. de remed. ex sola cle. Prin. n.* 52. Clar. qui ita in Ducatu Mediolani seruari testatur, *in d. q.* 59. *ver.* & *hæc quidem conclusio*, Osasc. *d. decis. Ped.* 101. *n.* 3. [& *cons.* 66. *n.* 37. *in fi.*]

Verùm† cum talis facultas sit de reseruatis Principi, ideo 4 nisi expressè dicatur in generali concessione, concessa non dicitur. Et propterea per generalem Regalium cōcessionem adhuc non venit indulgendi facultas: quia nec per eam veniunt Principi reseruata, latè Luc. de Penna *in l. contra publicam*, *col.* 7. *C. de re milita. l.* 12. Afflic. *in ti. quæ sint regalia*, *in rub. u.* 68. Osac. *d. decis. Pedem.* 101. *n.* 3.

Item, nec per concessionem meri, & mixti imperij† ea- 5 dem indulgendi facultas concessa censetur per ea, quæ tradit Rolan. *in d. cons.* 40. *n.* 30. & *seqq. vol.* 4. vbi post Bal. *in l. omnes populi*, & ibi Ias. *in prima lect. in pen. col.* & *in* 2. *lect. col.* 3. Afflict. *in const. Regni*, *q.* 6. Alex. & Dec. *in l. ff. quod quisque iuris*. Rui. *cōs.* 109. *n.* 10. *vol.* 4. & *cōs.* 208. *n.* 3. *vol.* 1. & alios, quos allegat, cōcludendo tradit, quòd vassallus habens merum & mixtū imperium, non potest aliquid ordinare, nec statuere cōtra ius cōmune. Ergo nec pœnas remittere & aggratiare.

¶ Imò, quod plus est, † etiam quòd vassallo vltra merū & mixtum imperium sit concessa omnimoda & perpetua administratio, non tamē per hoc censetur concessa aggratiādi potestas: idq; suadetur duplici raōe. Prima affertur per Osas. *d. dec. Pedē.* 101. *n.* 5. vbi dicit, quòd vassallus inuestitus de me-

10 &

ro & mixto imperio vnà cum omnimoda iurisdictione, dicitur in se suscepisse iuris dicēdi & æquitatis statuēdæ necessitatē, gl. *in l.1. in verbo, potest*, vbi Bar. Bald. & alij. *de iur. omn. iud. l. numerū, §. iudicandi, ff. de mun. & hon.* Iuntque Iudices ordinarij ipsorum locorū, Inn. *in c. cæterùm, col. 2. ver. item ordinē iudiciariū*, vbi Abb. *n. 13. de ind.* Bar. *in l. si vnì, ver. quintò quæro, ff. de re iud.* cū aliis ibi per eū allegatis. Sed Iudices ordinarij non habent hanc indulgendi facultatē: ergo nec ipsi feudatarij. Secunda sumi potest ratio ex trad. per Rolā. *d. cons. 4. n. 41. lib. 3.* vbi concludit secund. Iac. de S. Georg. *in d. vers. & cū mero & mixto imperio, col. 3. ver. sed an ille.* & Purpur. *in l. imperiū, n. 75. ff. de iur. omn. Iud.* quod sub cōcessione meri & mixti imperij, & omnimodæ iurisdictionis, non dicitur concessa cognitio causarum appellationum, nisi expressè detur: ergo nec facultas aggratiandi: quia, vt considerauit Osasc. *d. decis. Pedem. 101. nu. 9.* si vassalli per talem concessionem haberent ius indulgendi per indirectum, vt tollerentur appellationes, quod esset contra regulam *l. si optio, ff. qui & a quib. manu. lib. non fiant, & l. si ex duob. ff. de neg. gest.*

7 Amplia hanc secundam conclusionem, † quòd si feudatarius inuestitus cum mero & mixto imperio, ac omnimoda & perpetua iurisdictione creatur etiā Dux, Marchio vel Comes, & tunc videtur quòd sine alia expressione cēseatur etiā eidē concessa facultas aggratiandi: quia, vt considerauit Rol. *d. cons. 4. n. 4.* eo ipso quòd quis creatur Marchio, non solùm Regalia, sed etiā alia quæ sunt Principi soli propter excellentiā reseruata, translata censentur, secūd. Iac. de S. Georg. *in d. inuestitura sui feudi, col. 1. vers. dubitatur*, & Boss. *in tit. de regal. n. 5.* nec dissentit D. Oddus Perusinus *in d. tract. de rest. in integ. lib. 2. q. 92. art. 2. n. 13. iuncto ar. 9. nu. 95.* inquiens, quòd licèt Reges Frāciæ, Lusitaniæ, Angliæ, Neapolis, ac vtriusque Siciliæ sint feudatarij Ecclesiæ: quia talia regna sunt feuda Ecclesiæ: & licèt rursus Ducès Vrbini, Parmæ, & alij similes recognoscant tanquam feudatarij in directos dominos Ecclesiam, vel Imperatorē: quia tamē in eorum regnis & ciuitatibus exercent Regiam potestatē ac iura Regalia, eorumq; subditi immediatè nō Ecclesiam aut Imperiū, sed ipsos reges & Principes in superiores recognoscunt: idcirco & aggratiādi, ac etiam, quod plus est, ad famam & honores restituendi potestatem tam vigore eorum facultatis, quàm ex vsu & consuetudine habent.

8 ¶ Limita † tamen hanc secūdam conclusionem, quòd facultas indulgendi concessa per Principem alicui feudatario, ligat tantummodo Principem concedentem, nō autem eius successorem, secundùm Osasc. *dicta decis. Pedem. 101. n. 12.* qui ad id allegat Bal. *in tit. de pace Const. in verbo, amplius*, Fel. *in c. 1. n. 5. de prob. & in c. ad audientiam, n. 5. de rescr.* Affl. *in tit. quæ sint regalia, in rub. n. 61.* Ruin. *cons. 91. n. 2. vol. 1.* qui vnanimiter dicunt Principem non posse in præiudicium successorum Regalia concedere.

9 ¶ Sed an † aggratiādi facultas possit aliquo tēpore præsertim ab istis feudatariis & inferioribus à Principe prescribi? vide, & semper recurre ad Osasc. *d. dec. Pedē. 101. n. 4. & omnibus seqq.* vbi exactissimè & ad saturitatem materiam explicat, ad quem te remitto; quia illius scripta transplantare nolui [itémque *in cons. 66. n. 38.*]

10 ¶ Tertia sit conclusio in proposita prima quæstione, † quòd Iudices ordinarij, nec bannitos remittere, nec gratiā delinquētibus facere possunt, & facta nihil valet, textus est expressus *in l. relegati, ff. pœ.* cuius verba sūt hęc: *Et nemo potest cōmeatū, remeatūve dare, nisi Imperator ex aliqua causa.* Ad idem etiā facit tex. *in l. 1. §. fin. ff. de q. l. fin. ff. de off. procur.* Cæs. idem Bar. *in l. centesimis, §. si. in fin. ff. de verb. oblig. & in l. ambitiosa, n. octauo, ff. de decret. ab ord. facic.* Salicet. *in l. cùm indulgentia, colum. pen. ver. ego distinguo, C. de sen. pas.* Par. de Put. *de synd. in tit. de potest. Iud. n. 4. vers. nec possunt*, Ant. Gom. *var. res. to. 3. de delic. tit. de exilio & relegatione, n. 4. ver. item adde*, vbi * de communi. * Osasc. *d. decis. Pedem. 101. n 6.* latè & pulchre Menoch. *in suo tr. de arb. quæst. q. 92.* vbi præsertim *nu. 6.* ampliando hunc conclusionem dicit, quòd bannitus non potest remitti à Iudice, etiam quòd sit bannitus ex causa ciuili, secundùm Aretin. *consil. 89. n. 3.* vbi etiam refert, quòd Iudex nedum nō potest bannitum remittere, sed nec etiā

11 famam restituere, quia hoc † solus Princeps facere potest, ex Bar. *in l. infamem, n. 13. ff. de pub. iu.* & Rub. *cons. 50. n. 1. & 2.* Et hanc tertiam conclusionem sicut suprà ampliatam esse indubitatam, & ab omnibus* sine scrupulo admitti, dixit D. Oddus Perus. *vbi sup. q. 92. art. 3. n. 20. lib. 2. & n. 22.* vbi etiam de bannito ex causa ciuili, *& artic. 7. n. 88. & seq.* vbi nec Prætor, nec ciuitatum Rectores, Gubernatores, ac Potestates, nec etiam Prouinciarum Præsides possunt bannitos ad famam restituere, *vt sup.* Concordat Bulla Pij IV. *in ordine 104.* de qua *in Bullario, 1. par. fol. 810.* vbi non solum Iudicibus, sed omnibus Officialibus & Gubernatoribus status ecclesiastici, etiam Legatis, ablata est facultas faciēdi gratias inquisitis aut condemnatis pro homicidio, nisi supplicationes sint manu Pontificis signatæ, & manu Datarij datæ. [Addo & Peregrin. post hæc scripta habitum, *in suo tract. de priuileg. fisci, li. 5. tit. 2. n. 3.*]

Ratio autem huius conclusionis in promptu sumitur ex vulgata illa regula, quòd Iudices ordinarij, prout eis iustum & legitimum videbitur, secundùm legem, virtutem decernere, innocentes absoluere, & delinquentes punire cogunturnon autem pœnas remittere & indulgentias concedere: quia ad hoc mandatum iurisdictionis non extenditur, *l. pœnam, C. de pœnis, c. irrefragabili, de off. ordin. l. præses, C. de transact. Auth. vt Iud sine quoquo suffr. §. eos autem, & §. quòd autē, in Aut. vt Iud. non expec. facr. iuss. & §. omnibus, in Aut. de Iudic.* Affl. *in tit. quæ sint regalia, in verbo, pœnarum, n. 17.* Et postquam Iudex banniuit, relegauit, seu aliam sententiando inflixit pœnam, dicitur functus officio suo, *l. posteaquam ff. de re iud. l. cùm quærebatur, eo. tit. l. Diui fratres, ff. de pœn.* vnde ex pòst facto non poterit suam sententiā tollere, mutare, nec in aliquo alterare, *l. 1. §. si quis vltrò, ff. de quæst.* vbi habetur, † 12 quòd si Iudex condemnauit aliquem ad mortem, & post sēntentiam constet de innocentia condemnati, non potest illū absoluere, & suam sententiam reuocare, nisi Principe consulto. Et hoc ibi notat & commendat Bat. Marsi. *num. 46.* & communiter* Doctores teste Ant. Gomez. *d. tit. de exilio, & relegatione, n. 4. in fi.* [*& in tit. de tort. reor. num. 33. ad fin. vers. aduertendum tamen*, vbi etiam de communi,] Salic. *in l. si ser. uerior, col. pen. C. ex quib. caus. infam. irrog.* Ang. *in l. qui de crimine, col. 2. ff. de accus.* Ruin. *cons. 25. num. 2. lib. 4.* & per istum textum *in proposita materia* dicunt Doctores, quòd Iudex non potest bannitum remittere, nec condemnato gratiam facere, etiam quòd sibi constet de eius innocētia, prout vltra Gomez *in loco sup. citato* tradit idem Osasc. *dict. decis. Pedem. 101. sub n. 8.* Iac. Menoc. *d. q. 93 n. 5.* D. Oddus Perus. *in d. tract. de rest. in integ. li. 2. q. 92. artic. 3. n. 21.* & dixi *infrà q. 11. n. 12. & 20.*

¶ Limita Hanc † tertiam conclusionem duobus modis, 13 secund. Menoch. *d. q. 93. n. 7. & 8.* & Primò, quòd possunt Iudices ordinarij gratias facere, & bannitos remittere, si hanc in specie habeant à Principe concessam facultatem, secund. Bar. *in d. l. ambitiosa, n. 7. vers. sciendum est ergo*, ibi, *nisi hoc sibi expressè promiserit populus, &c. ff. de decr. ab ord. facien.* Soc. sen. *cons. 83. n. 3. li. 4.*

¶ Limita II. †. Quòd possunt pariter Iudices ordinarij 14 bannitos rebannire & remittere, si id faciunt ex magna & legitima causa, vt quia is bannitus multos alios bannitos detexerit, ac causam apprehensionis eorum præstiterit, secund. Bar. *in dict. l. ambitiosa, n. 8. vers. sciendum est*, ibi, *ex causa tamē, &c.* per tex. *in l. non omnes, §. fin. ff. de re milit.* iunctis plenè traditis per Tiraq. *de pœn. tēper. an. causa 49.* & Plachum *in Epit. delict. li. 1. ca. 33. n. 2. & 3.* Nec dissentit D. Oddus Petus. *vbi sup. d. q. 92. art. 3. n. 25.* allegans etiam in id Illustr. D. Card. Alb. *in lucub. ad Bar. in l. si qua, n. 13. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.* Verùm de hac Iudicis remissione facta ex causa vidi in Vrbe Reueren. D. Gubernatorem, qui non solùm est Iudex ordinarius, sed ex facultatib. à Summo Pontifice concessis ferè liberum & absolutum in commutandis pœnis habet arbitrium: nunquam hos bannitos, qui alios detexerunt, & apprehendi fecerunt delinquentes, remittere solitum esse, nisi facto verbo cum Sanctissimo: qui quidem Sanctissimus sine difficultate talem concedit remissionem: & sic D. Gubernator isto casu gratiam facit de banno, de ordine Sanctissimi. Et ita crederem cautiùs consultum remisso & aggratiato.

¶ Qværo II. An † Princeps possit facere gratiam de ho- 15

micidio

micidio deliberatè cõmisso? Hanc quæstionem in specie ponit Io.Baptista Plot.*in cons.cr.diuer.73.nu.46. & omnibus seqq.vol.2.* vbi latissimè disputata materia, partè amplectitur negatiuã,cõcluditq; indistinctè, Principẽ etiã superiorem non recognoscẽtem,minimè posse de homicidiis deliberatis gratiã facere,vt videre est ibi,*in n.65.ver. cõcludo ergo quod Imperator,&c.* Homicidij enim pœna,inquit ipse, est de iure diuino,& tam ex veteri quã ex nouo Testamẽ-
16 to est mortis,vt legitur *in lib.Geneseos,c.2.* vbi Deus sic ait, *Quicunq; effuderit humanũ sanguinẽ,fundetur sanguis illius.* Et in Deut.c.19.dicitur: *Morietur,non miserebetur eius.* Et in Ex. *c.21.in c.Hæc sunt iudicia,&c. Qui percusserit hominem, volens occidere,morte moriatur.* Item, *Si quis per industriam occiderit proximum suum,& per insidias,ab altari meo euelles eũ, vt moriatur.* Et in Apocal.D.Ioan c.13.incip. *Et vidi de mari bestiã, Qui in gladio occiderit,oportet cũ gladio occidi.* Et in Euãg. *c.26.* secundũ Matth. *Omnes enim,qui acceperint gladium,gladio peribunt:* prout hæc & alia similia in proposito ad detestationẽ tanti criminis traduntur per Bernard. de Plot.*cõs. cr.diu.133.n.5.vol.in magnis,* Roland.*cons.12.nu.20. & seqq. vol.3.* Pr.Conrad.*pag.315.n.1. & seqq.* Placha *in Epit.delic. c.10.n.1. & seqq.vsque ad num.5.* vbi latissimè, & alibi sæpe Doct.

17 Sed sic est,†quòd Princeps humanus Deo inferior non potest tollere,aut mutare ius à Deo superiore factum, *c.cũ inferior, de maio. & obed.c.literas,de rest.spol.c.super eo,de vsur. c.quãto, de trãsl.Episl.ille,à quo,§.tẽpestiuũ,ff.ad Treb.l.nã & Magistratus,ff.de arb.* Ias *in l.1.n.48.C.de sum.Tri.& fid.cat.* Ergo non potest pro homicidio deliberato mortis pœnam,quæ, vt præfertur, est de iure diuino, remittere, aut gratiam facere.

¶ Vtrùm quia Principes de facto,vel(vt aiunt)de absoluta potestate,cui nemo resistere potest,contrariũ aliquando seruant,faciuntq;gratias nedũ pro homicidiis deliberatè, sed etiã per insidias & assassinamentum pecunia mediante commissis:immò & quod peius est,malo nostræ tẽpestatis facto,remittunt aliquando publicos latrones,& stratarum grassatores.Ideo vt scias,quãdo id fieri liceat,aut non,subnectam in hac negatiua conclusione, nonnullas ampliationes & limitationes, ex quibus clarè hanc quæstionem explicatam habebis.

18 Amplia igitur†hanc conclusionẽ huius secundæ quæstionis multò magis procedere parte non concordata:sine enim partis cõsensu Principẽ non posse gratias de delectis facere,præsertim de homicidiis deliberatis, & iure & ratione & author.probatur:offert se enim primò tex. *l.fallaciter,in ver.nisi fortè ille,qui passus est,suum consensũ ad petendũ abolitionem accõmodauerit,C.de abol.* vnde generaliter inferri potest,quòd criminum abolitio non debet cõcedi, vbi offensus non consensit abolitioni.Ratio est, quia Princeps nõ potest etiã de plenitudine potestatis, tollere ius tertij sine causa,*l.vẽditor,§.si cõstat.ff.co.prad.l. fi.C.si contra ius,vel*
* *vtil.pub.* & est cõmunis,* vt latè per Aym.*cõs.5.n.5.cõs.7.n. 10.cons.103.n.3.cons.135.n.20.cons.172 n.3.cõs.141.n.10.& seq.* cum plenè cumulatis per Men.*de arb.q.48. n.5.& seqq. li.1.* Rol.*cõs.3.vol.1.* Gabr.*in tit. de iure quæsito non toll.concl.1.* Sarm.*selec.interp.lib.1.c.8.n.20.* Sed partis offensæ interest, delinquẽtem puniri & condẽnari:primò in dãnis & interesse,quæ post mortẽ defũcti & occisi eius hæredibus debẽtur,& tradita *in l.liber homo,& in l.qua actione,* & vtrobique gl.& Doct.*ff.ad l. Aquil.* Secũdò in pœnã delicto cõuenientem homicidæ, est mortis, cùm offensi nedum reconpensationem & honoris quodãmodo restitutionẽ in pœna delinquentis accipiant, sed occisi hæredibus & coniunctis maximum est solatium videre homicidam via iuris debitã pœnam pati,*l.capitaliũ,§.famosos,ff.de pœn.* S.Th.de Aquin. *2.secundæ,q.67.art.4.inci.ad quartũ,vers.sed Princeps. & ver. nocet etiam personæ,cui illata est iniuria,in fin.* ergo non potest Princeps iniurias,delicta & dãna priuatorũ remittere parte non cõcordata,& ita senserũt Luc. de Pen.Paris de Put. And.de Iser & Gr.relati per Io.Bap.Plot.*d.cons.cr.diu.73.n. 51.& omn.seqq.* vbi latè & pulchrè hãc defendit opinionẽ, *vol.2.* & Ferran.Garg.*cons.cr.diu.126.n.107.vol.1.in magn.* nec dissentit Prosper Carauita *super ritu magnæ Cur.273.n. 2.* vbi post Luc.de Pen.Iser.Affl. Bal.Ang. & alios plures, quos alleg.cõcludit,Principẽ non posse in præiudiciũ partis offẽsæ delicta indulgere, nisi ex absoluta potestate hoc faceret,& ex causa:& quòd in dubio hac potestatis plenitudine nõ præsumatur principẽ vsũesse in cõcessione gratiæ,nisi expressè dixerit. [vt ibi per eum, quibus addo post hęc scripta habitũ,Ant.Thesaur.*decis.Pedẽ.21.n.3.in nouis.*]

Et licèt aliqui relati per Boss.quos & ipse sequitur,*in ti.de rem.ex sola cle.Prin.n.23.* distinguendo dixerint, quòd quãtùm ad interesse partis pecuniariũ, non licet Principi parte inuita illud remittere,sicuti nec pœnã parti applicandã: sed quoad interesse publicum & delicti pœnã, liceat Principi illã etiã inuita parte remittere & gratiã facere:à quib. nec dissentire videtur Par.de Put.*desynd.verbo,cõpositio,c.7. n.10.* Carr.*in pr.in tr.de hom.ver.29.excusatur,n.18.* Grã.*cons. 54.n.2.* & communem*dixit Ant.Gom. *ti.de tort.reor.n.39.* * *vers.3.& in specie,pag.mihi 386.col.2.* [& Bossium referendo sequitur Ant.Per. *de iur.fisci,l.5.ti.2.n.60.*] imò secundùm alios,possit Princeps nedum iniurias & delicta ac eorum pœnas,sed etiam singulariũ personarum damna & interesse absque earum consensu remittere, secundum cõmunem*Doct.opinionem,à qua nullus discrepat,teste Dec.*in* * *cons.520.n.5.* Pet.Bel.*de re mil.fol.130. n.20.* Menchaca *cõtrouer.Illust.c.4.n.11.* quos refert & sequitur Clar.*in prac.n. 59.vers.adde quòd,in princ.* & post eum Hier.Gabr.*cons.172. n.46.li.1.* Bonacos.*in commun.opin.1.part.verbo,gratia,seu remissio,prope finem.*

¶ Horũ tamen opinio sic simpliciter intellecta mihi nullo pacto satisfacit,per ea quæ modò suprà proximè dixi.Si enim esset vera,sequeretur quòd Princeps posset sine causa ius tertij tollere,quod est absurdum.Et tertij nõ solũ interest recuperare damna passa & interesse ob iniuriam illa- *
tam,sed etiam interest delinquentem puniri, vt suprà probaui ex authoritate D.Th.Ergo Princeps sine offensæ consensu nedum damna & interesse, sed nec dilecti pœnã remittere potest sine causa,& propterea aduertas, quòd iura & Doct.allegati per Boss.*sub d.n.23.* non probãt id,ad quod allegãtur,vt videre poteris apud Plot. *d.cons.cr.diu.73.n.55. & seq.lib.2.* Clar.autem *in d.ver.add.quòd,* Dec.& alij ibi per eum allegati non loquuntur simpliciter in qualibet remissione Principis:sed specialiter in ea quæ fit pro bono pacis: & sic cum causa,de qua tamen paulò infrà dicemus. At sine causa valere Principis gratiã non habito consensu partis,de eius ordinaria potestate dicendum minimè credo: quia tunc taliter facta gratia non solũ non valet *per supradicta,* sed Princeps illam†faciendo facit contra conscien- 19
tiam,peccat mortaliter;secund. D.Thom.*in 2.2.q.63.ar.4. vers.sed Princeps,* Par.de Put.*de synd.verbo,cõpositio,c.7.n.11.* Gram.*cons.34.n.1. & voto 35.n.9.* Carret. *in pr.in tract.de homic.vers.29.excusatur,n.18.* Ant.Gomez.*de delic. tit.de tortu. reor.n.38.* latè Plot.*d.cons.crim.73.n.53. & seqq.* Clar.*d.q.59. vers.adde quòd.*

¶ Et hinc est,†quòd hodie generali consuetudine nõ solẽt 20*
Principes huiusmodi gratias facere, aut delinquentes remittere,nisi parte concordata, prout testantur Gram.*dicto cons.34.n.15.* Boss.*in tit.de pace,in prin & in ti.de remed.ex sola clemen.Prin.n.24.42.48.49.& ibi n.26.* vbi dicitur, quòd prædicta consuetudo requirens pacem offensi in delictis, habet locum nõ solùm in offensionib. factis in personã,sed etiam in rebus,vt in furto,rapinis, & sim.& Boss. sequitur Clar.*in d.q.59.vers.Adde quòd,* Plot. *d.cons.cr.diuer.73.n.58.* vbi testatur de generali consuetudine*totius orbis,Clar.*in* *
d.ver.Adde quòd. vbi,quòd sẽper vidit seruari pro lege gratias sine partis remissione concessas non approbari per Senatum,[& per totã Italiam ita etiã seruari, testatur Burs. *cõs.177.n.19.* & pariter in Senatu Pedemontano hanc eandem vigere consuetudinẽ dixit Ant. Thesaur.*dec.Pedẽ.21. sub n.3.vers.contrarium aliqui defendebant.*]& in Vrbe nunquam memini,nec generaliter, nec particulariter Summũ Pontif.delictorũ gratias concessisse,nisi vel parte concordata, vel aggratiata,seruato exilio à loco delicti,& vbi offensus vel eius hæredes commorantur,donec pacem habuerit,iuxta disputationem Bullæ Pij IV.*in ord.80.& de qua in Bullar.1.par.fol.766.* quæ licèt in specie loquatur in gratiosis absolutoriis bannito concedendis,eo quia vel alium bãnitum occiderit, vel fuerit nominatus ab eo, qui illum occidit:

occidit:generaliter tamẽ in omnibus gratiis seruatur,[prout etiam apud eum in Senatu Pedemontano seruari dixit Ant. Thesaur.*dict.decis.Pedem.21.nu.3.ad fi.*]Immò plures adsunt Confraternitates,quæ quolibet anno ad mortis pœnã condemnatum,in honorem alicuius festiuitatis ex carceribus liberare possunt,ex eorũ particulari priuilegio , habita tamen pace,& non aliàs.Et etiam quolibet quinquennio Reuerenda Camera Apostol.cum Iudæis cõponendo,eisdem gratiosè remittit:soluta tamen quadam pecuniarum quantitate, omnia eorum delicta , dummodo tamen pacem habuerint ab offenso,seu eius hæredib. & non aliàs. Quæ omnia optima quidem ratione introducta sunt:quia si banniti sine pace remissi in patriam redire possent,vel offensi eos occiderent,vel ab eis occiderentur:& sic orirentur dissensiones ciuiles,quæ ciuitates destruerent: prout in proposito considerauit Paris *de synd.dicto verb.compositio,ca.7.n.12.*& Plot.*dicto cons.crim. 73.n.52.*& legitur in Deuteronomio,*ca.19.inci.cum disperdiderit*,vbi loquendo de homicida , qui casu aliquem contra eius voluntatem occiderit,ligna incidendo , sic dicitur : *Hic ad vnam supradictarum vrbium confugiet, & viuet , ne forsitan proximus eius,cuius effusus est sanguis , dolore stimulatus prosequatur,& apprehendat eum , si longior via fuerit , & percutiat animam eius,qui non est reus mortis.*

21 ¶ Limita I.Præfatam † conclusionem d.secundæ quęstionis non procedere in delictis , in quibus non requiritur partis remissio , aut consensus : in iis enim dubium non est, Principem posse liberè gratias concedere & pœnas remittere etiam parte non concordata,secũdùm Clar. *in d.quæst. 59. sub ver.Adde quòd,prope fi.* vbi inter casus, in quibus talis cõsensus non requiritur, enumerat simplicem insultũ,primam euaginationem,prouocationem, delationẽ armorum prohibitorum,ictum sine vulnere,dummodo animus deliberatus in iis non præcesserit.Alapa autem,mandatum de occidẽdo, & exoneratio archibusij requirunt partis consensum , vt ibi per eum,cuius dicta bene nota tu, qui es Aduocatus Iudęorum , ad interpretationem generalis gratiæ ipsis de omnib. delictis concedi solitæ,in qua tamen excipiuntur casus , in quibus pax,aut partium consensus requiritur.

22 ¶ Limita II. Eandem conclusionem † non procedere causa subsistente: nã Princeps cũ causa,putà pro bono pacis, non solum potest pœnas delictorum & homicidiorum deliberatorum remittere, sed etiam damna & interesse partis ea * inuita & non concordata secundum communem* Doctorũ opinionẽ,à qua nullus discrepat,teste Dec.*cons.520.n.5.* quẽ refert Pet.Bel.*de re mil.f.130.n.20.*Mẽchiaca *cõtrouer.Illust.c. 4.n.11* sequitur Clar.*in pra.d.q.59.ver. adde quòd,in pri.* Bos. *in t.de rem.ex solcale.Prin.n.23.& n.48.*vbi de gratiis factis illis homicidis,qui transnatando flumen dederunt causam victoriæ vniuersi exercitus,qui eos insequutus est , & *num.50.* vbi de gratia concessa pro homicidio deliberato causa sedandi vnum populum,Plot.*d. cons. crim. diuer. 73.n. 51.* vbi de gratia facta ei, qui occidisset in bello licito magnum numerum infidelium,Ioseph.Lud.*dec.Lucen.15.n.72.& seq.1. par.* vbi de gratia seu indulgentia concessa alicui facinoroso delinquenti , qui alios complices & delictum Curiæ ignotum reuelauit : dicítque talem gratiam valere,& ex causa publicę vtilitatis in Vrbe solitam concedi etiam assassinis. [De quo vltimo exemplo reuelantis complices,& generaliter de gratia homicidæ facta propter bonum publicum pacis, etiam non concordata parte, quòd omnino seruari debeat : & ita aliàs apud eum fuisse seruatum, vide omnino bene comprobantem Ludo.Peguer.Hispanum,'post hæc scripta habitum, *in decis.crim.n.11.& omnibus seqq.*]

23 Licèt.n. pœna mortis,vt dixi,sit pro homicidio deliberato à iure diuino introducta,Princépsque non possit contra illud
24 in totum abrogando statuere,vt suprà deduxi:† non prohibetur tamen summus Pontifex ex necessaria & legitima causa distinguẽdo in aliquo casu contra illud dispensare,seu potiùs limitando declarare,gl.*in l.fi.C.cõ.ius,vel vtil.pub.* Bal.*in l. rescripta,col.3.n.9.ver.2.quæritur nũquid,C.de precib.Imper.offer.* Dec.Inn.Ab.& Fel.*in c.quæ in Ecclesiarum,de cõstit.* Anch.*cõs.* 378.Dec.*cons.112.n.5.& cõs.602.n.9.ver.& in ista q.& n.12.*
* vbi testatur de cõmuni opinione,* latè Paris.*cõs.68.n.115.& seqq.vol.3.*cum ad saturitatem cumulatis per Hier. de Mõte *variarum quæst.iuris,lib.1.q.6.nu.29.& pluribus seqq.*vbi *num.*

59. inter alios casus , quibus Papa potest ex causa contra ius diuinum dispensare ex causa,connumeratur casus homicidij, & ad id alleg. Paris. *d. cons.68.num.139.* Felin. *in d.cap. quæ Ecclesiarum,num.20.de const.*Ioan.Bapt.Ferret. *cons.38.n.20. vol.1.*

¶ Rursus licèt Princeps non possit aliquid in tertij præiudicium statuere,*l.fi.(.si con.ius,vel vti.publ.* cum aliis suprà allegatis,non prohibetur tamen ex causa, putà publicæ vtilitatis, ac pro bono pacis, ius tertij tollere,*l. si ita verberatũ, §.si fortè,ff.de rei vend.Lucius,ff.de euic.l.quod semel,ff.de decr. ab ord.fa.*Bald.& Ang.*in l.bene à Zenone,C.de quadri. præscri.* Ful *consil.144.*Affl.*decis. 361.* cum plenè cumulatis per Gabriel.*in tit.de iure quæsito non tollen.conclus.2.n.1.& seqq.lib.3.* vbi in specie relatis hinc inde contrariis Doctorum auctoritatibus,distinguendo concludit,quòd si aliàs publica vtilitas sequi non potest , potest Princeps vt publica vtilitas sequatur, pœnam concernentem interesse priuatorum remittere, si id expressè dixerit.

Nisi enim gratiâ expressè Princeps remittat damna & in- 25
teresse partis offensæ,nunquam intelligitur illis præiudicasse secund.Ruyn.*cons.66.lib.5.*Clar.*di.59.eod. ver.adde quòd,* Osasc.*decis.Pedemon.238.n.11.*Placha *in epit.delict.c. 38.n.4. vers.illud etiam,*Gabr.*d. concl.2.n.6.* Vtrùm autem pro dictis damnis pars possit agere ciuiliter vel criminaliter , & quomodo,dixi *suprà* in materia compositionis,*q.5.n.12.*

Ego autem multùm dubito de præcedẽti limitatione , per doctrinam D.Tho.suprà allegatã,videlicet *in 2.secund. q.67. ar.4.vers.sed Princeps,*cuius verba sunt hęc:*Sed Princeps, qui habet plenariã potestatẽ in Republica,si ille,qui passus est iniuriã, velit eam remittere,poterit reũ licitè absoluere,si hoc publicæ vtilitati viderit non esse nocumentum.* Ergo arguendo à contrario sensu, nisi insimul concurrant,& voluntas iniuriam passi,& publicæ vtilitatis causa, non potest Princeps licitè reum absoluere,& ita vtrumque requiri , videlicet partis consensum & causam,ad hoc vt gratia facta à Principe valeat,& expressè defendit Plot.*d.cons.crim.diuers.73.n.55.& seq.*

¶ Fortiùs considero, quòd sine partis cõcordia vix aliqua causa iusta publicæ vtilitatis considerari potest.Si enim pro causa iusta in præsenti casu considerare velimus gratiam factam pro bono pacis, & pro sedando populum : prout considerarunt Boss.Dec. Petrin.& Clar.suprà allegati pro contraria opinione: & quidem nisi pars offensa fuerit concordata, nedum non sequetur pax in ciuitate, nec populus sedabitur: sed maiores seditiones & discordiæ oriẽtur, & de homicidiis homicidia inter remissos & offensos nascentur , prout quotidie videmus cum experientia,quæ est rerum magistra. Et propterea Clar. *in dic. ver. Adde quòd facta concluf.* quòd pro bono pacis possit Princeps remittere iniurias, & damna personarũ,subsequatur postea, & dicit quòd in Ducatu Mediolani nõ solet cõcedi gratia,nisi iis, qui habẽt remissionẽ à parte offensa , & Boss.*in allegato num.48.*testatur Principem concessisse gratiam iis qui flumen transnatarunt , habita tamen pace.Egóque in Vrbe nunquam vidi ex aliqua prætensa causa Principem in patriam remisisse bannitos , nisi habita pace ab hęredib.occisi.Aliter gratiã fecit , exulare mandauit à loco delicti vsquequò pacẽ habuerit,prout modò hæc scribendo memini inter alios casus accidisse tempore sanctissimæ memoriæ Pij Papæ V. qui & iustitia & pietate insignis existens , Hieronymum de Matthæis, nobilem Romanum, qui præmeditatè per plures annos antea aliquot in Vrbe cõmiserat homicidia , licèt se in bello Galliæ contra infideles hæreticos mirabiliter gessisset,nunquam tamen ad Vrbem remittere voluit , nisi postquam fuit per ipsum habita pax ab hæredib. occisorum : qua tamen habita , illum gratiosè remisit. Sic Io. Brancadorum , nobilem Firmanum , qui pariter in Vrbe quendam eius inimicum occidi fecerat,licèt strenuus esset Capitaneus,vellétq; militum cohortem cõtra eosdem hæreticos coadunare : nũquam tamen idem sanctissimus Pontifex assecurare ad hunc effectum voluit , nisi ipso non ingrediente in Vrbem,vbi delictum commiserat. Et sæpissime vidi per eosdem Pontifices , eorúmque à latere Illustrissimos Legatos seruatum , præsertim in Prouincia Marchiæ,& Romandiolæ, vt facta hinc inde generali pace inter omnes bannitos & delinquentes, qui inter se quotidie dimicabant,& se ipsos inuicẽ miserabiliter trucidabant , fuerunt

pro bono pacis & pro sedandis illis prouinciis gratiosè remissi. Quæ generalis gratia vtique non fuisset concessa, si pax generalis inter eos inita nõ fuisset. Cõcludo ergo, quod parte concordata possunt Principes ex causa publicæ vtilitatis delinquentes & delictorum pœnas remittere etiam pro homicidiis deliberatis & præmeditatis, eósque ad patriam restituere, & reuocare, si voluerint: secus autẽ sine concordia partis, sine qua nulla potest considerari publica vtilitas ex causa. Ideo in casu gratiæ nunquam illos ad locum delicti, & vbi partes offensæ vel earum hæredes cõmorantur, remittat: sed seruato exilio, vt in præallegata Bulla Pij IV. & si aliter faciunt, de facto potiùs, vel (vt aiunt) de eorum plenitudine potestatis, cui resisti non potest, quàm iuridicè hoc faciunt, vt dixi *suprà n. 17. vers. verùm quia.*

26 Quando † autem Principi asserenti se gratiam facere ex aliqua causa credatur, quandóve gratia non expressa in gratia præsumatur in Principe: videas hanc materiam apud Gabr. *d. tit. de iure quæsito non toll. conclus. 3. per totam*, vbi latissimè more suo, *lib. 3.*

27 ¶ Limita III. † Dictam conclusionem huius secundæ quæstionis: quia licèt Princeps non possit gratiam facere de homicidiis præmeditatis & aliis delictis sine causa & parte non concordata, gratiáque talis per Principem facta sit nulla & inualida: non tamen per hoc reus cum hac gratia inuẽtus & carceratus decapitari aut puniri debet: quia turpe esset illum sub fide publica decipere, & propterea dimittendus & relaxandus est, subiectus tamen pœnis & condemnationi delicti, quod commisit. Colligitur hæc limitatio ex tex. *in l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetra.* & ex tradit. per Alber. *in l. eos, C. eod. & in l. præsenti, C. de his, qui ad Eccl. cõfu.* Bos. *in t. de remed. ex sola clem. Prin. sub n.* 42. Clar. *d. q.* 59. *sub eo vers.* Adde quòd vbi refertur, quòd aliàs quidam Christophorus Pilonus 17. Maij, 1542. qui in Senatu exhibuerat literas gratiæ minùs legitimas, fuit è carcerib. dimissus, & pristinæ libertati restitutus: licet quidam Ant. Lossa, 3. Ianuarij 1558. fuerit vltimo supplicio affectus: qui tamen Lossa vltra nullitatem gratiæ erat homo malæ famæ, & extorserat per vim & metum pacem ab hæredib. occisi. Et in vrbe audiui à fide dignis Aduocatis quendam Philippum Agnanimum (dum huius libri primam impressionem habui, lib. quinto) solutum à Carolo Caraffa, tunc S.R.E. Cardinale, & eiusdem Põtificis nepote, pro nouem homicidiis per eum commissis fuisse ab Episcopo Maturanen. vulgò D. Gironimetto, tunc Vrbis Gubernatore solertissimo, relaxatum & dimissum. Et non diu est, quòd quidam alius, cuius nomen taceo, qui pro furto condemnatus reperiebatur in pœnam, ni fallor, vltimi supplicij, cùm esset de eo nulliter aggratiatus à Iudice Burgi S. Petri captus de mandato Reuer. D. Gubernatoris cum gratia nulla diúque eius causa disputata, fuit tandem ex communi Visitatorum voto relaxatus priori obnoxius condemnationi. Et ita aliàs etiam Romæ fuisse obseruatum, testatur Vulpel. *resp. crim. 19. n. 12. & 13.* dicens generaliter, quòd nemo debet sub publica fide decipi, siue sit nulla defectu solemnitatis, siue defectu potestatis, & siue palàm, siue secretò data sit: ibíque concordantes allegat, & testatur de frequentiori* Doctorum opinione. Vide quæ scripsi *in tit. de carcerib. & carceratis, in materia salui conductus, q. 29. n. 95. & seqq.* [& vide omnino Ludou. Peguer. *d. decis. crim. 39. per totã*, vbi pluribus comprobat gratiam nullam, & etiam concessam contra formam constitutionis habentis decretum irritans, fore obseruandam, ne quis sub fide publica decipiatur, & quòd ita pluries in occurrenti casu apud eum in regio illo Cathaloniæ criminali consilio conclusum, & seruatum fuit.]

28 ¶ Qværo III. An † gratia facta à Principe delinquenti extendatur nedum ad pœnam, sed etiam ad bona? Recurras in hac quæstione, vltra ea quæ hîc posui, ad D. Oddum Perusinum (cuius tractatum *de restit. in integ.* post hæc scripta præmanib. habui) *in 2. par. dicti tractatus, q. 95. art. 1. per totũ, & q. 96. ar. 3. & q. 97. & omnib. seqq.* vbi multas alias dubitationes præter infra scriptas in occurrẽti casu decisas reperies, & latissimè ac distinctè pertractat materiam tam in recuperatione bonorum corporalium, quàm incorporalium, & tam temporalium, quam spiritualium. Illius enim dicta hîc transplantare minimè conueniens putaui, cùm non potuerit materia meliùs digeri & ordinari, quàm per eum & digesta & ordinata reperitur, qui tempore Pontificatus Pauli IV. nulliter fuerat absolutus. [rursus ad idem vide latissimè pertractantem Anton. Pereg. *in tract. de iure fisci, & pariter post t. 2. per tot. vbi præsertim, n. 67.* quid de rebellibus ad patriam restitutis vigore pacis, an recuperent bona confiscata, & in alium alienata, & num. 75. vbi etiam docet an restitutus recuperet bona in Ecclesiam alienata.]

¶ Et in specie an clericus condemnatus in priuationem beneficiorum, & postea ex gratia restitutus recuperet eadem beneficia, præsertim si alteri sint collata, vide in primis tex. & ibi cõmuniter omnes *in c. quamuis*, & ibi præsertim Ioan. And. & Gemin. *in fine, de rescript. in 6.* & eundem Gemin. *ibi. col. 2. ad med. post n. 5.* Ias. *in l. posthumo, n. 39. C. de bonor. possess. cont. tabulas, & in l. si tibi, §. 1. ff. de pac.* Abb. *in cap. ex tua, n. 19. de cler. non resident.* Felin. *in c. inter quatuor, n. 4. de maior. & obed.* Fortun. Garz. *in repet. l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 235. ff. de lib. & posth.* Rolan. *cons. 45. n. 29. lib. 4.* Peregr. *de iure fisci, li. 5. tit. 2. n. 41.* Ex quorum dictis, ni fallor, hæc distinctio colligitur, quòd simplex restitutio non trahitur ad beneficia: plenaria autem restitutio trahitur ad beneficia: non tamen alteri collata: nisi forsan in restitutione adessent aliquæ clausulæ prægnantes & extraordinariæ, de quibus per Mohedan. *decis. 5. & 6. in tit. de rest. spolia.* Quia tunc restitutio trahitur etiam ad beneficia alteri collata, vt ibi per eum, qui etiam loquitur in restitutione concessa propter publicam vtilitatem, & ob bonum pacis.

¶ Sed an clericus capitaliter condemnatus in contumaciam (quo casu si quam habet pensionem, illam amittit, & cum beneficio consolidatur) vel etiam expresse in priuationem pensionum pariter condemnatus, si vt suprà fuerit restitutus, censeatur etiam ad pensiones restitutus in præiudicium eius cui pensio acquisita fuit & per extensionem consolidata cum beneficio? Videtur quòd non, argum. eorum quæ scripserunt Bellamer. *decis. 743. col. pen. vers. quarto ex eadem parte, rub. de rest. in integ.* & Fort. Garz. *in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 238. ff. de lib. & posth.* quos refert & sequitur Sfortz. Odd. *de rest. in integ. par. 2. q. 99. n. 85. & 92.*

¶ Distinguendi sunt in hac materia duo casus principales. Primus, circa bona confiscata, non autem in tertium alienata. Secundus, circa bona & confiscata & alienata.

Circa primum dicas, secundùm aliquos, quòd gratia seu indulgentia Principis in dubio & alio casu non expresso trahitur etiam ad bona confiscata & incorporata: & sic aggratiatus de delicto & remissus nedum à delicti pœna immunis erit, sed etiam vigore gratiæ & indulgentiæ sibi à Principe concessæ bona confiscata recuperabit: ea scilicet ratione, quia beneficia Principis latissimè sunt interpretanda, *l. fi.* vbi communiter* Doctores, *ff. de const. Prin. l. si quando.* * vbi Bar. *C. de bo. vacan. lib. 10. l. 1. §. init. ff. de off. præfe. vrbis, ca. cùm delicti, de don. c. olim.* vbi glo. *ff. de verb. sig.* & per istam rationem hanc partem affirmatiuam secuti sunt Bar. *in l. 1. §. si quis vltrò, ff. de quæst. & in l. fi ad finem, n. 11. C. de sent. pass.* Ias. *in l. fi. col. 4. vers. perpetuò nota, ff. de const. Prin.* Nell. *in tract. de bannit. in 1. par. tertij temporis, q. 4.* Pau. Ghirl *de relax. carcera. sub tit. de benef. & indulg. prin. q. 2.* & de communi* testantur Boss. *in tit. de remed. ex sola clem. Prin. n. 15.* Clar. *in pract. q.* * *59. vers. quæro, nunquid.* Bonacossa *in com. opin. 1. par. ver. gratia seu remissio, pag. mihi 36.* [nec dissentit Menoc. post hæc scripta habitus, *in suo tract. de præsump. lib. 5. præsumpt. 46. n. 4.*]

¶ Contrariam & negatiuã opinionem, quòd scilicet graria seu indulgentia Principis trahatur tantùm ad pœnã personæ, & non ad bona, amplexi sunt Sali. *in d. l. fi. circa fi. C. de sen. pass.* vbi etiam Cyn. Bal. *in l. si ademptis, C. eod.* Ang. de Gãbilio *cõs. crim diuer. 70. n. 15. & seq. vol. 1. in magnis*, Paul. Ghirlan. sibi cõtrarius, qui tamen loquitur quando Princeps vsus est verbo, Indulgeo, *d. tit. de benef. & indulg. princ. q. 1. n. 3.* Ant. Gomez. *tit. de fortu. reor. nu. 38. sub vers. item adde*, & communem * testatur Roland. qui & plures adducit concordantes, * *in cons. 45. n. 2. vol. 4.* Bursa. *cõs. 54. n. 20. vol. 1.* quem refert idẽ Bonacoss. *in com. opi. ead. 1. par. de verb. gratia seu remissio, in fi.* & licèt Boss. suprà allegatus fuerint primus, quia contrariam opinionem communem dixerit, non inficiatur tamen *in loco suprà citato, num. 2.* quin hæc Saliceti opinio sit multum iuridica, & pluribus fundamentis comprobata, præsertim per tex. *in d. l. fi. in versicul. indulgentiam, C. de sent. pass.* quem ad id

pondera

ponderauit Ant.Gomez.*vbi sup.& in l.insulam,C.de sent.pass.* quam ad idem pariter ponderauit Ghirlan.*d.q.1.n.3.*& Nellius,licèt contrariam postmodum tueatur opinionem,*d.q.4.* [Et addo pro hac contraria vltima opinione Brun. à Sole, quem post hæc scripta habui,*in suis quæstion.legalibus q.19.n.65.vers.tertio casu,*& melius Ant.Pereg.*in tract.de iure fisci,li.5.tit.2.n.17.& seqq.*vbi not.quòd si verba gratiæ non sunt de sui natura apta cõprehendere restitutionẽ,vt putà si sit facta, verb.*Gratiæ,Indulgentiæ,*seu *Dispensationis*:& tunc sine dubio non trahitur ad bona confiscata,secu.Bal.Imo.Alex. Ang.& alios plures ibi per eum allegatos,*d.n.17.*Si verò gratia sit facta per verba de sui natura cõmunia, adaptabilia scilicet tã ad indulgẽtiam,quàm ad restitutionem,vtputà si sit dictum, *banniatur, de banno cancelletur*: & tunc cum opinione Salic. tanquam vltimo loco ibi per eum relata,*n.*19.pertransire videtur iuribus,& rationibus ibi per eum allegatis.Sed ad hęc vltima vide quæ dixi *infrà,n.*32.]

Nec obstat huic contrariæ & veriori opinioni *text.in dic. l.2.§.si quis vltrò,ff.de qq.*vbi Bart.facit fundamentum suum: quia,vt respondet Salic.*in d.l.fi. C. de sent.pass.* & post eum considerauit Boss.*vbi suprà,n.*2.dicens quòd tex. ille non loquitur in gratia Principis conceßa ex mera liberalitate, sed ratione innocentiæ,& constito de iustitia:ideo remisso & aggratiato huiusmodi restituendum est, quòd abstulit iniustitia,secundùm Ang.*in d.l.fi.col.3.vers.prædicta, &c.* & dicam *infrà,in seq.secunda limitatione.*

Minùs obstat, quòd beneficia Principis sunt latissimè interpretanda,*l.fi.ff.de consti.Prin.*cum aliis suprà alleg.Quia illa regula non procedit,quando beneficia concessa à Principe sunt contra publicam vtilitatem & ordinem rectæ iustitiæ, prout sunt gratiæ delinquentib.concessæ,*l.congruit.ff.de offic. præsi.l.furti,§.mandati, ff.de his,qui not. infa.l.nam salutem, in prin.ff.de offic.præf.vigi.*præsertim si talia beneficia seu priuilegia sunt fisco damnosa, quo casu restringuntur & interpretari debent,vt minùs fisco præiudicent,quàm sit possibile, *leg.nec damnosa*, vbi Ias.& alij,*C.de precib.Imper.offer.*

Quare non recedas ab hac vltima negatiua opinione, quam etiam dixit cõmunem;* & relatis ac reprobatis cõtrariis optimè aliorũ Doctorum authoritatibus & iuribus comprobat D.Oddus Perus.*in tract.de rest.in integ.par.2.q.94.ar.5.n.16.& seqq.*vbi *n.*19.ampliat etiam, quòd indulgentia sit generalis per tex.*in l.4.C.de sent.pass.& n.*20.pariter ampliat, etiam quòd sit indulgentia communis, per tex. *in l.si ademptis,vbi C.eod.& n.*21.vbi demum ampliat non solùm si indulgentia concedatur à Principe viuo, sed etiamsi à lege, vt per Dec.*in c.quia diligentia,n.*20.*de elect.*

¶ Limita I. Propositam conclusionem negatiuam procedere,prout loquitur in simplici gratia,seu indulgẽtia Principis, per quam bene verum est minimè esse restituenda bona confiscata,vt suprà firmaui;secus in indulgẽtia, seu gratia libera seu plena.Si enim Princeps dixerit, *Plenam gratiam faciemus*:& sic vsus fuisset isto verbo,*Plena,vel plenaria*,tunc indulgẽtia & gratia non dicitur simplex, sed plenaria,& habet vim gratiosæ restitutionis: & consequenter trahitur etiam ad bona cõfiscata,Fel.*in c.inter quatuor,n.6.in fin.extra de maior.& obed.*Ias.*in l.postli.col.fi.C.de bon.pos.contra tab. & in l.si tibi decem,§ quædam,n.5.ff.de pact.*Mars*ing.*242.Rol.*cons.*41.n.29.lib.*4.Paris.*cons.*1.*n.* 37.*pariter in* 4. cum aliis relatis per D.Oddum Perus.*de rest.in integ.par.2.q.94.art.2.n.*10.*& q.64.art.5.n.*32.]Brun.à Sole*d.q.19.n.61.versic.aut conceditur hoc modo,iuncto n.66.vers.*4.*casu*, Menoch. *de præsumpt.lib.5.præsumpt.46.n.*11.Ant.Pereg.qui alios refert, *in trac.de iure fisci,lib.5.tit.2.n.*22.Marcabr.ab Anguill. *cons.*83. *n.* 201. & faciunt quæ infrà dixi de recuperatione bonorum alienatorum,*n.*38.*& seqq.*vbi vide.

29 ¶ Limita II. † Hanc eandem negatiuam opinionem procedere in gratia cõcessa à Principe ex eius mera liberalitate reo delinquenti & culpabili: secus in gratia concessa reo ob iniustitiam condemnationis & ob eius innocentiam. Tunc enim quia delictum censetur remissum potiùs ex iustitia, quàm ex gratia: tantum enim iustitia restituit, quantum iniustitia abstulit: ideo consequens est, vt bona per iniustitiam ablata, ex gratia ratione innocentiæ concessa restituantur. Et ita procedat prima opinio Bar. affirmatiua secund.terminos *d.l.*1.*§.si quis verò,ff.de qq.* Et secũdùm Saly. *in d.l.fi.ad fin.C.de sen.pass.*& ibi Ang.*col.3.ver.& ad prædicta,* Cuma.*in l.Gallus,§.& quid si tantum,*& ibid. Ias.*n.*73. Alcia. *n.*74.*& n.*128.Emanuel Costa *in 2.par.n.*49.*& seq.*vbi testatur de communi* opin. *ff. de lib. & posthum.*Nel. *de bannit.* * *d.*1.*par.3.temporis,q.*11.*in fi.*latè Boss. *d.tit. de remed. ex sola clem. Prin.num.*1.*& seqq.& in tit. de liter. prin.num.* 2. Aldobran.*in §.*1.*n.*19.*Inst.quib.mo. ius patr. potest. soluit.* Alcia. *in l. plus est in restitutione,n.*7.*ff.de verb.sign.* Natta *cons.* 471. *in fi.* Bursa.*cons.*54.*n.*34.*li.*5.Menoc.*in* 10.*remed.recuperan. poss.n.* 113.& sequitur D.Oddus *in tract.de rest.in integ.*2.*par.qu.*94. *art.*5.*n.* 74. Immò isto casu restitutio trahitur etiam ad bona in alium tertium alienata & translata, nedum ad apprehensa, & incorporata per fiscum;sicuti ex relatis Doctorum authoritatib. dixit communem, * ac iuribus & rationibus * comprobat idem D.Oddus *vbi suprà q.* 99.*ar.*13.*n.*116.*& seqq.*vbi bene declarat materiam. [& post Oddum, Brun. à Sole,*d.q.*19.*n.*60.& Menoc *de præsumpt.præsum.*46.*n.*2 *li.*5. & Ant.Peregri.*de iure fisci,lib.* 5.*tit.*2.*n.* 21.*iuncto n.* 44. vbi alios refert.]

¶ Limita III †Eandem conclusionem huius tertiæ quæ- 30
stionis, & primi casus,non procedere in gratia concessa ante sententiam, & ante confiscationem: licet enim gratia delicti non trahatur ad bona confiscata post sentẽtiam, bene tamen trahitur ante sententiam ad bona confiscanda, text. est *in l.rescripta,in fi.C.de preci.Impe.offer.*ibi,*vel crimen supplicãtibus indulget,& in l.*2.*C.de genera.aboli.* quæ iura ad id adducendo ponderauit Anto.Gomez.*d.tit.de tortu.reor sub n.* 38. *ver.Item adde.*Imò,& quod plus est,si fiscus ante sententiã,& sic antequam bona sint ad ipsum deuoluta,illa alienauerit,& in alium transtulerit, restitutus illa recuperat à quocunque possessore,non obstante *l. bene à Zenone,C.de quad. prascrip.* vt per Afflict.*in c.*1.*n.*32.*in ti.de vassal.decrep.ata.* Gram. *decis.*105.*n.*18.sequitur D.Oddus Perus.*in d.tract.de rest.in integ.*2.*par.q.*99.*art.*6.*n* 46.[nec dissentit Ant.Pereg. *de iure fisci,lib.*5.*tit.*2 *n.*58.vbi alios refert & declarat]

¶ Limita IV. † Nisi Princeps in gratiis solitus esset etiã 31
bona confiscata restituere.Sicut.n gratia simplex non extenditur ad bona confiscata, quando Princeps solitus est illa sibi reseruare,vt per Clar. *d. q.*59.*ver.quæro,nunquid*,Bonacos. *in com.opin.par.*1.*ver.gratia se remissio,pa.mihi* 79.*col.*3.& ante eum Boss.*d.t.de reme.ex sola clem.Prin.n.*7. ita è contrà crederem talem gratiam etiam extendi debere ad bona, si ita Princeps concedere solitus esset;cùm omnis dispositio ab eo quod fieri solet,interpretationem sumat,Inn.*in c.col.in pri.de ver.sign.*latè Ias.*in l.certi condictio,§.si nummos,col.*3.*& seq.ff.si cert.pet.*Boss.*ibi n.*8.

¶ Limita V. † Eandem cõclusionem negatiuam huius 32
primi casus pariter non procedere, quando in gratia Princeps delinquentem restituisset in pristinum statũ,& sic vsus esset verbo,*Restituo*, Restituo.n.nedum trahitur ad pœnam, sed etiã ad bona,*l.*1.*ver.f.C.de sent.pas.*cuius verba sunt hæc: *Restituo te in integrũ prouincia tua Vt autẽ scias quid sit in integrũ restituere,honorib.& ordini tuo,& omnib.cæteris restituo.* Sic Bar.& Sali.*in d.l.fi.C.eo.*Nell.*de bãnit.in d.*1.*par.*3.*temporis,q.* 4.Ghirl.*eo.ti.de benef.& indul.princ.q.*1.*& q.*3.vbi dicitur idẽ iuris esse,si princeps vsus est verbo,*Rebãnimus*: quia tantum est Rebannire,quantum Restituere,[(de quo tamen vltimo valde dubito per ea quæ ex Ant.Pereg.*in tra.de iure fisci,li.*5.*ti.*2.*n.*18.*& seq.*dixi suprà *n.*28.*vers.contrariam,& negatiuam opinionem,in fi.*)Sed pro hac quinta limitatione, adde] Boss. *in tit.de remed.ex sola clem.Princ.n.*10.11 *&* 12.Ant.Gomez. *de deli.d.tit.de tortu.reorum,sub eo.nu.* 38.Crot.*cons.* 27.*num.* 13.& de communi*testantur Petrin.Bel.*de re milit.f.*123.*n.* 21.Clar.*d.q.*59.*vers.quæro,nunquid*,& Rol. *cons.*45.*n.* 20.*vol.* * 4.Restitutio enim tantum restituit,quantum id abstulit, aduersus quod restitutio conceditur,Bar.*in d.l.fi.col.*3.*C.de sent. pass.*vbi per illum text.constat,quòd tantundem restitutionis gratia tribuit, quantum condemnationis sententia ademit: habet enim verbum, *Restituo*, plenam significationem,*vt in l.videamus,la seconda,§.in Fauiana,ff.de vsu cum simi.*Nec dicitur quis restitutus,nisi plenariã fuerit consequutus restitutionem,vt docet latè Dec.*in l.condemnatione,§.cum verbũ,restituas,ff.de reg.iu.*operatúrq; restitutio idẽ,quod fictio postliminij,*l.si quis filio,§.pe.ff.de iniust.rup.irri.test.* At ius postlim. facit, quòd omnia sint in pristino statu,*l.postlimin.in pri.ff.de*

ea.& post lim.renet.& renasci facit illud, quod extinctum fuit penitus,*d.l.si quis filio,§.sed si pater*,Castr.*in l.Gallus,§. quid si tantùm,col.pe.ff.de li.& posth.*ergo restitutio à Principe delinquentib. cõcessa trahitur etiam ad bona, quæ erant ipsius delinquentis ante commissum delictum, non secus ac si nunquam deliquisset;& hoc multò magis procederet,si Princeps concessisset & restitutionem & indulgentiam, dicendo, sc. *Indulgemus,& restituimus*,secund.Ghirlan.*vbi suprà d.q.1.n.* 4.& Nell.*d.4.q.* [Et demũ pro hac quinta limitatione,quòd scilicet aggratiatus,& rebãnitus per verba restitutionem importantia recuperet etiam bona confiscata,addo Ant.Pereg. *de iure fisci,li.5.d tit.2.n.25.& seqq.*vbi etiam latissimè explicat,ad quæ alia talis restitutio trahatur.]Et Marcabr.de Anguil.*consil.*83.*num.*21.

¶ Sed in proposito vltra prædicta non desinas vllo pacto, amice Lector, super præmissis & aliis quamplurib cõtingibilibus quæstionibus adire D.Oddum *in suo tract.de rest. in integ.par.2.q.99.art.4.n.* 26. vbi alios adducit concordantes pro dicta quinta communi limit.& latiùs *q.93.per totam*, vbi optimè declarat,quando per Principem dicatur cõcessa bannito,seu delinquenti simplex indulgentia, quæ vt suprà pro-
* bani, *n.*28. secundùm magis communem * non trahitur ad bona confiscata. Et quando è contrà censeatur concessa in integrum hæc gratiosa restitutio, quæ ad dicta bona trahitur,vt hic,apud eum latè reperies omnes clausulas & verba, quibus,vt dixi,simplex indulgentia,& quibus restitutio gratiosa concessa dicetur. Ex iis consequenter etiam habebis, per quæ verba Princeps censeatur aggratiato etiã bona confiscata restituisse,& per quæ non. Peruenit ad me, vt sæpius dixi,doctissimi illius viri tractatus post hæc scripta: ideo ad eum te remitto.

33 Secvndvs casus est † in bonis alienatis & per tertium possessis, in quo regula sit pariter negatiua, quòd gratia seu restitutio delinquentibus à Principe concessa etiam in casu, quo aliàs venirent bona cõfiscata,trahitur tamẽ ad bona alienata,& in tertium translata,*d.l.*1.vbi Bar.& alij,*& in l.fi.C. de sen.pass.*vbi præcipuè idem Bar.*n.*7.Ang.*n.*5.& Fulg.*n.*12. Bal.*in d.l.fi.colum.3.num.5.& in l.sed si hac,§.sed si per pœnã.ff. de in ius vocan.*Imo.*in l.si marito,ff.solu.matr.*Paris.*cõs.*1.*1.*n.*21. *vol.*4.*& cõs.*69.*n.*169.*vol.*3.Christoph.de Castel.*cõs.*8.Ghirlan.*de relax.carcer.t.de benef.& indul.Prin.q.*4.glo.*in l.Gallus, §.& quid si tantum,in verbo,emãcipatus,in fi.*& ibidem Bar.*n.* 12.Alber.*col.*3.*in* 3.*q.*Bal.*col.penul.vers.diuide*, Ang.*num.*14. Imola,*col.fin.in fine*,Castren.*nu.*33.Are.*col.*10.*in medio, vers. in eadem glo.*Cuma.*n.*10.Soc.*col.*5.*in fine*,Alex.*num.*19.Ias.*n.* 57.62.63.*&* 70.Soc.*n.*18. Ripa. *num.*82. Soc.iun.*num.*108. Galliau.*n.*68.Crot.*n.*117.Alcia.*num.*121.Lancell.Dec. *col.*4. *in fine,ff.de lib.& posthum.* Ant.Gomez. *variar.resol. tomo 3.de delic.tit.de tor.reorum,num.*39.Bero.*in cap.quæ in Ecclesiarum, num.*147.*de consti.* Menoch.*de recuperan.possess.remed.*10.*nu.* 110.Afflic.*in const.regni,in præludiis,q.*25.*n.*4.Chassan.*in cõsue.Burgun.rub.*1.§.5.*n.*194.*vers.Et quoniam*,Alex.*cons.*101.*n.*
* 6.*& cons.*190.*n.*4.*l.*2.Paris.*cons.*69.*n.*165.*lib.*3.Bellam.*decis.* 743.*n.*6.*& seqq.*Gram.*decis.*103.*n.*119.& de communi * testantur Boss.*tit.de remed.ex sola clem.Princip.n.*11. Roland.*d. cons.*45.*n.*4.*& seqq.vo.*4.Burs.*cons.*54.*n.*12.*vol.*1. Felin. *in c. inter quatuor,n.*4.& ibid.Panorm.*de maior.& obed.*Viu.*in commu.opi.verbo,bánitus,seu deportatus,*Nell.*de ban.in* 1.*par.*3.*tẽpor.q.*5.Clar.*d.q.*59.*ver.itẽ quæro*,Natta.*con.*471.*n.*1.Bonacos. *in cõ.opi.*2.*par.verbo,gratiã,il* 2.*pag.*33.*col.*1.Brun. *de cessione bonorũ,*4.*par.q.*16.*n.*5.Ceph.*consil.*395.*n.*9.*l.*3.Menoch.*cons.*
* 103.*in* 2.*dubio,n.*25.vbi etiam de magis communi:* de qua etiam D.Oddus Perus.*in suo trac.de rest.in integ.*2.*par.q.*99.*n.* 41.*ver.in cõtrarium est cõmunis,& ver.quæ cõclusio probatur ab omnibus,& ibi.sub n.*46.*& seq.* eam limitat duobus modis vltra infrascriptos,*& n.*53.*& seqq.*vbi etiam docet quid iuris,si bona per fiscum alienata rursus ad manus fisci peruenerint? [De quo vltimo etiã per eundem Peregrin *de iure fisci,l.*5.*t.*
* 2.*n.*42.& demum huius secundi casus cõclusionem pluribus comprobat,& eam tanquam communem*à cõtrariis defendit Brunor.à Sole,*dict.q.*19.*n.*1.*& seqq.vsque ad n.*36.Menoc. *de præsum.l.*5.*d.præsump.*46.*n.*5.*&* 6. vbi ampliat etiam hoc obtinere, etiamsi bona confiscata peruenerint ad manus tertij,ex titulo lucratiuo donationis,Peregrin.*de iure fisci,li.*5.*ti.* 2.*nu.*24.*&* n.43.vbi ampliat etiam,quòd restitutus expressè supplicasset restitui aduersus bona alienata: nam si in rescripto id concessum non fuerit,supplicatio non operatur concessionem,vt ibi per eum.]

¶ Ratio autem huius communis*opinionis ea cõmuniter * & præsertim à Doctorib.affertur, quia scilicet gratia à Principe concessa semper intelligi debet, saluo iure & sine præiudicio tertij,*l.*2.§.*si quis a Princip.ff.ne quid in loco pub.l.& si sine,*§.*sed quod Papinianus.ff.de minor.l.quòd si minor,*§.*Scæuol. eod.ti.l.rescripta,C.de precib.Imp.offer.l.quoties,C.eoden l.si quãdo,(.de inoff.test.l.fi.C.de repud.hæred.cap.quamuis.de rescrip.in* 6.Abb.*in d.c.inter quatuor,de maior.& obed.* Bero.*cons.*66.*nu.* 104.*&* 107.*vol.*1.cum aliis in proposito adductis per Rolan. *vbi sup.n.*12.*& seqq.& n.*17. vbi not.quòd prædicta conclusio etiam procedit in gratia facta motu proprio, secun. Abb. *in ca.causam,quæ,de testib.*Dec.*cons.*32.*col.fin. & cons.*544.*in fine,& in cons.*525.*col.fin.& cons.*606.*in fine*, Ruyn.*cons.*97. *vol.*5.Nunquam enim præsumẽdum est, Principem voluisse tertio præiudicare[vt pluribus comprobat Brun.à Sole *q.*19. *n.*11.*& seqq.vsque ad n.*28.]

Verùm,ni fallor,hæc ratio licèt communis sit, parum iudicio meo concludit: dato enim quòd in gratia etiam comprehenderentur bona in alium alienata,nullum tamen verritur præiudicium tertij possessoris, quia isto casu Princeps, si vendidit,tenebitur de euictione,& emptor contra ipsum habebit regressum ad pretium, *l.*1.*&* 2.& ibi præcipuè Ang. *Cod.de quadrien.præscrip.*Bart.*in l.quicunque,Cod.de fide instru. lib.*10.Ang.*in l.Senatus,ff.de Syllan.*Dec.*in cap.fin.col.*3.*ver.& ampliatur,ext.de const.*Menoch.*cons.*103.*n.*30.*in* 1.*vol.*Ruyn. *consil.*21.*n.*9.*vol.*5.Rosan.*d.cons.*45.*n.*23.*vol.*4.[cum aliis relatis per Brunor.à Sole,*d.q.*19.*post n.*62.*& seqq.& post n.*71. & per Ant.Peregrin.*de iure fisci,lib.*5.*tit.*2.*n.*69.vbi bene declarat, & *num.* 52.] nisi soluendo communem rationem dixeris, quòd non semper fiscus tenetur de euictione, præsertim quando alienauit ex titulo lucratiuo donationis, vel quando fiscus restitueret ex causa publicæ vtilitatis, prout bene declarat D.Oddus Perus.*d.qu.*99.*art.*9.*n.*71.[& Ant. Peregrin.*de iure fisci,lib.*5.*tit.*2.*d.n.*64.*iuncto n.*52.*vers.quòd si per Principem.*] & nihilominus in omni casu satis interesse poterit possessoris habere potiùs rem quàm pretium. Vnde meliùs dicas, quòd ratio præcedentis conclusionis ea est, quam suprà attulimus *in princ.huius quæst.*quia scilicet gratię & priuilegia fisco damnosa in dubio semper interpretanda sunt,vt minùs fisco præiudicẽt,quàm sit possibile,*l.nec damnosa,C.de precib.Im.offeren.*cum aliis suprà allegatis.Ideo si est facta gratia & restitutio quoad bona, intelligendum est de bonis fisci,non de alienatis, quæ nõ sunt ampliùs fisci. Item potuit esse ratio, quia quando actus retrotrahitur,nunquam retrotrahitur in præiudicium aliorum,sed eorum dumtaxat, qui actum faciunt, vt latè per Tiraq. *de vtroque retract. in* 1. *par.*§.1.*gl.*10.*n.*71.vbi in terminis exemplificat in restitutione,de qua agitur. Et in specie hanc rationem attulit D. Oddus Perusinus *vbi sup.d.q.*99.*eod.art.*5.*n.*42.

¶ Amplia I. † Hanc regulam huius secundi casus, vt 34
procedat etiam quòd declaretur bannum & condemnationem esse nullam: adhuc enim gratia & remissio bannito concessa propter nullitatem banni, non trahitur ad bona in alterum alienata,secun.Bos.*vbi suprà, n.* 17. vbi secund.Soc. *in cons.* 266. dicit, quòd retractatio alicuius actus facta per Principem,etiamsi declaret eum nullum,non tamen operatur in præiudicium tertij. Quod & ego credo verum, si iste tertius possessor bonorum condemnati non fuit citatus, aut vocatus in declaratione nullitatis banni. At si citatus fuerit, & tunc contrarium credo verius per ea, quæ suprà deduximus ex Boss.*in allegato tit.de remed.ex sola clem.Princip.n.primo,& seqq.* vbi dicitur, quòd gratia à Principe delinquenti concessa per viam iustitiæ tantum restituit, quantum iniustitia abstulit.

¶ Amplia II. † Vt nec gratia Principis ad bona alienata 35
trahatur,etiam quòd in ea dicatur:*Non obstãte quacunq; condemnatione,quæ pro non facta habeatur,& irrita sit:*adhuc enim non censetur bannitus ad bona in alium translata restitutus, secun.Ruyn.*cõs.*21.*n.*9.*& ver.non obstat igitur in primis,vol.*5. Neuiz.*cons.*68.*n.*47.*vers.non obstat*,& tradit Roland. *d. cons.* 45.*n.*18.*& seqq.vol.*4.[& alij remissiuè relati per Menoch.*de præs.li.*5.*præs.*46.*n.*10.*vers.cæterùm à prædictis dissentiunt.]

¶ Sed

¶ Sed certè ego multùm dubito de hac secunda ampliatione: quia vbi Princeps declarat confiscationem haberi pro non facta, & irritam esse, tunc tollitur per ista verba ius tertio quæsitum, omniáque decisa & sequuta ex tali condẽnatione resoluuntur & retractantur, secun. *gl. in clem. 1. verbo, pro infectis, de immun. Eccles.* & ita per illam glo. quòd etiam isto casu censeãtur recuperata bona alienata, dixerunt Card. *in c. quia diligentia*, vbi etiam Imol. *in fin. de electio.* Dec. *cons. 252. col. pen. in fi. & seqq.* Crot. *cons. 127. n. 15.* Præceptor meus Iac. Por. Imol. *cons. 48. n. 7. col. 2. in fi. vers. venio ad secun.* latè idem Rolan. *d. cons. 45. n. 29. & seqq.* vbi præsertim loquitur, quando in gratia dicitur, *Restituimus perinde ac si talis bannitus, & ipsorum bona confiscata non fuissent*: & ita tenendum est, per ea quæ nouissimè scripsit Oddus Perus. *in suo tra. de restit. in integ. secunda par. q. 99. ar. 12. n. 109. & seq.* vbi distinguendo, & declarando hanc ampliationem concludit, quòd si in restitutione est solum apposita clausula, *Non obstante bãno & cõdẽnatione*, & tunc vera est præcedẽs negatiua opinio, quòd scilicet restitutio nõ trahitur ad bona alienata. Si verò vltra dictã clausulã, *Non obstante condẽnatione*, subsequantur illa alia verba. Ita quòd habeatur pro nõ facta, nec de ea obiici possit: & tũnc verius est, quòd restitutio tanquã plenaria trahatur etiam ad bona alienata per ea, quæ generaliter dicta sunt *infrà, n. 38. & seq.* [& in specie vltra præfatos tradiderũt Alex. *in l. Gallus, §. & quid si tantũ, n. 20.* & ibi etiam Soc. sen. *n. 18.* Crot. *n. 120. ff. de lib. & posth.* idẽ Ruy. *cons. 33. n. 2. iuncto* * *n. 4. lib. 1.* Paris. *cons. 1. n. 39. lib. 4.* & de communi* testatur Bursa. *cons. 54. n. 11.* Viui. *in co. opin. verbo, Princeps, sub ver.* * *bãnitus, seu deportatus*, vbi de magis cõmuni, * & D. Odd. *vbi sup. dict. n. 109. & seqq.* vbi reprobatis contrariis extendit hanc conclusionem, vt possit Princeps non solùm indirectè, sed etiam directè. [& quod quando in gratia fuit dictum, *Quòd non possit obiici de confiscatione*, & multò magis si etiam fuerit dictum, *Non obstante condemnatione, quam volumus haberi pro non facta, nec de ea obiici posse*, quòd tunc ipsa gratia trahatur etiam ad bona in alium alienata, voluit etiam Brunor. à Sole, *dict. quæst. 19. n. 55. iuncto n. 61. & 62.* & faciunt quæ infrà dixi, *n. 40.* Nec dissentit Menoch. *de præsump. lib. 5. præsumpt. 46. n. 10.* & contrariis relatis concordat etiam cum hac vltima opinione contra propositam ampliationem, Ant. Pereg. *de iure fisci, lib. 5. tit. 2. n. 58. & seq.*]

36 ¶ Amplia III. † Eandem regulam huius secundi casus, vt Principis gratia nõ trahatur ad bona penes tertiũ existentia, nedũ si ad eũ peruenerint facto & contractu ipsius fisci, putà alienantis, sed etiãsi peruenerint ex dispositione legis absque facto & contractu Principis, seu fisci: putà in bonis feudi, maioratus, fideicõmissi, emphyteuticis, & aliis similib. per Ant. Gomez *tit. de tor. reor. n. 39. vers. quod tamen regulariter limita, in 3. tomo suarũ variar. resol. c. 13.* & per Odd. Perus. *in suo trac. de restit. in integ. par. 2. q. 99. artic. 10. & 11.* vbi huius ampliationis decem & tria affert exempla. Hæc inquam bona, si ex delinquentis condẽnatione ad tertium, putà proximiorẽ ipso iure & absque facto seu contractu Principis peruenerint, gratia & restitutio à Principe concessa ad talia bona minimè trahitur, secun. Bald. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, col. 4. in fi.* Io. de Imol. *col. fina. in fi.* Cuma. *col. penul. nu. 12.* Fortu. Garzia, n. 221. *ff. de lib. & posth.* Fab. *in §. cùm autẽ, col. 2. Instit. quib. mod. ius patr. potest solu.* Ancha. *in c. quamuis, col. 6. de rescrip. in 6.* quos refert & sequitur Ant. Gomez. *d. t. de tort. reorum, n. 39.* vbi respondendo iuribus, quæ in contrarium allegãtur, dicit pro hac ampliatione facere textum expressum * iuncta gl. ordi. *in l. 2. C. de in ius vocan.* vbi Bar. & cõmuniter* Doctores inferunt, quod si simpliciter fiat remissio, extenditur talis remissio ad interesse fisci & non partis. Ita in casu, quo restitutio trahitur ad bona, debet extendi ad bona penes fiscum existentia, non quæ ad alium peruenerunt, non solùm ex facto ipsius Principis, sed etiam si sine eiusdem fisci facto aut contractu, cum vtroque casu beneficium Principis, vt suprà dixi, sẽper intelligi debeat sine præiudicio iuris alteri quæsiti. [& cum hac ampliatione, quã etiam cõmu- * nẽ* testatur, videtur pertrãsire Menoc. *de præsumpt. lib. 5. præsump. 46. n. 9. vers. secunda fuit opin.* nec nõ pertranseunt etiã relati per M. Ant. Pereg. *in tract. de iure fisci, lib. 5. tit. 2. n. 54.*]

¶ Contrarium, quòd imò restitutio sicut trahitur ad bona per fiscum occupata & confiscata, ita etiam extendatur ad bona quæ ad tertium peruenerunt sine facto & contractu fisci: tenuerunt Bal. sibi cõtrarius, *in l. fin. n. 6. vers. ex prædictis*, & ibi Fulgos. *n. 13. C. de sentent. pass.* idẽ Bal. *in l. sed si hac, §. si quis pœnam, in fine, ff. de in ius vocan. & in l. si pater filiũ*, vbi etiã Ang. *n. 1. ff. ad adop. & in c. domino guerram, n. 12. in vsib. feu.* And. de Iser. *in ca. 1. col. 2. n. 4. verb. verius videtur, tit. de vass. al. decrep. æra.* & ibi etiã Afflict. *n. 23.* Paul. de Castro *in l. intercidit, ff. de cõd. & demõst.* Cyn. *in d. l. Gallus, §. & quid si tantũ*, & ibi Aret. *col. 11. vers. itẽ dicta conc. Gallia, n. 71.* Crot. *n. 118.* Ias. *n. 61.* Lancellot. Dec. *col. penult.* Ruin. *cõsi. 171. ff. de lib. & posthum.* Port. *Inst. quibus mod. ius patr. potest solui, in prin. n. 14.* Felin. *in c. inter quatuor, n. 4. de maior. & obed.* Ang. *cõs. 401. n. 4.* Petr. Anguscio. *cons. 47. in prin. iũcto fine.* Par. *cõs. 1. n. 47. lib. 4.* Bursa. *cõs. 54. n. 86. & seq. li. 1.* Bellam. *dec. 743.* [relati per Menoc. *d. præsum. 46. n. 9. ver. vna* fuit opinio.* & per Peregrin. qui * etiam de communi testatur, *de iure fisci, lib. 5. tit. 2. n. 53. & n. 54. vers. vera Bal.*] & de communi* testantur Felin. *in d. c. inter quatuor, d. num. 4.* Natta *cons. 470. n. 21. & cons. 475.* Rolã. * *cons. 45. num. 25. & n. 32. vers. pariter non obstat, vol. 4.* Car. Alban. *cons. 1. n. 20.* quos demũ referendo sequutus est, & de cõmuni pariter fidem fecit Oddus Perusin. *vbi suprà d. q. 99 ar. 10.* vbi duas ex præfatis Doctoribus attulit huius coniecturæ opinionis rationes. Primò, quia per restitutionem in integrum concessam bannito, causa rediit ad non causam: & propterea si causa, propter quam bona ad tertium peruenerũt, fuit bannum: bannum autem per restitutionem ita tollitur, ac si nunquam restitutus fuisset bannitus: debet quoque & effectus banni tolli, & per consequens recuperati non minùs debent bona, quæ ad personas non priuilegiatas ipso iure deuoluta sunt, quàm ea quæ ad fiscũ, qui priuilegiatus est, peruenerunt. Secundò, quia quando ius competit alicui ex solo impedimento & inhabilitate alterius, cessante illo impedimento & inhabilitate per restitutionem Principis, restitutus quod suum est recuperat, etiam cum prejudicio illius, cui ius acquisitum est, propter dictum impedimentum, & inhabilitatem. [& hanc contrariam opinionem tenet etiam relatis concordantibus Brunor. à Sole, *dicta quæstio. 1. num. 45. & sequentib.*]

¶ Verùm † huic contrariæ & communi* opinioni for- * titer obstat in specie alia communis * Doctorum conclusio * volens quòd si tempore banni deuoluta sit hæreditas bannito, quæ eo reperto incapace delata fuerit proximiori in gradu iuxta iuris dispositionem: restitutus minimè hæreditatem alteri delatã & acquisitã recuperabit, secũdùm cõmunẽ* Do- * ctorum opinionem, de qua testantur Boss. *in t. de remc. ex sola clem. Principis, n. decimoterno*, Clar. *in pract. §. fin. quæst. 59. ver. sed quæro*, Cepha. *cons. 395. n. 9. vol. tertio*, Bonacos. *in com. opin. par. 2. vers. gratia Principis facta bãnito, pag. mihi 32. in fi.* & ante istos idem affirmarunt, & de cõmuni* pariter testati sunt * plures alij relati per D. Oddum Perusinum *in dicto tract. de restit. in integ. d. 2. parte, quæst. 99. ar. 1. n. quinto, versi. in cõtrarium est alia communis opinio.* [& in specie idem affirmauit Menoch. *dicta præsump. 46. n. 9 ver. Secunda fuit opinio, l. 5.* & dixi *infrà in secunda par. tit. de var. & extraord. quæst. 102. n. 107.*] vbi de materia, ergò non est verum, quòd restitutus recuperet bona quæ ad tertium deuoluta sunt, sine facto & contractu Principis seu fisci. Et licèt D Oddus *in d. quæst. 99. eod. art. primo, per totum*, relatis hinc inde cõtrariis Doctorum authoritatibus, & iuribus, [(prout etiam contrarium voluerunt relati per Menoch. *d. præsump. 46. n. 9. in princ. ver. vna fuit eorũ opinio,*)] dicat, quòd immò & restitutus recuperat hæreditatẽ alteri delatã: & pro hac sua opinione alios adducat cõcordantes, asserens eam in puncto iuris veriorẽ, & cum ea in iudicando & cõsulendo pertrãsiri posse; & quòd cõtraria opinio non est magis communis, quia Doctores sunt hinc inde numero pares, negari tamen non potest in hoc particulari de hæreditate delata proximioribus bãniti, magis cõmunẽ* es- * se opinionem, quòd eam restitutus nõ recuperat: qui vltra allegatos per D. Oddum, eum etiam sequuti sunt Clar. Ceph. & Bonacos. *in locis nuper citatis.* Vnde non potest dici Doctores numero esse pares, & sic iudicio meo hæc vltima specialis communis conclusio videtur de directo contraria alteri generali præcedenti propositæ conclusioni.

¶ Quænam autem harum opinionum in punctis iuris verior sit, articulus certè est difficilis, & propterea considera

omnia deducta & allegata per Oddum, *vbi supra d.q.99.ar.1.vbi n.7.& seq.* retenta proposita magis communi * opinione, eam limitat tribus modis:& latiùs *d.q.99 ar.2.per totum*, vbi magis in specie disputat illam quęstionem de patre bannito & restituto. An recuperet hæreditatem, aut interim eo defuncto banno durante ad nepotem deuolutam, pulchre more suo refert, contraria distinguit & resoluit, [prout etiam distinguit,& resoluit Ant.Peregrin.*de iure fisci, lib.quinto,tit.2.n.28.& seqq.& n.37.& seqq.* & eandē magis * communem limitat etiam vno alio modo,Brunor.à Sole,*d.q.19.n.49.& seq.* & alias declarationes ponit Ant. Peregr. *de iure fisci,li.5.tit.2.n.54.ver.in hac Doctor.varietate,vsque ad n.55.*]

¶ Et particulariter,an bannitus restitutus recuperet bona feudalja seu emphyteutica ad proximiores agnatos deuoluta,vide eundē Oddū,*vbi supra q.98.ar secūdo*,vbi etiā docet, An feudū recuperatum per restitutū dicatur nouum, vel antiquum,*& q.99.art.10.nu.82.& seq.* [& Brunor. *d.q.19.nu.47.& 48.*] ¶ Item, An restitutus recuperet ea bona,quæ ex dispositione statuti fuerunt applicata hæredibus occisi,docet pariter idē Oddus *vbi supra d.q.99.ar.11.*vbi latissimè materiam pertractat. Nec eius dicta quæ multa sunt & ordinata, hìc trāscribere volui,quia ipse multùm doctè, subtiliter,& plenè loquutus fuit,propterea sufficiat, lectorem ad illum remittere.[& videas etiam Brunor. *d.quæst.19.n.49.* & Ant. Peregr.*de iure fisci,lib.5 tit.2.num.54.sub ver.in hac Doctorum varietate,& nu.39.*vbi etiam ostenditur, An recuperet pœnam pecuniariam parti offensæ applicatam.]

38 ¶ Limita I.Hanc regulam secundi casus†,vt non procedat,quando restitutio seu gratia esset plenaria;vt putà si in ea Princeps apponat vnū horū verborū,*Plenè,plenius,vel plenissimè*:tūc enim trahitur etiā ad bona in tertiū alienata.Dec.*in c.quia diligētia,n.ult.ap.o,vers.limitari tamen potest,de elect.*Bal.*in ti.de pace Cōstan.in verbo, plenitudine gratiæ*,Felin.*in c.inter quatuor,n.50.de maior.& obed.in cap.vergentis,in secūda col.de hære.*Claud.*in l.Gallus,§.& quid si tantùm,col.6.vers.Quod tamen singulariter limita*,vbi etiam Gallian.*n.64.ff.de l.& posth.* Paris.*consi.1.n.37.& 51.vol.4.& ibid.n.29.* vbi in simili adducit, quòd sicut simplex restitutio degradati & priuati beneficio, non trahitur ad beneficium, nisi sit plenaria secundùm Spec.*in tit.de leg.§.1.vers.quid si degradatus*,Ioan.And.*in cap.quamuis*,vbi etiā Gemin *in fine,de rescrip.in 6.* ita pariter licet simplex restitutio non trahatur ad bona alienata; secus tamen erit si fuerit plenaria:& ita etiam se habet communis opinio, *sicuti testati sunt Gramma.*decisione 65.num.17.& 18.*Paris.*dicto consil.1.num.37.*Barbat.*consil.78.columna 2.& seq.lib.3.*D.Oddus Perus.*in tract.de resti.in integ.quæstio.99.artic.12.num.108.vers.conclusio Doctorum communis est,& nu.109.in fi.*vbi etiam in id allegat Put.*decis.118.li.tertio.* [Menoch.*de præsump.lib.5.præsump.465.nu.11.* vbi etiam allegat Rolan *in cons.45.n.27.lib.4.* licet contrarium affirmauerint remissiuè,relati per eund. Menoch.*ibid.n.12.in fin.*

Quæ quidem plenaria restitutio inducitur etiam per verba geminata,argumento tex.cum ibi notat-*in l.Balista.ff.ad Treb.*& notat Roland.*d.cons.45.n.30.*

39 ¶ Itē † quis dicitur plenè restitutus,si fuerit dictū,*In omnibus,& Per omnia*,docet Rolan.*ibi.n.32.* & ante eū Iac. Port. Imolen.Præceptor meus *in citato cons.48.n.7.* [Et an gratia dicatur plenaria, si in ea fuerit dictum, *Cancelletur condēnatio libere.*Vel, *Faciamus liberā gratiā.*Dic,& distingue, vt per Brunor.à Sole *di.q.19.n.61.ver.aut cōceditur ex simplici gratia, iuncto n.64.versic.secundo casu.* & vide *supra n.28. vers.limita primo*,& Peregrin.*de iure fisci,lib.5.tit.2.n.23.*]

40 ¶ Idem si bannitus restitutus fuerit, ita quòd nihil ei opponi possit: adhuc enim iste taliter restitutus tāquā plenariè restitutus bona alienata recuperabit,secun.Card.& Imol. *in d.c.quia diligentia,de elec.* Alex.*in d.§.& quid si tantùm,nu.20.vers.2.limitatur*,Soc.*ibid.nu.17.*Felin.*in d.c.inter quatuor, nu.9.*Paris.*cons.1.n.38.volum.4* Ruyn. *d. cons.21.n.9.vol.5.* & * est communis,*vt per Ruyn.Viuium,& Rub. & alios allegatos per Rolan.*d.cons.45.n.24.* & per D. Oddum Perusinū *in d.tract.de rest.in integ.2.parte, dict.q.99.art.12.n.109.& seq.*vbi alios plures adducit cōcordātes,& per Clar.*in pra.§. fin.quæst.59.versicul.item quæro*,vbi tamē dicit,quòd hæc opinio sibi nunquam placuit, & apud eum vix obtineri posse credit, vt restitutio quamuis plenaria trahatur ad bona alienata, nisi expresè dicatur. Tu verò non recedas à communi priore opinione,nisi fueris in loco, vbi de consuetudine aut statuto contrarium seruetur.[Et vide etiam allegatos *supra num.35.* & Ant. Pereg. qui hanc eandem communem comprobat,*in tra.de iure fisci,lib.5.tit.2.n.45.& seq.*

¶ Limita II.† eandem conclusionem dicti secundi casus non procedere,quando ex verbis gratiæ expresè apparet quòd Princeps voluerit etiam restituere delinquentē & cōdemnatum ad bona alienata:tunc enim ad illam restitutionē trahi dubitandum non est, cùm habeamus Principis mentē, quæ seruanda est.Ita enim limitando tradunt Anto.Gomez. *de delict.dicto ti.de tortu.reorū,n.19.vers.item adde*,ibi,*quòd intellige*,&c.Paris.*cōs.1.num.40.vol.4* Affli.*decis.361.colum.pen.* Claud. *in l.venia.col.fin.* vbi etiam Dec.*n.9.C. de in ius vocan.* Bero.*cons.76.n.113.vol.1.* Roland.*consi.45.n.33.vol.4.* Boss. *in tit.de remed.ex sola clem.Princip.n.12.* Bonacos.*in commu.opin. parte 1.col.1.& in 2 par.pag.79.in 3.colum.* Ghirlan.*de relax. carcer.tit.de benef.& indulgen. Princip.q.1.n.1.* vbi pariter è conuerso quòd gratia non trahitur ad bona, si ita Princeps expresè dixerit,Bursat.*cons.54.n.14.lib.1.*vbi de magis communi*plures adducit cōcordantes, & pariter de cōmuni testatur Oddus Peru.post hæc.scripta visus, *in d.tra. de rest. in integ.par.2.quæst.99.art.9.n.65.*[& de communi etiam testatur Anto.Peregrin.*in tract.de iure fisci,l.5.ti.2.n.48.*Brunor.*d. quæs.19.nu.41.iuncto num.39.& 40.* vbi ampliat etiam quòd non expresè,sed tacitè constet de mente Principis:quòd voluerit restituere ad bona in tertium alienata:& ibi huius ampliationis ponit exemplum, quando scilicet restitutio aliàs nihil operaretur,& frustratoria redderetur.] 41

¶ Svblimita † hanc secundam limitationem procedere,dummodo Princeps id faciat ex causa, putà publicę vtilitatis,ex qua potest delinquenti etiam bona in alium alienata restituere, veluti quando rebelles remittit ex gratia pacis: tunc enim si id expresè dicat, potest etiam remissis bona in alium alienata concedere,secund.Boss.*vbi supra,dicto nu.12.* Roland.*dicto cons.45.n.33.vol.4.* Clar.*dicta quæs.59.vers.item quæro*;& est communis,* vt per Rub.*cons.154.num.6.* Quod * enim ex causa publicæ vtilitatis,vtputà pro bono pacis;Princeps restituere possit bannitum etiam ad bona alienata, vltra præfatos,ita etiam tradiderunt Bar.*in l.quicunque, num.4. C.de fide instrum.li.10.* Aret.*in l.Gallus,§.& quid si tantùm,col.11.vers.Præterea quæ ratione*,& ibi etiam Soc.sen.*n.18.* Ias.*n.79.& seqq.* Gallia, seu Gali aula *n.72.* Crot.*n.18.ver.fallit.& 3.ff.de lib.& posthum.* Afflict.*in cap.1.tit.de vassallo decrep.ata.n.30.* Gabriel.*tit.de iure quæst.non tol.conclu.2.n.16.lib.3.* Abb. *in cap.1.n.1.de paroch.* Alcia.*in l.plus est in restitutione,n.7.ff. de ver.signifi.* Paris.*cons.1.n.47.lib.4.* Iaco.Por.Imol.*cons.48.n.8.& cons.49.n.8.lib.1.* Menoc. *in 10.remed.recup.poss.n.111.* quos refert,& sequitur Oddus Perusi. *de rest.in integ.2.par.q.99.art.8.n.54.& seq.* vbi pulchrè iuribus & rationibus hanc comprobat,explicat & declarat conclusionem,[prout etiam bene comprobat Anton.Peregrin.*de iure fisci,lib.5.dicto tit.1. num.49.*vbi etiam dicit,quòd hæc est communis declaratio.] Vnde secus si Princeps expressam restitutionem bonorum alienatorum concedit bannito sine causa;quia tunc cùm sine causa non possit ius tertij tollere, nec etiā sine causa valebit restitutio prædicta secundùm * communem, de qua per D. * Oddum *vbi supra,d.q.99.art.9.n.65.*vbi plures adducit concordantes:& hoc declarat Nel.*in tracta.de bannit.in 1.par.3. temp.quæst.8.*

¶ Et sic ad hoc vt proposita secunda limitatio habeat locum,tria requiri videntur.Primò,quòd Princeps expresè dicat,se restituere etiam ad bona alienata, vt post Nellum vbi supra tradit etiā Menoch. *in cōs.103.in 2.dubio,vol.1.*& ante Men.Afflic.*in c.1.ti.hìc fi.lex Cōradi,n.34.ver.6.noto,& ver. sint ergo cauti,&c.* cū aliis supra allegatis *in limitatione.* Secūdò requiritur, quòd hāc expressam restitutionem ad bona alienata idem Princeps concedat propter publicam vtilitatem & bonum pacis,& sic ex iusta causa,secus sine causa secundū communem*de qua per Soc.iun.*in d.l.Gallus,§.& quid si tātùm,n.190.ff.de li.& posth.* & de magis communi per Bursat. *in cōs.54.n.17.& 18.l.1.*cū aliis cumulatis per D.Odd.*vbi supra d.q.99.ar.9.n.65.* Tertiò requiritur,quòd eadē causa publicæ vtilitatis & pacis exprimatur in restitutione:secus si nō exprimatur,vt per Ias. *d.l.Gal.§.& quid si tātū,n.28.ff.de li.& posthu.*

posthu. Nell.*de bannit.in 1.par.3.tempor.q.11.*Bosl.*in tit.de remed.ex solâ clem.Princip.n.12.*

¶ Sed verius dicas quòd ex tribus propositis requisitis, secundũ in ordine positum est sine dubio necessarium, videlicet iusta causa: quia cùm Princeps nõ possit sine iusta causa ius tertij tollere; pariter nec sine ea poterit rebãnito & restituto concedere bona in alium alienata & translata, vt suprà probatum est, & in hoc omnes concordant. At in duobus aliis prædictis requisitis, videlicet in expressione causæ, & in expressione specificæ restitutionis bonorum alienatorum, verius est, vt vnum tantũmodo concurrat: quia si Princeps simpliciter restituat bannitum, exprimátque se restitutionem concedere propter publicam vtilitatem: talis restitutio trahitur ad bona alienata, etiam quòd de illis non sit facta expressa mentio.

Hoc enim operatur sola expressio publicæ vtilitatis & causæ, vt plurib. cõprobat D.Oddus Perusin.*vbi suprà d.q.99. art.8.per totum, præsertim n.61.ver.Tertiò quòd quãdo Princeps. & n.62.vers.Et per hæc non puto necessarium, & art.9.num.70. ver.& quod superflua est* [& alios plures adducit cõcordantes Brunor.à Sole,*d.q.19.n.56.& seqq.*] Et è contrà, si Princeps in restitutione expressè mandet restitui bona alienata: restitutio valet etiã quòd non sit expressa causa publicæ vtilitatis, quia in dubio sẽper præsumitur, quòd Princeps ex iusta causa motus fuerit, vt per Socin.iun.*in d.l.Gallus,§. & quid si tantùm,n.*110.*ff.de lib.& posthum.*communem dixit Vasq.*controuer.illust.lib.1.c.25.n.17.*sequitur Oddus Perusin.*vbi suprà d.q.99.art.9.n.68. & seq.*vbi *præsertim n.71.* optimè probat, quòd in omnẽ euentũ admissa opinione eorum, qui dixerunt causæ expressionẽ requiri, debet intelligi ad hoc ne teneatur fiscus de euictione bonorũ alienatorũ, non autem quin indistinctè sic restitutus dicta bona alienata recuperet, prout singulariter declarat Soc.iu.*in d.§.& quid si tantùm n.*120.Crot.*in simili, n.*120.*vers.tenendo, &c.*Ruyn.*cons.*21.*n.*9.*lib.*5.& sic redeũdo ad propositam sublimitationẽ, dic nũquã restitutionẽ trahi ad bona alienata, nisi quando vel Princeps id in specie expresserit, vel saltẽ expresserit, se restituere propter publicã vtilitatẽ: vnde causa iusta publicæ vtilitatis semper requiritur, sed illius expressio non nisi quando restitutio est simplex sine specificatione bonorum alienatorum; & vbi de bonis alienatis est facta specialis mentio, causæ expressio non est necessaria, quia præsumitur per superiùs allegata.

¶ Limita III. Eandem regulam secundi casus, † quia licèt aggratiatus & restitutus non recuperet bona sua in tertium alienata, bene tamen recuperat illorũ pretium à fisco, secun. Bar.*in l.fina.n.7.C.de sent.pass.*qui ad hoc allegat tex.*in l.sed & si lege,§.iteẽ,si rem.ff.de petit.hæred.* Albert.*in l.si debitor, n.2.ff.quæ in fraud.creditor.* Alcia.*in l.Gallus,§.& quid si tãtùm, n.*122.*&* 124.& ibi etiam Costa.*in 2.par.num.*64. [& Ias.*n.* 57.]*ff.de lib.& posth.*Paris.*cons.*2.*n.*186.*lib.*4. & sequitur D. Oddus Perusi.*in d.tract.de restit.in integ.pa.2.qu.99.art.*5.inquiens ita esse tenendum in pũcto iuris, & contraria obseruantia dicitur malus vsus, attẽta iuris dispositione, dũmodo tamẽ ipse fiscus sit factus locupletior, & nõ aliàs secun. Bart. *vbi suprà,* & Ghirl.*d. tit.de benef & indul.Principis, in tract.de relaxat.carcerat.qu.*5.vbi pro hac declaratione adducit rationẽ, quia scilicet fiscus succedit loco hæredis illius dãnati,*l.2. C.de bon.proscrip.l.*1.*C.de bon.eorũ, qui ante sent.mor.sibi cõsci.* qui cùm sit legitimus & bonæ fidei possessor, ideo precium rei alienatæ per ipsum eatenus restituere tenetur, quatenus locupletior factus sit, & non aliàs.*l.tutor.ff.ad l.Iul.de vi,* & propterea si precium prædictũ fuisset à fisco subtractũ, vel alio simili casu periisset, nõ teneretur ad illius restitutionẽ, cùm non sit factus locupletior,*d.§.item si rem.* [Addo pro hac eadem limitatione Ant.Peregrin.*de iure fisci, lib.* 5.*tit.*1.*n.*27.]

¶ Contrarium, quòd etiam fisco facto locupletiore non possit aggratiatus, seu restitutus preciũ bonorũ alienatorum ab eo recuperare, magis placuit Alex.*in l.Gallus,§.& quid sit tantùm,nu.*122.*versic.tamen ista plus placet*; videtur de mẽte Nelli *in tract.de bannit.in* 1.*par.*3.*tẽporis,q.*6. vbi respondendo ad tex.per Bar.allegatũ *in d.§.iteẽ si rẽ,* dicit quòd loquitur in eo, qui suo iure communi vendicat res suas in alterum alienatas. Et propterea non debet trahi ad illũ, qui iure speciali & ex gratia & restitutione sibi concessa vult agere cõtra restituentem Vnde doctr. Bar.posse esse verã inquit ipse Nellus in expressa ad pristinum statum restitutione; secus in simplici rebannitione. Et ita etiam propositam limitationem declarando in hoc vltimo dicto Nelli resident etiam D. Oddus *vbi suprà d.q.99.art.5.n.6.ver. limita secundò.*

¶ Tu verò dicas, quòd opinio Bar. est communis, * sicut testantur Nell.*ibi,* Clar.*in pract.q.59.ver.itẽ quæro, in fi.* Brun.*de cessio.bono.4.par.q.16.n.6.*& Oddus *vbi suprà, n.35. ver. in contrarium est communis.* Sed quicquid sit de iure, omissa pro nunc disputatione, non recedas ab vltima opinione contra communem, quæ in practica seruatur. Nunquam enim vidi, nec audiui aggratiatum seu restitutum etiam plenariè, precium rerum alienatarum à fisco recuperasse, & communem opinionem minimè in practica seruari, testãtur Nellus & Clar. *vbi suprà.*

¶ Sublimita † præcedentes omnes limitationes datas ad regulã huius secundi casus: & omnes casus, in quib. aggratiatus siue restitutus recuperat bona alienata, siue nõ alienata, vt non tamẽ recuperet fructus perceptos, tex est in iure singularis *in auth.idẽ est de Nestorianis.C.de hæret.* vbi habetur quòd si quidam liberi sunt fideles, aliqui verò non, portio & hæreditas omnium debet esse apud fideles. Et si postea fuerint conuersi, restituuntur reis eorum partes sine fructib. & ibi hoc expressè notant Albert.& Sali.& ita etiam per illum textum tradiderunt Ang.*in l.Gallus,§ & quid si tantum,n.*14. Aret.*col.*11.*vers.super secun.art.*Cuma.*n.*13. Alex.*n.*21. Gall. *n.*92. Soc.iun.*n.*123.*ff.de li. & posth.* quos & alios referendo sequitur Ant.Gom.*d. tit.de tort.reorũ, sub n.*38. vbi dicit quòd ista opinio est tenenda in iudicando & consulendo, & vltrà istos, Bal.*in l.si.n.*12.*C.de semẽ.pass.& in l.*1.*circa fi.C.de cõuen. fisci debit lib.*10.*& in c.*1.*n.*18.*t.hic finitur lex Cõrad.*Grat.*cõs.* 106.*n.*2.*lib.*1. Couarru.*var.resolu.lib.*1.*c.*3.*n.*15.*in fine.*

Et licèt Ias.*in d.§.& quid si tantùm, nn.*52.67.*& seqq.* & ibi etiã Fortun.Garzias,*n.*248.*vers.ego vero,* Ruin.*n.*185.*in fine,* Dec.*in l.in condẽnatione, in fi* & ibi etiã Cagno.*n.*2 *ff.de reg. iur.* Nell.*de bannit.in* 1.*par.*3.*tẽporis, in 7.q.* vbi nititur respondere *ad auth.idem est de Nestorianis,* Bosl.*d.tit.de remed.ex sola clem.Princ.n.*11. contrarium dixerint, quòd s. restitutus & aggratiatus, qui recuperat bona, recuperet etiam fructus illorũ, prout etiam contrarium cum istis dixerũt idem Ias.*in l.beneficium,n.*27.*ff.de constit.Princ.* Crot.*cons.*127.*n.*6 *& seq. lib.*11.

Horum tamen opinio iuridica non est: fundatur enim in regula illa, quòd s. non dicatur quis ad rẽ restitutus, nisi etiã illius rei fructus cõsequatur, de qua *in l.in condẽnatione §.cum verbũ restituas, ff.de reg.iur.& in l.videamus, la secũda,§.in Fauiana, vers fina.ff.de vsur.* Quæ quidem iura, vt optimè adnotauit Ant.Gomez *in loco suprà citato, videlicet in n.*38. *prope fi.* non faciunt ad id, ad quod allegantur: in illis enim tractatur de restitutione bonorũ, nulla præcedẽte culpa petentis restitutionẽ rei, & prætendentis causam onerosam & iniustam possessionem aduersarij: hìc verò restitutio bonorum fit ex gratia speciali & lucrativa ei, qui aliàs deliquit; & sic non debet obesse possessori, qui medio tẽpore sub bona fide fructus percepit. Propterèa non recedas à præcedenti opinione, quę etiã communis est, sicuti de communi testãtur Crot. *in d.l.Gallus,§.quid si tantum.n.*121. *in fi.ver. Notate tamen,* & ibi etiã Alcia.*n.*114. Eman.à Costa.*in secunda parte, n.*74.*& seqq.* vbi de magis communi, * *ff.de lib.& posthu.* Albert.*in l. Princeps,n.*5.*ff.de verb.sign.* Bosl. *dicto n.*11.*& in t. de restit. quæ fiunt à Principe, n.*17. Bonac.*in commu.opin.*1.*parte, ver. gratia, seu remissio delicti, columna* 3.*in fine, pag.*79. Clar. *d.q.* 59.*ver. Quæro etiã,* Rolã.*dicto cõs.*45.*n.*8.*vol.*4. Bursat.*cõs.*54.*n.* 13. D.Odd. Peru.*dicto tra. de restit.in integ.*2.*par.q.*99.*art.*14. *n.*123.*ver.in cõtrariũ est magis cõmunis, & n.*125. vbi etiã restatur de æquiori & verioti opinione, & ibi respondẽdo ad contraria plurib. iuribus, & rationibus proposita sublimitationem comprobat [quod & facit Brun. à Sole, *d.q.*19. *n.*67.*ver.aduerte tamen,* & idem tenet Ant.Peregrin.*in tract. de iure fisci, l.*5.*tit.*2.*n.*61.*& seqq.*

¶ Limita Hanc sublimitationẽ non procedere in pluribus casibus enumeratis per D.Oddũ, *vbi suprà d.quæst.*99. *eod.art.*14.*n.*129.*& seqq.* ex quibus tres tantummodo casus recẽsendos puto, remittendo in reliquis lectorem ad ibi per eum tradita. Primò sublimitatio procedit, vt restitutus non recuperet fructus consumptos, secus pendentes vel collectos extantes, vt ibi per eũ, *n.*129. Secũdò, eadẽ sublimitatio

procedet in restituto per viam gratiæ, secus in restituto per viam iustitiæ,quã Nellus *dicta quæst.7.*appellat per viam reformationis,vt per Alexan. *in dict.l.Gallus,§.& quid si tãtùm, num.77.*Soc.iun.*cons.*111.Fortu Garzias,*nu.*253. Galiaula. *n.67.in fine,*Crot.*n.*121.*in fine, ff ae lib. & posthum.* Couarru. *variar.resol.l.primo,dicto cap.ter. in fi.num. decimoquinto*, latè prosequitur D.Oddus Perus.*dicta quæst.99.eod.art.14.n.*125. *& seqq & melius in n.*131. Tertiò eadem sublimitatio nõ procedet in plenissimè restituto, perinde ac si condemnatus nõ fuisset: taliter enim restitutus recuperat etiã fructus perceptos,Crot.*cõs.*127.*n.*15.& Crotum sequitur Rolan.*dicto cõs.* 45.*n.*32.Bonacos.*in cõmun.opin secũda parte,vers.gratia Principis facta bannito.p.*33.*col.prima,*Alcia.*in dicta l. Gallus.§.& quid si tantum,n.*74 *ff de lib. & posthum. & in l. Princeps, in fi. ff de verb.sig.*Ferret.*in tract.de gabel.nu.*170. D. Oddus Perus. *dicta quæst.99.nu.*130.vbi post Bursat.*in dicto cons.*54.*n.*13. *lib.*1. hanc vltimam declarationem intelligit procedere in restitutione facta cum causa; secus si sine causa,& faciunt suprà tradita *num.*42.

45 ¶ An † autem aggratiatus de delicto,censeatur etiam restitutus ad famam, esset super hoc aliquantulum immorandum; verùm quia post hæc scripta peruenit ad manus tractatus D.Oddi Perusini *de restit.in integ.ibi in 2.parte,*vbi in fine operis latissimè pertractat materiam,omnésq; contingibiles quæstiones optime explicat,ideo in occurrẽti casu,si volueris scire,An & quando gratia delicti extendatur etiam ad famam,honores,dignitates, vide generaliter & particulariter, & semper recurras ad ipsum,*dicta secunda parte, quæst.92.n.* 102.*& seq.& q.*94.*art.*1.*n.*2.*& quæst.*93.*per totã,& quæst.* 95. *art.*1.*n.*7.*& seqq.& q.*96.*art.*1.2.4.*& 5.* Vide etiã super hoc eodem articulo Ghirlã.*de relax.carcerat.d.t.de beneficio & indulg.Princip.q.*1.*& q.*6.Carrer.*in pract.pag.mihi* 193.*n.*19.*videlicet in trac.de homicid.& ass.ff.*§.29.*excusatur,*Nellus *de bãnit.in* 1.*parte,*3.*tempor.q.*15 *& seq.*Anton.Gom.*d.tit.de tortura reor.sub eod.n.*30.Rolan.*dicto consil.*45.*n.*3.*volum.*4.Boss.*in tit.de remed.ex sola clemen.Princip.nu.*18.*& seq.* & nouissimè Paul.Granut.*Theorem.*23.*n.*22.*& seqq.lib.*1.[& Anto. Peregrin.*de iure fisci, lib.*5.*tit.*2.*n.*24.]

¶ Et quia in materia potest dari pro regula,quòd per simplicem indulgentiam non censeatur restituta fama,*vt in l.fi. C.de genere abolit.in l.generali,C.de sent.pass* secus per restitutionẽ in integrũ gratiosam, *vt in l.*1.*C.de sen.pass.*& hæc di-
* stinctio* cõmunis est, vt plurib.cõprobat Oddus *vbi supra q.* 94.*ar.*4 *n.*14.*& seq.& q.*96.*art.*1 *& 2.n.*1.*& seq.* Ideo si scire volueris, An,& per quæ verba censeatur Princeps concessisse simplicem gratiam,seu indulgentiam:& quãdo in integrum gratiosam restitutionẽ, ac demum quando plenariam restitutionem: nemo est qui casus magis distincte ponat, quàm D Oddus *in d.tract.de rest.in integ. vbi sup.*ideo ad eum recurras *in d.*2.*parte,q.*93.*per totam,*vbi latissimè ponit clausulas & verba,quæ in huiusmodi gratiis apponi solent.

¶ Et an quilibet Princeps possit ad famam restituere,vide latissimè eundem D.Oddũ *in sapius suo allegato tract.de restitu.in integrũ,parte* 2.*art.*4.*& omnibus seq* per totam illã quæstionem:vbi distinctè & miro ordine more suo ponit, an & quando Papa vel collegium Cardinalium,Episcopus, Inquisitor hæreticę prauitatis,Imperator,Senatus Romanus,Prętor, Princeps & Domini, ac etiam quilibet de populo seu quilibet populus possint ad famam restituere:ipsum adito & legito,quia ipsius scriptis nihil addi vel minui potest.Ita pulchre materiam pertractauit [& vide præcipuè Henric Boyc. cum ibi per eum allegatis *in cap.testimonium,num.*14.*&* 15. *extr.de testib.*]

¶ Et in proposito scis vnum valdè iudicio meo notabile: quòd licèt Princeps possit delinquenti famã restituere,& iuris infamiã ex delicto incursam ei tollere,*ex l.prima,C.de sen. pass.& fil.na.*§.1.*C.eod.* non tamen potest tollere & remouere infamiam facti, quia opinio hominũ de bonitate,vel de malitia alicuius,non potest ab aliquo etiam maximo, vel supremo Principe remoueri:Princépsque nõ potest facere, vt homines credant illum esse bonum, quem credunt, & credere volunt esse malum:Ab.*in c.cùm te,num.*9.& ibi Felin.*numer.* 10.*de re iud* [Rom.*sing.*469.*incipi.dubitatio est magna,*vbi dicitur,quòd non nisi à Deo facti infamia aboleri potest,] Archid.*in ca.testes,*2.*q.*7.Bald.*in cap.veritatis, de dolo & cõtuma.* Gabriel.Saray *in addit.ad Matthesil.sing.*61.Port.*Instit.quib. mod.ius patr.potest solu.n.*20.Alciat.*in l.plus est,n.*9.*ff de verb. sig.*est tex.*in cap.Euphemiũ*, 2.*q.*3.& passim tradũt alibi Doctores,prout testatur D.Oddus Perusi.*d.q.*92.*art.* 4.*n.* 34.*& seqq.* vbi præfatos congerit Doctores & cõtrariis respõdet. Sed in hoc vide eund. Oddũ, *qu.*97.*art.*2. *n.*9. vbi not. quòd imò Princeps restituit etiam ab infamia facti, si hoc ei placeat & exprimat,vt per Aflict.*in tit. quæsit prima cau. benef. amitten.n.*99.*gl.*3.& per Aym.*cons.*168.*n.*1.*&* 2.

Qværo IV. Tu scis,†quòd si gratia Principis est subre- 46
ptitia vel obreptitia, nihil valet, quia obreptio vel subreptio maxime in gratiosis ipso iure etiam parte non opponente gratiam vitiat,*cap.ad audientiam,il secondo, de rescrip. ca.si eo tẽpore,eo.tit.li.*6. Abb.*cons.*34.*n.*5.*lib.*2. [gl.& Doct.*in cap.dilectus filius,de rescrip.*]& nõ solùm gratia per obreptionem redditur nulla, verum etiam & impetrans obrependo tenetur pœna falsi,& puniri debet,*l.si quis obrepserit.* vbi glo. & Doctores,*ff.de fal.ca.accedẽs.ext.de crim.fal.*& in terminis nostris concludit Fer.Gargias,*cons.cri.diuers.*126.*n.*103.*& seq.vol.*1.*in magn.*& tradit Boss.*in t.de rem. ex sola clem.Princ. num.*37. vbi quòd in tantum gratia est nulla, vt is qui illam habuit,possit impunè occidi.[Mascard.*de probat.li.*2.*cõclus.* 846.*n.*16.*&* 17. Ant.Thesaur.*decis.Pede.*21.*n.*2.] ¶ Quando igitur gratia dicetur subreptitia vel obreptitia? Pro resolutione huius quæstionis esset hîc ponenda tota materia rescripti surreptitij, & obreptitij: verùm quia de ea alibi Deo dante latiùs dicemus in quæstionibus ciuilibus, ideo quatenus attinet ad materiam criminalem, facias in proposito duas principales conclusiones.

¶ Prima sit conclusio, † quòd impetrans gratiam de 47
delicto debet exprimere non solùm ipsum delictum, sed etiam omnes delicti qualitates,quæ Principis animũ verisimiliter retrahere potuissent à gratiæ concessione,si illas sciuisset, Ias.*in l.nec damnosa,C de precib.Imper.offeren.* Rom. *cons.* 449.Anchar.*cons.*160.*col.*4.vbi infert,quòd debet exprimi, quis fuerit author criminis,& sequitur Boss.*vbi supra, n.*33. *& n.*38.*& seq.*vbi pariter infert, quòd si gratia fuit concessa rebelli, & de rebellione damnato, Principe hoc ignorante, nõ debet huius gratiæ,etiã quòd fuerit in Senatu approbata, aliqua ratio haberi. Ant Gomez.*tit.de tort.reorũ, n.*38.*ver. itẽ adde*, vbi propterea quòd exprimi debet,si delictũ fuit proditorie cõmissum,Menoch.*de arb.q.casu* 203.*n.*30.*& seq.* vbi etiam dicitur,quòd debet exprimi qualitas animi deliberati, & hoc de cõmuni* testantur Bonacos. *in com.op. l.*1. *ver.gratia seu remissio delicti,prope fi.c.*79.*co.*4.& ante eũ Clar.*in pra. d.q.*59.*ver.debet autẽ*, vbi etiã asserit se recordari quendam Bartholomæum claudum,insignem sicarium,qui literas impunitatis à Principe obtinuerat, neque expresserat, quòd tẽpore impetrationis erat in carceribus detentus,fuisse laqueo suspensum 6.Maij 1518. &c.Et de istis qualitatibus, & circunstantiis aggrauantibus dixi latè *inf.q.*18.*n.*63.*& seqq.* *

¶ Limita tamen hanc primam conclusionem† huius 48
quartæ quæstionis,quòd non omnia tacita, quorum expressio potuisset Principem mouere ad denegandũ gratiam,gratiam vitiat,sed ea solũ de quib.reperitur iure expresũ,quòd eis expressis gratiam concessisset. Ita declarat & limitat præcedentem conclusionem Felin.*in capit.postulasti,colum.* 4.*in princ.vers.declarat etiam,de rescrip.* qui ad id allegat Bellam. *decis.*298.*incip.cõclusio.ext.* Rotam,*n.quinto*,& Rot.*decisio.*32. *ti.de resc.in nouis,ad fin.* quem sequitur Bos. vbi *sup n.*34. qui ad id allegat etiam Soci.*cõs.*13.*incip.præsens consultatio,col.*2. *vers. secundò principaliter,& col.*8.*vers nunc verò supersit.*

¶ Secvnda† sit conclusio in hac eadem quarta quæstio- 49
ne,quòd rescriptũ gratiosum de aliquo delicto, putà de homicidio, in quo non sit mentio de gratia habita de alio homicidio,vti nullũ & inualidũ,nihil impetrãti suffragatur. Ita originaliter & notabiliter dixit Gul. de Cun.per illũ tex.*in l.* 3.*C.de Epis.aud.*cuius tex.verba sũt hæc.*Remissionẽ veniæ crimina,nisi semel cõmissa,nõ habeãt,nec in eos liberalitatis Augustæ referatur humanitas,qui impunitatẽ veteris admissi nõ emẽdationi potiùs quàm cõsuetudini deputauerint,*& Guilielmũ sequuti sunt Felin.*in c.postulasti,col.*4.*vers.& per istum tex.potest inferri,ext.de rescrip.* And. Sic.*in c. super literis,eod.t.*vbi dicit se vidisse Bononiæ decapitari quendam non obstante gratia, quam habuerat,ex eo quòd in ea fiebat mẽtio de primo homicidio,

micidio, Io. de Arnono *sing.* 11. Anã. *in c. ad abolendũ, n. 7. col. 2. de hæret.* Io. Lup. *in c. per vestras, in 4. not. n. 11. de donat. inter vir. & vxo.* Io. Crot. *in c. fi. col. pen. de const. in 6.* Mat. de Affl. *in const. inconsutilẽ, col. pen.* Rocch. de Curt. *in c. fi. in 1. not. de consuetud.* Ias. *in l. nec damnosa, n. 3. C. de precib. Imp. off. & in l. 2. in fi. C. si cõt. ius, vel vtil. publ.* Dec. *cõsil. 695. n. 33.* Boer. *q. 217. n. 22.* Marsil. *sing. 3.* Neuiz. *in sylua nup. l. 1. n. 151.* Alc. *in c. cum non ab homine, n. 43. de iud.* Ferret. *de mili. inst. pa. mihi 162. n. 167.* Carrer. *in pract. in materia homicidij & assassinij, in §. 29. excus. n. 13. & seqq. pa. mihi 192.* vbi & alios adducit concordãtes, Boss. *in ti. de remed. ex sola clem. Prin. n. 35. & n. 38.* Ant. Gom. *d. tit. de tortu. reor. n. 38. ver. Itẽ adde, & ti. de homicid. n. 60.* Cou. *variar. resol. l. 1. c. 20. n. 8.* Placha *in epit. delict. 38. n. 4. & c. 45 n. 1. l. 11.* Iodo. *in prac. c. 147. n. 12.* Clar. *in prac. q. 59. ver. debet autẽ,* & est cõmunis* opinio, sicuti testatur Sebast. Medices *de reg. iur. 3. n. 54. pa. 98.* quẽ refert Bonacos. *in commu. opin. 2. par. ver. remis. delicti, pa. mihi 67. col. 1.* & post hæc scripta visus, hoc idẽ nouissimè cõfirmat Mascar. *in suo tract. de prob. l. 2. cõclus. 828. n. 8.* vbi quòd nõ præsumitur Principẽ voluisse remittere delictum geminatum & reiteratũ, nisi expressa facta reiterationis, & geminationis mentione, ex Bal. *in l. nemo, C. de Episc. audien.* ex Grã. *voto 17. n. 11. & 12.* & ex Marsil. *sing. 378. n. 4.* & pluribus aliis relatis Doctorũ author. hanc eandem secundã conclusionem cõprobat Franc. Cald. as. (post huius libri secundam impressionẽ habitus) *in repet. l. si curatorẽ, in ver. vel aduersarij dolo, n. 51. C. de in integ. rest. min.*

50 ¶ LIMITA I. Hanc secundam conclusionem, † vt illa procedat, quando gratia habita de primo delicto seu homicidio fuit valida, secus si inualida, & nulla, quia tũc impetrãs secundam gratiam, non tenetur exprimere primam, quæ fuit nulla & inualida, ita Fel. *in c. tenore, n. 2. de rescript.* & Feli. referendo sequitur Menoch. *de arb. q. casu 203. sub n. 32. vers. scribit etiam Felinus.*

¶ LIMITA II. Dictam secundam conclusionem, vt procedat, si prima gratia continet simile delictum illi, de quo nunc impetrãs petit secundam gratiam, putà quia ambo delicta sint homicidia: tunc debet fieri mentio de prima gratia, secus si delicta sint diuersa vel separata: nam tunc Iudex debet ab exequutione supersedere, & Principem consulere, vtrum debeat approbari gratia, in qua non est facta mentio alterius diuersi & separati delicti. Ita Couarr. *variar. resol. lib. 1. c. 20. n. 8.* Alc. *in c. cùm ab homine, n. 42. de iud.* refert & sequitur idem Menoc. *d. casu 203. n. 32.* Boss. tit. de rem. *ex sola clem. Prin. n. 33. in fine,* alios adducit concordantes Burs. *cons. 177. n. 24. & seqq. lib. 2.* [Nec dissentit Flam. Cartar. post hæc scripta visus, *in tract. de exeq. sent. capto bannito, cap. fin. num. 315. ad finem*]

¶ LIMITA III. Vt tunc demum facienda sit mentio in gratia de veteribus delictis, si de illis habita fuit gratia: secus si non fuit habita gratia, quia tunc siue sint notoria, siue de eis adsint solæ suspiciones, non tenetur quis facere mentionem, secundùm Boss. *vbi suprà, num. 35.* qui ad hanc limitationem optimè ponderat dictum Guliel. de Cun. *in d. l. 3. C. de Episc. aud.* dicentis, quòd non valet secunda gratia secundi homicidij, tacita prima, sentiens hoc dicto clarè, quòd si prima gratia non adfuisset, valuisset secunda: nec dissentit Burs. qui pariter & alios adducit concordantes *in præalleg. cons. 177. eod. nu. 24. & seq. lib. 2.*

¶ Ego autem multum dubito de præcedentibus tribus limitationibus, quibus fortiter obstat generalitas rationis de qua *in d. l. 3. C. de Episcop. audien.* Vnde clarè colligitur, quòd Princeps delicti veniam non debet illis concedere, qui consueti sunt delinquere, & alia commiserunt delicta. Siue igitur de antiquis delictis fuerit habita, vel non habita gratia: & siue gratia habita sit valida, vel inualida, & siue delicta fuerint similia, siue diuersa; nulli dubium, quod semper Princeps solito delinquere difficilior erit in concedendo gratiam. Ego crederem tutius esse, vt semper in gratiis quis faceret mentionem de aliis delictis, etiam quòd essent diuersa, ac etiam quòd gratiæ habitæ essent inualidæ. Et si contrarium contingeret, semper, si iudex essem, Principem consulerem, quid agendũ. Quia, vt dixi, ex præallegatis res satis dubia redditur.

LIMITA IV. Eandem secundam conclusionem eiusdem tertiæ quæstionis, vt licèt sit nulla gratia, in qua non est facta mentio de aliis delictis, præsertim similibus & eiusdem generis, non pro hoc tamen Iudex debet ita ex abrupto & ex se ipso deuenire ad condemnationẽ, sed debet priùs consulere Principem; sicuti sensit Alciatus *in d. c. cùm non ab homine, n. 44. ext. de iud.* vbi propterea dicit esse per eundem Iudicem statuendum parti petenti terminũ ad ipsum Principem consulendum. Et hoc esse æquissimum, licet non necessarium, affirmat Couarr. *variar. resolu. d. c. fi. n. 8.* sed si Iudex essem, ego semper hanc æquitatem seruarem, præsertim quando viueret idem Princeps, qui primam gratiam concessit, iuxta ea quæ in proposito considerat idem Flam. Cartar. *d. c fin. num 315. ad fin.* & bene iudicio meo.

¶ QVÆRO V. Tu scis, † quòd gratiæ delictorum à Prin- 51
cipibus solent principaliter dupliciter concedi. Primò particulariter remittendo, s. pœnam alicui ex aliquo priuilegio, beneficio, & gratia particulari: & de his hucusque tractauimus. Secundò generaliter remittendo. s. pœnã delinquẽtibus propter aliquam publicam lætitiã, *l. generalis, C. de sent. pass.* Ant. Gom. *d. tit. de tortu. reor. n. 38.* Placha *in epit. delict. lib. 1. c. 38. n. 3. & seqq.* Ang. *de malef. in verbo, necnõ ad querelã. n. 75. vers. quæro, an abolitione,* Carrer. *in pract. in tract. de homicid. §. 29. excusatur, n. 13.* Clar. *in prac, q. 59. vers. scias autẽ,* Bonacos. *in comm. opin. par. 1. versic. gratia, pag. mihi 79. col. 2.*

¶ Ad † quæ igitur delicta huiusmodi generalis gratia ita 52
generaliter delinquentibus concessa extendetur? Dic quòd in generali Principis abolitione non comprehenduntur crimina enormissima; putà assassinium, † Rom. *in l. si quis in graui, §. hi quoque, ff. ad Syllan.* Marsil. *in pract. §. diligenter. num. 161.* Io. Mar. Montic. *in sua asserta pract. crim. reg. 8. num. 30. vers. 10. speciale.* 53

¶ Item † nec comprehenditur crimen falsi, *l. Lucius,* & ibi 54
Bar. *ff. ad Turpil.* Ang. *de malef. in verbo, & ad querelam, n. 77. vers. quæro, an abolitione publica,* & ibi Hier. in addi. vbi secundùm Nellum *in tract. banni. in 3. par. temporis, q. 12.* inferendo dicit, quòd si statuto cauetur, quòd banniti certam quantitatem soluentes eximantur de banno, vel incarcerati soluta certa quantitate relaxentur, non extendetur tale statutum ad bannitos seu carceratos pro crimine falsi; & hoc propter criminis grauitatem, & ita communiter * teneri te- *
statur, & Nellum referendo sequitur Clar. *in pract. d. q. 59. vers. in huiusmodi autẽ.* Bonacos. *in com opi. pa. 1. ver. gratia facta à statutis, pag. 79. col. fin.*

¶ Item † nec generalis abolitio trahetur ad crimen læ- 55
sæ maiestatis, secund. Bar. Alex. & Ias. *in l. de pupillo, §. in prouinciali, ff. de ope. nou. nun.* Rom. *in l. si quis in graui, §. hi quoque, ff. ad Syllan.* Marsil. *in l. prima, n. 18. C. de raptu virg. & in l. 1. n. 23. ff. de quæst. & in l. de minore, n. 2. ff. eo. & in sing. 164. incip. Nemo debet se submittere,* Gig. *de crim. læsa maiest. in rubr. de plur. & var. quæst. q. 8. pag. 187 l. 2.* vbi reddendo rationem dicit, quòd cùm abolitio criminalis læsæ maiestatis sit de reseruatis Principi, sicut & illius cognitio: ideo requirit specialem mentionem, secundùm Isern. & Afflict. *in c. 1. §. bona committentiũ, n 46. in tit. quæ sint regalia, in c. vsib feud.* Addo etiam Placham *in Epit. delict. c. 38 n. 3. l. 1 tit. de abolitionib. & n. 4. vers. Hinc & illud.* vbi etiam quòd Principis indulgentia † non extenditur ad crimina, quæ à Iudice in officio 56
commissa fuerunt, ex Pari. de Put. *in tract. de synd. verbo, an si Potestas condemnauit.*

¶ Item † nec trahetur talis generalis abolitio ad delicta 57
futura, secund. Bonacos. *vbi suprà, d. verbo, gratię factæ à statutis,* vbi etiam refert, quòd tali indulgentia non gaudet ille, qui deliquerit prætextu talis gratiosi decreti.

¶ Item † nec trahetur generalis abolitio ad delicta liqui- 58
da, & notoria, secund. Ang. *de malef. d. n. 77* & Placham *d. ca. 38. n. 3. vers. 2. intelligendum fore, per l. si. C. de abolit.*

¶ Item † nec porrigitur ad iam carceratos, *l. Dominus,* & 59
ibi Bar. *ff. ad Turpil.* Ang. *vbi suprà.*

¶ Item † nec talis abolitio porrigitur ad accusationes 60
nondum institutas, *l. 1. & 2. C. de genera. abolit.* Ang. & Placha *in locis sup. citatis.*

¶ LIMITA Præmissa, ne erres seu æquiuoces in mate- 61
ria, † quia prædicta omnia loquuntur in abolitione, non autem in indulgẽtia Principis, vt hoc in loco aduerterũt, Aug. *vbi suprà num. 79.* Placha *d. c. 38. n. 3. vers. 2. intelligendum,* & Carrer. *in prac. in tract. homicidij, vers. 29. excusatur, n. & seqq.*

aliud enim est abolitio, & aliud indulgentia Principis: absolutio enim non extinguit crimen, sed tantùm iustitiam iudicij, eáque à Principe conceditur ob aliquam publicam lætitiam, & ideo transacta lætitia infra 30. dies, potest accusator de nouo accusare, *l. si interueniente, ff. ad Turpil.* & propterea non est mirum, si ea non trahitur ad crimina enormissima falsi, & læsæ maiestatis. Item nec ad liquida, item nec ad carceratos, & alia de quibus supra. Indulgentia verò Principis fit cum causa, & crimen extinguit, & propterea si Princeps vni personæ generaliter gratiâ faciat de omnibus delictis, vel generaliter omnibus delinquentibus indulgentiam concedat, & de omnibus delictis per eos commissis, & tunc talis indulgentia comprehendet etiam crimina grauissima, putà falsi, læsæ maiestatis, assassinij: item & notoria & liquida: item & carceratos & condemnatos, secund. Aug. ad Ang. *vbi suprà*, Carrer. & Placham *in locis supracitatis*, & expressè notat Clar. *d. quæst. 59. vers. scias etiam*, vbi dicitur quòd ita sæpe iudicauit Senatus. Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Delinquens vbi puniendus, quando ad competentem Iudicem remittendus, & quando inter Iudices præuentio locum habeat.

SVMMARIVM.

Delinquens sortitur forum, vel ratione delicti, vel originis, vel domicilij, num. 1.

Delinquens puniri non potest extra locum originis, delicti, vel domicilij, num. 2. & 27.

Limita primò, nisi delinquẽs consenserit in iurisdictionem Iudicis incompetentis, num. 3. & seqq. Secũdò, quando pars offensa reclamaret & instaret reum puniri, num. 30. Tertiò, quando ambo Iudices essent sub eodem Principe, num. 29.

Iurisdictio in criminalibus, an prorogari possit, sub num. 4.

Remissio non potest peti ab eodem Iudice, qui priùs transmittit informationes delicti Iudici, à quo remissionem petit, num. 4.

Delinquens punitur in loco conuersationis, num. 5. Item punitur in ciuitate confœderata, num. 6.

Fur potest puniri in loco contrectationis rei furatæ, num. 7.

Raptor vbique puniri potest, num. 8.

Assassini & latrones vbique puniuntur, num. 9. & 10. Limita, si de qualitate assassinij constet, aliter secus, num. 11.

Roma non remittit, declara, vt num. 12.

Vagabundus vbique punitur, num. 13. & 14. Quis dicatur, & an bannitus dicatur vagabundus, num. 16.

Hereticus vbique puniri potest, num. 17.

Officialis fugiens de loco officij, vbique puniri potest, num. 18.

Iudex loci originis, seu domicilij non potest punire sibi subditum delinquentem extra suum territorium, sed tenetur illum remittere ad Iudicem loci delicti, num. 19. sed contrà, num. 20.

Limita vt hoc sit verum, si procedat ex officio: secus ad querelam partis, num. 22. Item quando ipse præuenisset in capturam, num. 23. Item quando Iudex loci delicti fuerit negligens in procedendo, d. num. 23. in 3. limit. Item quia licèt non possit sententiæ exequutionem facere, potest tamen reum sententiare & condemnare, num. 24. Item limita quando ambo Iudices essent sub eodem Principe, num. 25.

Absolutus in loco delicti, an possit inquiri in loco originis, & domicilij, & econtrà, num. 26.

Remissio hodie de generali consuetudine non fit, num. 28.

Limita, quando sumus sub eodem Principe, quia tunc de consuetudine fit remissio: secus si sub diuersis Principibus, num. 29. Sublimita hanc limitationem pluribus modis, vt numero 30. & seqq.

Remissio non fit à Iudice, qui nullam in reum habet iurisdictionem, num. 31. Sed bene fieri potest à Principe, etiam quòd reus illi non sit subditus, num. 32.

Remissio non fit à superiore ad inferiorem, nu. 33. Remissio non conceditur, nisi constet de delicto, num. 34. 35. Remissio in leuibus delictis non conceditur, num. 36. Item nec in atrocibus ciuiliter intentatis, num. 37. Remissio non conceditur, nisi petatur, num. 38. Remissio cuius expensis fieri debeat, nu. 39.

Delinquens captus in loco, vbi non sit subditus aliqua ratione, & vi ductus ad locum vbi est subditus, an ibi puniri possit, num. 40. 41.

Carceratus, quando per alium Iudicem arrestari possit, num. 42.

Processus factus à Iudice remittente, an faciat fidem coram Iudice, vbi fit remissio, num. 43.

Delictum inchoatum in vno loco, & perfectum in alio, vbi puniri debeat, plura exempla, num. 44. & seqq.

Delictorum quando finis & quando principium attendatur, num. 44.

Mandans, an in loco mandati, an verò delicti puniatur, num. 47. & seq.

Mandans non tenetur ex mandato, sed ex delicto propter mandatum sequuto, num. 48.

Tractatus vbi puniatur, num. 49.

Ratificans punitur in loco delicti, & non ratificationis, num. 50.

Delictum commissum in confinibus, potest ab vtroque Iudice puniri, num. 51.

Præuentionis materia remissiuè, num. 65.

Præueniens Iudex alterius iurisdictionem silere facit, num. 52. & num. 65. vbi remissiuè ponũtur plures aliæ ampliationes, & limitationes, quàm infrascriptæ: & vt parte opponente, aliter secus, num. 54.

Præuentio locum habet tam inter Iudices ecclesiasticos, quàm etiam inter sæculares, num. 53.

Et tam inter ordinarios, quàm etiam inter delegatos, num. 52. vbi de Iudice habente iurisdictionẽ iure aliquo speciali agitur.

Et tam inter Iudices habentes merum seu mixtum imperium, quàm etiam inter habentes simplicem iurisdictionem, nu. 52.

Et tam inter Iudices habentes æqualem, quàm etiam inter habentes maiorem seu minorem iurisdictionem, d. num. 52.

Præuentio realis præfertur verbali, num. 53. Limita primo, in sponte comparente, num. 53. Limita secundo, quando Iudices sunt sub eodem Principe, num. 53. Limita tertiò, capto consentiente, aliter secus, num. 53.

Sententia vnius Iudicis potest exequi per alium, quòd declara, vt in num. 53. in fine.

Processus factus à duobus Iudicibus, valet parte non opponente, num. 54.

Contumax non potest allegare executionem præuentionis, & litis pendentiæ, num. 55.

Præuentio inducitur per receptionem testium, & pro informatione curiæ examinatorum, num. 58. in fine.

Item per præceptum de non delinquendo, vel de non reincidendo, de aliquo loco, num. 56. in fine.

Præuentio inducitur per solam citationem, num. 56.

Amplia etiam quòd vnica est citatio, d. num. 56.

Amplia etiam quòd alter Iudex fuerit prior sententiando, num. 59.

Limita, quia non sufficit sola inquisitio, nu. 57. Item, quia nõ sufficit mandatum de citando, nu. 60. Item, quia non sufficit citatio nulla, num. 61. Item limita dũmodo citatio fiat de commissione Iudicis, & ad instantiam accusatoris, aliter secus, d. n. 56. Item quintò limita, quia citatio facta contra vnum, non inducit præuentionem contra alios complices, num. 62.

Significationes delinquentibus per vnum Iudicem concessæ, quando seruari debeant per alium, num. 58.

Præuentio quomodo inducatur per duos Iudices, qui eadem hora inquirunt, num. 63. Vt per reum procurata non attenditur, num. 64.

Inquisitio posterior, sed cum fortiori qualitate, præualet anteriori, sine illa qualitate, num. 65.

Homicida an vbique puniri possit, num. 18. in 11. limit.

Præuentio operatur effectum suum, siue fit facta à Iudice, siue etiam à parte, num. 52.

Præuentio duplex est: alia quæ fit à Iudice, alia quæ fit à parte, num. 52.

QVÆSTIO VII.

INQVISITIONEM † ab incompetenti Iudice formatã, nullam, & inualidã esse, nemo est qui dubitet: cùm nullus maior sit nullitatis defectus, quàm iurisdictionis incompetentia, vt not. *toto tit. C. si non à compet. Iud.* & sic prædixi, *hoc eodẽ tit. de inquis. q. 1. n. 53. & seq. in tertio requisito*, vbi generaliter

neraliter hæc à nobis sunt tradita, sed eadem nunc specialiùs more solito reassumendo, facio conclusionem, quòd delinquens tribus modis supponitur iurisdictioni Iudicis inquirentis. Primò, ratione loci delicti, secundò, ratione originis, tertiò, ratione loci domicilij, *l. prima, C. vbi de crim. agi oport.* Et de foro, quẽ quis sortitur ratione loci delicti, est particulariter tex. *in l. 1. C. de iuris. om. Iud. l. 1. & l. si cui, §. pẽ. ff. de aecu. auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. c. 1.* vbi gl. & omnes *ext. de rapt. l. solent. ff. de custod. reo. l. 1. C. vbi Senato. vel clarissi. c. si.* & ibi gl. *de for. cõpe. c. si peccauerit, 2. q. 1. c. placuit, 6. q. 3.* Et delicti locũ in criminibus puniendis cæteris potẽtiorem esse tradit post alios Cyrill. *in summa crim. ti. vbi de crim. agi opor. n. 2.* De foro autem, quem delinquẽs sortitur ratione originis, est tex. *in l. incola. ff. ad municip.* Et de foro ratione domicilij, est tex. *in l. 1. ff. de interd. & releg. & in l. relegatorũ, §. interdicere autem,* & ibi glo. *ff. eo, & in c. licèt, de foro comp.* Et generaliter, quòd istis tribus modis delinquens supponatur iurisdictioni Iudicis inquirentis, tradunt Bart. *in l. cunctos populos, n. 47. in vers. certũ est, C. de sum. Trini. & fide cath.* Alex. *cons. 216. põderatis, n. 14. l. 6. & cõs. 166. videtur, n. 2. l. 7.* Abb. *in c. cùm contingat, col. 2. de foro comp. & consil. 24. col. 2. vol. 1.* Gandin. *in tract. malef. in rub. vbi puniã. delinquẽ.* Bal. *in l. etiã, col. 7. C. de exeq. rei iud.* Boer. *decis. 270. n. 2.* Boss. *in tit. de foro comp. n. 46. 73. & seqq.* Syl. *cons. 103. in prin.* Pract. Conrad. *in tit. de inquisit. n. 9. & seq. n. 18. & seqq.* Grã. *cons. 27. n. 2. in fin.*
* Duen. *reg. 378. in prin.* Rol. *cons. 19. n. 3. vol. 2.* & de cõmuni * Doct. opinione testatur Didac. *pract. q. c. 11. n. 3.* quẽ omnino videas, quia pulchrè loquitur in hac materia, Franc. Bec. *cons. 93. n. 9. l. 1.* Clar. *in prac. q. 38. in prin. & q. 85. in prin. & q. 39.*
2 *in prin. & vers. sortitur etiam* †. Vbicunque igitur reus non est suppositus iurisdictioni Iudicis inquirentis, vel ratione delicti, vel ratione originis, vel domicilij; tunc ab eo puniri minimè potest, *c. si diligenti, de foro comp.* Abb. *in c. fin. n. 13. eod. tit.* Ang. *de malef. in verbo, Hæc est quædam inquisit. ver. 4. principaliter requiritur, n. 5.* Bos. *ti. de inquisi. n. 67.* Cæpol. *cõs. crim. 58. n. 22.* Cou. *prac. q. c. 11. n. 6.* Soc. *reg. 87. in prin.* Pract. Conradi, *ti. de inquisit. n. 22.* Iod. *ti. de inquisit. n. 4. & seq. ca. 8.* [pluribus comprobat Osascus, post huius lib. primã impressionem habitus, *in cons. 64. n. 7. ver. secundũ autem requisitũ.*] Et si punire voluerit, talis sententia tanquam lata à non cõpetenti Iudice erit ipso iure nulla, *d. tit. C. si non à competen. Iud. per totum.* non solùm si Iudex fuerit ordinarius, *l. fin. C. de excep.* sed etiam si delegatus, *l. 1. 2. & 3. eod. ti. C. si non à compet. Iud.* adeò vt tales sententiæ etiam quòd essent tres conformes, nunquã dicuntur transire in iudicatũ, Aret. *in §. appellantur, col. 10. Inst. de except.* Boss. *d. tit. de foro compet. n. 188.*

3 ¶ LIMITA I. Hanc conclusionem, † vt non procedat, quando reus consensisset in Iudicem incompetentem illius iurisdictionem prorogando, putà per contestationem litis: tunc enim etiam quòd illi Iudici nõ sit subiectus, nec ratione delicti, nec ratione originis, nec ratione domicilij, poterit tamen ob prorogatam iurisdictionem ab eo puniri, *l. 1. cũ ibi not. ff. de Iud. l. si cõuenerit, ff. de iurisd. omn. Iud.* Azo. *in rub. C. vbi de cri. agi opor. n. 1.* qui loquitur in iure, quem refert & sequitur Bonifa. de Vitallin. *in tit. de furi. & latron. n. 4. in fine* Boss. *in tit. de foro compet. n. 71. & n. 178.* Boër. *decis. 207. n. 2.*
4 Roland. *consil. 19. n. 3. vol. 2.* Guido Papæ *decis. 202. n. 1.* † vbi idem, quãdo Iudex requirens reum sibi transmitti, per prius transmisisset Iudici requisito informationes super delicto: tunc enim censetur tacitè in eius iurisdictionem consensisse. Et ideo non potest ampliùs illius carcerati remissionem petere: vtroque enim casu, tam per reum, quàm per Iudicem dicitur prorogata iurisdictio.

¶¶ SVBLIMITANDO I. Hanc primam limitationem aduertas, secund. Angel. *in consil. 27.* Innoc. *in c. ad petitionẽ, ext. de accusat.* Cæpol. *consil. crim. 58. n. 29.* Boss. *in ti. de foro cõpet. n. 79.* quòd non dicitur prorogata iurisdictio ex eo solùm, quòd reus carceratus se examinari permittat, ac etiam fateatur, quia non spõte, sed compulsus illud videtur facere, quicquid in contrarium dixerit Arnal. Albert. *de agnoscen. assert. cath. & hæret. quæst. 25. sub n. 68.* & hoc præsertim procedat in reo ignaro, & iuris imperito, quia multò minus præsumẽdũ est, quod in sui præiudiciũ voluerit incõpetẽtis Iudicis iurisdictionẽ prorogare, secũd. Alex. *in cons. 216. n. 16. vol. 6.* [& bene comprobat Osasc. *d. cons. 64. n. 7. post mediũ, iuncto n. 8.*]

¶ SVBLIMITA II. Quòd non dicitur prorogata iurisdictio ex eo solùm quòd Iudex contra aliquem procedat ad bannum in contumaciam, Boss. *vbi suprà, n. 180.* absurdum enim est dicere, quòd Iudex absque partium interuentu sui ipsius in partium præiudicium iurisdictionem proroget, secund. Clar. *in pract. q. 42. vers. scias autem.*

¶ SVBLIMITA III. Quòd licèt reus proroget iurisdictionem non sui Iudicis, non prohibetur tamen competens Iudex per inquisitionem procedere, secund. Aret. *in ca. quod clericis, col. 2. de fo. compet.* Boss. *vbi suprà, n. 181.* Clar. *d. quæst. 42. eodem vers. scias autem, in fine,* vbi ampliùs quòd prorogatio rei non præiudicat actori coram competenti Iudice accusare volenti.

¶ SVBLIMITA IV. Quòd licèt Spec. Bald. Alex. & alij relati per Mas. *in l. fin. n. 202. ff. de iuris. om. Iud. & in pract. §. expedita, n. 67.* & per Arnal. Alb. *d. q. 25. n. 69.* quorum opinionem & ipse tanquam veriorem sequitur, [& per Osasc. *d. cons. 64. n. 8.*] dixerint in criminalibus iurisdictionem prorogari non posse, in contrarium tamen esse communem
* opinionem testantur Cast. Cur. iun. Cag. & alij, quos refert *
& sequitur Clar. *in d. q. 42. in prin. & per totam,* vbi videas, quia bene loquitur in materia.

¶ SVBLIMITA V. Quòd vt in proposito dicatur prorogata iurisdictio, necesse est quòd quis in ea consentiat scienter: quòd si consentiat ignoranter, putans scilicet se tali iurisdictioni subiectum, nulla tunc dicetur prorogata iurisdictio, ex tradit. per Cyril. *in sum. crim. tit. vbi de crim. agi oporteat, n. 13.* [Osasc. *d. cons. 64. n. 7. in fi.*]

¶ Cætera ad materiam prorogationis iurisdictionis in criminalibus, & vltra suprascripta, pleraque alia ad illius declarationem videas per Doct. *in l. 1. ff. de Iud. & in l. 1. C. vbi de crim. agi oporteat.* Bonif. de Vital. *in tit. de furibus & latron. n. 4. in fine,* Maria. *in c. significasti, n. 34. & seqq. de for. compet.* Boss. *in tit. de foro compet. n. 71. & n. 178. & seqq.* Decian. *in suis tract. crim. l. 4. c. 23. per totum,* vbi latè de materia. Baiard. ad Clar. *d. q. 42.*

¶ LIMITA II. † Eandem principalem conclusionem nõ 5
procedere in eo, qui assiduè conuersatus fuerit in aliqua ciuitate per 10. annos: ratione enim conuersationis poterit à Iudice illius ciuitatis puniri, licèt eidem non sit subiectus ratione delicti originis seu domicilij, Bar. *in l. si. C. vbi de cri. agi opor.* Aret. *in c. quod clericus. de for. comp.* Angel. *cons. 27.* vbi hanc communẽ * dicit, & sequitur Boss. *tit. de fo. compet.* *
n. 72. item Cyril. *in summ. crim. tit. vbi de cri. agi oport. n. 15.*

¶ SVBLIMITANDO I. Hanc secundam limitationem aduertas, quòd licèt Clar. *in pract. q. 36. ver. quæro, nunquid,* dixerit, nunquam se vidisse apud eum seruari, vt non subditus propter delicta extra territorium commissa propter conuersationem puniatur, nisi in casu, in quo conuersans haberet in loco, vbi conuersatur vel familiam, vel maiorem partem fortunarum, secund. Bertra. *cons. 103. n. 27. l. 2. 2. par.* pro concordia tamen dicere potes, quòd Bossius vbi *suprà* allegatus loquitur in conuersatione decennali, & non minoris temporis: nam per assiduam decennalem conuersationem in loco quis dicitur contraxisse domicilium, tanto enim tẽpore domicilium contrahitur. Ergo sicut quis efficitur subditus ratione domicilij, ita pariter & ratione assiduæ conuersationis, ex qua contrahitur domicilium.

¶ SVBLIMITA II. eandem secundam limitationem procedere, vt licèt conuersans possit in loco conuersationis puniri de delictis commissis alibi, dummodo sint commissa tempore quo quis conuersatur in eo loco, de cuius iurisdictione dubitatur: secus si essent commissa ante tempus cõuersationis, quia tunc cùm nulla facta sit iniuria illo loco in quo delinquens postea conuersatur, absurdum erit dicere, quòd ibi puniri possit, ad trad. per Alex. qui pulchrè loquitur in materia, *in cons. 216. n. 14. & seq. vol....*

¶ LIMITA III. Eandem conclusionem non procedere 6
ratione fœderis: si enim quis committat aliquod delictum in vna ciuitate, & fugiat ad ciuitatem illi confœderatam, poterit in ea ciuitate capi & puniri ratione fœderis illius ciuitatis, vbi delictum commisit, licèt illi non sit subditus, nec ratione domicilij, nec ratione originis, *l. nõ dubito,* & ibi Bar. *ff. de captiu. & postli. reuer.* Mar. Lãd. *in tract. de cõfœd. Princ. q. 62.* Mars. *in l. fi. n. 27. ff. de iurisd. omn. Iudic. & in l. vbi pactũ, in 6. col.*

6.col.vers.limita, nisi offenderet, C.de transact. Catal. *in tract. de syndic.vers.22.incip.adde quòd si sint.* Card. Alex.*in c.1.§. in conuenticulas, in vlt.col.de pace iuram.firm.* Pract. Conrad. *tit.de inquisit.n.13.& seqq.& tit. de captura, n.* 12. Rolād. *cōs.* 60.*n.7.& seq.vol.*2.

¶ Sed hæc Bartoli opinio non placet Bal.*in l.exequutorem, n.*32.*C.de exequut. rei iud.* vbi tenens oppositum dixit, quòd Bar.errauit, & quòd eius dictum non seruatur de consuetudine, nec sapientibus placuit, & ideo illud consuetudo abhorret, & Bal.refert Ias. *in l.à diuo Pio, §.sententiam Roma, n,* 10.*ff.de re iud.* & Bal.sequuti sunt Feli.*in c.postulasti, n.*10.*col. pen de fo.cōp.* Soc.*cons.*86.*incip.viso capitulo, col.*2.*vol.*3. Clar. *in prac.q.*38.*vers.succedsiuè quaro,* vbi ait in practica non esse recedendum ab opinione contra Bart. nisi aliter ex capitulis fœderum expresè cautum esset, & ita teneas, &c.

7 ¶¶ Limita IIII. in fure, qui si in loco reperiatur cum re furata, potest ratione contrectationis rei furatæ ibidem puniri, licèt illi foro non sit subditus, nec ratione delicti, nec ratione originis, nec ratione domicilij, secund.Bart. qui originaliter hanc tradidit limitationem *in l.si dominium, n.* 2.*ff.de fur.* quem sequuti sunt Ang. *in l.vnica, col.*7.*C.de confess. & in c.*1.*§.si furtum, de pace iuram. firm.* Ang.*de malef. in verbo, & vestem cœlestem, ver.quid si fur.n.* 16.Boer. *decis.* 218.*n.*2. Foller.*in pract.crim.ver.audiantur excusatores, n.*64.vbi quòd de his ita fuit decisum in sacro regio Consilio, vt testatur Capic.*decis.*104.*in causa d.Comitis Montellæ,* Soc.*reg.*77.*in* 1.*fall.* Pract.Conrad.*tit.de inquisit. n.* 22.*in* 3.*limit.* Bern. de Plot.*consil.crim.diuer.*133.*n.*11.*l.*1.*in magnis,* Duē.*reg.* 378.
* *in* 5.*limit.* Nouel.*reg.*220.*in* 2.*fall.* Bartoli tamen opinionē * in practica seruari testati sunt Ang.& Florent.*in d. lib.si abducta,* Alb.de Rosa.*in l.sed & si susceperit, §.fi.de Iud. & in l. fin.C.vbi in rem actio,* Martin. Lauden.*cons.crim.diuers.*61.*n.* 5.*l.*1.*in paruis,* Castr.*in l.siue manifestum, §.* 1.*n.* 13.*ff.de condit.fur.* Mariā.*in c.*1.*n.*15 *in fi.de rapto.* Boër.*decis.*13.*n.*47.&
* de communi * testantur pariter Afflict.*in §. iniuria, in* 3.*notab.n.*7.*de pace iuram.firm.* Viui.*in comm.opin.l.*1.*verbo, Iudex domicily, in fine, n.* 11. Villalob. *in comm. opin.verbo, reus,* [& pro hac quarta limitatione adde latè comprobantem, & ita apud eum seruari testantem Ludou. Peguer.quem post hæc impressa habui, *in decisione crimin.*28. *per totam.*]

¶ Sed contra Bartolum tenuerunt plures alij, & præsertim Fulg. *cons.* 149. *col.*2 Bald. *cons.*471.*l.*3.vbi asseuerat Bartoli opinionem in practica non seruari, nec admitti, eámque latè reprobat Mar.Mantua, *apophthegm.*103. *incip.ex ducentis posterioribus,* Cæpola, qui & concordantes adducit, *in cons.crim.* 58.*num.*26.*& seqq.* vbi quòd opinio contra Bart. est verior,
* æquior, & hodie magis cōmunis, * Boss. *in ti.de fur.num.*18. vbi quòd hodie communis opinio est contra Bartolum, & quòd ita contra Bar. fecit diuersis vicibus in Senatu seruari, Pract.Papien.*in forma inquisitionis, verbo, cōtrectando. n.*3.vbi quòd opinio Bar. non est communis, neque approbata per modernos de iuris subtilitate, Marc.*in l.fi.n.*212.*ff.de iurisd. om.Iud.* vbi relatis contrariis pro vtraque parte, dicit opinionem Bar.communiter reprobari, & non esse veram, Pract. Conradi *ti.de furibus, n.*22.Hippol.Riminal.*cons.crim.diuer.* 106.*n.*11.*vol.*1.*in paruis,* vbi quòd opinio Bartoli est cōmuniter reprobata, Cou.*pract.q.c.*11.*n.*9.*& var. resol.l.*2.*c.*20. *n.*15.*ad finem, ver.*28.*examinada est, &c.* Alex.de Imola.*cons. cri. diuer.*71.*n.*6. *&* 18.*l.*2.*in paruis,* vbi pariter quòd opinio Bar. cōmuniter reprobatur, Clar.*in pract.q.*38.*ver.tu scis,* vbi reprobata opinione Bar.dicit opinionem contrariam sæpius seruatam in Senatu. Et ita etiam tu teneas, prout tenuit Decia quoque *in suis tract. crim.par.*2.*l.*6.*c.*28.*n.*4.*ad medium, vers.& tenendum.*

¶ Sed quid erit faciendum de isto fure? eritne liberè dimittendus, an verò ad Iudicem competentem remittendus, seu potiùs aliqua pœna saltem extraordinaria plectendus, Alex.*in d.l.dominium, ff.de fur.* quem refert Boss. *tit.de furtis, n.* 18. illum crimine stellionatus tanquam rem alienam celantem punire debere asseruit. Sed talis opinio est contraria traditis per Doctores contra Bart.sentientes, qui cōmuniter & simpliciter dicunt ratione cōtrectationis furem non posse puniri, immò idem Alex.*in d. consil.crim. diuer.* 71.*n.*18. *vol.* 2. expresè dixit furem isto casu nec criminaliter, nec ciuiliter conueniri posse. Dices forsan remittendū ad Iudicē competentem, prout remitti debere arbitratus fuit Couar. *pract.dicto cap.*11.*num.*9. De hoc infrà dicetur in hac eadem materia, dum tractabimus, an reus captus & non subditus ratione delicti, originis, seu domicilij, sit ad Iudicem competentem remittendus. Meliùs interim dicas, quod debet eiici de loco, vbi fuit captus & liberè dimitti, prout sæpissimè seruatum Mediolani iudicasse testatur Clar.*d.ver.tu scis, in fine.* [Quod & ego sic obseruarem, si de remissione non essem requisitus: at requisitus nunquam remissionem requirenti denegarem per ea, quæ post hæc scripta scripsit Lud. Peguer. *decis.crim.*28.*per totam*, in discursu, quem videas, quia bene loquitur in materia.]

¶ Limita V. † In raptore, qui vbi reperiatur, puniri po- 8
terit, etiam quòd ibidem raptum non commiserit, nec domicilium contraxerit, aut originem trahat. Ita probare videtur tex.*in l.vnica, in fine principij,* ibi, *sine fori præscriptione, C. de rap.vir.* & ibi hoc expresè per illum tex.tenet Bal.*n.*8.dicens, quòd raptor tanquam vagabundus non habet priuilegium fori, Chassan.*in consuet. Burgund.in tit.C. des aduentu. Rub.*12.*§.vnico, fol.*304.*col.*3.*n.*11.facit etiam tex.*in l.raptores, C.de Ep.& cleri.* Soc.*reg.*87.*in* 3.*Fall.* Nouel.*reg.*220.& 278. Pract. Conr. *tit. de inquisit.sub n.*22.*sub* 4.*limit.fol.mihi* 252.& Duen. *reg.* 378. *sub* 6. *limit.* qui multùm dubitat de veritate huius limitationis, illámque sibi minimè veram videri dicit, ex eo quod iura prædicta non dicunt raptorem vbique puniri posse; sed solùm quòd quando quis est priuilegiatus, vt non possit conueniri nisi sub certo Iudice, si talis priuilegiatus est raptor, illud priuilegium sibi non prodest. Et ita expresè tenuit glos.*in d.l.vnica. in verbo, sine fori præscriptione,* & ibi Ang. per eam, *n.*3.& Sali. *n.*10.Fulgo.*in d.l. raptores, n.*5.& facit tex. vbi Odofred.& idem Ful. *in l.* 1. *C. vbi Senato. vel clarissi.* & ita concludendo dicas, non quòd raptores vbique puniri possunt, sed quòd raptores non possunt allegare priuilegium fori, si quod habent, & tamen hoc etiam vltimum tunc demum locum habebit, si iam constet illum esse raptorem; secus si solùm imputetur, per ea quæ dicentur in sequenti limitatione.

¶ Limita VI. In assassino, qui vbicunque reperiatur, 9
potest impunè à quocunque priuato occidi & offendi, *ca.*1. *de homicid.in* 6.ergo multò magis à Iudice puniri secundùm Angel.*in cons.*14. *incip.nos Carolus,* refert Boss. *in tit.de foro competen.n.*65. Nouel. *reg.* 220.*in* 1. *limit.* Petrus Placha *in epit.delict.c.*19.*n.*6.*lib.*1.

¶ Et idem in publico latrone & stratarum disrobatore, 10
qui latrones cùm sint à iure communi diffidati & banniti, *l.*1.*& 2.C.de his, qui latron.* & tanquam diffidati à lege, possint à quocunque impunè occidi, *l.fin.C.quando lic.vnicuique si.Iud.se vind.* cùm sint extra protectionem legis, & eis bellum à lege sit indictum, *l.reos.C.de accusat.* Ideo multò magis vbicunque locorum reperiantur, poterunt à Iudicibus puniri, etiam quòd illi foro non sint subditi aliqua ratione delicti, originis seu domicilij, argum. gl.*in §. multis, Insti. de libert.* Paris de Put.*in tract.de syndica.verbo, latr.* refert & sequitur Foller.*in prac.crim.verbo, audiātur excusatores, n.*166. *& seq.* qui in proposito adducit etiam tex. *in l. capitalium, §. famoso. ff.de pœnis,* vbi habetur, quòd latro vbi deprehenditur, ibi debet furca suspendi. Quod tamen debet intelligi, vt furca suspendatur ibi per Iudicem capientem, & non per Iudicē illius capti; quia aliàs sequeretur absurdum, quòd quis iurisdictionem suam exerceret in alieno territorio, contra tex.*in l.extra territorium, ff.de iurisd.om.Iud.*

¶ Verùm hæc limitatio nec Bossio, *in d.num.*65.nec mihi 11
vllo pacto placuit & placet. Quòd enim possit assassinus seu latro impunè vbique locorum à quocunque priuato occidi, iuxta terminos *c.*1.*de homicid.in* 6. *& l.fin.C.quan.lic.vnicuique si.Iud.se vind.* vnde postea sumitur argumentum, quòd multò magis possit à Iudice puniri, id ita sanè intelligendum erit, si priùs constiterit, quem esse assassinum, & latronem: secus si solùm pendeat processus & imputetur, secundùm Alex.*consil.*166.*vol.*7. Gemin.*in dicto capitulo pro humani, §. col.*4.*vers.penes quem debet constare,* Gram. *voto* 11.*num.*4.*& seq.& voto* 34.*col.fin.* Paris.*cōs.*166.*col.*4.*vol.*1. Hier.Gabriel. *cons.*170.*n.*26. Gabriel.*lib.*7.*concluf.*1.*n.*28. Io.Mar.Monticel. *in pract. crim.reg.*8.*n.*19. Boss. *d.tit.de foro comp.n.*65.*& seqq.* vbi ampliùs, quòd secundum communem * opinionem *

Docto

Doctorum *in d. cap. pro humani*, requiritur etiam declaratoria ad hoc vt dicatur constare de qualitate assassinij.

¶ Limita VII. † In curia Romana, quæ nunquam solet delinquentes remittere, sed in ea omnes vbicunque deliqnerint, puniuntur; quia est communis patria, *l. Roma, ff. ad municip.* Oldrad. *cons.* 124. Imola *in c. fin. de fo. comp.* Franc. & Dec. *in c. meminimus, de appell. in fine*, Boër. *decis.* 29. *n.* 7. Boss. *in tit. de foro cõpet. n.* 75. Beluis. *in pract. pag.* 43. *n.* 30. 31. Clar. *in pract. quæst.* 38. *vers. scias etiam*, Cyril. *in sum. crim. tit. vbi de crimine agi oportet, n.* 18. vbi testatur, se ita seruasse de anno 1540. dum in foro Capitolino latrunculator fuit.

12 ¶ Hæc quæstio incidit de facto in Curia Reuerendissimi Domini Gubernatoris de præsenti anno 1580. in Vrbe, in quodam Georgio Corso, qui in Ducatu Florentiæ homicidium commiserat, & deinde occiso, vt faciliùs aufugere posset, equum abstulerat, & in Vrbe captus maximè pro fisco instabatur, vt furca suspenderetur per regulam prædictam. Ex aduerso autem dicebatur, ipsum tanquam non subditum Romæ, nec ratione delicti, nec ratione originis, nec domicilij, vllatenus posse pro illo delicto alibi commisso puniri. Nec dicebatur obstare *l. Roma, ff. ad municip.* nam pro illius legis declaratione considerabatur, quòd licèt iure veteri qui in Vrbe erant, effecti essent ciues Romani, ex constitutione Diui Antonini Imperatoris, vt dicit tex. *in l. in Vrbe, ff. de statu hom.* & ob id Modestinus Iurisconsultus Romam cõmunem omnium patriam esse dixerit, *d. l. Roma. ff. ad municip.* id tamen erat, quia Imperator Romæ supremum locum tenebat, & se totius orbis dominum denominabat, *l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de iactu*: omnis ergo homo, qui Romæ inueniebatur, ibi idcirco conueniri poterat, quia dicebatur esse in patria sua, nec declinationem fori, aut remissionem ad domum habebat, iuxta *l.* 2. *§. legati, & l. hæres absens, ff. de Iud.* Verùm cùm succedente tempore Constantinus Imperator nouam Romã Byzantij construxisset, & à suo nomine Constantinopolim appellasset, illam communem patriam, sicut erat antiqua Roma, nominauit, *l. prima, §. Romam, Cod. de veteri iure enuclean.* Et sic illa sic nominata Roma, desiit esse communis patria, vt latè cõcludit Restaurus Castaldus vnus ex præceptoribus meis, dum Perusij studebam, *in tractatu de Imperato. q.* 77. *n.* 7. & 8. Euenit postea, quòd in honorem beatissimi Syluestri Pontificis I. idem Constantinus in temporalibus iure Imperij Romæ veteris illã eidem beato Syluestro donauit, & ab Imperio quoad temporalia separauit, *c. Constantinus*, 96. *dist.* Et sic Roma antiqua est effecta de patrimonio beati Petri, & aliorũ Romanorum Pontificum, & fuit separata, & dismembrata in temporalibus prorsus, & omnino à iuribus Imperij, & plenè effecta de dominio Ecclesiæ, *c. fundamenta, de elect. in sexto, capitulo ego Ludouicus, 65. dist. glos. in l. prima, §. cùm Vrbem, ff. de off. præf. Vrb.* & ibi Bart. vnde cùm Roma antiqua ampliùs non fuerit in dominio Imperatoris, & in ea nullum ius respectu temporalis habeatur, cessauit cõstitutio Diui Antonini, quòd scilicet Roma sit communis patria, & eius loco successit Byzantium; & sic dici potest, quòd olim Roma ratione temporalitatis, erat communis patria, non autem de præsenti. Ita Couar. *l. pract. q. c.* 5. *n.* 1. Mantua. *in suo Enchiridio l.* 6. *c.* 146. *incip. Roma*, Alciat. *l. disp un.* 2. *c.* 20. Iac. Cuiacius *in l. prima, C. de mulieribus, & in quo loco munera sexui congruentia agnosc. l.* 10. *in vers. fuit olim Roma communis patria*, vbi dicit, Romam olim fuisse communem patriam propter l. Iuliam, quæ concesserat ius Romanorum & Italicorum omnibus, qui suberant Romano Imperio. Hodie autem est communis patria omnibus, qui ditioni Romæ sunt subiecti. Si ergo quis non fuit de statu temporali Ecclesiæ, non potest dici habere patriam Romæ: quia, vt dixi, Roma est Ecclesiæ & Pontificum pro tempore regnantiũ ac omni imperiali iurisdictione remota & segregata, taliter quòd beatus Petrus successit in omne ius populi & Senatus Romani & Imperatorum, *dicto cap. Constantinus, & d. cap. fundamenta. præcitatis.*

¶ Et hac ratione in terminis quæstionis nostræ alienigenam, & non subditum in temporalibus Romano Pontifici, qui extra territorium ditionis Ecclesiæ deliquerit, Romæ repertum non posse hodie ibidem de delicto alibi commisso puniri, tradiderunt Anto. de Butr. *in cap. fin. colum. antepen. n.* 23. *de foro compet.* Ias. *in l. qui Romæ, in prin. ff. de verb. oblig.* Goffr. *in l. si quis filio, §. eius, qui à num* 9. *vsque ad num.* 12. *ff. de iniust. rup. test.* Soc. *in d. l. qui Romæ, & in l. à D. Pio, §.* 1. *n.* 3. *ff. de re iud.* & videtur de mente Oldradi in contrarium allegati *in dicto cons.* 124. *in princ.* dum dicit, quòd de carcerato in Curia Romana ex delicto cõmisso in regno Angliæ, non debet fieri remissio, nec detentio ipsius: si prohibetur detentio quod est minus, multò magis prohibetur punitio quod est plus, *c. cui licet, de regulis iuris, n.* 6. *& in l. non debet, ff. eod.* & sic vides quòd Oldradus, in quo contrarium tenentes faciũt originale fũdamentũ, dicit & cõcludit pro hac vltima opinione, à qua nec etiam dissentire videtur Couarr. *pract. q. c.* 11. *n.* 9. *vers.* 11. *erit*, vbi quòd Romanus Iudex non tenetur remittere delinquentem, qui Romæ habitet: & sic non sufficit esse captum Romæ, nisi & ibi habitet, & consequenter sit subditus ratione habitationis, & domicilij. Et nihilominus paulò infrà distinguendo dicit, quòd aut remissio petitur à Iudice loci delicti, qui locus subest Romanis Magistratibus: aut petitur in casu, in quo distincta est iurisdictio loci delicti à iurisdictione Romanæ Curiæ, & sic pariter considerat distinctionem iurisdictionis in temporalibus, non autem id quod Roma sit communis patria.

¶ Et licèt Dec. *in cap. meminimus, ad fi. de appellat.* post Imo. *in d. capitulo finali, in secundo notab.* & ibi Anan. & alij Moder. dixerint, quòd Roma hodie retinet priuilegia antiqua: non obstante, quòd fuerit translata ad ciuitatem Byzantij, & quòd cùm non reperiatur correcta. *l. Roma, ad municip.* hodie etiam stet, vt ibi per eum, *n.* 17. aduertendum tamen est, quòd Decius inaduertẽter loquutus fuit. Non enim considerauit, quòd priuilegia concessa Romæ, non erãt data ratione Vrbis, sed ratione residentiæ Imperatoris, & propterea eius opinio redarguitur per Gom. *in §. fuerat, col.* 3. *sub nu.* 5. *vers. sed tamen ista illatio, Instit. de actio.* immò opinio Dec. Anan. Imo. & Moder. communiter * reprobatur: nam, vt in- *
quit Feli. *in dicto cap. finali, n.* 25. *de foro compe.* est contra omnes ibi dicentes, Romam esse communem patriam, non respectu Vrbis, sed Papæ, & eo absente nõ esse talem; & quòd Vrbs est adeò subiecta Papę, quòd veteres prærogatiuę cessauerũt, *per c. fundamẽta, de elect. in 6.* Vrbs enim Roma antiquitus distinguebat quasi totum mundum, Bar. *in l. prima, §. cùm Vrbem. sub n.... ff. de off. præfec. Vrb.* & omnes prouinciæ erant sub Imperio Romano, & sic sub suo superiore, *l. in nomine Domini, in princ C. de off. præfe. Prator. Afr. d. l. deprecat. C. ad l. Rhod. de iactu*; sed hodie cum dissoluto Rom. Imperio regna fuerint distincta, non sunt omnia sub eodẽ superiore, vt inquit Cæpol. *cõs. cri.* 58. *sub n.* 1. *vers. & prædicta procedũt.*

¶ Et ex his negari non poterat, hanc septimam limitationem satis dubiam, & forsan minus veram esse: quibus tamen non obstantibus non potuit præfatus Georgius penitus liberari, quin fuerit extraordinariè ad triremes condemnatus, & ita in Vrbe sæpius vidi, & à practicis Iudicibus audiui seruatum, vt Romæ scilicet puniantur etiam extra territorium Ecclesiæ delinquentes, non tamen pœna ordinaria, sed extraordinaria Iudicis arbitrio; & hæc practica videtur de mẽte Bal. *in l. secunda, sub nu. secundo, C. de eunuch.* quem refert Carrer. *in prac. §. circa itaque secũdũ, n.* 65. *fol. mihi* 247. Dyn. *in cons. crim. diuer. vol.* 1. *in paruis*, qui omnes dicunt, quòd delinquentes extra territorium loci, vbi puniuntur, non ordinaria, sed extraordinaria plectuntur pœna. Et ita teneas.

¶¶ Limita VIII. † In vagabundo, qui vbique locorum 13
puniri potest de delicto vbicũque commisso. Ita probat tex. cum gl. *in l. prima, C. vbi de crimin. agi opor.* per quam gl. dicit Bar. *in l. hæres absens, §. proinde, n.* 4. *ff. de Iud.* quòd multi ribaldi suspenduntur in ciuitatibus & castris, vbi mueniuntur, cùm non habeant alicubi forum, & dictam glos. sequuti sunt Cur. Iun. *in dicto §. proinde, n.* 10. Ioan. Cal. *in c.* 1. *de rap.* Guido Papæ *decis.* 202. *n.* 1. gl. & Doct. *in l. prima, C. vbi quis de curiali, vel cohortal.* gl. *in dicta l. hæres absens, verbo, debebit, ff. de iudic.* Alb. de Rosa *in suo tract. statu. in* 4. *par. quæst.* 80. *in princip.* Inn. & Doct. *in c. fin. ext. de eo, qui mittitur in poss.* Cæpol. *cons. crim.* 58. *n.* 23. Boss. *in ti. de fo. cõp. n.* 79. Iodoc. *in prac. capitulo* 33. *n.* 9. *& seq.* Bern. de Plot. *cõs. crim. diuers.* 133. *n.* 14. *vol.* 1. *in magnis*, Nouel. *regu.* 220. *in vlt. fall.* Mars. *cõs.* 86. *n.* 13. *& seq. & consi.* 121. *n.* 14. Gram. *decis.* 26. *num.* 9. Rui. *consi.* 18. *n.* 3. *l.* 4. D. Ioseph. Ludou. *decis. Lucen.* 16 *num.* 19. *& seqq. & num.* 43. *& seqq.* 1. *parte*, Diaz *in prac. crim. canon. c.* 9. *in fin.* &

de com

* de communi * Doctorum opinione testati sunt Soc.*reg.*87. *in 6.Fallen.* Pract. Conradi, *tit.de inquis.n.* 27. *in septima limitatione*, Couarru. *pract.quæst.c.*11.*n.*7.vbi de frequentissimo Doct.consensu refert Clar. *in pract. quæst.* 93.*versi.caterùm si reus*, Albe.*in dicto* §.*proinde*,*n.*2.vbi quòd in hoc omnes * Doct.concordant.Bellam.*consil.* 11. *col.prima*, Probus *in apost.ad Io. Mo. in cap. inquisitores*, *n.*5.*de hæret.in 6.* [& post hæc scripta habitus Ludo.Peguer.*decis.crim.*3.*n.*10. vbi testatur, ita frequentissimo Doctorum consensu fuisse receptum, *iuncto num.* 1. *& seqq.* vbi plura affert in vagabundorum detestationem ex sacris literis.] Sic Decian.*in tract.cri.to.*1.*l.*4.*c.*3.*n.*3.*& seqq.* vbi pluribus aliorum authoritatibus hanc limitationem,quam dixit communem, exornat reprobato Hostien. *in summa in tit.de for.compet.* §.2.*in fine,versi. quid de vagabundo, ac dicente posse vagabundum eligere, vbi voluerit, domicilium, vt ibi conueniri possit.* Et ab hac octaua limitatione non crederem esse recedendum in pract. quamuis Fulgos. *in consil.*149. *incip.super inquisitione,in primo dubio*,quem etiam refert Deciã. *vbi sup.num.*8.consuluerit vagabundum non posse puniri per Iudicem,in cuius territorio delictum non commisit, sed quidem per Iudicem delicti, præsertim quando territoria sunt sub diuersis Principibus non recognoscentibus superiorem; & ita ex communi practica & consuetudine seruari testis videtur.

¶ Svblimita I.Hanc octauam limitationem non procedere, quando vagabundus forsan satisdare voluerit de stando iuri in loco sui domicilij:tunc enim debet eo remitti, nec potest per Iudicem capientem puniri, vt per Cyrill. *in summa crim.tit.vbi de cri.agi opor.n.*15. Quæ tamen sublimitatio non videtur ad propositum:quia si delinquens habet certum domicilium, non potest dici vagabundus, vt modò proximè dicam. Et propterea contra hanc sublimitationem tenuit Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.*4.*cap.*13.*num.* 6. ex Cald. quem allegat *in cap.* 1. *de rap.* & quia si aliter diceremus,esset aperire viam fraudibus, vt ibi per eum.

14 ¶ Svblimita II. † Vt si Iudex loci delicti petat vagabundum captum ad se remitti, tunc non potest puniri per Iudicem capientem, sed ad Iudicem loci delicti remitti debet,vt per Card.& Innoc.*in d.c.*1.*de rap.* Ant.de But.& Pan. *in cap.fin.n.* 25. *de for.comp.* Bonif.& Vital.*in rub.de inquisit. & earum formis*, *n.*65. Maria. Soci.*in cap.postulasti*, *n.*15.*de foro comp.* Pract.Conrad.*tit.de inquisit.n.*12.*in* 3.*ampliatione*, Couarru.*pract.quæst.cap.*11.*n.*7. & facit tex.*in* §.*si quis verò comprehensorum,in Auth.vt nulli Iud. colla.*9.*in cap.*1.*de rap. in l.desertorem,ff.de re mili.& in l.solent,ff.de custod. & exhib. reorum*, quæ iura remissionem concedentia indistinctè loquuntur,nulla habita distinctione inter vagabundum & non vagabundum;eadémque ratio viget remissionis in vagabundo, quæ in non vagabundo, vt scilicet remissio fiat propter exemplum, & ad tollendum scandalum;immò in vagabundo magis debet fieri remissio, quàm in non vagabundo, cùm ea fiat sine iniuria alicuius Iudicis; & licèt delinquens, vagabundus possit vbique locorum puniri, *vt in dicta l. prima*,cum gl.*C.vbi de crim.agi opor.* non tamen inde sequitur, quòd remissio sit sublata,si petatur.

¶ Contrarium, quòd immò vagabundus possit taliter vbique locorum puniri: vt nec debeat remitti ad Iudicem loci delicti,etiamsi remissio petatur,tenuerunt plures Doct. suprà relati *in principio huius octauæ limitationis*, & Duen. *in reg.*378.*in* 4.*limitatione*,quem sequutus est Nouell.*reg.*220. *in* 1. *fallent.* recitatis prædictis contrariis opinionibus & rationibus, distinguendo dixit, quòd aut delinquens non est omnino vagabundus; quia putà habeat aliquam habitationem,& tunc debet remitti secund. Abb.Chass.& alios,quos allegat. Si verò delinquens est omnino vagabundus, ita quòd certam habitationem nusquam habeat, & tunc non debet remitti. Quæ quidem distinctio iudicio meo, vt suprà iterum tetigi, non tangit proprios terminos vagabundi:quia,vt modò dicemus,qui habet aliquam habitationem, non potest dici vagabundus. Et propterea tantùm est distinguere, prout distinxit Duenas, quantum dicere quòd isto casu vagabundus non debet remitti. Et ita ego etiam contra propositam sublimitationem huius sum sententiæ, quòd vagabundus taliter vbique locorũ possit puniri, vt qui eum habet in manibus, non teneatur illum remittere ad Iudicem loci delicti,si iurisdictionis non sit sub eodem Principe, per ea,quæ paulò infrà dicemus.In simili de Iudice loci originis seu domicilij, quòd non teneatur remittere delinquentem ad Iudicem loci delicti,quando imperia sunt distincta: quia eo casu de consuetudine non fit remissio,quod secus esset, si omnes Iudices essent sub eodem Principe;nam tunc semper ad locum delicti facienda est remissio. Ergo idem etiam in vagabundo. Et licèt Decian. *vbi sup.dicto cap.*13.*n.*7.*& seq.* primam sustinere videatur opinionem tanquã communem * rationibus ibi per eum adductis (quæ si bene perpendantur facilè dilui possunt,& forsan etiam in contrarium retorqueri) tu tamen Deciani opinionem, quatenus sequi velis, eam intelligas procedere secundùm prædictam meam distinctionem, scilicet quando omnes Iudices essent sub eodem Principe; secus si super diuerso, & præsertim quando vnus alterum in superiorem non recognosceret. *

¶ Svblimita III. † Vt prædicta octaua limitatio pro- 15
cedat in propriè vagabundo:secus in eo, qui non est propriè vagabundus. Vagabundus autem propriè dicitur ille,qui per mundum vagatur,nec certum habet domicilium,in quo habitet, Bar.*post glo.in l.*4 §. *Prætor*,*n.*24.*ff.de dãno infec.*gl.*in l. eius qui*,§.*fi.ff.ad municipal.*Panor.*in c.finali*,*n.*13.*de foro cõp.* Marsi.*cons.*86.*n.*13.*& seqq.& consil.*121.*n.*14. Cæpol.*cõs.cri.* 58.*n.*23.*& seqq.*Iodoc.*in pract.c.*33.*n.*15.Duẽ.*reg.*378.*in* 4. *limit.in fine.*Nouel.*reg.*220.*in* 1.*fall.*Cyril.*vbi sup.n.*17.Boss. *in tit.de foro compe.n.*70. qui dicit communem * ex Marian. * *in c.fin.n.*57.*de foro cõpe.* refert & sequitur Mascard.*de prob. l.*3.*conclu.*1395.*la* 2.*n.*2.*&* 3.vbi alios refert,de quibus etiã per Deciã.*in tract.crim.tomo* 1.*l.*4.*c.*13.*n.*1. [Ludou.Peguer. *decis. crim.*3.*n.*9.] Clar. *in pract. q.*39.*vers.sed hîc quæro*, vbi ponderat verba illa,*Domicilium in quo habitet:*& dicit,quòd in proposito non consideratur domicilium originis, quia eo non attento, dummodo non habeat certum domicilium habitationis, adhuc dicitur vagabundus, & vti talis potest vbique puniri, secundùm cõmunem,*de qua testatur Imola *in c.dilectus*,*n.*10.*de rescrip.& in c.fin.n.*15.*de eo qui mit.in poss. rei seruan. causa.* Et licèt aliqui dixerint,quòd ad hoc vt quis dicatur vagabundus, requiratur, quòd neque etiam habeat domicilium originis: illa tamen opinio communiter * reprobatur, teste Mariano *in d.n.* 57. refert Clarus *dicto* * *vers.sed hîc quæro.*Et fuit opinio Bar.*in dicto* §.*Prætor,& in l. prima*, *n.*2. *C.de tyrnib. l.*10.*& in l.*1.*C.de col.Thracens.l.*11. per illa iura,quem referendo secuti sunt Io. Bertach. *in tract. de Episc.par.*3.*n.*15. *tomo mihi* 13.& Pet. de Bais *in tract. de elect.par.*2.*c.*20.*n.*2.*tomo mihi* 15.

¶ Svblimita IIII.Eandem octauam limitationem non 16
procedere in bannitis,quia licèt prima facie videatur dicendum,quòd sint vagabundi:ex quo enim sunt banniti, videntur esse sine ciuitate & domicilio,*l.* 1.§. *in quibus,ff.de l.*3. *& l.sunt quidam,ff.de pœn.*vt & propterea quòd possint vbique puniri,voluerunt Spec.*in tit.de cõpe.iud.adi.*§.1.*versi.sed pone quidam Lucanus*,*n.*31.Hostien. *in sum.de for.cõp.*§.2.*num.*7. Abb.*in c. fi. n.* 14. *de foro compet.* quos in proposito sic refert Decian.*in tract.crim.tomo* 1.*l.*4.*c.*13.*n.*3. *in fine.* Et hæc opinio posset præcipuè locum habere in bannitis tali banno, quòd sint similes deportatis: in contrarium tamen est communis * opinio,quòd videlicet quis ex solo banno non effi- * citur vagabũdus,de qua testatur Alber.*in trac.statu. in* 4.*par. q.*80.& refert Cæpo. *cons.crim.* 58.*n.*25. & sequitur Clar. *in pract.q.*39.*vers.sui interrogatus*, Soarez *in commu. opin.verbo banniti*,*n.*5.Bonacos.*in comu.opin.l.*1.*pag.*13.*col.*3. *vers.banniti non dicuntur*,& licèt Deciã.*vbi sup.*dicat *in suo libro* non inuenisse Alber.*in d.q.*80.sic de communi testantem, prout illum refert Cæpol.*in d.consil.*58.*n.*25. ego tamen inueni in meo libro sic affirmantem Albericum.

¶ Limitando iterum hanc quartam sublimitationem distingue in hunc modum:aut bannitus statim quod est bannitus vagando per orbem vadit modò huc, modò illuc pedes non figendo, & domicilium sibi non eligendo: & tunc dicas illum reputari pro vagabundo; aut non discurrit, sed domicilium sibi eligit in aliquo loco, nec per orbem vagatur,ita Soc.*reg.*87.*in 6.fall.*refert & sequitur pract. Conrad. *tit.de inquisit.n.*22.*vers.*7.*in vagabundo*,& est de mente Cæpol.*in d. consilio crim.*58.*n.*25.*versic. Nec obstat,dum dixi*, & expresè tradit Clar.*vers.sui interrogatus.*

Limita

17 ¶ LIMITA IX. † Principalem conclusionem propositæ quæstionis in hæretico, qui non solùm potest coram pluribus & diuersis iudicibus processari, *c.per hoc, §.1.de hæret.in 6.* Ang.*in l.vbi cæptũ,ff.de iud.*cum aliis per Gabriel.relatis, *lib.2.concl.1.n.19.in tit.de iud.* verum etiam vbicumque locorum reperiatur, puniri potest, etiam quòd illi iudici, à quo captus fuit, non sit subditus aliqua ratione, secundùm Paul.de Leaza. & Card.*in clẽ.pastoralis, §.denique,de re iud.* Gonsal.de Villadiego *in tract.de hæret.q.8.ad finẽ*,Guido Papæ *q.202.*Chassan.*in consuetud.Burgũd.rub.12.n.17.*glos. & * communiter * Doctor.*in c.vt commissis,in verbo.procedendi, de hæret.in 6.*Cun.Iac.de Rau.& alij *in l.1.ad fin.C.de summa Tri.& fide cath.*Soc.*reg.87.in 1.fall.* Pract. Conradi *tit. de inquis.n.22.in 2.limi.*Nouel.*reg.220.in vlt.fall.*Duen.*reg.378. in 7.limit.* Arnal. *in tract. de agnoscen. assert. cath.& hæret.q. 25.n.12.* vbi eam huius limitationis reddit rationem; quia scilicet,cùm hæresis crimen habeat in se causam continuam & successiuam, ideo vbi versatur, ibi peccando delinquere * videtur,*ad no.in c.nec quisquam,24.q.2.*de communi * testatur Couarr.*pract.q.c.11.sub nu.12.* quẽ videas, quia pulchrè loquitur in materia, & facit tex.*c.cuncta per mundum,9.q.3. c.si Imperator, 96.dist.l.Arriani, C.de hæret.* & alios adducit concordantes D.Flam.Cart.*in tract.de exeq.sent.capto banni-to,post hæc scripta viso,1.c.n.245.& seq.* vbi hoc esse de communi Doctor.opinione asseritur ex Francis.Pegn.*in direct.inquisit.schol.45.col.2.versi.verumtamen,in 3.par.*

18 ¶ LIMITA X. † Vt idem quod dicitur de hæretico, locum habeat in Officiali à loco officij aufugiente, qui vbique puniri poterit de delictis in officio commissis, *l. nullus, (.de sent.*Soc.*de reg.87.in 4.fal.*Pract.Conradi *tit.de inquisit. num.22.in 5.limitatione.*

¶ LIMITA IX. In bannito, & condemnato pro homicidio animo deliberato ac præmeditato per industriam, & maximè per insidias ac proditoriè commisso,qui in qualibet mundi parte capi, carcerari, & puniri potest, cùm nullum debeat habere tutum locum confugiendi, siue homicidium sit commissum sub eodem, siue sub penitus diuerso Principe,& ideo nec in terris Ecclesiæ, nec in terris Imperij quocumque in loco deliquerit, tutus erit, eo quia sic de iure diuino statutum sit, quòd in qualibet mundi parte seruari debet,ita ex Ploto quẽ allegat *in cõs. 133.tomo 1.cons.cri.diuer.* *Zileti*,apertè tradit D. Flam.Cartar. *in suo tract.de exeq.sent. c.bãnito, post hæc scripta viso,c.1.n.242.& seq.*qui,vt præfertur, loquitur in bannito & condemnato pro tali homicidio: vnde secus si de nouo esset condemnandus,quia tunc obstarent quæ in simili de assassino suprà dixi, *num.11.*Et faciunt ad hanc vndecimam limitationem (quam certè nunquam vidi in facto seruatam in territoriis distinctis,& sub diuerso Principe)quæ dixi *infrà, in tit.de carce.& carcera.q.28.n.23. & 24.* Ita faciunt quæ pariter dixi de vno Iudice exequente sententias alterius, *infra hoc eo. tit. q.11. n.61.in 10. limit.* & vide quæ ibi dicuntur, & considera, an ex ibi traditis hæc limitatio possit in iure sustineri, quia valdè dubito, & pro nunc eam non firmo, quòd scilicet possit talis homicida vbique puniri, sed bene crederem debere remitti ad locum commissi delicti. Quæ remissio hodie difficilis est, vt obtineatur, quando sumus sub diuerso Principe, sed aliquando etiam conceditur, quando Principes inter se sunt beneuoli, & soliti in similibus sibi inuicem complacere.

19 ¶¶ QVÆRO II. † Subsequenter in materia de quæstione illa iam satis à Doctoribus agitata,num scilicet Iudex domicilij,seu originis cognoscere possit de delicto per suum subditum commisso extra suum territorium, an verò teneatur illum ad Iudicem loci delicti remittere? Omissa desuper disputatione,& rationum,ac argumentorũ discussione semota, resolutiuè loquendo,duæ principales in proposito reperiuntur Doctorum opiniones.Prima est negatiua,quòd videlicet Iudex loci originis, seu domicilij non potest cognoscere de delicto alibi commisso, sed delinquentem ad Iudicem loci delicti remittere tenetur. Quam opinionẽ tenuerũt Spec.*in titul.de cõpe.Iudicis,§.1.* & ibid. etiã Ioan. And.*in addi.incip. antequam,ver.longè plus,* Odof.*in l.cunctos populos,C.de summa Trinit.& fide cath.* Odof. Iaco. de Beluis. & Gulielm. de Cuneo *in l.fin.de iurisd.omn.Iudi.*idem Beluis. *in l.prima, C, vbi de crim. agi oport. & in tract. de fuga reorum,pag.mihi... n.26.& seqq.* Bald. *consil.34. incip.donatio,n.2.vol.2.* Ruin. *cons.84.n.9.vol.4.& cons.292.eo.vol. & cons.124. col.2.vol.5.* Salic.*in l.seruos,C.ad l.Iul.de vi pub.*Bonif.de Vital.*de malef. t.de inquis.n.54.* Barb.*in c.cum contingat, n.26. & seqq.vsque ad 33.de foro cõpet.*vbi hanc opinionẽ in practica vti æquiorem & fortioribus innixam rationibus asserit Felin. *in c.cùm à nobis,in 3.q.de sent.excommun.*Mast.*in l.fin.n.53.& seqq.ff. de iurisd.omn.Iud.& cõs.14.n.9.& cõs.57. col.pen.& cõs.110. n.15.& seqq.*Paris.*consil.159.col.2.vol.4.& cons.169.n.17.eo. vol.*Boer.*decis.270.per totam*, Ant. Gomez.*var.resol.tomo 3. c.1.tit.de delic.n.87.*Nouel.*reg.28.in 5.& 6.fall.*latè defendit Gand.*de malef.in tit.an in loco domicilij,seu originis*, Alex.*cõs. 111.incip.ponderatis verbis,col.2. vers. plus voluit Odofredus, l.1.*Homod.*consilio 128. factũ dicitur*, quia ita etiã refert tenere Rainer. & Vber.*in l.4.ff.de dãno infec.*Lau. de Rodulp. *cons.crim.diuer.15 n.1. & seqq.l.1.in magnis*, Rim.*cons.484. incip.formata*, Cyril.*in sum. crim.tit.vbi de crim.agi opor. n.2. 3.& 11.*& quòd hæc opinio sit communis,* dixerũt Alber. * *in tract.stat.in 3.par.q.36.n.6.*Paris.*cons.159.n.6.l.4.* Nouel. *in pract.crim. in ti.de modo & forma citan.reos crim.n.5.*quem refert & sequitur,& pariter de communi testatur Chircou. *in com.opin.l.2.cent.2.conclus.89.*Et quòd sit communis, non solùm de iure ciuili, sed etiam Canonico expressè testatur Viui.*in comm.opin.verbo,Iudex domicilij,n.2.& n.8.* concordantes allegat, quos & sequitur Thob. Non. *cons.98.n.3.&* videtur de mente Nouell.*in cons.crim.diuers.169.n.11.in fin. vol.1.* & de magis communi * testati sunt Bologn. sibi con- * trarius,*in cons.8.n.2.ver.capio igitur,* Soc. *in l.a diuo Pio,§. sententiã Romæ,n.16.ff.de re iud.*Burs.*cõs.77.n.1.& seqq.n.4. vers.respondetur,* & hanc non solùm magis communem, sed magis communiorem ex Doctorum dinumeratione opinionem esse censet Iul. Scarla.*cons. crim.diuer. 112.n.3. vol. 1.in magnis*, Nouel.*simili cons. crim.169.n.90.* Gram.*decis. 26.n.6.& seqq.* vbi dicit ita tenuisse antiquos Doctores, & fuisse communi * voto iudicatum, & ita etiam in eadem * Curia fuisse decisum,testatur Vincen.de Frãch.*decis.37.*Rolan.*dicto cons.19.n.2.vol.2.* vbi refert, quòd hanc opinionem tanquam crebriorem plures sunt sequuti Doctores; & qui numero,& pondere præualent aliis contrarium tenentibus, & ita Diaz *in pract.crim.canon.c.9.* vbi loquitur in Iudice loci domicilij, licèt contrarium *in c.anteced.*obiter dixerit de Iudice loci delicti,Ioan.de Amic.*cons.60.n.10.* Iac.Menoch. *in 2.respon.in causa Finarien.n.130.*Thob. Non.*cons.98.n.2. vers.quia respondetur*, eandémque opinionem de consuetudine in pract.seruari dixerunt Bal.*in l.fin.n.17.(.si non à compe.Iud.*quem refert Riminald.*consilio 32.n.20.& cons.471. n.10.& cons.484.n.1.*Burs.*dicto cons.77.n.4.vers.quia respondetur,* vbi de generali testatur consuetudine, illámque procedere, non obstante contraria consuetudine, tradiderunt Foller.*in pract. crim.verbo, audiantur excusatores.sub nu.65. seqq.*& plures alij,quos refert & sequitur, de communi * te- * statur Viu. *in loco suprà citato,n.9 vers.sed aduerte,ne erres,* Boer.*decis.29.* & cum hac opinione re per multos dies in Senatu discussa, fuisse per maiorem partem Senatorum resolutum,in Iudice loci originis,vt testatur Ant. Thesaur. *decis.Pedem.90.n.6.in fin. ver.ex hu sic relatis opinionibus*, & in Iudice loci domicilij ita semper obseruatum testatur idem Thesau.*d.decis.90.n.4.ver.sed contrarium.*]

¶ Contrariam opinionem, quòd scilicet Iudex loci originis, seu domicilij possit cognoscere de delicto extra territorium commisso, nec teneatur delinquentẽ ad Iudicem loci delicti committere,tenuerunt gl.*in l.relegatorũ,§.interdicere, ff.de interdic.*Bar.*in l.cũctos populos,col.2.circa fin.n.45.* & ibi Bal.*col.pen.n.25.* & ibid. Sali.*n.8.ver.ex quo infero, C.de sum. Trinit. & fide cath.* idẽ Bar.*in l.si cui,§.fi.in fi.de accus.* Bald.*in l.fin.col.2.in fi.vers.circa tertiã, ff. de iurisd.om.Iud.& in l.1.§. in initio,col.3.vers.vlterius nota, ff.de off.præsid. & in l.etiã,in 7.col.circa fin.C.de exeq.rei iud.& cõs.313.l.5.& in l.mercatores,C.de cõmer.*Io.And. *in capit.1.de rap.*Arch.& Ant.de Butrio,*in c.fin.de foro comp.*Abb.*in c.cùm contingat,in 2.col.n.6. eod.tit.& in consi.24.n.1.& 2.col.2.vol.2.*Ioan.de Lignano *in clem.pastoralis,de re iud.*Angel. *in l.si vacantia, C.de bon.vacãtia.l.10.& in l.fi.ff.de iurisdi.omn.Iudic.*Ang.*de malef.verbo, hæc est quadã inquisitio,versic.quæro, an in delictis commissis,n. 63.& verbo,existens Florẽtiæ,in princ.*Anã.*in c.1.col.penult.de*

clerico percusso,Guido Papæ *quæst.*202.*n.*2. Diaz *in pract.cri. canon.c.*8. vbi de Iudice loci originis, Pract. Conr. *tit.de inquisit.n.*19.*&* 20.*pagina mihi* 251.Michael Crassus *in cõmu. opin.l.*2.*c.*8.*quæst.*1.*in fine*,D.Ioseph.Ludou.*decis. Lucen.*16. *n.*22.*& omnibus seqq. par.*1.Fero. *cons.*162.*n.*1.*& seq.lib.*3. D.Hieron.Magon.*decis. Lucen.*70.*& decis.*36.*num.*1.*parte prima*, vbi hanc sequitur opinionem tanquam tutiorem, & ad conseruationem pacifici status reipublicæ magis conducibilem,Asin.*cons.crim.diuer.*108.*n.*4.*vol.*2.*in magnis*,Fed.de Senis *cons.*2.*statuto Episcopi*,Franc.*in c.si.*§.*statuto, ad finem*, vbi Io.And.& alij.*de const.lib.*6. Maran. *cons.*35.*circa prædicta,num.*10.*vers.quod patet, libro primo.& in cap. qualiter,& quando,in quinto articulo,q.*11.*sub n.*58.*& seq.de accus.*Alcia. *in c.perniciosam, n.*48.*de off.ordinar.* Et de cõmuni * opinione Doctorum,testantur Bal. *cons.*124.*col.*3.*in prin.vol.*5.*& in cons.*313.*lib.*4.*& in d.l. cunctos populos,col.penul.(.de sum. Trin.& fide cathol.*Arimin.*in addit. ad Ang. de malef.d. ver. an in delictis,& in verbo,hæc est quædam inquisitio, n.*83. Bologn.*cons.*57.*col.*2.*vers.sed plus dicunt*, Alciat.*in c.*1.*n.*67.*de off.ordin.*Villalob.*in comm.opin.litera D.n.*57. Pract.Casoni *fol.*111.*n.*20. Chassan. *super consuetudine Burgun.fol.*4.*n.*11. Franc.Marc.*decis.*989. *quæritur super casu,n.*6. Bombin.*cons.* 8.*n.*11.Neuiz.*consil.*68.*n.*54.Bero. *d.consil.*162.*n.*1.*& seqq. l.*3.Couarr.*pract.q.c.*11.*n.*6.*in discursu*,Hier.Magon.*dicta decis.*36.*num.*1. vbi (quicquid in contrarium dixerint Viuius, Thob.Non.& Nouellus,suprà in contrarium allegati) hanc * * communem esse dicit,non solùm de iure Ciuili,sed etiam Canonico ; prout etiam de iure Canonico hanc secundam 21 opinionem † veriorem esse dixerunt Diaz *in pract. crimin. canon.capitulo* 6.*vers.secundum verò iura canonica,& vers.& vide Gandinũ.* Pract.Conrad.*tit.de inquisit.n.*19.Mich.Cras. *l.*2.*com.opin.capitulo* 8.*quæst.*1. vbi dicit,quòd de iure Canonico non est dubium,Bero.*consil.*162.*n.*1.*& seq.*vbi etiam de iure Canonico testatur de communi opinione ; & de magis * communi * testantur pariter Syluan. *consil.* 103. *col.secunda*, Boss. *tit. de foro compet. numero* 182. [Anch. Regien. *quæst. familiar.lib.*3.*quæst.*7.*num.*3.*& seq.* quem & alios,sic testantes refert,sed non sequitur,Anton. Thesaur. *dicta decis. Pedem.*90.*n.*2.3.*&* 4. *in principio,iuncto num.*5.*vers.sed & hæc opinio.*] Imò hanc vltimam opinionẽ ab vsu & consuetudine approbari dixerunt idem Bolognin. *dicto consil.* 57. *col.*2. Syluan.*dicto cons.*103.Fulgos.*consil.*149.*super inquisitione,n.* 2.Soc.iun.*consil.*76. *nu.*7.*l.*3.Foller. *in pract.crim.verbo, audiantur excusatores,sub num.* 129.Boss.*dicto num.*182.Cagn. *in l.fin.num.*153.*ff de iurisd.omn.Iud.*Anania *in c. qualiter, & quando,*§.*ad corrigendos,n.*30. *in fine,de accus.* Clar.*in pract. q.*39.*versic. sed quæro nunquid* , vbi quòd licèt hinc inde sint multæ,& magnæ authoritates Doctorum, nihilominus hãc secundam opinionem affirmatiuam generalis consuetudo approbauit ; & propterea dicit ab ea non esse recedendum in pract. & licèt D.Bursat. *in dicto cons.*77.*n.*3.*&* 4. pro contraria opinione allegauerit eundem Clarum *in qu.* 85. *vers. tertius est casus*,aduerte tamen,quòd Clarus eo loci nõ quærit, an Iudex loci originis, seu domicilij possit inquirere de delicto extra territoriũ commisso , prout sunt termini quæstionis nostræ ; sed solùm quærit , an talis Iudex inquirendo possit imponere pœnam statuti loci originis , qui termini sunt inter se multùm diuersi, prout animaduertit,& expressè notat idem Clarus *in d. quæst.*39. *vers.sed quæro, nunquid*, vbi propriè nostram materiam tractat. Et hanc denique opinionem respondendo ad contraria , & reprobata , præsertim Rolandi, Bursati,& aliorum, qui contrariam tenent opinionem, defendit D. Franc.Becius *in cons.*93.*volum.*1.*per totum*,vbi *numero* 8.*in fine,& num.*25.testatur pariter de ma- * gis * communi & seruata Doctorum opinione ; subdens & demonstrans , quòd multi in contrarium allegati non dicunt id, ad quod allegantur. Et quidem negari non potest, quin hæc secunda affirmatiua opinio sit magis ab vsu & à consuetudine approbata , prout etiam ad eius comprobationem adduci possunt omnes * Doctores,qui etiam de cõ- * suetudine testantur infrà allegati , *n.* 28. quod etiam sæpius seruatum de facto vidi , quia vnusquisque semper suam conatur tueri iurisdictionem. Ego tamen non absurdum credo dici posse,quòd vtraque opinio sustineri possit, declarata tamen,& limitata, vt in sequentibus limitationibus,ex quibus habebis concordatas ambas opiniones. ¶¶ Igitur si vis tenere primam negatiuam opinionem,

¶ Limita I. † Illam procedere in Iudice originis , seu 22 domicilij,qui vult cognoscere de delicto extra suum territorium commisso per inquisitionem : hoc enim sibi non licet, per suprà allegatos pro prima opinione : secus si procederet parte accusante:quia tunc nulli dubium,quòd potest,Rolan. *cons.*19.*n.*8.*& n.*21.*vol.*2. & ante eum Homob.*cons.*128.*factum dicitur*,Alber.*tract.statu.par.*3.*d.q.*36. Couar.*pract.q.c.* 11.*vers.sic etenim,& ver.quòd si ea vera est,& vers.quòd si ad petitionem, n.* 6. vbi non solùm testatur de communi, * sed * etiã asserit quòd omnes vtriusque iuris Interpretes ita passim admittũt sine vlla controuersia,Clar.*in pract.q.*39.*vers. sed quæro*,vbi quòd de hoc nullus dubitat. Boer.*decis.* 270.*n.* 3.Gandin.*in tit.an in loco domicil.vel origin.in discursu*, Diaz *in pract.crim.Canon.c.*9.Boss.*de foro com.n.*182.vbi quòd quo ad accusationem res est clara,Pract.Conradi *tit.de inquisit.n.* 18.*vers.in* 2.*casu*,vbi not. quòd cùm per accusationem proceditur,Doct.conueniunt,& not.quòd sic, Thob. Non.*cons.* 98.*n.*2. Iul. Scarlatin. *cons.crim.diuer.*112.*n.*3.*&* 4.*vol.*1.*in magnis*,vbi testatur de magis communi* opinione,Michael * Crass.*l.*2.*com.opinio.c.*7.*q.* 1. vbi pariter de frequentiori Doctorum consensu testatur Barbat. *in c.cùm cõtingat,sub num.* 31.*vers.& si dicatur,de foro compet.*Foller.*in pract.crim.verbo,audiantur excusatores, sub num.* 129. [nec dissentit Anto. Thesaur.*d.decis. Pedem.*90.*n.*5.]

¶ Limita II. † Eandem primam opinionem procedere, 23 quando Iudex loci delicti requisierit Iudicem domicilij , seu originis, vt capiat reum , ad hoc vt eum sibi remittat , quia tunc Iudex requisitus tenetur hoc facere, & vbi nolit, ad id cogitur à superiore , secundùm communem * Doctorum * opinionem,de qua Boss. *de fo.cõp.d.n.*48. Et captum tenetur remittere ad Iudicem loci delicti requirentem , secundùm communem * Doctorum opinionem,de qua testantur Cæ- * pol.*d.consil.crim.*58.*n.*1. *vers.primum est, an de iure cõmuni,& vers.dummodo fiat requisitio*, Cur.iun.*in l.hæres absens*, §.1.*n.* 5.*ff.de iud.* Sebast. Sapia *in d.l.hæres absens,num.*10.Marian. *in cap. postulasti,n.*14.*vers.si verò, de fo.com.* Clarus *in pract. quæst.*38.*vers.est autem*, vnde secus, si Iudex loci originis,seu domicilij non requisitus præuenerit in captura ; quia tunc ratione præuentionis non potest impediri à Iudice loci delicti , quin causam cognoscat & expediat , secundùm Iac. de Rauenna,& Alber.*in l.hæres absens*,§.*si quis tutelam, n.*8. *ff.de iud.*Anch.*in cap.postulasti, n.*14.*de foro com.* Castr. *in l.à diuo Pio*,§.*sententiam Romæ,ff.de re iud.*Soc.*reg.*335.*in* 4.*fall.* Clar.*d.vers.est autem*,vbi pariter de communi.* Thob.Non. * *d.cons.*98.*num.*5.vbi dicitur,quòd si delinquens extra locum originis reperiatur in loco originis , potest Iudex illius loci contra ipsum procedere & capi facere,quia sua interest prouinciam malis hominibus purgare,*l.congruit,ff.de off.præsid.* & hoc obtinet, licèt Ant. Gomez.*variar.resol.tomo* 3.*cap.*1. *in tit.de delictis, n.* 87. expressè dixerit, remissionem esse faciendam,etiam quòd Iudex loci originis, seu domicilij præoccupauerit in captura , & cognitione causæ. Item rursus, licèt Couarr.*pract.quæst.c.*11.*n.* 6.*sub vers.sexto,in hoc tractatu,& versic.quamobrem opinor,& versic idcirco potius admitterem,& versi.quòd si Iudex ad petitionem,&c.*supradictam limitationem intelligat procedere , quando Iudex loci originis , seu domicilij prævenit per viam accusationis ; non tamen recedàs à priori opinione, quæ communis * est , & * quam tenent etiam omnes Doctores suprà allegati pro secunda principali opinione : dicásque , quòd si Iudex loci originis seu domicilij non requisitus prævenerit in captura & cognitione causæ , non tenetur vllo pacto captum delinquentem extra suum territorium ad Iudicem loci delicti remittere, siue prævenerit per viam accusationis , siue etiam per viam inquisitionis. [quod & idem affirmarunt alij relati per Ant. Thes. *de decis. Pedem.* 90. *num.* 5. *versic. sed hæc opinio.*]

¶ Limita III. Hanc negatiuam opinionem volentem, quòd Iudex loci originis non possit inquirere , & procedere contra delinquentem extra suum territorium , vt procedat & habeat locũ , quando Iudex loci delicti non est negligens in inquirendo & procedendo contra istum delinquentem : tunc enim videtur,quòd non possit Iudex loci originis

contra

cõtra illum inquirere,cùm de delicto eiusdem homini sæpius quæri nõ debeat,*l.licèt,§.fi.ff.nauta,caup.stab.*cũ aliis suprà deductis,*q.4.n.1.& seqq.*& in terminis dicant, Marsil. *in pr.§.constante,n.90.& 91.*Gram.*d.dec.26.sub n.9.*Paris.*in cõs. 159.n.12.li.4.*secus tamen est,quando Iudex loci delicti nõ processisset contra delinquentem, & sic fuisset negligens: tunc enim ne delicta remaneant impunita, non prohibetur Iudex loci originis contra illum inquirere,& procedere,vt per Aret.*de mal.in d.vers.Hæc est quædã inquis.n.63.* & in terminis pariter ita declarat Thob.Non. *d.consil.98.n.4.*

¶¶Quòd si tenere volueris secundam opinionem affirmatiuam,quòd scilicet Iudex loci originis seu domicilij teneatur remittere delinquentem ad locũ delicti, & quòd possit de delicto extra suum territorium commisso cognoscere;quæ iudicio meo, & magis communis, *& magis approbata videtur:

24 ¶Limita I.†Pariter illam procedere, quo ad faciendũ processum,& quo ad condemnandum & sententiandũ:secus quo ad exequutionem,quia lata sententia debet Iudex loci originis seu domicilij delinquentem ad locum delicti remittere,vt in exẽplum aliorum fiat exequutio ipsius sententiæ,secund. Alex.*in l.à diuo Pio, §.sententiam Romæ.n.4.ff. de re iud.*Imol.*in l.pen.in prin.ff.de publ.iud.*Fulg. *in l.1.C.vbi de cr.agi opor.*Boss.*in tit.de for.comp.n.*48.

Verùm istorum opinio nec mihi,nec Couar.*pr.q.c.11.n. 6.vers.contraria sententia placuit.*& contrarium,quòdimmò Iudex loci originis,seu domicilij post latam sententiam nõ teneatur delinquentem remittere ad locum delicti, tradiderunt Salic.*in l.1.C.vbi de cr.agi opor.* Bal.*in l.executorem, n. 17.C.de exeq.rei iud.* Anan.*in c.1.n.8 de rapt.*Afflict. *in const. Neap.rubr.41.n.12.*Felin.*in ca.fin.n.11. de foro compet.*Gram. *decis.27.n.9.*Soc.*reg.335.in 1.& 4.fallent.* Couar. *vbi supr.d. n.6. vers.sextò in hoc tract.* Vnde non recedendo ab hac vltima opinione facias conclusionem, quòd Iudex loci originis seu domicilij non tenetur delinquentem ad locum delicti remittere,non solùm ante sententiam,sed nec etiam post sententiam.Et sic prædicta deseruient potiùs pro ampliatione,quàm pro limitatione.

25 ¶Limita II.† eandem secundam affirmatiuam opinionem procedere, si Iudex loci delicti & loci originis, seu domicilij esset sub diuersis Principibus:tunc enim non tenetur Iudex loci originis seu domicilij reũ,qui extra territorium deliquit,ad Iudicem loci delicti remittere, quia vnusquisque defendit suam iurisdictionem:secus quando Iudices essent sub eodem Principe,& multò magis, si sub eodem Præside,& sic eadem esset iurisdictio,quia tunc debet fieri remissio ad Iudicem loci, vbi delictum fuit commissum. Ita expresè hanc opinionem limitant, & declarant Pract.Conrad.*tit.de inquis.n.13.in 8.limitatione, in fin. pag.mihi 249.*Cæp.qui concordantes allegat,*cons. crim.57. n.2.& seqq.vers.dummodo fiat requisitio,*vbi refert,quòd ita de facto & consuetudine seruatur,licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint, Mart.de Garrat. *cons.cri. diuer.61. n.2.vol.1.in paruis*,Lauren de Rodulp. *cons.cri.diuer.15.n.2. vol.1.in magnis*, Clar. *in pract.q.39. vers.sed nunquid.in fin.* * Boss.de communi*testatur *in tit.de foro comp. n.52. & seqq.* [nec dessentit An.Thesaur.*d.decis.Pedem.90. nu.6. vers.& hac in omnem casum,iuncto n.7.*& latiùs dicemus *infrà, n.29. & n.31.*]

¶¶Adhibitis ergo præcedentibus limitationibus ad hanc quæstionem,vtramque opinionem tutè sustinere,& seruare poteris.

26 ¶Sed an absolutus condemnatus,† seu aggratiatus in loco delicti,possit iterum inquiri & molestari in loco originis,domicilij,vel contrà?Hanc materiam ponunt post antiquiores ex recentioribus,Boss.*in tit. de foro comp. n.83.& seqq.& n.99.& seqq.*Clar.*in pr.q.39. vers. sed quæro nunquid, in fin.& q.57.ver.habet etiam locum,& ver.scias etiam,*Viuius *in comm.opi.li.1.d.verbo,Iudex domicilij n.4.& 5.*Ex quorum dictis,quia non satis clarè loquũtur, facias infrà scriptam distinctionem:Quòd aut loquimur in gratia,aut in absolutione seu condẽnatione.Si in gratia:& tunc facias conclusionem,quòd si locus delicti domicil.& originis est subiectus eidem Principi,tunc gratia facta prodest delinquenti vbique locorum,etiam quod sit vbique condẽnatus:secus si essent diuersi Domini,& Principes,quia tũc gratia facta per Principem loci delicti non suffragatur in loco domicilij seu originis,& multò minus econtrà,secun. Bos.*vbi sup. n.85.*& Clar.*in pr.d.vers.habet etiam locum,in fi.*

¶ Si verò loquimur non in gratia, sed in absolutione seu condemnatione,& tunc si interuenit fraus, nulli dubium, quòd fraudulenter, vel per collusionem absolutus seu cõdemnatus in vno loco,non prohibetur inquiri in alio, secund.Boss.*vbi sup.n.99.& n.101.*& est de mente Clar.*in d. ver.sed quæro,nunquid,in fi.*Et dixi *suprà q.3.n.2.ver.& si rursus,& n.13.*

¶ Si verò nulla interuenerit fraus, & simus sub eodem Præside,vel Principe:tunc punitus,vel absolutus in vno loco facta fide de huiusmõdi punitione vel absolutione, non potest ampliùs in alio loco per alios Iudices molestari, secund.Clar.*d.vers.sed quæro,nunquid,in fi.*

¶Quòd si territoria & iurisdictiones sunt penitus separatæ,& distinctæ,& sub diuersis Præsidibus Prouinciarum: tũc si delictum cõmissum in vno loco potest puniri à duobus Iudicibus in solidum,condẽnatio facta ab vno Iudice, & exactio pœnæ non tollit accusationẽ, neque punitionẽ coram alio,secundùm vnam opinionem, quam tenet Bal. qui ita de cõsuetudine obseruari testatur, relatus per Areti *in c.de his,n.20.extra de acc.* Iac.de Beluis.*cons.crim. diuers.9. circa fi.lib.1.* vbi quòd ita seruatur in Italia,refert & sequitur Clar.*d.q.57.vers.scias etiam.*

¶ Verùm in proposito casu altera est opinio Viuij *in dict. vers.Iudex domicilij,n.4.& 5.in opin* 420.distinguẽtis, quòd absolutus vel condemnatus in loco domicilij seu originis, non prohibetur accusari in loco delicti, vtpote quia de iure locus delicti est principalis locus in quo punitio fieri debet:secus in condemnato vel absoluto in loco delicti, quia tunc exploratum est, non posse alibi molestari, vt ibi per eum.

¶Sed tertia & verior est opinio, quòd indistinctè, etiam quòd si sumus in diuersis iurisdictionibus & territoriis, condemnatus vel absolutus in vno loco siue domicilij,siue originis,siue delicti,non possit vllo pacto molestari in alio fraude & collusione cessante. Si enim omnes isti Iudices, etiã quòd sint sub diuersis Dominis & Præsidibus, possunt in solidum procedere,& in contumaciam condemnare,vt dicit Clar.*in d.vers.sed quæro,nũquid,*& latiùs probaui *infrà, hac eadem q.n.55.*cur etiam non possunt in solidum punire & absoluere?Et si punire,cur semel punitus debet iterũ puniri?Hoc est absurdum,& contra tex.cum ibi not. *in c.de his,ext.de accus.*cũ aliis in proposito congestis per Viuium, *vbi sup.n.6.& seqq.*& ideo Boss.*in for.comp.n* 85.dicit, quòd punitus in vno loco, vbique dicitur punitus. Pone enim, inquit ipse,quòd in Ciuitate Venetiarum quis fustigetur: nónne etiam rectè dicetur in alio territorio fustigatus?Vel pone,quòd alicui in vno territorio sint abscissæ aures;nónne in alio territorio erit etiam sine auribus?Etsi delinquẽs, putà Ferrariensis Florentiæ, vbi delictum commisit, pro vno delicto fuerit ad triremes condigna pœna condemnatus:finito tempore,si Ferrariam locũ originis perueniat, vel econtrà;erítne honestum,vt iterum ad triremes dãnetur?Hoc satis videtur inconueniens;ideo non vidi vnquam in Vrbe,nec alibi in Italia audiui cõsuetudinem,de qua per Iac.de Belu.& Bald.*vbi suprà,* seruari:quia esset contra bonos mores & irrationabilis, & ita in consulendo & iudicando tenendum existimo:aliàs enim sequeretur quòd bis de delicto quæri possit;cõtra text.*in l.licèt,in fine,ff.nau.caup. stabul.*& in proposito not.Cyril.*in summa crim.tit. vbi de cr. agi opor.nu.12.in fi.* [Et pro hac tertia opinione addo Marc. Ant.Eugen.post hæc scripta habitum,*in cons.64.n.36.lib.1.* vbi testatur de communi.*] *

¶Et quãuis de hac opinione, quo ad absolutionem se valde dubitare affirmet Baiard.post huius libri secundam impressionem habitus ad Clar.*in q.39.n.15.*sentiens, quòd licèt punitus & condemnatus in vno loco,non debeat in alio puniri & cõdemnari,etiam quòd iurisdictiones sint diuersæ;prout etiam contra Clar.sensit Sigism.Scacc.*in tract. de ind.cauf.ciu.& cr.c.12.n.84.*non tamen sic erit in absoluto in loco domicilij,vel originis, qui secundùm eum adhuc poterit molestari in loco delicti; licèt non econtrà

si fuit absolutus in loco delicti : quia tũc bene verum erit, quia non poterit molestari in loco originis vel domicilij, secũdùm Viu. *in loco præcitato*, quod & clariùs explicauit *in q.57.n.26.& seq.* ea ratione motus nõ solùm, vt inquit Viu. *in loco præcitato*, quia delicti locus est magis principalis, & magis offensus, quàm locus originis, & domicilij; sed etiam quia in loco domicilij vel originis ob defectum probationum, faciliùs obtinetur absolutio, quàm in loco delicti, & consequenter faciliùs fraus committitur, & de fraude constare non potest. Non tamen per hoc ab aliis dictis me reuoco: nam rationes, quæ militant in condemnatione, videtur etiam & in absolutione militare; & satis mihi inconueniens videtur quòd vnus Iudex in vna & eadem causa possit condemnare, & quod condemnatio teneat, nõ autem possit absoluere. ¶Et quòd attinet ad fraudem ob defectũ probationum responsio est facilis; quia si in loco originis aut domicilij fuit reus absolutus tanquàm innocens, vt putà vel quia probauerit negatiuam, vel mortuum fuisse ab altero occisum, aut quid simile; & tunc cessat omnis fraus ob minorem probationem, quæ potuit forsan esse in loco originis & domicilij, quàm in loco delicti; quia per probationes prædictas exclusiuas delicti tollũtur omnes alię probationes delicti inclusiuę vbiq; existẽtes; & sic cessat omnis fraus, si verò fuerit absolutus ex hactenus deductis, nõ erũt ligatę manus Iudicis loci delicti molestare & carcerare reũ absolutum in loco originis seu domicilij, si ipse maiores habuerit probationes, quàm Iudex loci originis & domicilij, prout hæc omnia pleniùs explicaui *suprà, q.4.* & secundùm hanc distinctionem bene & sine difficultate procederet supradicta tertia firmata opinio.

¶ Bene autem crederem generaliter, quòd si aliquis, putà in loco originis, non fuit bene punitus, putà quòd minor pœna, quàm sit pœna ordinaria delicti, quod commisit, imposita sit; tunc poterit in alio loco, putà delicti, iterũ puniri vsque ad supplementum debitæ & ordinariæ pœnæ Iudicis ęquo arbitrio, secundùm Bal. *in l.pe.q.7.C.de exeq.rei iud.* quem ita referendo sequitur nouissimè Sebast.Med. *in tr.de sepul.opusc.5.p.321.ver.sextò non habet locum præuentio*, & ante eum Hier.de Monte. *in tr.de fi.reg.c.25.n.10.* & sup.dixi, *q.4.n.2.ver.limita hanc ampliationem, & ver.seq.*

¶ Item pariter crederem, quòd si quis fuerit in vno loco, putà delicti, in contumaciam bannitus & condemnatus, nõ potest in alio loco absolui, quàm in eodẽ loco, vbi condẽnatus reperitur, ita expressè dictante motu proprio fel. recor.Pij Papæ IV. sub datum Romæ apud sanctum Petrum 12.Kal.Iunij, anno eius Pontificatus sexto 1565 quo cauetur, quòd rei in contumaciam condemnati & banniti non alibi ad suas defensiones faciendas admitti possint, quàm in loco vbi condẽnatio sequuta est, vel in curia generali Prouinciæ, vbi delictum fuerit commissum, & quæcunque absolutiones in contrarium obtentæ, sint nullius roboris vel momenti, iisque non obstantibus contra ipsos absolutos ad exequutionem condemnationum factarum deueniri possit & debeat Quæ ergo secundùm tertiam opinionem suprà firmata sunt, procedunt de iure communi, & quãdo nullibi reus reperitur in contumaciam condemnatus. Vnde secus vigore dictæ constitutionis Pij IV. in reo bannito, qui non potest alibi absolui, quàm in loco condemnationis per dictam constitutionem.

27 ¶¶QVÆRO III.† In materia, An delinquens captus in loco vbi non est subiectus, nec ratione delicti, nec domicilij, nec originis nec alia de causa, & sic à Iudice incompetẽte, & non habente in eum iurisdictionẽ, debeat remitti ad Iudicem competentẽ? Pro parte negatiua inducitur tex. *in c.1. de priu.in 6.* vbi constat, exemptum, qui iure ad locum delicti remittẽdus alioqui est, non posse remitti à Iudice ordinario, à quo exemptus existit, quia in exemptũ iurisdictionẽ non habet. Igitur necessaria est iurisdictio aliqua ex causa, vt Iudex remittere possit delinquentem ad locũ delicti. Et ita per illum tex. hãc opinionem sequuntur Ant.de But. * *in c.fi.n.* 10.Aret. *col.4.*Fel. *n.6. de for.comp.* & est communis* vt per Boss. *de for.comp.n.52.& seq.*

¶Pro contraria autem & affirmatiua opinione adducitur text. *in Auth.de defens.Ciuit.§.audient.* vbi defensor, qui grauem causam audire nequit, remittit delinquentem ad Iudicem, qui eum punire potest. Et ita hanc vltimã opinionẽ sequuti sunt Cald.& Panor. *in d.c.fi.n.16.* Maria.Soc. *in cap. postulasti, n.14. eod.tit. de for.comp.* Iodoc. *in pr.c.33.n.6. in fin.* Couar. qui pluribus modis respondet ad tex. *in ca.1. de priu. in 6. in li.pr.q.c.11.n.6.* & videtur de mente Clar. *in pr.in qu. 38. vers.sed quid si Iudex*, vbi tamen distinguit & in homicida, qui homicidium deliberato animo commiserit, quòd captus etiam ab incompetente Iudice debeat omnino ad Iudicem competentem remitti, latè consuluit Bernard.de Plot. *cons.crim.diuer.133. per totum, volum.1. in magnis*, quem etiam latè referendo sequitur D.Ioseph. Ludo. *in sua decis. Lucen.16.num.26.& seqq.1.pa.* [& pro hac contraria opinione facit etiam text. *in §. si quis comprehensorum, versic. si verò cognoscatur, in Auth.vt nulli Iud. §. illum inducendo*, vt per Ludou.Peguer. post hæc scripta habitum, *in decis.crim. 2.n.1.versic.& primò potest probari*, vbi etiam affert tres rationes pro hac eadem affirmatiua opinione, licèt eam non sequatur.]

¶ Sed quicquid sit de iure, ac quicquid exclamet Plo. *in suo cõs.præfato*, nõ recedas à prima opinione negatiua, quæ nõ solùm, teste Bass. *in loco sup. citato*, communis est, sed etiam à consuetudine approbata: † vbiq; enim omnes Doctores 28
generaliter & cõmuniter* exclamant, de consuetudine, remissionẽ non esse faciendam, prout testantur Cyn.Bar.Bal. Alexan. Abb.Affl.Iacob.de Belui.Marsil.Riminal. Fulg.Grã. Berous & alij plures relati per Clarum, quos & ipse sequitur *dict.q.38. vers.sed certè*, quibus addo Bonac. *in comm.opin. lib.1. vers.commissio rei, p.mihi 145. in fin.* [& Ludou. Peguer. *dict.decis.crim.2. per totum*, vbi disputata ad partes materia, hanc negatiuam opinionem veriorem, & apud eum in Cataloniæ regno seruatam testatur, & contrariis respondet: nec dissentit Ant.Thes. *decis.Pedem.90. num.2. in fine, iuncto num.3.*] Ideo facias conclusionem, quòd Iudex incompetens, qui habet in manibus delinquentem extra suum territorium, non tenetur, præsertim ex generali consuetudine, de qua *suprà*, delinquentem remittere ad Iudicem competentem.

¶Quod tamen intelligas procedere, quando sumus in Iudicibus, qui sint sub diuersis iurisdictionibus & Principibus, quòd si Iudex incompetens & Iudex competens, qui remissionem petit, sint sub eodem Principe, & multò magis sub eodem Præside, †& tunc consuetudo prædicta non 29
procedit, remissióque omnino est facienda, vt suprà dixi, *n.25.* & expressè tradunt Boer. *dec.29.n.55.& seqq.* qui tamen in hoc non satis clarè loquitur, Pr.Cont. *tit.de inquis.n.12. in 8.limitatione, p.mihi 249.* Cæpol. *cons.crim.58.n.2.& seqq. ver.dummodo fiat requisitio.* vbi quòd ita de facto & consuetudine seruatur. Laurentius de Rodulphis, *consil. cr.diu.15. n.2. vol.1. in magnis*, Martin.de Garrat. *eodem cons. cr.61. n.2. vol.1. in paruis*, & de communi* Doctorum opinione testã- *
tur Probus *in Apostil.ad Ioan.Mona.in c.inquisitores, sub n.8. de hære.in 6.* Chass. *in consuetud.Burgun.fol.365. num.14.* Didac. *pract.q.c.11.n.10.* vbi refert, quòd hæc sententia communi totius orbis Christiani vsu & praxi recepta est, prout pariter de communi & à consuetudine approbata opinione testantur plures, quos refert & sequitur Clar. *in pract.d. q.39. vers.hoc tamen*, quibus addo Rolan. *cons.60. num.3.& n.23. vol.2.* Bonacos. *in comm.opin.1. par.verbo, remissio rei, in. medio, pag.146. col.1.* & Ludou.Peguer. *decis. crim.2. num.6. vers.nam esse verum scribentes fatentur*, & Ant.Thesaur. *d.dec 90.n.7.*]

¶ Ex prædictis ergo in hac tertia quęst. facias tres conclusiones.

¶ PRIMA, quòd Iudex incompetens, qui nullam rerum habet iurisdictionem nec ratione delicti, nec originis, nec domicilij, non tenetur illum remittere ad Iudicem competentem.

¶ SECVNDA, quòd hodie de consuetudine remissio non conceditur.

¶ TERTIA, quòd prædicta consuetudo procedit in Iudicibus, qui sunt sub diuersis Principibus, secus si sub eodem Principe.

¶LIMITA I.† Prædictas conclusiones, quòd licèt verum 30
sit, quòd Iudex incompetens non teneatur delinquentem extra suum territorium saltem de generali consuetudine

remittere

remittere ad Iudicem cõpetentem, quando ambo Iudices sunt sub diuersis Principibus: non tamen debet illũ dimittere,& impunitum relaxare,sed parte offensa accusante,& id petente debet idem ius reddere,& delinquẽtem punire. Dixi autẽ parte accusante,& petente,quia si per inquisitionẽ procedere vellet,res maiorem haberet difficultatẽ.Hãc limitationem in specie tradit Couar.*pr.q.c.*11.*n.*10. *ver.ea verò lex*, ad quã probãdam nititur primò authoritate Boer. *dec.*29.Ias.*cons.*121.*lib.*1.Gram, *dec.*26.*n.*3. Claud.*in c.*1.*de rapto*,Abb.*in cons.*24.*col.*2.*lib.*1.*& in c.fi.n.*23.*de foro compet.* Aufrer.*dec.*319.Roch.Cur.*in c.fi.de consuet.* qui omnes expressè asserunt validam esse consuetudinem, quæ remissionem impediat,modò delictum puniatur à Iudice,qui ex eadẽ consuetudine remittere non tenetur. Igitur Iudex diuersi Principatus requisitus vel remittere tenetur, & si negat se teneri,prout reuera nõ tenetur,debet ipsũ delinquẽtem ad ipsius offensi accusationẽ punire:alioqui delicta remanerẽt impunita,quod est absurdũ.Et optimè facit,quod tradit Clar.*in pr.q.*38.*vers.est autem*,vbi dicit,quòd vbicunque delictũ remaneret impunitũ,si remissio non fieret,de-
* bet isto casu de necessitate remissio fieri,secundũ cõmunẽ* Doctorum opinionem,de qua testatur Anã *in c.ex his,n.*9. *vers.& primò arguit,de furtis*.Delinquens enim (vt nulli est dubium)offenso ad satisfactionem iniuriæ illatæ tenetur, & debitor est.At debitor fugitiuus vbicunq; inueniatur,& capi & conueniri potest: quia nulla est spes quoad locum Iudicis competentis,vnde aufugit quod ampliùs redeat.Ita pariter & delinquens fugitiuus poterit accusari ab offenso, vbi reperitur,ad satisfactionem iniuriæ.

¶Verùm iis non obstantibus,ego multùm dubito de hac limitatione,& pro nunc contrariæ sum opinionis.Certum enim est in iure,quòd delictũ non potest puniri in alio loco quàm delicti originis,seu domicilij,vt suprà latè dedu-
* ximus,*n.*1.*& seq.*Et hoc omnes*,nemine discrepante, recipiũt,& nullam habet difficultatẽ:propterea si hæc limitatio vera esset, destrueretur præcedens conclusio, quod nullo pacto est permittendum. Non ideo me mouent authoritates Calder.Iasonis, Boerij, & aliorũ suprà citatorũ, quia respondetur,eos loqui contra receptã ab omnibus cõclusionem,quòd videlicet nemo potest delinquentẽ punire,nisi in eum habeat iurisdictionẽ. Minùs me mouet prima ratio,quòd scilicet si aliter diceremus,delicta remanerẽt impunita:nam pariter respondetur, quòd isto casu hoc non videtur absurdum,quia non deficit ius,sed iurisdictio. Altera ratio de debitore fugitiuo nõ cõcludit de pœna delicti,sed de satisfactione iniuriæ ciuili ipso offenso debita:& sic de damnis & interesse,quorum respectu delinquentem posse etiã eo in loco conueniri pro nunc non inficior, nec disputare intendo.Et licèt Couar. *in loco sup.allegato,præsertim in vers.Sed & si ad pœnam*,has fortè difficultates sentiẽs restringere videatur suam limitationem ad illa tantùm delicta,quæ adeò atrocia sint, vt totius vniuersalis reipublicæ interfit puniri, aliàs graue scandalum & insigne repetenti sceleris exemplum gigneret: ego tamen indistinctè contrarium teneo,quia defectus iurisdictionis tam in atrocibus,quàm in non atrocibus delictis militat,

31 ¶Limita II.†Præcedentes conclusiones,quòd licèt etiã verum sit,quòd quando Iudices sunt sub eodem Principe, Iocum habeat remissio, & cõsuetudo prædicta cesset:istud tamen est intelligendum,quando remissio petitur à Iudice,qui requisitus habeat aliquam in reum iurisdictionem, putà vel ratione originis, vel domicilij:nam etiamsi sit sub eodem Principatu,tenetur delinquentem remittere ad locum delicti, vt suprà dixi,*n.*25.At si Iudex requisitus prorsus incompetens sit,ita quòd in reum nullam habeat iurisdictionem;nec ratione delicti,nec originis, nec domicilij, nec alia de causa,& tunc nõ tenetur remittere,etiam quod simus sub eodem Principe, secund. Boss. qui hanc limitationem in specie tradere videtur *d.tit.de foro comp.num.*53. pro quo faciunt tradita *sup.n.*27.vbi satis probaui,quòd Iudex prorsus incompetens non tenetur remittere. Vide tamen Boss.*n.*51.& considera eius dicta,quia, vt etiam aliàs suprà dixi,non satis clarè loquitur in materia. [item vide Doctores allegatos *sup.n.*29.qui dum dicunt,remissionem esse faciendam, quando ambo Iudices stantib.eodem Principe, præsupponunt etiam quòd Iudex remittens nullam in remittendo habeat iurisdictionem, aliàs si aliquam haberet iurisdictionem, non essent termini quæstionis nostræ, de quà *suprà,n.* 27. quare multùm dubito de hac secunda limitatione.]

¶ Limita III.† Quia licèt quando Iudices sunt sub di- 32
uersis Principibus,remissio, vt dixi,de consuetudine concedi non soleat:hoc sanè intelligendum est respectu ipsorum Iudicum,qui sui Principis iurisdictionem cùm tueri teneãtur, ideo remittere nequeunt:secus autem respectu ipsorũ Principum,qui si voluerint, poterunt delinquentem remittere, etiam quòd in eum nullam habeant iurisdictionem,ratione delicti,nec originis, nec domicilij, nec alia de causa, prout de facto quandoque non obstante prædicta consuetudine seruatum vidit, & testatur Clar.*d.q.*38.*sub ver.hoc tamen*,ibi, *Bene verum est, &c.* quod nihilominus ipse nunquam se laudasse asserit,cùm stante prædicta consuetudine, delinquẽtes debeant esse securi.Et eandem limitationem facit etiã quòd dixit idem Clarus *in ead.q.*38.*sub ver.sed quid si Iudex*,ibi *& hoc casu,&c.*vbi dicit, quòd remissio petitur à Iudice, qui si sit sub eodẽ Principe, & quòd potest Iudex requisitus à seipso,etiam Principe inconsulto,remissionẽ cõcedere.Si verò petatur remissio à Iudice diuersi Principatus,non potest idẽ Iudex remittere, nisi Principe ita iubente. Ergo si Princeps ita voluerit,& iusserit, remittetur delinquẽs ad Principẽ diuersi dominij:immò si credendum est Abb.*in con.*24.*l.*1.quẽ refert Couarru *d.c.*11.*n.*5.*sub ver.*4.*erit ãnimaduertẽdum,&c.* licèt Iudex de necessitate stante tali cõsuetudine non teneatur remittere,potest tamen ex vrbanitate, si voluerit, ad Iudicem loci,in quo captus deliquit,illum remittere. Ad quod vide etiam insuper ipsum Clarum *in pract.q.*96.*ver.sed quid si bannitus*,vbi not.quòd licèt Iudices diuersorũ territoriorũ præsertim sub diuersis Principib.existentiũ,hodie ex consuetudine non teneantur delinquẽtes & bannitos inter se remittere,nihil tamen prohibet,quominus talis remissio fieri possit.Deinde sequitur & dicit, & ideo non confidant banniti super consilio Rolan.*cons.*19.*vol.*2.quia vidi plures bannitos captos & remissos contra eorum voluntatẽ in territorium Iudicis bannientis decapitari,& suspendi.Et licèt hoc, vt suprà dixi,fieri non deberet, ad punitionem tamen malefactorum Deus aliquãdo ita fieri permittit, & ideo delinquentes, ne hoc eis contingat, caueant & procurent à Principe, sub quo morantur, habere fidentiam seu saluum cõductum,quo habito erunt securi,tutéque ibi poterunt permanere, secundùm Clarum *d. vers.c. Hoc tamen,in fine*, quem refert Bonacos.*in commun.opin.*1.*par.vers.remissio,pag.*146.*col.*1. vbi tamen etiam dicit, parum esse confidendum istis saluis conductibus.Et ad præmissa vide etiam D. Flam. Cartar. post hæc scripta habitum,*in suo trac.de exe.sent.capto bãnito,c.fi.n.*263.

¶ Limita IV. † Prædictas cõclusiones in hac tertia quæ- 33
stione firmatas, in eo scilicet quod dictum est,remissionem cõcedi debere inter Iudices,qui sint sub eodem Principe, vt procedat quando petitur remissio à Iudice, qui sit in iurisdictione vel par,vel superior Iudice requisito.Quòd si Iudex requisitus superior iurisdictione sit, non remittit Iudici inferiori, etiam quòd sit sub eodem Principe;sed ipse cognoscit de casu: semper enim audiui dicere,quòd curia maior non remittit inferiori.Et probat tex.*in l.ad cognitionem,ff.quib. ex cau.in possess.eat.l.ad Principem,ff.de appell. Auth. de appell. in prin.*Cass.*in consuetud.Burgun.rub.*12.*n.*26. Abb.*cons.*24.*n.*1. *vol.*1.Pract.Conrad.*tit.de inquisit.n.*12.*in* 7. *limitatione, pag. mihi* 249.*col.*10.*in prin.*Couarr.*pract.q.d.c.*11.*n.*10.*versi.*13. *illud*, vbi hanc limitationem intelligit procedere, vbi Iudex maior & superior potest causam iam cœptam coram inferiori auocare, aut retinere cuiuscunque appellationis occasione;secus si hanc non habeat potestatem.

¶ Limita V. Eandem conclusionem, quòd ad hoc vt 34
Iudex requisitus teneatur delinquentem remittere, debet eidem non solùm primò constare, An Iudex requirens in ipsum delinquentem habeat iurisdictionem. Exempli gratia, si Iudex delicti prætendat remissionem, debet probare delictum fuisse commissum in eius territorio : nisi enim habet iurisdictionem, ei nullo pacto remissio conceditur,

secundùm Guid.Papæ *d.decis.202.n.1.ver.2.quòd constet*, & Clar.*in pr.d.q.38.vers.sed quid si Iudex.*

35 ¶Verùm†etiam debet constare,delictum fuisse commissum ab eo,cuius remissio petitur;& in hoc saltem summaria cognitio procedere debet. Aliter Iudex requisitus remittere non tenetur,secun.gl.*in clem.pastoralis, in verbo,de more,de re iud.*Oldr.*cons.*124.Bal.*in l.prima, C.vbi de cri.agi opor.*Aret.*in c.fi.n.20.in fo.comp.*Couar.*pr.q.d.c.11.n.8.vers.* * *Nonò in hoc tr.*vbi quòd in hoc omnes*propemodum conuenire videntur.*Cyrillus in Summ.crim.tit.vbi de cr.agi oport. sub n.3.* Boss.*in tit.de for.comp.n.50* vbi secun.Fel.*in d.c.fi.n.9. de fo.comp.* concludit, quòd Iudex requisitus non tenetur sequi vanos,& iniustos appetitus requirentium;sed debet summarie cognoscere de delicto, quia vbi non præcedit suspicio criminis,non debet reum nec capere,nec remittere,secun.Bal.*in l.1.C.vbi de cr.agi oport.*& Aret.*in c.fi. de for. comp.*de qua quidem suspicione satis dicetur constare, si de contumacia rei constiterit,secund.Batt.*in d.l.*,& Boss.*ibi, d.n.50.*qui in summa etiam ipse admittit summariam delicti cognitionem esse faciendam, antequàm remissio concedatur,Lauren.de Rodulph.*cons.cr.diu.15.n.9.& seq. vol.1. in magnis.*vbi pariter eandem delicti summariam cognitionem admittit,præterquam in duob. casib. Primò, quando reus, cuius remissio petitur, esset condemnatus. Secundò, quando eius delictum esset notorium Iudici requisito. & ibi concordan.allegat,Pr.Cont.*tit.de inquisit.n.12.in 6.limitatione,pag.mihi 249.*vbi dicitur,quòd remissio non conceditur,nisi coram Iudice remittente,dùmodo aliquantulùm saltem constet de crimine aliter quàm per dictũ Iudicis requirentis & petentis remissionem. Et licèt Ant. Gom.*var. resol.tom.3.c.1.tit.de delict.n.87.in fin.*dixerit,quòd Iudex teneatur remittere captum ad Iudicem loci delicti sine eo, quòd constet delictũ esse commissum in iurisdictione petentis remissionẽ,& etiam nulla præcedente causæ cognitione,& ad hoc alleget in terminis quod asserit Bar.Alber. Ang.& Sal.*in locis ibi per eum citatis:* non tamen recedas à prima opinione,quæ cõmunis est,teste Couar. *in loco suprà citato,*& Bonacosi.*in comm.opin.part.1.verbo,remissio rei,pag. mihi 146.col.1.*qui allegat Franc.Mar. *decis. Delphina.176. in 2.par.*

¶ Bene verum est,& in hoc aduerte,quòd ista summaria delicti cognitio non spectat ad Iudicem remittentem:ille enim est merus exequutor, nec potest etiam summariè de crimine cognoscere,secund.Bart.*in l.vlt.§.1.ff.de publica,*& Ias.*in leg. Magistratibus,col.pen.ff.de iurisd.om.Iud.* sed sufficit quòd Iudex requirens in litteris requisitoriis summatim delicti probationem inferat;ex qua orietur summaria cognitio apud Iudicem requisitum; & sine qua remittere non tenetur, secund. Guid. Papæ *decis.202.sub n.1.* & est com- * munis * & practicata opinio:sicuti post Bart. Panor. Cass. & alios, quos allegat,testatur Couar. *in loco proximè citato,* quem refert,& sequitur Clar.qui etiam se ita vidisse testatur, *d.quæst.38.vers. est autem.* & Ludou.Peguer.*d.decis.cr.2. num.5.*]

36 ¶ Limita VI.†easdem conclusiones, vt in casu, in quo Iudex sub eodem Principe existens, seu aliàs quandocunque delinquentem remittit,illud facere debeat in delictis grauibus & atrocibus. Secus autem in leuibus:quia in leuibus criminibus remissio non conceditur.Ita probat text. *in l.desertorem,in prin.sumpto arg.à contrario sensu,ff.de re milita.*facit tex.*in authent.vt nulli Iud.§.si quis verò comprehensorum,colla.9.*& tradunt Calder.*in ca.1.de rap.* Cyn.*in authen. qua in prouincia,C.vbi de cr.agi oport.* Capella Tholos. *decis.* 319.Couar.*pr.q.ca.11. vers.octauò remissioni locus erit*, Pract. Cont.*ti de inquisitione,n.12.in 1.limitatione,pag.249.in 1.col.* Duen.*reg.378.in 3.limitatione,* Clar. *in pr.d.qu.38. vers.scias* * *tamen,*& de communi*Doctorum opinione testantur Aufrer.*in addit.ad d.decis.319.*Abb.*in c.fi.n.15. vers.vltimò dicit glo de for.comp.*

37 ¶Amplia Hanc sextam limitationem,†vt imò etiam in atrocibus delictis remissio non concedatur:quando ciuiliter intentantur, prout vltra Doctores præallegatos tradiderunt Cassan.*in consuetud.Burgun.rubr.12.num.6.*& Iac. de Belu.*§.contrahentes, de foro compete.in 6.num.16.* Imola, post alios *in Clemen.pastoralis,n.64. de re iud.*Coua.*sub dicto vers. octauo,&c.*Pr.Conr.*d.n.12.in 2.limitatione,* Guid.Papæ *d.decis.202.in add.litera C.*Mars.*in practica,* §.*opportunè, sub n.n.* 33.& est teste cõmunis*Abb.*in d.c.fi.eod.n.15.*& Aufrer.*in addit.ad d.dec.Tholos.319.*quos refert & sequitur Clar. *d.q.* 38.*vers.Item sciás,*vbi post alios dicit,rationem huius conclusionis esse:quia scil.remissio non cõceditur,nisi vbi agitur de criminis punitione,quæ quidem punitio cessat, vbi agitur ciuiliter,& Clarum pariter referendo sequitur Bonacos.*in comm.opi.1.part.in vers.remissio rei,in fin.p.mihi 146. col.2.in prin.*

¶ Limita VII.†Vt quando Iudex sub eodem Principe 38 existens,seu alias quandocunque reum captum remittere teneatur:illud tamen facere non cogitur,nisi petatur : quia non petẽti remissio non fit. Quod satis probatur, *in d.§.si quis verò comprehensorum,in Auth.vt nulli Iud.collat.9.* & adnotarunt Bar.Bal.& alij *in sæpius allegata l.1.C.vbi de cri.agi oport.*Anan.*in c.1.n.8.de rapt.* Abb.*in c.fi.col.8.* & ibidẽ Fel. *col.4.de fo.comp.*Guido Papæ *dec.202.n.2.vers.6. quòd Iudex.* & ibi *in add.litera B.*Mars.*in pr.§.opportunè,n.33.*& est communis,* vt per Clarum *in pr.d.q.38.sub vers.est autem,*ex Couar.*d.c.11.n.4. vers.quartò erit animaduertendum*, vbi hunc cõmunem locum obtinere dicit, quantum ad necessitatẽ: secus verò ex vrbanitate,quia si remissioni locus erit, poterit,si voluerit Iudex,ex se etiam non requisitus & ex vrbanitate reum remittere,secun.Fel.*in d.c.fi.n.10.de fo.comp.* & Abb.*cons.24.lib.1.*

¶ Limita VIII.†Præcedentes conclusiones:quia quan- 39 do remissio conceditur,fieri debet non expensis Iudicis requisiti,sed remissionem petentis, qui nisi de dictis expẽsis prouiderit,Iudex,à quopetitur remissio,remittere nõ tenetur,Pr.Cõr.*tit.de inqui.n.12.in 9. limit. p.mihi 249. in 2.col.*

¶Sed aduerte,quòd hæc limitatio non transit sine difficultate.Reperio enim Doctores in hoc variè loquutos: nã Ioannes Faber contrarium sentiens,*in l.vnica, C.de offi.proconsi.& lega.*dixit,argumẽto illius legis,Iudicem,qui remittit,suis expensis remittere debere.

¶¶Altera,& sic tertia fuit opinio Car.*super ti.magnæ Curiæ, rit.235.n.13.& seqq.*qui remissionem carcerati expensis fieri debere asseruit:& si carceratus non sit soluendo expensis accusatoris,& in eius defectum, Iudicis requirentis,& vltimo loco Iudicis requisiti, & allegat Carauita ad hoc Boer.*decis.303.num.12.vers.quid dicendum,*& Cassan.*in consuetud.Burg.de iurisd.om.Iud.*§.29. & hanc affirmat opinionem veriorem,per tex.*in l.lex Cornelia,*§.*si quis librum,* ibi, *præmium constituitur,ff.de iniur.*iunctis not.per Ang.& Alex. ad Bar.ibi,& eund.Bart.*in l.Cornelia,in fine prin.ff.ad Syllan.* vbi expressè habetur,informationes & alia suffragia iustitiæ carcerati expensis fieri debere, si sit soluendo:sin autẽ expensis accusatoris & instigatoris,vltimo loco ipsius Curiæ.Et cum hac Carauitæ opinione transire etiam videtur Io.Bapt.Asin.*in sua pr.in tr.de expen.§.32.in 61.ampliatione, n.2.& seqq.*

¶ Sed tu iterum aduerte,quòd quatenus attinet ad opinionem Io.Fabri,illa nullatenus est tenenda:quia,vt inquit Carauita *in loco suprà citato,* talis opinio nulla nititur ratione, textúsque per eundem ad suæ opinionis comprobationem allegatus, *in d.§. si quis librum,* non simpliciter loquitur : sed tunc demum, si carceratus culpabilis sit.

¶ Ideo resolutiuè in hac quæstione ita dicas:aut carceratus culpabilis & delinquens est, & de hoc constat,vel quia confessus,vel legitimè conuictus: & tunc etiam altero instante pro remissione, remissio fieri debet non expẽsis instantis & petentis,sed ipsius carcerati:quiaipsius delinquẽtis culpa alteri obesse non debet.Et in hoc sequor opinionẽ Carauitæ. Aut carceratus non est culpabilis,nec constat deliquisse,& tunc licèt forsan de culpa indiciatus reperiatur, dic quòd tunc non illius expensis, sed remissionem petentis remissio fieri debeat, hoc est, instantis; quod credo verius:hoc modo videlicet, vt si accusator seu instigator remissionem petat,ille faciat expensas.

¶ Si verò remissio petatur à Iudice ex officio, idem Iudex petens expendet:alter Iudex requisitus remittere nõ tenetur,nec expendere de suo, secundùm Bald.*in c. nonnulli, col. 3.de rescrip.& in c.1.§.si Iudex,de pace tenen.in vsib.feudor.*Ias. *in l.à diuo Pio,§.sententia,col.2.ff.de re iud.*Affl.*in const.Neap.*

lib.1.

*lib.1.rub.41.n.13.*quos refert & sequitur Couar.*pract.q.c.11. n.11.vers.14.non immeritò.*

¶Quòd si remissio nec ab instigatore,nec à Iudice petatur:sed à carcerato,putà in clerico,qui se ad Iudicem suum ecclesiasticũ remitti petat:& tunc pariter remissio fieri debet nõ expensis instigatoris seu Iudicis,sed carcerati remissionem petentis.Ita Bald.& Sali.*in l.pen.§.his de præsentibus, C.de reb.cred.& iureiu.& in l.eos,C.de appel.* Fab.*in l.minimè, C.de appel.*idé Bald.& Cardin.Alexandrin.*in d. §.si Iudex,* Boer.*dec.303.n.12.d.ver. Quid dicendum, & est decis.Tholos. 100.&274.*quos pariter refert & sequitur Menoc.*in suo tr. de arb.q.casu 228.n.7.& seqq.*& Couar.*pr.q.c.33.n.5.*¶ Bene autem verum est, quòd si carceratus remissionem petens non sit soluendo,tunc expensis vel instigatoris, vel Curiæ fieri debet,& ibi per Boer.Carauitam,Couarr. & Asinium *in locis supracitatis.*

40 ¶¶Limita IX.†Prædicta omnia procedere,prout loquũtur in carcerato remisso à Iudice, à quo captus fuit: hoc enim casu postquam remissus fuit,poterit puniri à Iudice, ad quẽ fuit remissus.¶Sed quid si delinquens & bãnitus à territorio,vbi cõmisit delictum, fuerit in alieno territorio, non à Iudice,seu exequutoribus illius territorij,sed ab exequutoribus loci delicti,vel ab aliis priuatis personis captus, & vi ductus ad iudicem loci banni seu delicti: An possit ab illo Iudice tunc puniri?An verò relaxari & dimitti ad locũ vbi captus fuit?Dic,quòd debet relaxari,& poniin pristinũ statum,quasi spoliatus sua naturali libertate,arg.tex. *in l.si. ff.de iurisd.om.iud.*& hoc præter alios Doctores ibi expresè tenet & notat Bal.*in 1.lect.col.fi.*facit etiam tex.*in l.si quis sit fugitiuus,§.item Celsus scribit,ff.de adil.edi.*& ibi Bal.Sal.Cæpola,& alij,tex.*in l.à diuo Pio,§.sententiam Roma,ff.de re iud.* vbi Iudex vnius loci non potest facere realem exequutionẽ in bonis condemnati sitis in alieno territorio,nisi per literas requisitorias:ergo à fortiori, nõ poterit facere capturam personalẽ.Probat etiã tex.*in Aut. vt nulli Jud.§. si verò quis comprehensorũ,collat.9.*vbi dicitur,quòd si vnus deliquit in vno territorio,& se contulit ad aliud,debet Iudex delicti petere remissionem eius per literas requisitorias.Igitur nisi ab eo Iudice remittatur,puniri non potest. Et ita hanc limitationem per iura & rationes prędictas optimè cõprobat Ant.Gom.*var.resol.to.3.ti.de captura reorum,n.5* vbi allegat Bar.idem expresè & magistraliter tenẽtem *in suis quæstionibus,q.6.incip.Lapus,*quibus eiusdem sententiæ authores addi possunt Bal.*in auth.item nulla communitas,circa fi.C. de Episc.& cler.*Boer.*dec.29.n.8.*Pr.Cont.*ti.de captura,n.12.* vbi generaliter dicit,quòd in alieno territorio captura non conceditur,& si fiat,datur repetitio,secund.Bar.*in l.si cui,§. fin.vers.secundò quæro,ff.de acc.*Salic.*in l.2.nu.4.& 5. C.de exhib.reis,*Io.Mar.Monticell.*reg.cr.12.n.27.*Ias.*in d.l.fi.n.24.*& ibidem Mars.*n.34.ff.de iurisd.om.iud.* Rolan.*in cons.60.in 1. dubio,vol.2.*vbi latè hãc eandem pluribus rationibus defẽ-
* dit conclusionem,*& n.9.*testatur de communi*Doctorum opinione. Et hoc sequitur Clarus *in pr.q.96. vers.sed quid si bannitus,*nec dissentit D.Flam.Cart.post hæc scripta visus, *in tr.de exeq.sent.capto bannito,cap.fin.n.263.* Et ad præmissa vide omnino Mar.*in pr.§.aggredior,n.33. Alio etiã casu,* vbi acriter damnat id,quod in contrarium fuit seruatum tẽpore Iulij Papæ II.in quibusdam bannitis Bononiæ, & captis in loco Mirandolæ,& ad Bononiam conductis, ibidémque suspensis.

41 ¶ Amplia †Hanc nonam limitationem, quòd etiamsi quis existẽs in suo & delicti territorio à familia & exequutoribus illius territorij insequutus ad alienum confugerit territorium,ibidémque à familia insequente capiatur, debet pariter relaxari & admitti,secund.Bal.*in l. sicuti,§. Aristo,ff.si seru.vind.& in c.cùm olim,in fine,de dolo,& contuma. & in l.non est verisimile,ff.quod met. cau.*Barb.*cons.16.vol.1.* Cor. *cons.159.vol.2.*Io.Mar.Mont.*d.reg.cr.12.n.27.vers,quod verum est,*Ang.*de malef.in ver. Quòd fama publica præcedente,n.* 62.Io.Tierri.*in tr.de fuga,col.2.n.10.in 8. vol.tractatuum,*Ias. *in l.fi.col.1.*& ibid.Mars.*n.9.ff.de iurisd.om.iud.& in cons.121.* Rol.*d.cons.60.n.15.& seqq.vol.2.* Et licèt Aug. ad Angel.*de malef. vbi sup.*Ang.de Perusio *in l.Gracchus,in col.n.4.*Rom. *in l.1.§.occisorum,in col.pen.n.18.ff.ad Syllan.* contrarium dixerint, & ita contra Doctores nuper antea allegatos seruatum testetur Paris de Put.*in tract.de synd.c.4.n.2.fol.190.* in quodam,qui commiserat delictum Perusij,& fuit insequutus à familia vsque ad Ciuitatem Florentiæ, & ibi captus; non tamen recedas à prima opinione, quæ est communis & magis practicata, provt de communi*& practicata opi- *
nione testantur Barba.*in cons.26.in fin.lib.1.*Boss. *tit.de cap. n.34.& in tit.de fauor.defens.n.2.in fin.* Bonacos. *in commun. opin.1.part.vers.delinquens si prosequatur.p.51.col.2.* Ant.Gomez.*var.resol.tom.3.titul.de capt.reorum,n.5.* & ibidem Suarez *in addit ad Clar.in pract.q.29.vers.fin.* [& post hæc scripta adeas Brun.à Sole, qui pluribus comprobat hanc ampliationem,eãdémque tanquam veram, & communem à contrariis defendit,*in suis quæstionibus legalibus,q.30.n.40.& omnibus seqq.*]

¶ Quæ tamen omnia aduertas,vt procedant in territoriis diuersi dominij,& sub diuersis Principibus existentibus:secus si sub eodem Principe,secund.Mars.*dicto cons.121.n.21.* & Roland.*d.cons.60.num.23.*& faciunt superius tradita, *nu. 25.& num.29.*[& declarat etiam Bruno. *d.q.30.num.47.& seqq.*

¶ Limita X.†Prædicta procedere, quando vnicum est42 delictum.Si verò carceratus inquiratur de plurib. delictis, & Iudex vnus detineat illũ pro vno delicto, alter verò petat sibi remitti pro alio delicto:tunc dicas, quòd finito per vnum Iudicem processu super vno delicto,fit remissio carcerati ad alium Iudicẽ, vt ipse quoque suum perficiat processum,*l.si cui,§.fin.*& ibi Bart.*in fin.ff.de accus.* Guido Papæ *d.dec.202.vers.quintò, quòd non cõmiserit,*Bos.quia ita seruari testatur *in ti.de for.comp.n.58.*Clar.*d.q.38.vers.hæc autem;*vbi tamen hoc verum esse dicit, quãdo ambo Iudices sunt sub eodẽ præside Prouinciæ:secus si sub diuersis dominiis,Pra. Beluis.*tit.de fuga reor.n.22.& seqq.p.mihi* 42.vbi pariter hãc limitationem intelligit procedere,nisi pœna imponẽda per vnum Iudicem impediret exequutionẽ pœnæ alterius,putà quia esset mortis:tunc enim à pœna minori est inchoandum:& idem tradit Cyrill.*in summ.cr.tit.vbi de cr.agi oport. sub n.3.*& ideo remittendus est carceratus ad illum Iudicẽ, qui minorem imponit pœnam, & ea pœna exequuta postea remittetur ad illum Iudicem, qui maiorem imponit pœnam,putà mortis. Exequutio enim vnius Iudicis non debet impedire exequutionem alterius, & hoc quando pœnæ sunt inter se compatibiles:si verò sunt incompatibiles, & multò magis si vterque Iudex vellet imponere pœnam mortis,tunc in pari causa præfertur Iudex, qui habet reum in manibus, vt ibi per Beluis.

¶ Limita XI.† Vt in omni casu, in quo remissio de- 43
linquentis conceditur,stari non debeat processui Iudicis remittentis, tanquam à non competenti Iudice fabricato,*l.fi. C.si non à cõp.Iudice.*sed nouus debeat formari processus per Iudicem, qui requisiuit, Guido Papæ *decis.202.n.6.& decis. 419.n.1.* Facit quod in specie tradunt Doctores de Clerico ad Iudicem ecclesiasticum per Iudicem secularem remissũ, secundùm communem,* de qua testantur Dec.*in c.at si cle- *
rici,in 3.col.ext.de Iudic. Gram. *cons.crim.42.n.1.*& Clar. *in pract.q.36.vers.vltimò quæro.*Item facit doctrina Bal. *in auth. cleric.C.de Episc.& cler.in fine,n.11.ver.deinde quæritur,* vbi magistraliter dixit, quòd quãdo vnus Iudex remittit ad aliũ, aut remissio fit ad instructionem, & tenetur stare actis remittentis,vt *in cap.pastoralis,de re iudic.*aut ad punitionem, & non tenetur stare, sed debet acta recensere, & Bald. *vbi sup.*sequuti sunt Alber.*in tract.de agnoscen.asser.cath. & hær. q.25.n.43.sub ver.Et quamuis Bar.&c.* Rui.*cons.124.in prin. l.5.* Aufr. *in tract. de potesta.iud.* [*secul.super eccles.d.reg.4.n.* 31.]nouissimè D. Flam.Cart. de communi * testatur *in suo* *
*trac.de exeq.sen.post hæc scripta viso,c.fi.n.4.& 5.*Quamuis in clerico processato de crimine læsæ maiestatis à Iudice seculari,& ad Iudicem ecclesiasticum remisso, contrarium sensisse videatur Decian. *in tract.crim.tomo 1.lib.4.c.9.n.9.*

¶ Svblimita I. Præcedentem limitationem,vt procedat in testibus, scripturis, & aliis iuribus & actis, factis, & productis coram Iudice remittente,secus in confessione delinquentis remissi. Quæ quidem confessio licèt facta coram incompetenti Iudice ad condemnandũ non sufficiat, vt tradit Cyrill.*in summa crim.tit.vbi de crim.agi oport.num.5.*bene tamen sufficiet ad torquendum, secundùm Bar. Bal.Aret.&

alios,quos referendo sequitur Guido Papæ *dict.deci.*202.& 419.de qua tamen conclusione latiùs,si Deo placuerit, dicemus in materia confessionis,*tit.de confessis,infrà,lib.2.ti.3.* vbi videas.

¶ Svblimita II.Quòd si Iudex remittēs sit etiam competens Iudex delinquentis remissi: vt putà quia sumus in casu,in quo vterque Iudex procedere poterat,remissióque sit facta ex vrbanitate:tunc cessare videtur ratio incompetentiæ Iudicis,de qua suprà,& propterea crederem,stādum esse processui facto per Iudicem remittentem.[& in iis terminis intelligenda est doctrina Bald.*in d.auth.clericus*,& sequacium.]

44 ¶ Limita XII. Vt prædicta omnia similiter procedant, prout loquuntur, quando scilicet delictū est cōmissum in vno loco;sed quid si delictum sit commissum in duobus locis,in vno putà inchoatum,in alio autem perfectum & cōsummatum:quisnam erit isto casu competēs Iudex?An Iudex loci,vbi inchoatum est delictum,an verò vbi finitum? Ista quæstio pendet ab alia quæstione:An, & quādo in delictis attēdatur finis vel principium:quę brocardica est, & plura habet distinctionum capita, de quibus præter infrascripta,quatenus præsertim attinet ad propositā limitationem,videre poteris præter alios apud Fel.qui plenè & magistraliter loquitur *in c.fi.n.13.vsque ad n.17.de fo.cop.*Marsi. qui facit regulam cum pluribus illationibus,& eam remissiuè limitat pluribus modis,*in pr.cr.§.vlteriùs,n.1.& seq.* Pr. Conr.*ti.de inquisi.n.15.& seqq.*Bossi.*eod.ti.de fo.comp.n.59.*vbi remissiuè.Mariā.qui plura affert exempla,*in c.postulasti,ext. eod.tit.de fo.comp* Et pro resolutione tres erunt figurandi casus,secun.Fel.ibi.*n.13.*Primus,in delictis inchoatis in vno loco,& perfectis in alio,tam respectu agentis,quàm patiētis.Secundus,in delictis inchoatis, & perfectis in alio non respectu vtriusque,sed agētis tantùm, vel patiētis tantùm. Tertius, in delictis inchoatis in vno loco & perfectis in alio,nec respectu agentis,nec patientis.

¶In primo casu erit exemplum in capiente & ligante vnum in vno territorio, & postea eundem ligatum ducente in aliud territorium,& ibidem nullum spoliante:vel in eo,
45 qui aliquem in vno territorio†vulnerat , & illum ad aliud territorium fugientem insequitur,occidítque in dicto alio territorio. Istis enim casibus agēs & patiens,hoc est delinquēs,& ille in quē delinquitur,reperiūtur in loco inchoati,& perfecti delicti.Et prima facie videtur isto casu, quòd Iudex competens sit Iudex loci,vbi delictum est inchoatū: quia in delictis, non finis,sed initium attenditur, *l.qui cùm maior,in prin.ver.sed minor,ff.de bo.li.l.quod ait lex,§.quod ait. ff.de adul.*cum plenè cumulatis per Marsi.*in d.§.vlteriùs,n.1. & seqq.*

¶Contrarium tamē suaderi potest ex eo, quia ista regula, quòd in delictis attendatur initium & non finis , procedit & habet locū,quando initium est licitum,& finis illicitus: tunc ad excusandum reum attenditur initium; secus si etiā initium fuit illicitum & delictum commissum in diuerso territorio:quia tunc attenditur finis,& non principium,secund.Bart.Bald.Ang.Salic. & alios quos refert & sequitur Alex.*in cons.75.n.6.vol.3.*& cum eo verbo pertranſire Pra. Cont.*tit.de inquisitione,n.16.vers.& ideo inquit Alex.* Tu verò dicas ex Fel.*in d.c.fi.n.13.*quòd vterque Iudex erit cōpetens,& Iudex inchoati,& Iudex perfecti delicti:licèt enim propter actus succesiui continuationē vnicū reputetur delictum,vtroque tamen loco commissum videtur,& vtriq; Iudici facta fuit iniuria. Et ideo vterque Iudex procedere poterit,vt per Bal.*in l.si quis non dicā rapere,in 3.col.C.de Ep. & cler.*& Marsi.*in l.vnica,n.150.C.de rap.virg.* vbi infert ad rapientem puellam ex vno territorio,qui vi ductam in alio territorio cognouit,quod poterit ab vtroque Iudice puniri,& ibi per Fel.qui hanc conclusionē procedere dicit,quādo actus inchoationis est etiam illicitus & punibilis, vt suprà exemplificauimus : secus si licitus, vel non punibilis, quia tunc non Iudex inchoati , sed perfecti delicti tantùm competens erit iudex.

¶ In secundo casu, omissis aliis exemplis per Doctores allatis,poni possunt duo particularia exempla. Primum in eo,qui existens in vno territorio emissā sagitta , seu sclopo aliquem in alio territorio occidit ; secundum in eo qui existens in vno territorio mandat fieri delictū in alio:vtroque.n.casu persona agentis & patientis insimul non cōcurrunt in eodē loco.¶Quis†ergo erit in primo exemplo huius secundi casus competens Iudex?Dicas , quòd licèt Bar. *in l.libellorum,ff.de acc.*& Fel.Bar. sequutus *in d.c.fi.n.14.* dixerint,competentē Iudicē esse Iudicē loci perfecti delicti, & non inchoati,vnde est emissa sagitta:veritas tamē est in contrarium,quia vterq; Iudex procedere potest,secund.Io. And.& Phili.Frāc. *in reg.in obscuris,de reg.iur.in 6.*Abb.*in d. c.fi.n.25.*Bal.*in d.l.si quis non dicā rapere,in 3.col.C.de Epis.& cler.*Marsi.*in l.vnica,n.150.C.de rap.virg.& in l.fi.n.210.ff.de iurisd.om.Iu.*& contra Bar.& Fel.vbi suprà esse communē * opinionē testantur Abb.*d.n.25.*Alb.*in 4.par.sta.q.79.* Nel. *de ban.in 2.par.1.temp.q.8.*Clar.*d.q.38.vers.itē pone.*Pr.Cōra. *in loco supracitato,vers.Abbas tamen,vsque ad n.17.* vbi reddendo rationem huius communis opinionis dicit,quòd ne delicta remaneant impunita,delictum debet cuique territorio insolidum attribui, & propterea eius cognitio ad vtrumque Iudicem spectabit. * *

¶Difficultas est in secundo exemplo de mādatario,in quo 47
reperio,quòd Doctores magis*communiter dicunt , quòd * *
mandans non in loco mandati , sed in loco sequuti delicti puniri debet, & captus à Iudice loci mandati remittendus est ad Iudicem loci delicti:ita enim sensēre Alber.*in l.hæres absens,§.Labeonem,* & ibi Iac.de S.Georg.*n.1.* Cur.iun. *n.2.* & Lancel.Dec.*ff.de iud.*Pau.de Cast.*in leg.si vt proponitur,*& ante eum Bart.& Iac. de Arena *nu.2.ff.de fideiuss.* Marsi.*sing. 404.inc.forum,& in l.vnica,n.252.C.de rap.virg.*Ang.*de malef.in verbo,existent Florentiæ,n.2.*& ibi Aug.*in add.ad Fel.in d.c.fi.n.15.*Gabriel.*concl.1.lib.7.n.27.in 8.ampliat.* Io.Maria. Mont.*in sua pract.crim.reg.7.n.112.*Marsi. *in l.fi.n.209.ff.de iurisd.om.Jud.*& de cōmuni*Doct.opinione testantur Abb. * *in c.fin.n.27.de fo.comp.*Mar.Soc.*in c.postulasti,n.4.eo.tit.* Lācell.Decius *in d.§.apud Labeonem,*Duen. *reg.378. in 3.ampliat.*Placha *in Epit.delic.c.15.n.16. & 17.lib.1.* Pract.Conr. *d.n.16.in tit.de inquisit.vers.subiungit tamen alio in casu, pag. mihi 250.in fi.*Prob.ad Io.Monach.*in ca.inquisitores,n.5.in fi. de bær.in 6.*Remig.*de imm.Eccl fol.116.in 5.fall.n.3.*Clar.*in pr.q.38.ver.item quæro,*Bonac.*in com.opi.par.1.vers.Mandās fieri delictum.p.109.in 4.col.& in 2.par.vers.mandans, il primo,pag.47.in 1.col.in fin.*Foll.*in pr.cr.verbo, audiantur excusatores,n.103.*

¶ Ratio autem huius cōmunis†opinionis triplex, ni fallor,à Doctoribus affertur.Prima & principalis ea est:quia mandans tenetur de delicto non ex mādato,sed ex delicto propter mandatum sequuto,secūdùm communem*Doct. * opin.de qua post Bar.*in l.non solùm,§.mandato,n.9.ff.de iniu.* testantur Bossi.*de for.comp.n.109.in fi.*Mar. *in c. proposuisti,n. 22.vers.nonò quæro,eo.ti.de fo.comp.* Clar.*in pr.q.89. vers.sciat autem,*obligatióque,qua mandans tenetur, non ex mandato,sed ex delicto oritur,*l.si quis vxori,§.neque verbo , & l.qui seruo,§.1.ff.de furt.*gl.*in l.1.§.persuadere,ff.de seruo corru.*Capr. *concl.80.n.10.*Ergo mandans non in loco mandati,sed delicti puniendus est:ita præsertim arguunt in proposito Bar. *in d l.si vt proponitur,*Ang.*de malef.d.verbo,existens Florentiæ, n.2.*& Clar.*d.vers.quæro.* 48

¶Secunda ratio est,quia tam mandans quàm mandatarius tenetur ex eodem facto,hoc est,ex delicto:licèt mandatum præcesserit delictum,tamen idem est factū & vnicū delictum,secūd.Bart.*in l.sed si vnius, §.fi.in fi.ff.de iniu.& in l.hos accusare,§.lege,ff.de acc.*Nel.*de baun.in 2.par.1.temp.q.7. si vnum,*& idem est factum & delictum:ergo mādans debet puniri in loco delicti,& vbi mandatarius punitur , ne causarum continentiæ diuidantur,*l.nulli,C.de iudic.*

¶ Tertia est ratio, quia si aliter diceremus, & admitteremus mandantem in loco mandati:mandatarium autem in loco delicti fore puniendos,sequeretur absurdum,quòd ex eodem facto diuersæ nascerentur sententiæ , quod pariter est absurdum & contra tradita per Fel.*in c.1.de præscr.* Soc. *in c.2. de cōpet.ver.octauò fallit,*& per Iasi.Dec.*in l.si emancipati.Cod.de collat.bon.* cum latè traditis per Bossi.*de for.comp. n.110.& seqq.*

¶ Verùm iis non obstantibus ego multùm dubito de veritate huius communis opinionis : & ad dubitandum moueor in primis ex suprà traditis in antecedenti exemplo de eo,

de eo, qui ex vno territorio emittens sagittam, hominẽ in alio territorio occidit: licèt.n persona patientis non cõcurrat in loco inchoati delicti, non tamen facit, quin in eo delictũ alibi consummatũ puniri possit, vt supra probaui ex communi* Doctorum opinione. Istud.n. delictum à mãdatario commissum habet quãdam necessariam consequẽtiã ad mandatum, & è contrà: sine.n. mandato non fuisset delictum sequutũ. Cur igitur de delicto propter mandatũ necessariò sequuto mandãs non debet in loco mãdati puniri?

¶ Secundò moueor, quia licèt verum sit, quòd mandans nõ ex mandato, sed ex delicto propter mãdatum obligetur: nõ tamen per hoc sequitur quòd non possit puniri in alio loco quàm in loco delicti. Nã si hæc consequentia esset vera, sequeretur, quòd omnes delinquẽtes non possent alibi puniri quàm in loco delicti: quod tamẽ est falsum, cùm videamus delinquẽtes etiã puniri in loco originis, seu domicilij propter offensionem & iniuriã, quam delinquẽs alibi façit illis locis. Sed mãdans homicidium putà committi, offendit & facit iniuriam in eo loco, vbi mandat: ergo ibidem puniri potest, licèt delictum fuerit alibi cõmissum. Ratio itaque præcedens concludit affirmatiuè, non autem negatiuè: hoc est, quòd mandans cùm teneatur ex delicto, possit etiam in loco delicti puniri; & hoc est verum, non autem quin possit puniri in loco mãdati, cuius maiestas & principatus est offensus. ¶ Tertiò facit, quia licèt idem sit factum & delictũ: diuersæ tamen oriuntur ex hoc facto obligationes, quorũ vna non accedit alteri, vt declarat Bar. *in d.l. sed si vnius, §. fi. in illa quæst. An sit idem delictũ, ff. de iniur.* & propterea cessat ratio, vt non continentiæ causarum diuidantur, quia non agitur ex eadem obligatione, sed ex diuersis secũd Boss. qui plenè, & subtiliter hanc materiã declarat, *d. tit. de fo. comp. n. 111. in fi. & seqq. vbi num. 115. prop. fi.* inferendo dicit, quòd stante diuersitate obligationum, non est absurdum diuersas oriri sententias.

¶ Quartò mouẽt me authorit. plur. DD. & præsertim Bal. *in l. non ideo minus, ad fi. C. de acc. & in c. 1. in vlt. col. de controuer. feu. ap. pa. term.* Alex. *in l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat.* Ang. de Mal. *in verb. Sempronium mandatorem, in 20. q.* Boss. *de for. comp. n. 109. & seqq.* qui omnes audacter concludunt, quòd mãdans & mandatarius non est necesse, quòd conueniãtur & puniantur ab eodem Iudice, nec quòd sit remittendus mandans ad Iudicem mãdatarij, immò quòd talis remissio mandãtis ad locum vbi mandatarius deliquit, & vbi potest puniri, non sit concedenda, & ita in facti contingentia fuisse iudicatum testatur Bal. *in d.l. non ideo minus,* & licèt Clar. *in d. ver. item quæro, in fin.* dixerit, quòd si casus contingeret apud eum, forsan cõtrarium seruaretur in pract. vide tamẽ Boss. *vbi sup. n.* 100. vt refert, quòd cum opinione Ba. ita aliàs in occurrenti casu Senatus iudicauit: & propterea multùm miror, quòd Clar. Boss. licèt per prædicta dubitasse videatur de communi opinione: ab ea tamen non recedit, & illam sequi videtur *in eo. tit. de for. comp. sub n.* 147. ibi, *& licèt superiùs, &c.* quod bene not.

¶ Quid tandem dicendum? Vix (reducendo ad practicã hãc quæstionem) credo posse sustineri cõmunem opinionem, pro cuius declaratione distinguendum est, ni fallor, aliter quàm Doct. hucusque distinxerunt. Aut.n. agitur de pœna ordinaria consũmati delicti, aut de pœna extraordinaria ratione mandati, quæ imponitur etiam effectu non sequuto, quãdo sumus in atrocib. vt suo loco dicetur in materia mãdati: tũc indubitanter credẽ, quòd nedũ mãdans, sed etiã mãdatarius, qui mãdatũ in loco mãdati, & non alibi suscepit, posssũt puniri in eodẽ loco mãdati: ibi.n. dicitur cõmissum delictũ, & ibi de illius pœna tractatur, quòd ibi est mãdatum, & meritò ibid. puniri potest, prout etiam expressè hanc sequitur op. Pet. à Plach. *in epit. delic. d. c. 15. n. 16. & 17.* vbi prædictam opinionem* communem, quatenus veram, hoc modo limitat, & ante eum Ang. de Mal. *d. ver. existens Florentiæ, n. 2. in fi.* refert & sequitur Pr. Conr. *d. tit. de inquis. n. 17. in fi.* Alex. *cons. 126. n. 13. vol. 3.*

¶ Si autem agitur de pœna ordinaria delicti consũmati, tũc si sumus in casu, in quo mandatum de se & effectus punitur pœna ordinaria, etiã effectu non sequuto, vt in casu *c. pro humani, de homic. in 6.* pari ratione dicerem, eundem tã mandantem quàm mandatarium, qui mandatum acceptauit, in loco puniri posse: quia respectu pœnæ, de qua agitur, ex solo mandato, nulla habita consideratione consummati delicti, illud delictum dicitur in loco mandati perpetratum, ideo ibidem puniri potest.

¶ Quòd si simus in casu, in quo ordinaria pœna non potest infligi propter solum mandatum, sed propter delictum sequutum, prout Doct. suprà relati loqui videntur: tunc ego nouiter considerarem, quòd si mandans sit subditus iurisdictioni & loco mandati, vel ratione originis, vel domicilij: istis inquam casibus, Cur quæso etiam pœna ordinaria non potest ibidem puniri? Tu statim dices, quia mandans tenetur pœna delicti, non ex mandato, sed ex delicto, quod est alibi consummatum: & ego respondebo, quòd secundùm communes Doct.* & de consuetudine seruatas opiniones, * de quibus suprà, incola & originarius alicuius ciuitatis potest in loco originis pœna, ad quam tenetur, puniri, etiam quòd delictum sit in alio loco commissum: tantò magis poterit puniri mandans, qui etiam respectu mandati dicitur in eodem loco deliquisse.

¶ Et in hoc aduerte, quòd non concurro cum opinione Bos. qui in loco supracitato, *n.* 110. dixit mandantẽ in loco delicti inquiri debere: quia credo contrarium verius esse, scilicet in vtroque loco procedi contra ipsum posse. Si autem mandans non sit subiectus loco mandati, nec ratione originis, nec ratione domicilij: sed putà sit aliquis forensis, non tamen vagabundus: tunc ego, si essem Iudex, ratione mandati in meo territorio facti contra illum, sine dubio procederem ad pœnam ordinariam delicti, si delictum fuit sequutum, eundémque non comparentem condemnarem: & si in fortiis Curiæ veniret & remissio peteretur à Iudice loci delicti, qui illam sibi fieri prętenderet, fretus authoritate tot Doct. qui suprà citati cõmunẽ sequuntur opin. cùm eam dubiam credam ex suprà pariter relatis, illũ nunquam remitterem, nisi meo superiore cõsulto. Et hoc non sine ratione dixi, si remissio petatur: quia si nemo à me peteret remissionem, tutè illum condemnarem etiam in pœnam ordinariam delicti, maximè parte querelante & iustitiam in loco mandati petente.

¶ In tertio verò casu, quando scilicet in delictis inchoatis in vno loco & perfectis in alio concurrit, nec persona agẽtis, nec petentis, duo afferri possunt exempla. † Primum in delictis tractatis & præparatis in vno loco, cõmissis autem in alio: secundum in ratificante delictum alibi cõmissum. Circa primum exẽplum resolutiuè distinguas, prout modò distinxi in antecedẽti exemplo de mandante: isto enim casu mandans homicidium committi, & tractans homicidium committi; pari passu ambulant, dictáque in mãdante circa Iudicis competentiam etiam in tractante locum habent. Ita in terminis dixit Aug. ad Ang. de Mal. *d. verb. existens Florentiæ, n. 4.* ibi, *hoc mandare: & in verbo, & ad hoc colloquium,* ibi: *quia, vt dixi, &c.* Vnde aduertas, quòd si tractans homicidiũ cõmittit in alio loco, quàm tractatus, est suppositus iurisdictioni loci tractatus, vel ratione domicilij, vel originis: tunc non oportet dubitare, an ibi puniri possit ratione tractatus: quia certum est, quòd potest ratione originis seu domicilij etiã excluso tractatu. ¶ Quæstio autẽ nostra dubitabilis videtur non in isto subdito aliqua ratione, sed in prorsus non subdito, prout in non subdito, hoc credo animaduertentes, reperio posuisse exemplũ, vt expressè loquutos constat Clar. *in pr. q. 38. ver. vidi aliquãdo dubitari,* Brun. *cons. cr. diu. 115. num. 85. in fin. vol. 2. in magnis,* & Ioan. Montic, *in prac. cr. reg. 8. n. 35.* In non subdito igitur pariter dicas, quòd si sumus in casu, in quo tractatus de se etiã effectu non sequuto, punitur aliqua pœna, vel extraordinaria, vel ordinaria, prout in casu assassinij constat, ad tex. *in cap. pro humani, de homic. in 6.* vel læsæ maiest. *ad tex. in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest.* & tunc tractantem posse in loco tractatus puniri, nec etiam dubium est, secundũ Bart. *in l. & si amicis, §. 1. ff. de adult.* Ang. de Mal. *verbo, existens Florentiæ, n. 4. & d. ver. & ad hoc colloquium, num. 1. & 2.* & ibi Ang. *in add.* Fel. *in d. c. fin. n. 16. ver. tertia conclusio,* ibi, *quam conclusionem admitterem, tit. de fo. comp.* Grat. *cons. 91. n. 7. par. 2.* Pract. Conr. *ti. de inquis. n. 17. p. mihi 251. in 1. col.* Brun. *d. cons. cr. diuers. 115. n. 86. & seqq.* Bologn. *cons. 8.* Bero. *cons. 89. n. 1. & seq.* Prac. Monti cell. *d. reg. 1. n. 34. & sequen.* & ita post multa tandem

dem in Senatu Mediolani iudicatum testatur Clar. *d.vers. vidi aliquando.*

¶ Quòd si sumus in casu, in quo tractatus de se non punitur, nisi sequuto delicto, & tractans sit ille idem qui deliquit, tunc crederem puniendum in loco delicti, si loco tractatus non sit alia ratione subditus, quia iste tractatus confunditur in sequens delictum, Bar. *in d.l. & si amicis*, Angel. de Mal. *d.n.*4. Bero. *d.q.*89. *sub n.*4.

¶ Si autem tractans non sit ille idem, qui delictum commisit, & tunc dices prout suprà dixi de mandante: quòd videlicet, si punitionilocus est, possit in loco tractatus puniri, nisi à Iudice loci delicti remissio petatur: quæ tamen etiam petita non erit concedenda, nisi superiore consulto, & nisi in causa, quòd tractans non sit alia ratione loco tractatus, & illius iurisdictioni subditus.

¶ Et aduerte, quòd ideo dixi, *Quatenus punitioni locus sit*, quia si tractatus de se non punibilis, prout regulariter non punitur, frustra disputatur: an possit tractans puniri in loco delicti vel tractatus, postquã nullibi puniri potest. Et ideo quando tractans non tenetur de sequuto delicto, Iudex loci tractatus, sicut ratione fori incompetentiæ delictum punire nõ potest, multò minùs poterit punire tractatum, qui regulariter punibilis non est, secundùm Bero. qui pulchre loquitur in materia, *d.q.*89. *n.*3. ibi, *alioquin si tractatus non esset punibilis*: vbi omnino vide.

50 ¶ Circa secundum†exemplum de ratificante in vno loco delictum in alio commissum, vbinam ratificans puniri debeat? Licèt de hoc sit controuersia inter Doct. prout videre * poteris apud Ang. de Mal. *d.verbo, existens Florentiæ, nu.*2. & Plach. *in epit.del.d.c.*15. *n.*16. communis* tamen est opinio, quòd debeat in loco delicti puniri, sicuti testantur Marian. *in c.postulasti, n.*5. *vers.Circa tertiam, de for.comp.* Clar. *d.q.*38. *vers.item pone*, Bona. *in comm. opin. par.*1. *ver. ratificans, p.*147. *col.*1.

51 ¶ Limita XIV.†Præfata locum habere, quando certũ est, in quo loco delictum fuerit commissum. Sed quid si sit dubium, putà quia commissum in cõfinibus duarum terrarum, quisnam erit huius delicti competẽs Iudex? Dic quòd vterque, Bar. *in tr. de iur.om.Iud.n.*14. *& in l.iuris peritos, §. cũ oriundus, n.*2. *ff. de exc.tut.* Cæp. *in tr. de seru.rust.prad.ti. de mã. c.*26. *n.*20. & de cõmuni* seruata opinione testantur Maria. *in c.postulasti, ver. circa septimum, de f.cõp.* Boss. *eod.ti.n.*60. Cl. *in pr.d.q.*38. *vers. præterea quæro*, Crass. *in comm. opin. to.*2. *li.*1. *c.*5. *q.*9. vbi secundùm Aret. *in cons.*58. *incip. diligenter consideratis, n.*2. & reddendo rationem huius communis opinionis dicit, quòd ex delicto commisso in confinib. duarum Ciuitatum, ambæ Ciuitates sunt offensæ: ideo tot sunt delicta, quot sunt personæ offensæ, & vnusquisque poterit in solidum agere.

52 ¶ Quæro IV.†In proposita materia, An inter plures Iudices qui de eodem delicto inquirere possunt, locũ habeat prœuentio: ita & taliter quòd vnius processus faciat silere alterius iurisdictionem? Facias regulam affirmatiuã, quòd sic: Iudex enim, qui præuenit, procedere debet, alteriúsque etiam competentis Iudicis iurisdictionem cessare facit, *l. si quis postea, ff. de Iud. c. proposuisti, de fo.comp. ca. vt debitus, ext. de app. c. cùm plures, de off. deleg. in* 6. *l.*1. *ff. de off. Consul.* Generale enim est in quacunque materia, vt præoccupantis ius sit semper potius, *l. pluribus, & l. si is, qui Stichum. ff. de proc. l. qui prior, ff. de iud. l. si pluribus, ff. de leg.*1. *c. si duo, de proc. cap. si quis iñcto, de elect. in* 6. [cũ aliis per Dec. *in tr. cr. to.*1. *li.*4. *c.*20. *n.*3. Per quæ iura hanc regulam in specie firmarunt Spec. *in ti. de rescr. §. ratione autẽ causæ, vers. item quòd impetrans*, Catal. *in pr. synd. vers.*555. *incip. adde quòd quando duo, & vers.*556. Rom. *cons.*412. *pro habenda, n.*1. *&* 2. Mars. *in leg. fin. n.*204. *ff. de iurisd. omn. Iud.* Iodoc. *in pr. cr. c.*33. *tit. de remissione, n.*1. *& seq.* Boss. *tit. de for. comp. n.*39. vbi ampliat etiam quòd Iudex præueniens esset minor Iudice præuento, Hiero. de Monte *in tract. de fin. regen. c.*25. *num.*6.] Ant. Thesaur. *dec. Ped.*90. *n.*6. *vers. nam præuentioni locus est*; Decian. *vbi sup. d. ca.*20. *n.*1. *& seqq.* vbi ampliat siue sit præuentum à Iudice, siue à parte: & *n.*4. vbi tam inter ecclesiasticos, quàm etiam inter seculares Iudices: & *n.*5. vbi tam inter Iudices habentes merum, siue mixtum imperium, quàm inter habentes simplicem iurisdictionem: *& n.*6. vbi tam inter ordinarios, quàm etiam inter delegatos Iudices: *& n.*7. vbi tam inter Iudices habentes æqualem iurisdictionem, quàm etiã inter habentes maiorem & inferiorẽ: *& n.*8. vbi etiam inter ordinarium, & eum qui iure speciali iurisdictionẽ acquisiuit: *& n.*12. vbi tam in ciuilibus, & criminalibus causis, quàm etiam in spiritualibus, & prophanis. Ratio præmissorum duplex est. Prima, quia absurdum videtur, quòd quis vexetur & conueniatur coram pluribus Iudicibus, de qua *in d.c. proposuisti.* Secunda, quia vbi cœptum est iudicium, ibi de iure fieri debet, *l. vbi cœptum, ff. de iud. §. quoniam, in auth. de testibus:* & ita regulariter ab omnibus *recipitur & * admittitur.

¶ Limita I.†Hanc conclusionem huius quartæ quæstionis non procedere in præuentione reali: quia realis præuẽtio per capturam personæ præfertur anteriori verbali prœuentioni. Et ideo secundus Iudex, qui reum habet in manib. potest illum punire, etiam quòd alius Iudex primò illum citasset & monuisset, siue etiam in contumaciam cõdemnasset, Ang. de Mal. *in ver. Iudex commisit quod Caius, n.*14. Mars. *in l. fi. n.*206. *& seqq. ff. de iurisd. om. Iud.* Cæp. *de ser. rust. prad. c.*26. *tit. de mar. n.*21. Iod. *in pr. cr. c.*33. *n.*6. Folle. *in prac. cr. ver. audiantur excusatores, n.*76. *& nu.*159. Gram. de Monte, *d.c.*25. *n.*13. certum enim est in iure, per capturam præueniri iurisdictionẽ, *l. si postea*, vbi Castr. & alij *ff. de iud. l.*3. vbi etiam Bar. & alij. *ff. de cust. reor.* And. *in c.*1. *de obl. ad ratio.* Bal. *in l. si quis, ff. de iurisd. om. Iud. & in l. Senatus, in fi. C. qui acc. non poss.* cum aliis, de quib. per Ang. Iod. & Foller. *vbi sup.* & latiùs per Dec. *in tr. cr. to.*1. *li.*4. *c.*21. *n.*8. Et cùm Iudex malefactorem ceperit, potest ad sui libitum sententiã exequi: quod non potest ille, qui verbaliter tantũ citauit, ideo præferendus est. Vide tamen in proposito Aug. ad Ang. *in loco citato*, vbi dubitat de hac decis. verum enim est, inquit ipse, quòd per citationem realem perpetuatur iurisdictio, sicut per verbalem, *d.l. si quis postea.* Item verum est, quòd in pari casu, & sic quando eadem puta die vnus Iudex prœuenisset realiter, alter verò verbaliter, quòd præfertur realis, quia realis potentior est, ad tradita per Foll. *in d.n.*159. *ver. primo casu.* Sed quòd realis posterior præferatur verbali anteriori, hoc non est verum, nec probatur in iure, & contrarium videtur sensisse Bal. *in auth. sed nouo iure, C. de seru. fug.* quem inducit & refert Foller. *sub d.n.*159. Nec dissentire videtur Decian. *dict. cap.*21. *num.*9. *in fin.* Sed his non obstantibus non recedas à prima opinione, quæ est communis * & vera: declarata tamen vt infrà tribus modis. *

¶ Sublimita I. Hanc primam huius quartæ quæstionis limitationem, vt procedat in verè capto: secus in sponte comparente, qui non potest se constituere in alio loco, quã in eo, vbi citatus fuit: & multò magis si condemnatus, & si constituerit se in alio loco, non prohibetur Iudex qui primò realiter citare incœpit, suũ perficere processum. Et isto casu crederem constitutum & comparẽtem fore remittẽdum ad Iudicem, qui prœuenit verbaliter: præsumendum enim est, quòd cõparens ad effugiendum acrius iudicium voluerit etiam effugere illum Iudicem, qui tanquam magis informatus illum citare cœpit: ideo non est præsumendum, vt delicta impunita remaneant, secund. Boss. qui ita videtur prædictam conclusionem declarare, *d.ti. de fo.comp. n.*98. & faciunt quæ dixi *infrà n.*64.

¶ In quo aduertas, quòd quando quis reperitur citatus & condemnatus etiam in loco, vbi spõte comparet, etiã quòd illa citatio & condemnatio sit posterior, tunc crederem sine dubio realem præuẽtionem præferendam verbali anteriori duplici ratione. Primò, quia in isto casu cessat præsũpta malitia & fraus, de qua per Boss. Secundò, quia hîc cõcurrit duplex præuentio, realis, scilicet & verbalis: quæ licèt posterior sit, præferri tamen debet verbali anteriori, quia duo vincula magis stringunt, quàm vnum.

¶ Sublimita II. Præcedentem primam limitationem procedere in pluribus Iudicibus, qui non sunt sub eodem dominio, sed iurisdictionem habent à diuersis fontib. quòd si sint sub eodem dominio, sed iurisdictio eorum pariter ab eodem fonte procedat, prout in Vrbe habemus plures

ordinarios

ordinarios Iudices, qui omnes à summo Pontifice iurisdictionem habent:& tunc realis præuentio non præfertur verbali præcedenti & anteriori,secund.Maria. *in c.proposuisti,in 8.q.n.22.de fo.comp.*refert & sequitur Foller. *d. n. 159.* Boss. *vbi sup.n.99.* verùm quia Iudex, qui cepit malefactorem vt plurimum pro defensione suæ iurisdictionis, etiam quòd illam ab eodem Principe habuerit, recusat delinquentem captum alteri Iudici remittere,ego vidi isto casu ad Principem in Vrbe in eius signatura recurri:qui Princeps,vbi videt malitiam & fraudem cessare inspecta diligentia Iudicis, qui reũ carcerauerit, non solet illum ex eius manibus eximere, sed eidem committendo causam iubet processum alterius Iudicis,qui primò citauit & condemnauit ad ipsum, vt meliùs causam expedire possit, transportari:aliquando autem malitiæ seu fraudis suspicione vrgente, vel alia iusta causa, quæ sibi videbitur,captum remitti mandat illi Iudici, qui in verbali citatione præuenit. Et ita seruari vidi.

¶ Sublimita III. † Eandem limitationem procedere, quando reus captus contentatur, vt in eius causa videatur coram Iudice,qui eum carcerari fecit:quòd si|petat se remitti ad Iudicem, qui præuenit in verbali citatione, & de præuentione coram eo opponat tunc remittendus est, nec præuentio realis præfertur verbali.Ita Maria *in d.cap.proposuisti, sub eodem n.22.*Foller.*sub dict.n.159.vers.& hoc est casu,*& vide in proposito, quæ modò dicentur in sequenti tertia limitatione,*n.54.& 55.*

¶ Sed quæro in casu,in quo personalis captura præfertur verbali præuentioni, An Iudex, qui reum carcerauit, possit exequi sententiam condemnatoriam alterius Iudicis, qui primò citauerat & præuenerat in verbali præuentione?Dic, quòd si isti Iudices sint sub eodem dominio & Principe,potest Iudex,qui reum habet in manibus etiam non requisitus exequi sententiam condemnatoriam alterius Iudicis:secus si sint sub diuersis Principibus, quia tunc non debet exequi sententiam, nisi requisitus à Iudice, qui condemnauit. Ita
* Boss.*vbi suprà n.86.*vbi de communi,* dicetur *infrà in quæst. 11.in 10.limit.n.61.*

54 ¶ Limita II. † Eandem conclusionem huius quartæ quæstionis procedere,parte opponente:aliter secus. Ita Boss. *d.tit.de fo. comp. n. 81.* vbicunque enim duo Iudices habent parem iurisdictionẽ in vna causa,valet processus vtriusque, imputandúmque est parti,quæ de præuentione non excepit: hoc fuit originale dictũ Inno.*in c.cùm M.Ferrariensis, ad fin.*
* *de constit.*quem sequuntur omnes,* teste ibid.Fel.*n.75.*Ang. *in l.pen.circa prin.ff.de pet.hær.& in l.si is, à quo, ff. de rei vend.* Bal.*in l.nulli,ad fi.C.de iud.& in auth.sed nouo iure,col.pen.vers. sed pone,in ciuitate Perusij,C.de ser.fug.& in c.pastoralis,col.fi. de rescri.& alij in l.1.col.pen.in pri.ff. de of. Consulis,*Bal. *in l.si sepulchri,in fin.ff.de sepul.viola.*Rom.*in l.1.ff.de acq.hær.*Fel.*in c.ex tenore,col.9.in 9.f.allen.*& ibidem Dec.*col.fin.ff.de rescrip.* Franc.*in c.vt debitus,col.pen.in fine,n.51.vers.tertia, & vltima conclusio,de appel.*Imol.*in l.cùm procurator,§.dominus, col.fi.ff. de noui oper.nuncia.& in c.cæterum,in fi.ff.de rescrip.*Affl *decis. 354.n.2.& 3.ibid.*Cæsar.Vrsil.*in add.n.3.* vbi dicit, quòd in
* hoc omnes* conueniunt: & concordantes post Felin. *in c. cùm M.*adducit Ant.Gabriel.*tit.de iud.concl.1.n.20.in 4.limit. lib.2.*& post eum D.Rober.Lancel.*in suo tract.de attent. par. 2.cap.4.limit.2.n.59.& seqq. vbi n. 60.* ita aliàs testatur iudicatum fuisse in Rota vna Calaguritana dimidiæ portionis coram D.Lancell. post hæc scripta meritissimo & Illustriss. Cardinali creato,16. Iulij 1567. *& ibidem numero sexagesimo*
* *quinto,*vbi secundùm communem,* de qua testatur Ruin. *in consil.sexagesimo primo in lite.... num.36.libro 5.* & Curt. iun. *in consil.175.contra ea,num. 2.* concludendo dicit, quòd non sclùm debet opponi de præuentione, sed quòd si Iudex non obstante oppositione ad vlteriora procedit, est necessaria appellatio, aliter processus non erit nullus. Sed de hoc, &, An talis oppositio seu exceptio debeat opponi ante litem contestatam:An verò possit opponi in quacunque parte iudicij,vltra Felin.& alios suprà allegatos,vide etiam eundem Lancellot.*in eod.loco,n.75.*Gabriel.*d.concl.1.n.36.*& omnino Cæsarem Vrsillum *in addit.ad Afflict.* ad eundem Afflict. *d. dec. trecentesima quinquagesima quarta*, vbi facere videtur in proposito differentiam inter terminos, *l. vbi cæptum, ff. de iud.* & terminos,*l.nulli,C.eo.&c.*

¶ Limita III. † Dictam conclusionem propositæ quar- 55
tæ quæstionis non procedere in reo contumace,qui prœuentionis & litis pendentiæ exceptionem nullo pacto allegare potest,Bar.*in l.vbi cæptum,vers.item aduerte,ff. de iud. & in l. & si amicis,§.1.ff.de adult.& in l.quamuis, numero octauo,ff. de damn.infect.& in l.sepulchri,numero secundo,ff.de sepulchro violat.*Bald.*in l.si ex pluribus,col.2.ff.de leg. 1. & in l. Senatusconsulti,circa finem,C.qui accus.non poss.& in l.1.col. secunda,vers. sicul.tertiò quæro,Cod.vbi de crim.agi oport.& in l.penult.colum. 7.in fin.& sequent.C.de exeq.rei iud.*Alexand.*in l.de die, §.fi.ff. qui satisda.cogan.& in l.hoc amplius,§.Celsus,col.2.& sequen.ff. de damno infecto,*Marsi.*singul.239.*Felin.*in capit. ex tenore, n. 15.de rescript.& in c.cùm M.Ferrariensis,sub num. 25. in fine, vers. quartum adde,* quos & alios referendo sequitur Hieron.Gabriel.*titul.de iudic.lib.2.concl.1.numero vigesimo primo,* quibus addo Gramm.*decis.26.numero decimo.*Angel.de Mal. *in verbo,Hæc est quædam inquisitio,num.86.* & ibi Aug. *in addi.*Tiraq.*de retract.lignag.§.8.glos.2.sub n.8.in fine,vers.Nam & alios,*Neuiza.*consil.18.incip.Cumanus, numero decimoquinto,*Bero.*cons.54.num.140.volum.3.*Syluan. *consil. 103.sub n. 7.*D.Bursat.*cons.74.mirabitur,num.34.lib.1.*Gallesi. de oblig. Camer.*quæstio.3.3.particulæ, sub num. 7. in fin.* & hos pariter refert & sequitur Lancellot.*de attent.par.2.cap.4.in 18.lim. n.1.& sequentibus.* vbi *n.2.*dicit,quòd licèt Angel. *in prælleg.ta l. quamuis*, contrarium senserit, prima tamen opinio communis*est,teste Abb.*in c.proposuisti,n.12. de foro comp.*& * in terminis in materia prœuentionis idem tenet Boss. *in d. tit.de fo.comp.n.81.*& Cyrill.*in Summ. crim. tit. vbi de crimine agi oport.n. 6.* apud quos etiam reperias,non esse absurdum, quòd quis possit in contumaciam condemnari à duobus Iudicibus, etiam diuersi fori & iurisdictionis, ac sub diuerso Principe,& quòd sic in contumaciam condemnatus, poterit cogi ad soluendam vtramque condemnationem, nisi ante secundam condemnationem soluisset primam. Quod & idem adnotauit Baiardus *ad Clar.quæstio.39.n.14.& quæstio. 57.num.24.*allegans insuper Carauit.*super ritu magn.Cur.Vicar.205.num.10.*

¶ Sublimita Hanc tertiam limitationem non procedere,si reus contumax compareat & reficiat expensas: tunc enim potest allegare prœuentionem & litis pendentiam, secundùm Angel.de Malef. Felin.& Gram.*in locis supracitatis,* præsertim vbi ex hoc ius actoris non efficeretur deterius,secundùm Gabriel.qui concordantes allegat *dict conclu.1.num. 24.& seq.*licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint, Cyrill.*vbi sup.d.n.6.*

¶ Limita IV. † Vt tunc demum Iudex prœueniens fa- 56
ciat silere alterius iurisdictionem, quando scilicet re vera est facta prœuentio,puta saltem per citationem;vnde secus si per solam inquisitionem. De primo,quòd videlicet per citationem inducatur prœuentio,est tex. *in prælleg.l.si postea quam, ff.de iudi.c.quantum,de off.deleg.c.proposuisti,de fo.comp.* And. de Malef.*verbo, Iudex commisit quod Caius,num.13.* & ibi Aug.*in add.*Boss.*dicto tit.de foro comp.numero 105.*Cassado.*decis 5.de rescrip.*Octau.Vestr.*in pract.lib.3.c.11.ti.de prœuentione,n.1 in fi.*Affl.*deci.294.num.3.*& est communis,* vt testatur Rom. *
*cons.112.n.4.*quem refert Villalob.*in com.opinione,vers. iurisdictio,num.161.*Asin.*in pract.in princ.cap.1.num.17.pagina 4.* Grauat.*in addit.ad* Vestr.*vbi suprà,litera A,* Decian.*in tract. crim.tomo 1.lib.4.c.21.num.3.*vbi alij referuntur; & *n. 5.* vbi quòd vnica sufficit citatio, dummodo fiat commissione Iudicis,& ad instantiam accusatoris, si per accusationem proceditur,aliter secus,*vt ibi num.6.& num.19.& d.ca.21.numero 17.& cap. 20. n. 14.* vbi quòd isto casu Iudicis præceptum alicui factum de non delinquendo, vel de non discedendo de aliquo loco,æquiparatur citationi, & per illud dicitur facta prœuentio.

¶ De secundo,†quòd videlicet per solam inquisitionem 57
nulla inducatur prœuentio,voluit Gram.*consil.28.numero 10.* prout illum refert Decian.*vbi suprà,d.c.21.n.1. in fine*, & est doctrina Bal.*in l.1.col.8.C.de confess.* quem refert & sequitur Boss. *vbi suprà, num. 103.* quorum dicta multùm conferunt ad practicam:†quæ in Vrbe seruatur,de concedendo reis si- 58
gnificationes, quas vulgò sic nuncupant: ne scilicet ab aliis Iudicibus molestentur,nisi ab eo qui significationem cõcessit,& coram quo data est cautio de se repræsentando: licèt

enim prima facie videretur dicendum, huiusmodi significationes non fore concedendas stante accusatione & querela partis in alio Iudice, & forsan testibus examinatis, & inde inquisitione formata: quia tamen, vt dixi, per huiusmodi actus nulla sequuta rei citatione præuentio non inducitur, ideo tales significationes sunt seruandæ per quemcumque Iudicem.

¶ Secùs verò quando reus, cui conceditur significatio, esset in alio loco citatus, & in contumaciam condemnatus: tunc enim potest capi à Iudice, qui eum condemnauit, non obstante significatione concessa. Et hoc ratione præuentionis, & condemnationis antecedentis, ac etiam quòd ille, cui conceditur significatio, comparuerit coram Iudice illam concedente: quia, vt suprà visum est, *n.* 53. reus per comparitionem coram vno Iudice non potest effugere iurisdictionem illius, qui primò ipsum citauit, & in contumaciam condemnauit.

¶ Et nihilominus caueant delinquentes, quantum possunt, ab huiusmodi significationibus, quia illæ in omni casu non seruantur, nisi vbi agitur de pœna pecuniaria, & in leuibus delictis: secus in grauibus, & vbi præsertim veniret imponenda pœna corporalis, quo casu vidi huiusmodi significationes sæpe in Vrbe conduxisse plures reos ad carceres: vnde ad hoc vt ille qui significationem habuit, tutus esset, consulerem, vt vltra significationem recurreret ad signaturam iustitiæ, & ab ea obtineret rescriptum, vt stante comparitione & assecuratione iudicij facta coram vno Iudice, antequàm orator ab alio esset citatus, monitus, seu condemnatus, eidem Iudici committeretur, vt ad causæ expeditionem deueniret, cuius rescripti vigore obtenta postmodum inhibitione, erit reus tutissimus. Et ita ego in facto aliàs seruaui & obtinui. Et hodie quicquid secus olim seruabatur (vt sup. dixi) post huius libri secundam impressionem addo, quòd iussu sanctissimi nostri Clementis VIII. nullus Iudex sine speciali rescripto, aut mandato eiusdem Sanctissimi significationes concedit pro quouis delicto, quoad alios Iudices, ac tribunalia: & si eas concesserit, minimè seruantur. Et hæc moderna practica est multùm conformis iuri communi, secundùm quod per solam receptionem testium pro informatione curiæ examinatorum dicitur inducta præuentio secundùm Decian *vbi suprà dicto cap.* 21. *num.* 2. post Marian. *in loco per eum relato.* Ideo non videtur iuri consonum, vt huic Iudici, qui sic in examinando & sumendo informationes de delicto præuenit, possit fieri præiudicium per alium Iudicem non informatum, & à reo non sine fraudis suspicione electum.

59 ¶ Amplia † Hanc quartam limitationem, quòd adeò verum est per citationem induci præuentionem, vt si vnus Iudex præueniat in citando, alter verò in sententiando: adhuc tamen potiùs erit ille Iudex, qui primò citauit, & processum inchoauit, secund. Cyn. Dyn. Bald. Ray. Im. & alios, quos refert & sequitur Angel. de Malef. *d. verbo, Iudex commissit, n.* 1. Decian. *d. c.* 21. *num.* 15.

60 ¶ Svblimita I. † Hanc eandem quartam limitationem in hac quarta quæstione positam, quòd ad inducendum litispendentiam & præuentionem contra reum, non sufficit solum mandatum de citando, sed & citationem fuisse exequutam necesse est, secundùm communem * Doctorum opinionem, de qua testantur Franc. Turza. *in com. opin.* 128. *incip. iudicium*, & de magis communi testatur Villalob. qui & concordantes allegat *in com. opin. d. verbo, iurisdictio, eo. n.* 161. vbi in fine dicit, nedum requiri citationem exequutam, sed quòd vel pars citata compareat ad terminum citationis, vel si non comparet, quòd actor contumaciam accuset, aliter iurisdictio non dicitur præuenta, vt ibi per eum. & Decian. *d. c.* 21. *num.* 1. *iuncto n.* 7. vbi pariter, quòd non sufficit mandatum de citando, nisi citatio realiter sit exequuta, & ibi plures referuntur non concordantes.

61 ¶ Svblimita II. † Quòd tunc demum per citationem inducitur præuentio, quando illa est valida, & legitimè facta: secus si nulla: quia, Quod nullum est, nullum sortitur effectum. & facit tex. *in c. proposuisti, de foro comp. in verbo, legitimè*, & ibi hoc notant Abb. *in* 5. *notab.* Arch. *in c. non ita*, 2. *q.* 6. Rom. *cons.* 422. *n.* 5. Bost. *d. tit. de fo. comp. n.* 105. Vestr. *in pr. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 2. & ibi Grauat. *in addit. litera B*, Affl. *dec.* 364. *n.* 16. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 8. *glo.* 2. *n.* 4. Mandos. *in forma commissionis, Audiat qui præuenit, in quinta quæst.* Plures adducit concordantes, & de communi * testatur Ant. Gabr. *li.* 2. *de cita. concluf.* 3. Vant. *de nulli. in ti. quoties, & intra quod tempus, n.* 26. *& seqq.* Hier. de Monte. *in tract. de finibus reg. c.* 25. *n.* 16. Decian. qui alios refert, *d. c.* 21. *n.* 4. *

¶ Svblimita III. † Quòd præuentio facta per citationē, seu alio modo contra vnum ex complicibus seu sociis in delicto, non inducit præuentionem contra alios, Cyn. & Bal. *in l.* 1. *C. qui accus. non poss.* Bar. & Alex. *in l. denunciasse.* §. *quæritur*, Sebast. Medices *in tract. de sepul. opus. quinto, pag. mihi* 322. 62

Et hæc quæstio de facto fuit disputata in Vrbe, in signatura iustitiæ, in contingenti casu, in quo Reuerendiss. D. Auditor Cameræ Apostolicæ carcerari fecerat, & in manibus habebat plures inquisitos, & seu potiùs imputatos de celebratione illicitorum contractuum, & quidam alius de eodem delicto imputatus post horum carcerationem comparuit corā Reueren. Vicario, coram quo præstita idonea cautione de se repræsentando, obtinuit significationem, vt ab eodem A. C. non posset super eo prætenso delicto molestari. Commissio fuit proposita in signatura, & fiscus instabat causam remitti ad Auditorem stante præuentione per ipsum facta cum captura aliorum assertorum delinquentium: fuit resolutū contrarium, & commissio reiecta: dictúmque, eum, qui significationem obtinuerat, non posse alibi molestari quàm coram Vicario, coram quo, quoad ipsum comparentem dicebatur præuentū, non obstante anteriori captura facta per Auditorem Camerę: quæ inducit præuentionem quoad captos, non quoad alios. Et hoc bene nota in practica, quia forsan prima facie interrogatus contrarium diceres, prout etiam de iure contrarium esse dicendum suadetur ex scriptis per Decian. *in tract. crim. tom.... lib.* 4. *capitulo vigesimo primo, numero decimo sexto*, vbi ex Nell. quem allegat *in tract. de bannit. in* 2. *par.* 1. *temp. quæst.* 7. affirmat præuentionem factam contra mandatarium, operari etiam contra mandantem, *& c.* 22. *num.* 4. vbi ex Bald. Ang. Alex. & Marian. in locis per eum relatis, facit generalem conclusionem, quòd præuentio delicti facta contra omnes complices, nec casus ille in sing. decisus trahendus est in consequentiam, quia, vt pòst audiui à fide digno viro, ille qui coram Vicario comparuit, habebat ex iustis causis suspectum Auditorem Cameræ, qua cessan tesuspicione, contrarium fuisset resolutum.

Svblimita IV. † Quòd si duo Iudices præueniant in eadem hora, & si sint sub eodem Principe, tunc ad eundem Principem recurrendum est, qui causam remitteret ad illum Iudicem, per quem magis iustitiæ locus aperiri videatur. Si verò Iudices sint sub diuersis Principibus, vel ambo Iudices insimul, vel vnus tantùm fortè electus causam cognoscet, Bos. *d. tit. de foro compe. num.* 104. vel dicas secundùm Sebast. Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. n.* 164. quòd citatus habebit electionem comparendi coram quo Iudice voluerit, per text. *in l. si quis in graui*, §. *si cùm omnes, ff. ad Syllan.* 63

¶ Et in proposito huius quartæ sublimitationis vide omnino Decian. *in tract. crim. tomo* 1. *li.* 4. *c.* 21. *n.* 10. *& seqq.* vbi data paritate temporis in præuentione verbali facta eodem die, vel eadem hora, quis sit præferēdus, Iudex facit infrascriptas conclusiones. Prima, quòd erit præferendus qui maiorē habebit iurisdictionē. Secunda, data æqualitate iurisdictionis, quòd stabitur iuramento citati, cuius Iudicis citatio fuerit priùs exequuta. Tertia, cessante assertione citati, erit præferēdus Iudex, qui personaliter citauit, illi, qui citauit domi. Quarta, iis cessātibus & data in omnibus æqualitate, electio Iudicis spectabit ad reum citatum, vel Iudices se debēt concordare, & si se non concordauerint, sorte dirimatur quæst.

¶ Limita V. † Eandem conclusionem dictæ quartæ proposītæ quæstionis, quòd præuētio nihil operatur, quando est fraudulenta, & à reo procurata, seu affectata: tunc enim etiam parte opponente valet processus secundi Iudicis, argu. text. *in* §. *tria onera, verbo, affectare, Inst. de excus. tut.* & ibi *in* §. *item*, vbi Aldobr. hoc expressè notat, *n.* 14. Bald. *in l. si seruus pluriū*, §. *penultim.* & ibi Angel. *ff. de leg.* 1. Cæpol. *caut.* 4. *n.* 1. Boēr. *decis.* 161. *& videtur, n.* 4. *& decis.* 289. *sub n.* 10. *in fin.* Felin. *in d. ca. cùm M. Ferrar. n.* 25. *ver. & adde quòd, ext. de const.* cū aliis relatis per Franc. Becium *in cons.* 69. *n.* 7. *&* 8. *li.* 3. vbi dicitur, quòd per spontaneam inquisiti constitutionem coram vno 64

Iudice

Iudice præuentio dicitur affectata,& procurata,Boss. *in tit.de fo.comp.n.*80.98.*in fine*,99.*& n.* 100. vbi etiam, quòd fraus præsumi videtur, quando stante præuentione in loco delicti reus vult se constituere potiùs in loco domicilij,quàm alibi. Hier.de Monte,*d.c.*25.*n.*14.Clar.*in pract.q.*34.*vers.de carcerato autem*, vbi post Carauit. quem allegat *super ritu magnæ Curiæ*,269.*n.*16. dicit,quòd de communi * obseruantia carceratio, & sic realis præuentio reputatur affectata, quando post citationem factam à primo Iudice sequuta est;quod tamen credit non esse ita absolutè, & semper verum, sed Iudicis arbitrio remitti:& ad hæc vide quæ suprà dixi, *n.*53.*in* 1.*sublimitatione*, & adde pro hac eadem quinta limitatione Decia.*in tract.crim.tomo* 1.*lib.*4.*ca.*20.*n.*24.

65 ¶ Limita VI.† In secundo Iudice procedente & inquirente contra reum cum grauiori qualitate,quàm sit in inquisitione Iudicis,qui præuenit:putà si primus Iudex simpliciter formauerit inquisitionem super vulnere : secundus autem super vulnere cum animo deliberato, non impeditur processus isto casu secundi Iudicis : immò idem secundus Iudex præferendus est,secund.Boss.*eo.tit.de foro comp.num.*102. per text.*in l.*2.*§.si.& l.seq.ff.de adult.*& facit text.*in l.contra pupillum,§.is,qui ad maius,ff.de re iud.*& quod notant Bar.*in l.si.n.*2.*ff.de custo.reorum*,Oldrad.*consi.*234.*factum tale est*, Dec. & cæteri *in c.cùm parati,de appell.* quibus in locis communiter * * dicunt,quòd quando vna causa est maior altera, tunc præuentioni locus non est. Maior autem in proposito dicetur causa, propter qualitatem aggrauantem, super qua inquirit secundus Iudex, ideo præuentio primi Iudicis nihil facit, quin & ipse procedere possit.

66 ¶ Cætera † ad materiam præuentionis tam in causis ciuilib.quàm in criminalibus, vltra ea quæ suprà tradita sunt, videas omnino per Dec.*in suis tract. cri. tom.*1.*lib.* 4. *cap.* 20. vbi posito priùs,quid, & quotuplex sit præuentio, & præposita regula, quòd inter pares Iudices locum habeat præuentio,eam ampliat xj. modis. & limitat duodecim aliis modis, quos ibi per eum videre poteris,& *c.*22.vbi ponit decem effectus præuentionis,ex quibus iunctis præmissis, facilè dicere poteris totam hanc materiam bene explicatam haberi.

ARGVMENTVM.

De foro competente inter Clericum, & laicum, quando Clerici sint sub iurisdictione laicorum, & econtrà.

SVMMARIVM.

*Clericus non conuenitur coram Iudice laico,n.*1.
*Clericus illegitimus gaudet etiam fori priuilegio,n.*1.
*Trahens clericum coram Iudice laico,causam perdit,d.n.*1.
*Clericorum exemptio à foro seculari,an sit de iure diuino,n.*2.
*Clericorum fori priuilegium consuetudine non tollitur,sed bene ex causa restringitur,n.*3.*vbi declaratur materia.*
*Pariter per Papam tolli non potest,sed bene quoad certas personas,seu causas restringi,n.*4.
*Iudex ecclesiasticus negligens in repetendo clericum carceratum in manibus Iudicis secularis,quomodo puniatur, & quomodo etiam possit illum repetere,n.*46.*in* 18.*ampliatione.*
*Clericorum causæ an possint laicis delegari,n.*4.
*Clerici primæ tonsuræ gaudent fori priuilegio in criminibus, non in ciuilibus,n.*5.
*Clerici, qui non sunt, nec aliquos habent ordines, sed inseruiunt alicui Ecclesiæ eo animo,vt postea clerici fiant,an fori priuilegio gaudeant,n.*5.*ver. Amplia* 4.*in fine.*
*Clericus sicut non potest condemnari à Iudice laico,ita etiam nec potest absolui,n.*46.*in* 19.*ampliatione.*
*Clerici etiam coniugati fori priuilegio gaudent,n.*6.
*Limita in criminalibus:secus in ciuilibus,n.*7. *Secundò,in bigamo,n.*8. *Tertiò,quia non per hoc gaudent aliis priuilegiis clericorum,n.*9. *Quartò,dummodo incedant in habitu,d.num.*9. *Quintò,dummodo se in enormibus non immisceant,n.*9.
*Clericus fori priuilegio renunciare non potest,n.*10.
*Amplia etiã in clerico primæ tõsuræ,n.*14. *Itẽ Amplia,quòd non potest renũciare,nec expressè,nec tacitè,n.*12. *Itẽ Amplia,quia clericus citatus coram Iudice laico,si fori declinatoriã nõ opponit, punitur extra ordinẽ Iudicis arbitrio,n.*10.*& n.*12.*& cõdẽnatur in expensis,n.*16.*& seqq. Amplia etiam quòd fateatur se laicum,n.*11. *Item quòd si clericus laicum trahat coram Iudice seculari, sententia ad eius fauorem lata non valet, contrà verò sic,n.*14. *Amplia etiam de consensu Episcopi,n.*13.
*Gesta contra clericum corã Iudice laico sunt ipso iure nulla,n.*15.
*Amplia etiam clerico non opponente,n.*15. *Amplia, quia talis exceptio quandocunque etiã post sententiã opponi potest,n.*15.
*Clericus, qui distulit opponere fori priuilegium, condemnatur in expensis,sed non à Iudice laico,n.*16.*& seqq.*
*Clericus contumax mulctari non potest à Iudice laico,n.*17.
*Iudex laicus cognoscere non potest de causis spiritualibus etiam incidenter,si quæstio sit iuris:secus si facti,n.*18.19.20.25.*vbi hoc declaratur quatuor modis.*
*Iudex laicus non potest admittere coram ipso exceptionem spiritualitatis,nec etiam potest statuere tempus ad probandum dictam exceptionem coram Iudice ecclesiastico,n.*20.*vers. Amplia præcedentem.*
*Causæ spirituales quæ sint,n.*20.
*Et an in causis spiritualibus laicus possit esse arbiter,n.*24. *Itẽ Monachi seu Religiosi regulam & religionem profitentes fori priuilegio gaudent,& quid iuris de non professis. Quid de conuersis. Quid de fratribus Hiesuatibus. Quid de monialibus sãctæ Brigidæ. Quid de fratribus seu sororibus tertij ordinis, & Pinzoccaris. Quid de mulieribus,quæ canonicæ seculares appellãtur. Quid de Eremitis. Quid de iis qui pœnitentes vocantur. Quid de militibus Hierosolymitanis. Quid de Hospitalariis,& Hospitaliũ Rectoribus,n.*46.*in vigesima Ampliatione.*
*Vniuersitas ecclesiastica an gaudeat fori priuilegio,ea præsertim, quæ constat ex clericis,& laicis simul,n.*46.*in* 21.*ampliatione.*
*Iudex laicus non potest clericorum causas clerico delegare, n.*46. *in* 22. *ampliatione.*
*Clericus pro crimine læsæ maiestatis non punitur à Iudice laico, n.*28. *& sequent.*
*Clericus non dicitur committere crimen læsæ maiestatis,n.*30.
*Clericus pro crimine læsæ maiestatis non traditur curiæ seculari, nisi expectata incorrigibilitate,n.*32.
*Clericus in actione reali,an conueniatur corã laico Iudice,n.*21.
*Quid iuris in actione feudali,n.*22.
*Quid item in causis possessoriis,n.*23.
Clericus est exemptus à iurisdictione laicorum, etiam quoad bona patrimonialia sua,n. 21.
Clericus deponens falsũ corã Iudice laico,à quo puniẽdus,n. 26.
*Quid econtrà de laico falsum deponente coram Iudice ecclesiastico,num.*27.
*Clericus nõ potest à Iudice seculari iudicari de crimine,nec principaliter,nec incidenter,n.*26. *ad finem,vbi etiam docetur,an clericus, qui laicum calumniosè accusauit coram Iudice seculari,possit ab eodem seculari Iudice de calumnia puniri.*
*Iudices laici,qui in clericos iurisdictionem exercent,peccant mortaliter,& incurrunt alias pœnas,de quibus,in n.*31.
*Clericatus quæstio cognosci debet per Iudicẽ ecclesiasticum,n.*33. *Amplia etiam quòd quæstio sit super vestibus & habitu,n.*34. *Vbi declaratur hæc ampliatio, nisi notoriè appareat,quòd captus non incedit in habitu:& alio modo declaratur,vt ibi.*
*Sed interim clericus remaneat sub custodia Iudicis secularis, quod quando verum sit,n.*36.
*Qui tamen interim supersedere debet,n.*35.
*Et in hac quæstione citatur Iudex secularis, & is cuius interest, num.*37.
*Clericatus non præsumitur,ideo probatur per allegantem,n.*38.
*Clericatus probatur per scripturam,putà instrumentum seu literas Episcopi,n.*40.
*Item per testes,num.*41.
*Et an probetur confessione partis,n.*45.*in fi.*
Et quando sufficiat vnus testis, n. 42. 43. *Item quando sufficiat probatio præsumptiua,n.*44. *Item quando sufficiat quasi possessio clericatus,n.*44.
*Clericus beneficiatus debet probare possessionem beneficij,n.*45. *Monachus ante emissam professionem,nec etiam potest à seculari Iudice puniri,n.*46. *ad finem,in* 16.*ampliatione,vbi etiam docetur à quo Iudice puniendus.*
*Cardinalium familiares an ipsorum Cardinalium iurisdictioni supposititi sint,n.*46.
*Clericus laici hæres nunquid possit coram Iudice laico puniri, & quid si fuerit contestata lis cum laico,n.*46.*in* 17.*ampliat.*

Et

Et quid si clericus & laicus sint cohæredes alicuius, num. 151.
Clericus tutor seu curator alicuius laici nunquid possit coram Iudice seculari conueniri, n. 46. in 17. ampliatione, vbi remissiuè.
Iudex secularis an & quando possit supplere negligentiam Iudicis ecclesiastici, nu. 46. in 23. ampliat.
Familiares clericorum gaudent fori priuilegio, n. 46. vbi declaratur materia, & præsertim, An inter familiares Clericorum connumerentur illius consanguinei ascendentes, seu descendentes, an transuersales, an vxor, an famuli, seu ancillæ, & an etiam rustici Ecclesiæ & clericorum, vbi hæc omnia videas.
Clericus incorrigibilis etiam sine degradatione punitur per Iudicem secularem, secundùm leges ciuiles, n. 47. & seqq.
Et quando dicatur incorrigibilis, n. 49. 51. 55.
Clericus etiam depositus adhuc est sub protectione Ecclesiæ, n. 50.
Clericus in enormibus se immiscens fori priuilegio non gaudet, n. 53. Ampliæ etiam sine degradatione, n. 57. Limita dummodo enormia sint plura, n. 55. Amplia etiam nulla præcedente monitione, n. 54.
Limita si incedit in habitu. n. 56.
Limita dummodo in enormibus deprehendatur, n. 58.
Et quando deprehensus dicatur, num. 58.
Et quæ dicatur enormissima, n. 59.
Clericus non incedens in habitu & tonsura fori priuilegio non gaudet, n. 60.
Quid de apostata, n. 54. vers. contrarium, &c. in fine, & n. 60. etiam in fine. Limita, dummodo trina præcesserit monitio, d. n. 60. vbi etiam declaratur ista limitatio.
Quæ monitio non sufficit vnica generalis, n. 61.
Nisi fiat in synodo, n. 62.
Item hæc monitio debet fieri à Iudice ecclesiastico, n. 63.
Clericus non coniugatus si deferat habitum tantùm, vel tonsuram tantùm, non amittit fori priuilegium, coniugatus verò & habitum & tonsuram deferre debet, n. 64.
Clericus debet ferre omnes vestes clericales, nec sufficit tunicam clericalem deferre, alias verò seculares, n. 65.
Clericus ad hoc vt ob non delationem habitus fori priuilegium amittat, quo tempore inspiciatur, n. 66. 68.
Clericus infirmus excusatur à non delatione habitus, n. 67. vbi etiam quid si clericus vestes clericales non deferat propter paupertatem, propter humilitatem corporis, vel quia de nocte, vel ex alia causa iusta.
Clericorum habitus, qualis esse debeat, n. 69.
Clericus beneficiatus non perdit fori priuilegium, etiam quòd non incedat in habitu, n. 70. vbi etiam quid iuris de clerico in sacris constituto.
Clericus actualiter degradatus punitur à Iudice seculari, n. 71. verbaliter autem degradatus non, n. 73.
Clericus pro quocunque grauissimo crimine non potest à Iudice seculari puniri, nisi fuerit priùs ab ecclesiastico degradatus & traditus curiæ seculari, n. 74. vbi agitur & de furto, periurio, homicidio, & falsa moneta.
Clericus actualiter non degradatur, nisi pro tribus criminibus, videlicet hæresis, falsi, & conspirationis in Episcopum, quæ declara, vt in n. 75. 76. 77. & 78.
Clericus an degradetur pro homicidio, n. 80. & 81.
Clericus an degradetur & tradatur curiæ seculari pro enormissimo delicto, n. 79. 80. & 81.
Clericus assassinus degradatur & traditur curiæ seculari, n. 82. 84. Amplia etiam quòd mandatarius sit Christianus, n. 83. Limita dummodo constet de qualitate assassinij: aliter secus, n. 84. & 86.
Qualitas tribuens iurisdictionem debet semper probari, n. 86.
Clericus si sua putauerit interesse quando citari & conueniri possit coram Iudice laico, n. 87. & seqq.
In inuentarij confectione Clerici citantur corã Iudice laico, n. 89.
Citatus si sua putauerit interesse, non actor voluntarius, sed reus necessarius dicitur, n. 88. declara, vt in n. 90. & 92.
Contumax quis non efficitur per citationem, si sua putauerit interesse, num. 90.
Clericus, qui secularia negotia, sordidásque artes exercet, quando à Iudice laico puniatur, n. 93. & 97.
Quid de clerico chirurgo, n. 94.
Quid de clerico milite, num. 95.
Quid de clerico portante arma, num. 96.
Quid de clerico histrione, & ioculatore seu iaculatore, n. 97.
Quid de clerico admisso per Principem, etiam ad officium seculare, num. 98.
Clericus potest coram Iudice laico reconueniri, n. 99.
Limita primò, ciuiliter, non autem criminaliter, n. 100.
Secundò, quando adest fraus & conuentio fuit procurata, num. 101. Tertiò, quando reconuentio tangeret causam spiritualem, n. 102. Quartò, quoad distinctionem personæ, n. 103. vbi remissiuè ponuntur aliæ limitationes.
Clericus effectus post delictum commissum, nõ potest à seculari Iudice puniri, si sine fraude clericus euaserit secus si cũ fraude, n. 104. 105. Fraus autem præsumitur, si facit se clericum post inquisitionẽ seu diffamationẽ delicti: secus si ante, n. 110. & seqq.
Sed quid si asserat se factum clericum ex voto, n. 112. & seq.
Limita prædicta, si clericus euaserit, seu monachus, & sacros ordines assumpserit; secus si conuersus solùm euaserit, n. 106.
Limita secundò, quia clericus effectus etiam cum fraude, nunquam tamen à Iudice seculari punitur corporaliter, sed in bonis tantùm, n. 107.
Delicti tẽpus, non sententiæ, inspicitur in imponẽdis pœnis, n. 105.
Clericus autem potest isto casu etiam à Iudice ecclesiastico pro delicto commisso ante clericatum degradari & tradi curiæ seculari: sine degradatione autem & traditione nunquam potest Iudex secularis illum corporaliter punire, nisi sit clericus primæ tonsuræ, n. 108. 109.
Iuratæ assertioni in dependentibus ab animo standum est, quando agitur de modico præiudicio: secus si de graui, n. 113. & 114.
Clericus capi non potest à Iudice laico, n. 115.
Limita si capiatur ad effectum remittendi Iudici ecclesiastico, n. 116. 118.
Item limita secundò, si de fuga suspectus sit, n. 116. 117. 119.
Tertiò, si capiatur vt obuietur delicto committendo, n. 120.
Limita quartò, si capiatur de mandato Iudicis eccles. n. 121.
Quintò, si in flagranti crimine capiatur, num. 122. & ibi etiam quid si delictum sit notorium.
Sextò, in casu quo clericus potest impunè offendi, n. 123.
Clericus sequester seu depositarius de mandato Iudicis laici factus potest pro consignatione sequestri, & restitutione depositi coram Iudice laico conueniri, n. 123. in xj. limitatione.
Clericus potest conueniri coram Iudice seculari in casu iuris congrui, & in causa affecti domus, n. 124.
Laicus regulariter coram ecclesiastico Iudice non conuenitur, n. 125. Limita remissiuè pluribus modis, vt in n. 152.
Limita in causis spiritualibus.
Item 3. in delictis ecclesiasticis. } *num. 226. & seq. vbi plura*
Item 4. in delictis mixti fori. } *ponũntur exempla, & n. 153.*
Hæresis cognitio spectat ad Iudicem ecclesiasticum, n. 127.
Simoniæ Iudex est ecclesiasticus, n. 128.
Sodomiæ crimen est mixti fori, n. 129.
Adulterij crimẽ est mixti fori, n. 130. 156. & ibi etiã quid de stupro.
Quid in crimine blasphemiæ, n. 27. in fi.
Concubinatus crimen ad quem Iudicem spectet, n. 131. 156.
Sacrilegij crimen est mixti fori, n. 132. & 156.
Iuramenti causa potest etiam inter laicos coram ecclesiastico Iudice agitari, n. 141. vbi declaratur materia.
Iuramenti ius transit ad hæredem quoad obseruantiam contractus: secus quoad reatum periurij, n. 181. vers. Limita hanc ampliationem.
Vsurarum Iudex quisnam sit, latè in n. 134. & seqq.
Periurus punitur ab ecclesiastico Iudice, n. 142.
Absolutio à iuramento petitur ab ecclesiastico Iudice, n. 143.
Sed an Iudex ecclesiasticus remaneat Iudex in negotio principali, n. 144.
Absolutione à iuramento concessa Iudex causæ principalis potest de iniquitate, & nullitate absolutionis cognoscere, n. 145.
Matrimonij causa spectat ad Iudicem ecclesiasticum, n. 146.
Amplia, vt nec laicus in ea possit esse arbiter, n. 147.
Secundò, etiam quòd agatur ad thori separationem, n. 148.
Tertiò, etiam incidenter, n. 149.
Limita, si quæstio sit iuris, secus si facti, n. 150.
Itẽ limita si agatur inter cõiuges: secus si inter alios, sub n. 150.
Laicus cum clerico delinquens, à quo Iudice puniatur, n. 151. Vbi etiam quid si laici sint plures, & clericus vnus, & quid etiam in ciuilibus, quando clericus & laicus sint in lite consortes.
Laicus spolians clericum, vbi conueniatur, n. 151. in fine, seu potiùs, n. 23. in prin. & in vers. sublimita 2.

Laicus

Laicus iniuriam clerico inferens, à quo puniatur, n. 153.
Laicus an possit carcerari à Iudice ecclesiastico, n. 154.
Laicus, qui in Ecclesia homicidium commisit, à quo Iudice puniatur, n. 155.
Sortilegij crimen est mixti fori, n. 133.
Laici etiã in delictis mixti fori nõ cõueniuntur corã Iudice ecclesiastico ex constitutione Pij IV. n. 156. *vbi tamen docetur, quòd prædicta constitutio per aliã constitutionẽ Pij V. fuit correcta.*
Ducens duas vxores, à quo Iudice puniendus, sub n. 127.
Stuprum an sit delictum mixti fori, n. 130. *in fine.*

QVÆSTIO VIII.

INQVISITIO ab incompetente Iudice formata dicitur, nedum si procedat ab eo, qui in reum iurisdictionem non habeat ratione delicti originis, seu domicilij, prout declarauimus in præcedenti quæstione; sed etiamsi à Iudice seculari contra personam ecclesiasticam, vel econtrà, vt pariter tantisper tantùm tetigi *suprà in 1. quæst. in 7. requisito, n.* 55. quam materiam altiùs exordiendo, vti in foro versantibus vtilem & neeessariam, cùm nunc resolutiuè tamen & non disputatiuè more solito declarare intendam,

¶¶ REGVLA sit, † quòd Clericus tam in criminalibus, quàm & in ciuilib. à Iudice laico iudicari nõ potest, *c. cùm nõ ab homine, c. at si clerici, c. clerici, & c. qualiter, de Iud. c. si diligẽti, & in c. significasti, de foro cõp. c. cõtinua, & c. placuit, & c. clericũ nullus, 11. q. 1. auth. statuimus, C. de Epis. & cler. c. denique, 96. dist. c. si Iudex laicus, de sent. excõ. in 6. Auth. vt clerici apud proprios Epis. colla. 6.* Alex. *cons. 8. in prin. vol. 1. & seqq. & n. 11. & seqq.* vbi adductis concordan. concludit, quòd Iudex secularis remittens clericũ ad Iudicem ecclesiasticum non minùs præmiũ acquirit, quàm sacerdos sacrificiũ offerẽs altari, opus misericordiæ exercet, Deúmque habet retributorem hic & in alio sæculo. Mill. *in pract. cri. fol. mihi 92. n. 1. & seq.* Foller. *in pract. cri. ver. audiãtur excusatores, n.* 38. *& seqq.* Gigas *in tract. de cri. læsæ maiest. lib. 1. ti. quis de cri. læsæ maiest. cognos. possit, q. vnica, n.* 12. *& seqq.* Couarr. *pract. q.* 31. *n.* 3. *sub ver. tertia cõcl.* ibi, *hæc autem exemptio clericorum*, Roland. *cons.* 12. *num.* 34. *& seqq. volum.* 2. *cons.* 4. *n.* 6. *& seqq. vol.* 1. & *cons.* 25. *n.* 6. *& seqq. vol.* 2. Gramm. *voto* 18. *n.* 7. *& dec.* 29. *& decis.* 61. Maran. *de ord. iud. in* 4. *parte, dist.* 11. *n.* 2. Pract. Conradi *ti. de inquis. n.* 8. Bos. *de foro comp. n.* 126. vbi dicitur, quòd nec Rex, nec Imperator potest clericos iudicare; quod & idẽ dixerunt alij relati per Sigism. Scacciam, quẽ post huius libri secundã editionem habui, *de iud. caus. ciuil. cri. lib. 2. cap.* 11. *n.* 34. *& seq.* Dec. *in suis tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 1. *& seqq.* vbi respondet contrariis, Brun. *consil. crim. diuers.* 115. *n.* 24. *& seqq. volum.* 2. *in magnis*, Clar. *in pract. crim. q.* 36. *in prin.* Iudéxque clericum iudicans & exercẽs nedum pœnam cõmunicationis incurrit, sed & alias plures, de quibus per Alex. de Neuo *d. cons.* 56. *n.* 14. *& seqq. & cons.* 59. *n.* 12. *& seqq. & infrà dicam, n.* 31. trahénsque clericum coram Iudice laico causam amittit, & à communione arcetur, *c. inolita, ti. q.* 1. *cap. placuit, eadẽ causa, & qu.* Spec. *in tit. de comp. Iud. adit. in prin. & in ver. & breuiter scias*, Roland. *cons.* 23. *n.* 14. *vol.* ... Abb. *in c. si diligenti, num.* 8. *de foro comp.* vbi de communi, * Villalob. *in commun. opin. vers. clerici, num.* 97. Neuiz. *cons.* 29. *n.* 17. Sigismund. Scacc. *d. c.* 11, *n.* 45. vbi & alios refert concordantes Ignat. Lopez *in pract. cri. canon. c.* 62. *n.* 1. *iuncto num.* 22. *& seqq.* vbi bene declarat, an & quando trahens clericum coram Iudice laico causam amittat, & alias pœnas incurrat, si trahens clericus sit, vel laicus. Et de materia, item quorum authoritatibus ad hanc regulam comprobandam infinitis aliis, quæ adduci possent omissis, contentus ero, cùm nedum vti communis, sed & vti in * iure expressa ab omnibus * vnanimiter recipiatur: immò, teste Couarr. *in loco supracitato*, totus ferè orbis Christianus in hanc clericorum exemptionem à sæculari iurisdictione propter publicam vtilitatem consensit. Quod & idem dixit Fla. Cartar. *de interrog. reor. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 12. quem referendo sequitur Sigismun. Scac. *de indic. caus. ciuil. crim. lib.* 1. *cap.* 11 *n.* 14. *& num.* 15. vbi ampliat etiam in clericis illegitimis, ex Gramma. & Clar. *in locis per eum citatis.*

2 ¶¶ AMPLIA I. Hanc regulam, † vt exemptio clericorũ à iurisdictione seculari inducta sit de iure diuino, gl. *in c. si Imperator, 96. dist. & in c. quamquã, de cens. in* 6. Abb. Fel. & Dec. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de const. Roma, sing.* 419 *Rota dec.* 480. *tit. de consuet. in antiq.* Abb. *in c. at si clerici, n.* 23. *de indic.* Inno. Host. Ioan. And. Panor. Fel. & alij, *in cap.* 2. *de maio. & obed.* Vant. *tit. de nullit. ex defec. iurisd. n.* 101. Roland. *cons.* 12. *n.* 44. *vol.* 2. *& consil.* 23. *n.* 10. *vol.* 2. & de communi * testatur Card. *in c. perpendimus, in 7. oppos. de sent. excomm. in repet.* Alcia. *in c. cùm non ab homine, n.* 2. *de iud.* Villalob. *in commu. opin. verbo, clericus, n.* 69. vbi secũdùm glo. *in d. c. Imperator. 96 dist.* dixit, quòd clerici nunquam fuerunt sub iurisdictione laicorum; & quòd constitutiones de hoc loquentes, potiùs sunt declaratoriæ, quàm de nouo promulgatoriæ, Felin. *in c.* 2. *col.* 1. *de maior. & obed.* Viui. *in commu. opin. ver. clerici à potestate*, Rocch. de Cur. *in c. vlt. de consue.* Couarru *pract. q. c.* 31. *n.* 1. vbi etiam iura hanc opinionem comprobantia perpendit, Clar. *in pract. cri. q.* 36. *in prin.* & licèt Alci. *in d. c. cùm non ab homine*, Petrus Ferrariensis, & alij per Couarru. *vbi suprà* relati *d. n.* 1. *vers. contraria opinio*, contrarium sustinere conentur: & horum sententia forsan in iure verior & sustentabilior appareat, ad tradita per eundem Couarru. *in loco supracitato*, vbi pluribus fundamentis corroborat hanc opinionem, & ad contraria respondet: non tamen recedas à præcedenti & cõmuni * Doctorum conclusione, (declara tamen *vt infrà.*) & * pro ea adde etiam nouissimè Sigism. Scacciam, *vbi suprà, d. c.* 11. *n.* 44. & Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *li.* 4. *c.* 9. *sub n.* 1.

¶ LIMITA I. Hanc primam ampliationem, vt procedat in causis spiritualibus & ecclesiasticis, vt quando agitur de ordinibus, gradibus, obseruationibus & similibus: secus autem in temporalibus. Primo enim casu potestas ecclesiastica, quæ circa spiritualia versatur, ab ipso Deo est supernaturaliter lege Euangelica instituta: & Petro vt Principi, ac cæteris Apostolis, eorúmque successoribus, non autem Principibus secularibus commissa, ideo non lege humana, sed diuina, clericos in hisce rebus spiritualibus à Principibus secularibus exemptos esse dicendum est. ¶ Secundo verò casu rebus scilicet temporalibus & ceremonialibus, quæ ad spiritualia non attinent, clerici & eorum res non iure diuino, sed humano ex constitutionibus scilicet summorum Pontificum à seculari iurisdictione exempti sunt, secund. Couarru. *ibid. ver. prima conclusio, & ver. secunda conclusio*, & secundùm hanc limitationem poteris concordare contrarias opiniones suprà relatas *in antecedenti vers.*

¶ LIMITA II. Eandem ampliationem procedere in Sacerdotibus, Diaconis & Subdiaconis, ac etiam clericis primę tõsuræ, qui tamen actu ecclesiastico monasterio inseruiunt qui bene sunt exempti à iurisdictione clericali de iure diuino: secus autem in illis primæ tonsuræ clericis, qui solo nomine clerici sunt, & Ecclesiæ non inseruiunt, qui licèt à iurisdictione laicorum exempti sint, vt infrà dicemus: non tamen de iure diuino, Couarru. *d. c.* 31. *num.* 5. *in fi. ver.* 3 *illud est obseruandum*, & ante eum Diaz *in pract. crim. canon. c.* 90. *in fin.*

¶¶ AMPLIA II. Principalem regulam, † vt nec consuetudo contraria possit clericorum exemptionem tollere, *c. clerici*, vbi glo. & Docto. *ext. de iud. c. placuit, & c. inolita*, 21. *q.* 1. Rota *dec.* 10. *alias* 840. *incip. vtrũ valeat cõsuetudo in antiquis, ti. de consuet.* Alex. *cons.* 8. *n.* 1. *vol.* 1. Soc. *in c. si quis clericus, in* 19. *fall. de fo. comp.* Rol. *cons.* 23. *n.* 9. *vol.* 2. *& cons.* 4. *n.* 12. *& seq. vol.* 1. *& cons.* 12. *n.* 45. *vol.* 2. Pract. Conradi *ti. de inquisit. n.* 8. Boss. *in ti. de foro comp. n.* 130. Alex. de Neuo *cons.* 56. *n.* 1. quorum aliqui hanc conclusionem extendunt etiam in immemorabili consuetudine, & de cõmuni * testãtur Couarr. *pract. quæst. d. c.* 31. *n.* 5. Villalob. *in comm. opin. ver. clericus, n.* 80. Clar. *in pract. crim. q.* 36. *ver. sed ea retenta, &c.* Sigismund. Scaccia *vbi suprà d. c.* 10. *n.* 42. vbi pariter de communi, * Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *li.* 4. *c.* 9. *n.* 10. *& seqq. vsque ad n.* 17. vbi hanc ampliationem pluribus cõprobat & exornat, illámque ampliat duobus modis. Primò scilicet, etiam quòd talis consuetudo sit præscripta tanto tempore, vt illius memoria in contrarium non existat. Secundò, etiam quòd Papa cõscius fuisset de tali consuetudine, & nihil dixisset: ibidémque, *num.* 15. primam ampliationẽ declarat: illius declarationẽ autem ibi videas. Non enim omnia in hisce additionib. possunt extendi.

¶ LIMITANDO Hanc secundam ampliationem aduerte, quòd illa dubia reddi videtur duplici ratione. Primò, quia Doctores illam consequentes ea potissima nituntur ratione, quia scilicet clericorum exemptio iure diuino inducta est: & tamen hanc conclusionem nõ ita generaliter veram esse, suprà demonstrauimus in antecedenti ampliatione. Secundò,

3 quia

quia consuetudo mixta procedens scilicet à tacito consensu clericorum & laicorum, maximam vim habet etiam in iis, quę ecclesiastica sunt, *c cùm venissent*, & ibi Abb. *de eo, qui mit. in posses. cau. rei seruan. & in c. cum causa, de re iud.* gl. & Doct. *in c. vir autem, de secun. nupt.* Ideo saluando communem ampliationem, & illam limitando dicas, quòd consuetudo non potest in totum & generaliter clericorum exemptioni præiudicare ac derogare, sed bene in aliquibus casibus particularibus, & ex rationabili causa illam restringere: ita enim concordando opiniones distinguit Couarr. *d. num. 5. versicul. quamobrem, &c.* Villalob. *d. n. 80. in fi.* Clar. *d. ver. sed ea retenta*, vbi quòd ita in pluribus locis in practica obseruatur.

4 ¶ AMPLIA III. † Eandem regulam, quia nec etiam Papa potest priuilegio fori clericorum derogare, Rom. *sing.* 418. Gram. *decis. 29. n. 11.* Inn. Fran. Alber. Feli. & alij, de quibus per Gabr. Saray. *in addit. ad Rom sing. 419.* Boss. *tit. de foro cõp. n. 130.* vbi quòd regula proposita locum habeat, etiam quòd Papa faciat priuilegiũ alicui Principi seculari, vt possit clericorum causas cognoscere, Rol. *cons. 4. n. 15. vol. 1. & cons. 23. n. 11. & cons. 12. n. 46. vol. 2.* Clar. *in pract. §. fin. q. 41. versi. sed quid dicendum, in fi.* vbi de communi refert & sequitur Sigis. Scaccia *de iud. caus. ciuil. crim. & hær. lib. 1. c. 11. n. 43.*

¶ LIMITA hanc tertiam ampliationem, quòd non possit summus Pontifex clericorum exemptionem tollere, scilicet in totum quoad omnes clericos, & quoad omnes causas: bene tamen potest quoad quosdam Clericos, vel quoad quasdam causas eorum fori priuilegio derogare, secund. Cardin. *in cap. perpendimus, in 6. oppos. de sent. excom.* Couar. qui pulchrè hanc materiam pertractat, *d. c. 31. n. 4. & n. 6.* vbi ex hac declaratione inferendo dicit, faciliùs posse Romanũ Pontificem clericorum exemptionem à seculari iurisdictione restringere quoad clericos primæ tonsuræ, quàm quoad clericos in sacris cõstitutos, Pract. Conrad. *tit. de inquisit. in 1. & 10. limitat. pag. 247.* vbi dicitur, quòd Papa potest ex causa alicui seculari Iudici, seu Principi, concedere potestatem iudicandi de clericis certi loci, vel territorij, & idem tradit Soc. *in reg. 56. in 1. fall.* idem Boss. qui §.... *n. 142. in fi.* vbi quòd summus Pontifex potest alicui Iudici seculari causas clericorum delegare. quod idem & iurib. & Doctorum authoritatibus bene comprobat Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 66. 70. & 76.* Gigas *de crimin. læsæ maiestat. lib. 1. tit. quo. crimen læsæ maiest. cognosci possit, n. 20. & 21.* vbi propterea testatur, se vidisse & legisse priuilegia Reipublicæ Venetorũ à sede Apostolica cõcessa; quorum vigore est illis indultum, vt in atrocibus, vtputà crimine læsæ maiestatis (de quo particulariter dicam *infra, num. 28. & seqq.*) falsæ monetæ, & nefando crimine sodomiæ, procedere possint contra quoscunque clericos, etiam in sacris ordinibus constitutos: in cæteris verò criminibus possint procedere contra clericos, dummodo non sint beneficiati, vel in sacris ordinibus constituti. Addo pro hac eadem limitatione Sigismund. Scacciam *vt suprà, d. c. 11. n. 43. & n. 92.* & Decian. *lib. 4. cap. 9. n. 66. & seqq.* vbi alios refert concordantes; & ampliùs dicit in proposito sufficere possessionem cognoscendi causas clericorum tanti temporis, cuius memoria in contrarium non existat cum allegatione priuilegij, etiamsi de priuilegio non doceatur, cùm illud præsumatur ex tanto tempore secund. Alex. Dec. & Aufrer. *in locis ibi per eum relatis.*

¶ SVBLIMITA & declara præcedentem limitationem, quòd licèt id possit summus Pontifex, non tamen potest Episcopus, qui non solùm non potest causas criminales clericorum soli laico delegare, secundùm communem, * de qua per Rip. *in cap. decernimus, n. 34. de indic.* nec etiam laico, & clerico simul, secundùm aliam communem, * de qua pariter testantur Dec. *in d. cap. decernimus, n. 5. in fine*, Roland. *cons. 4. n. 4. lib. 1.* Clar. *qu. 41. vers. quæro nunquid*, quos pariter refert & sequitur Sigismund. Scaccia *in tract. de iud. caus. ciuil. crim. lib. 1. cap. 11. n. 39. & num. 41.* in fine, vbi tamen secus esse dicit in causis ciuilibus, quas poterit Episcopus laico delegare, citra tamen potestatem imponendi censuras. Ad quæ vide etiam sic declarantem Decian. *in suis tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 70. & seqq. & n. 73.* vbi tamen quòd potest Episcopus in assessores sibi assumere seculares.

¶ AMPLIA IV. † Eandem principalem regulam, vt hoc fori priuilegiũ cõpetat nedum Clericis in sacris constitutis, sed etiã primæ tonsurę, *c. vnico*, cum ibi notat. *de cler. coniug. in 6. l. presbyteros, C. de Epis. & cler.* Doct. *in c. qualiter, & in c. clerici, de iud.* Couarr. *pract. q. d. c. 31. n. 5. in fi. sub versic. tertio illud est obseruandum, & c. 32. n. 1.* vbi de cõmuni, * de qua etiã * per Viui. *in com. op. verbo, clerici à potestate*, Alex. *cons. 149. col. 1. li. 6.* Barb. *cons. 45. col. 2. vol. 2.* Mars. *cons. 67. n. 59.* Cæpo. *cõs. 11. n. 25.* Rol. *cons. 4. n. 16. & seqq. vol. 1.* Ant. Gomez. *var. resol. to. 3. ti. quando reus gaud. immun. Eccl. n. 3.* vbi pariter de communi, Boss. *tit. de foro comp. n. 127.* Alex. de Neuo *cons. 56. n. 1.* Boss. *in tit. de confess. n. 51.* Sigism. Scaccia *in tract. de iud. caus. ciuil. crim. & hæret. li. 1. c. 11. num. 16.* vbi etiam de communi, Ignat. Lopez *in sua pract. crim. canon. c. 62. n. 9.* Dec. *in tract. crim. to. 1. lib. 4. cap. 9. n. 21. iuncto nu. 27* vbi etiam dicitur, hoc intelligendum de iis qui nullos habent ordines, sed alicui Ecclesiæ inseruiunt eo animo, vt postea fiant clerici.

¶ LIMITA Hanc quartam ampliationem, quòd licèt de iure clerici primæ tonsuræ sint, vt præfertur, à iurisdictione laicorum exempti, tam in criminalib. quàm etiam in ciuilibus moribus: receptum tamen est, quòd sint exempti tantummodo in criminalibus: in ciuilibus autem non, sicuti testatur Couarru. *d. c. 32. sub n. 1.* nec dissentit Sigismun. Scaccia *vbi suprà, d. c. 11. n. 17.*

¶ Et hodie habemus sacrosanctum Concilium Tridentinum *in 23. sessione, c. 6 incip. Nullus prima tonsura initiatus*, à quo cauetur, quòd clericus primæ tonsuræ, aut in minoribus ordinibus constitutus, non gaudeat priuilegio fori, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum & tonsuram, deferẽs alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi vt inseruiat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi; quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur. De quo decreto vide verba facientem Sigism. Scacciam *d. c. 11. n. 82. ver. & hæc consuetudo*, & latiùs Ignat. Lopez *d. c. 62. co. n. 9. & seqq.* vbi in proposito. Et ad istum effectum disputat, an clericus primæ tonsuræ dicatur habere beneficium ecclesiasticum, si aliquam pensionem habeat, aut præstimonium, aut capellaniam.

¶ AMPLIA V. Etiam in clericis primæ tonsuræ coniugatis: ita enim Bonifacius VIII. statuit *in cap. vnico, de cler. cõiug. in sexto*, Alex. de Neuo *cõs. 61. n. 1.* Couarru. *practica q. c. 31. n. 6. & seqq.* vbi plura adducit in materia, Clar. qui de * cõmuni * testatur *in pract. crim. q. 36. ver. quæro, an clericus coniugatus*, Capra *concl. 57. n. 85.* Sigism. Scaccia *de iud. caus. ciuil. crim. & haret. li. 1. c. 11. n. 20.* licèt dicat, hanc ampliationẽ esse de ratò contingentibus, nec vnquã eam practicari vidisse; & an isto casu ad hoc vt clericus cõiugatus gaudeat priuilegio fori, necesse sit, vt mox dixi, in clerico primę tõsuræ, vt alicui Ecclesiæ deseruiat, aut in aliqua schola, seu in collegio de licentia Episcopi permaneat. Videas ibi per eũ, & per Ignat. Lopez *d. c. 62. n. 13.* vbi tria requirit. Primò, quod matrimoniũ contraxerit cũ virgine, de quo in specie dixi *infr. n. 28.* Secũdò, quòd * clericales vestes, & tõsurã deferat. Tertiò, quòd ab Episcopo alicuius Ecclesiæ ministerio sit deputatus, per tex. *in d. c. 1. de cler. coniu. in 6. & decr. Conc. Trid. sess. 22. c. 6. de refor.* Quæ tria requisita cũ hodie in clericis cõiugatis nõ incurrant, quia nullus reperitur, qui copulatiuè hæc tria faciat; hoc ideo tarò, aut nũquã hęc ampliatio practicatur, secũd. Scacc. *in loco præc.*

¶ LIMITA I. Hanc quintam ampliationem, vt clerici cõiugati sint exempti à laicorum iudicio non in ciuilib. sed in criminalib. tãtũ, Io. Andr. Dominicus, Anch. & alij *in d. c. vnico*, Imo. *in c. ex par. col. 1. de cler. cõiug.* Lap. *alleg. 118.* & est * cõmunis, secũdũ Cou. *vbi supr. n. 7.* & licèt tex. *in d. c. vnico*, dicat, clericũ nõ esse trahendũ ad Iudicẽ seculare criminaliter, nec ciuiliter: talia tamẽ verba nõ debent intelligi de causa ciuili, sed criminali ciuiliter intentata, ita quòd sit sensus, quòd in criminib. prout loquitur ille text. clericus nõ possit cõueniri coram Iudice laico, siue criminaliter, siue ciuiliter pro crimine agatur, secund. Capram *d. concl. 97. n. 85.* quicquid in contrariũ dixerint idem Lapus *alleg. 15.* & Fran. *in d. c. vnico*, quorum intellectus vti contra communem * illius constitutionis sensum à Couarr. *sub d. n. 7.* reprobatur: vbi pariter dicit, quòd in istis causis ciuilibus clericus coniugatus nedũ coram laico Iudice conueniri poterit; sed etiam pro exequutione suæ sententiæ capi, & carcerari absque illo excõmunicationis, & pœnarũ, de quib. agitur in dicta cõstitutione, incursis; licèt contrariũ in hoc senserint Anch. *in d. cap. vnico*, & Rip.

lib. 1.

lib.1.responsorũ,c.13.col.3. à quorum opinione,quia communis * teste eod.Couar.*ibi,sub d.n.7.* non recedas; licèt in Hispania cõtrarium seruetur. Addo pro hac prima limitatione Scac. *vbi sup. d. c. 11.n.20. ad fi.* vbi pariter de communi ex Cara.*in loco præcitato,* & Dec.*in tract.cri.tom.1.l.4.c.9.n.40.*

8 ¶ LIMITA II.† Eandem quintam ampliationem in clerico coniugato bigamo,qui scil.vel duas vxores,vel vnicã non virginem habuit;is,inquam,priuilegio fori non gaudet,*d.c. vnico, de cler. coniug. in 6.* & est cõmunis,* per Couarr.*d.c. 31.n.6.sub ver. Quintò hinc apparet,& n.7.versic.Tertiò vt locus sit,prope fin.* vbi tamen, quòd in dubio vnicum matrimonium,& vxor virgo præsumuntur,Soc.*reg.56.in 3.fall.* Mill. *in prin.fol. mihi 93.n.25.* Ant.Gõ. *var.resol.in tract.delict.to. 3.c.10.tit.quando reus gaudeat immunitate Eccl.n.4.* vbi etiã, quòd non sufficit clerico dicere, ego credebam virginẽ,nisi reuerà fuerit; nisi saltem communiter virgo reputatur.Et si clericus ante contractum matrimoniũ virginem deflorauerit,& postea in vxorẽ duxerit; adhuc tamen gaudet fori priuilegio, secundùm communem, * de qua ibi per eum,Clar. *in pract.d.q.36.ver.quæro, an clericus, & vers.sed an ille,* vbi quòd licèt clericus interpretatiuè dicatur bigamus, quando post adulterium ab vxore cõmissum cum eadem reconciliatus,carnaliter se immiscuerit; non tamen per hoc isto casu fori priuilegiũ amittit, *& vers. sed pone,& seq.* vbi post Grã. Carauitã,& alios concludit,quòd ad iudicandũ in proposito, an Clericus sit bigamus, inspicitur tempus delicti, & non post delictum, Capra *d. concl.s.97.n.83.& 84.* vbi ampliùs, quòd bigamiæ pœna non habet locum, quando matrimonium est nullum,Scac.*d.c.10.sub n.20.*

9 ¶ LIMITA III.† Dictam quintam ampliationem, quia licèt clerici coniugati,sicut alij clerici,in sacris ordinibus cõstituti gaudeant priuilegio fori,ac etiam canonis, *si quis suadente,&c.* non tamen gaudent aliis priuilegiis clericorũ,glo. * est communiter * recepta,sicuti testatur Couarr.*d.c.31.n.9. in d.c.vnico,in verbo,cæteris,de cler.coniug.in 6.* vbi etiã Frãc. Card.*in clem.1.de vita,& honest.cleric.* Aufr.*in clem.1.de offi. ord.in 3.notab.* Domin.*in c.1.col.fi.de offic.vicar.in 6.* Paris.*cos. 40.n.20.l.4.* & particulariter, quòd isti cõiugati clerici non sint exẽpti à collectis, gabellis, aliisque Principis obsequiis, notat in specie gl.*in d.c. vnico.in eod.verbo,cæteru,*& ibi Doctores,Abb.*in c.ex parte,de cler.cõiug.* Guid. Papæ *q.38.* Bertac.*in trac.de gabel.in 2.par.n.17.* Ang.*in Auth.de monach.§. pẽ.*& est cõmunis, * teste Cou. *vbi sup.* Capr.*d.cõcl.97.n.85.*

¶ LIMITA IV. Eandem ampliationem,quia clerici coniugati, si non incedunt in habitu & tonsura, item se immiscent secularibus negotiis, non gaudent fori priuilegio. Sed de his latiùs dicetur infrà in limitationibus.

10 ¶ AMPLIA VI.Eandem principalem regulam,vt fori priuilegio nec clericus ipse renunciare possit in Iudicẽ laicum cõsentiendo,*c.cùm nõ ab homine,& c.at si clerici,in prin.de iud. c.si diligẽti,de fo.cõp.*& vtrobique Doct.gl.*in c.significasti,extr. eo.& in cap.cũ contingat interdum,de sen.exc.& in c. perpendimus,in gl.pen.eo.ti.& in c.vt Ioãnes, de cler.cõiug.* Alex.*d.cõs.8. col.1.vol.1.* Alber.*in 3.par.statutorũ,q.92.* Calcan.*cõs.108.col. 1.* Chass.*in consue.Burg.rub.1.§.5.ver. Archidiaconus,num.45.* Cæpo.*cons.11.n.14.& seqq.vsque ad n.19.* Ant.Gomez. *d. tit. quando reus gaud.immun.Eccl.n.3.* Couarr.*pract.q.c.32 sub n.2.* Rolan.*cons.4.n.9.vol.1.& cons.12.n.36.vol.2.* Alex.de Neuo. *cons.56.n.1.* vbi ampliat, etiam quòd cum iuramento consentiat.Foll.*in pract.crim.verbo,audiãtur excusatores,n.38.* vbi ampliùs secũ.Bald.*in l.1.in fine,C.de iud.* Quòd si clericus citatus coram Iudice laico non declinat eius forum,pœna extraordinaria tanquam canonis trãsgressor punitur, & est cõmunis,*sicuti testatur Boër.*super consuet.Bitu.tit.de iurisd.* §. 21.*in fi.* Clar.*d.q.46.ver.2.infert.* quibus addo Sigism. Scacc. *de iud.caus.ciuil.cri.lib.1.cap.11.n.35.& 36.* pariter ampliat etiã, quòd medio iuramẽto clericus laici iurisdictionẽ prorogasset,& ad id plures refert concordantes, & præcipuè Gallesius de oblig.Cam.*q.2.n.1.& seq.ad 2.particulã*, vbi loquitur in clerico, qui se in forma Cameræ obligauit, & fori priuilegio medio iuramento renunciauit. Et ratio ampliationis est, quia hoc fori priuilegium fuit inductum ad fauorem totius ordinis clericalis, prout notant Doct. *in d. c. si diligenti, de foro comp.*& scripserunt Roland.*cons.4.numer.9.* libr. 1. & Andr.Gal.*obseru.3.n.2.etiam lib.1.* ideo vnus clericus in præiudiciũ totius ordinis illi renũciare non potest, ex præallegatis.Et rursus pro hac eadem ampliatione addo Ignat.Lopez *in pr.cr.can.c.63.n.2.& 3.* Dec.*li.4.c.9.n.61.to.1.* vbi ampliùs,quòd Iudex,qui sententiam tulit, poterit eam declarare nullam prætextu incomp.Curiæ, quod & idem repetiit,*n.115.in fi.& n.116.* vbi & alia adducit ad cõprobationẽ huius conclusionis, quòd scilicet non valeat renunciatio expressa facta per Clericum sui fori priuilegio.

¶ AMPLIA I.Hanc sextam ampliationem,† vt procedat, 11 etiã quòd clericus fateatur se laicum: adhuc enim nõ impeditur Iudex Ecclesiasticus illũ repetere de manibus Iudicis secularis,qui tandẽ non excusatur propter huiusmodi confessionem factam à Clerico,cùm sciat,vel scire debeat, eum esse clericum.Ita Bal. *in l.si qua per calũniam,in pen.col. C.de Ep.& cler.* vbi idem allegat Inn.*in c.vt fama,ext de sent. excom.*& Io.And.*in c.si Iudex laicus,de sent.excomm.in 6.* sequitur Cæp.*d.cons.11.n.7.*& Couar.*d.c.33.sub eodem n.2.* vbi allegat etiam Frãc *in d.c.si Judex,* talis enim clerici confessio est facta coram incompetenti Iudice, ideo nihil operatur,*c.& si clericus,ext.de iud.* Boss.*in ti.de confess.n.51.* dixi etiam *infrà q.81.n.200.* & hanc ampliationem verissimam dixit Ign.Lopez *in pr.cr.c.62.n.4.* pro qua addo etiam Dec. *in tr.cr.tom.1.li.4.c.9.n.114.*

AMPLIA II.Eandem ampliationem,† vt procedat, si cle- 12 ricus consentiat expressè,siue etiam tacitè,patiendo se cõdemnari,secundùm Cæp.Couar.& Clar.*vbi suprà,*& latiùs dicemus *infrà in hac eadem q.n.15.* immò, vt dixi *sup. n.10.* clericus coram Iudice laico citatus,si fori declinatoriam nõ opponit extra ordinem,Iudicis officio puniendus est Quod & idem voluit Sigismun.Scac.*d.c.11.n.46.* vbi aliis relatis testatur de communi, imò etiam & condemnatur in expensis,vt dixi *infrà n.18.*

¶ AMPLIA III.Vt clericus fori priuilegio renunciare non 13 possit etiam accedente consensu, secundùm Episc.gl.*in c. significasti,de fo.comp.* Soc *reg.56.* Alex. *dict. cons.8. col.1.li.1.* Rol.*cons.4.n.10.vol.1.& cons.12.n.36.eod.vol.* Gallesius. *de obl. Camerali,ad secundam particulam, q.2.n.2.* Sig.Scacc.*vbi suprà d.c.11.n.38.*

¶ AMPLIA IV.Vt prædicta procedant nedum in clerico 14 in sacris constituto,sed etiam in clerico primæ tonsuræ,qui nec etiam ipse potest fori priuilegio renunciare:dispositio enim, de qua *in d.c.si diligenti, de for.comp.* locum habet in quocunque clerico,etiã primę tõsuræ, sec.Io.Andr & Ant. de But.*ibi,*& licèt gl.*in c.tuæ,extr.de apost.* dixerit, clericũ in minorib.ordinib.cõstitutum posse clericali ordini renũciare:eius tamen dictum intelligendum est,vt possit renũciare facto,exercẽdo sc.negotia secularia,iux.tex.*in c.si.de vita, & hon.cler.* non autem verbo,Io.And *in d.c.tuæ,Cæp.d.cõs.11. n.16.* facias ergo ex prædictis generalem conclusionẽ,quòd sc.clericus etiã primæ tõsuræ,nec tacitè, nec expressè,nec cũ iuramẽto,nec etiã Episcopi consensu accedẽte, nec etiã fatẽdo se laicũ,potest vllo pacto fori priuilegio renũciare

¶ LIMITA Hanc sextam ampliationem, quòd si clericus non cõuenitur à laico coram Iudice seculari, sed idẽ clericus laicum coram ipso seculari Iudice cõueniat, tunc sententia ad fauorẽ clerici lata non valeret:cõtra eum verò & in eius odiũ valebit,*d.c si diligẽti,*& ibi gl.*in ver.proceis,de fo. cõp.* Cyril.*in Sũm.cr.ti.de his,qui acc.non poss.§.4.n.2.* quod vtique videtur intelligendũ, quãdo clericus laicum conuenit coram Iudice ecclesiastico in aliqua causa ecclesiastica & spirituali;secus si super causa prophana: tũc enim videtur habere locũ regula, quòd actor sequitur forũ rei,*c.si Clericus laicũ,& c.cùm sit generale,de for.comp.* vbi omnino vide declarãtes Doct.cum aliis allegatis per Sig.Scac. *vbi suprà d.c.11.n.49.& seq.*& Dec.*in tr.cr.tom.1 li.4. c.9.n.22.* vbi in fine supponit clericũ posse conuenire laicum coram Iudice seculari,tam ciuiliter quàm criminaliter.

¶ AMPLIA VII.Principalem huius quæstionis regulam, 15 vt exceptio incompetẽtiæ isto casu, nedum quandocũque, etiam post sententiã opponi possit; imò etiam non sit necesse,quòd opponatur,quia omnia acta per secularẽ Iudicẽ facta contra clericum etiam contumacẽ,sint ipso iure nulla,absq; vlla appellatione seu oppositione,*aduersus c.§.quia verò,de immu.Eccl.c.seculares,de for.comp.in 6.authent.statuimus,C.de Epis.& cler.* Soc.*cons.12.lib.1.col.7.& cons.99.incip.*

Serenissimus

Sereniſſimus Rex,col.7.ver.octauò etiam oſtẽditur. Ant.de But. Abb.& Fel.*n.*28.*in c.exceptionem,de except.* Dec *conſ.*241. & Arch.*in c.*2.15.*q.*4.Bal.*in l.generaliter,in* 2.*col.ver.quæro de iſta q.ff.ſi quis in ius voc.nõ erit.*Gram.*voto* 17.*& voto* 27.& latè *in cõſ.*1.*n.*24 *& plurib.ſeqq.poſt deciſiones,* Cæpo.*conſ.crim.* 11.*n.* 17.*&* 18.Spe.*in tit.de cit.*§. 1.*verſ.ſed pone,* Franc.*in c ſi duobus,col.*4.*n.*6.*verſ.in gl.in verbo,niſi cognouerit, ext. de appella.* Ioã.And.*in reg.ſciẽti,de reg.iur.in* 6.Vant.*tit.de nullit. ex defec. iuriſ.n.*101.Cou.*pract.q.c.*33.*n.*2.Rol.*conſ.*52.*n.*42.*vol.*2.*& cõſ.*4.*n.*15.*vol.* 1.Brun.*cõſ.crim.diuerſ.*115.*n.* 26.*& ſeqq. & n.* 59.*vol.*2.*in magnis,Cyril.in Sũma cri.ti.qui accuſ.nõ poſſ.*§.5.*n.* 3.*in fi.*Alex.de Neuo *cõſ.*56.*n.*6.*& ſeqq.*Vrſil.*in addit ad Affl. deciſ.*2.*n.*2.*& ſeqq.*Foll.*in pract.cri.verbo,audiãtur excuſatores,* * *n.*38.*& ſeq.*vbi latè,& de cõmuni*teſtãtur Fel.*in c.veniens,in vltimis verbis,extr.de accuſ.*Clar.*d.q.*36.*ver. eſt autẽ exceptio,* Brun.*d.conſ.*115.*n.*30.Ignat.Lopez *in pract.cri.canon.c.*62.*n.* 2.*&* 3.Dec.*in tract.crim.tom.*1.*lib.*4.*c.*9.*n.*61.*& n.*115.vbi dicitur, quòd clericus condemnatus à Iudice ſeculari aliiſque, eò quòd oppoſuerit fori incompetentiam,habet duplicẽ viã reparandi illam condemnationem:tum grauamen , quia ſcilicet,vel poteſt appellare, vel recurrere ad Iudicẽ eccleſiaſticum,& ab eo obtinere inhibitionem Iudici ſeculari,ad hoc ne in exequutione procedat: immò probat etiam Iudicem laicum,qui tulit ſententiam,poſſe ſuam ſententiam ſub prætextu incompetentiæ reuocare,*ad l.ſi præſes,Cod.quomodo, & quando Iudex,& in l.quarta,C.de accuſat.*cum aliis ibi per eum allegatis,ex quibus bene hæc omnia probantur.

16 ¶ Limita hanc ſeptimam ampliationem,†quia ſi clericus citatus diſtulerit, putà vſque ad ſententiam vel exequutionem , clericatus exceptionem opponere; licèt proceſſus acta,vt præfertur,ſint nulla,debet tamen in expenſis cõdemnari,Fel.*in c exceptionem,in princ.verſi.& per iſtum textum,de except.*Bellam.*deciſ.*226.*incip. in cauſa mea ,* Boër. *in conſuet. Bituricenſ. des couſtumes cõcernans.*§.21.*verſi.Item & ſi Auus, num....col.fin.verſi.& vnum ſingulare,&c.*Cald.*conſ.*12.*in titu. de indic.*Dec.*conſil.*241.Aufrer.*in clem.*1.*de offi.ordin. reg.*2.*n.* 23.Couar.*pract.q.dict.cap.*33.*n.*2.*verſic.Clericus verò,*Aſin.*in pract.*§.32.*in* 61.*ampliatione,n.*1.Vrſil.ad Afflict.*dict.deciſ.*2. *n.*4 *&* 5.& faciunt quæ dixi *ſup.n.*12. Ignat. Lopez *in pract. crim.ca.*62.*num.*6.

¶ Sublimita præcedentem limitationẽ,quia hæc condemnatio expenſatum non à Iudice laico & ſeculari , ſed ab eccleſiaſtico facienda eſt:quia ſicut Iudex laicus non poteſt cauſam Clerici principalẽ cognoſcere ; ita nec etiam cognoſcere poterit incidentem , vt paulò infrà videbimus. Et propterea nedum non poterit reum in expenſis condemnare;
17 † verùm etiam nec ratione contumaciæ mulctare.Abb. *in c. ſi diligenti,col.pen.de foro cõp.*Bald.*in l.ſi ex aliena,col.*2.*C.de Epiſ.& cler.*refert & ſequitur Couar.*d.ver.clericus verò,*Dec.*d. conſ.*241.Grã *voto* 18 *n.*15.*& ſeqq* Rol.*d.cõſ.*12.*n.*38.*& ſeqq. vol.*2.Vant.*vbi ſup.ſub d.n.*101.Carau.*ſuper ritu* 65.*magnæ curiæ,n.*1.Guido Papæ *deci.* 450. & licèt contrarium tenuerint Bart.*in l.non videtur,la* 1.*n.*1.*ff.de iudi.*Foller. *in pract. cri. fol.* 62.*n.*39.*in fi.*& opinionẽ Bar.ſeruari teſtatur. Aufrer. *in deci. Tholo.*265. & in Gallia idem ſeruari quoad expenſas dixerit Boër.*in loco ſupracitato,*& ſecundùm Bartoli opinionem aliàs fuiſſe iudicatum in Curia Neapolitana , teſtetur Gram. *voto* 27.*in princ.*non tamen recedas à præcedenti opinione,quòd videlicet Iudex ſecularis non poſſit Clericum,nec in expenſis condemnare,nec ratione contumaciæ mulctam imponere,quia contra Bart.eſt vera & communis * opinio,teſte Cauen.*ſuper ritu magnæ curiæ* 235.*n.*11. Et ita apud eum ſeruari,& ab omnibus Iudicib. Deum timentibus, ſeruari debere dixit Clar.*in d.ver.eſt autem,in fine.* Et quòd malè fuerit iudicatum per Curiam Neapolitanam, optimè probat Gram. *d. voto* 27.*per totum* , & Boërium expreſsè reprobat Couar. *d. ver.clericus verò,*nec diſſentit Ignat.Lopez *in pract.crim.canõ. c.*62.*n.*6.*&* 7. vbi tam quoad expenſarum cõdemnationem, quàm quoad mulctam propoſitam ſequitur ſublimitationẽ, vbi acriter reprehendit Franciſcum Auiles , qui in Hiſpania contra eam ſententiam protulit,dicens ipſam iniquiſſimè,& contra ſacras iuris Pontificij conſtitutiones iudicaſſe.

18 ¶ Ampliа VIII. Regulam, † vt multò magis procedat in cauſis ſpiritualibus, in quibus laicus Iudex nullatenus ſine Romani Pontificis licentia ſe intromittere poteſt, *c. decernimus,c.quãto,de iud.c.lator.,c.cauſam,quæ,qui fil.ſint legi.c.tuã de ord.cogn.*gl.*in c.ſi Iudex,in verbo,ſpirituali, de ſentent.excõ. in* 6.*auth.cauſa,& auth.ſtatuimus,* (.*de Epiſc.& cler.*cũ aliis per Vat.*in ti.de nullit.ex defect.iuriſdict.n.*54.*& ſeqq.plurib.*& per Viuiũ *in comm.opin.ver.Iudex laicus,*ibi de cõmuni,* cũ * qua concordat conſtitutio fel.recordat. Pij Papæ IV. *de non admitten. appella. &c.* ſub datum Romæ apud ſanctũ Petrũ, xii.Kal.Iunij anno ſexto 1565.*prope fi.* expreſsè mandans, quòd in cauſis Clericorum criminalibus merè eccleſiaſticis ordinarij eccleſiaſtici priuatiuè ad ſeculares Iudices cognoſcãt.Multa in propoſito tradit Arnal.Albert.*in trac.de agnoſ. aſſert.cathol.hæret.q.*25.*n.*51.*& ſeqq.*vbi *n.*56.*&* 57. ampliãdo hanc concluſionem dicit,quòd confeſſio facta corã Iudice ſeculari in caſu ſpirituali,nihil cõtra confitentem probat.

¶ Cauſæ autem ſpirituales ſunt quæcunque de ordinibus, 19 gradibus, ſacramẽtis, obſeruationibus,aliiſque eccleſiaſticis 20 rebus tractant, & quidquid denique inter quoſcũque Chriſtianos contingens ortum habet ex aliquo, quod ſpecialiter ad Eccleſiam pertineat. Id inquã inter ſpirituales computatur cauſas,teſte Couar.*prac.q.c.*31.*n.*2.*ſub.ver.Prima concluſio.*Item cauſæ ſpirituales ſunt hæ,hæreſis,ſacrilegij,vſurarũ, adulterij,ſimoniæ,periurij;item cauſæ electionum, poſtulationum,prouiſionum,dignitatum,officiorũ, canonicatuum, aut quarumuis rerum eccleſiaſticarum, vel ad Eccleſiã pertinentium,vt ſuper decimis,matrimoniis, cauſis nataliũ, iuris patronatus,& aliis de quibus per Vãt. *in d.tit.de nullit.ex defec.iuriſd.n.*54.*& in clẽ.diſpendioſã,de iud.*& per gl.*in ſumma* 11.*q.*1.*& in c.ex tenore,de foro cõp.& in c ſi.in prin.de iud. in* 6.*& in c. cùm ſit generale,de foro comp. c.vt inquiſitionis,* §. *prohibemus,de har.in* 6.*c.cùm tu,extr.de vſur.c.ſi.de foro cõp.in* 6.*c.nouit,in fi.de iudic.*gl.*in c.*1.*de offic.ordin.& in c.quantò,de iud.& c.de iure,extr. de iure patronatus,* quibus addo etiã Sigiſmun.Scacciã *in tract.de iud.cauſ.ciuil.cri.l.*1.*c.*11.*n.*50.*&* 51.vbi pariter inter cauſas ſpirituales,& eccleſiaſticas ponit cauſam vſurarũ ciuiliter intentatam, item matrimonij,legitimationis,iuris patronatus,decimarũ,hæreſis,& ſimoniæ.

¶ Amplia præcedentem ampliationem , quòd quando opponitur coram Iudice ſeculari,aliqua exceptio vſurarum, vel alia quæ ſit aliter ſpiritualis,propter quam ſpiritualitatẽ cauſa ſit remittenda ad Iudicem eccleſiaſticum,iuxta terminos *d.c.tuam,de ord.cogni. c.lator,qui fil.ſint legi.*cũ aliis ſuprà allegatis,non poteſt Iudex laicus præfigere tempus excipiẽti,infra quod oppoſitam coram ipſo exemptionem probare debeat coram Iudice eccleſiaſtico:hoc enim eſſet in alienam iuriſdictionem manumittere , legem ſuperiori imponere, quod non licet, *c. ex inſinuatione, extr. de appellat.* tradit Iaſ. *in l.*2.*n.* 12. *&* 15. vbi teſtatur de communi * opinione. * *ff.de re iudic.* cum aliis per Ioſeph. Maſcar. poſt hæc ſcripta viſum,*in ſuo tract.de probat.concl.*689.*n.*1.*& ſeqq.l.*2.vbi latè hanc ampliationem declarat,& illum adeas.

¶ Limitando dictam ampliationem aduerte, ſecundũ Arnal.Albert.*in tract.de agnoſcen.aſſert.cath. & hæret.d.q.*25. *n.*54.*& ſeqq.* quòd cauſarum ſpiritualiũ ſuprà deſcriptarum quædam ſunt merè ſpirituales, & eccleſiaſticę, & nullo modo ad laicos ſpectantes;prout eſt cauſa excommunicationis. hæreſis,& ſimoniæ ; & quædam aliæ ſunt talis natusæ , vt nullo modo cadant in laicum;ſed earum eccleſiaſtici ſolùm sũt capaces;prout eſt ad dignitates,ſeu beneficia eccleſiaſtica eligere,ordinem conferre,Eccleſias poſſidere,vel de ipſis ordinare,& his ſimilia. Quædam autem ſunt cauſæ, quæ licèt ſpirituales ſint, cadũt tamen in laicis,prout eſt cauſa matrimonij,ſacrilegij, periurij, vſurarum,& ſimiles. In primis duabus ſpeciebus cauſarum, videlicet in merè ſpiritualibus & eccleſiaſticis ; item & in illis, quæ nullo modo cadunt in laicum,Iudex ſecularis non poteſt cognoſcere, etiam quòd quis incidat ſuper facto. In tertia verò ſpecie cauſarũ ſpiritualium,earũ ſcil. quæ & in laicis cadere poſſunt, ſi quæſtio incidat ſuper facto,poterit de ea Iudex ſecularis cognoſcere, vt ibi per eum,& rariùs dixi *infrà n.*25.*in* 11.*ampliatione.*

¶ Et hanc materiam,quando ſcilicet ſecularis Iudex poſſit de ſpirituali cauſa cognoſcere,vltra hîc tradita,*& infrà,n.* 25.*in* 11.*ampliatio.*vide Rom.Alex.& alios *in l.Titia,ff.ſolu. matr.* vbi ad hãc regulam negatiuam dãtur plures limitationes,Iaſ.*in leg.quoties,C.de iudi.*vbi dat quatuor limitationes, Petraſan.*ſing.*58.*licèt Iudex,* vbi ponit vnã limitationẽ. Vãt.

tit.de

*tit.de nullit.ex defe.iurisd.n.54.& seqq.*Menoc.*in 3.remed.retinen.possess.n.338.340.& 343.* vbi ponit tres alias limitationes.

21 ¶ AMPLIA IX. † Quòd Iudex laicus in clericorum causa non procedit,siue personali, siue etiam reali agatur actione, Vant.*tit.de nullit.ex defec.iurisd.n.54.ver.quæ procedunt*,Rola. *cons.12.n.37.& cons.23.n.13. vol.* 2. plures refert Tiraq.*de retract.lignag.*§.32.glo.1.*sub num.*80. de communi.Villalob.*in com.opin.vers.clericus,n.*70.de magis cõmuni. Ioachin. Minsinger.*obser.22.cent.*1.& licèt in cõtrariam sententiã inclinare videantur idẽ Ioachin.*d.obser.* 22. & ante eũ Guido Papæ *decis.*136.Anc.*in c.1.de cler.coniu.l.6.* Nouel.*in addit.ad regulas Petri Duenas,reg.*20.*in 2.lim.* Ioan Fab.*in* §.*fi.col.2.Inst.de satisd.*Aufr.*in cle.1.de q.ord.reg.2.n.5.*Guliel.de Bene.*in c.Rayd.de test.verbo,& vxorem.in 2.n.*322.Boër.*decis.*69.*n.*20.& alij relati per eundem Tiraq. *de retract. lignag.d.* §. 32.*glo.*1.*n.*1. Andr.Gayl.*obseru.37.n.* 4.*lib.*1: Aduerte tamen quòd horum Doctorum authoritates procedunt nõ de iure, sed de locali apud eos consuetudine,de qua ipsi testãtur, quam valere & ad alias regiones non extendi,optimè dixit Couar. *pract.q.d.* 31.*n.*5.*vers.*2.*ex præmissa resolu.prope fi.*& declarat Menoc.*in d.*3.*remed.retinen.poss.n.*353.Sigism.Scac. *de iud.can.ciuil.cri. lib.*1.*c.*11.*n.*30.*iuncto num.*28. vbi pariter relatis & reprobatis contrariis testatur de magis * communi opinione, eámque * ampliat procedere quo ad omnia bona patrimonialia clericorũ, per tex.*in c.quanquam.de censib.in* 6.*& in c.similiter,*16.*q.*1.cum aliis ibi per eum allegatis,licet bene verum sit,quòd isto casu Iudex competens erit Iudex loci, vbi res sita est; non autem loci, vbi commoratur clericus ecclesiasticus: & tamen,vt ibi per eum,*num.*31.

22 ¶ LIMITA I. † Hanc nonam ampliationem non procedere in causa feudali, in qua clericus potest coram domino feudi,etiã quòd laicus sit,conueniri,secundum communem, * * de qua testantur Marian.*in cap.ex transmissa,in* 5.*lim.de foro comp.*Felin.*in c.verum,post n.*3.*vers.tenent mod.eod.ti.* Ia. de S. Geor.*de feud.in verbo,& dicti vassall.*Decius *in c.cæterùm, nu.* 4. *de iud.* & de seruata opinione testantur pariter Arch. *in c. vnico,de cler.coniug.in* 6.Guido Papæ *decis.*139.*n.*1.*in fi.* quos refert & sequitur Clar.qui & de magis * communi, & apud * eum seruata opinione etiam testatur *in* §. *feudum, quæst.* 90. *vers.sed quid si vassalli,& seqq.*quibus addo Villalob.*in comm. opin.verbo,clericus,n.*27.Ioachin.*d.obser.22.cent.*1.*in fine*, & Iac.Menoc.*de retin.poss.rem.3.n.*396.*& seq.& n.*409.*& seq.*vbi pulchre agit de materia. Et hoc siue agatur petitorio de proprietate ipsius feudi, siue etiam possessorio de sola feudi possessione, secundùm communem,*de qua post alios,quos allegat,testatur idem Clarus *dicta q.*90.*ver. quæ quidem cõmunis opinio,*& Villalob.*dict.ver.clericus,n.*74. quicquid in contrarium dixerit glo.*in cap.cæterùm,in verbo.quandiu parati,de iud.*quæ cõmuniter *reprobatur teste Baldo,Aret.& Decian. * *in d.c.cæterùm,*& Villalob. *dic. n.* 74. vbi tamen dicit, quòd si in causa feudali intentatur emenda iniuriæ,vel damni passi,vel quando agitur criminaliter de possessione ad pœnam, tùnc Iudex ordinarius.& non dominus feudi cognoscit, secund.Imo.& Moder. *in d. c. cæterùm.* Addo pro hac eadem I. limitatione,Sigismun.Scac.*de iud.caus.ciuil. crimin.lib.*1.*cap.* 11.*n.*97.vbi in idem allegat etiam Andr. Gayl.*obseruat.*37.*n.* 3.*lib.*1.*& in tract.de pac.publi.cap.*8.*sub n.*9.*pariter lib.* 1. ac deinde hanc eandem limitationem ampliat vno modo, vt ibi per eum,ad quem *in hoc te remitto.*

23 ¶ LIMITA II.Hanc † eandem nonam ampliationem generaliter in omni causa possessorij, in qua etiam quòd de re ecclesiastica agatur, laicus Iudex competens est, secundùm * magis cõmunem * Doctorum opinionem, quam vltra alios tenuerunt plures relati per Menoch.*in d.tract.de recup.pos.in* 15.*remed.num.*210.*& seqq.*vbi *iuncto num.*222.hanc ipse nedum receptiorem,sed & in pluribus locis & nouiter de anno 1562. in Pedemõtium Senatu seruatam testatur sentẽtiam, quam etiã sequitur Ioach. Minsing.*obseruat.*67.*cent.*2.& iterum comprobat idem Menoch.*in 3.retinen.possess.remed.num.* 327.& ante eum tam Legistarum, quàm Canonistarum dixit magis communem * Osasc.*decis.Pedem.*116.*n.*1. [& idẽ * testatus est *in cons.*54.*in fi. vers.quod verò pertinet,post hæc scripta habito*; prout etiam hanc eandem limitationem sæpius apud eum,in eodem Senatu Pedemontano obseruatã, pluribus comprobat,& tam in possessorio retinendæ,quàm etiam reintegrandæ aut recuperandæ locum habere ex ibi per eum relatis testatur Ant. Thesaur. quem pariter post huius libri primam impressionem habui,*in decis Pedem.*82.*n.*1.*& seqq.* Sed quid in possessorio adipiscendæ,vide *infr. vers.Sublimita secundò.*]

¶ SVBLIMITA I.Hanc secundam limitationem non procedere, quando in eadem causa possessoria cognoscendum est de titulo possessoris:laicum enim non esse competentem Iudicem in causis possessoriis,quæ per titulum iustificari debent,dixerunt Imola *in clemen. dispendiosam, in fin. de iudic.* Bero.*in rubr.de iud.n.*52.*&* 53. Couar.*pract.quæst.c.*35. *num.* 1.*in vers.ex quo patet,&c.*Menoch.*dict.*3.*remed.retinen possess. num.*328.*& pluribus sequentib.vsque ad n.* 346. vbi hanc sublimitationem declarat.

LIMITA iterum præcedentem primam sublimitationem,secundùm Menoch.*vbi supr.in loco nuper citato*, tribus modis. Primò,vt procedat, quando in causa possessorij de titulo principaliter cognoscitur: tunc enim in ea laicus Iudex incompetens est:secus si incidenter, summariè, vel coloratè sufficiat de titulo docere; quia isto casu tituli cognitio non tollit laico in possessoria causa iurisdictionem,Ripa *lib.*2.*responsi. c.vlt.n.*1. Nauar. *in repet.cap. cùm contingat, pag.* 149. *vers.quarta ideo non obstat,de rescript.*

¶ LIMITA II. Vt dicta sublimitatio non procedat, quando de titulo, vel notoriè ex actis, vel ex partis confessione constaret: hoc enim casu in causa possessoria Iudex laicus cognoscit,etiam quòd de titulo sit quæstio, secundùm communem,*de qua per Dec.*in c.*3.*n.*24.*vers.*2.*prædicta,de iud.* * etsi ipse ab ea dissentiat.Aym.*cons.*258.*n.*4. *vers. confirmatur ista ratio,*Osasc.*dec.*116.*n.*3.Nauar.*in d.c.cùm contingat,d pag.* 149.*ver.tertiò ideo non obstat,& vers.Quintò facit.*cum aliis ibi per eum allegatis, *n.* 338. vbi ex Rom. Anc. Ale. & Bald.in pluribus locis facit generalem conclusionem, quod laicus potest cognoscere de causa spirituali, cùm de ea per partis confessionem constat.

¶ LIMITA III.Vt pariter eadẽ prima sublimitatio nõ procedat,quando pars non opponit:parte enim non opponente Iudex laicus in causa possessorij cognoscit,etiam quòd tituli iustificatio facienda sit,secund.Anch.Rom.Aym.Calder. & alios,quos ibi allegat,*n.*343.& hìc eos repetere opus non est.

¶ SVBLIMITA II. Dictam secundam limitationem huius nonæ ampliationis, vt procedat, quando scilicet agitur inter duos laicos, vel quando inter clericũ actorem & laicum: remittunt enim etiã quòd agatur de beneficiali, seu ecclesiastica ac spirituali,quæstio tamen cùm de sola possessione tractetur,facti est, ideo potest à Iudice laico definiri;secus verò si agatur inter duos clericos, vel si inter laicũ actorẽ & clericũ reum:tũc enim licèt causa respectu possessionis nõ dicatur spiritualis,quia de solo facto quæstio est:ratione tamen personarũ, in quibus laicus non potest quouis modo ius dicere, spiritualis erit. Quo enim modo poterit Iudex laicus clericũ reum,puta spoliatorẽ citare & cogere, vt quod sustulit,restituat,si in eum nullam habet iurisdictionẽ?Certè nullo modo, ideo verius dicere est, isto casu clericum, nec etiam in causa possessorij,posse coram Iudice laico cõueniri;sicut post alios expressè adnotarũt Couar.*pract.q.c.*35.*n.*1.[*vers.Quamobrem opinor.*]Menoch.*in d.*15.*remed.recuper.possess.n.* 223. *&* 224. *& in eod.*3.*remed.retinen.possess.n.* 324. *& sequentib. pluribus,* Rolan.*cons.*23.*vol.*2. Vrsil. *in addit. ad Afflict.dec.* 2. quibus in locis,relatis, & confutatis contrariis rationibus & authoritatibus hanc reperies de iure veriorem esse opinionem;& licèt Sigism. Scac. post huius libri secundam impressionem habitus *in tract.de iud.caus.ciuil.crim.lib.*1.*c.*11.*num.* 95.post Spec.Affl.Maran.& Vrsil.*in locis per eum relatis* dixerit,laicũ spoliatũ posse corã Iudice laico conuenire spoliatorem clericum ad restitutionem possessionis;est tamen aduertendum, quòd non loquitur generaliter & simpliciter, sed tantùm in casu, quo fit generalis citatio contra quoscunque, qui sua putauerint interesse. De quo dixi *supr.num.*87.*& seqq.*

¶ Procedit autem multò magis proposita secunda sublimitatio in possessorio adipiscendæ, in quo Iudex laicus nunquam est competẽs inter duos clericos, vel inter laicũ actorem,& clericũ reum,sicuti affirmarunt omnes,* teste Bero. * *in rubr.extr.de iudic.n.*51.Aym.*cõs.*104.*n.*17.*vers.*Nec obstat. Couar.*d.c.*35.*num.*1.*ver.*1.*concl.*..Guid.Pap.*q.*1. [Natta *cons.*

411. Affl. *in constit. Regni, lib. 1. rub. 67. n. 12.* [Habet enim hoc iudiciũ adipiscendæ possessionis annexam proprietatis causam, quę in spiritualib. à laico tractari minimè potest, *c. tuam. de ordin. cog. c. lator, qui fil. sint leg.* & licèt Igneus *in l. necessarios, §. non alias, 2. par. n. 42. ff. ad Syllan.* aliter senserit, eius tamen opinio falsa est, sicuti adnotarunt Menoch. *in dict. 15. remedio, n. 235.* & Vant. *in tit. de nullit. ex defect. iurisd. num. 54. vers. siue ageretur.* [Et licèt rursus, quòd immò etiã in possessorio adipiscendæ Iudicem laicum esse competentem, etsi de causa beneficiali, & ecclesiastica agatur sæpius apud eum, in Senatu Pedemontano seruatum testetur idẽ Ant. Thesaur. *d. dec. Pedem. 82. n. 3. &* 4. vbi etiam plures alios refert concordantes Doctores, qui generaliter loquuntur in omni possessorio, & adipiscendæ; & loquitur idem Antonius Thesaur. etiam quòd causa inter clericos agatur, *vt ibid. n. 1. in princ. & in fine.* & ita etiam seruari testetur in Regno Franciæ, Neapolis, & Lusitaniæ. Ego tamen nunquam in iudicando recederem à proposita sublimitatione, quando agitur inter duos clericos, vel quando inter laicum actorẽ, & clericum reum. Satis enim & inconuincibiliter tũc vrget ratio per Menoch. *vbi sup.* deducta: quòd sc. non potest laicus Iudex clericum cõpellere ad restitutionẽ. Nec me mouet contraria locorum obseruantia, & consuetudo, in qua præcipuè fundat se Ant. Thes. *d. decis. Ped. 82. post n. 4.* quia talis consuetudo est improbata à iure, vt *supr.* probaui, *n. 3.* & in proposito scripsit Couar. *pra. q. d. c. 37. n. 1. in fin. vers. immò nec valet consuetudo.*]

¶ Limita III. Hanc nonam ampliationem non procedere, quando Iudex ecclesiasticus esset negligens in administranda iustitia ipsi clerico; in realibus enim potest Iudex & Princeps laicus supplere negligentiam Iudicis ecclesiastici, gl. *in c. filius, in vers. Regi, 16. q. 7.* Host. *in sum. de fo. cõp. §. liquet etiam, ver. sed nunquid Iudex secularis. & c. qualiter, in prin. de iud.* & probat text. *in c. filiis, 16. q. 7.* & latè comprobat idem Menoch. *d. 3. remed. retinen. poss. n. 354. & seqq.* vbi in hoc reprobat Abb. & Maria. Soc. contrarium tenentes.

24 ¶ Amplia X. † Principalem huius quæstionis regulam, vt in causis spiritualibus laicus nec etiam arbiter esse possit, * *c. contingit,* & ibi communiter * Doctores, *extr. de arbitr.*

¶ Limita I. Hanc decimam ampliationem, vt licèt non possit esse arbiter, bene tamẽ poterit esse arbitrator, secund. Host. Io. de Anan. Spec. Bal. Anc. & alios, quos refert & se-
* quitur Dec. in *c. 2. n. 2. extra de iud.* vbi testatur de communi* opinione, de qua etiã per Villalob. *in com. opin. verbo, laicus, n. 3.* & per Sigismund. Scacciam *vbi sup. d. c. 11. n. 37.* & per Couarr. *in Epit. de sponsal. c. 8. §. 12. n. 2.* vbi hanc primam declarationem sublimitat non procedere in illis spiritualibus, in quibus transigere non licet; prout est causa matrimonij: de iis enim causis, nec etiam in laicum arbitratorem compromitti potest, secund. Ripam *in d. c. 2. n. 13. de iud.* quem & ipse sequitur, & dicetur *infr. in hac q. n. 147.*

¶ Limita II. Eandem decimam ampliationem, quòd licèt laicus de se, & solus non possit esse arbiter in causa spirituali: bene tamẽ poterit esse insimul cum clerico, *c. per tuas, extr. de arb.* Fel. *in d. c. 2. n. 8. de iud.* Hippol. *sing. 180.* Couarr. *pract. q. c. 34. sub n 1.* vbi huius declarationis reddendo rationem dicit, quòd laicus prohibetur esse arbiter in causa spirituali; non quia incapax sit, sed iure cuiusdam honestatis, vt explicat Abb. *in c. cùm dilectus, de arb.* & Fel. *d. n. 8.* quæ honestatis ratio cessare videtur, quoties laicus & clericus simul arbitrium suscipiũt de spirituali; & propterea idem esse affirmat, nedũ si compromissum fiat in clericũ & laicũ: sed etiam si in duos laicos & vnum clericũ. Et secundùm prædicta, ne erres, declarare poteris trad. per Ioach. Minsing. *in sua obser. 67. cent. 2. in fin.* vbi simpliciter dicit, quòd clerici possũt cõsentire in sententiam laicorum tanquam per pactũ, quia id intelligi debet, vt suprà dixi, velut in arbitratorem, vel simul cum clerico; aliàs esset de directo contra text. *in d. c. contingit,* & hoc modo Fel. & Abb. per eum allegati loquuntur.

25 ¶ Amplia XI. Regulam, † vt Iudex laicus in spiritualibus causis se intromittere nequeat, siue principaliter, siue etiam incidenter de illis agatur: ita enim probat text. *in ca. tuam, de ord. cogn. in c. lator, qui fil. sint leg. in c. si Iudex laicus, de sent. excomm. in 6.* & expressè vltra supr. allegatos, *n. 18. in 8. ampliat.* tradit Dec. *in c. at si clerici, n. 30. in fin. de iud.* & Diaz.
* *reg. 362. in prin.* & communiter * ab omnibus tenetur.

¶ Limita Principaliter hanc vndecimam ampliationem procedere, quando quæstio in causa spirituali incidens esset iuris; secus si facti, quia in quæstione facti incidenti in causa spirituali, dummodo etiam factum sit ab omni spiritualitate abstractum, Iudex laicus competens est. Ita enim declarant Bart. Alex. & Ias. *in l. quoties, C. de iud.* Alex & Rom. *in l. Titia, ff. solu. matr.* Capic. *decis. 7. n. 23.* Ferrar. *caut. 53.* Aymo. *cõs. 253. n. 2. & cõs. 258. n. 1.* Bart. *in l. 2. ff. de iurisd. om. Iud.* Abb. *in c. post miserabilẽ, de vsur. & in c. cùm sit generale,* vbi etiã Feli. *col. 3. de foro comp.* Ripa *in c. 2. n. 17. de iud.* Affl. *decis. 219.* Rol. *cons. 12. n. 24. vol. 2.* Vant. *in tit. de nullit. ex defe. iurisdict. n. 54. in fi. vers. quãuis si esset quæstio non iuris, sed alicuius facti, &c.* Petrasa. *sing. 96. & sing. 58.* vbi æquiparat in hoc quæstionẽ facti, & quæstionem iuris municipalis. Et quicquid in contrarium dixerit Dec. *in d. l. 2. n. 24. extr. de Iud.* & ante eũ Imol. & Raphaël *in d. l. Titia,* Io. And. & Rõ. per Deciũ relati, ita est cõmunis * * Doct. opinio, sicuti post Rom. & Alex. *in ead. l. Titia,* testantur Cou. *in Epit. de spons. c. 8. §. 12. n. 3.* Turzan. *in co. opi. 90.* & Villal. *in co. opi. verbo, Iudex secularis, n. 107. & seqq.* à qua nec etiam dissentire videtur Menoc. *in d. 15. remed. recuperan. poss. n. 338.* & expressè eam approbando dixit magis à Doctoribus sequutam & receptã *in 3. remedio retin. poss. n. 336.* & de communi etiam Arnal. Alber. *in tract. de agnos. assert. catho. & hær. q. 25. n. 52. in fi. & n. 54. pariter in fi. vbi n. 51. & seqq.* latè comprobat limitationem, *& num. 53.* remissiuè ponit, quando dicatur quæstio iuris, & quando facti.

¶ Sublimita I. Hanc limitationem procedere, quando quæstio facti in causa spirituali vertitur inter laicos: secus si inter clericos, quia tũc etiã quòd de solo facto agatur, Iudex laicus competens non est, qui inter clericos nullo modo ius dicere potest, *auth. statuimus, C. de Epis. & cler.* ita expressè declarando hãc materiam tradit Menoch. *in loco supracitato, n. 211. & 223.* & expressè etiã declarat Rol. *cõs. 12. n. 38. & seqq. vol. 2.* adducẽs Abb. *in c. si diligẽti, col. pe. de fo. com.* vbi expressè tradit, quòd Iudex secularis nullo modo, nec principaliter, nec incidenter potest esse Iudex contra clericum, & propter hoc infert, quòd ratione contumaciæ non potest clericum mulctare; & facit tex. *in c. si Iudex laicus, de sent. excõ. in 6.* vbi licèt aliàs Iudex, qui non habet potestatem in causa principali, possit incidenter cognoscere, an ipse sit Iudex, *c. super literis, de resci.* hoc tamen non habet locum in Iudice seculari contra clericum, *d. cap. si Iudex laicus,* quia tali casu agitur de condemnatione personę ipsius clerici, in quam laicus nullam habet potestatem; & ideo ibi inquit Dominicus, quòd Iudex secularis inter clericos non est competens Iudex, etiam incidenter per viam exceptionis, Arnal. Albe. *d. q. 25. n. 54. d. tract.* Vant. *de nullit. ex defec. iurisdict. n. 68.*

¶ Sublimita II. Prædicta non procedere, quando Iudex ecclesiasticus inhibuisset Iudici seculari, ne se intromitteret in quæstione spirituali, etiam super solo facto consistente: nam si hęc inhibitio emanauit immediatè, & antequã Iudex laic. inceperit cognoscere super illa facti q. non potest se in ea ampl. intromittere; & ideo cautela est, vt oblata incidenti super spirituali causa quæstione etiam facti coram seculari Iudice, is, cuius interest, statim ecclesiasticum Iudicem adeat, ab eóque petat, vt illius quæstionis cognitionem assumat, laicumque inhibeat: qua emanata inhibitione, antequam Iudex laicus de causa cognoscere incipiat, illa terminanda erit per Iudicem ecclesiasticum, & non secularem, sec. Ger. *d. sing. 96.* Bal But. & alios, quos referendo sequitur.

¶ Sublimita III. Vt prædicta limitatio procedat, quãdo quæstio in causa spirituali cõtingẽs solùm in facto cõsisteret: secus si partim in facto, & partim in iure, & sic esset mixta & inseparabilis: hoc enim casu magis dignũ trahit ad se minùs dignum, & propterea huiusmodi quęstio, etiam quòd aliquid facti cõtineat, erit per ecclesiasticũ Iudicẽ, & nõ per secularẽ terminãda, vt pulchrè probat Arn. Alb. *d. q. 25. n. 52. ver. Hoc tamen adiecto, & n. 55. ver. potest etiam aliter responderi,* vbi & cõcordãtes allegat, Meno. *in 3. remedio retinendæ possessn. 328.*

¶ Declara hanc tertiam sublimitationẽ, secun. eund. Men. *in eod. 3. remedio retin. possess. d. n. 328. & seq.* vt procedat, quãdo, scilicet, iuris quæstio principaliter tractatur, sicut quæstio facti: tunc enim cũ causa efficiatur mixta, illius laicus Iudex capax nõ est, secus si nõ principaliter, sed incidẽter iuris quęstio ad facti quæstionẽ veniret: hoc. n. casu mixtũ regulatur à

principali

principali quæstione; & ideo non facit, quin in ea causa laicus Iudex competens sit, vt ibi per eum, qui propterea infert, quòd quando in causa possessorij, quæ facti est, incidenter de titulo, qui iuris est, tractatur, etiam quòd sit mixta, & sic partim iuris, & partim facti: non tamen per hoc laicus desinit esse Iudex; quod tamen secus esset, si principaliter de titulo, sicut de possessione tractaretur, de quo etiam dixi *supra, nu.* 23. vbi videas.

¶ Svblimita IV. Vt eadem limitatio data ad hanc vndecimã ampliationem locum habeat & procedat in illis causis spiritualibus, quæ non sunt merè spirituales, vel aliquo modo cadunt in laicos; vtputà matrimonij, vsurarum, periurij & similibus, in iis inquam quæstio in facto incidens ad secularem Iudicem spectat: secus in causis merè spiritualib. putà hæresis, simoniæ, & excõmunicationis. Item secus in causis, quæ nullo modo cadunt in laicos; putà electionis, ordinis, & aliarum, de quib. suprà dixi *in* 8. *ampliatione, n.* 19. in quib. etiam quòd quæstio incidat super facto, adhuc tamen per ecclesiasticum Iudicem terminatur, vt pulchrè per Arna. Alber. *d.q.* 25. *n.* 54. *&* 55. & per Menoc. *in* 15. *remed. recup. possess. num.* 211. vbi quòd in causis spiritualibus ratione rei, sed in temporalibus ratione personarum, prout est causa matrimonij, & vsurarum, quæstio incidens super facto cognoscitur à Iudice seculari: secus in causis spiritualibus, & ratione rei, & ratione personarum.

26 ¶ Amplia XII. Regulam principalem (& hæc ampliatio illatiuè procedit ex præcedenti) quòd licèt nonnulli simpliciter dixerint clericum falsum deponẽtem coram Iudice laico, posse ab eo puniri, secundùm glo. Cy. & Bald. *in l. nullũ, C. de testibus*, Marsil. *in l. fin. n.* 152. *ff. de iurisd. om. iudi.* Alex. *in addi. ad Bart. in l.* 1. *in* 2. *oppos. ff. de iudi.* Bald. *in l.* 1. *in fine, Cod. quomo. & quan. Iud.* Soc. *col. penul. vol.* 3. item alij distinguendo tradiderint, posse Iudicem laicum ex officio, licèt non ad instantiam partis pecuniariter tantùm clericum falsum coram eo deponentem punire, inter quos fuit Fed. *consil.* 93. *factum tale*, Gulielm. de Bened. *in* 1. *par. repe. ca Raynutius, n.* 142. quem refert Chass. *super consuet. Burgun. fol.* 57. *n.* 87. Anc. & Aufrer. *in locis relatis per Decian. in tract. crim. tom.* 1. *lib. quarto, capit.* 9. *n.* 82. verior tamen est opinio, quòd indistinctè, nec ex officio, nec ad instantiam partis, nec corporaliter, nec pecuniariter possit clericus puniri à Iudice laico de falsa depositione coram eo facta, secund. Hostien. Inno. Brun. & Ioan. Andr. *in c. verũ, de foro comp.* Ioan. Andr. *in c. at si clerici*, & ibi. Fel. *col.* 8. *in fin. ver. fortifico, de Iud.* Aret. *de malef. in verbo, falsario, ver. Quæro, testis*, & ibi Aug. *in add. Bal. sibi cõtrarij, in ca.* 2. *col.* 1. *de confess.* Alexand. sibi pariter contrarius, *in addi. ad Bart. in d. l. nullũ*, Soc. *in ca. postulasti, quæst.* 18. *de foro comp.* Sal. & Castren. *in dict. l. nullum*, Curt. iun. *in dict. l.* 1. *n.* 23. *ff. de Iud.* Ioann. Longauil. *in reper. l. imperium, n.* 142. *ff. de iurisd. omn. Iud.* Anchar. *in reg. ea quæst. q.* 18. *de reg. iur. in* 6. Bertach. *in tra. de Epo. in* 5. *par. in* 4. *lib. n.* 63. Ias. *in l.* 1. *§. qui mãdatam, co. pen. ff. de offic. eius*, & hæc sine dubio est magis communis * opinio, sicuti testantur Fel. *in d. c. verum, col.* 3. *versi. contra clericũ*, Afflic. *dec.* 230. *n.* 1. *&* 4. vbi etiam not. quòd est magis secura quoad conscientiam, & ibid. Vrsil. *in add.* Maran. *in Spe. in* 6. *par. in* 12. *act. n.* 4. Roland. *cons.* 12. *n.* 51. *vol.* 2. Diaz. *in pract. crim. Can. cap.* 87. Conrad. *in Bren. tit. de inquisit. nu.* 8. *in* 2. *lim.* Couar. *pract. quæst. ca.* 18. Card. Alexan. *in c. de accusatione, col.* 32. *ver. sed quid si clericus, 2. quæst.* 8. Capyc. *dec.* 2. *n.* 13. Boss. *in tit. de fals. n.* 110. Clar. *in pract. qua.* 38. *ver. sed hic quæro*, vbi etiam dicit, quòd ita apud eum seruatur, Vant. *d. tit. de nullit. ex defe. iurisd. n.* 50. & nouissimè post hæc scripta visus, Seraphinus de Seraphinis, *in suo tract. de priu. iuram. priu.* 132. *n.* 32. [& Brun. à Sole, pariter post hæc impressa habitus, *in suis quæstionib. legalib. quæst.* 34. *n.* 26. *& seqq.* vbi etiã, quòd isto casu Iudex laicus non potest punire clericum coram ipso falsum deponentẽ, nec principaliter, nec incidenter, quib addo Decian. *in tra. cri. tom.* 1. *li.* 4. *ca.* 9. *n.* 22. vbi ampliùs facit generalẽ cõclusionem, quòd clericus nõ potest de crimine à Iudice seculari iudicari, nec principaliter, nec etiam incidẽter per viam exceptionis oppositã; & ibi infert ad clericum calũniatorem in accusando laicum coram Iudice seculari, quòd non poterit ab eodem seculari Iudice de calumnia puniri, & dixi *infrà in* 3. *lib. tit. de oppos. contra dicta test. q.* 67. *n.* 57.

¶ Limitando I. Hanc duodecimam ampliationem, aduertas, quòd licèt Iudex laicus isto casu nullo pacto possit clericum punire, non tamen impeditur crimen falsitatis cognoscere ad effectum expediendi causam principalem. Hoc enim omnes * fatentur, teste Couarru. *d. c.* 18. *in fi. versic. illud verò existimo*, quem sequitur Clar. *in d. vers. sed hic quæro, in fi.* & ante eos not. per Bal. *in l.* 1. *col. fi. in fi. n.* 26. *C. quomo. & quan. Iud.* & per Fed. de Sen. *d. con.* 93. *incip. factum, quod proponitur.* *

¶ Limita II. Eandem duodecimam ampliationem, vt 27
non procedat econtrà, quando scilicet laicus falsum deposuerit coram Iudice ecclesiastico: tũc enim poterit ab eo puniri, & isto casu vterque Iudex, scilicet ecclesiasticus & secularis, potest contra huiusmodi testem procedere, & inter eos erit locus præuentioni, secun. Affl. qui in contingentia facti, per Consi. Neap. decisum fuisse testatur *in dec.* 219. vbi etiã Vrsil. *in addit.* quem secuti sunt Clar. *d. q.* 38. *vers. quæro nunc.* Rol. *d. col.* 12. *& seq. vol.* 2. & optimè declarat Couarr. *pra. q. d. c.* 18 *post n.* 8. *ver. sed & hac in re, & seqq.* [& dixi iterum *infrà in* 3. *lib. tit. de opp. con dict. test. q.* 67. *n.* 31.]

¶ Limita XIII. Regulam, vt nec clericus committens 28
crimen læsæ maiest. contra suum Principem secularẽ, puniri possit à seculari Iudice seu Principe, nisi à Sũmo Põtifice, cùm in hoc habeat speciale priuilegium. Ita post multa concludit Gigas *in tract. de crim. læsæ maie. li.* 1. *rub. quis de crim. læsæ maie. cognoscere possit. n.* 12. *& seqq.* latè consuluit Rol. *con.* 4 *per tot. lib.* 1. vbi huius ampliationis reddendo rationẽ dicit, tale crimẽ non cõmitti per clericũ, quia non potest dici subditus seculari Principi ad trad. per Barba. *con.* 21. *in* 3. *vol. in c. à Ioue principiũ*, & Boër. *in tra. de seditios. col.* 18. *vers. præsuppono etiã* 6. *n.* 3. & ab hac opinione de iure loquẽdo dissentire nõ videtur Clar. *in pra. §. læs. mai. ver. hinc infertur, & in q.* 36. *ver. quær. nunquid clericus*, Boss. *in tit. de crim. læs. maie. n.* 86. *in fi.* Dec. *in tr. cri. tom.* 1. *li.* 4. *c.* 9. *n.* 5. *& n.* 7. vbi absolutè tenet Iudicẽ, aut Principem secularẽ, neque in hoc crimine posse contra clericum procedere, nisi tantũ quo ad priuationem feudorum, licèt de facto contrariũ seruari per Principes seculares testẽtur, prout seruatũ fuisse ante eos testatur Aufr. *in rep. clem.* 1. *de off. or. re.* 1. *n.* 27. Nec dissentire videtur Sigis. Sca. *vbi suprà d.* 11. *n.* 77. vbi pariter refert Clarũ in loco præcitato testãtem de prædicta cõsuetudine. Primò, quòd quatenus vera sit hæc ampliatio (prout est) ratio per Doct. aliquos ac præcipuè per Rol. *vbi sup.* adducta, non videtur nec sufficiẽs, nec cõcludẽs: nã dato, quòd clericus non dicatur committere crimen læsæ maiestatis; nõ per hoc necessariò sequitur, quòd non possit à seculari Iudice puniri. Cùm, vt infrà dicemus *in* 2. *&* 5. *lim. huius octauæ q.* plura dentur delicta qualificata vltra crimẽ lęsæ maiestatis, prout est assassiniũ, parricidium, & similia, in quib. clericus potest à Iudice seculari puniri, & fori priuilegiũ amittit. Ideo inepta, ni fallor, videtur cõsequentia, quòd scil. clericus conspirando, putà contra suũ Principẽ secularẽ, non cõmisit crimen læsæ maiestatis: ergo non potest de tali conspiratione ab eo puniri; & ecõtrà, dato quòd clericus diceretur per talem conspirationem commisisse crimen læsæ maiest. contra Principem secularem, si præfatam rationem, & eius vim attendere velimus; & vtique secundũ eam sequeretur, clericũ tale crimen committentem propter eius atrocitatem, posse à seculari Principe puniri, & tamẽ nulla adest constitutio, quæ id mandet, immò contrariũ verius est: quia, vt optimè adnotauit Boss. *ti. de for. comp. n.* 127. *ex tex. in sup. us allegato c. cùm non ab homine, de iudi.* † clericus seculari iurisdictioni & punitioni subiectus non est, etiam pro quocunque 29
acerbissimo crimine, & nos inf. pleniori manu attingemus. Ideo exposa hac Doctorũ ratione præcedentis ampliationis hanc verã dicas rationem esse, quia scil. pro quocunque crimine etiam enormissimo & atrocissimo, clericus non potest à seculari iudice puniri; prout hanc rationem plurib. in proposito comprobauit Gigas *vbi suprà d. n.* 12. *& seqq.*

¶ Secundò aduerte, quòd illa conclusio, quòd scil. clericus, cùm non sit seculari Principi subditus, non dicatur commit- 30
tere crimen læsæ maie. nõ transit sine difficultate: licèt enim verum sit, quòd tale crimen minimè committatur à non subdito, *ex cle. pastoralis*, cũ ibi not. *de re iud.* & post alios, ad trad. per Rol. *d. cõ.* 4. *n.* 1. *& seq.* & nos Deo dãte dicemus in materia criminis lęsę maie. *inf. in* 3. *lib.* nihilominus ratione vniuersalis dominij, quod Princeps habet in suo Regno, cleric. terrarum subditarum illi Principi, nulli dubium, quòd naturaliter seu

seu originariè dicuntur esse in dominio & ditione ipsius
* Principis, vt per Ioan. And & communiter * Docto. *in c. fin. §. 1 per illum tex. de offi. deleg in 6.* quem refert. & sequitur Gigas *in tract. crim. læsæ maiest. fol. 50. q. 63. li. 1. t. qualiter, & à quibus cri. læsæ maie. commit.* vbi disputat hanc quæstionem, & resoluit, quòd crimen læsæ maiestatis etiam à clerico committatur, prout etiam ita sensisse testatur eund Barb. *in cons. 70. incipien. vbi Christus, col. 11. post p in. in 4. vol.* Præpos. *in c. primis, §. de persona, col. 4. 5. & 6. 2. q. 1.* Et hanc opinionem tanquam veriorem & communem sequitur Decian. *in tract. crim tom. 1 lib. 4. cap. 9. n. 6. in fine.*

¶ Sed his non obstantibus, non recedas ab alia opinione,
* quia tutior est & communis, * vt testantur Card. Alexand. *in d. §. de persona, co. 5. vers. Nõ obstet,* Gomez. *in §. rursus, n. 24. Inst. de act.* Clar. *in d. vers. Hinc infertur.* Eáque defenditur per Rol. *d. cons. 4. vol. 1.* Boss. *tit. de fo. cõp. n. 137. & in tit. de crim. læsæ maie. n. 86.* Arnal. Albe. *in c. quoniam, q. 11. ver. septimò, faillit, & q. 15. 2. co. ve. hinc sumpta, & c. de hær. in 6.* Diaz. *in pra. cri. cã. c. 110.*

¶ Tertiò in d. decimatertia ampliatione aduertas, quòd dum Boss. & Clar. *in iocis suprà allegatis* testantur, apud Principes seculares contrarium eius quod supra dictũ est seruari, & quòd Florẽtiæ suspensus foit quidam Archiepiscopus, vt per Clarũ *in d. §. læsæ maiest. vers hinc infertur*, eósque forsan excusari ipse asserat *in d. q. 36. ver quæro nunquid*, per tex. *in c. perpẽdimus, de sent. ext.* & per ea, quæ dixi paulò superiùs *in*
31 *eadem q. 36. vers. quæro modo.* † ¶ Aduerte, inquã, quòd seculares Principes, & multò magis Iudices, qui pro hoc crimine Clericos carcerare & punire audẽt, male faciunt, primóque mortaliter peccant. Negligentia enim Iudicis, qui tenetur ex debito sui officij Clericum ad ecclesiasticam Curiam remittere, est peccatum mortale. 43. *dist. c. si rector.* Secũdò tenetur idem Iudex seu Princeps nedum ad interesse ipsius Clerici, quem non remisit, verùm etiam ad interesse Ecclesiæ & Iudicis ecclesiastici, *vt in l. si quis ab alio, § fin. ff. de re iud. & in l. stipulationes nõ diuiduntur, in ver. Celsus, ff. de ver. oblig.* Tertiò, ne dum talis Iudex potest excommunicari per Iudicẽ ecclesiasticũ, *c. si. de male.* verùm etiam coërcẽdo & inferendo vim personæ ipsius clerici, incidit in can. *ca. si quis suadẽte diabolo*, secund. Alexand de Neuo *in cõs. 56. n. 14 & seq. & cons. 59. n.* 12 prout illũ refert & sequitur Sigismun. Scac. *de Iud. cau. ciuil. cri. l. 1, ca. 11. n. 47.* Quartò, iudiciaria authoritate & ecclesiasticis feudis, si quæ habet, priuatur, *auth. statuimus, C. de Ep. & Cler. ca. grauẽ. de sent. excõ.* Caueant ideo Iudices ab hac iniqua & pessima de facto obseruãtia: quia, vt inquit Boss. *in t. de cr. læs. maiest. n. 87.* id faciunt in maximũ eorũ animæ præiudiciũ. Nec fundẽt se in excusatione Clari de tex. *in c. perpendimus*, quia ad hoc, vt illius canonis dispositio locum habeat, multa requiruntur, de quibus infrà dixi, *in 2. limitatione.*

32 ¶ Quartò & vltimò circa hanc † decimamtertiam ampliationem aduertas, quòd aliquando Clericus, qui læsæ maiestatis crimen commisit, reperitur non in fortiis Curiæ secularis, sed ecclesiasticæ. Quæro igitur, An isto casu Iudex ecclesiasticus non expectata incorrigibilitate, debeat clericũ huius criminis reum Curiæ seculari tradere? Pro resolutione scias, quòd tex. *in c. si quis laicus, 22. q. 5.* dicit isto casu clericum degradatum; & ita etiam dicit Rom. *in sing. 708.* Dicam tibi dubia, *& cons. 366.* Sed de qua degradatione intelligatur, an de verbali, an verò de actuali, & sic traditione Curiæ seculari, Hoc opus, hic labor est.

¶ Vna fuit opinio, quòd intelligatur de actuali degradatione, quam tenuit Ab. *in c. at si Clerici, in prin. in vltimis verbis c. vt. de Iud.* & Abbatem sequitur Gig. *de crim. læsæ maiest. d. q. 63, n. 1. in fin. fol. 56.* & ante istos Arnal. Alber. *in c. quoniam, in 11. quæst. ver. septimò faillit, & q. 15. 2. col. ver. hinc sumpta, de hær. in 6.* & post istos eam tanquam æquiorem defendit & sequitur Decian. *in tract. crim. tom. 1 lib. 4. c. 9. n. 7.*

¶ Altera & verior videtur opinio, & ea quidem commu-
* nis * negatiua, quòd scilicet isto casu clericus incorrigibilitate non expectata nõ tradatur Curiæ seculari, degradeturque non actualiter, sed verbaliter, & hanc latè defendũt & com-
* munem * testantur Boss. *in tit. de fo. com. n. 136. & seq. & in tit. de cri. læsæ maiest. n. 86.* Cur. iun *cons. 159. n. 1.* Villal. *in com. opin. lit. E, n. 99.* & pro hac communi opinione fortiter stringunt secũd Bol. *vbi sup.* tex. *in c. felicis, de pœnis, in 6. in c. de Ligu. 23. q. 2. item & tex. in c. pe. de hær.* vbi hæreticæ prauitatis inquisitores si habent aliquem eo crimine conuictum, quod grauius & atrocius est crimine læsæ maiestatis, non morti, nec seculari Curiæ tradunt nisi incorrigibilitate sequuta. Ergo multò minùs in crimine læsæ maiestatis.

¶ Verùm & econtrà hanc vltimam opinionem, quæ, vt præfertur, communis * est, multùm vrget, & altera pariter communis, * & forsan magis seruata Doctorum opinio, de qua infrà dixi *in 4. limit. huius octauæ quæstionis*, dum diximus, quòd clericus potest Curiæ seculari tradi, etiam pro aliis qualificatis enormibus & atrocissimis delictis, vltra crimen hæresis & falsi commissi in literis Apostolicis, de quibus ibi. Sed crimen læsæ maiestatis nulli dubium, quòd atrocissimum est: ergo videtur, quòd etiam incorrigibilitate non expectata possit tradi Curiæ seculari.

¶ In hac itaque contrarietate non possum aliter dicere, nisi, vt dixi *in d. 4. lim. prope fi.* quòd videlicet id totum Iudicis arbitrio remittatur, qui læsæ maiestatis reum tunc demum Curiæ seculari debet, si facti & personarum qualitates aggrauantes id suaserint; aliàs secus. Ita in terminis concordando has opiniones in materia criminis læsæ maiestatis tradiderunt Placha *in epit. delict. c. 22. in fi.* & Couar. *variar. reso. lib. 2. c. 2 n. 7. paulò ante vers. tandem his prænotatis.* & est de mente Clari *in d. q. 36. ver. quæro, nunquid, in fine.* & propterea Iudicis arbitrio remissum esse, an isto casu clericus huius rei criminis sit Curiæ seculari tradendus, sensisse videtur Sigismund. Scaccia *vbi suprà, d. c. 11. num. 77.*

¶ Ampliа XIV. Regulam, † vt quando controuersia est, 33
num quis sit clericus, nécne; & quatenus clericus, an clericale priuilegium amiserit, & per consequens à quo Iudice puniri possit? Talis quæstio iurisdictionis cognosci & decidi debet, non per Iudicem secularem; sed ecclesiasticum, tex. est *in c. si Iudex laicus*, & ibi Doc. *de jen. ex. in 6.* per quem tex. ita tradiderunt Rotæ Iudices *in deci. 3. aliàs 202. in c. si clericus, in tit. de sent. exc. in nouis*, Fran. *in c. vnico, col. 3. de cleri. coniu. in 6.* Fulg. *cons. 8. col. 3. lib.* 1. Alex. de Neuo *cons. 56. n. 16. & cons. 59. n. 24. & seq.* Cæp. *cons. crim. 10. n. 6. & seqq. & cons. 11. n. 2. & seq.* Mill. *in pract. cri. persequendi, in § fori præscrip. fol. mihi 92. n. 10.* Boss. *in tit. de fo. comp. n. 101. & 155.* Ale. *cõs. 8. col. pe. ver. & cognoscere, an sit clericus, vol. 1.* Rol. *cons. 4. n. 20. vol. 1.* de cõmuni * * testantur Couar. *pra. q. c. 33. n. 1. sub ver. Primum illud est prænotãdum*; vbi etiam quòd ita apud eum seruatur, Ripa *in cap. decernimus. n. 4. vers. sed cora quo, de iud.* Clar. *in pra. q. 36. ver. dixi clericum, in fi.* vbi de magis cõmuni: cùm enim agatur de ordine, & sic de re ecclesiastica & spirituali, talis causa non potest nisi per Iudicem ecclesiasticũ cognosci, *c. decernimus, c. quanto, de iud. c. lator c. causã quæ, qui fil. sint legit.* cũ aliis suprà adductis *in 8. ampliatione*, & generaliter vbi cõtingit quæstio inter Iudicem ecclesiasticum & secularem super iurisdictione Iudex ecclesiasticus propter maiorem auctoritatẽ, & non secularis de ea cognoscet, secund. Ant. de But, *in c. cæterùm. col. 3. de iud.* Fel. & Dec. *in c. pastoralis, de rescrip.* Ias. *in l. 2. col. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit*, Boss. *d. n. 155.* Couar. *d. vers. primum illud*, vbi per hoc admonet ecclesiasticos Iudices, vt causas & cõtrouersias huiusmodi nõ ambitione defendẽdę iurisdictionis, seu nec liberandi sceleratissimos homines à Iustissima secularium Iudicũ punitione; sed zelo iustitiæ absque vllo animi peculiari affectu, & iuxta iuris Canonici decreta ac sanctiones cognoscant, & decidant. Et licèt Clar. *ind. q. 36. vers. regulariter autem*, apud eum contrarium seruari testetur, & quod ita seruari debere aliàs Senatus Prætori laude in causa cuiusdam Bartholomæi Basilicaperti, qui faciebat se clericũ beneficiatũ 5. Nouembris 1556. rescripserit: non tamẽ in occurrẽti casu recedas à præcedenti ampliatione, quæ nedum communior, * sed & verior & tutior est, *vt suprà* dixi, & c. & * testantur Ioseph. Mascar. post hæc scripta visus, *in suo tract. de proba. lib. 2. concl. 689. n. 7. & seqq. & concl. 961. n. 3 eod. lib. 2.*

¶ Ampliа I. † Hanc decimamquartam Regulam, vt 34
procedat, nedum quando est controuersia super clericatu, sed etiam quando est controuersia super vestibus: vtroque enim casu hæc iurisdictionis causa per ecclesiasticũ Iudicem terminabitur, secun. Domin. *ibi. c. 1. §. fi. in cæteris, in fi. de cler. coniug. in 6.* Cæpol. *d. cons. 11. n. 30.* Rolan. *d. cons. 4. n. 33.* à quibus licèt dissentire videantur Guido Papæ *in dec. 138. & cons. 110. n. 2.* Io. Gall. *in q. 38.* Clar. *d. ver. dixi clericum, in q. 36.* & alij, quos refert Ioseph. Masc. *de prob. lib. 2. concl. 961. n. 4.* &

quos

quos pariter referendo sequitur Decian. *in tract. crim. tom. 1. l. 4. c. 9. n. 95.* Horum tamen opinio vti falsa à canonibus & cõ-
* muni* omnium aliorum sententiæ contraria expressè reprobatur per Couar. *pract. q. d. c. 33. sub n. 1.* & Sigismund. Scacciam *d. c. 11. n. 88.* Ignat. Lopez *in pract. crim. canon. ca. 62. n. 14.* sequitur idem Ioseph. Mascard. *in eodem suo tract. de proba. d. concluſ. 689. n. 8. & seqq.* vbi tamen dicit, quòd si statim potest probari, quem non incidere in tonsura, quæ putà statim potest ad oculum videri deposito bireto: tunc si quis allegaret se clericum, & incederet in habitu & tonsura; si Iudex secularis statim denudato capite contrarium cognouerit, poterit denegare remissionem ad Iudicem ecclesiasticum tanquam calumnioſam, vt per Dom. & Franc. *in c. 2. §. 1. col. 2. de cler. coniug. in 6.* & per Steph. Aufrer. *in tract. de potest. secul. eccl. in 25 fall.* nec dissentit Deciã. *d. c. 9. n. 110.* & Sigis. Scac. *d. cap. 11. n. 89.* immò licèt Iudex secularis non possit de clericatu & habitu clerici cognoscere ad effectum, vt pronunciet, an ipse captus sit verè clericus, nécne, & an incesserit in habitu ad hoc, vt inde sequatur declaratio, an amiserit, vel nõ amiserit priuilegium fori; potest tamen talẽ informationẽ summariè recipere ad effectum, vt illum remittat ad Iudicem ecclesiasticum, ex Arch. & Ant. de Butr. in locis ibi per eum relatis.

35 ¶ AMPLIA II.† Eandem decimamquartam regulã, quòd dum ecclesiasticus Iudex cognoscit super controuersia prædicta, secularis Iudex supersedere debet, & hoc nullam habet difficultatem: aliàs enim elusoria esset cognitio Iudicis ecclesiastici, si interim secularis Iudex posset torquere & condemnare reum captum. Ita enim tradunt Cæpol. Mill. Roland. &
* Couar. suprà allegati, & communiter* omnes, à quibus nec dissentire videtur Sigismun. Scaccia. *d. c. 11. n. 90.*

36 ¶ LIMITA I.† Dictam decimamquartam ampliationem, quòd dum hæc iurisdictionis controuersia cognoscitur per Iudicem ecclesiasticum, clericus captus à Iudice seculari debet custodiri, & carceratus remanere apud Iudicem secularem, si captus fuit in laicali habitu: si verò fuit captus in habitu clericali, vel fama erat publica, quòd ille esset clericus, vel si communiter pro clerico reputaretur, statim remitti debet custodiendus ad Iudicem ecclesiasticũ etiam ante cognitionẽ causæ iurisdictionalis. Ita enim probat tex. *in d. c. si Iudex laicus*, ibi, *sed si notoriũ, & c. & ver. fi.* iuncta glos. *de sent. excommu. in 6.* latè Alex. de Neuo *d. con. 59. n. 24. & seqq.* Couar. *d. c. 33. n. 3. ver. fortassis in hac materia*, Boss. *d. ti. de foro cõpet. n. 151. & seqq.* Mill. *in pract. crim. persequendi, §. fori præscriptio, n. 11. & 12. fol. mihi 92.* Et licèt Afflict. *in 1. part. constitutionũ Regni, ru. 3. post n. 19.* simpliciter dicat apud eũ seruari, quòd clericus ita captus debet remanere apud Iudicẽ secularem, donec per Iudicem ecclesiasticum fuerit super clericatu iudicatũ, & Afflictũ referendo sequi videatur Clarus *in d. q. 36. ver. regulariter autem*, eorum tamen dicta intelligas, secundũ præcedentia, vt scilicet procedant in clerico capto in habitu laicali, aliàs secus: quia si aliter diceremus, esset contra dispositionem *d. c. si Iudex laicus*, & licèt etiã Couarr. *sub d. ver. fortassis*, indistinctè testetur, quod hodie vsus obtinuit, remissionẽ minimè fieri, donec causa clericatus per ecclesiasticũ Iudicem sententia, quæ transierit in iudicatum, finita fuerit, tu tamen intelligas id esse vsu receptum apud eum in Hispania; de quo vsu testatur etiam Ignat. Lopez *in pract. crim. can. cap. 62. n. 19.* non autem in aliis locis, in quibus nisi de simili vsu constet, seruanda erit iuris communis dispositio.

37 ¶ LIMITA II. Eandem decimãquartam ampliationem, quia Iudex ecclesiasticus, licèt ipse solus hanc clericatus, & iurisdictionis controuersiam cognoscat, id tamen sanè intelligitur vocato & citato Iudice seculari, & eo, cuius interest. Bos. *d. n. 151. & 155.* Cæpol. *d. cons. 11. n. 2.* Mill. *in pract. d. fol. 92. n. 10. in fi & n. 2. & seqq.* & apertè probatur *in d. c. si Iudex laicus, de sent. excom. in 6.*

38 ¶¶ SED QVÆRO in proposito, tu scis quòd clericatus qualitas non præsumitur, & propterea qui dicit se clericum, probare debet, *d. c. si Iudex laicus, versi. si. & c. leg. 2. q. 1.* & notat Innoc. *in c. super his, de accus. super verbo, excludatur, in fin.* Abb. *in c. bona, col. 8. ext. de elect.* Gram. *decis. 59. n. 18.* Herculã. *de negat. n. 92.* Lucas de Pen. *in l. quicũq. in 62. præsumptione, C. de apoc. pub. lib. 10.* Aufrer. *in reper. clem. 1. de off. ord. col. 1. n. 5.* Bald *in cap. fin. col. 2. n. 4. vers. sed quæro, nunquid præsumatur quis clericus, ext. de præsump.* Albert. Brun. *consil. 38. col. 3. vers. Nec obstat si dicatur quòd ipse D. donans esset clericus*, Bald. *in leg. Macedoniani, n. 2. Cod. ad Maced.* Ignat. Lopez *in prac. cri. con. cap. 62. n. 20. ad medium*, Decian. *d. cap. 9. n. 127.* & vbique Doctores.

¶ Quomodo igitur probabitur clericatus? præsertim ad 39
effectum videndi, cuius iurisdictioni suppositus sit clericus. Hanc quæstionem optimè præter alios, explicat Couar. *pract. q. d. cap. 33. n. 3.* & meliùs post omnes alios nouissimè post hæc scripta visus, Ioseph. Mascar. *de prob. li. 1. cõc. 302. & seqq. vsque ad conclu. 306.* vbi latissimè de materia, & ad eum semper in occurrẽti dubio recurras, ac ad Ignat. Lopez. *in d. c. 62. n. 16. & seqq.* Quatenus autem attinet ad propositam quæstionem, ex eorum dictis facias infrascriptas conclusiones.

¶ Prima sit conclusio, quòd Clericatus probatur per scri- 40
pturam, prout per publicum instrumẽtum, & literas Episcopi attestantis se cõtulisse ordines illi, qui se clericum asserit, *c. legum, 2. q. 1. l. si qua per calumn. C. de Epis. & cler.* latè prosequitur Felin. *in c. post cessionem, n. 3. & n. 15. ver. fallit 3. de probat.* Gram. *decis. 81. n. 1.* Alex. *cõs. 149. col. 2. vol. 6.* Rolã. *d. cõs. 4. n. 5. vol. 1.* Rebuff. *in pract. benef. tit. de forma literarum tonsuræ, n. 22. & seqq.* Alex. de Neuo *d. cons. 59. num. 4.* vbi dicit, quòd non solùm id probatur per literas commendatitias proprij Episcopi mentionem facientis de ordine, sed & per alia de quibus *infrà*, & not. Couarru. *d. cap. 33. n. 3.* At si dictæ literæ fidem, seu mentionem non faciant de ordinibus, sed simpliciter sint commendatitiæ, vel collationis alicuius beneficij, non probatur clericatus, etiam quòd in illis nominetur & asseratur clericus, vt per Ancha. Affl. Franc. Gram. & alios, quos allegat, & de communi *testatur Ioseph. Masc. *vbi sup.* *
concl. 305. n. 4. & n. 2. vbi adhuc, quòd dictæ literæ debent esse subscriptæ manu testium & signatæ signo authentico & consueto ipsius ordinarij vel Episcopi, Ignat. Lopez. *in prac. crim. can. c. 62. n. 16.* Decian. *in tract. crim. tom. 1. l. 4. c. 9. n. 26.* vbi quòd clericatus probatur per instrumentum ordinationis, & quòd talis probatio dicitur euidens. *& num. 112.* vbi pariter, quòd clericatus probatur per literas clericatus, *& n. 113.* vbi etiam quod probatur per literas collationis beneficij factæ alicui tanquam clerico à Papa (licèt secus si collatio fiat ab Episcopo, vt suprà dixi) ex Io. Andr. Lap. & aliis in locis ibi per eum relatis.

¶ Secunda sit conclusio, † quòd clericatus probatur per 41
testes, maximè deficiente & deperdita scriptura. *l. tertiũ, C. de testib. l. si solennib. C. de fide inst. & c. 2. & c. 3. de cler. pereg.* glos. communiter* recepta *in d. c. si Iudex, in verbo, defecerit*, Guido * Papæ *q. 474.* Bal. *in c. nup. de test.* Bal. & Fe. *in c. licèt vniuersi, eo. tit.* Fel. *in c. cùm causam, col. 4. cod. tit.* Ias. *in l. admonendi, col. 3. ff. de iureiur. & in l. rescripta, col. 3. C. de prec. Impe. offer.* Couarru. *pract. q. d. c. 33. n. 3.* Roland. *d. cons. 4. nu. 5.* Alex. *cons. 107. nu. 7.* Cyn. & Alber. *in l. si qua per calumniam, &* ibi Bal. *C. de Epis. & cler.* & latiùs declarãdo hanc materiam prosequitur idem Ioseph. Masc. *vbi sup. cõcl. 305. n. 1. 2. 7. & seqq.* vbi præcipuè hanc conclusionem limitat procedere, prout loquitur quando dicitur scripturam esse amissam; aliter secus; & hoc de iure Canon. non autem de iure ciuili. Addo pro hac eadem conclusione & Ignat. Lopez *in pract. crim. canon. ca. 62. n. 16. in fin.* Decian. *in tract. crim. lib. 4. c. 9. n. 114. tom. 1.*

¶ Tertia sit conclusio, † quòd quando non agitur de ali- 42
cuius præiudicio, vt putà, vt clericus possit celebrare, vel alia sacra exercere: tunc prima tonsura, & clericatus probatur ex dicto vnius testis. Bal. *in d. c. licèt vniuersis*, & ibid. Fel. *de testib.* Ias. *in l. admonendi, n. 198.* Mars. *in l. 1. §. idem Cornelius, ff. de q. in fi.* Gerar. *sing. 19. n. 5.* Chass. *in consuetudine Burgun. Rub. 1. §. 6. vers. ponderanda, n. 11.* & est gl. fi. *in d. c. licèt, & in c. nuper, in verbo, nisi iuratus, de test.* Ias. *cons. 120. iuridica, in prin. vol. 4.* Rebuff. *in tract. nomin. quæst. 14. n. 52. & 32.* vbi propterea secus dicit esse, quando tractaretur in iudicio & de præiudicio tertij; vt putà quia lis esset super beneficio, quia tunc non probatur clericatus per vnum testem, & ibi per eum, & est de mente Doctorum nuper citatorum. Guidobon. *dec. 133.* vbi pariter id procedere scribit, nisi agatur de materia obiectiua, vel nisi is, qui quærit probare clericatum, patiatur defectum natalis. Ignat. Lopez. *in pract. crim. canon. c. 62. n. 17. in prin.* Decian. *d. c. 9. n. 111. in fine.* [Vide *infrà, in 2. lib. tit. de oppos. contra test. q. 63. n. 26. & seqq.*]

¶ Quarta sit cõclusio, † quòd licèt Rebuf. *int. de forma litera- 43
rum.*

*rum.n.*42.& Matt.de Affl.*in const.Neap.tit.*3.*num.*12.velint, quòd quãdo inter Iudicem ecclesiasticum,& secularem vertitur quæstio super iurisdictione in clericum exercenda, clericatus probetur per vnum testem,quasi quòd tũc agatur de alicuius præiudicio. Contrarium tamen & verius tradiderũt Ludouicus Gomez.*in reg.de annali possess.q* 39.*n.*5.Bald.Cyn. & Albert.*in d.l.si qua per calumniam, C.de Epis. & cler.* facit tex.*in c.tuæ fraternitati,de cler.pereg.*& latè refutatis cõtrariis comprobat Couarru.*d.c.*33.*n.*3.Nec dissẽtit Ignat.Lopez *in pract.cri.can.c.*62.*n.*17.*ver.ex quo fit:* vbi enim agitur de iurisdictione inter secularem & ecclesiasticum Iudicem, agitur de re grauissimi & enormissimi præiudicij; ideo clericatum isto casu probari per vnum testem,absurdum est dicere.

44 ¶ Quinta sit conclusio,† quòd ad effectum remittendi clericum ad Iudicem ecclesiasticum, sufficit probare clericatũ per præsumptionem; dummodo ea tanta sit,quæ in aduersarium trãsferat probandi onus in contrarium, *c.inter quatuor*, & ibi glo.*in verbo,per argumenta,de Cler.pereg.*Boër.*decis.*171. *n.*25.Herc.*de neg.d.n.*92.Alex.de Neuo *d.cõs.*59.*n.*4.vbi ponit exemplum, quando quis multo tempore in Clericorum ordine deseruisset.Item potest poni aliud exemplum in Clerico,qui incedebat in habitu clericali, vel si fama,seu cõmuni æstimatione erat Clericus reputatus: his enim modis saltem præsumptiuè Clericatum probari ad effectum, de quo agitur,tex.*in d.c.si Iudex laicus,de sent.exc.in* 6.latissimè exornat Ioseph.Mascard.*d.concl.*302.*& seqq.*licèt enim non probato tit.Clericatus,non præsumatur ex habitu & tõsura Clericali,quãdo agitur de sola vtilitate ipsius Clerici,vt per Ang. quẽ sequitur Alex.*in l.si priùs,ff.de nou.ope.nũc.n.*38.Alcia.*in trac.de præsump.præsum.*4.*reg.*2.*n.*2.Gemin.*in c.si Iudex,*§.*fin. de sent.excom.in* 6.Boër.*decis.*171.*n.*12.*& seqq.*Tiraq.*de præsc. gl.*4.§.1.*ver.*17.huc pertinet, quia tamen quãdo agitur de fori priuilegio conseruando, non agitur de sola ipsius Clerici vtilitate:idcirco eo casu Clericorum habitus gestatio sufficit ad probãdum quem esse Clericum,vt per Alex.*in d.l.si priùs, n.*38.& ibidẽ etiam Ang.*ff.de nou.ope.nun.* licèt secus sit quo ad beneficium obtinendum: tunc enim Clericatum probari ex sola possessione habitus & Clericalis tonsuræ, donec cõtrarium probetur,scripserunt Anch.& Fran.*in d.c.si Iudex,de sent.exc.in* 6.*& in c.si fortè,de elec.eod.lib.*6.Io.And.quẽ sequitur ibi Bal.*in c.dudũ,*1.*n.*5.*de elec.*Inno.*in c.super his,n.*10.*ver. sed quid dices,de accusa.*Gra.*decis.*81.*n.*16.*ver.& tamen solùm possessio,*cum aliis allegatis per Mascar.*d.cõcl.*302.*n.*14.*& seq.* vbi prædicta declarat procedere in clericis eiusdem Prouinciæ;secus in Vltramontanis. Item dummodo inseruiant alicui Ecclesiæ, vel sint adscripti in aliquo seminario Clericorũ,schola vel vniuersitate, iuxta formã Concilij Tridentini, *sess.*24.*c.*26.aliter secus,Dec.*in suis tract.crim.to.*1.*lib.*4.*c.*9.*n.* 25. vbi pariter probat clericatũ in proposito probari per delationem habitus & tonsuræ clericalis, etiam quòd sic deferẽs antea talem habitũ non gessisset,nisi forsan fuisset repertus literarũ ignarus;quia tũc per istã secundam præsumptionem tollitur prima,vt ibi per eum, qui iura,& authoritates allegat.Solam autem famã sine aliquo adminiculo clericatũ nõ probare,sæpiùs in Rota seruatũ fuit,vt videre est *in addit. ad decis.Rotæ* 2.*in t.de fil.presb.*Pereg.*dec.*26.*l.*2.Put.*deci.*363. *lib.*1.Guidobonus *decis.*133. Chisan.*dec.*26. Ad quæ prædicta vide tamẽ Ignat.Lopez *in addit. ad Diaz in prac. crim.canon. c.*62.*n.*8.vbi dubiam credidit eorũ opinionẽ, qui dixerunt ex solą possessione habitus & Clericalis tonsuræ nota,Clericatũ probari, quando agitur de fori priuilegio;cùm tunc de graui præiudicio secularis iurisdictionis tractetur,& quòd propterea nisi doceatur de titulo clericatus, non præsumatur ex habitu & tonsura;& ita interpretandum esse censuit decretum sacri Concilij Tridentini *sess.*23.*c.*6.*de refor.* licèt Mascard.*in loco præcitato* contrarium dixerit in practica seruari,& rursus vide eund.Ignat.*ibi.n.*16.*ver.Nec per indicia,* vbi facit generalem cõclusionem, quòd Clericatus non probatur per indicia,& cõiecturas,per tex.*in c.inter quatuor,*& ibi glo.*in verbo, argum.de Cler.pereg.*& ex Boër. quẽ alleg. *in decis.* 117.*n.*25.

45 ¶ Sexta sit conclusio, † quòd si clericus primæ tonsuræ, qui tamen nõ incedens in habitu vult probare se beneficiatũ ad effectum effugiendi forum seculare, non sufficit probare titulum beneficij,nisi etiam probet illius possessionem, per ea quæ dixi infrà *in 3.lim. in fin.* & ita obseruatum vidi Romæ de anno 1580.per Reuerendissimum D.Gubernatorem in quodam Nobili Neapolitano, qui dicens quandam sententiam per laicum Iudicem locum tenentem,scilicet Beneuenti in contumaciam contra ipsum super quodam prætenso homicidio latam esse nullam,tanquam latam contra Clericum primæ tonsuræ beneficiatum, & ad docendum de beneficio produxerat literas dicti beneficij; fuit nihilominus vigore dictæ sententiæ acriter tortus, quia non docuit de possessione dicti beneficij, & hoc per doctrinam Clari *in d.q.*36.*sub ver.hæc autem,in fine,& in ver.regulariter autem, & vel ipsi,si fassus esset.*

¶ An autem confessione partis Clericatus probetur in beneficialibus? Dic quòd sic,quando possessorio agitur;secus si petitorio,secun. Ignat. Lopez qui pro hac distinctione concordantes adducit *in addit.ad Diaz in pract.crimin.canon.cap.* 62.*n.*16.*ver.sunt tamen.*

¶ Amplia XV. † Principalem huius quæstionis Regu- 46
lam,vt non solùm Clerici ipsi,sed nec eorum familiares possint ad secularem Curiam trahi,etiam quòd sint laici,secun. Doct.*in l.*2.*C.de Epis.& cler.*Mars.*cons.*67.*n.*60.Calcan.*cons.* 71.vbi quòd hæc est conclusio,secundùm omnes,* quod ta- *
men verius intelligas non in famulis omnium clericorum generaliter,quia isti nullum habent fori priuilegium, secundùm communem,* de qua testatur Capic. *decis.*12.*n.*2.*in fi.* *
sed in famulis Episcoporum, qui etiam quòd seculares sint, nullatenus possunt à seculari Iudice iudicari,*c.fi.de off.Archi.* & est communis,* vt per Io.de Monte Sperel.*inter cons.Cal-* *
*canei,cons.*72.Abb.*in c.*2.*n.*6.*de fo.com.*Boss.*ti.de fo.cõp.n.*172. Capic.*d.decis.*12.*n.*1.refert & sequitur Clar.*d.q.*35.*ver. quæro, nunquid familiares,& ver.excipiũtur,* vbi etiam quòd hæc ampliatio potest verificari in familiaribus Cardinalium,qui eorũ iurisdictioni supposĩti sunt etiam priuatiuè quo ad alios Iudices ordinarios,quamuis esset Vicarius Papæ,& propterea si deliquerint, ipsis Cardinalibus puniendi remittuntur, secundùm communem obseruantiam Curiæ Romanæ, de qua testantur Car. Zab. & Pauin.in locis per eum relatis,refert prædicta Sigismun.Scac.*de iud.cauf.ciuil.cri.&c.li.*1.*c.*11. *n.*22.vbi tamen subdit,quòd nunquã in Vrbe vidit aut audiuit,seruatum hoc priuilegiũ Cardinaliũ puniendi suos familiares;quod quidem priuilegium à se ipsis Cardinales credit abdicasse potiùs ad eorum exonerationem, quàm iure coactos.Et verũ dicit,quia quicquid sit, aut de iure, aut de consuetudine: hodie Cardinalium famuli & familiares puniuntur à Iudicibus ordinariis Vrbis, sicut alij quicunque. Et ad materiam huius 15.ampliationis addo Decian.*in tract. crim. tom.*1.*lib.*4.*cap.*9.*n.*47.*iuncto n.*57.vbi relatis hinc inde Doctoribus contrarium sentientibus, dixit, famulos & ancillas Clericorum conductitios, & qui conuenta mercede inseruiunt, minimè fori priuilegio gaudere; sed tantùm eos, qui Episcoporum famuli & ancillæ sunt:serui verò proprij, & in Clericorum potestate existentes,tanquam de eorum familia existentes,fori priuilegio gaudent: rustici autem Ecclesiæ & Clericorum non gaudent fori priuilegio; & propterea de damnis datis in locis prohibitis, etiam cum animalibus Ecclesiæ,poterunt coram seculari Iudice cõueniri,præterquam in tribus casibus ibi per eum relatis. ¶ Quid iuris autem de consanguineis Clericorum? Dic quòd eorum descendentes gaudent fori priuilegio; secus autem ascendentes, & transuersales, vt ibi per Decian.*n.*43.*& seqq. & n.*53.*& seqq.* vbi etiam quid de vxore Clerici coniugati, & ibi hæc per eum videas,quia ad saturitatem omnia explicat.

¶ Amplia XVI. Vt etiam monachus nouitius, si ante professionem delinquat,non possit nisi ab ecclesiastico Iudice puniri,secũd.Ias.*in aut.si qua muliter,circa fi.ver.egoteneo,C. de sacros.Eccl.*per tex.in simili,qui de statulibero loquitur, *in l.statuliber,ff.de q.in l.moris,in fi ff.de pœ & in l.pen.ff si ex noxa. cau.aga.*Hoc enim argumẽto de statulibero ad nouitiũ, vltra Ias.in loco prędallegato,vsus est etiam Bar.*in repet.auth.ingressi,co.pe.ver.pro hac tamẽ induco,C.de sacros.Eccl.*& Cast.*in cõs.* 432.*cũ statutũ,col.*2.*ver.tertiò principaliter,vsq;ad fi.cõs.& lib.* 1.& facit etiã pro hac eadẽ ampliatione tex.*in* §.*fi.de sent.exc. in* 6. vbi dicitur, quòd qui nouitium offendit, perinde puniendus est, ac si religiosum offendit. Ideo idem debet esse econtrà,vt scilicet si nouitius in aliud delinquat tanquam religiosus puniatur; ad hoc, vt contrariorum sit eadẽ disciplina,*l.*1.

na, *l.1.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur.l.1.fi.de l.3.* cũ plenè notatis per Doct. *in l.vlt.C.de indic. vid. toll.* maximè cum vtroque casu tractetur de fauore ipsius nouitij, cuius magis interest puniri à Iudice ecclesiastico, qui mitiùs castigare solet, quã à seculari. Ita in specie hoc argumẽto ad hanc conclusionem firmandam vsus est D.Stephanus Lamberteng. *in tract. de contract.eorum, glo.2.q.19.nu.27. in fi.* vbi ad remouendum contrariũ, quòd in statulibero, de quo suprà, fortiter vrget, *ex l.statuliberi à cæteris seruis, post pri.ff.de statulib. & in l.1.ff.de pœ.* & optimè distinguẽdo declarat, an & quando statuliber puniatur vt seruus, vel vt liber; ac demum propositã ampliationem non procedere declarat, quãdo ageretur de puniendo delictum nouitij, postquã de monasterio exiit: isto enim casu cùm non habeatur pro religioso, vt ibi per eum, *d.q.19. n.62.* ideo poterit à seculari Iudice puniri, etiã quòd delictũ fuerit in monasterio commissum; nec à præmissis dissentit Sigism. Scac. *de ind.cau.ciuil.crim. & hæret.lib.1. cap.11. n.21.* vbi etiam remissiuè ex Clar. *in prac.q.35.n.10. versi.quæro quis sit Iudex*, docet an tales regulares monachi sint suppositi iurisdictioni suorum Prælatorum vel Episcoporum, de quo particulariter dixi *infrà in 20.ampliatione.*

¶ Amplia XVII. Vt Clericus non possit conueniri coram Iudice laico, etiam quòd conueniretur, tanquam hæres alicuius secularis personæ, secundùm Bar. *in l.hæres absens*, & ibi communiter Doct. omnes, *ff.de iud.* Abb. & alij *in c.quia, extr.eod.* Maran. in Spec. *par.5.n.13.* Gallesi. *de Cameral.obligatione, q.2.n.3. ad secundam partic.* vbi ampliat etiam, quòd laicus, cuius est hæres clericus, esset obligatus in formam Cameræ cum renunciatione priuilegij fori, And.Gayl. *obser.37. n.8. & n.10. lib.1.* vbi hoc declarat, nisi cum laico fuerit lis contestata. Quod & idem voluit Gallesi. *vbi suprà, n.4. & n.5.* quos omnes respectiuè testantes de communi*, magis * communi, ac etiam seruata opinione refert & sequitur Sigis. Scac. *de iud.caus.ciuil.crim. & lib.1.cap. 11.n.13.* ¶ Et quid si Clericus conueniretur tanquam tutor alicuius laici, vide Scaeciam *vbi suprà n.94.* vbi non se firmat.

¶ Amplia XVIII. Vt Episcopi ac cæteri ordinarij hoc fori priuilegium seruare teneantur, in tantum, quòd si habita notitia de carceratione Clerici illum pœnis adhibitis censuríque prolatis repetere neglexerint, ab administratione deponuntur, & fortè etiam (si qualitas causæ exegerit) criminaliter puniuntur, secund. Cass. *cons.38.* quem sequitur Clar. in loco relato per Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz in pract. cri. canon.c.62.n.8. & n.15.* vbi declarat.

¶ Amplia XIX. Vt Clericus taliter sit exemptus à seculari iurisdictione, vt si contingat ipsum non cõdemnari, sed absolui, adhuc talis absolutio non valet, secund. Doct. *in auth. clericos, C.de Episc. & cleri.* vbi præsertim Bald. *n.12. C.de Epis. & Cleri.* Et facit viua ratio, quia qui non potest condemnare defectu iurisdictionis, nec etiam potest absoluere, *l.solent, in prin.* & ibi Bald. *in 2.not.ff.de off.procon. l.qui condẽnare, ff.de re ind. l.Nemo qui cõdemnare*, & ibi Cag. *in fi.ff.de reg.iur.* cum aliis adductis per Decian. *in tract.crim.tom.1.l.4.c.9.n.9.*

Amplia XX. Vt proposita regula procedat non solùm in clericis extra regulam & religionem degentibus, sed etiam in quibuscunque religiosis regulam aliquam à summo Pontifice approbatam profitentibus: nam & hos fori priuilegio gaudere probat text. *in ca.fin.de relig.domib.* & tradunt omnes *in 2.de foro cõpet. & in c.si quis suadente, 17.q.3.* & probauit Decian. *in tract.crim.tom. 1.lib.4.c.9.n.29. & n.24.* vbi idẽ de religiosis nõ professis, de quo particulariter dixi *suprà in 16.ampliatione, & n.28.* vbi idem de conuersis, siue professionem emiserint, siue non: *& num.30.* vbi idem de fratribus Hiesuatis; *& n.31.34. & 39.* vbi quid de Monialibus sanctæ Brigidæ; item de fratribus seu sororibus tertij ordinis, quæ Pinzocharæ vocantur; & quid iuris etiam de illis mulieribus, quæ Canonicæ seculares appellantur, *& nu. 32. & seqq.* vbi docet quid de Eremitis; *& n. 35.* vbi quid de iis qui pœnitentes vocantur; *& n.36.* vbi idem de militib. Hierosolymitanis; *& num. 37.* vbi quid de hospitalariis, id est, Rectoribus xenodochiorum. Hæc autem omnia ibi per eum videas, & ad illum te remitto, ne additio maior sit, quàm principalis scriptura.

¶ Amplia XXI. In vniuersitate ecclesiastica: si enim fori priuilegio gaudent particulares personæ religiosæ, multò magis eo gaudere debet vniuersitas delinquẽs. Sed quid si vniuersitas constet partim ex clericis, & partim ex laicis, prout sunt vniuersitas scholarum? An etiam priuilegio fori gaudeat? Dic quòd licèt Sal. *in auth.habita, C.de sil.pro pat.* dixerit etiam vniuersitatem fori priuilegio gaudere, nisi reperiatur eam habere specialem Iudicem. Verior tamen & cõmunior est opinio, de qua per Mariã. Socin. *in c.1.in 14.declaratione, n.17.* ¶ Quòd si Clerici in vniuersitate sint plures quã laici? Dic quòd gaudebit, gaudeat vniuersitas priuilegio fori; secus autem si laici sint plures quàm Clerici; prout hęc omnia bene exponit Decian. *in tract.crim.tom.1.lib.4.ca.9.n.41. & seqq.vbi n.43.* licèt videatur tenere tales vniuersitates non esse exemptas à seculari iurisdictione, eo quia solent semper esse plures laici, quàm clerici: atte stans insuper, quòd ita obseruatur Patauij, Papiæ, Pisis, Ferrariæ, ac in aliis Gymnasiis Ecclesiæ non subditis. Non tamen negat, quin contrarium subsistat, quando in vniuersitate maior esset pars clericorum, & ecclesiasticorum, quàm laicorum, secundùm communem distinctionem, de qua suprà.

¶ Amplia XXII. Vt clericus non possit iudicari, nec etiam ab alio clerico delegato Rectoris laici; secũd. Bertran. *in cons.9.incip.ex themate.nu.7.in 2.vol.* prout illum refert & sequitur Decian. *in tract.crim. lib.4.c.9.n.63. & nu.75.* vbi etiam in idem allegat Felin *in c.cùm sit, n.44. versi. & hinc est quod clericus, ext.de foro comp.*

¶ Amplia XXIII. Vt Iudex laicus punire non possit clericos, etiamsi ecclesiasticus Iudex fuerit negligens in illũ puniendo: secularis enim Iudex minimè potest ecclesiastici Iudicis negligentiã supplere, *c.licèt ex suscepto*, & ibi Doct. omnes, *extr.de fo.comp.* ideo negligente ordinario ecclesiastico, recurretur ad alium ecclesiasticum superiorem ipsius negligẽtis: & omnibus negligentibus, ad Papã, *c.qualiter, in fine, de iud.c.placuit.11.q.1.* ¶ Quid iuris autem si Papa neglexerit, an tunc recurrendum sit ad Principem secularem? Vide tex. *in c.Princeps seculi, 23.quæst.5. & in c.filiis, 16.q.7.* & econtrà negligẽte Principe seculari, an Papa possit se ingerere cõtra laicos, vide per Doct. & præsertim per Mariã. *in d.ca.licèt ex suscepto*, cũ aliis in proposito relatis per Decian. *in tract. crim. lib.4.cap.9.n.33. & seqq.iuncto n.108.* vbi bene declarat materiã huius ampliationis; ac etiam quomodo isto casu probetur negligentia.

¶ Limita modò regulam suprà positam pluribus modis. Et primò † non procedere in clerico incorrigibili, qui etiam nulla præcedente degradatione, potest & à Iudice seculari puniri. tex. est *in c.cùm non ab homine, de iud.* quem ita intellexêre Ioan. And. Card. & Imol. ibi, Brun. *cons. crim. diuers. 115.n.12. & seq. vol.2. in magnis*, Boss. *in tit. de foro comp. num. 131.* Foller. *in pract.crim. verbo, audiantur excusatores, nu.40. & seq.* & est communis, *sicuti testãtur Alex. de Neuo *cõs.59. n.28. & n.30.* Clar. *in pr.d.q.37. ver.dixi etiam*, Couarr. *tract. q.c.32.n.2. ver.secundò est notandũ.* idẽ Clar. *d.q.36. ver. succes- siuè.* Proceditq; etiam in clerico incedente in habitu, & tõsura. Alex. de Neuo *d.cons.59.n.9. in fi.* ¶ Quãdo enim clericus incorrigibilis non potest ab Ecclesia puniri, potest ipso iure absque alia degradatione à Iudice seculari comprimi, secundùm communem, *de qua pariter testãtur Are. *in d. c.cùm non ab homine, n.39. ver.tertia fuit opinio*, Diaz. *in pr.cr. can.c.13.1. ver. & nota quòd clericus incorrigibilis, &c.* nec à præmissis dissentit Sigism. Scaccia *vbi suprà, d.cap.11.n.56.* vbi aliis relatis pariter etiam testatur de* communi. *

¶ Et quando clericus est incorrigibilis, punitur nõ ad voluntatem Ecclesiæ, sed secũdùm pœnas ciuiles pro illo delicto, quod clericus cõmisit, imponi solitas arbitrio secularis Iudicis, *c.ad falsariorum, de cr.falsi.* Abb. *in d.c.cùm nõ ab homine, in vltimo not.* Diaz. *d.c.131. prope fin.* Clar. *d.q.36. ver. sed an secularis Iudex.* Foll. *vbi suprà n.14. prope finem.* Et hæc omnia de plano, & sine difficultate procedunt.

¶¶ Sed quæro, In materia huius primæ limitationis, Quãdo clericus dicatur incorrigibilis? In quo licèt Doc. varia dixerint, resolutiuè tamẽ facias tres infrascriptas cõclus.

Prima sumitur conclusio ex claris verbis, claráve dispositione *d.c.cùm non ab homine, ext.de iud.* vbi Cæles. III. statuit clericum ab ecclesiastico Iudice depositũ, si adhuc incorrigibilis fuerit, excommunicari debere, deinde contumacia crescente anathematis mucrone feriri: tãdem si in profun-

dum malorum veniens contempserit eum, Ecclesia non habeat vltrà quid faciat. Ex quo tex. notandum præcipuè est, quòd licèt generaliter loquendo ex vi vocabuli ille dicatur incorrigibilis, qui non vult agere pœnitentiam, etiã quòd non sit depositus; vt declarat Bos*.in loco supra citato,n.*132.ad effectũ tamen,de quo agitur,hoc est, ad priuandum clericũ fori priuilegio, necesse est, quòd depositio præcedat clerici incorrigibilitatem,vt ibi in tex.Imò nedum necessaria est depositio, sed nec sola depositio & subsequens incorrigibilitas
50 sufficit.Quia clericus † etiam, quòd sit depositus, adhuc est sub Ecclesiæ iurisdictione,Abb.*in cap.Ioanes,& in ca.ex parte,de cle.cõiug.*Diaz.*d.c.*131.*in prin.ver.noluit tamẽ, quòd sola incorrigibilitas,& ver.& cùm clericus depositus sit,*Cla.*d.q.*36.*verſ.dixi etiam,*Foll.*ibid.n.*41.Decian *in trac.crim. to.*1.*lib.*4.*cap.*9.*n.*19.Et propterea post incorrigibilitatem quæ not. ex contemptu Ecclesiasticæ censuræ,& post depositionem præcedentem,debet sequi excommunicatio,& anathema,vt pariter in eodem tex.clarè legitur, & notant Socin. *reg.*56.*in*
10.*fall.*Pract.Conradi *t.de inquisit.n.*8.*in* 5.*lim.pag.mihi* 247. Et isto casu clericum reputari secundùm canones incorrigibilem ad effectum,vt tanquam dimissus à foro ecclesiastico, possit à Iudice seculari puniri,dubitandum non est.Quamuis Boss.*in t.de foro comp.n.*133.*in fine*,dixerit rarò in vsu esse formam *d.c.cùm non ab homine*, vt pariter adnotauit Sigismund. Scac.*sup.dict.cap.*11.*n.*54.vbi quòd passim & communiter * ita omnes Doctores tenent.

51 ¶ Secunda sit conclusio, † quòd licèt ad priuandum clericum fori priuilegio propter incorrigibilitatẽ,Feli.*in d.cap. cùm non ab homine,n.*9.*& seq.*asserat communiter* à Doctor. teneri,quòd necessaria sit Iudicis declaratio super huiusmodi incorrigibilitate,Felinúmque referat & sequatur Diaz *d. verſ.& cùm clericus*,& Foll.*sub d.n.*41.verior tamen ac etiam communis * est opinio, quòd si seruata sit forma tex. *in d. ca.cùm non ab homine*, quòd videlicet clericus sit primò propter aliquod delictum depositus; secundò propter incorrigibilitatem excommunicatus; tertiò anathematizatus. Si adhuc in contumacia perseueret, absque alia declaratione efficitur fori secularis;secuti testantur Boss.*d.n.*132.& Clar.*dict. q.*56.*ver sed quæritur*,& ante eum Alexãd.de Neuo.*d.cõs.*59. *sub h.*20.*& n.*30. Dicitur enim tũc Clericus ipso iure ab Ecclesia dimissus,& fictè declaratus, vt plurib. cõprobat Sigismũd.Scac.*vbi sup.de ca.*11.*n.*55.*& seqq.*& dixi *sup.n.*47.ideo non est opus alia declaratione,vt ibi.per Scacciam,*n.*69.

52 ¶ Tertia sit conclusio, † quòd licèt etiam secũdùm Chassaneum, & Papo.per Clarum allegatos *in dicta quæst.*56.*ver. sed quæritur,in fi.* in Curia Parisiensi obseruetur, quòd post binam remissionem de delictis clericus habeatur pro incorrigibili, nulla sequuta depositione aut excommunicatione etiam in odium Iudicis ecclesiastici negligentis illum corrigere (quam obseruantiam sibi satis placere dicat ibidem Clar.) ego tamen nunquam in practica recederem à forma *di.ca.cùm non ab homine*,talisque obseruantia, quatenus seruanda,non deberet extendi extra Curiam,vbi viget.

¶ Item adde,quòd licèt Boss.*eod.tit. de foro comp.n.*133.*in fine*,vt sup.eum retuli,dixerit formam,de qua *in dicto ca.cùm non ab homine*,esse parum in vsu:tamen reuerà termini huius primæ limitationis de incorrigibilitate loquentis, sunt termini illius canonis, & dum Doct. simpliciter dicunt, clericum incorrigibilem à Iudice seculari puniendum;istud semper intelligas, seruata forma eiusdem canonis. Bene autem verum est,quòd etiam ad effectum, de quo agitur, clericus, qui se in enormitatibus immiscet & perseuerat, potest dici incorrigibilis absque depositione,secund. Boss.*ibi.n.*134. & Brun. *dicto conſ. crim.* 115.*n.*11. quia delictorum frequentia incorrigibilitatem denotat:sed tamen isti sunt magis veri,& proprij termini tex.*in cap.perpendimus*, *de sent.excomm.* de quibus infrà dicam *in sequen.limitatione*,quam habet tex. *in dicto cap.cùm non ab homine.*

¶ Clericus etiam non incedens in habitu, trina monitione præcedente,potest dici incorrigibilis,*cap.contingit,il* 2.*de sent. excommun.* Boss. *ibi. n.* 132 Clar.*in d.ver.sed quæritur*,& priuatur fori priuilegio.Sed de hoc loco suo,in tertia scilicet huius quæstionis limitatione, tractabimus.

53 ¶ Limita II.† Eandem principalem regulam non procedere in clerico, qui se in enormitatibus immiscet: potest enim isto casu à iudice seculari puniri,*c.perpendimus, de sent. excom.*quem textum(omissis aliorum Doctorum authoritatibus,quæ ferè infinitæ sunt)ita cõmuniter, * immò & magis communiter Doct.interpretantur, & intelligunt, sicuti testantur Boss.*in tit.de for.comp.n.*134.*& n.*139.*&* 140. vbi etiam dicit, quòd hæc magis communis opinio Doc. seruatur,& idem Pract.Conradi *fol.*247.*col.*2.*in tit.de inquisi.n.* 8. *n.*19.*&* 20 *fal.*Capra *conclu.*97.*n.*78.*& seq.*Clar.*in pra.quæst.* 36.*verſ. quæro modò,in prin.* & vbique passim Doctor. quos hîc inserere superfluum esset.Et licèt Ioan. And. Car. & alij relati per Cæpol.*in conſ.*11.*n.* 44.*& seqq.* per Brun. *conſ. cri. diuer.*115.*num.*69.*ver.plus tenet,col.*2.*in magnis*,per Couart. *pract.quæst.cap.*32.*n.*2.*verſic.Tertiò his erit adiiciendum,prope finem*,per Clar.*in d.ver.quæro modo,ibi*,alij vt Cardinales,contrarium sentiendo dixerint, quòd text.*in dict.c.perpendimus*, non loquatur in Iudice interficiente clericum se in enormitatibus immiscentem,sed in priuato, & cõsequenter procedat illius canonis dispositio non quoad priuilegium fori, sed quoad priuilegium canonis, *si quis suadente diabolo*, 17.*q.* 1. non tamen recedas à priori opinione & intellectu, qui non solùm cõmunis* est,vt dixi,sed etiam magis verus, & literæ * illius textus conueniens, prout ibidem declarat Clarus, & ante eum Alexa.de Neuo,ad quem semper recurras, *in conſ.* 59.*n.* 12. *& sequentib.* vbi optimè & latissimè hanc eandem defendit opinionem,*& n.*10.*& sequentib.vsque ad eundem n.* 17.vbi & iura & rationes & concordantes adducit, eámque etiam magis cõmunem affirmant Sigismund. Scacc. *d. cap.*11.*n.*62.*& n.*78. *in fine,in* 2. *limitatione*, & Decian. *in tract.crim.tom.*1.*lib.*4.*cap.*9.*n.*88.*in prin.*Et hæc limitatio est clauis huius octauæ quæstionis.

¶ Svblimita I.Hanc secundam limitationem,†quia ad 54
hoc vt habeat locũ dispositio *d.c.perpendimus*, & sic vt clericus in enormitatibus se immiscens clericale priuilegium amittat,trina requiritur monitio,per tex.*in cap.in audientia, de excom.in cap.fin.de vita & honest.cler.in ca.cõtingit, il* 2.*eod. t.de senten.excom.in* 6.Io.And.& Ant.de But.*in d.cap.perpẽdimus*,inducendo tamen dicta per Io.And.prout inducit Cæpo. *in conſ.*11.*n.*36.*& seqq.*Brun.*cõs.crim.diuer.*115.*n.*68.*& seq.to.* 2.*in magnis*,Gram.*voto* 33.*n.*11.*& seq.*Couar.*pract.q.d.c.*32. *n.*2.*in fi.ibi*,vnde mihi potiùs placet,*&c.* Pract. Conra. *tit. de inquiſ.n.*8.*in* 22.*fall.*Foll.*in pract.crim.verbo, audiantur excusatores,sub n.* 47. & de communi * etiam seruata opinione * testantur Alber. *in* 2.*par.statu.quæst.*42.Alex.*conſ.*8.*n.*2.*lib.*1. Roland *conſ.*4.*n.*31.*lib.*1.Viui.*in cõm.opin.verbo,clerici apost.* Menchiaca,*lib.*3.*de testam* §.22.*n.*63.Cæpol.*conſ.crim.*11.*n.* 37 *& seqq.*Gram.*super constit.Regni,fo.*29.*co.*1.*ver.*10.*vbicunque*,Brun.*dict.conſ.*115.*n.* 69.Imol. *in ca.* 1. *de apost.* Roland. *conſ.*4.*n.*31.*vol.*1.

§ Contrarium,quòd immò nulla prorsus requiratur mõnitio,& quòd propterea clericus in enormitatibus se immiscens absque alio possit puniri à Iudice seculari, probat tex. *in d.c.*1.*de apost.*item & tex.*in c.ex part.ext.de priu.& in d.ca. perpendimus,de sen.exco.*in quibus iuribus probatur,quòd per sola delicta enormia perditur priuilegiũ clericale,nulla facta mentione præcedentis monitionis,& per eadem iura idẽ tenuerunt glo.*in ca.ex parte,*3.*de priuileg.& in c.vt fama, in verbo de mandato,in fin.ext. de sent.exco.* Anch.*in reg.ea, quæst.* 12.*de reg.iur.in* 6.*pract.Mil.f.mihi* 92.*n.*6 *&* 7.& hãc opinionem nedum communem,sed magis cõmunem, * & in pra- * ctica seruatam testãtur Aufr.*in clem.*1.*de off.ord.* Chassan. *in consuet.Burg.rub.*1 §.5.*ver. Archid.n.*55.Boss.*tit.de fo.comp.n.* 134.138.*in fin.& seq.* Alex.de Neuo.*d.conſ.*59.*n.*2.*& seqq.vsque ad n.*12.vbi particulariter respõdet ad iura in contrarium allegata.Clar.*d.q.*36.*verſi. quæro modò*, vbi quòd hæc opinio tanquã magis communis,*& à consuetudine approbata, & * in iudicando,& in cõsulendo seruanda est,salua semper determinatione S.Matris Ecclesiæ,& ita Deciã. *in trac.cri.tom.* 1.*lib.*4.*c.*9.*n.*90. vbi quòd ita seruatur, & Ioan.And.Gemin. & Marsil.in locis ibi per eum relatis,*& n.* 91. 92. *&* 94. vbi præsertim in apostata in enormi delicto deprehenso, & *nu.* 103.*in fi.* vbi testatur ita pluries vidisse in facto seruari;& *n.* 105.*ver.quanquam autem*,vbi quòd ab hac consuetudine non est recedendum,vt refrenetur clericorum audacia.

¶ Et licèt Ant.de Butrio *in c.*1.*in fin.de apost.& in dict.c. ex part.*3.post Goffr. distinguendo dixerit, quòd prima opinio

procedit

procedit in clerico in sacris constituto, secũda autem in clerico primæ tonsuræ:& quòd tex.*in d.c.perpẽdimus*, loquatur in clerico in minoribus constituto, non autẽ in sacerdote,cũ qua distinctione etiã videatur sentire Couarr.*d.c.32.sub n.2. prope fin.& n.4*. Tu tamen non recedas ab vltima opinione, * quæ,vt præfertur, magis cõmunis * est. Prædictaque distinctio repugnat textui *in d.c.perpẽdimus*,qui expressè loquitur in sacerdote:& ideo indistinctè teneas cum Claro,*vbi suprà*, quòd clericus siue in sacris, siue in minoribus sit cõstitutus, si in enormibus se immiscet, perdit priuilegium fori, etiam nulla præcedẽte monitione,salua tamen sẽper in hoc pũcto, & in omnibus aliis dictæ sãctæ Matris Ecclesiæ meliori determinatione;cui humiliter in omnibus, & per omnia iudiciũ & opinionẽ meã ac me ipsũ submitto, & nõ aliter,aliàs, nec alio modo, prout etiam ita facit, & secũdam prædictam amplectitur opinionẽ Sigism.Scac. *in tract.de iudi.cau.ciuil. crim.l.1.c.11.n.79*. nec dissentit Decian.*vbi sup.d.c.9.n.93*.

55 ¶ Svblimita II. † Eandem secundam limitationem, quia ad priuandum clericum beneficio & priuilegio fori,& ad hoc vt dicatur se in enormitatibus immiscuisse, vnicum delictum enorme non sufficit, sed plura requiruntur : quia etiam requiritur quòd sit inueteratus & perseueret,Io. And. Ant.de But.& Abb.*in d.c.perpendimus*.Idem Abb.*in c.cõtingit,il 2.de sent.excom.* Io.de Imo.*in c.fi.col.5.de vita & honest. cler.& in c.Io. col.4.de cler.coniug*.quos refert Alex.de Neuo *in cõs.59.n.20.& 21*.vbi secundũ Bald.*in l.nemo,C.de Episc. aud*.dicit,quòd ad inducendam huiusmodi perseuerantiam, saltem requiruntur duo,seu potiùs tria delicta enormia,Castelliõ.*cons.5.in fine*,vbi expressè dicit,quòd clericus ex vnico homicidio non dicitur se in enormibus immiscere , nisi perseueret. Facit pro hac eadem opin.tex.*in d.c.contingit interdum*, ibi,*excessibus,& in d.c.ex part.3*.ibi, *in aliquibus ferè factis,& in c.1.de apost*.ibi,*si in criminibus deprehensi,& in d. c.cũ non ab homine*.Quæ iura prout optimè ponderat Cæpo. *d.cons.11.n.33.& seqq*.cùm loquãtur in num.plurali,ideo ad minus duo saltem requirũtur delicta.*l.vbi numerus,ff.de test. c.pluralis loquutio,de reg.iur.in 6*.Frequẽtia enim delinquendi,per duas vices saltem inducitur, Ant.de Butr. *in c.cũ oporteat,extr.de accus*. & nos alibi dicemus. Hanc eandem tenet opinionem Couarr.*d.c.32.n.2.ver.3.hîc erit adiiciendũ*,dum dicit , *Modò ita sit his sceleribus deditus , vt inueteratus dici possit scelerũ minister,&c*.Sic Rolãd.*cons.4.n.32.vol.1*.Foller. *d.verbo,audiantur excusatores,sub eo.nu.47*. Boss.*tit.de fo.cõp. n.134.& num.139*.vbi post Aufrer.*in repe.clem.1.de of.ordin.* * *reg.1.n.27*. hãc magis communem * & obseruatam opinionem testatur,sicut etiam testatur pract.Conrad.*tit.de inquis. n.8.pag.243.in 19.fall*.Nec dissentit Decian. *in suis tractatib. crim.l.4.c.9.n.103.tom.1*. Et licèt Alex. de Neuo *in d.consil. 59.in fine vers.sexta conclusio,& n.10.in fine*. videatur esse in contraria opinione, & Clar.*in d. vers.quæro modò*,ibi,*exempla tamen*,hanc eandem opinionem contraria sequendo, dicat,quòd exempla per Aufrer. allata non sunt in clericis,qui in enormitatibus perseuerarunt , sed in eo, qui vnicum tantummodo enorme delictum perpetrauit,quo casu satis sufficiens est vnum ad priuandũ clericum beneficio clericali,sicvti tradunt Boër. *dec.69.n.16*.& Guido Papæ *dec.138.in camera consilij*; qui loquũtur in vnico homicidio & proposito: non per hoc tamen crederem recedendum ab antecedenti communi opinione : quia exempla per Aufr. Boër. & Guid. Papæ allata non loquũtur simpliciter in vnico delicto enormi , sed vel in crimine maiest. vel in homicidio per insidias commisso ; & sic qualificato,vel fratricidio, & similibus , vt apud eos videri potest. Ideo non est mirum , si clericus isto casu perdat fori priuilegium,etiam quòd delictum sit vnicũ: quia quando clericus commisit delictum qualificatum , vt est assassinium,furtum rerum quæ cultui diuino inseruiunt, læsæ maiestatis, parricidium, homicidium proditoriè commissum,& similia:tunc etiam quòd in habitu & tonsura incedat,priuatur dicto fori priuilegio prout modò paulò infrà videbimus,*n.79.& seqq*.& tradit Alex.de Neuo *d.consil.56*. vbi *num.21*. ex eius dictis concordando opin. dicere potes, quòd secunda opinio procedit in vnico delicto enormi , sed qualificato : prima autem in pluribus enormibus nõ qualificatis.Sic etiã declarãda sunt scripta per Sigism. Scac.*in tract. de iud.caus.ciuil.crim.& c.l.1.c.11.n.60.iũcto num.63.& seqq*. vbi multis hinc inde adductis Doctorum authoritatibus, quorum aliqui dixerunt ex vnico & enormi delicto clericum non posse degradari & tradi Curiæ seculari , tanquam qui se in enormitatibus immiscuerit : aliqui autem ex vnico enormi & sæuo delicto id fieri posse affirmarunt,& concludit primam opinionem negatiuam procedere de iure , secundam autem de consuetudine.Meliùs,inquam,dici potest, vt eadem prima opinio procedat in vnico delicto simpliciter enormi & non qualificato ; secunda autem in enormissimo & qualificato, iuxta ea quæ dixi *infrà,n.79.& seqq*.

¶ Svblimita III. † Quia si clericus immisceat se in 56
enormibus,incedat tamẽ in habitu & tonsura,nõ perdit fori priuilegiũ,text.est *in d.c.1.extr.de apostat*.ibi,*relicto ordine & habitu suo,& in c.ex parte, 2.de priuileg*. ibi,*quos nec habitus, nec tõsura clericos profitetur,& in c.contingit interdũ.3.de sent. excõ*.ibi,*Nec in modo tonsuræ,nec in vestimentorũ forma*. item Abb.& alij *in d.c.perpẽdimus,& in d.cũ nõ ab homine,de Iud.* Cæpo.*d.cõs.crim.11.n.29*.Brun.*d.cons.crim.115.n.67*.Rolãd. *d.cons.4.n.32*.Foller. *d.n.47*. & est cõmunis,* vt per Boss.*d.* * *tit.de foro cõ.n.134*.& Clar. *d.quæst.36.versi.cæterũ si clericus*. vbi secundùm eãdem communem,& quam semper seruari vidisse testatur,concludit, quòd si clericus incedat in habitu & tonsura,quantacunque grauia crimina committat, & illa reiteret,in eisque perseueret,nũquam tamen efficitur de foro seculari, nec dissentit Decian. *in tract. cri.tom.1.l.4.c.9.n. 103*.Et si tu dixeris,quid opus est,vt clericus non incedẽs in habitu,committat delicta enormia ad hoc vt perdat priuilegium clericale, & quòd etiamsi illa non committat,nõ gaudet priuilegio fori, quãdo non incedit in habitu,vt infrà videbimus in sequẽti limitatione?Respõdeas,quòd si enormia committat, & non incedat in habitu, perdit priuilegiũ nulla præcedente monitione,vt suprà dixi : & hoc operatur enormitas delictorum.Si verò enormia non committat,licèt non incedat in habitu, priuilegium non perdit,nisi ter monitus. Et hæc est differentia inter hos casus : quos bene nota.

¶ Verùm circa hanc sublimitationem aduerte , quòd illa sine dubio non procedit, nec vera est in clerico incorrigibili,iuxta terminos,& formam *c.cùm nõ ab homine,extr.de iud.* de qua dixi *infrà, in 1 limitatione, n.47*. Quod verò attinet ad clericum se in enormitatibus immiscentem non seruata forma *d.c.cùm non ab homine*, pariter nec eadem sublimitatio videtur transire sine difficultate , per ea quæ scripsit Sigismund.Scacc.*d.c.11.num.68*.

¶ Svblimita IIII.† Eandem secundam limitationem, 57
quia licèt in casu , in quo clericus in enormitatibus se immiscens puniri potest à Iudice seculari , id possit fieri sine degradatione, vt per Doctores ferè omnes supr.in principio huius limitationis allegat. qui intelligunt illam procedere etiam absque degradatione;& est communis * opinio,sicu- *
ti testãtur Couarr.*d.c.32.ver.3.his erit adiiciendũ,& versi.& vnde mihi,& n.3.versi.vtcunque tamen sit*:quam communem opinionẽ ipse amplectitur. Declara tamẽ,secundùm eũdem Couarr. *ibi*. illam procedere in clericis primæ tonsuræ (qui etiam cum aliquibus solẽnibus ceremoniis degradãdi sunt) secus in iis,qui sunt in sacris ordinibus cõstituti, qui sine degradatione nullatenus possunt à seculari Iudice puniri, etiã quòd in enormitatibus se immisceãt,vt ibi per eũ:nisi forsan crimen à clerico perpetratum ita in Reipublicæ perniciem vertatur,vt pium & æquissimum sit, ipsum absque degradatione puniri,vel nisi essemus in casu,in quo si degradatio Iudicis ecclesiastici expectãda foret, maxima subsit impunitatis, & libertatis suspicio. His inquam duobus casibus etiam clericus in sacris constitutus potest à Iudice seculari puniri absque degradatione;aliàs secus. Et licèt Sigismund.Scaccia *d.c.11.n.81*. dixerit etiã,extra prædictos casus clericũ in sacris constitutũ posse à Iudice seculari puniri, si se in enormitatibus immiscuerit nulla præcedente degradatione seu traditione Curiæ seculari , & hanc opinionem in puncto iuris etiam veriorem affirmauerit : non tamen negat tutius esse, etiã isto casu, vt clericus iste degradetur,& tradatur per Iudicẽ ecclesiasticũ Iudici seculari, sed ego crediderim hoc nõ solùm tutius esse,sed etiam necessariũ,per ea quæ dixi *infrà n.108.& 109*. Quæ si bene perpendantur , tollũt omnia ea, quæ in contrarium addũtur per Scacciam *in loco præcitato*.Et hæc opinio est tenenda, tum etiã quia magis est fauorabilis

ecclesiasticæ iurisdictioni, sed an isto casu sit necessaria declaratoria, vide Scac.*d.c.*11.*num.*80.

58 ¶ Svblimita V.† Dictam secundã limitationem, quia ad hoc vt clericus in enormitatibus se immiscẽs puniri possit à Iudice seculari, necesse est, vt in illis deprehẽdatur: aliàs si non deprehẽdatur, minimè ab eo puniri potest, tex.*in d. c. ex parte* 3. ibi, *comprehenduntur in aliquibus ferè factis, ad finem*, ibi, *fuerunt deprehensi, & in d.c.*1.*extra de apostat.* ibi, *si in criminibus deprehensi, & in c.cùm non ab homine*, ibi, *in criminibus deprehensi, & in d.c.perpendimus*, vbi, etiam Ioan. And. *circa med.* ibi, *deprehendantur.* item Cæpol. *d.consil.*11.*n.*34. Brun.*d.cõs.crim.*115.*n.*67. Alex.de Neuo *d.cons.*59.*in fine, & seq. & in fine consilij, in* 7.*conclusione*, Roland. *d.cons.*4.*eodẽ n.*32.*l.*1. Foller. *in pract.crim. in verbo, audiantur excusatores, d. n.*47. Et est ratio, quia si clericus puniri potest à Iudice seculari propter enormitatem excessuum: ergo ante omnia debet de enormitatibus constare. Qualitas enim tribuens iurisdictionem in primis probari debet, ad hoc vt iurisdictio locum habeat, *l.*2. §.*sed si dubitetur, & in l.si quis aliena. ff. de iud.* Bald.*in l.idem professus, & in l.præscriptione. C.si contra ius vel vtil.pub.* Alij *in c.si clericus laicum, de fo.cõp.* Placha *in epitom.delict.c.*19.*n.*27.*versi.caterùm*, & si aliter diceremus, sequeretur absurdum & inconueniens, quid si clericus esset de delicto innocens, fuisset in potestate Iudicis secularis illum carcerandi, torquendi, & indebitè vexandi: quod non est dicendum. Nec ab ista quinta sublimitatione dissentire videtur Decian.*in tract.crim.lib.*4.*cap.*9.*num.*103.

¶ Deprehensus autem dicetur in proposito clericus altero de duobus modis. Primò, si captus sit in flagrãti crimine, argumento tex.*in d.c.cùm non ab homine*, ibi, *deprehensis legitimè, & in c.si quis diaconus*, vbi gl.*in verbo, deprehensis*, 50.*dist. & in l.palã*, §.*quæ in adulterio, in ver. deprehensa est. ff. de ritu nupt. & in l.fin. in prin.* ibi, *in scelere deprehẽsi. ff. de bon.eorum, qui sibi mor. cons.* & ita dicit Cæpol. *d.cons.crim.*11.*n.*35. Secundò deprehensus clericus dicetur in enormitatibus, etiam quòd in illis, & in flagranti non capiatur, dummodo vel ipse antequam opponat de priuilegio clericali delictũ fateatur, vel de eo sit legitimè conuictus, vel si crimen sit adeò notorium de facto, vt nullus sit inficiationi locus, argumento tex. *in d.c.cùm non ab homine*, ibi, *deprehensus legitimè atque conuictus.* Sic Host.*in d.c.ex part.*3. Alex.de Neuo, *d.cõs.*59.*n.*10. *& in fine consilij, in* 7.*cõclusione*, vbi dicitur quòd clericus non dicetur in crimine deprehensus, etiam quòd contra eum adsint vrgentia indicia, nisi vel confessus, vel conuictus sit.

59 ¶ Svblimita VI.† Vt dicta secunda limitatio procedat, prout loquitur in clerico immiscente se in delictis, quæ sint enormia: secus si non sint enormia. Enormia autem delicta quæ dicãtur, remitto lectorem ad ea, quæ, Deo dante, dicemus *in tit.de delictis, & pœnis infrà, hoc eodem l.q.*18. vbi latiùs rem hãc explicabimus: sed quatenus attinet ad amissionem priuilegij clericalis, vide omnino Cæpo.*d.cons.*11.*n.*25. *& seqq.* qui pulchre loquitur in materia. Ex cuius dictis particulariter nota, quòd licèt de iure ciuili enormia delicta dicantur, quæ cum dolo in magnũ damnum & iniuriã alterius perpetrãtur, *l.ea. ff. de reg.iur. l.auxiliũ*, §.*in delictis. ff. de minor.* præsertim vbi imponitur pœna sanguinis, *l. in lege. ff. ad l. Cor. de sicar.* de iure tamen canonico dicuntur enormia illa, in quibus post peractam pœnitentiã non consueuit dispensari, *c.at si clerici, extr.de iud.* & tradit Fab.à Mõte Leone *in pract. arbit.pag.mihi* 405.*n.*15. vbi quòd de iure canonico illa dicũtur enormia delicta, quæ ad normã plenè redire non valent, & in quibus semper aliquid remanet de pœna, quæ saltẽ ordinis executionem & beneficiorum retentionem impediat; prout est homicidium, hæresis, & simonia, *c.minor*, 50.*dist.c. si quis omne*, 1.*quæst.*7.*c.ventum*, 1.*quæst.*1.*c.inquisitionis, extr. de accus.* De iure etiã canonico, quæ delicta dicãtur enormia, remissum est Iudicis arbitrio, *c.cùm illarũ*, & ibi gloss. & Inn. *de sent.excõm.c.peruenit*, & ibid.gl.*extr.eod.* Qui quidẽ Iudex inter delicta enormia, omnia illa connumerabit, per quæ infamiam incurrit delinquẽs, *c.infames*, 3.*quæst.*7. Item & duellum, *c.*1.*de pugnan.in duello.* Item & membri mutilationẽ, *d.c.cùm illorum, post medium, extr. de sent.excom.* Itẽ, si os capitis fractum sit, Inn.*in d.c.cùm illorum.* Itẽ vulnus cũ magna sanguinis effusione, gl.*in d.c.cùm illorũ.* Item furtũ, Anch.*in reg. ea, quæ, in* 12.*q.de reg.iur. in* 6. quẽ in proposito allegat Ale.de Neuo *d.cons.*59.*n.*9.*in fi.cõsilij, in* 1.*cõclusione.* vbi cõtra, quod delicta parua dicũtur, si clericus reiecto habitu defert arma, vadit de nocte, & ludit ad azzardũ, seu taxillos. Delicta autem magna sunt furtũ, homicidiũ, & similia. Foller. *d.verbo, audiantur excusatores, n.*45. vbi quòd delicta grauia in clericis sunt adulterium, sacrilegium, falsum testimonium, & similia: item omnis causa sufficiens ad exhæredandum, &c.

¶ Limita III.† Principalem regulam in clericis non incedentibus in habitu & tonsura, qui priuilegio fori non gaudent, si trina præcedente monitione, vt illum deferãt, adhuc in contumacia non deferendi persistant. Monitione autem non præcedente, etiã quòd in habitu & tonsura non incedant, adhuc tamen minimè seculari foro subiecti sunt: nisi sint clerici coniugati, qui non deferendo habitum & tonsuram fori priuilegium amittunt, etiam quòd nõ sint moniti. 60
Probãtur hæc omnia respectiuè *in c.in audientia, de sent.exc. in c.fin.de vita, & honest.cler.c.cõtingit, il* 2.*de sent.exc.c.vnico, de cler.coniug.in* 6. gl.*in c.ex parte, il* 2.*de priuileg.* Panor.*in c. tuæ, de apostat.* Marsil. *cons.*67.*n.*60. *&* 61. Cæpol.*cons.*11.*n.*41. Pract. Conrad. *tit. de inquisit. n.*8. *&* 7.*limit.folio mihi* 247. Socin.*reg.*56.*in* 5. *&* 6.*fall.* Boss.*in tit.de foro cõp.n.*227.*in fi. & seq. & n.*133. *& n.*140. Capra.*cons.*97.*n.*80. Couarr.*prac. q.c.*31.*n.*6.*ver. quintò hinc apparet*, Clar. *in pract.d.q.*36.*ver. quæro, an clericus*, Ant. Gom. *var. resol.tom.*3.*tit.quando reus gaud.immũ. Eccl.n.*4. Alex.de Neuo *cons.*59.*n.*1. *& seq. & cõs.* 60.*n.*1. Mill.*in pract.fol.mihi* 62.*n.*7. *&* 24. & est communis, * sicuti testantur Couarr.*pract.q.c.*32.*n.*1. Rolã.*cons.*4.*n.*28. * *& seqq.vol.*1. Viui.*in comm.opin.ver.clerici à potestate*, Clar. *in prac.q.*36.*ver.hæc autẽ.* Qui tamẽ Clarus licèt apud eũ seruari testetur, quòd clerici non beneficiati & in sacris ordinibus non constituti, si in habitu & tonsura non incedũt, indistinctè per seculares Iudices puniantur, etiã quòd à suo prælato moniti non fuerint; & Clarũ sic dicentem referendo sequatur Sigism.Scac.*de iudic.cauf.ciuil.crim. & hæret.l.*1.*c.*11. *n.*82. tamen de iure communis, ac secundũ magis cõmunem * Doctorum opinionem, monitionem fore necessariam dubium non est, dũmodo tamen non sint etiam in enormitatibus deprehensi, iuxta terminos præcedentis limitationis: tunc enim nulla requiritur monitio, vt ibi diximus. Et licèt etiam econuerso in clerico cõiugato monitionẽ fore necessariam dixerit Castellion. *in consi.* 5. *n.* 7. *& seq.* tamen eius opinio communiter * à Doctorib. reprobatur, à qua non re- * cedendo concludas in clerico non coniugato, ad hoc vt fori priuilegium amittat ob non delationẽ habitus, monitionem fore necessariam; secus in coniugato. Et præmissis adde Decian.*in trac. crim.tom.*1.*lib.*4.*c.*9.*n.*88. *&* 89. vbi etiam ponit conclusionem, quòd Clericus non præcedente trina monitione, non amittit priuilegium fori ob non delationem habitus & tonsuræ, illámque bene comprobat, & respondet contrariis; & postea eam limitat non procedere, quando Papa ex aliqua speciali constitutione alicui Principi seculari concessisset facultatem puniendi clericos non incedentes in habitu & tonsura; quia tunc non est necessaria aliqua monitio, vt ibi per eũ: item limitat in apostata, eo scilicet, qui non tantùm habitum, sed etiam vitam clericalẽ in totum dimisit, destinauítque secundùm laicos viuere: tunc enim in delicto enormi deprehensus potest à Iudice laico puniri, etiam quòd nulla præcesserit monitio, vt ibi per eum, *n.*91.92. & 94. vbi declarat hanc secundam limitationem.

¶ Svblimita I. Hanc tertiam limitationem,† vt procedat, vt loquitur, dũmodo trina præcedat monitio specialis, nominatim, & in personam facta; in tãtum, vt nec vnica, nec generalis sufficiat, tex.est *in cle.* & ibi notat gl.*in verbo, tertio*, vbi etiã Card.Imola, & omnes, * *de vita & honest.cler.* Marsil. * *sing.*259.*incip. generalis*, Rub. *cons.*76.*n.*2. Boër.*decis.*69.*n.* 13. Gram.*voto* 33.*in causa clerici Hieronym. col.*3.*ad fin.n.*12. Brun.*cõs.crim.diuers.*115.*n.*98.*tom.*2.*in magnis*, Couar.*pract. q.d.c.*31.*n.*1.*ver.sed ex Alexandrina*, Viui. *in comm. opin.d. verbo, clerici à potestate*, Dec.*in trac.crim.tom.*1.*l.*4.*c.*9.*n.*105. vbi ampliùs notat, quòd talis trina monitio debet esse distincta per interessionem aliquorum dierum; cùm nec sufficiant tres sine temporis interpellatione, neque vnica, cum longissimo temporis interuallo, vt ibi per eum. 61

¶ Nisi forsan generalis ista & vnica monitio fuerit facta in synodo sub expressa comminatione & pœna priuationis 62

priuilegij

priuilegij clericalis;quia tũc illa vnica sufficit pro trina monitione secund.Hostien. Io.Andr.Anch.Card.& But.*in c. 2. ne clerici,vel mona.* Cæp. *d.consˀ.* 11.*n.*41.à quibus licèt Abb. *ibid.*dissentire videatur:tamen contra Abbatem est communis * opinio,sicuti testãtur Clar.*d.q.36.ver.sed quid si facta,* & ante eum Alex. de Neuo *consˀ.* 60.*n.*14.vbi reddendo rationem dicit, quòd monitio facta sub Synodo, habet vim constitutionis: sed vbi fit constitutio, non requiritur trina specialis monitio,*c.2.de constˀ.in 6.c.1.de locˀ.*1.ergo synodalis monitio sufficit,etiamsi generalis sit.

63 ¶ Svblimita II. † Dictam tertiam limitationem procedere, dummodo dicta monitio clerico fiat à Iudice ecclesiastico, & non à seculari, tex.est *in d.c.contingit interdũ,il* 2. ibi,*in diœcesi sua, iuncto ver.*ibid.*à te,de sentˀ.excom.*& clariùs *in d.c.in audientia, eod. tit.* ibid. *si à prælatis suis,* & expresè notat Brun.*d.consil.crim.diuer.*115.*n.*56. & Cæp. *d.consil.*11. *n.*41.Mill.*in pract.fol.mihi* 93.*n.*30.

64 ¶ Svblimita III. Eandem tertiam limitationẽ, † quòd ad hoc vt clericus amittat priuilegium fori, est necesse non solùm,quòd non incedat in habitu clericali,sed etiam copulatiuè, quòd non deferat tonsuram:licèt enim in clerico cõiugato duo copulatiuè requirantur,habitus scilicet & tonsura,ad hoc vt fori priuilegio gaudeat, vt est tex. *in c.1. de cler. cõiug.in 6.*Rota *in nouis,decis.*202 Bald.*in l.si qua per calumniam,C.de Episcopis,& cler.*Guido Papæ *q.*138.Imo.*in c.loã. n.3.de cler.cõiug.*Card.*in d.c.perpendimus,in vlt.oppos.de sentent.excommun.* Couarr.*pract.quæst.d.c.*31.*n.*7.*vers.*3.*vt locus sit.*Capra *d.cõclus.*97.*n.*83.*vers.aut incedit in habitu clericali,*
65 *&c.*immò † non sufficiat clerico coniugato vnã tantũ vestẽ clericalem gerere,si aliàs inhonestas & seculares gerat: sed necesse sit, si vult, fori priuilegio gaudere, vt omnes vestes clericales & honestas deferat,illas saltẽ quæ videri possunt, vt per Couarr. qui concordantes adducit,*in dicto n.7. versic. secundo hæc Bonifacij cõstitutio, &c.* & ante eum Mill.*in prac. d.fol.*93.*n.* 21. In clerico tamen non coniugato sufficit alterum istorum, vel scilicet quòd deferat habitum, vel tonsuram, secund. Zabarell.*in d.c.perpẽdimus,*Cæpol.*d.consil.*11. *n.*42.*&* Rolãd. *d.cõs.*4.*n.*26.*vol.*1.Imo.& Flor.in locis allegatis per Capram, quos & ipse sequitur *in concluˀ.* 97.*n.*74. *&* 81.& consentit Sigism. Scacc.*d.c.*11.*n.*91.

66 ¶ Svblimita IIII.† Quia ad hoc vt clericus in delictis fori priuilegio gaudeat, sufficit gessisse habitum clericalẽ & tonsuram tempore delicti,licèt ante delictum,vel post illum dimiserit,*clem.*1.& ibi gl.*in verbo,quandiu,de vita,& honest. cler.*Iõa.Andr.*in c. Ioan.in* 4.*q.de cler.cõiug.*vbi dicitur,quòd aliàs fuit Paduæ determinatum,Couarr.*pract.q.c.*31.*n.*7.*ver.*
* 5.*potissimum,*& est communis,* sicuti testãtur Alex.*consˀ.*8. *n.*4.*l.*1.*& consˀ.*149.*n.*7.*l.*6.Marsil.*sing.* 480.*incip.apud Doctores,* Clarus *in pract.d.q.*36.*ver.sed hîc quæro,*& conferunt tradita per Capram *d. concluˀ.* 97.*n.*93. *& seqq.* vbi respon-
* dendo contrariis, secundùm communem * & veriorem concludit,quòd clericus,siue coniugatus, siue non, non perdit fori priuilegium,si habitum & tonsuram aliquo tempore dimissum reassumpserit.

¶ Sed quid si tempore, quo habitum non gerebat, tertiò monitus vt illum reassumeret,si non reassumpsit,Iudex pronunciauit ipsum fore priuatum fori priuilegio:An hæc sententia intelligatur in perpetuum, an verò donec habitum reassumpserit; & sic an clericus post sententiam reassumẽdo habitum possit moram purgare & priuilegium recuperare? Vide pulchre *ibid.d.concl.*97.per Capram,*n.*104.*& seqq.*

¶ Item, quid si tempore delicti habitum non gesserit,an gaudeat clericus fori priuilegio, si illum post delictum reassumpserit?Videtur dicẽdum, quòd sic,quia si dimissio habitus est causa faciens cessare priuilegium clericale, ergo illius reassumptio debet tollere eiusdem priuilegij cassationem: quia cessante causa,cessat effectus,*l.generaliter,C.de Episc.& cler.*& contrariorũ contrarij sunt effectus.Itẽ quia non debet tolli licentia iustè pœnitẽtis,*l.si quis libellos, C. de appell.c. si quis libellos,*2.*q.*6.Et quod suo facto clericus perdidit,cõtrario facto recuperat, argumento tex.*in c.qui sæpe, de elect.l.*6. & arguendo concludit Christoph.de Castellio. *in suo cõs.* 5.à cuius opinione nec dissentire videtur Clar.*in d.q.*36.*ver.sed quid si clericus.*dũmodo tamẽ clericus habitũ reassumat ante condemnationem vel capturam: quia si expectet se cõdemnati,vel capi non gerens habitũ,illius reassumptio tanquam in fraudem facta,nihil postea sibi prodesset,vt ibi.per Castellion.*sub n.*5.Capella Tholos.*decis.*144.*&* 147.Alex.de Neuo *consˀ.*50.*n.*3. & tradit Capra *d. consˀ.*97.*n.*111.quòd clericus reassumendo habitum, quem dimisit,recuperat priuilegia clericatus;scilicet quòd ad ea, in quibus non fuisset præuentus,aliàs secus;vtpotè,quia iam fuisset conuentus coram Iudice seculari pro delicto cõmisso tempore, quo habitum non deferebat, & in dubio isto casu reassumptio habitus in fraudẽ facta præsumitur,*l.fi.ff.de his,qui sibi mort.consciu.l.fi. ff.de re milit.* Et vbi fraus præsumitur in reassumptione habitus;ibi clericale priuilegium cessat,Capel.Tholos.*d.decis.* 144.Alex.de Neuo *d.consˀ.*59.*n.*3.Clar.*d.ver sed hîc quæro,in fi.* Capra. *d. concl.* 97. *n.*112. Et ad præmissa vide etiam Decian.*in tract.crim.tom.*1.*l.*4.*c.*9.*n.* 100.*& seqq.*

¶¶ Et in materia † aduertas ad duo,quæ sunt in proposito notatu digna. Primò, quòd si clericus non incedat in habitu propter infirmitatem; vt putà quia infirmus illum non valeat gestare, non per hoc amittit priuilegium clericale, sic vti iudicauit Capella Thol. *decis.* 104.Addo & Decian. *in tract.crim.tom.*1.*l.*4.*c.*9.*n.* 109. vbi idem si clericus habitum non deferat,vel propter paupertatem,vel propter humilitatem corporis, vel quia de nocte prodit, vel generaliter ex aliqua iusta causa, ad tex. & ibi gl. *in c. clerici,de vita & honest.cler. & in clem. fina.* & ibi glos.*in verbo,rationabilis.eod. tit.*cum aliis per eum allegat. 67

¶ Secundò aduertas, † quòd vnica omissio habitus non priuat clericum priuilegio clericali, sed necessaria est tanta perseuerantia,vt publicè existimetur laicus. Castell. *d. consˀ.* 5.*num.*9. 68

¶ Svblimita V. † Dictam tertiam limitationem, vt cùm clericorum habitus non sit à iure diffinitus, idcirco illæ censentur clericis vestes honestæ,quæ à communi vsu & consuetudine illius prouinciæ,vbi commorantur,fuerint admissæ:& propterea eas gerendo clericus fori priuilegiũ non amittit,ex eo quòd nõ gerat habitũ clericalem, gl.*in c.penul. in ver.de auratis,de vita,& honest.cler.& in clem.*1.*in verb.secularis,de elect.& in c.si quis virorum,*30.*distinct.& in c.summa,*24.*q.*1. Card.*in clẽ.*2.*ad fin. de vita & honest.cler.*Abb.*in c.*1.*de apost.*Alex.*cons.*149.*n.*12.*l.*6.*& cõs.*8.*col.fi.l.*1.Roland.*consˀ.*4.*n.*27.*vol.*1. Cæpol. *d.consˀ.crim.*11.*n.*30.Foller.*in pract.crim.verbo,audiantur excusatores,num.*42.vbi ampliat, quòd si consuetudo non haberet diuersitatem aliquam inter habitum cleticorum & laicorum, illa esset nihilominus attendenda, & est cõmunis, * sicuti testatur Clar. *dicta quæst.* * *36.ver.dixi clericum,* vbi ex hoc inferendo dicit,quòd ad iudicandũ, An clericus incedat in habitu & tonsura,videndum est,an ille,qui in aliquo habitu incedit, prima facie si videatur in populo iudicabitur clericus, an autem laicus.Couarr. *pract.q.dicto cap.* 31.*sub n.*7.*vers.*4. *illud est obseruandum,*vbi hoc declarãdo dicit, quòd in habitu clericorum bene attenditur prouinciæ consuetudo:non scilicet laicorũ,sed clericorum similis. Et ideo Clerici coniugati dicuntur incedere in habitu & tonsura,si iis vtãtur vestibus,quibus alij coniugati clerici vti solent. Pariter econuerso clerici coniugati coguntur illas gerere vestes, quibus induũtur alij clerici,vel sacris ordinibus constituti,vel ministerio Ecclesiæ inseruientes,& sic attenditur,vt dixi.consuetudo earundem personarũ, non autem diuersarum. Et licèt Cæpo.*d.consˀ.*11.*sub nu.*30.dixerit,quòd clerici seculares debent vestes vsque ad talos portare,sicuti hodie portant clerici in sacris ordinibus constituti; eius tamen dictum non credas verum, nisi quatenus cõcurrat etiam regionis consuetudo quoad dictos seculares clericos. Quæ consuetudo in totum clericalem habitũ diffiniet, per supradicta.Imò si ex legitimè præscripta cõsuetudine inductũ esset, vt clerici coniugati etiam non deferendo clericalem habitũ priuilegio fori gauderent, nulli dubium, quòd talis cõsuetudo valeret,secund. Fulgos.*in consˀ.*224.*col.*1.Bos. *d.tit.de foro com.n.*130.cũ aliis per Couar.*in loco nuper citato.* Et hæc omnia,vt bene aduertit Clar.*in d.ver. dixi clericum,* procedũt affirmatiuè, non autẽ negatiuè. Nã multi sunt habitus,qui clericis per sacros Canones,sũt interdictis,de quibus *in d.c pen.& in d.clem.*2.*de vita,& honest.cler.*& pulchrè per Foll.*in d.verbo, Audiãtur excusatores,n.*42.Ideoq;si clericus portetbiretum,caligas,seu alia vestimẽta bipartita duorum

rum colorum, seu virgata, & similia; non dicetur in habitu clericali incedere, nec fori priuilegio gaudebit, secundùm Clarum ibi,& ante eum Cæpol. *d.cons.*11.*n.*31.Aufrer. *dec Tholos.*127.*&* 252.Mill.*in pract.pag.mihi* 92.*n.*8. vbi quòd Tholosæ quidem clericus coniugatus, qui caligas bipartitas habebat, fuit laicus reputatus, & pro crimine tanquam laicus condemnatus,& laqueo suspensus. At quæ videre etiam poteris scripta per Scacciam *d.c.*11.*n.*84.*& seqq.*& per Decian.*in tract.crim.tom.*1.*l.*4.*c.*9.*n.*96.*&* 97. vbi etiam de habitu scholaris clerici, & de clerico portante inferiorem vestem variegatam,superiorem autem clericalem.

70 ¶ Sublimita VI.† In clerico beneficiato,& non in sacris constituto, qui non potest à Iudice laico puniri, etiam quòd non incedat in habitu,& tonsura ratione beneficij, secundùm quod ita iudicauit Senatus Mediolani, teste Claro *in d.q.*36.*sub ver.Hac autem,in fine,& in vers. regulariter autem,pariter propter finem,* vbi hoc declarat procedere,dūmodo iste clericus beneficiatus non incedens in habitu, doceat nedum de titulo,sed etiā de possessione ipsius beneficij;aliter secus.Et Clarum sic dicentem refert & sequitur Sigismund. Scac.*d.c.*11.*n.*82.*ad finem, vers.item clericus beneficiatus,& d.n.* 82.*ad med. ver.si verò est constitutum in sacris*, vbi hanc sublimitationem ampliat etiam in clericis non beneficiatis, constitutis tamen in sacris, quos non amittere priuilegium fori probat, etiam quòd non incedant in habitu & tonsura, & etiam quòd ter moniti habitum non reassumpserint. (Quod vltimum est contra ea quæ dixi *sup.num.*56.*vers.* & *si tu dixeris*,ideo de veritate considera.)

71 ¶ Limita IIII. Regulam † in clerico degradato,qui cùm propter degradationem efficiatur de curia seculari, ideo poterit per secularem Iudicem puniri, *c.*2. *de pœn. in* 6. Socin. *reg.*56.*n.*11.Mill.*in pract.pag. mihi* 93.*n.*25. Boss.*in tit.de fo. comp.n.*140.Diaz.*in pract.crim.canon.c.*133. Pract. Conradi, *tit.de inquisit.n.*8.*ver.*4. *quando quis,pag.*246.*in* 1. *col.* Villalob.*in commun.opin.verbo,clericus,n.*71.

72 ¶ Degradatio † autem duplex est secundùm Clarum *in pract.quæst.*74. verbalis scilicet, & actualis. Verbalis degradatio est,quando Iudex pronunciat sententiam contra clericum, eum priuando clericalibus ordinibus. Et hæc, propriè loquendo, appellatur potiùs depositio,quàm degradatio; licèt plerumque à Doctorib.dicatur etiam degradatio.Actualis autem degradatio est,quando clericus non modò per sententiam, sed etiam personaliter priuatur, exuitur, & spoliatur ordinibus ecclesiasticis, iuxta formam traditam in libro Pontificali,*fol.*190.*& seq.*& plenius dicam *infrà,in tit.de delict.quæst.*19.*num.*49.

73 ¶ Vnde inferendo ad propositam limitationem,dico † illam procedere in clerico non verbaliter, sed actualiter degradato, qui absque alio à Curia seculari puniri potest,etiā quòd ille per Iudicem ecclesiasticum non tradatur. Verbaliter autem degradatus, nullo pacto potest à laico Iudice puniri,nisi priùs Curiæ seculari traditus fuerit,secundùm com-
* munem * Doctorum opinionem,de qua post Alc.*in d.c.cùm non ab homine,n.*108. & Villalob.*d.ver.clericus,n.*71.testatur Clar.*in pract.q.*36.*ver.scias autem*,cum aliis per Sigismund. Scacciam, *vbi suprà, d.c.*11. *n.*73. *& seq.* vbi exornat hanc conclusionem,& respondet contrariis.

74 ¶ Et nisi† clericus fuerit à Iudice ecclesiastico degradatus, & traditus Curiæ seculari,nō potest vllo pacto pro quocunque etiam enormissimo crimine ab eodem seculari Iudice
* puniri;sicuti omnes * fatentur,teste Couarr. *pract.q.d.c.*32. *n.*2. *ver. Primum etenim illud constat*, vbi ad plura iura concordantia adducit,& sequitur Roland. *d.cons.*4.*n.*22.*& seqq. vol.*1.& Clarus *d.vers.scias autem.* Nec dissentit Sigismund. Scaccia *de iud.caus.ciuil.crim.&c.l.*1.*c.*11.*n.*58.& Decian.*in tract.crim.tom.*1.*l.*4.*c.*9.*n.*18. vbi exemplificat in homicidio (de quo non dicam)furto,periurio,& falsa moneta.

75 Hæc autē † actualis degradatio,seu Curiæ seculari traditio, in tribus casibus à iure Canonico permissa est, hæresis, falsi cōmissi in literis Apostolicis,& cōspirationis in Episcopū,*c.ad abolendū,extr.de hæret.c.sup. eo, & c.accusat.de hæret. in* 6.*c.cùm non ab homine,de iud.c.ad falsariorū, de crim.falsi*, Ang.*de malef.verbo,& sibi caput à spatulis amputetur,n.*35.*& seqq.*Soc.*reg.*55.*in* 1.*&* 2.*fallē.* Diaz *in prac.crim.canō.c.*106. *&* 108.Pract. Cōrad.*d.tit.de inquisit.n.*8.*ver.*25. *&* 27.Boss. *tit.de foro comp.n.*135. Cou. *var.resol.l.*2.*c.*20.*sub n.*7. & est communis * ex Claro *d. q.* 36.*ver. scias etiam*,& ex eodem * Conrado *in Templo omnium Iudicum,lib.*2.*c.*5.§.2.*n.*5.

¶ Sed circa crimen hæresis aduerte,† quòd tunc demum 76
clericus propter tale crimen sine vlla audientia Curiæ seculari traditur, si fuit relapsus. Ita enim loquuntur iura superiùs allegata. Vnde secus, si non relapsus velit se corrigere, quia tunc non traditur Curiæ seculari, sed in carcerem ad pœnitentiam peragendam detruditur; *c. pen. extr. de hæret.* Soc.*d.reg.*55.*in* 5.*fall.*Boss.*d.tit. de foro comp.n.*137.& aduertit Sigismund.Scac.*vbi sup.d.c.*11 *post n.*60.

¶ Item circa crimen falsi aduertas, † quòd quamuis cle- 77
ricus de crimine falsi conuictus, sit statim deponendus & tradendus Curiæ seculari,*dicto cap.ad falsariorum, de crim. falsi*,nihilominus hoc regulariter non seruatur,teste Anania *in rub.de falsi circa fin.*quem sequitur Clar. *d.q.* 36.*ver. videmus etiam.*& voluit Scac.*d.c.*11.*n.*60.

¶ Item circa crimen conspirationis in Episcopum aduer- 78
tas, † quòd licèt ex dispositione *cap.si quis sacerdotum,undecima, quæst.*1. clericus propter calumniam, & contumeliam illatam Episcopo sit deponendus,& tradendus Curiæ seculari,sicuti etiam tradit Boss.*d.tit.de foro comp.n.*135.illud tamen intelligendum est,si sit incorrigibilis;aliàs secus,secundùm gl.*in d.c.cùm non ab homine,in gl.finali,extra de iud.*quæ tanquam mitior communiter * recepta est, teste Soc. *dicta* *
*reg.*55.*in tertia fall.*& Claro,qui & alios id attestantes adducit *in d.q.*36.*vers.hinc infertur*,sequitur Scac.*vbi suprà.*

¶ Sed hìc quæro, † An exceptis dictis tribus casibus, de 79
quibus modò verba fecimus, clericus putà, pro homicidio seu alio enormissimo crimine sit degradandus & tradendus Curiæ seculari,absque eo quòd sit incorrigibilis:an verò requiratur etiam incorrigibilitas? In simplici homicidio omnes † communiter * concludunt clericū non esse Curiæ se- 80
culari tradendū,sed deponendū,& in carcerem detrudendū, *
nisi fuerit incorrigibilis, & hoc omnes admittunt, vt inter alios videre est apud Soc. *d. reg.* 55 *in* 4.*&* 5.*fall.in fin.* Roland.*d.cons.*4.*n.*23.*vol.*1.Alex.de Neuo *cons.*59.*n.*21.Ang.*de malefi.in verbo,& sibi caput à spatulis amput.n.*38.Arnald. Albert.*in tract.de agnosc.assert.cathol.& hæret.q.*25.*n.*33.*&* 34. vbi specialiùs declarando materiam dicit,quòd clericus pro simplici homicidio deponitur, & in monasterium detruditur ad agendum pœnitentiam. Si verò impœnitens fuerit, vel illam agere noluerit, putà quia fugere tentauerit; tunc damnatur ad perpetuos carceres,& sic facit differentiam inter detrusionem in monasterium, & pœnam perpetuorum carcerum, & bene. Pœna enim detrusionis in monasterium non perpetua,nec longi tēporis esse debet, sed tantū quousque pœnitentiam peregerit, vt post Diaz *in prac.cri.cano.c.* 88.adnotauit Petr.à Placha *in epit. delict. c.*11.*n.*15.illa verò carcerū est perpetua. Et licèt nonnulli per Arnal. Alber.*vbi suprà* relati,quos etiā sequi videtur Placha *d.c.*11.*n.*16.dixerunt,pro simplici homicidio clericū posse ad perpetuos carceres damnari;moti ratione, quia scilicet quando lex ciuilis imponit pro aliquo delicto pœnam mortis naturalis eo casu de iure Canonico succedit in illo delicto pœna perpetuorum carcerum: horum tamen opinio non videtur vera per tradita ab ipso Arnal. *in loco antè citato*, vbi pulchrè, & horum opinionem,& eorum rationem reprobat.

¶ In homicidio verò † qualificato, putà sacerdotis tradi- 81
torio, & per insidias, parricidio, & similibus enormissimis delictis;pront etiam in combustione Ecclesiæ,& aliis,maxima est inter Doctores controuersia. Vna enim est opinio, quòd nec etiā in istis enormissimis criminibus clericus Curiæ seculari tradatur, nisi incorrigibilis fuerit,& hanc tenuerunt,& cōmunem * dixerunt Aret. *in d.c.cùm nō ab homine,* *
*n.*80.*col.*9.quē refert Villalob.*in comm.opin.verbo,clericus,n.* 82.& Bonacos. *l.*1.*verbo,clericus si per insidias,pag.*25. *col.*2. *in fine*,Decian. *in c.at si clerici,n.* 288.*col.fi.de iud.*& ibid.Berous,*n.*181.Diaz *in pract.crim.canon.c.*90.*versic.contrariā tamen opinionē*,quē refert Foller *in pract.crim.verbo,audiantur excusatores, num.* 45. Boss. *d. tit.de foro comp.n.*136. *&* 141. Cou.*var.resol.l.*2.*c.*20.*sub n.*7.*versic.ea tamen*,Placha *in epit. delict. lib.*1.*c.* 22.*num.*43.vbi de magis communi.* *& c.*21. *
*num.*7.*& num.*13.Arnald. Alber.*in cap.quoniam,colum.*124. *versic.nihilominus tamen,de hæret.l.* 6. Villalob.*in comm.opin.*

litera

*litera L,n.8.*Sigismun.Scac.*vbi suprà dicto capitulo 11.n.60.* vbi ponit exemplum in occidente Cardinalem seu Pontificem,*& n.65.* vbi quòd hæc opinio de iure verior est:& pro hac eadem opinione videntur facere plura iura textus, scilicet *in d.c.cùm non ab homine*,ex quo textu ponderãdo verba, *Quibuscunque criminibus*,aperta colligitur conclusio,in omni crimine,quantumcunque graui & enormi,Iudicem secularem clericos punire non posse:eos tamen deponẽdos esse, & si incorrigibiles fuerint, tradendos Curiæ seculari. Et sic delicti enormitas non sufficit, nisi delinquendi pertinacia accedat. Quòd pariter probatur *in c. clerici, de excess.prælat.* vbi ob crimen sodomiæ, quod procul dubio grauissimum est, clericus post depositionem in monasterium detruditur, non autem Curiæ seculari traditur.Item & facit tex. *in c.felicis,de pœnis,in 6.*vbidicitur,quòd occidens Cardinalẽ,non debet mori,sed ita viuere,vt vita sit ei mors.

¶ Contrariũ, quòd immò in qualificatis homicidiis,putà per insidias, & industriã, ac proditoriis, aliísque grauissimis delictis clericus etiam nulla expectata incorrigibilitate, debeat Curiæ seculari tradi, tenuerunt Abb. *in c.1.de his, qui filios occide.& in c.at si clerici, n.39. de iud.& in c.1 ad finem, de homicid.& in c.nouimus,de verb.sign.* Anch.*consi.58.col.2. & in reg.ea,quæ,in 19.q. de reg.iur.in 6.* Fel.*in c.inquisitionis, col.2.de accusat.& in c.1.de constit.n.49.* Barba.*consi.63.col.3. vol.*1.Guido Papæ,*q.121.* Soc.*d.reg.55.in 5.fall.* Pract. Conradi *tit.de inquisitione, n.8. in 23.fall.* Alex.de Neuo *d.consi. 59.n.21.*Arnal.Alber.*qui sup.in tract. de agnoscen.asser.cath. & hæret.q.25.n.34.versi.secundò etiã fall* vbi & alios allegat. * De communi * testatur Gulielm. de Bened.*post tertiã partẽ repet.ad cap. Raynutius,in quæst.de homicid.n.40.in fi.*idẽ Cõradus. *Templo omniũ Iudiciũ*, vbi suprà,*dict.n.5.* & ita sæpiùs seruatum testantur vltra relatos Doctores, Dec.*in d.cap.at si clerici,*Chassan.*in consuetud.Burgũd fol.57.col.2.* Alciat.*in d. l.cũ nõ ab homine,n.22.*Diag.*d.c.90.*quẽ refert Foller.*d.n.45. prope finẽ,*Ang.*de malef.in verbo,& c. à Spatulis,n.38.& seq.* (Et demũ hanc opinionem sæpius seruatam in diuersis mundi partibus,per plura exempla bene demõstrat Episc. Scalen. *in tract.de censur.& irregularit.tit.de deposit.& degradat.c.14. per totum*, accedente tamen Pontificis authoritate, & non aliàs,vt ibi per eum.)Decian.post hæc scripta habitus *in suo tract.crimin.l.6.c.28.n.14.* vbi aliis relatis testatur communem * esse opinionem, quòd pro homicidio commisso per industriam, & per insidias clericus degradatur, & Curiæ seculari traditur, etiam non data illius incorrigibilitate: & hanc contrariam opinionem de consuetudine magis seruatam(quamuis de iure primam sententiam veriorem dixerit) testatur Sigism. Scac.*d.c.11.n.65.& seq.*

¶ Ego in hac opinionũ contrarietate negare non possum, primam opinionem magis iuri consonam videri: secundam verò sæpius seruatã,*vt ex sup. citatis Doctorũ authoritatibus,* præsertim ex Placha *d.c.21.n.31.* apparet: idcirco id totum Iudicis prudentis arbitrio remitterẽ, qui istis casibus clericũ Curiæ seculari tradet,si inspectis loci,temporis,& personarum qualitatibus, adeò Reipublicæ pernicioſum crimen iudicauerit,vt necesse sit ob scandali timorem clericum Curiæ seculari tradere:(& tamen id intelligendum semper Põtifice consulto iux.tradita per Episc.Scalen.*in loco præcitato.*) aliàs secus(si tale imminens scandalum cesset)sicuti distinguendo tradiderunt Placha *dicto cap.21.n.13. versicul. Nec me latet.*Couarr.*dicto capitulo 20.num.7.versiculo quibus ipse libenter accedo*, Clar. *in pract.quæst. 36.vers. pariter etiam, in fine*,Foller.*in prac.crimin. canon.verbo,& si confessi,aut conuicti sint, condemnentur, num.23.versi.ego tamen, &c.pag.275.* Quos omnes in hac parte sequor: Nec dissentit Scac.*d.cap. 11. num.66.* Idémque Iudex faciliùs multò ad hanc Curiæ seculari traditionem deueniet contra clericum primæ tonsuræ, quæ in contra sacris initiatum: sicuti placuit Diaz *d. c.90.prope finem;* & Placha *dicto cap.22.n.43.* & Foller.*sub dicto num.45.prope finem.* In dubio autem minimè clericum tradendum esse Iudex arbitrabitur, secundùm Clar. *in dicto ver.pariter etiam,& bene.*

82 ¶ Limita V. † Principalem huius quæstionis regulam nõ procedere in clerico assassino, qui cùm sit à toto populo diffidatus,potest à Iudice seculari puniri etiã absque vlla degradatione,*c.1.de hom.in 6.*vni Gem.Frã. & alij. Aufr.in rep. *clem.sæpe.de offi.ordin.in 18.fallẽ* Marsi *in l.vnica.n.107.C.de rapt.virg.& in pract.§.examinanda,n.25.& in §.dil.genter,n. 160.*Giam.*voto 9.n.17.& voto 6.n.1.& seqq* Clar.*in §.assassinum,vers.sea quæro,& q.36.vers.item quæro,* Boer.*p.69.n.18.* Cur.Iun.*cons.20.*Igne.*in l.necessarios,§.non alias,n.448 ff. ad Syllan.*Ioan.Mar.Monticell.*in sua pract.crim.reg.8.n.22.*Couar.*pract.quæst.c.22.n.2.versi.primum etenim illud constat, in fin.*Pract.Cõrad.*tit. de inquisitione,n.8.in 18.fallen.*vbi quòd ita seruatur practica, Boss.*tit.de foro comp.n.14.& 142.*Roland.*cons.24.n.10.& seqq.vol.1.* De cõmuni * testantur Lãbert.*in c.1.q.11.n.88. de hæret.in 6.* Gabriel.*l.7.conclus.1.n. 24.in 5.ampliatione,*Diaz *in pract.criminis canon.c.91.num.26.* Viui.*in comm.opin.verbo,Iudex laicus potest,* Remig. Gon.*in tract.de immunit. Eccl.in 15.fall.n.10.* Clarus *d.q.36.vers.sed quæro* [cum aliis relatis per Brun. à Sole, post hæc impressa habitum, *in suis quæstionibus legalibus,q.34.n.25.*& per Decian.*in suis tract.crim.parte 2.l.6.c.28.n.18.*& per Sigismun. Scac.*in tract.de iud.cau.ciuil.crim.& c.l.1.c.11.num.55.*& per Decian. *in tract. crim. tomo 1.lib.4.c.9.n.77.* vbi hoc ampliat etiamsi non sit sequuta mors:ac etiam in defensoribus,receptoribus, & occultatoribus bannitorum:& non solùm in simplici clerico: sed etiam in Principe prælato, & qualibet ecclesiastica persona. & ita per Episcop. Scalens. *in tract. de censur.& irregular.c.14.ad finem,ver. imò aliqui voluerunt.*]

¶ Amplia I. Hanc quintam limitationem, † quòd licèt 83
Placha in loco nuper citato, & Couarr. *variar.resolut. lib.2. c.20.n.10. versi.sextò deducitur*, intellexerint hanc communem procedere,quando clericus ministerio assassinorum infidelium aliquem fidelem occiderit: secus autem si conductus homicida Christianus sit. Tu tamen indistinctè teneas communem opinionem,quia,vt suo loco dicetur, Deo dante,in materia assassinij,secundùm magis communem *, & * à consuetudine approbatam opinionem. Assassinus dicitur etiam mandans homicidæ Christiano, [& in terminis sic voluit Brun. à Sole, *d.q.34.n.25.versi. istud dictum.*] & Decian.*d.c.9.n.79.*

¶ Amplia II. Eandem limitationem, quòd licèt (vt 84
suprà in præcedenti quarta limitatione adnotauimus) regulariter clericus à Iudice ecclesiastico captus, non possit Curiæ seculari tradi, nisi in certis casibus à iure expressis, vel nisi incorrigibilis euaserit:clericum tamen assassinum etiam * non expectata incorrigibilitate, posse tradi Curiæ seculari, tradiderunt magis communiter * Doctores, testibus Placha * *d.capitulo 19.n.23.*Boss *dicto n.42.*& Claro *dicta quæst. trigesima sexta,vers.quæro etiam.*Et quicquid etiam in contrarium dixerit Placha *in dicto loco*, non per hoc recedas à communi opinione, quæ optimè fundata est, vt considerarunt Clarus, 85
& Boss.*in tex.in d.cap.vnico,de homic. in 6.* vbi expressè disponitur,quòd clericus assassinus absq; vlla dispositione,vel sẽtentia, ipso iure & facto relinquitur Curiæ seculari: in qua tamen seculari Curia parum, vt notum est, curatur de incorrigibilitate delinquentis.

¶ Svblimita † Hanc quintam limitationem non pro- 85
cedere,nisi priùs constet clericum esse assassinum:non enim potest cleric.vti assassinus à Iudice seculari puniri, nisi prius constet de qualitate assassinij,Ioan.And.& Gem.*in c.vnico,de homicidio,in 6.* communem*dixerunt Alexand.*cons.166.n.5.* * *lib.7.*Practica Carrerij *in tract.de assassin.§. circa igitur tertiũ, n.15.*Placha *d.c.19.n.27.*Brun.*cons.crim.diuer. 115.n.79.& sequentibus,tomo 2.in magnis,*Ioan.Mar.Monticell.*reg.crim.8. n.18.19.* Roland. *dict.consi.24.num.62.volum.1.* qui omnes vnanimiter dicunt,quòd non statim quòd clericus de assassinio accusatur,seu imputatur: clericale priuilegium amittit, sed tunc demum quando arguitur:probabilibus argumentis, iuxta dispositionem *d.c.1.de homicid.in 6.* & cõuictum Iudex illũ pronunciauerit. Qua sequuta pronunciatione pœnas *in d.c.vnico* inflictas absque alia sententia ipso iure incurrit,non autẽ antea.Hinc pulchre cõsuluit Card. Alban.*in suo cons.13.* quòd non potest clericus vti assassinus à Iudice laico puniri, nisi postquam vti assassinus fuerit ab ecclesiastico Iudice bãnitus,diffidatus,& cõdemnatus.† Qualitas enim,quę iurisdictionẽ defert,ante omnia discuti & probari debet,*l.2.§ sed si* 86
*dubitatur,ff.de iud.l.si quis alienã,eo tit.l.1.§. ait Prator,ff.ne quid in flũ.publ.l.Prator,§ docere,ff.vi bõ.raptor.*Bar.*in l.multi, ff.de cõd.& demon.& in l.si finita,§.Iulian.ff.de dam.infec.* Paris de Put.

de Put.*in trac.de synd.§.Iudices puras,col.3.vers.Iudici sēper, n.13.*cum aliis relatis per And. Gayl.*in tract.de pace publ. c. 13.n.12.& seqq.l.1.*Et licèt ad tribuendū iurisdictionis exercitium satis fuerit, quòd in libello deducatur qualitas iurisdictionē tribuens,licèt de eius veritate dubitari possit,prout not. Ant. de Butr. *in c.cæterùm,vers.venio ad gl.de Iud.*quem sequitur Mill. *in Reper.verbo, Iudex,qui vult procedere*,Lap. *alleg.59.in Dei nomine,ver.quæritur,& alleg.65.incip.nūquid post prin.* Ang. *cons.6.incip.dictum statutum,n.2* nihilominus si à principio ad impediendam iurisdictionem qualitas huiusmodi ex aduerso negata fuerit, debet saltem summariè,
* plenè tamen probari, secundùm communem * Doctorum opinionem,de qua testantur Alex. *cons.1.n.8.l.5.* Felin.*in c. si clericus laicum,col.2.vers.prima conclusio, de foro cōp.* Aym. *cons.196. & si abundè, col. 2. in fine*, Afflict.*decis.197.incip. pluries.*Et si aliter in proposito diceremus,sequeretur absurdum, quòd scilicet clericus ex sola imputatione, seu accusatione de assassinio amitteret priuilegium clericatus,iurisdictioníque secularis Iudicis sappositus esset. Quod mihi nullo pacto placet per suprà trad.*in secunda limitatione*,vbi pariter diximus, quòd ad hoc, vt clericus propter enormitates, quibus se immiscet,priuilegio clericatus priuetur,non sufficit ipsum de enormitatibus inquiri,seu imputari,sed necesse est, quòd in illis deprehēdatur:quòd scilicet sit confessus vel conuictus:aliter secus,per iura ibidem allegata. Ita similiter in proposito non sufficiet,clericū de assassinio imputari,nisi aliter illum esse assassinū constiterit, saltem ex probabilibus argumentis,iuxta dispositionem *d.c.vnici*,vel ex sentētia Iudicis ecclesiastici, iuxta consilium Card. Albani,vel ex facti notorietate,iuxta votum Gram. 11. vel ex eius confessione, ex quibus poterit Iudex etiam secularis illum assassinum declarare:nedū ecclesiasticus,ad tradita per Capi.*decisione* 112. secus autem nulla interueniente declaratione. Et licèt Clar. *dicta quæstione 36. sub versiculo sed quæro*,nullam nec Iudicis ecclesiastici, nec secularis fore necessariam declarationem dixerit,& ita apud eum seruari testetur: prout etiam seruatum contrarium etiam testari videtur Capic.(qui tamen obscurè loquitur) *in dict.decisione 112.n.4. & decisione 155. n. 25. versiculo sed hanc sententiam*;huiusmodi tamē obseruantiam vti non iuridicam, ac contra iura Canonica & Ciuilia,
* nullo pacto sequaris: sed communi * & veræ in consulendo & iudicando innitaris opinioni, prout omnino etiam innitendum esse reiecto contrario abusu affirmauit etiam Sigismun.Scac.*de iudic.cauſ.ciuil.crimin.&c.l.1.c.11.n.70.* vbi ampliùs isto casu requirere videtur declarationem non Iudicis secularis, sed ecclesiastici.

87 ¶ Limita VI. Propositam † regulam in Clerico non simpliciter citato,sed si sua putauerit interesse,qui si coram Iudice laico comparet, illius quoque iudicio ac sententiæ stare cogitur.Bald.*in l.testamēta,col.fin.C.de testam.* Cæp.*caut. 68.n.3.*Cotta *in memoral.verbo,Clerici non possunt conueniri, pag.mihi 119.*Marā.*in Spec.in 4.par.in 7.dist.iudiciorū,in fine,* & hoc latè cōprobat Rolād.*cōs.29.n.1.& seq.vol.2.d.*Ioseph. Ludou.*concl.5.vers.Ampliātur prædicta,&c.in cōm.opi.lib.1.* Talis enim citatio dicitur potiùs incitatoria, quam arctato-
88 ria, † Clericúsque ita citatus non reus necessarius, sed actor voluntarius dicitur,Bal.Cast.Alex.& alij,*in d.l.testamēta omnia,C.de testam.* Affli.*dec....§.4.n.7.& 8.* Et sicut clericus potest,si vult,in seculari iudicio laicū vocare corā Iudice laico, vt per Innoc.*in c.cùm P.in ver.clericus,ext.de accusa.*Butr.& Inno.*in c.quod cleric.de foro cōp.* ita pariter vocatus,si sua putauerit interesse,cū cōparēdo actor dicatur volūtarius,potest laicali iudicio se submittere. Et licèt Anchar. *in reg.ea, quæ, reg.58.vers.27.de reg.iur.in 6.* Capi.*decis.8.n.3.*Dec.*cōs.158. col.2.*Aym.*cōs.13.col.fi.*Alex.*in l.de pupillo,§.si seruo ff.de noui oper.nūc.* dixerint,quòd reus citatus, si sua putauerit interesse,comparendo & docendo de interesse: putà possessione: non actor volūtarius,sed necessarius reus dicatur:& per consequens videretur, quòd cessante ratione supra dicta non posset coram laico Iudice clericus ita citatus cōueniri. Non tamen recedas à præcedenti limitatione, quam bene ab hac contrarietate defendit idem Dec.*in c.cùm inter,n.15.*& ante
89 eum Felin.*n.21.de except.*Vnde etiam inferunt Doctores, † quòd in confectione inuentarij, in quo sunt citandi legatarij & creditores,si ex illis aliqui sint clerici, poterunt & ipsi quoque corā Iudice laico citari, si sua putauerint interesse, Ang. *in l.1.§.hac stipulatio,col.8. vers.solum restat videre, ff. si cui plus,quam per legem Falc.* Cæp. *dict.caut.68.n.4.* Monticel.*de inuentar. hæred. in §.7.n.20.pag. mihi 47.à tergo,& in repet.l.scimus, C.de iure deliber.n. 52. in eod. tract. pag. 130.* Vrsin.*in addit.ad Affl.dec.380.num.6.*

¶ Svblimita hanc sextam limitationem tribus modis. 90
† Primò eam procedere,prout loquitur,quando scilicet clericus citatus,si sua putauerit interesse,compareat:tunc enim per comparitionem, vt præfertur,efficitur voluntarius actor: secus si non compareat, quia tunc acta & sententia contra ipsum lata ipsum non afficiunt.Citatus enim si sua putauerit interesse,non comparendo non dicitur contumax. Bald.*in c. 1.in 5.q.de mili.vasal.qui cont.est.*& ibidē Affl. *n.59.* Ias.*in l. libertus.ff. de in ius vocan.* Ang.*in l.consentaneum,C. quom.& quan.Iud.*idem Bal.*in l.fin.in 5.q.C.de edic. diui Adriā. tollē.* gl. Bal.& Sali. *in l. ea quidem, C.si man.ita fuer. alie.*Bal.*in l. præscript.in 15.col.ver.6.quæritur, C.si con.ius.vel vtil.publ.& in c.fin.in 1.col.de fide instrumen.*Ang *in §.quadruplici,27.col. ver.quid si comparet contradictor, Instit.de actio. & in l.si perluſorio,in 2.col.ff.de appellat.*Alex.*in d.l.de pupil.§.1.in fine.ff. de noui oper.nunciat.& in d.l.libertus,la prima,in secunda col. ver.item illud,ff.de in ius voc.* Ideo sicut citatio ist o casu non arctat ad comparendū citatum,si sua putauerit interesse: ita sententia contra ipsum lata exequi non potest,Ægid.*dec.11.* Feli.*in d.c.cùm inter,n.12.de except.*Rolan.*d.cons.29.n.6.vol.* 2.& in terminis declarat Menoch.*in d.15.remed.recuper.possess.n.228.*& ante eum Afflict.*d.decis.2.num.8.*

¶ Svblimita II. † Hanc sextam limitationem procede- 91
re in clerico citato pro suo interesse, qui simpliciter compareat:secus si comparendo opponat declinatoriam exceptionem, petátque se ad suum cōpetentem Iudicē remitti:tunc enim Iudex laicus non dicitur competens vigore dictæ declinatoriæ,quæ secundùm Bal.*in l.si quis conscribendo,in fine, C.de pact.*opponi potest in omnibus causis, tam magnis,quā paruis:tam ordinariis,quàm extraordinariis: tam coram ordinariis Iudicibus, quàm delegatis. Ita in terminis dixit Afflict.*in constit. Regni,in constit.de Burgensaticis,in 3.col.vers. 7.quæro*,quem refert & sequitur Roland *dicto cons.29.n.17.* & ante eum Capic.*decis.8.n.3.* quem pariter refert & sequitur Menoc.*in dicto 15.remed. recuperan.possess.n.232.* Gram. *decis.61.n.3.& seqq.*vbi latè Afflict.*decis.380.n.7.& seqq.* & ibi Vrsil.*in addit.5.& seqq.*D. Ioseph.Lud. *dict.concl.5.vers. & in casu,quando,&c.*

¶ Svblimita III. † Hanc sextam limitationem proce- 92
dere, quando clericus simpliciter citatus vt cōpareat, si sua putauerit interesse,alio non adiecto: secus si citatio vlteriùs procedendo dicat;quòd nisi compareat,contra ipsum in eius contumaciam procedetur: tunc enim comparēdo non dicitur actor voluntarius, sed necessarius reus: ideo cessante ratione,sententia contra ipsum minimè ferri potest,& lata eidem non præiudicat. Ita in terminis dixit Soc.*in tract.de citat.in 2.art.prin.quæst.14.* Capic. *dicta decis.8.n.4.* Rolan. *d. consil.29.n.18.*Gramm.*decis.61.n.3.*D.Ioseph.*d.concl.5.vers.sicul.fallit hoc dictum,&c.*

¶ Limita VII. † Regulā in clericis,qui non in abstinen- 93
do se à secularibus negotiis prohibita sibi à Canonibus officia,sordidáque artes, non obstantibus monitionibus factis, exercent. Hi enim etiam quòd primæ tonsuræ,& coniugati sint, fori priuilegium amittunt, possúntque à seculari Iudice puniri,*c.fin.*vbi præsertim Innocē.*de vita,& honest.cler.*gl.*in c.quia tua,12.q.1.*Domin.*in c.si quis,32.dist.* Socin.*reg.56.in 6.fallēt.*Alex.*cons.8.col.fin.post n.4.vers. Nec etiam perderet, vol.1.* Imo.*in c.vnico.de cler.coniug.in 6.* Capra.*concluſ.97.n. 79.& 76.90. &* 88. vbi particulariter de exercente artem macelli,seu tabernæ,*& n.91. & seq.*vbi an sit necessaria trina monitio,ad hoc, vt clericus perdat fori priuilegium per exercitium secularium negotiorum.Pract.Conradi *tit.de inquisit.n.8.in 5.& 11.fallen.*Bost.*tit.de foro comp.n.128.* Alex. de Neuo *cons.61.n.1.* De communi * Bertran.*cons.13.n.5.* *
*l.8.*Alex.de Neuo *cons.60.n.4.*Clar.*d.q.36.vers. Hac verò.*

Et hinc primo loco infertur, † quòd ex quo Chirurgiæ 94
ars est clericis prohibita, ideo pro negligentiis & culpis in eius artis vsu commissis poterunt à seculari Iudice puniri, secundùm Placham *in epit.delict.c.25.n.5.*

Secun dò

95 Secundò infertur, † quòd clericus, qui armorum exercitio, & militiæ arti incumbit, fori priuilegium pariter amittit, *c. cùm inter, de elect.* Glos. *in c. si. de cler. non resident.* Item gl. & Archidiacon. *in c. si quis, 51. distinct.* Socin. *dicta reg. 56. in octaua fallentia*, Pract. Conradi, *dicto num. octauo, in vigesimaprima, & vigesimasecunda fallent.* Clar. *dicto versi. Hæc autem*, Alex. de Neuo *dicto consi. 60. num. 4.* Foller. *in pract. crimin. verbo, Audiantur excusatores, n. 48. & sequentibus:* vbi ampliùs, quòd clericus arma militaria deferens, si tertiò monitus non desistit à delatione, potest à clerico Iudice puniri, etiam sine degradatione. *in clement. 1. de off. ord. in 1. reg. in 2. fallen. in fine*, Guliel. de Bened. *in repe. c. Raynutius, in verbo, Et vxorem nomine Adelasiam, n. 149. de testam.* Dec. *in tract. crim. lib. 4. c. 9. n. 87. tom. 1.*

96 Tertiò infertur, † quòd ex quo clericis non licet ferre arma, *c. clerici, de honest. cler.* cùm eorum arma sint lacrymæ, & orationes, *c. conuenior. 23. q. 8. c. porrò*, vbi glo. *16. quæst.* ideo licèt pro armorum delatione non possint corporaliter per Iudicem secularem puniri; bene tamen poterunt capi & à secularibus birroariis, armis spoliari, ad Iudicémque ecclesiasticum remitti, vt eos puniat, vt plenè tradunt Ioan. de Plat. *in §. item lex Iulia, Instit. de publ.* Io. Lopez *in c. per vestras, §. 1. n. 13. de donat. inter vir. & vxor.* Couarr. *l. 2. variar. resol. c. fin. in fin. & prac. q. c. 33. n. 7.* Placha *in epit. delict. c. 8. n. 26.* Menoch. *de arbitr. quæst. casu 393. n. 3. & seqq.* Clar. *d. q. 36. vers. vlteriùs quaro.* apud quos & reperies; qua pœna isti clerici sint per Iudicem ecclesiasticum puniendi: an scilicet arbitraria, secundùm ius commune: an verò pœna inflicta à bannimentis secularium Principum.

97 Quartò infertur, † quòd clerici ioculatores, histriones, & scurræ, fori priuilegio non gaudent, si per annum has sordidas & prohibitas artes exerceant, *c. 1. de vita & honest. cler. in 6.* Soc. *d. reg. 56. in 9. fall.* Boss. *de foro comp. n. 139. & 140.* Pract. Cõradi *d. tit. de inquisi. n. 8. in 6. fall.* Mill. *in pract. crim. persequendi, §. fori præscriptio, fol. mihi 93. 98. & seqq.* Capra *dicta cõclus. 97. n. 75. & n. 87.* Aufrer. *in clem. 1. de off. ord. in 1. reg. in 12. fallen.* Decian. qui alios refert *in tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 86.* vbi alios refert concordantes, & ampliat limitationem procedere, etiam in clerico in sacris constituto ex magis communi opinione reprobato Io. Monac contrarium sentiente.

¶ Svblimita Hanc septimam limitationem non procedere in omnibus negotiis secularibus, sed in illis tantum, quæ à canonibus sunt clericis interdicta, de quibus *in c. vnico, de vita, & honest. cler. & in clem. vnica, eod. tit. & nos, Deo permittente, in tit. de variis & extraordinariis crimin. in materia clerici delinquentis*, dicemus *infrà, in 4. lib.* non enim omnia secularia negotia sunt clericis prohibita: ideo clericus fori priuilegium non amittit, etiam quòd tertiò monitus non abstineat se ab illis secularibus negotiis, quæ ipsis minimè à canonibus sunt prohibita. Ita pulchre distinguendo declarat Alex. de Neuo *dict. consi. 61. num. 1.*

98 Et propterea † si clericus ad aliquod officium seculare fuerit per Principem secularem admissus, si in eo officio deliquerit, nec etiam poterit, de iure loquendo, à seculari Iudice puniri, secundùm communem, * de qua per Couarr. *pract. q. d. c. 33. n. 6.* & Aufrer. *in Clem. 1. n. 25. de off. ord.* Dixi autem de iure loquendo, quia de consuetudine contrarium seruatur, teste Claro *in d. q. 36. versi. quæro pone.* Et pro hac obseruantia faciunt tradita per Conradum *in pract. crimin. d. tit. de inquisit. n. 8. in 16. & 17. fallen.* & per Vrsil. *in addit. ad Affl. decis. 24. num. 4. in fin.*

99 ¶ Limita VIII. † Eandem principalem regulam non procedere in causa reconuentionis: licèt enim clericus non possit per laicum coram seculari Iudice conueniri, si tamen clericus laicum conueniat coram Iudice seculari, non prohibetur laicus clericum ipsum coram eodem Iudice reconuenire, secũdùm gl. *in c. 1. in verbo, super suis, de mutu. petit. & in c. at si clerici, in verbo, nõ tenet, de iud. & in c. multi, in verbo, seculari, 2. q. 1. & in c. in sũma, 11. q. 1. & in c. denique, in gl. fin. 96. dist. & in l. cùm Papinian. C. de senten. & interloqu. om. Iud.* Bar. *in auth. & consequẽter, col. fin. C. eod.* Bal. *in l. 2. §. sed si agãt, ff. de iud.* Spec. *in tit. de reconuent. §. nũc dicamus, vers. sed pone, clericus, & in tit. de reo, §. 1. vers. itẽ clerici*, Bal. *in c. 1. tit. de cõtrou. inuestit. apud pares terminanda, in vsib. feu. & in auth. cler. C. de Epis. & cler. & in dict. auth. & cõsequẽter*, vbi etiã Saly. & Fulg. Anch. *in repet. reg. ea, quæ, q. 14. de reg. iur. in 6.* Mar. *in d. c. 1. col. 27. de mut. pet. in vers. sed in aduerte*, Arch. *in dict. c. in summa, 11. q. 1. in fine, & in c. nõ ita, 2. q. 6.* Lap. *alleg. 118. quæritur non leuiter, col. 2. gl. fi.* Soc. *reg. 56. in 4. fallẽ.* Et licèt contrariũ, quòd immò clericus nõ possit corã Iudice laico recõueniri, tradiderunt Gem. *in c. cuius, in agenao, 3. q. 8.* Domin. *in d. c. multi, 2. q. 1.* Card. *in clẽ. sancimus, in 5. col. de elect.* Abb. qui & alios refert, *in d. c. at si clerici, de iud.* non tamẽ recedas à præcedenti limitatione, quam nedum cõmunem * testantur Iacob. de S. Georg. *in l. 2. §. si agant, n. 4. ff. de iud. & in l. qui non cogitur, n. 1. eod. tit.* Duen. *reg. 102.* Maran. *in Spec. part. 4. dist. 6. n. 44.* Fel. *in d. c. at si cler. n. 9 ver. & ita tenet, & ver. nã licèt clericus, in fi.* Dec. *ibi, n. 30. & seqq.* Cur. iun. *in l. 2. n. 48. ff. de iurisd. om. Iud.* Villalob. *in cõ. opi. ver. cler. n. 72. sed & seruatã dicunt*, Alb. *in d. auth. & consequẽter, co. pen.* Dec *in d. c. si clerici, n. 31. ver. & ista cõ. opin.* vbi quòd dato, quòd dubiũ esset, quænã verior istarũ opinionũ, nõ est in dubio ab hac vltima & affirmatiua recedendũ tanquã magis seruata: quã etiã magis * communem, & ab ea minimè recedendũ, nisi in loco * adesset cõtraria cõsuetudo, affirmauit idé Sigis. Scac. *vbi sup. d. c. 11. n. 93.* nec dissentit Dec. *in trac. crim. to. 1. l. 4. c. 9. n. 17.*

¶ Svblimita I. Hanc † octauam limitationem decem 100
modis, de quibus per Mariã. Soc. *in d. c. 1. de mut. petit. n. 28. & seqq.* Et primò, vt non procedat in causa criminali, in qua clericus nec etiam ciuiliter potest coram Iudice laico reconueniri, Mill. *in pract. crim. per seq. §. fori præscr. fol. mihi 92. n. 3.* Spec. *in d. tit. de reconuentione, d. §. nunc dicamus, eod. ver sed pone, clericus*, Marã. *in Spec. sub d. n. 44.* Bald. *in d. c. 1. de cõtrouer. apud pares terminan. in vsib. feud.* vbi dicit, quòd hoc non potest fieri etiam per viam exceptionis, & ita dicit Imo. *in d. c. at si clerici*, per text. *in c. 2. de cler. coniug. in 6.* Aufrer. *in repet. clem. 1. de off. ord. in 2. reg. n. 4. vers. Quintò nisi conueniretur de crimine.* De communi * testantur Felin. *in d. c. at si clerici, n. 9. vers. fallit tertiò.* Dec. *n. 30.* Imo. *n. 5.* Berous *n. 150.* Card. Alex. *in d. c. multi, col. pen. vers. in fine gl.* Clar. *d. q. 36. & hæc quidem conclusio*, Bonacos. *in comm. opin. l. 1. versi. clericus effectus, post pag. mihi 28. col. 3.* Et licèt glo. in *d. c. at si clerici*, & Cyrill. *in summa crim. rub. 4. §. 4. sub n. 2.* dixerint, clericũ posse, coram Iudice laico reconueniri in causa criminali ciuiliter intentata, & quòd illo casu sentẽtia contra ipsum lata valet & tenet: non tamen pariter recedas ab hac sublimitatione, quæ, vt præfertur, communis est, & gl. *in dict. cap. at si clerici*, cõmuniter reprehẽditur, vt ibi per Dec. *d. n. 30.* quod & idem affirmauit Sigism. Scac. *vbi sup. d. n. 93. ad fin. eodem c. 11.* & Dec. *dict. cap. 9. n. 17. versi. attamen in criminalibus.*

¶ Svblimita II. Eamdem octauam limitationem non 101
procedere, † quãdo laicus procurasset in fraudem conueniri à clerico, ad hoc vt ipsum postea reconuenire posset coram eodem Iudice laico, *c. relatum, iuncta gl. in verbo, seculari, de iure patro.* quam summè commendat Abb. *in c. cùm dilectus, in 3. col. ad fi. de arbit.* Ant. de But. *in c. Ecclesia S. Mariæ, col. 2. de constit.* Maran. *dicto numero 44.* Spec. *in d. tit. de reconuen. §. 1. versi. quid si laicus iniuriatur*, facit text. *in dicta l. 2. §. sed si agant, ff. de iud.* & tradit Felin. *in dict. cap. at si clerici, num. 9. versic. & optimè quidem fallit.*

¶ Svblimita III. non † procedere, quando reconuen- 102
tio tangeret causam spiritualem, vel illi annexam: tunc enim nullo modo ea posset fieri coram Iudice laico secundùm Bald. Abb. & Felin. *in d. c. at si clerici*, Spec. & Maran. *in loco nuper citato.*

¶ Svblimita IV. Respectu † distinctionis personæ: 103
nam licèt clericus possit reconueniri coram laico, in hoc tamen Iudex laicus habet solummodo causæ cognitionem, non autem personæ distinctionem, quia in clericum manus iniicere non potest. Ita Arch. *in dicto cap. 1. de cler. coniug. in 6.* Lap. *dict. alleg. 118.* Felin. *in dict. cap. at si clerici, n. 9. versi. fallit quartò*, sequitur Sigism. Scac. *vbi sup. dict. cap. 11. n. 102.*

¶ Alias sublimitationes videre poteris apud Marian. *in d. c. 1. de mut. petit.* Felin. Aret. Dec. Bero. Mant. & alios omnes antiquiores *in d. c. at si clerici, de iud.* vbi latissimè explicant materiam huius octauæ limitationis, quorum dicta si hìc referre voluissem, potiùs volumine integro, quàm vnica limitatione opus fuisset. Ideo in occurrenti casu lectorem ad ibi per eos tradita remitto.

¶ Limita

104 ¶ Limita IX.† Propositam regulam in clerico seu monacho effecto post cõmissum delictum: qui si ad euitandam secularem iurisd ctionem, & ad effugiendũ pœnas à secularibus Iudicibus imponi solitas,& sic cum fraude,sacros ordines assumpserit, adhuc tamẽ à seculari Iudice puniri potest: secus si sine fraude,secundùm Dyn. cuius fuit originalis doctrina *in l.idẽ Vlpianus,ff.de excus.tuto.* quẽ sequuti sunt Alber.*in l.cũ ratio,* §.*ex bonis.sub n.*2.*ff.de bon.dãnat.* Ang.*in l.si quis postea,n.*4.*ff.de iud.* Salic.*in auth.statuimus,post n.*2.*C.de Episc.& cler.* Ang.& Alb.*in l.hos accusare,*§.*hoc beneficio,ff.de accusat. & in l qui cum vno.*§.*reus,ff.de re mil.* Bar.*in l.*1.*ff.de pœn.& in l.cùm quadã puella,* vbi etiã Ias. *in* 3.*col.ff.de iurisd. omn.Iudic.* Igne.*in l.fideicommissum,n.*261.*&* n.266.*in* 4.*opin.& n.*267.*vers. & licèt, & n.*268.*vers.procedamus,&c.& n.* 269.*& seqq.* vbi respõdet cõtrariis,& reprobat alias opiniones,& eatũ argumẽta,*ff.ad Syllan.* Marian. *in c.proposuisti,n.* 53.*de foro cõp.* vbi dicit hanc distinctionẽ sibi videri multùm æquã,& ibi etiã Hen.Boic.*n.*10.Io.And.Abb.& alij,*in c.vnico,de oblig.ad ratioci.* Marsi.*sing.*534.*& in l.statul. col.*2.*ff.de q.* Lamber.*in c.*1.*de hæret.in* 6.*q.*15.*n.*3.*in* 1.*&* 2.*cõcl.* vbi aliis relatis testatur de cõmuni Berta. *in tra.de Episc.car.*48.*ad fi.* Dec.*cons.*130.*col.*2.Neui.*in Sylua,l.*1.*n.*62.*vers.*8.*in eo,&c.* Cyril.*in summa crim.in prima particula, rub.*3.§.*vnico,n.*20. Cæpo.*cons.*11.*n.*13.Boss.*in tit.de pœn.n.*38.& licèt Bellã.*in c. proposuisti,q.*2.*de foro cõp.*& Ant. Gom.*d.tit.quando reus gau. imm.Eccl.n.*5.simpliciter nulla adhibita distinctione dixerint clericum effectum post delictum commissum posse à Iudice
105 seculari puniri:† quia scilicet in puniẽdis delictis nõ sententiæ,sed delicti tẽpus attenditur,*l.*1.vbi Doct.*ff.de pœn.l.iniuriarum æstimatio, ff. de iniur. l. doli,*§.*ff.de ser.corrupt.l.si quis decurio,vers.si.(.ad l.(ornel.de falsf.* & cõtrà licèt Old. *in cõs.* 4.*in fi.*in Curia Aquensi simpliciter testetur aliàs fuisse iudicatũ,quòd isto casu clericus nõ possit à seculari Iudice puniri,quod & senserant Guido de Suzas,& alij nouissimè relati per Flã. Carta. post hæc scripta visum *in suo tract. de exequn. sent. capto bannito,c fin.n.*308. *vers.potest etiã contingere,* vbi etiã remissiuè refert alias Doctorũ opiniones,de quibus plenè videre poteris per Ioã. Andr.*in c.*1.*n.*19.*& seq.* & ibi etiã Abb.*n.*4.*de oblig.ad ratiocin.* Marian.*in c.proposuisti. n.*45.*& seqq.*& ibi etiã Boic.*n.*7.*& seqq.de foro cõp.* Igne.*in l.fideicommissũ,n.*263.*& seq.ff.ad Syllã.* nõ tamẽ recedas à præcedẽte
* distinctione,quæ non solùm magis cõmunis * est, sicuti testãtur Marsi.& Lãber.*vbi sup.*Foll.*in cõsti.regni.ru.de Episc.& cler.ver.ascriptitios,n.*7.*in* 1.*&* 2.*concl.*Placha *in epit.delict.l.* 1.*c.*35.*n.*1.Aufrer.*in clẽ.*1.*de off.or.reg.fallen.*11.Cou.*pract.q. c.*32.*n.*4.*vers.prima conclusio,& seqq.* Marquard.de Susan.*in trac.de Iudæ.& infidel.in* 3.*parte,c.*5.*n.*3.Viui.*in cõ.opin.verbo,clericus,sub vers.ordo ecclesiast.*Imo.*cons.*119.*n.*1. Clar. *in pract.q.*36.*vers.sæpenumerò contingit,&c.* Car. Alba.*in lucubr. ad Bar.in c.cùm quadã puella,n.*4.*ff.de iurisd.omn.Iud.* Vincẽ. de Franc.*decis. Neapol.*209.*n.*2.*& seqq.* Cartar.*in loco citato:* sed etiam clarè probatur *in dict.l.hos accusare.*§.*hoc beneficio, vers.item Magistratũ,& vers.dum non retractandi causa,ff.de accusat.& in l.si quis Decurio,C.de fal.& l.*1.*C.qui mil.nõ poss. l.*12.*& in l.si maritus,*§.*legis,ff.de adult.& in l.si.ff.de re milit.* Et in proposito vide Bullam Sixti V.in ordine 73.*ver.cæterũ quoniam* , vbi loquitur non solùm de criminosis , sed etiam de grauatis ære alieno religionem ingredientibus in fraudem fisci,& creditorum.

106 ¶ Svblimita I.Hanc nonã limitationẽ,† illam procedere in eo,putà monacho,qui non solùm religionem ingreditur,sed etiã si vel fecit professionem,vel sacros ordines assumpsit:secus tantùmodo absque sacrorum ordinum assumptione ad aliquam regulam tantummodo conuersus fuerit: iste enim seculare forum non euadit, secundùm Maria.*in c. proposuisti.de fo.cõp.* quẽ refert & sequitur Boss.*in d.tit.de fo. cõp.n.* 144.*& seqq.* immò secundũ Feder.de Senis *in consilio* 97.*n.*4.*ad finem,* si quis post delictum commissum efficiatur de fratribus tertij ordinis, non tamen per hoc seculare iudi-
* cium pariter effugit,secundũ communem,* qua per Plach. *d.c.*35.*n.*6.*in fine,* quì ad id allegat Card.*in c.perpẽdimus.n.*8. *de sent.excõ.*Ias.*in d.l.quadã puella,n.*13.& Marsi. *d.sing.*534. nec dissentit D. Flam. Cart.*d.c.fin.n.*28.*ad fi.vers.prout etiã.* ad præmissa,ac etiã de similibus personis,vide omnino bene loquentem,& exemplificantem, Arnal.Albert.*in cap.*1.*q.*13. *n.*11.*& seqq.in* 6.*declaratione per totam,* vbi latè: & ante eũ Marian.*in cap. proposuisti,n.*54.*de for.comp.*

¶ Svblimita II. Eandem nonam limitationem, † vt 107
etiam in casu,in quo quis cum fraude clericatũ assumpserit, licèt possit à seculari Iudice puniri,non tamẽ poterit corporaliter, sed tantũmodo in pecunia & bonis:& sic erit Iudex causæ,nõ autẽ personæ, Arch.*in c.*1.11.*q.*1.Spec.*in ti.de reo. vers.sed quid est criminalis,* Luc.à Pẽna *in l.fi.(.de veter.l.*12. Bar.*in l.*1.*ff.de pœn.*Et hæc fuit originalis doctrina.Ioã.Andr. *in cap.*1.*n.*19.*in fine, vers.puto quòd,&c.*& ibi etiam Anan. *col.fin.vers.quandoque,*& Abb.*n.*5.*ante finem,col.*4.*vers.concludendo.& c.ext.de ratiocin.*& Ioan. And vltra prædictos sequuti sũt Salic.*authẽ.statuimus,n.*2.*vers. Adeas,&c.de Episc. & cler.* Igne.*in l.fideicõmissum,n.*263.*ff.ad Syllan.*vbi testatur de indubitata opin.Ang.*in l.si quis postea,n.*4.*vers.post processum.ff.de iudi.*Marian.*in c.proposuisti,n.*52.*& seq.*& ibi etiam Boic.*n.*10.*& seq.de fo.cõp.* Bal.*in l.*1.*n.*2.*C.an seru.ex suo facto,* Arnal. Alb.*in c.*1.*q.*13.*n.*4.*de hæret.in* 6. Petr.Bellug. *in Spec.prin.rub.*11.§.*videdum,c.ex promissis,ver.sed de mulctis, n.*21.*fol.*40.vbi dixit in hoc omnes concordare, prout eũ refert Vinc.de Franc.*decis.*209.*n.*1.licèt multa deducat in contrarium Boss.*in tit.de fo.cõp.n.*144.*& in tit.de pœnis,n.*38. vbi de cõmuni,* de qua etiam testantur Aufrer. *in d.*11.*fallen.* *
*n.*19.Placha,*d.c.*35.*n.*3.Couarr.*d.c.*32.*n.*4.*vers.tertia conclusio,*Pract.Cõrad.*tit.de inquisit.n.*8.*in* 11.*fallen.pag.*247.Clar. *in dict. vers.sæpenumero* , alios plures sic testantes refert D. Flam.Cartar.*in tract.de exequ.sen.c.fin.n.*308.*ad medium, vel non tamen pœna corporali,&c.* Et licèt Foller.*in const.regni,in rubr.de Episc.& cler. in verbo, ascriptitios, n.*7.*ad finem, ver. circa secundum,* hanc communem improbet opinionem:eius tamen opinio tanquam singularis attendenda non est.

¶ Limita Præcedentem sublimitationem,† quia si cle- 108
ricus iste ante clericatum assumptum cõmiserit aliquod delictum,quod degradationẽ mereatur, reperiatúrque in fortiis Iudicis ecclesiastici,ipse Iudex illum degradat,traditque Curiæ seculari. Et isto casu secularis Iudex clericum hunc degradatum , & sibi traditum poterit etiam corporaliter & mortis pœna punire, si(vt dixi)delicti qualitas ita mereatur, secundùm Iaco Butrigar.Guliel.de Cuneo,Bartol.& alios *in d.l.*1.*ff.de pœnis,* Bal.*in l.*1.*n.*2. *C.an seru.pro suo facto,* Ias.*in d.l.cùm quadã puella,n.*10.*ff.de iurisdict.om.Iud.* Ancharã.*in reg.ea,quæ.quæst.*13.*de reg.iur.in sexto,* Aufrer *in d.*11.*fallen.* Placha *dicto cap.*35.*n.*4. Couar.*d.n.*4.*sub eod.vers. tertia conclusio,* Clar.*d.ver.sæpenumero,* alios refert D.Flam.Cartar. *d. c.fin.d.n.*308.*ad medium, ver.quamuis deberet Iudex.*

¶ Amplia Rursus præcedentem limitationem,quòd ex quo ecclesiastici Iudices vt plurimùm recusant clericos degradare,& tradere Curiæ seculari,idcirco solẽt seculares Iudices,quando istos clericos habent in manibus,ipsos punire etiã corporaliter nulla præcedẽte degradatione, secũd.Bart. Ang.& alios,quos cumulat Placha *d.n* 4.& Cou.*sub d.ver.*3. *cõclu.*Igne.*in l.fideicõmissum. post n.*266.*ff.ad Sylla.*Clar.*in d. ver.sæpenumero,* qui tamẽ omnes vnanimiter * fatẽtur,quòd * malè faciunt,clericum absque degradatione corporaliter & mortis pœna afficere. Et quidẽ ego,si Iudex essẽ, nec etiã id faceré, præterquã in clerico primæ tonsuræ effecto post delictum,† quem posse per Iudicẽ secularé etiam corporaliter 109
puniri absque alia degradatione , si non incesserit in habitu & tonsura,tradit Cou.*d.c.*32.*n.*2.*in fi.ver.vicunque tamẽ sit, & n.*4.*vers.tertia conclusio prope finẽ,* & ante eũ pluribus cõprobat Igne. *in d.l.fideicõmissum,n.*266.278.*& seqq. vbi d.n.* 266. Ita etiam se habere cõmunem Galliæ praxim testatus est:& suprà de hac re diximus *in* 4.*limitatio.* At secus,si clericus esset in sacris,vt per eund. Igne.*d.n.*266.tũc enim seruandũ est consiliũ datũ ab Ang. de Cas. *inter cons. crim.tomo* 2.*cõs.*37.*per tot.*vbi docet,quòd isto casu Iudex secularis requirat Episcopũ, vt ipsi cõcedat licentiam procedendi contra clericum condemnatum, & quòd velit illum degradare. Quod si Episcopus hæc facere recusauerit, prout deberet, à tali denegatione Iudex ecclesiasticus appellet, & nihilominus ipsum clericũ remittat ad Episcopum , qui illũ retinere debeat vsque ad euentũ causæ appellationis. Non enim debet isto casu Iudex secularis se inuoluere in lite,in qua mors hominis sequi potest , sed Ecclesiæ iurisdictioni deferre debet,& latiùs, vt ibi per eum,quẽ in proposito refert Do.Fla.

Cartar.

Cartar.*vbi sup.d.c.fina. n.* 308. *ante vers.ex plurib. autem præsumptionibus.*

110 ¶ Sed quæritur,quando clericatus dicatur fraude post delictum assumptus?Dic fraudē apparere, si clericatus post diffamationem,accusationem,inquisitionem,& multò magis si post citationem, contumaciam & condemnationem delicti assumatur,*l.fi.ff.de bon.eorum,qui sibi mort.consci.l.fi.ff.de re mil.* Bar.& alij *in l.si quis postea,ff. de iud. & in l.si adulter,* §. *si hoc tẽpore,ff.de adult.*Guliel.de Cun.*in l.penult.ff. si ex noxal. causa,*idē Bar.*in l.*1.*col.*2.*vers.aut est dubium,iũcto vers.& ista determinatio,ff.de pœ.*Alber.*in l.cũ ratio,*§.*ex bonis,de bon.damn.* Ang.*in l.si quis postea,n.*4.*ff. de iud.* Marsi. *in l.statuliber, n.*5. *vers.aut est dubium,ff.de quæst.*Igne.*in l.fideicommissum,n.*261. *vers.aut est dubium,ff.ad Syllan.*Anan.*in cap.*1.*n.*7.*vers.si verò esset dubiũ,de oblig.ad ratiocin.*& ibi etiã Abb.*n.*5.*ver. Quarti dicunt,& vers. Quoad primum dic,*Marian.*in c.proposuisti,n.*5 3.*vers.& sumus in dubio,& ibi etiam Boic. n.*10. *vers. in dubio autem.de foro compet.*Arnald. Albert. *in c.*1.*q.*13. *n.*10. *in quinta declarat.de hæret.in* 6.Cyrill.*in summa crim.rub.* 3.§.1. *n.*20.*in fine,*Boss.*in tit.de pœ.n.*38.Marquar.*de iud.par.*2.*cap.* 5.*n.*3.Vinc.de Franc.*decis.*209.*n.*1.*& seqq.par.*1. Aufrer. *dec.* 100.*&* 144.Cotta *in memor. ver.laicus qui post delictum.*Placha *d.c.*35.*n.*1.*prope finem,*Couar.*d.cap.*32.*n.*4.*vers.fraus verò,*Viui.*sub d.ver.Ordo ecclesiasticus,*Clar.*d.q.*36.*ver.sed in hoc*
* *proposito.* Decommuni, * Aufrer. *in repet.d.clem.*1.*de off.ord. in d.fallen.* 1. alios recensēt Dom.Flam.Cartar.*d.c.si.eo.num.* 308.*vers.ex pluribus autem præsumptionibus.*

¶ Verùm huic conclusioni de directo pugnare videntur Doct.relati per Dec.*in tract.crim.tom.*1.*lib.*4.*c.* 9.*n.* 60. quorum authoritatib.firmat communem esse opinionem, quòd etiam inchoato processu contra laicum,si is efficiatur clericus,eximitur à seculari iurisdictione,nisi constet quòd fraude clericatum assumpserit : ideo pro solutione contrariorū, crederem esse distinguendū,vt prima opinio procedat,quādo constat laicum assumpsisse clericatum inchoato processu scienter:secunda autem opinio communis prædicta procedat,quando ignorans processum contra se inchoatum clericus efficitur.¶ Sed quid si de neutro constet?Dic esse recurrendum ad coniecturas, de quibus stabitur Iudicis arbitrio: si verò nullæ hinc inde adsunt coniecturæ,erit præsumenda potiùs ignorantia,quàm scientia,*ad l.verius,ff. de probat.*

111 ¶ Sed† quid si nulla præcedit delicti accusatio, seu diffamatio,& sic in dubio,an clericatus ordo prę̃sumatur fraude assumptus ? Doctores id in specie non declarant,sed Placha *in d.c.*35.*n.*2.*in principio,& n.primo,in fine,* videtur cōcludere in dubio fraudem præsumi,& Bald.*in l.prima,num.secundo,C. an seru.ex suo fact.*ac idem etiam videtur de mēte Ign. *in l.fideicommissum,n.*261.*vers.aut est dubium , ff. ad Syllan.* & argumentatur Alber. *in l. cùm ratio,*§. *ex bonis, n.*1 *ff.de bon. damn.* Cuius tamen contrarium credo verius , quia omnes Doctores præcitati, dum concludunt fraudem præsumi ex præcedente diffamatione,tacitè semper præsupponunt sine diffamatione fraudem non prę̃sumi,iuráque & authoritates per Plachā allegata loquuntur in casu , in quo procedit accusatio,seu diffamatio delicti:tunc enim in dubio stante dicta diffamatione,& accusatione fraus in assumptione clericatus præsumitur,vt per Cyrill *in summa crim. in prima parti.rubr.secunda,*§.*primo,n.vigesimo, in fine.* vbi autē est dubiū, secus;vt putà si delictū esset occultum:tunc enim fraus minimè præsumeretur. Et si aliter diceremus, sempérque vellemus post delictum fraudem præsumere , etiam non præcedente accusatione,aut diffamatione, frustra afferretur per
* Doctores supradicta communis* distinctio.

¶ Et in specie quòd accusatione, seu delatione delicti nō præcedente fraus non præsumatur,voluerunt Alb. *in d.l.cũ ratio,*§.*& bonis,n.*1.*in prin.ver.aut dubitat,ff.de bō.dam.* Sali.*in auth.statuimus,n.*2.*ver.Dic aut ante accusationem , C. de Epis. & cler.*Ang.*in l.si quis postea,n.*4.*ver.cōclude,&c.ff.de iud.*Marsi. *in l.statulib.n.*5.*ver.si autē nō erat diffamatus,ff.de quæst.* Maria. *in c.propos.n.*53.*ver.aut sumus in dubio,*& ibi etiam Boi.*n.*10. *ver.in dubio autē,de fol.cōp.*Anania *in c.*1.*n.* 7. *ver. aut non immediatè,de obl.ad ratioc.*Abb.*ibi.n.*5.*col.*3.*in prin.ver.aliàs præsumitur bona fide,& col.*4.*in prin.vers.si nō est infamatus* , Arn. Alber.*in c.*1.*q.*13.*n.*10.*vers.quod si ante accusationē, de hæret.in* 6.Marquar.*de iud.par.*3.*cap.*5.*n.*3.Nisi forsā statim & immediatè post delictum,quis se clericum fecerit,quia tunc fraus præsumitur,etiam non præcedēte delatione & diffamatione criminis,secundùm Salic. *in d.auth. statuimus, n. secundo, vers. in dubio,*Marsi.*in dict.l.statuliber,n.*6.*& sequentibus* , Anan.*in d.ca.*1.*n.*7.*eodem ver.aut non immediatè.*Albertin.*in d. ca.*1.*q.*13.*n.*10.*vers.& dicit Guliel.de Cun.*Boss.*in tit. de pœn. post n.*38.ex quib. infertur , quòd nisi statim quis se fecerit clericū,post delictum fraus nō præsumitur,quamuis Foller. *in const. regni, rubr.de Epis & cleri.verbo,ascriptitios* , dixerit fraudem nunquam excludi nisi delictum fuerit antiquum.

¶ Item † quid de eo, qui dicit se factum clericum ex vo- 112
to,an ex hoc fraus excludatur, stante præsertim iuramento ipsius clerici ita asserentis ? Videtur dicendum,fraudem excludi stante prædicto iuramento.

¶ Communis enim†& recepta*omniū est sentētia,quòd 113
in his,quæ in animo consistunt , prout est votum , proprio *
ipsius vouentis sacramento stetur,gl.*in* §.*alia,Inst.de actio.& in c.significasti,il* 2.*de homic.& in c.si verò,il* 2.*de sent. exc.* Alcia.*in tract.de præsump.reg.*2.*præsump.* 10.Bar. *in l. interdictū,* §.*qui furem,ff.de fur.*Marsi.*in rub.de prob.n.*122.& ita per hāc rationē in specie tradiderunt Bald.*in l.*1.*ad fi.C.an seruus pro suo facto,*Card.Alb.*in add.in d.l.cùm quadam puella,n.*6.*ff. de iurisd.omn.iud.*Ias.*in d.l.cùm quadā puella,n.*11.Chass.*in cōsuetu. Burgum.in tit.*Des Iustices,*rub.*1.§.5.*vers*.... Archi. *n.* 68.*fol.* 51.Marsi.*sing.* 534 Io.de Anan.*in c.ad falsariorū,col.fi. extr.de cri.falsi,*Ant.Bard *in tra.de tēp.vtil.c.*11.*n.*13.Cotta *in memor. d.ver.laicus,qui post delictum,*Gerard.*sing.*51.Viuius *in d. ver. clericus,sub eodē ver.Ordo ecclesiasticus, in fi.* vbi hāc dicit magis cōmunem*opinionē,& quòd eam omnes Criminalistę *
variis in locis sequuntur:& quòd secūdùm eā causā discussa fuit aliàs resolutum,& obseruatum Aquilæ. Et Viuiū sic dicentem refert Cart. *d.c.fin.n.*308.*vers.Hac autem.* Immò secundùm Ferrat.*in eaut.*23.qui votū fecit clericatus, & intrandi religionem, licèt non adhuc religiosus, si captus medio iuramento id asserat dicátque se modò velle adimplere votum,& religionem ingredi tanquam persona Ecclesiastica,non potest ampliùs per secularem Iudicem puniri.¶ Obstat autem huic cōmuni sententiæ,& aliàs communis*con- *
clusio : licet enim verum sit,quòd in iis, quæ à solo animo dependent,stetur iuramento ita asserentis,hoc tamen†non 114
procedit,vbi agitur de graui præiudicio:tunc enim plenior, & certior requiritur probatio, Abb.*in c.quosdā,de præsumpt.* Fel. *in c.cognoscente,n.* 14. *de const.* & ibidem Dec. prope finē,*vers.similiter si agatur,*Gem.*in c.eos,de temp.ord.*& est text. *in cap.ex insinuatione,de procurat.*Sed in proposita quæstione de maximo agitur præiudicio , cùm de reipublicæ enormi læsione & ecclesiastica iurisdictione tractetur:ideo votum est aliter probandum,quàm per iuramētum,& per hanc rationem prædicta communis opinio non satisfacit pluribus, & prę̃sertim *N.in addit.ad Ferrat.dic.caut.*23.vbi quòd talis cautela non est tuta,nec eā seruarent Iudices nostri tēporis, & idem dicit Chassan. *vbi suprà,d.n.* 68. Item nec satisfacit Plachæ,*d. ca.* 35. *n.* 6. vbi dicit hanc Baldi sententiam non iure probari,prout etiam eum improbat Couar. *d. c.* 32.*in fine* , vbi ampliùs dixit. non esse mirum,si eadem sententia Bal.& Ias.in praxi refellitur, eámque etiā expresè reprobat Claud.Seysell.*in dict l.prima,C.an seruus ex facto suo,*& refert Doct.Flam Cartar.*vbi suprà d.c.fin.n.* 308. *sub vers. Hæc autem. ad fi.*quòd Senatus Mediolanen.damnauit ad triremes bannitum,qui effectus fuerat religiosus ob votum emissum ante patratum delictum.Et quidē si aliter diceremus,vellemúsque præcedentem opinionem simpliciter sequi,sequeretur absurdū,quòd semper quis effectus clericus post delictum , forum seculare effugeret:quia nemo est,qui ad effugiendum graues illas & seculares pœnas nō millies iuraret se tale votum fecisse;& ob id Foller.*in const.Regni,in rub. de Episc.& cler.in verbo,ascriptitios,n.*7.*in* 3.*conclusione , vers.vt ergo,iuncto versic.circa primum,&c.* dixit hanc voti cautelam esse fallaciam , & fabulosam inuentionem. ¶ Verùm ego arbitror hac in re distinguēdum hoc modo,Quòd si votum non aliunde probetur, quàm per ita asserentis iuramētum, talis probatio nullo pacto admittatur per superiùs allegata. Et isto casu voti cautela potest dici fallacia & fabulosa inuentio,prouieā dixit Foll.*in loco præcitato:*si verò cum iuramenti assertone concurrat aliqua alia probatio etiam non

78.per totam,*Cou.*var.resol.lib.1.c.4.n.8.* Qui tunc demum dictam cōmunem procedere existimant, quando scilicet iuramentum interpositum super aliquo contractu vsurario,simoniaco,matrimonij, & similib.quorū cognitio etiā iuramento circumscripto ad ecclesiasticum Iudicē spectaret:hoc enim casu Iudex ecclesiasticus , qui absolutionem concessit,remanebit etiam in principali causa cōpetens Iudex non ratione iuramenti, sed ratione cōtractus,vbi est iuramētū appositū.secus in aliis casib.& cōtractib ad secularē iurisdictionē spectātibus,prout etiam videtur de mēte Afflicti *in dec.30.per tot.*licèt enim iuramēti causa sit apud ecclesiasticum Iudicem tractanda,*d.c.fi.de for.cōp.in 6.*istud tamen procedit,vbi agitur de obseruantia:secus si ad inobseruantiam iuramenti. Ita respondent Dec Coua.& Osasc. suprà allegati.¶Item licèt Iudex causæ præparātis, sit etiā Iudex causæ præparatæ,*l.ordinarij,*vbi gl.*in verb.exhibiti,C. de rei vendica.*id tamen non procedit , vbi agitur de præiudicio tertij;& sic quando fieret præiudicium iurisdictioni alterius,Bal.*l.2.circa fi.C.de ope.libe.* cum aliis ibid.per Osas adductis,*n.16 & seqq.*

¶Ad effugiendum autem istas disputationes,cautela erit, quòd pars,cui iuramētum præstitū fuit,illud remittat:quia tunc,si cui remissum est iuramentum,non obstante remissione,velit petere absolutionem coram Iudice ecclesiastico,ad hoc vt remaneat Iudex in causa principali,tunc talis absolutio tanquam non iuris,sed facti, non extenderet iurisdictionem,nec aliquid operaretur. Ita expressè tradunt Cast.Ias.Alex.Dec.Ferr.& Gerard.*sup.alleg.* necnon Thom. Gram.*in add.ad dec.Afflict.38.prope finem.*

¶Et isto casu,†quādo scilicet Iudex secularis sequuta ab- 145
solutione per Iudicem ecclesiasticū remanet Iudex in causa principali rescissionis contractus , non debet contractū præcisè rescindere,& nullum declarare,etiam quòd videat absolutionem à iuramento concessam;quia in hoc non tenetur ecclesiastici Iudicis præceptum exequi , si iniustum sibi visū fuerit:imò & de nullitate dictæ absolutionis cognoscere poterit,sec.Anch.*cons.380.retento ordine.col.3.* Ioa. And.*in c.in iure,ext.de off.deleg.& in c.1.de off.ord.* Fel.*in c.cū sit,ver.limita quinto,de fo.comp.& in c.1.de iureiu.in 7.col.ver. posset etiam secularis,& in c.preterea,col.2. vers.quinto limita, de sponsal.*Ceph.*cau.102.incip.in multis contractib.in fine,*Soc. *cons.83.n.16.vol.quarto,*Affl.*dec.220.n.9.*Mars.*sing.367.*Par. *cons.43.n.21.vol.1.& cons.96.num.94. eodem vol.* & ita aliàs in Senatu Montisferrati iudicatum fuisse testatur Rol. qui hos refert & sequitur *in cons.34.n.10.& seq.vol* 1. Arnald. Alb.*in tr.de agnoscen.assert.cath.& hæret.qu.25.nu.46.*vbi tamen pro euitatione contrarij textus,scilicet *in c.fi.de excep. lib.6.*horum opinionem declarat procedere, quando euidenter constaret de nullitate, seu iniustitia absolutionis prædictæ;aliàs secus.

¶ Limita XI.Dictam†secundam regulam in causa ma- 146
trimonij,quæ cū spiritualis sit,ideo eius cognitio ad ecclesiasticum Iudicem,immò,ad solum Episcopū spectat, etiā inter laicos,*c.multorum,15.q.6.c.auditis,de præscrip.c.accedē-tibus,de excessib.prel.*Abb.*in c.1.de cons.ang.* late Cou. *in epit. de sponsa.c.8.§.12.n.1.2.& 3.* vbi etiam docet , an causa hæc matrimonij possit delegari inferioribus Episcopo.

¶ Amplia I.Hanc limitationem,†vt nec in laicum arbi- 147
trum matrimonij causa compromitti possit, *c.pen.de in integ.rest.*gl.*in c.1.de cōsang & in l.nō distinguemus,§.Iulian.ff.de cōsang.cōs.*299.vbi quòd ab arbitris laicis causa coniugalis, nec principaliter,nec incidēter tractari potest;quicquid in contrarium dixerit Bal.*in l.vnica,n.37.C.de confessis* , quem reprobat Alex.*in l.quoties,C.de iud.*& Cou.*vbi suprà,n.2.*vbi testatur de communi.*Imò licèt spiritualis causa,quæ non * potest in arbitrū laicum cōpromitti;possit tamen compromitti in laicum arbitratorem , & amicabilem compositorem,secundùm communem,*de qua *sup.in 10.ampliatione,* * *n.24.*causa tamen matrimonij nec à laico arbitratore pariter cognosci poterit,vt dixi *in d.n.24.*ex Cou.*sub eod.n.2.*

¶ Amplia II.Eandem vndecimā limitationē,†etiā quòd 148
agitur ad thori separationem ob fornicationem,adulteriū, lepram,seu aliam causam;cuius cognitio ad solum ecclesiasticum Iudicem spectat secundùm cōmunem,* de qua * per Dec.*in cons.112.*quē sequitur Cou. *in epit.de spol.c.7.§.*

6.n.8.licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint, Rom.*sing.*664. vbi quòd hoc in iure est clarissimum, per tex.*in c.tuæ.de procurat.*

¶ AMPLIA III. Dictam vndecimam limitationem, vt ma-
149 trimonij † causa super laicum Iudicem, nec principaliter, nec incidenter tractari possit, per ea, quæ suprà tradita sūt, *n.35.in 11.ampliatione*; & ideo si, quādo corā Iudice seculari de hæreditaria successione tractetur, incidat quæstio, An quis sit legitimus, nécne; &, An matrimoniū, ex quo natus est, fuerit legitimum, aut nullū: tunc talis causa ad ecclesiasticū Iudicem remittenda erit, qui ecclesiasticus Iudex, & ipsum filiū legitimū & consequenter non fore hæreditate priuandū, vel econtrà, prout iuris fuerit, pronūciabit, *c.tuã, de ord.cog.c.causam, q.2.c.1.& c.per latū, & c.lator*, & ibi Car. Ant. Abb. & Præpositus *qui fil.sint legitimi*, Cou. *in epit.de spon. c.3.§.3.n.4.* vbi etiam quòd si laicus vti ab ecclesiastico delegatus de temporali causa cognoscat; non poterit tamen causam incidentem expedire, si ea ad legitimationē matrimonij spectet, secundùm Ang. Pa. Dec. & Curt. iun. *in l.2. ff.de iurisd.omn.iud.* Fel. *in c.cùm sit, de foro comp.in fine*, Dec. *in c.2.n.24. de iud.& in c.at si clerici, n.25. c. eod.tit. & in c. præterea, col.4.ff.de off.delegat.*

150 ¶ SVBLIMITA I. Hanc † decimā limitationem procedere in quæstione matrimonij incidēti iuris; putà an matrimonium sit, vel nō iure factū: secus in quæstione facti, putà an quis sit natus ex illo matrimonio, nécne; vel an mulier sit despōsata, vel non. In incidenti enim super facto matrimonij causa Iudex secularis etiā cōpetens est, vt iterū dixi *sup. n.25.& seq.in 11.ampliatione*, & tradūt Bar. Rom. Alex. Ias. & cōmuniter alij *in l.Titia, ff.sol.matr.* & de cōmuni, *præter alios, testantur Cou. *in epit. de sponsa. d.c.8.§.12.n.3.* Diaz *reg.*359. Villal. *in comm.opin.verbo, Iudex, n.*107. Turz. *opin.*90. Rol. *cons.*32.*n.*24. latè comprobat Arnald. Alber. *in tr.de agnos.asser.cath.& hæred.q.*25.*n.*51.*& seq.* præsertim vbi criminaliter agitur, secundū Arnal. *vbi sup. in q.*23.*n.*12. vbi licèt post Bal. *in l.quoties, C.de iud.* Are. & alios quos allegat, dicat simpliciter Iudicem criminaliter procedentem, putà super incestis nuptiis, vel super delicto contrahentis binas nuptias, posse probationes recipere super matrimonio, cuius causa incidens si sit, ad eundem Iudicem secularem spectet, ad quem criminis cognitio & punitio pertinet: eius tamen dicta intelligenda crederem, secundùm hanc sublimitationem, vt scilicet procedāt, quando quæstio est facti, & super eo recipiuntur probationes: secus si iuris.

¶ SVBLIMITA II. Vt eadē vndecima limitatio procedat, quādo causa matrimonij tractatur nō inter cōiuges, sed inter alios, puta filium & extraneum: vel inter vnum cōiugē & filiū: tunc licèt dubitetur, an potuerit, vel non potuerit cōtrahi matrimonium, an illud sit validum vel nullū: & sic licèt quæstio incidēs corā seculari Iudice sit iuris, quia tamē hæc quęstio non decidit causā matrimonij inter cōiuges, nec tractatur ad illum finē, nec aliquid facit ad esse, vel nō esse matrimonij, cùm essentia matrimonij per hoc non lædatur, nō potest dici causa spiritualis, ideo poterit ab eodē seculari Iudice cognosci, sec. Arn. *d.q.*25.*n.*51. vbi pulchrè hāc probat declarationē. Ex qua collige generalē cōclusionem, quòd quādo causa matrimonij non agitur inter coniuges; quæstio incidēs, etiā quòd iuris sit, potest cognosci à Iudice seculari, quę, ni fallor, satis optima ratione fundata videtur, quia scilicet quando non agitur inter coniuges, nihil iudicatur à seculari Iudice, etiam quòd quæstio sit iuris, quòd matrimonij essentiam lædat. Considera tamen, quia Doctores in exemplis suprà traditis *in precedenti n.*149. videntur loqui generaliter, etiam quòd inter alios, quàm quòd inter coniuges, causa prædicta tractetur.

151 ¶ LIMITA XII. Hanc † eandē secundam regulam non procedere in laico simul delinquēte cum clerico, quia ratione cōnexitatis delicti laicus iste nō potest ab alio Iudice puniri, quàm ab ecclesiastico. Hoc fuit originale dictum Ant. de Præto *in l.1.in fine, ff.qui sent.sine appel.rescin.* Mar. Soc. senior *in cons.*12.*col.*5.*& 6.lib.*1.*& in c.*2.*col.*4.*ver.* octauò *fallit, de mut.pet.* Fel. *in c.*1.*col.*3.*vers.& dixit D. Ambonius, de præscr.& in c.ex literis, in* 3.*not.de cōst.* Ferrar. *cautel.*10 *incip.si contingat*, Crot. *in l.*1.*in pri.in* 2.*not.sub n.*15. *ff.de verb. obl.* Zuccar. *in rep.l.fi.n.*36. *C.de bonorum posses.contr.tab.* Boër. *dec.*300. *Ciues Balonenses, col.*1. Hippol. Rim. *Inst.quib.aliena.lic.in pri.n.*156. Soc. iun. *cons.*34.*col.*6.*lib.*2.*& cons.*1.*n.*3. *eod.lib.* Marā. *de ord. iud.par.*4.*dist.*11.*n.*22. Natta *in d.c.quamuis, de pact.in* 6. Ias. *in l.imperium, n.*3. *ff.de iurisd.om.iud.* Matt. *sing.*180.*n.*2.*& cōs.* 67.*n.*62. Ferdinan. Loazes *in tr.de matrimo.dubitatione* 10.*n.* 20. Paris. *cons.*154.*n.*1.*lib.*4. Illust. Card. Alban. *cons.*13.*n.*6. D. Ios. Lud. *dec.Lucen.*26.*n.*18.1.*par.* De cōmuni * testantur * Boss. *in tit.de for.comp.n.*116. *in fi.*110.*& 146.& seqq.* & Menoc. *de arb.q.casu* 371.*n.*13. *in fine*, vbi quòd hæc est magis recepta * opinio, licèt vix à Iudicib. laicis seruetur. Borell *in tr.de arbit.§.*1. *in glos.*3.*n.*244. Bonacos. *in com.opin.par.*2. *verbo, laicus si delinquit, pag. mihi* 45. *col.*3. immò & hanc opinionem aliquando in praxi seruatam dicunt Bar. Soc. *in l. cùm Senatus, ff.de reb.dub.in fin.* Chassan. *in consuet.Burgun.rub.* 1.§.1. *ver. Archidiaconus, n.*70.*& cons.*1.4. *præsuppositio, nu.*47. Ioan. Arnono, *Soliloq.*57. *inci.non est negligendū*, Sigis. Scaccia *de iud.caus.ciu.cr.& c.lib.*1.*c.*11.*n.*24. vbi aliis relatis concordantib. testatur de communi, * & magis communi * opinio * * ne, eámque ampliat, vt procedat non solū in criminalibus; sed etiam in ciuilibus, in quibus si contigerit clericum & laicū esse consortes in lite, vt putà quòd ambo sint hæredes & correi; tūc tale iudicium agitari debet non corā Iudice seculari, sed coram Iudice ecclesiastico ex Bart. quē allegat *in l.præcipimus, §.eodē obseruando, C.de appel.* Socin. *cōs.* 12.*sub n.*17.*li.*1. rursus ampliat etiam quòd plures sint laici, quàm clerici, Decian. *tr.cr.to.*1.*lib.*4 *c.*9.*n.*44.*& seqq.* vbi plurib. exornat & comprobat hanc 12. ampliationem, eámque dicit procedere, nedum si clericus petat se remitti ad suum Iudicem ecclesiasticum, sed etiam si hoc non petat clericus, sed vnus ex laicis; quia vno tantùm instante omnes remittuntur, vt ibi per eum.

¶ Ratio limitationis est, quia priuilegiatum & magis dignū trahit ad se nō priuilegiatum, & minùs dignum, *c.per tuas, de arbit.l si cōmunē, ff.quē admodū seruit.amit.c.quanto, de iud.c.quod in dubiis, ver.fi.de cōsecr.Ecc.vel altar.c.sacris, de sepul.c.non extimemus*, 31.*qu.*2.*l.quæ religiosis, ff.de rei vend.l.si alieni, ff.de solutio.l.eum, qui ædes, ff.de vsucap.* cum plenè cumulatis per Ant. Gom. *in epi.del.c.*10.*n.*6. præsertim in casu nostro, in quo si aliter diceremus, sequeretur absurdum, quòd plures in eadē causa ferrētur sentētiæ, causarūq; cōtinētiæ diuiderētur, cōtra *l.nulli, C.de iud.* cū plenè ad materiam congestis per Menoc. *d.casu* 371.*cent.*4.*li.*2.*per totum.*

¶ Contrarium, quòd immò isto casu clericus puniatur à Iudice ecclesiastico; laicus autē à Iudice seculari, verius esse dixerunt Aym. qui cōtrariis rationibus optimè respondet, *in cons.*232.*lib.*2. Cou. *pr.q.c.*34.*n.*1. Vrsil. *in add. ad Affl.dec.* 213.*n.*7.*& seq.* Osasc. *dec.Ped.*103.*n.*10. immò & hanc vltimam opinionē magis in praxi receptam pariter asseruerūt Reb. *in auth.habita, priu.*106. *C.ne fil.pro pat.& in proœ.Regi. const.gl.*5.*n.*117. Io. Rupel. *li.*3 *foren.inst.c.*11. Philip. Prop. *in prag.sanctione, tit.de cōcubinariis, §.ipsas, verbo, Arcere, in add. ad Cosman.* Boër. *consuetud. Bituricen. tit. de iurisd.§.*8. vbi amplius testatur priorem opinionem nunquam in practica seruatam fuisse, prout nec in practica seruari testatur etiam Igne. *in l.*1.*§.si quis in villa, n.*27. *ff. ad Syllan.* Capic. *dec.*173. Clar. *in pr.q.*36. *vers.euenit plerumque*, vbi quòd ita suis temporibus in Senatu Mediolani vidit seruari & practicari: & quòd propterea ab hac communi * obseruantia non est in * practica recedendum, Steph. Lamb. *in tr.de contractibus eorum, gl.fi.n.*244. vbi refert se audiuisse Illust. D. Cardinalem Franciscum Alciatum, dum legeret, *l.final. C.de bono poss. contra tabul.* dicentem, nunquam potuisse adducere Senatum Mediolani ad practicandum illud dictum Antonij de Prato, & ita Ant. Gom. *in epit. delict.c.*10.*n.*6. vbi *in fine* dicit, quòd ita in eo Regno communiter * practicari vidit. Et pro * hac contraria opinione fortiter facit tex. *in l.si quis vxori, ff. de furt.in prin.* vbi in delictis socius criminis minimè gaudet priuilegio socij.

¶ Nec obstant iura & rationes in contrariū allegatæ, quia procedunt in indiuiduis, nō autē in diuiduis, vt post alios, quos allegant, tradūt Mar. Soc. Boss. Osasc. Ant. Gom. Cou. *in locis supracit.* & in specie, quod dictum Antonij de Prato procedat in causa indiuidua, secus indiuidua, dixerunt Bar. *in l.præcipimus, §.eod.obseruando, ff. de appe.& in l.iuris peritos, §.si.ff.de excus.tut.* Mar. Soc. sen. *in cons.*12. *incip.quoniam in*

præ

præsentiarum,col.vers.& est adeò potens,& in capite 1. colum. 9. versiculo decimaquinta declaratio,n.18. de foro compet. Neuiz. *in Sylua nupt.parte sexta,n.38.& sequentibus,& n.43.* Vnde idem Boss.*in loco nuper citato,sub n.147. in fine*, videtur concludere, quòd in pluribus inquisitis de eodem delicto non cadit distinctio de diuiduitate & indiuiduitate: quia ratione eiusdem delicti & eiusdem facti causa semper dicitur indiuidua:verius tamen est dicere,secundùm Couarr.*sub dict. n.1.* quod in hac quæstione,quam tractamus,res diuidua sit,quoad cognitionem causæ, & punitionem criminis, quia facile potest Iudex ecclesiasticus clericum punire, & secularis laicum,absque vlla vtriusque iurisdictionis læsione.

¶ Sed vtcunque sit,satis est ad propositum nostræ huius limitationis,quòd licèt magis secundùm præfatos Doctores vsu receptum videatur, quòd laicus cum clerico insimul delinquens possit à seculari Iudice puniri ab ecclesiastico,ab eo inquam qui in capturã præueniet, & sic hic alius erit casus, in quo laicus de iure poterit per ecclesiasticum Iudicem puniri,& inquiri; vide tamen in proposito, Sigism. Scac. *dicto cap.11.n.24.*vbi testatur aliàs ex decreto Sacræ Consultæ vidisse seruari,vt ecclesiasticus Iudex priuatiuè quòd ad secularem Iudicem cognosceret de violentia illata cuidam mulieri per clericum & laicos insimul, tam respectu clerici, quàm respectu laicorum, & sic isto casu laicus non solùm potest,sed etiam debet ab ecclesiastico Iudice puniri.

152 ¶ Limita XIII.†Propositam huius quęstionis secundam regulam pluribus aliis modis, de quibus ne longior sim, latè per Aufrer.*in sapiùs suprà allegato tract.de potestat. secul. super eccl.pers.regu.2.in vltima parte,*vbi ponit casus 149.in quibus Iudex ecclesiasticus potest cognoscere de laicorum personis & causis.Quibus adde Menoc.*de recup.possess.in 14. remed. n.205.& seqq.*vbi,an laicus spolians clericum possit coram ecclesiastico Iudice conueniri, Clar.*in pract.quæst.36.* inferens
153 *vers.quæro,quòd si per laicum.*Vbi † an laicus iniuriam clerico possit ab ecclesiastico Iudice puniri,*& quæst.37.vers.vnum ta-*
154 *men volo*, † an in casu in quo laicus potest coram Iudice ecclesiastico conueniri, possit ab eodem contra ipsum per capturam & carcerationem:an verò per solas censuras procedi,de quo etiam vide Ignat.Lopez *in addit.ad Diaz in pract. crimin.canon.cap.154.n.6.*& vide eund.Clar.*in quæst.38. ver.*
155 *vidi etiam quandoque,*vbi† an laicus committens homicidium in Ecclesia possit ab ecclesiastico Iudice puniri;de quo etiam latè per Roland.*cons.24.in 8.vol.*& dixi *infrà,in tit.de carceribus,& carceratis,q.28.n.62.*

156 ¶ Et pro complemento huius quæstionis aduerte,† quòd licèt de iure cõmuni in delictis mixtis, prout sunt sodomia, adulterium,concubinatus,sacrilegium, & alia de quibus *suprà,n.129.& seqq.*laicus possit etiam coram Iudice ecclesiastico,qui præuenit,conueniri,vt probaui *in dict.n.129.& seqq.* tamen contrarium fuit constitutum per d. constitutionem fel record.Pij Papæ IV.quam suprà allegaui,*n.126.* vbi disponitur,quòd in causis criminalibus mixtis sit locus præuentioni inter secularem & ecclesiasticum Iudicem, sed data præuentione ex parte Iudicis ecclesiastici, non nisi contra clericos tantum procedere possit, &c. Sed hæc constitutio posteà fuit sublata, & ad terminos iuris communis reducta per sanctiss. memoriæ Pium Papam V. sub anno Domini 1566.die 20.Iunij,eius Pontificatus anno 1.in constitutione sub forma motus proprij emanata, qua expressè cauetur, quòd in præuentionibus inter Iudices ecclesiasticos & seculares procedatur in omnibus,& per omnia iuxta formam iuris communis,& decretorum sanctissimi Concilij Tridentini,& non aliter; aliàs, nec alio modo.

ARGVMENTVM.

Inquisitio, fama non præcedente, formari quando possit.

SVMMARIVM.

Inquisitio,fama non præcedente,formari non potest,num.1. Amplia hoc in Iudice habente plenum,& liberum arbitriũ,n.2. Secundò,tam in delegato,quam in ordinario Iudice,n.3. Tertiò,etiam in Iudice procedente ex officio,n.4.sed contra,n.22. Quartò,vt talis fama debeat esse vehemens,clamosa,& scandalosa,num.5. Quintò, vt debeat habere ortum à fide dignis personis,num.6. Sextò,vt nec Iudici asserenti famam credatur,num.7. Septimò, vt nec postea testes probantes delictum, aliquid operentur,num.8. Octauò, vt nec in contrarium valeat statutum,n.9. Nonò,vt Iudex inquirens sine fama teneatur in syndicatu,n.10.

Limita primò in inquisitione, quæ fit ad denunciandum publicè Officialis,n.11.Secundò,parte non opponente,n12. Tertiò,in inquisitione formata de Principis mandato,n.13. vbi de materia.Quartò,in crimine hæresis,n.14. Quintò, in crimine læsa maiestatis,n.15.vbi idem in enormibus. Sextò, in inquisitione,quæ fit contra Officiales pro syndicatu,n.16. Septimò,in inquisitione,quæ fit super ipsa fama,n.decimoseptimo.Octauò, in inquisitione generali, n.18. Nonò, quando præcessit inquisitio generalis, num.19. Decimò,quia indicia succedunt loco diffamationis, numero vigesimo. Vndecimò,de generali consuetudine,n.21. Duodecimò,quando proceditur ex mero Iudicis officio & balia,num.22.

QVÆSTIO IX.

INQVISITIONEM † non præcedente fama nullam & in- 1
ualidã esse apertè probat tex.*in c.inquisitionis,& in c.qualiter & quando,*il 2.vbi plenè Scrib.*de accus.ca.licèt Hely, de simon.*latè Spec.*in titulo de inquis.rubr.qualiter in inquisitione sit procedendum,colum.3.*Host.*in tit.de inquis.in summa, colum.2. vers.Quomodo procedatur,*& latè etiam Præpos.*in c.1.2.quæst.8.*Ang.*de malef.in verbo,hæc est quædã inquisitio,§.4 principaliter.*Et hæc regula communiter* à Doctoribus recipitur, te- *
stibus Rolan.*cons.3.n.9.vol.3.& cons.57.num.9. & 28.* Brun. à Sole *in suo cons.crim. n.138.& num. 147.* Ludou. Cat. *cons. crim.diuer.92.n.1 & seq.volum.1.in paruis,* vbi ampliùs,quòd eam totus* mundus sequitur,Hier.*in addit.ad Angel.de ma-* *
lef.in verbo,hæc est quædam inquisit.dicto §.4. principaliter quæro,n.68.in princ.*Nouel.*in prac.in 3.forma inquisitionis pro puro homicidio,n.17.pag.mihi.85.*Bero.*cons.172.n.4.* Clar.*in pr. q.6.in prin.*Burs.*cons.94. n.37. & cons.116.num.12. primo li.* Bonacos.*in cõ,opin.parte 1.vers.inquisitio est nulla,pag.mihi 93. & col.2.in prin.& pag.94.col.1.ver.inquisitionẽ debet præcedere, & in 2.parte,pag.38.col.4.ver. inquisitio est nulla de iure cõmuni.*Curt.iun. *cons.324.numero primo, volumine tertio*, Ceph. *cons.204.n.18.& consilio 305. num.4.* vbi alios adducit concordantes,Dec.*consil.18.n.38. in 1.volum.*Boss.*in tit.de inquisitione,num.8.*Gig.*de crim. læsæ maiest.q.9.num.1.li.1.tit. qualiter in crim.læsæ maiest procedatur*, Menoch. *cons.100.n.58.libro 1.*vbi pariter alios refert, & dixi *suprà in 1.q. in quinto requisito,n.50.*[Et addo præmissis Osascum, post hæc impressa habitum,*in cons.64.n.1.& seq.li.1.* vbi alios adducit concordantes.]¶¶ Videndum modo est,quando,& in quibus casibus hæc conclusio procedat,& in quibus,non;ideo pro resolutione facias infrascriptas ampliationes & limitationes.

¶ Amplia I.Hanc regulã,† vt procedat etiam in Iudice 2
qui à statuto seu Principe plenũ haberet arbitrium in producendo & puniendo delinquentes:adhuc enim nõ præcedente infamia inquirere minimè poterit,secundùm Bal. *in c.j.*& ibid.gl.*in verbo,liberam,*& alij Doctores,*ff.de off. ord.* Ias.*in l. milites,C.de testam.mili.*Gram.*cons.35.num.50.* Marsi.*in prac. §.constante,num.12.& sing.14.& cons.25.numero 5.& consilio 48.num.10.& cons.46.num.9.& cons.50.num.3.*Grat.*cons.59. num.8.& cons.74.n.8.vol.2.*Parb.*cons.47.*vbi latè, *vol.j.* Plot. *in l.si quando,§.30.num.6.C.vnde vi,* Brun. à Sole *in suo cons. crim.num.139.*Menoch.*in tract.de arb.quæst.78. num.secundo, libro primo,*Ioan.Maria Monticel.*in sua practica crim.reg.j.n. 33.*Decian.*cons.175.columna secunda,vers.non obstat.* Rolan. *consilio tertio,numero xj.& consilio 17. num. xj. volumine 3. & consilio 94.n.27.volumine quarto,*Gig. *de crimine læsæ maiestatis,libro primo, titulo qualiter in crimine læsæ maiestatis proced. qu.nona,numero octauo,& sequente,*Decian.*consilio 18.n.39.libro primo,*& faciunt quæ infrà dicuntur,*n.9.in 8 amplia.*

¶ Sed quid si statutum vellet quòd Iudex teneatur inquirere in tali crimine,aliàs puniatur: an tunc requiratur diffamatio?Dic quòd sic,vel eius loco indicia,Maran.*in Spec.in 6. parte,tit.de inquisitione,n.33.*vbi respondet ad contraria.

¶ Amplia II.Nedum † in Iudice delegato,sed etiam or- 3
dinario,secũdũ cõmunẽ,*de qua per Alciat.*in c.1.n.34.de off.* *

ord. Card. Alexandrinum, *in cap. de accusatione. col. 25. vers. tamen fortius. extra de accus.* Clar. *in pract. q. 6. vers. sed retenta,* Brunor. à Sole *d. suo cons. crim. n. 139.* quicquid in contrarium dixerit Ang. *in l. si vacantia, C. de bon. vacan.* qui in hoc communiter reprobatur, vt per præfatos Doctores.

¶ AMPLIA III. Vt † diffamatio præcedere debeat, siue Iudex procedat ad partis querelã & accusationem, siue etiam 4
* ex officio, secundùm communem, * de qua per Bos. *tit. de inquisitione, n. 21. & in tit. de indic. n. 75. in fine.* Riminal. *cons. 59. n. 3.* Marsil. *in §. constante, n. 22.* Hippol. Riminal. *consilio crim. diuers. 105. n. 27. lib. 1.* Hier. *in addi. ad Ang. de malef. in verbo, Hæc est quædam inquisitio, n. 68. vers. 4. in quantum,* Grat. *cons. 57. n. 11. libro secundo,* Rolan. *cons. 24. n. 21. & sequente, lib. 1. & cons. tertio, n. 14. vol. 3. & cons. 57. n. 29. lib. 4* Clar. *in pract. d. quæst. 6. vers. idẽ enim,* Bonacos. *in commu. opin. 1. parte, vers. inquisitio est nulla, pag. mihi 93. columna secunda, in prin. & in 2. parte, pariter in vers. inquisitio est nulla, pagina 38. col. 4. in prin.* Bursat. *cons. 94 n. 37.* & licèt Ang. *in dicta l. si vacantia, n. 177. C. de bon. vacan. li. 10.* & Aug. ad Ang. *ad malef. d. verbo, Hæc est*
* *quædam inquisitio, n. 57.* de cõmuni * cũ Angelo obseruantia assessorum testatur, item Io. Maria Monticel. *in pract. cri. regula prima, n. 59.* Pract. Conrad. *pag. mihi 255. vers. sexto,* Alex. *cons. 120. colum. 2. vol. 6.* Alex. de Neuo *cons. 96. in prin.* aliique nonnulli relati per Dec. *consilio 18. n. 51. in primo volumine,* contrarium asserendo dixerint diffamationem non requiri, quando Iudex ex officio procedit: non tamen per hoc recedas à præcedenti ampliatione, quę est verior & commu-
* nior, * vt per Clarum, & alios supra allegatos [& nouissimè sequitur Osascus *d. cons. 64. n. 3. vers. & non obstat.*

¶ Immò, vt veritatem fatear, maiorem video dubitationẽ in inquisitione formata ad partis querelam, quàm in inquisitione formata ex officio. Primo enim casu minùs necessariam diffamationem fore suaderi facilè potest ex tradit. per eundem Clarũ *d. q. 6. in vers. præterea scias,* ibi, *sed certè ex quo talis postulatio, &c.* vbi opinatur inquisitione formata de mãdato Principis, & ad postulationẽ partis, ea ratione non esse necessariam diffamationem; quia scilicet talis postulatio succedit loco querelæ & accusationis: ergo multò minus requiretur diffamatio, vbi adest expressa querela & accusatio. Et idẽ clariùs affirmare videtur *in ver. vlteriùs scias,* ibi, *& aduerte quia Doctores in hac materia loquẽtes & dicẽtes, quòd omnino fama debet præcedere inquisitionẽ, intelligendi sunt de inquisitione, quæ fit assumẽdo informationes super delicto cõtra aliquẽ, cõtra quem nulla sit querela vel denũciatio.* & quæ sequuntur. Quasi quòd cõtrariũ sentiat, quando adest querela seu denunciatio. Dubitationem augeo, quia Doctores omnes nõ alia ratione mouẽtur ad dicẽdũ quòd in inquisitione fama præcedere debet, nisi quia illa succedit loco accusatoris, sine quo Iudex inquirere nõ possit, *d. c. qualiter & quando, de accus.* Maran. *d. 6. parte, tit. de inquisitione, n. 19. in fine,* Clar. *d. q. 6. in prin.* vbi ergo adest accusator, multò magis Iudex poterit inquirere. Nec video, quòd isto casu opus sit diffamatione, si querelantem & accusatorẽ habemus. Vnde multò verius dici posset, diffamationẽ requiri, vt procedat in inquisitione ex officio formata, secus in formata parte accusante, & querelãte. Sed quicquid
* sit de iure, in contrariũ cõmunis * omniũ Doctorum opinio, vt patet ex supra relatis authoritatibus, in quibus omnes vnanimiter, & sine difficultate diffamationẽ requiri asserunt in inquisitione formata ad partis querelam, licèt dubitent de formata ex Iudicis motu officio. Vide quæ dixi *infra n. 22.*

¶ AMPLIA IV. Vt † fama præcedens inquisitionẽ nõ suf- 5
ficiat simplex, sed debeat esse vehemẽs, & à clamosa insinuatione procedens, sæpius ad Iudicis aures deueniens, & talis quòd scandalũ generaret, nisi Iudex inquireret. Bar. *in l. congruit, de offi. præsid. & in l. fi. C. de off. præfe. vr.* Maran. in Specu. *in 6. parte, n. 19. in tit. de inquisitione,* vbi plures adducit concordantes, quos refert & sequitur Ioa. Mar. Mont. *d. reg. 1. nu. 38.* & est tex *in c. qualiter, & quãdo,* vbi Marian. *n. 19. &* Are-
* tin qui de cõmuni * testatur, *n. 47. & seq. de accus. & in ca. ad petitionem, & in cap. cũ oporteat, eod. tit.* Gig. *de crim. læsæ maiest. quæst. 9. n. 1. libro 2. tit. qualiter in crim. læsæ maiest. procedatur,* Clar. *d. quæst. 6. vers. quæro nunc, & vers. item quæro,* vbi prædicta declarare videtur, vt procedant in inquisitione, quæ formatur contra prælatum; secus si contra subditum: tunc enim sufficit simplex fama præcedens, etiam quòd non sit scãdalosa, & periculosa, secundùm Cardin. Alexandrinum, qui ita communiter * Doctores tenere dicit *in c. de accusatione, col. 28. in* * *fine, extra de accus.*

¶ AMPLIA V. Vt † fama præcedens inquisitionẽ debeat 6
ortum habere à fide dignis & non maleuolis personis, aliàs non sufficit, vt ex ea formetur inquisitio, *d. c. qualiter & quando.* ibi Abb. *in pen. col.* & Aret. *in 6. notab. de accus.* Curt. *in l. admonendi, n. 200. ff. de iureiur.* Bar. & alij *in l. penu. l. ff. de quæst.* Fulgos. *cons. 149. col. fi.* vbi etiã quòd non creditur Iudici asserẽti famam habuisse ortum à fide dignis personis, per tex. *in c. quoniam, de prob.* refert, & sequitur Rolan. *cons. 3. num. 19. & seqq. volu. 3.* vbi insuper ad propositum allegat eund. Fulgos. *in cons. 173. col. 1.* Mars. *cons. 2. n. 23. & cons. 118. nu. 5. & cons. 120. n. 27. & cons. 130. n. 16. & cons. 134. n. 6. & in pract §. constante. n. 33.* Mar. *vbi supra, n. 21. & 23.* Gig. *de crim. læsæ maiest. d. q. 9. n. 1. li. 1. tit. qualiter in crim. læsæ maiest proced. & q. 13.* Io. Mar. Montic. *in pract. crim. reg. 1. n. 36.* idem Roland. *cons. 94. n. 26. vol. 4.* [Osasc. *d. cons. 64. post n. 2.*]

¶ AMPLIA VI. † Vt nec credatur Iudici asserenti in in- 7
quisitione famam præcessisse, nisi de ea aliũde appareat per testes, s. particulariter super fama receptos & examinatos, Fulg. *cons. 107. col. 2. & cons. 136. in 6. col.* Ang. *in l. si vacãtia, n. 182. C. de bon. vacan.* vbi quòd Notarius debet describere in bastardello, & in actis recipere testes de fama deponentes, non in occulto, & extraiudicialiter, & ibid. dixit Ama. *de syn. n. 56.* Dec. *cons. 256. col. penul. in fin. & cons. 175 col. 2.* Signorol. *cõs. 156. col. 2. & cõs. 170. col 2. & cons. 189. col. fi.* Mars. *in pract. §. constante, n. 16. & cõs. 104. n. 1. & cõs. 122. n. 10. & cons. 57. n. 15.* Alexan. *cons. 34. col. 1. lib. 6. & cons. 180. col. fi. lib. 2. & cons. 138. n. 12. l. 6. & cons. 120. col. 1. li. 7.* Io. de Anan. *cons. 59. visa inquisitione,* Maran. in Spe. *dict. 6. parte principali, ti. de inquisitione, n. 20.* Rolan. *con. 45. n. 23. & seqq. vol. 1. & con. 57. n. 9. vol. 4.* vbi quòd isto casu fama est probãda per duos testes omni exceptione maiores, Hercul. *in trac. de neg. num. 178.* Io. Mar. Montic. *in pract. cri. reg. 1. n. 35.* vbi tamen quòd non per hoc præsumitur Iudex dolosus & mẽdax, Pract. Conrad. *pag. mihi 254. n. 29.* nouissimè D. Hier. Mag. *decis. Lucen. 22. n. 5. 1. parte,* Decian. *cons. 18. num. 40. & 48. in 1. vol.* & licèt aliqui relati per Clarum *in pract. quæstio. 31. ver. fama publica,* contrarium asseruerint, præsertim in Iudice ordinario ex officio procedẽte, & ita communiter * Doctores tenere dicant in practi- *
ca: tamen vbi fama inquisitionem præcedere debet, prædicta sexta ampliatio seruatur, & cum ea magis communiter * * Doctores indistinctè pertransire credo. Si enim aliter diceremus, sequeretur secundùm Clarum *ibi, in d. vers. fama publica,* quòd esset in potestate cuiuslibet Iudicis sic asserentis facere fraudem legi, destricaretúrque in totum supradicta principalis regula: [ideo ab ea non recedas, quam etiam sequitur Osasc. *d. cons. 64. n. 2. in fine, vers. vnde non sufficit.*]

¶ AMPLIA VII. Vt † inquisitio nulla ob defectum præ- 8
cedentis famæ non conualidetur, etiam quòd postea testes in ea producti plenè probauerint delictum, de quo inquisitus non erat diffamatus, Spec. *in tit. de inquisitione, §. nunc videdum, n. 6.* vbi Bal. *in addit.* facit tex. *in c. inquisitione, §. tertia dubitationis, extra de accusationib.* Gig. *de crim. læsa maiest. l. 1. q. 9. n. 3. t. qualiter in crim. læsa maiest. procedatur,* Mars. *cons. 25. n. 6. & consil. 48. n. 12. & cons. 49. n. 7. & cons. 50. n. 2. & cons. 53. n. 5. & cons. 63. n. 3. & cons. 64. n. 5. & consil. 76. num. 9. & cons. 79. n. 2. & cons. 82. n. 17. & consil. 117. n. 7. & cons. 128. n. 4. & cons. 130. nu. 6. & consi. 134. nu 5. & in pract. §. constante, n. 12.* Gram. *consil. 38. n. 22. & consil. 42. n. 18. & consil. 35. n. 50.* Soc. iun. *cons. 37. in princ. vol. 2. & cõs. 117. in prin. vol. 3.* Paris. *consil. 161. in fine, vol. 4.* Grat. *cons. 59. num. 7. volum. 2. & consil. 74. n. 7. eod. vol.* vbi ad hoc, quòd talis inquisitio nulla non conualidetur per subsequentem confessionem, refert & sequitur Rolan. *cons. 94. n. 28. & seq. & cons. 57. n. 25. vol. 4. & cons. 3. numero 12. & cons. 17. volum. 3. & cons. 24. num. 16. vol. 1.* Duen. *reg. 298. in prima ampliatione,* Brunor. à Sole *in suo consil. cri. n. 146.* Io. Mar. Monticel. *in practica cri. reg. prima, n. 32.* Decian. *cons. 18. nu. 38. versic. quinimò licèt testes, & num. 49. volum. 1.* De communi * testantur Grat. *respon. 57. nu. 9. & 11. volu. 2.* * quem refert Bonacos. *in cõmu. opi. ver. inquisitio est nulla, par. 1. pag. mihi 93. col. 2. & par. 2. par. 38. col. 4. vers. inquisitione regulariter facta,* & nouissimè idem sensit D. Seraphinus de Seraphinis *in suo trac. de priuileg. iuram. priuileg. 132. numero 77.*

quem

quem post hæc scripta præ manibus habui,[& Osasc.*d. consi.* 64.*post n.* 1.*vers. quod in tantum hoc est verum.*]

9 ¶ Ampliа VIII. Vt† non valeat statutum mandãs posse de delicto contra non diffamatum inquiri, Card.*in clem.* 1. *n.* 23.*de offi. ord.* Mars.*in pract* §.*constante,n.* 13.*& consi.* 79.*n.* 5.*& cons.* 78.*n.* 5.*& cons.* 76.*n.* 9.*& cons.* 82.*n.* 20.*& cons.* 117. *n.* 10.*& cons.* 130.*n.* 9. Gram.*cons.* 38.*n.* 24. Duen.*reg.* 298.*in* 2.*ampliatione*, Io. Mar. Monticel.*d. reg.* 1.*n.* 133.*in fin.* Decian. *cons.* 18.*n.* 4.*lib.* 1.

¶ Et ideo stante statuto, quòd in criminalib. potestas possit liberè inquirere: nõ per hoc tamen poterit inquirere contra non diffamatum, secund. Bald. Dec. Ias. Marsi. & alios suprà allegatos, *n.* 2. quos in proposito refert & sequitur Monticel *d. reg.* 1.*n.* 33. & Rolan.*d. consi.* 94.*n.* 27.*vol.* 4. & licèt Bonacossa, & aliqui per eum allegati *in q. crim. sub verbo, inquisitio, paulò ante vers. quod statutum dicit*, contrariũ asseruerit: nõ
* tamen recedas à præcedenti ampliatione, quæ & cõmunis * & verior est, & pro ea nouissimè addo d. Hier. Magon. *dec. Lucen.* 22.*n.* 13.*in fine*, 1.*parte*, *& per totam dec.* vbi in terminis statuti plenam Iudici potestatem tribuentis, vt possit etiam sine diffamatione inquirere, concludit, quòd non per hoc potest inquisitionem formare contra iuris regulas, & nullis præcedentibus indiciis aut informationibus: esset enim tale statutum iniquum & inhumanum, vt ibi per eum. Vide quæ suprà dixi, *n.* 2.*in* 1.*ampl. vers. sed quid si statutum.*

10 ¶ Amplia IX. Quòd † Iudex procedens ad inquisitionem, fama non præcedente, tenetur inquisitis in syndicatu ad damna, expensas & interesse, de quibus contra ipsum iuratur in litem, etiam quòd eum absoluerit, Amad.*de syndica. n.* 139. Bal.*in Rubr. C. de pœn. ind. qui malè iud. in princ. & in l. obseruare*, §.*proficisci*, *q.* 26.*de offi. proconsi. & lega.* Plot.*in l. si quando*, §. 3.*n.* 7. Paris *de syndic. verbo, inquisitio, n.* 9. Io. Maria. Monticel.*d. reg.* 1.*n.* 39.*&* 67. latè Barbat.*consi.* 197.*lib.* 1. Maran.*de ordi. iud. par.* 6.*n.* 21. Roland.*cons.* 3.*n.* 13.*vol.* 3. *& cons.* 94.*n.* 30.*vol.* 4. [Osasc.*d. cons.* 64.*n.* 6.]

11 ¶ Limita I. Præfatam† conclusionem, & regulam in hac quæstione positam, vt non procedat in inquisitione, quæ fit ad denunciationem publici Officialis, in qua fama non fore necesse vt præcedat, dixerunt Bal. & Fel.*in l. ea quidem, C. de accus.* Bart.*in l. congruit, de offi. præsid. & in l. diuus, de custo. reorum*, Angel.*de male. in vers. Hæc est quædam inquisitio, vers.* 4. *principaliter.* Mars.*in pract.* §.*constante, num.* 20. Duen. *d. regu.* 298.*in* 4.*fall.* Io. Mar. Monticell.*dicta reg.* 1.*n.* 461. Maran.*dicto titul. de inquisit. num.* 24.

12 ¶ Limita II. Parte † non opponente de præcedente infamia: tunc enim valet, & tenet inquisitio, etiam fama non præcedente. *c.* 2.*de accus. lib.* 6. Mars. *in prac.* §. *constante n.* 20. Ang.*de malef. verbo, quòd fama publica. n.* 7.*& in verbo, Hæc est quædam inquisitio, num.* 51. Maran. *vbi suprà, n.* 27. Roman. *cons.* 110.*n.* 11. Ias.*in l. patre furioso, n.* 27.*ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris.* Cæpo.*cons. crim.* 60.*n.* 3. Io. Mar. Monticell. *d. reg.* 1.*n.* 51. Duen.*d. reg.* 298. *in prima limitatione:* & est commu-
* nis, * vt per Aret.*in cap. qualiter, & quan. il primo, col.* 3. *de accusa.* Foller.*in pract. crim. canon. par.* 2.*cap.* 6.*verbo, aut inquisitione formata, sub n.* 59.*vers. item potest opponi*, Clar.*in pract. quæst. sexta, versic. vlteriùs scias*, Dec.*in dicto consil.* 18. *num.* 51. *versic. septimo, respondetur, li.* 1.

13 ¶ Limita III. In † inquisitione formata de Principis mandato, & scientia: sicut enim Princeps potest inquirere non præcedente diffamatione, ita pariter poterit eius delegatus, Bald.*in l. nullus*, per illum textum, *n.* 1.*C. ad l. Iul. maiest.* Innoc.*in c. cùm oporteat, post n.* 5.*de accus.* Ang *de malef. in verbo, quòd fama publica, n.* 5. Cæpol. *consilio crimin.* 17. *num.* 48. Carter.*in pract. crim. in prin. super l. obseruare curabis, num.* 84. Angel.*in l. vacantia. n. decimo, C. de bon. vac. lib.* 10. Feli. *in cap. sicut Romana, n.* 5.*de rescript.* Alciat. *in cap. perniciosam, n.* 46. *de offord.* Marsil.*in pract.* §.*constante, n.* 21. Duen. *regu.* 298. *in* 7.*limitatione*, Menoc.*de arb. quæst. lib.* 1.*quæst.* 78.*n.* 4. Bonacossa *in q. crim. sub verbo, inquisitio, pag. mihi* 101. *à tergo*, Clarus *in pract. q.* 6.*vers. præterea scias*, Io. Maria. Monticel. *dicta reg.* 1.*n.* 47. Ceph. qui pluribus rationibus hanc limitationem comprobat, *in cons.* 304.*n.* 82.*& seq. li. tertio*, & in eodem casu, in quo Ceph. consuluit, scripsit etiam Menoch. *cons.* 100. *n.* 68.*& seqq. li.* 1. & vide *cons.* 18.*n.* 44.*lib.* 1.

¶ Svblimita I. Hanc tertiam limitationem, vt procedat in inquisitione facta de Principis mandato motu proprio emanato: secus si ad postulationem partis, gl.*in cap. secundo, in verbo, fuerat, de accusa. lib.* 6. Mars *sing.* 14 *& in* §. *constante, & n.* 22.*vers. sed hanc tamen*, vbi testatur de communi, Aug. ad * Ang.*dicto verbo, quòd fama publica, n.* 3. Cateli. Corta.*in n. moral. verbo, fama*, Feli.*in dicto capite cùm oporteat, in quarto nota.* & ibid. Io. de Anan.*n. secundo*, Dec.*cons.* 176. *& consilio* 189. Duen.*dict. reg.* 298.*in septima limitatione*, adde Gigan.*de crim. læsa maiest. lib.* 1.*tit. qualiter in crimin. læsa maiest. proced. quæst.* 9.*n.* 8.*& seqq.* vbi quòd si Papa vel Imperator mandat contra aliquem inquiri, etiam fama non præcedẽte, tale rescriptum contra ius censetur in dubio concessum propter importunitatem, nedum ad postulationem partis, vt per gl. *in cap.* 1.*in verbo, nascatur, de constitu. in* 6. ideo præsumitur subreptitium, & expectanda est secunda iussio, vt ibi per eum, qui tamen secus dicit esse in rescripto concesso motu proprio; quia clausula literæ, *motu proprio*, habet vim secundæ iussionis, vt per Bal.*in l. nec damnosa, C. de prec. Imper. offer.* & per Dec. *in ca. si quando, col.* 2.*in fin. de rescr.* Addo rursus & Io. Mar. Mont. *d. reg.* 1.*n.* 27. & Menoc.*d. q.* 78 *n.* 4.*& cons.* 100.*n.* 70.*lib.* 1. vbi dicitur, quòd quando Princeps motu proprio delegat causam contra aliquem criminosum, procedi contra eum potest per Iudicem, etiam nulla præcedente diffamatione, vt declarat gl. 1.*in c.* 1.*de accus. in* 6. & Mars.*sing.* 14.*in c. ad hoc, vt in fin.*

¶ Sed in proposito vide Clarum *in dict. vers. præterea, scias*, vbi videtur concludere, quòd ex quo preces Principi porrectæ habent vim querelæ: idcirco nec etiam requiratur diffamatio in inquisitione facta, mandante Principe, ad preces & postulationem partis, quasi quòd sentiat diffamationem requiri in inquisitione formata à Iudice ex officio & sine querela & denũciatione præcedente: secus si ad querelam partis. Et idem etiam clariùs tradere videtur *sub vers. vlt. scias.* De cuius delicti veritate non intendo disputare, quia, vt j̃ videbimus, hæc diffamationis solemnitas in inquisitione recessit ab aula; & aliquid ad propositum vide j̃ *n.* 22.

Svblimita II. Eandem tertiam limitationẽ procedere, dũmodo Princeps expressè dicat, sibi de delicto & eius fama constare: secus si simpliciter mandaret inquiri, quia adhuc intelligitur fama præcedẽte, Alex.*cõs.* 180.*n.* 11.*in* 2. Dec.*cõs.* 170. *col.* 2.*ver. Nec obstat, si dicatur*, Mars.*in d.* §.*cõstãte, n.* 22.*ver. itẽ intelligas*, Maran.*d.* 6.*par.* 1.*de inquisitione, n.* 25. idẽ Marsi. *cons.* 76.*n.* 8.*& cons.* 78.*n.* 4.*& cons.* 79 *n.* 4.*& cons.* 82.*n.* 19.*& cons.* 117.*n.* 9.*& cõs.* 128.*n.* 4.*& cõs.* 130.*n.* 8. Menoc.*d. q.* 78.*n.* 4.*& cõs.* 100.*n.* 68. Rol.*cons.* 94.*n.* 31.*vol.* 4.*& cons.* 17.*n.* 13.*vol.* 3. Fran. Herc. qui & alios allegat, *in tract. de neg. n.* 182. Io. Mar. Mont.*vbi suprà n.* 49. Brunor à Sole *d. cõs. crim. n.* 139.*&* 141, vbi ampliùs, quòd si Papa diceret, quòd ex multorũ clamoribus ad eũ peruenisset, nõ per hoc videtur asserere famã, quia possibile est, quòd Papa audiuerit, & quòd non per hoc concludatur infamia, *cap. inquisitionis*, §. *tertio, de accus.* cum aliis per eum allegatis, & dicam *in seq. sublimitatione.* Et licèt contra hanc sublimitationem teneat Decianus *d. cõs.* 18.*n.* 44.*ver. neque his obstat, lib.* 1. non tamen ab ea in iudicando esset recedendum, quia communiter, * vt vides, à Doctoribus recipitur * [prout etiam de communi testatur Osasc.*d. cons.* 64.*n.* 2.]

¶ Svblimita III. Eandem limitationẽ procedere, quando Princeps vtitur verbis assertiuis: [putà dicendo, *& quia nobis constat talẽ esse infamatũ*,] secus si vtatur verbis narratiuis, [vt putà dicẽdo, *& quia multor. clamor ad nos peruenit, quòd est infamatus.*] hoc enim casu pariter est necessaria diffamatio [vt per Io. And.*in addit. ad Spec. in tit. de inquisi.* §. *nunc tractamus, ver. Hoc autem notandum*, Abb.*in ca. cùm oporteat, in* 3.*notab. de accus.* Ias.*in rep. l. admonendi, n.* 246.*in fine, ff. de iureiur.* Mascar. quem post hæc scripta habui, *de prob. lib.* 2 *concl.* 753.*num.* 35. Duen.*reg.* 299.*in* 18.*fallen.*] & ita communiter * tenetur; vt * dicit Anan.*in c. cùm oporteat, n.* 2.*de accusa.* quem refert, & sequitur Clar.*d. q.* 6.*eo ver. præterea scias, in fine*, vbi quòd de hoc non est dubitandum, Brun. ibid.*n.* 144. vbi ampliùs, quòd non sufficit isto casu assertio Papæ, quam non facit propter narratiuam partis; sed debet esse sui ipsius propria assertio.

¶ Limita IV. Regulam† in crimine hæresis, in quo etiam 14
nulla præcedente diffamatione ad inquisitionẽ Iudex procedere potest, *c. excõmunicamus*, §. *adiicimus*, vbi Car. & Io. de Anan.*de hæret.* Bar.*in extrauag. ad reprim. in verbo, inquisitionem, Quom. in crim. læsa maiestatis, in vsibus feudo.* Card. *in clement.*
1. § *pen.*

1.§.pen.& in clem.2.in 2.q.de hær.Aug.in addit.ad Ang.de malef.in verbo,hæc est quadã inquisitio,n.58.Carrer.in pract.crim. in tract.de hæret.n.100.Poncinib.in tract.de hæret.n.88. Duen. d.reg.298.in 9.limitat.Boss.in tit.de hæret.n.6.Rol.consi.8.num. 6.vol.3.Menoc.consi.100.n.67.lib.1.Dec.consi.18.n.43.ver.At * in causa hæresis,lib.1.& est communis,* vt per Felin. in d.c. qual.& quando,in prin.in vltimis verbis,quem refert Clarus d. q.6.vers.Item scias,Sim.in pract.ca.hæreseos,t.22. de inquisitio. ordine,n.6.& 7.vbi quòd licèt inquisitio specialis contra certas personas fieri non debeat,nisi præcedente infamia,cùm non leuis irrogetur iniuria homini non infamato,si contra eum specialiter inquiratur,d.c.qualiter,de accusat. hoc tamen locum non habet,cùm extant indicia & præsumptiones vrgentes cõtra quempiam de hæresi suspectum:quo casu nulla ei fit iniuria,si secretò de indiciis illis & præsumptionibus cautè inquiratur, etiam quòd nulla præcedat fama, d. c. excommunicauimus,§.adiicimus,& ibi omnes interpretes,de hæret.& c.vt officium,in prin.& illic Philip.Franc. eod.tit.lib.6.

15 ¶ Amplia Hanc quartã limitationem procedere etiam in crimine læsæ maiestatis,vt per Bart. in d.extrauag.ad repr. & ibi gl.in verbo,per inquisitionem,Duen.d.reg.298.in 15.fall. Gig.de crim.læsæ maie.q.9.n.4.lib.2. in tit.qualiter in crim. læsæ maiestatis.procedatur,vbi hoc idem ampliat procedere etiam in omnibus aliis enormibus delictis, & ante eum Præpos.in d. c.primo,col.27.versi.in crimine tamen,n.64.2.quæst.8. Alc. in c. pernicioſam,n.64.& seqq.de off.ord.D.Menoc.consi.100.n.64.& seqq.lib.1.Ceph.consi.304.n.88.lib.3.Dec.d.consi.18.n.42.lib.1.

16 ¶ Limita V.†Propositam regulam non procedere in inquisitione,quæ fit contra Officiales, & eius familiam & ministros in syndicatu finito officio, quæ & generaliter & specialiter etiã fama non præcedẽte indistinctè contra eos formari potest,Paris de Put.in tract.synd.in ver.proceditur autem in syndicatu,Ang.in repet.l si vacantia,n.170.C.de bon. vacan. lib.decimo,Bal.in l.obseruare,§.proficisci,n.tertio,ff de offi.proc.& leg.in l.iubemus,§.modo restat,C.de prob. Maran. in Spec. parte 6.tit.de inquisit.n.28.Ang.de malef.in dicto verbo,Hæc est quadã inquisitio,n.51.vers.4.principaliter,Maria.in rubr.de accus.n. 9.& in repet.dict.cap.qualiter,& quan.post n.167.vers.52 quæro,Marsil.in practi.§.constante,post n. 20. Duen. d.reg. 298.in 10.limitatione,Io.Mar.Montic.dicta regula prima,n.52.Clar. dicta quæst.6.vers.cæterùm,vbi afferendo rationem, quare in hac inquisitione fama non requiratur, dicit hanc limitationem ad regulam esse impertinentem, & extra rem.

17 ¶ Limita VI.Quando†aliquis denunciatur de crimine per aliquem probum virum:quia tunc prædicta denunciatio est sufficiens,vt inquiratur cõtra eum super infamia tantùm, & non super crimine : sed reperta infamia potest inquiri de crimine,Abb.in cap.licet,num.4.& in vlt.notab. & ibi Innoc. Anch.& Feli.n.3.de accus.& ibid.Maria.n.19.vbi de communi, * Clar.d.q.6.ver.scias etiam,Duen.d.regu.298. in 8.limit.

18 ¶ Limita VII. † Prædictam regulam procedere in inquisitione speciali,ea scilicet quæ fit contra aliquam certam personam, ad quam nullatenus Iudex deuenire poterit, nisi fama præcedente : secus autem in inquisitione generali, de qua suprà dixi,hoc eo.tit.q.1.n.4. quando scilicet Iudex informationes in genere assumit, quis commiserit delictum : ad hanc enim generalem delicti informationum assumptionẽ, quæ vt quæ.1.n.3.pariter diximus,nihil aliud est,quã inquisitio, Iudex etiam nulla præcedente fama tutè deuenire poterit,Innoc.in c.bonæ,il primo,n.6.de off. ord. Duen. reg. 298. in 16.limitatione,Bero.in d.c.qualiter,& quando,n.34. vbi quòd * hoc omnes*fatentur,Clar.d.q.6.sub vers.scias etiam,ideóque multò magis locum habebit in inquisitione illa generalissima,de qua in l.congruit,ff.de off.præsid. in c.1.de off.ord. in cap. irrefragabili,eodem titulo,in capite excommunicamus, de hæret. in c.placuit,10.q.5. ea scilicet, quæ fit non ad inuestigandum vnum delictum,sed plura delicta,& facinorosos in genere,in qua multò minùs diffamationem requiri dixerunt Innoc. in ca.1.de postul.prælat.Abb.in c.ad nostram,il secondo,n.2.de iureiur. Marsi. in §.constante,n.20.Angel.de malef.in verbo, hæc est quædam inquisitio,n.quinquagesimo primo,Salic in l. ea quidem, n.trigentesimo,C.de accusat.Caietan.2.q.59.art....Duen. d.reg. 298.in secunda limitatione,Maran.vbi suprà,n.29. Ioan.Mar. Montic.d.reg.prima,n.53.

19 ¶ Limita VIII. Non † procedere in casibus, in quibus præcessit inquisitio generalis,de qua in præcedẽti limitatione:quia ex ea generali potest perueniri ad specialem contra certam personam,sine aliqua probatione famę,ex quo generalis illa inquisitio est præparatoria ad specialẽ, Bar.in d.extrauag.ad reprim.in verbo,inquisitionem,& in l.4.§.in mãdatis, ff.ad l.Iul.pecul.& in l.2.§.si publico,n.6.ff.de adul. Bal. in l.iubemus,vers.2.est sciendũ,sub n.4.C.de prob. Duen.d.reg.298.in 11.limit.Io.Mar.Mont.d.reg.1.n.54. & licèt contrarium videatur tenere Maran.in Spec.d.6.par.ti.de inquisitione,n.30. & 31.inquiẽs,quòd si hęc limitatio vera esset,penitus remaneret destructa regula principalis huius quęstionis;quia omnes Officiales in principio sui regiminis generalem inquisitionem,hoc est,banna contra facinorosos in genere emittere solent,& sic sequeretur,quòd vigore dictæ generalis inquisitionis semper possent contra certam personã specialiter inquirere fama non præcedente, quod nimis absurdũ videtur: tamen pro responsione aduertas, quòd generalis inquisitio dupliciter accipitur,vt latiùs dixi sup.q.1.n.4. Vno modo dicitur inquisitio generalis,illa quę fit per Officiales in principio sui regiminis cõtra omnes facinorosos in genere,de qua in d.l.cõgruit,ff.de offi.præs. cuius loco hodie succedunt bannimẽta Potestatẽ terrarũ emissa. Altero modo inquisitio dicitur generalis,quando facto vno particulari delicto & ignoratur à quo,Iudex hunc inquirit,& assumit informationes non specialiter contra certã personam,quia hoc regulariter facere non potest,nisi contra diffamatum,sed generaliter quis illud delictũ commiserit ; & in hac inquisitione,vt suprà dixi, & exemplificaui in antecedenti limitatione,nulla requiritur præcedens fama;vtroque casu si post inquisitionem hanc generalẽ,vel ex ea proueniant aliqua particularia indicia,potest ad specialẽ contra certam personam deueniri etiã nulla fama præcedente.Sine indiciis autẽ non, quia indicia succedũt loco diffamationis, vt modò in sequenti limitatione videbimus.Et ita distinguendo cessat omnis absurditas,vt ibid. per Maran. d. n.31.& Clar. in prac.q.5.vers. poterit igitur Iudex, vbi quòd statim commisso maleficio Iudex poterit inquirere ad perquirendum generaliter personam malefactoris; & habito aliquo indicio contra aliquem, illum deinde vocat ad se defendendum,secund.Inn. in c. bonæ,il primo, n. 5. de elect. vbi quòd ita seruat * totus mundus, & Innocentium refert* & sequitur Bald.in l.edita,in repe.Pataunina, n.30.C.de eden. & in l.ea quidẽ,n.42.C.de accusat. Anan.in c.qualiter, & quan. il secondo,§.debet,n.9.de accusa. Card. Alex. in cap. de accusatione, col. 14. vers. inquisitio generalis 2. quæst. 8. Nominatio enim facta per testes examinatos in generali inquisitione de speciali delinquente,aperit Indici viam ad specialiter contra illum inquirendum, etiam nulla præcedente fama, & etiam quòd tales testes sint examinati parte non citata,secund Bar. in l.2.§.si publico,n.9.ff.de adult.& est communis,* teste Are. * in cap.cùm oporteat,num.44.in fine,de accusat. quem refert & sequitur Clar.d.q.5.eo.vers.poterit igitur Iudex,in fin.

¶ Limita IX.Non procedere,†quando indicia præcedãt 20
inquisitionem:ea enim succedunt loco diffamationis,immò fortiora sunt indicia,quàm diffamatio,Ang.de malef.in verbo, quòd fama publica,col.2.& tene menti,num. 3. & ibi Aug. in addit.Bar.in l.congruit.ff.de off.præsid. Paris de Put. in tract. de synd in verbo,inquisitio,c.1.n.9.in l.iubemus,n.4.C.de prob.Maran.vbi sup.n.21.Roland.consi.24.n.18.& seq.volum.1.& consil.3.n.15.volum.3.& consi.57.n.6.volum.4. Ioan. Mar. Monticel.d.reg.1.n.40.Menoch.consi.100.n.61.li.1. Decia.consi.18. n.50.in 1.vol.Duen.d.reg.298.in 12.limitatione.Idque procedit etiã in transmissione inquisitionis libelli,quæ reo fit,quãdo citatur ad comparendum, quæ est plusquam simplex inquisitio,& informationum assumptio,vt dixi suprà, qu. 1.sub n.45. Primo enim loco fit inquisitio, ac informationum assumptio,& deinde transmittitur reo inquisitionis libellus:ad cuius transmissionem sufficiunt indicia ex informatiuo processu resultantia,etiã nulla fama præcedente,secundùm Boss. qui ita seruari testatur in t.de inquisit.n.27.sequitur Cl.d.q.6. sub vers.vlteriùs scias, prope finem, [nec dissentit Osasc. post hæc impressa habitus,in consi.64.n.3.ver.Nec mouere dicitur.]

¶Sed quę erũt isto casu sufficiẽtia indicia?Dic!propinqua,nõ autẽ remota,secũd.Marsi.in pra.§.cõstat.n.19.Mont.d.reg.1.n. 40.& seqq.Rol.d.cõ.24.n.20.& 89.li.1.& d.cõs.3.n.16.vol.3.& d.cõs.57.n.6.vol.4.& nouissimè D.P.Grã.li.1.theoremat.theor. 18.n.16.

18.*n.*16.Hipp.Rim.*conſ.cri.diuerſ.*105.*n.*24.*libr.*1.*in paruis*, [& bene loquitur in propoſito,Oſaſc.*d.conſ.*64.*n.*5. vbi pluribus comprobat,quòd talia indicia loco famæ ſubrogata debent eſſe,non remota,aut mediata,ſed propinqua,immediata,& ſufficientia.]Immò,ſecun.Mar.*ibid.*quem referendo ſequi videtur Ioan.Mar.Montic.*vbi ſuprà,n.*42.*& ſeqq.*& Rol. *d.conſ.*3.*n.*16.*vol.*3. *& conſ.*24. *n.*82.*volu.*1. & Rim. *d. conſ.* 105. *n.* 25. nec etiam ſufficit vnus teſtis immediatè de ipſo maleficio de viſu deponens: nam iſto caſu non poteſt tale indicium ſolum per vnum teſtem probatum loco diffamationis eſſe,quæ ad minus per duos teſtes probari debet, cùm ſubrogatum debeat pari modo probari, ac illud in cuius locum ſubrogatur,& quod plus eſt,ſi credendum eſt Rolan.*in d.conſ.*54.*n.*26. *vol.* 4.(prout credi non debere verius exiſtimo)præſens limitatio procedit in inquiſitione,quę formatur contra hominem malæ famæ, vt in caſu, de quo per Fulg. *conſ.*122.& Soc.iun.*conſ.*39.*n.*67.*vol.*2. vbi non eſt neceſſaria diffamatio in ſpecie de delicto, de quo inquiritur, ſed ſufficiunt indicia,ſecus ſi contra hominem bonæ famæ. Sed parcat mihi in hoc caſu Marſilius,& qui eum ſequuntur:falſum enim credo quòd vnus teſtis de viſu,nõ ſufficiat ad torturam,quod eſt plus,etiã nulla præcedente fama,in ſuo loco, *in tit.de indiciis*,Deo dãte dicetur:multò magis debet ſufficere ad inquiſitionẽ,quod eſt minus,in qua, an indicia præcedentia debeant eſſe propinqua,vt præfati Doct.volunt(quod ſimpliciter verum non credo) an verò remota,diſputare hîc non intendo,ſed te remitto ad tradita *ſuprà qu.*1.*num.*45.*& ſeqq.*vbi reperies veritatem & reſolutionem huius dubij.

21 ¶ Limita X.Vt†quicquid ſit de iure,hodie iſta diffamationis ſolemnitas in inquiſitionib. receſſit ab aula, ſecund. Clar.*in pra.q.*6.*verſ.præterea ſcias,& in pr.Quæſtionis*,& Clarum refert Bonacoſ.*in com.opin.lib.*1.*in verſ.inquiſitionẽ debet præcedere fama,pag.mihi* 94.*col.*1. Hodie enim ſecũdùm Clarum,*vbi ſuprà*, practica ſeruat,quòd Iudex conſtito de delicto, aſſumendo informationes in genere, interrogat primò teſtes,quos putat informatos,ſi ſciant,quis illud maleficium commiſerit, & ſi dicant ſe neſcire, tunc interrogat eos per diffamationem neminem nominando,ſed in genere interrogando, an ſaltem ſciant,contra quos de illo delicto fama laboret: & ſi dicunt aliquem diffamatum, tunc contra illum ſpecialiter inquirendo ad citationem, vel ad capturam iuxta indiciorum qualitatem procedit,& ſic vnico contextu ſuper veritate criminis, & ſuper diffamatione informationis aſſumitur,vt ibi per eum,qui propterea dicit ſe nunquam vidiſſe aliquem proceſſum fieri,qui à diffamatione inciperet.

¶ Verùm ad hæc dicta per Clarũ animaduertit Roland.*in d.conſ.*57.*n.*26.*& ſeq.vol.*4.vbi dicit,quòd licèt teſtimonium * ſit Clari magnum,tamen eſt ſpernendum, quia omnes*Doctores tam antiqui,quàm moderni,concludunt, & exclamãt in inquiſitione famam debere præcedere, nec aliquis eorum dicit,quòd de conſuetudine contrarium ſeruatur,prout dicit Clarus:immò ſecund.Lud.Car. *in conſ.crim.diuerſ.*99.*n.*1.*lib.* 1.*in paruis*,totus mundus ſequitur,quod inquiſitio nõ præcedente diffamatione facta,nulla & inualida ſit. Ideo ſaluando Clarum,dicit ipſe Rolãdus, intelligas quòd eius aſſerta practica procedit in ſtatu Mediolani,vbi ipſe eſt verſatus,& nõ alibi. ¶ Ego verò accuratè aliquantulum ponderando dicta per Clarum, crederem tradita per ipſum debere obſeruari vbique locorum:cõſuetudo enim & practica, de qua ipſe teſtatur,non eſt(ſi rectè iudico) contra iuris diſpoſitionem, & minùs contra probatas,& ſupra relatas Doctorum cõcluſiones:non enim ipſe ſimpliciter & indiſtinctè dicit, in inquiſition*de conſuetudine famam non debere præcedere:quia ſi hoc diceret, prorſus deſtrueret regulam,& intraret conſideratio Rolandi: ſed bene dicit, quòd in modo & in practica, qua hodie vtuntur Iudices inquirendo, fama non præcedit, quia commiſſo delicto non incipiunt à ſpeciali inquiſitione cõtra aliquẽ,prout loquuntur Doctores famam in inquiſitione requirentes, ſed à generali reformationum aſſumptione, quis ſcilicet illud commiſerit delictũ, in qua generali informatione & inquiſitione & fama non fore neceſſariũ, vt præ- * cedat,iidem Doctores cõmuniter * fatentur, vt dixi *ſuprà n.* 18.Deinde dicit,quòd ſi teſtes in genere interrogati aliquem nominauerint in ſpecie, poterit ex generali inquiſitione deueniri ad ſpecialem contra nominatum etiam nulla præcedente fama,& hoc pariter non eſt contra mentem Doctorũ, vt dixi *ſuprà,n.*19.*in* 8.*limitatione.* Et vlteriùs reddit ipſe rationẽ huius practicæ, quia indicia reſultantia ex generali informatione,ſufficiunt ad ſpecialiter inquirẽdum, & hoc etiã eſt conforme iuri communi,& Doctorum communi* traditioni,de qua *ſuprà,n.* 20. *in* 9. *limitatione*, vbi ſatis apparet, quòd fama non eſt neceſſe,vt præcedat inquiſitionem,quando præcedunt indicia, & ſic vbi ex generali inquiſitione, & indiciis ex ea reſultantibus ad ſpecialem deuenitur,tũc nullã requiri famam dubitandum non eſt. Et talis practica nedum non contra ius,ſed iuri ipſi conſona eſt,& ita,ni fallor,in Vrbe ſeruatur.In quo commiſſo delicto, quod ad aures Iudicis per querelam, ſeu barbitonſoris denunciam, aut alio modo peruenit,citantur teſtes vicini,ſeu aliter de delicto informati ad ſubiiciendũ ſe examini pro informatione Curiæ, interrogantúrque in genere,ſi ſciant malefactorem,vel de maleficio diffamatum;& ſi aliquem nominant, ita quòd ex eorum nominationibus & depoſitionibus legitima ad inquirendũ ſeu capiendum reſultent indicia,de quibus ſup. dixi *in prima quæſtione,n.*45. *& ſeqq.* contra nominatum ad capturam proceditur,& ſi capi non poteſt, monetur & citatur ad comparendum & ſe excuſandum de delicto,de quo imputatur, & eo non comparente,in contumaciam bannitur, & condemnatur, prout latiùs dicetur infrà *in* 11. *quæſt.* & ſic nulla vnquam habetur conſideratio famæ, nec haberi vidi. Vides ergo quàm inanis,in Vrbe præſertim,ſit hæc famæ diſputatio.

¶ Et ſecundùm prædictam rationem poteſt procedere 22
concluſio firmata per Ceph.*in conſ.*304.*n.* 78. *& ſeqq. lib.* 3. vbi dicit,poſt alios,quos allegat,non eſſe neceſſe,quòd fama præcedat inquiſitionem, quando illa formatur ex mero Iudicis officio & ballia,iuxta cautelam Angeli relatã per Marſil.*in pract.*§.*conſtante,ſub n.*20.*verſ.item dicit.*[Quod & idem poſt Ioan.And.& Ang. quos allegat, voluit Ludou. Peguer. poſt hæc ſcripta habitus,*in dec.crim.*35.*n.*4.*verſ.primò quia.*] Hæc enim concluſio licèt prima facie videatur dura & contraria concluſioni ſuprà firmatæ,*n.*4.non tamen eſt reiicienda,ſed omnino tenenda,quando ſcilicet non incipitur ab inquiſitione ſpeciali,ſed generali, in qua examinati teſtes nominant ſpecialiter inquiſitum,quo caſu ſubintrant indicia ex depoſitionibus dictorum teſtium: ideo non mirum, ſi fama præcedere non debet,per proximè deducta.

ARGVMENTVM.

Delicta qualiter, & quanto tempore præſcribantur,& an morte delinquẽtis extinguãtur,quandóve pœna ex temporis diuturnitate minuatur.

SVMMARIVM.

Delicta tam publica, quàm priuata ſpatio 20. *annorum præſcribuntur,n.* 1. *&* 2.

*Et iſto caſu aduerſus hanc præſcriptionem delictorum non datur reſtitutio in integrum,d.n.*1.

*Iudex, qui præſcriptione reum condemnat, capitaliter punitur, num.*2.

Delicta præſcribuntur 20. *annis, etiam quòd procedatur ex officio,num.*3.

Falſi crimen ſpatio 20. *annorum præſcribitur,num.*4.

*Fallit primò fauore Eccleſiæ,n.*5.*Secundo in præſcriptione ſtatutaria,quæ non comprehendit crimen falſi, niſi de eo expreſſam faciat mentionem,n.*6.*& n.*7.*ſed contrà,n.*8.*Tertiò,ſi interuenerit vſus falſitatis,num.* 10. *Quartò, quoad excipiendum, num.* 11.

Quicumque *verbum,comprehendit omnes caſus,num.*9.

Falſi crimen non comprehenditur ſub generali oratione, numero 7.

*Generalis oratio comprehendit etiam caſus priuilegiatos & ſpeciales,num.*8.

*Excipiendi ius in delictis nunquam præſcribitur,num.*11.

Delicta etiam occulta præſcribuntur 20. *annis,n.* 12. *&* 13. *vbi declaratur.*

*Præſcriptio in delictis currit à die delicti,non autem à die ſcientia,n.*12.*&* 13.*vbi declaratur.*

Delicta

Delicta etiam notoria,& confessata præscribuntur 20.annis,numero 24.
Adulterium,stuprum,incestus,lenocinium,& alia delicta carnis, quinquennio præscribuntur,n.15.
Fallit primò in adulterio iterato,n.16.Secundò,quo ad excipiendum,n.17.Tertiò,in stupro commisso cum vi,n.18. Quartò,in adulterio cum incestu simul,n.19. Quintò,quo ad pœnam spiritualem,n.20.
Præscriptio non currit post sententiam,n.28.in fine.
Delicta nunquam præscribuntur quoad pœnam spiritualem,& in foro conscientiæ,& quid de iure canonico in foro fori,n.31.
Iniuriarum actio pratoria anno tollitur: ciuilis autem 30. annis præscribitur,n.21.& seq.
Actio de dolo,biennio præscribitur,n.22.
Libelli famosi crimen quomodo præscribatur,n.24.
Statutaria præscriptio minoris tẽporis quàm legalis valet, n.25.
Statutaria præscriptio ad accusandum procedit etiam, & ad inquirendum,n.26.sed econtrà,n.27.
Præscriptio delictorum interrumpitur,& quando,num.28.
Præscriptio non cadit in crimine hæresis,
Nec in crimine læsæ maiestatis,
Nec in crimine suppositi partus,
Nec in crimine parricidij,
Nec in crimine assassinij,
Nec in crimine simoniæ, } *num.29.& 30.*
Nec in crimine apostatatus,
Nec in crimine concussionis,
Nec in crimine abortus,
Nec in crimine falsæ monetæ,
Nec in aliis exceptis criminibus,
Præscriptio non currit quoad declarationem pœnæ impositæ, numero 33.
Actio ciuilis ex crimine descendens durat vsque ad 30. annos, numero 34.
Præscriptio debet opponi,aliàs non prodest,n.35.
Pœna applicata fisco Ecclesiæ Romanæ spatio 20. annorum præscribitur,num.33.
DELICTA regulariter morte extinguuntur cum pœna, numero 36.
Hæresis crimen morte non extinguitur,n.37.
Hæretico mortuo,quæ pœna imponatur,n.38.
Forma sententiæ contra mortuum hæreticum,num.39.
Suspecto de hæresi mortuo non confiscantur bona,n.40.
Hæreticorum receptatores si mortui sunt,inquiri non possunt, numero 41.
Sodomiæ crimen morte extinguitur,num.44.
Prælatus successor in dignitate non tenetur ex delicto sui antecessoris,sub num.36.
Pœna non transit ad fideiussorem mortui delinquentis,sub numero 36.
Actiones ex quasi delicto non transeunt ad hæredes,sub n.36.
Crimen læsæ maiestatis morte non extinguitur, n.42. Fallit in crimine læsæ maiestatis commisso contra Principem inferiorem,num.43.
Pœna transit ad hæredes mortui post sententiam, n.45. Sed quid si fuerit appellatum,n.46.& seqq. Et quid si pendeat tempus ad appellandum,n.46.& seqq.
Morte delinquentis post litem contestatam delictum non extinguitur,num.50.& 51. Amplia idem,si lis non fuit contestata propter moram & subterfugia rei,n.51. Item si sit concluſum in causa,n.52. Hoc limita in delictis priuatis, secus si in publicis,num.53.
Sed quid si agatur ex delicto priuato ad pœnam fisco applicandam,n.54.
Item quid si litis contestatio erit nulla, vel fuerit sopita de consensu partium,sub n.43.vers.Sublimita secundò.
Litis contestatio an requiratur in criminali iudicio, & quomodo inducatur,n.55.
Pœna transit ad hæredes reo mortuo confesso,vel conuicto, n.56.
Limita in pœna principaliter imponenda,secus in consequentiam ad pœnam corporalem,n.57.
In crimine notorio hæres tenetur ex delicto defuncti,n.57.
Pœna transit in hæredem reo mortuo post sententiam contumacialem,n.58.
Confessio facta morte confitentis soluitur,sub n.58.
Hæres tenetur ex delicto defuncti de eo quod ad ipsum peruenit, n.59.Amplia etiam in hærede hæredis, ad quem nihil peruenit,num.59.
Hæres tenetur ex delicto defuncti de iure canonico,n.60.
Fallit quoad actiones pœnales,n.61.Item fallit in terris Imperij. n.63.Itémque in iudice seculari,n.64.
Actio rei persecutoria,quæ dicatur,n.63.
Hæres tenetur ad damna & interesse damnum passo occasione delicti de iure canonico,sed non ciuili,n.61.& seqq.
Hæres non tenentur ex delicto defuncti vltra vires hæreditarias etiam quòd inuentarium non confecerit,n.65.& seqq.Amplia idem in hærede vsurarij,quod declara,vt in n.66.
Pœna ipso iure imposita transit ad hæredes, n. 68. Hoc amplia etiam quòd non præcesserit declaratio,n.69.& 70.
Pœna imposita ipso iure requirit Iudicis declaratoriam,n.70.
Pœna quando dicatur imponi ipso iure,n.71.
Hæres in crimine furti tenetur ex delicto defuncti,n.72.
Pœna transit ad hæredem in crimine peculatus,n.73.
Hæres mortui innocentiam purgare potest, n.74.
Morte delinquentis non expirat crimen repetundarum,n.75.
Quid in crimine assassinij,n.76.
Quid in apostata,n.76.in fine.
Quid in desertore militiæ,n.76.in fine.
Quid in occidente aliquem,vt illi succedat,n.79.in fine.
Quid in fraudantibus gabellas,n.77. in fine.
Cadauer delinquentis suspendi non debet,n.77.
Fallit in atrocibus arbitrio Iudicis,n.78.
Dummodo mortuus sit condemnatus,aliàs secus,n.79.
Et quid in cadauere se ipsum occidentis,n.80.
Memoria defuncti non damnatur post quinquennium,n.81. Fallit in crimine hæresis, n. 82.
Memoria defuncti vbi damnatur,quomodo formandus processus, qui sint citandi,& de forma sententiæ,n.83.
Pœna transit ad hæredes, quando delictum proponitur per viam exceptionis,n.76.in 14.limitatione.
Pœna trãsit ad hæredes in delicto seu dolo nascẽte ex cõtractu, & quis potest per eundẽ contractũ purgari,n.76.in 15 limitat.
DIVTVRNITAS temporis minuit pœnam,n.84.
Diuturnum tempus quale dicatur,n.85.
Diuturnitas minuit pœnam etiam in delicto successiuo,n.86.
Quid si delinquens fuit accusatus,& aufugit,n.87.
Quid si delinquens non est in reatu,n.88.
Quid in crimine assassinij,n.90.
Quid si delinquens post delictum fuerit malæ vitæ,n.91.
Reatus quid sit, n.89.

QVÆSTIO X.

INQVIRI non posse,quando delicta sunt præscripta, dixi *supra hoc eodem titulo,in prima quæstione,n.68.* Quærendum modò est,qualiter,& quanto tempore delicta præscribantur, & quid si delinquens moriatur, an contra mortui memoriam vel eius hæredes ad pecuniariam pœnam agi possit? & an in casu non præscripti delicti pœna saltem ob temporis diuturnitatem temperanda sit? Tria hæc sunt capita adeò inter se cadentia & connexa, vt vnius perfecta cognitio sine alterius cognitione haberi nequeat. De his ergo in hac decima quæstione verba facturi, tres pariter censemus formandas Regulas; quibus declaratis, claram, ni fallor, huius disputationis cognitionem habebimus.

REGVLA prima sit in primo capite,†quòd delicta tã publica,quàm priuata spatio 20 annorũ præscribũtur. tex. est *in l.querela,C.ad l.Corn.de falſ.*& ibi no.per gl.& Doct. item est tex.*in l.ait prætor.ff.ad l.Aquil.*gl.*in l.libell.§.fi.in gl.*1.& ibi Bart. *ff.de accuſ* gl.*in l.in cognitione,in gl.*1 *ff.ad Syllan.* Cyn.*in l.qui de crimine,n.*6.& ibid.Sali.*col.*1.*in fi.C.de accuſ.*Spec.*in tit. de accuſ.in* 13.*col.n.*37.Abb.& Canonist.*in c.cũ haberet,de eo qui dux.in matr.quam pol.per adult.*Gandi. *de malef. tit. qui accuſ. poſſ.vel non,n.*28.Diaz.*regula* 19.Pract.Conrad. *tit. de inquiſ. n.*36.Bar.Tæge.*in ſuis tractat ib.criminalib. parte* 16.*n.* 20.& *n.*44.vbi reddit rationem huius regulæ,Carrer.*in pract. crim. tract.de homicid.§.vigeſimooctauò excuſatur, n.* 1.*pagina mihi* 191.Balb.*in tract.de præſcr.*4.*parte* 4.*partis princ.q.*2.*in princ.* Boss.*in tit.quom.proced.per actio.in delict.n.*17.Foller.*in pract. crim.vers.foriudicentur,n.*17.de communi * teſtatur Ant.Go- *

mez

mez *variar.resol.tomo 3.in tit.de delict. cap.1.n. 5. & n.6.* vbi ampliando hanc regulam dicit,illam procedere, etiam quòd offensus sit minor,qui aduersùs lapsum dicti temporis nullatenus ad accusandum restituitur,*l.auxiliũ*,& ibi Docto. *C.de minor.*cum aliis ibi per eum allegatis , & quòd isto casu nullo pacto etiam fiscus restituatur aduersùs hanc præscriptionem optimè tradit post Ang.*in l.fin.ff.si quis testamen. lib. esse iuf.sur.*& post Creme.*nota.suo 22.incip. Quid si Iudex* , quos referendo sequitur D.Thob.Non.præceptor meus,*in suo cõs.*
* *105.n.1.& seqq.*De communi* etiam testantur in proposita regula Boër.*decis.26.n.5. & seqq.* Viui. *in commun. opin.libro 1.vers.accusatio falsi*,Abb.*in d.c.cùm haberet,n.*4.Marsc.*cõs.117. n.*40.Villalob.*in commun.opin. vers. accusatio,n. 34. vers. delicta,n.*55.Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.1. titu. qualiter in crimine læsæ maiest.proced.q.*14.*& q.*29.Bonacos. *lib. 1. com. opin.vers. delicta præscribuntur,pag.*50.*colum.*4.*in prin. & li. 2. vers. inquisitio vsque ad 20.annos,pag.*39.*col.*2.Paris.*cons.*169.*in prin. vol.*4.Iaffred.*dec.*486. & ita aliàs in Senatu Mediolani seruatum fuisse dicit Clar.*in pract.q.*51.*in prin.* & ante eum idem iudicatum per Parlamentũ Burdegalense asseruit Papo. *lib. 24.tit.2.Arresto* 1.quem ipse Clarus refert, & Clarum refert etiã & sequitur D.Butr.*cons.225.n.*145.*vol.*2. & alios plures refert D.Flam.Cartar. post hæc scripta visus , *in suo tract. de exeq.sent.capto bannito,c.fin.n.*315.*vers. Quamuis ea ratio*;vbi
* demonstrat hanc regulam non solùm esse communem,*sed etiam seruatam in iudiciis,& procedere non solùm, quando agitur de condemnando reũ præsentem, sed etiam absentem contumacem.[Addo & Anto.Thesaur. *decis.Pedem.76.n.3.*]

2 ¶ Ampl ia I.Hanc † primam regulam , quòd Iudex,qui post lapsum dicti temporis reum hac legitima præscriptione tutum condemnat,non solùm malè & iniquè facit, secũdùm Ang.de Castr.*cons.crim.diuers.94.n.*19.*in fin.lib. 1. in paruis*, cum plenè congestis per Rol.*cons.*94.*n.*9.*& sequen.vol.*3. sed etiam debet decapitari,si ipse eundem reum decapitari fecit, secund.Anch.& Roceb.de Curte *in c.fi.ext. de consu.* relatos per Paris.*cons.*196.*n.*6.*vol.*4. quos pariter refert , & sequitur Anchar.iun.*in qq.familiar.q.*49.*n.*7.*&* 8.*par.*2.

3 ¶ Ampl ia II. Vt†hæc eadẽ regula locum habeat,nedum quando Iudex procedit ad querelã , seu partis accusationẽ & instantiam, sed etiã quando ex officio inquirit:tãto enim tẽpore,videlicet 20.annorũ spatio,nedum accusandi ius,sed etiam inquirendi ac Iudicis officiũ prescribi(reprobata gl.*in d. l.querelam,in gl.*1.quæ tamen loquendo per verbum,*fortè*,dixit officiũ Iudicis inquirentis non nisi spatio 30. annor. præ-
* scribi)cõmuniter*teneri dixerunt Bos.*in tit.quem.proceda.per actio.in delict.vbi suprà,d.n.*17.*& in tit.de accus.n.* 32. Gig. *de crim.læsæ maiest.lib.*1.*titu.qualiter in cri. læsæ maiest. proceda. q.* 14.*in prin.*Ang.de Castro *d.cons. crim. diuers.* 94. *n.*16. *lib.*1. Pract.Conr.*tit.de inquis.n.*36. Balb. *de præscr.d.q.*2. *n.* 2. Bar. Tege.*d.c.*16.*n.*21.Iaffred.*d.dec.*486.Iod.*in pract. tit. de inquis. n.*23.*pag.mihi* 14.Clar.*in pract.d.q.* 51. *vers. & hac conclusio*, Bar.Ang.Cyn.Iaco.Butr.& Sal.*in d.l. querelam*,idem Sal.*in l. ea quidem,in* 2.*col.n.*62.*C.de accus.*Ant.Gomez. *tit.d.c.*1.*n.*6. Diaz *d.reg.*19.Imol.*in d.l. Diuus,ff.de rei ven.*Alex.*in l.ita demum,n.*17.vbi etiam Ias.*C.de procurator.& in cons.*64.*n.*3.*vol.* 1.Anch.Regien.*d.q.*49.*n.*1.*& seqq.par.*2.Ang.*in l.si vacãtia, ad finẽ,C.de bon.vacan.lib.*10.Anch.*cons.*190.Boër.*dec.*26.*n.*1. *& seq.*Viui.*in cõ.opi.d.vers.accusatio falsi,in fine, lib.* 1. Thob. Non.*d.cõs.*105.*n.*18.Foll.*in pract.crim.vers.foriudicẽtur,n.*25. Cùm enim inquisitio successerit loco accusationis , vt suprà aliàs dixi per tex.*in c.qualiter & quãdo,il secõdo,de acc.l.diuus, la seconda,ff.de cust.reo.l.rescriptum,*§.*si quis accusatorẽ nõ habẽs ff.de muner.& hono.l.*2.*C.de abolitio.l.filius familias,*§.*veterani, ff.de procur.*cũ aliis adductis per Aret. Gom. *vbi suprà,sub eodem n.*6. ideo sicut ius accusandi tollitur & præscribitur per 20.annos,pari tẽpore debet tolli & præscribi ius inquirendi, quod eius loco successit. Aliter enim per indirectũ concederetur,quod est directò prohibitum, contra *l. fin. C. de vsu rei iud.& l.si ex duob.ff.de neg. gest.* [Addo pro hac ampliatione post huius primi libri primã impressionem habitum M. Ant. Pereg.*in tract.de iure fisci,lib.*6.*tit.*8.*rub. de præscr.fiscal. n.*33.]

4 ¶ Ampl ia III.† Quòd licèt eadem glo.*in d.l.querelam,C. de fals.* de crimine falsi particulariter loquẽdo dixerit,ius inquirẽdi in crimine falsi per annos triginta durare, accusandi autem non,nisi per viginti;dicta tamẽ gl.pariter & in eo crimine,licèt atrox sit,communiter * reprobatur : quia veritas * est , quòd post viginti annos Iudex nec ex officio inquirere potest in crimine falsi:secund. Bar. Ang.Cy.& Iaco. Butr. & Sali.*in d.l.querelam*,tradunt omnes supra relati in antecedenti ampliatione, Plot. *cons.cri.diuer.*124.*n.*4.*vol. 2. in magnis*, Prac.Cõrad. *tit.de fal.n.*33.*in fine,in* 13.*limitatione,pag.mihi* 400.Viu.*in cõmu.opin.vers.accusatio falsi*,Bart. Tæge. *in pract. cri.par.*16.*n.*35.vbi quòd ita seruat Senatus Mediol.Boër. *d. dec.*26.*n.*5.vbi quòd licèt Castr.*in l.tit.demum,C. de procurat.* & Ang.de Malef. *in gl. falsario,q.* 24. *incip. Quæro vsque ad quantum tempus duret querela falsi , &c.* falsi querelam vsque ad triginta annos durare dixerit:communius * tamen & ve- *
rius est,quòd non duret nisi vsque ad annos 20.Addo Anch. Regien.*in dict.quæst.*49.*n.*1.*&* 6.2.*par.*& Ioan.Mar. Montic. *reg.crim.*15.*n.*16.*in practica.*

¶ Limita I.†Hanc tertiam ampliationem,vt nõ proce 5
dat fauore Ecclesiæ,contra quam crimen falsi nunquam prescribi,est notabile dictum Spec.*in tit.de sent.*§.*quoniam,col.*3. quod refert & sequitur Roman. *sing.* 185. *incip. tu scis quod crimen falsi*,Balb.*vbi suprà,in* 4.*par.quarta partis princ.* 2.*q.n.* 8.*in fine.*Ad quod tamen vide Add.ad Rom. *d.sing.* 185. vbi hanc limitationem declarat procedere in causis matrimonialib.prout Spec.loquitur,& sic quoad pœnam spiritualem, de qua etiam & infrà dicemus:secus in aliis causis, & quoad pœnam temporalem,in quibus etiam contra Ecclesiam tale crimen præscribi verius est.

¶ Limita II. Eandem † tertiam ampliationem in præ- 6
scriptione statutaria:licèt enim statutum possit,vt infr. dicetur , introducere in delictis præscriptionem etiam minori tempore, quàm introducat lex communis;tale tamen statutum,nisi id expressè dixerit , non videtur extendi ad crimen falsi,† quod regulariter sub generali dispositione non com- 7
prehenditur,Bart.*in l. Lucius,in fine,ff. ad Senatusc. Turpil.* Nel.*in tract.de bannit.in* 3.*par.*2.*temporis,q.*41. Marsc.*in rub. ad leg.Corn.de fals.n.*15. D.Iacob.Menoch. *de arbit.q.* 306.*n.* 11.Boër.*dec.*217.*num.*21.

¶ Contrariũ credo verius:†generalis.n. lex & dispositio, 8
casus etiã speciales,& exceptos cõprehẽdit,nisi specialitas,& exceptio versetur circa id,quod particulariter in generali dispositione cõtinetur,*l.in fraudem,*§.*fi.*ibi, *quia generalis est ista determinatio*,& ibi Bal.*ff.de test.mili.*idẽ Bal.*in l.omnes populi, prope fi.vers.itẽ nota,quòd generale statutũ,ff.de iust. & iu.* Dec. *in l.*1.*col.*2.*vers.& ampliatur*,& ibi Cagn.*n.*16.vbi testatur de cõmuni,**ff.de reg.iur.*idẽ Dec.*in l.nemo potest,in princ.ff.eod.* & * alibi sæpe,prout eã refert,& sequitur Tiraq.*de retract.lignag.* §.1.*gl.*14.*n.*96.Natta *cõs.*613.*n.*6.& licèt speciale sit in crimine falsi,vt regulariter sub generali dispositione non comprehendatur,secundùm doctrinam Bar. *in l. Lucius* : tamen hoc fallit in materia præscriptionis,in qua,vt suprà dixi, crimen falsi à lege æquiparatur aliis criminibus, ideo & idẽ dicendũ in statutaria dispositione,per regulam,quòd vbicumque à lege antiqua duo æquiparantur, lex noua disponens super vno æquiparatorum, censetur etiam & super alio disponere , & sic credo, quòd statutum generale , volens putà delicta præscribi minori,vel maiori tempore quàm 20. annis , comprehendat etiam crimen falsi : & hoc multò magis procederet, quando statutum vteretur aliquo signo vniuersali,putà si diceret,† quòd *Omnia delicta*,vel *quæcunque delicta*:talia enim 9
verba vniuersalia cõprehendunt casus, qui aliàs sub generali dispositione non comprehẽderentur,*l.ea tamẽ adiectio,ff. de leg.*3.*clem.*1.vbi glo.1. *de re iud.l.vnius,*§.*cogniturum,*vbi latè Hippol.*ff.de qq.*latè etiã Tiraq.*de retract.lignag.*§.1.*gl.7.n.*20. *& seqq.*Soc.*cons.*3.*n.*23.*li.*3.Ceph.*cons.*58.*n.*18.*vol.* 12.

¶ Limita III. Dictã tertiã ampliationẽ,† vt procedat, 10
vt loquitur in fabricante,seu fabricari faciente falsum:secus si vlteriùs falsitate vsus sit post perfectã præscriptionẽ à die fabricatę falsitatis,exẽplum in eo,qui falsificauit scripturam: licèt enim post 20. annos non possit ampliùs inquiri super hoc:tamen si vlteriùs post dictos 20.annos eadem scriptura, illam putà producendo,vsus sit, tunc de vsu & productione tanquam de particulari & separato delicto puniri potest,sec. Ferran. Garg. *cons.cri. diuers.*124.*n.*19.*vol.* 1.& credo quòd verum dicat:ex sola enim productione & vsu falsæ scripturæ scienter factæ,quem posse puniri, etiam quòd illam falsitatẽ non cõmiserit,dubitandũ non est, ad plenè tradita per Ang.

de malef.

de malef.*in verbo,falsario,n.42.& seqq.*Natta *cons.*132.*lib.*1. vbi de hac materia,de qua etiam per Boss.*in tit. de fal. num.* 109.116.119.123.127.157.*& seq.* Clar. *in practica,§. falsum,vers.vtens falso*, & latiùs *infrà* dicetur *in titulo de falsitate,&c.in 4.lib.*

11 ¶ Limita IV.Hanc tertiam ampliationem,†vt licèt crimen falsi spatio 20.annorum regulariter præscribatur, ita vt post dictum tempus de eo ampliùs agi non possit, non tamen per hoc excipi prohibetur : temporalia enim ad agendum sunt perpetua ad excipiendum,*l.purè,in fi.ff.de excep.doli,l.licèt*,cum gl.*in d.l.querela*,per regulam *d.l.purè*,quam refert & sequitur Balb.*de præscript.d.4.par.principali,n.7.&* 8. vbi generaliter hanc limitationem intelligit procedere in quocunque crimine,de quo tamen vide Ang.& Sal. *in dicta l.querela*,Foll.*in pract.cri.vers.foriudicetur,n.22.*

12 ¶ Amplia IV.Hanc eandem primam regulam,†vt procedat nedum in delictis manifestis, sed etiam in occultis:tale enim tempus non à die scientiæ accusatoris, seu fisci, sed commissi delicti currere tradiderũt Bal.& Sal. *in l.fi.C.de dolo*,Boss.*in tit.quomodo proced.per actionem in delict.n.22.&* 24. Anch.Rhegien.*d.q.49.n.10.*Bart.Tage. *in pract. crim.d. par. 16.n.47.*Gig.*de crimine læsæ maiest. in tit. qualiter in crim. læsæ maie.proced.q.14.in prin.*Iul.Scarl. *cons.crim.* 118. *n.* 16.*vol.*1. * Thob.Non.*d.cons.105.n.*19.de communi*testantur Alex. *in d.l.fi.C.de dolo,& in l.eum qui,§.in corporalibus,n.12.ff.de iureiur.*Marsil.*in pract.§ fi.n.85.& cons.87.n.15.*Paris. *cons.* 169. *n* 11.*lib.*4.Ruin.*cons.27.n.6.vers.secundò istud,lib.* 4. Nell. *de bannit.in* 2. *par. primi temporis,quæst.*3. Ferran. Gargias *cons. crim.diuer.*124.*n.*17.*lib.* 1. & licèt Aug. & Ang. *de malefi. in verbo,inchoata,&c.* dixerit valde dubium esse,an hæc prescriptio currat etiam ignoranti, & quòd in hoc multi Doctores illustres variauerunt,immò non nisi à die scientiæ illam currere dixerint,Bart.*in d.l.eum,qui,§.in popularibus,circa,fi.ff.de* * *iureiu.*Boër.*decis.*26.*n.*16.& ita communiter* teneri dixerit etiam Natta *cons.*225.*n.*2. non tamen recedas à præcedenti ampliatione;quæ,vt præfertur,non solùm communis est,sed * etiam magis communis,*teste Claro qui alios refert*[*in practica criminali,d.q.*51.*vers.sed quæro,si statutum.* Proceditque nedum de iure communi, sed etiam in præscriptione statutaria,secundùm Tæge.Boss.Clar.& alios ferè omnes proximè citatos,qui generaliter vtroque casu loquuntur.

13 ¶ Limita hanc quartam ampliationem pulchrè vno modo,vt per Ferran.Gargi.*d.cons.crim.diuers.*124.*n.*18. qui distinguendo in hac materia dicit, quòd si delictum est taliter occultum,& clàm cõmissum, talitérque ignoratur,quòd nihilominus faciliter per generalem,& diligentẽ inquisitionẽ Curiæ,siue accusatoris potuisset in notitiam Curię deuenire;& tunc si tale delictum non deuenit in notitiã,ac ignoretur;currit præscriptio etiam ignoranti : quia imputent sibi Curia & accusator, quòd noluerunt facere diligentiã inquirendi illud,quod licèt occultum erat,poterat tamen patefieri per diligentẽ inquisitionem,& isto casu procedit communis opinio. Sed si delictum erat taliter occultum, quòd per quamcumque diligentẽ inuestigationem non poterat de eo notitia haberi, & tũc cùm nihil sit,quod possit fisco, seu accusatori imputari, præscriptionẽ minimè currere à die delicti,sed scientię,verius est secundùm Garziar.*in loco citato*,qui allegat Castr.ita in terminis consulentem,& distinguentẽ in causa falsi,*in cons.*17.*n.*5.*volum.* 1. & pro nunc ego quoque hanc limitationem credo veram. ¶ Veritas enim huius quęstionis, an scilicet præscriptio in delictis currat à die scientiæ accusatoris, vel patrati delicti, credo pendet, vt animaduertit Clar.*in d.vers.sed quæro,in fi.* à veritate & decisione illius alterius generalis quæstionis, an scilicet regulariter præscriptio currat ignoranti,nécne In quo articulo,cũ con- * trariæ sint Doctorum opiniones,illa tamen recepta*videtur distinctio,secũd.D.Io.Baptist.Bo.*in tract.de statut.Vrb.præscr.* gl.19.*n.*5. ¶ Quòd si ignorantia est talis,quæ reddat factum de iure & de facto impossibile, & tunc ignoranti non currit præscriptio,*l.cùm lex,ff.de ædil.edict.l.malè agitur,Cod. de præscript.*30.*annor.* Bal.*cons.*13.*super eo,& cons.*429.*quidam nobilis*,Socin.iun.*cons.*128.*n.*141.*volu.*1.Bar.Soc.*in l.cùm filius,* 1.*in hac, num.* 9. *ff. de verb. oblig.* cùm enim præscriptio inducta sit propter negligentiam,ideo non debet currere contra ignorantem de iure, & de facto factumimpossibile sciitu: in nihilo enim negligens est, secus vbi ignoratur factum,quod adhibita diligentia sciri potest:tunc enim subintrat negligentia, & consequenter currit præscriptio, vt ibi per eum.

¶ Amplia V. Hanc primam regulam † etiam in delictis 14
notoriis,& per delinquentem confessatis, secundùm Bal. *in c.fin.col.pen.vers.pone quòd maleficium, de off. deleg.* vbi dicit, quòd si maleficium est notorium, tamen lapsum sit tempus datum ad inquirendum ex forma statuti, & postea reus confiteatur maleficium, non poterit ex hac sua confessione condemnari,quia confitetur id,de quo cõtra eum non est actio, *l.confessionib.ff.de interrog. actio.* post præfatam enim præscriptionem nedum accusatio,sed etiam ipsum maleficium aboletur,accusatio quo ad publicam iniuriam, maleficium quo ad priuatam,& sic nulla remanet actio. *l.si cùm exceptione,§. satis clementer,ff.quod met.cau.*ergo confessio non valet,secũdùm Bal.*vbi sup.*quem sequuti sunt,Decian. *in l. Magistratibus.sub n.*7.vbi respondet contrariis,*ff.de iurisd.omn.Iud.& in c.at si clerici,n.*37.*ext. de iud.* vbi post Feli.& Marian. *in locis per eum relatis*, ita aliàs in occurrenti casu iudicatum fuisse testatur,& ibi *in addit.litera C.*(vbi respõdetur ad Ang.Aret. contrarium sentiẽtem,*in verbo,comparuerint dicti inquisiti,& confitẽtur totum,n.*5.Fel.*in c.qualiter,& quando,il* 2.§. *licèt autem,n.*6.*de accusat.*Franc.Casson.*in tract.de torm. cap.* 18.*rub. de confess.ſpon.n.*9.Marsil.*in pract.§.postquam,n.*10.*& in l.fi.n.*2. *ff.de iurisd.omn.Iudi.& sing.*329.*prope fin.&* 87.*n.*9.*& seqq.& cons.*46.*n.*20.*& seqq.& in l.*1.*n.*69.*ff.de quæstio.*Paris.*cons.*169. *n.*4.*vol.*4.Soc.*cons.*108.*n.*17.*vol.*4. vbi respondet ad contraria,refértque ita aliàs Bononiæ fuisse seruatum,Gig. *de crim. læsæ maiest. lib. secũdo, tit. quomo. & per quos crim. læsæ maiest. prob.quæst.*1.*n.*15.Franc.Herc.*in tract.de negatiua,n.*198. *in* 2. *fallent.*Bertazol.*cons.*236.*n.*19.*& seqq.libro* 1.Anch. Regien. *dicta q* 49.*n.*12.*& seqq.* 2. *parte,*Io.Mar.Monticel.*reg.crim.*19. *n.*13.Ioseph.Mascard. post hæc scripta visus, *in suo tract. de proba.lib.*3.*concl.*357.*n.*15.*in* 7. *limit.& concl.*351.*n.*5.*cod. lib.* 3.vbi plures alios adducit Dom.Flam.Cartar. *in tract.de exeq. sentent.capto bannito,c.fi.n.*315.*vers.quamuis ea ratio.* Et licèt contra hanc ampliationem sensisse videantur idem Bal. *in l. properandum,*4.*col.*& ibid.Ias.*n.*21.*in* 3.*limitatione, C. de iud.* Marsil.*cons.*46.*n.*18.Ioan.de Arno.*in soliloq.*30.Carr. *in pract. crim.in tract.de homic.*§.28.*excusatur,n.*6.*pag. mihi* 191. Bart. Tæge.*d.par.*17.*n.*25.*&* 27. non tamen ab illa vllo pacto recedas,quę non solùm communis* est,secund.Bero.*cons.*167. * *n.*13.*vol.*3. quem sequitur Roland. *cons.* 94.*n.*12.*volum.* 3. sed etiam verior,teste Foller.*in pract.crim.in* 1.*par.tertiæ partis principalis,vers.etsi confitebũtur,n.*30.qui propterea aduertit, quòd quamplures Doctores suprà in contrarium citati, præsertim Bal. Ias. & Marsil. non loquuntur in confessione emanata post lapsum temporis à lege vel à statuto præfixi ad inquirendum ; sed in confessione emanata extra tempus instantiæ,iuxta terminos *dictæ l.properandũ*, qui termini sunt longè diuersi ę materia præscriptionis,de qua nos loquimur.

¶ Amplia VI. Etiam † in adulterio, stupro, incestu,le- 15
nocinio, & aliis delictis, quæ à lege Iulia de adulteriis puniuntur.Hæc enim crimina non solùm sicut alia præscribuntur;verùm etiam eorum accusatio,& actio minori tempore cæteris aliis, quinquennio scilicet tolluntur,*l. mariti*, §. *sex mensium,in fin.&* §.*quinquennium*, & ibi communiter* Do- *
ctores,*ff.ad l.Iul.de adult.gl.fi.in* §.*item lex Iulia,de adult. Institu.de public.iudic.*Ang.de Castro *cons.crim.diuers.*94.*n.*8.*& seqq.vol.*3.*in paruis*,Pract.Conradi *in tit.de stuprator. n.*6.*& in tit.de adult.n.*21.*in* 4.*limitatione*,Clar. *in pract.* §. *adulterium, ver.vnum tamen,&c.*vbi quòd ita aliàs fuit in facti contingẽtia iudicatum,Boër.*decis.*26.*n.*12. Foll.*in pract.crim. verbo, foriudicentur,n.*19.Villalob.*commu.opin.vers.delicta, n.*55.

¶ Limita I. Hanc sextam ampliationem, † vt non pro- 16
cedat, quando delictum tale fuit iteratum & continuatum. putà quando quis per plures annos stetit in eodem adulterio cum eadem persona; tunc istud quinquennium incipit currere non à prima vice commissi adulterij, sed ab vltima, secundùm veriorem, & magis communem * opinionem, * de qua testatur idem An. de Castro *d.cons.*94.*n.*10.

¶ Limita II.Eandẽ sextã ampliationem,† vt licèt adul- 17
terij accusatio sit qninquẽnalis;excipiendi tamẽ potestas est perpetua, & ideo contra mulierem repetentẽ dotem perpetuò

tuò de adulterio excipi posse,& verior & magis cõmunis* * est opinio, vt per Alex. *in l. cùm mulier, col.fi.ff.solu. matrim.* refert,& sequitur Balb. *de præscript.d.* 4. *par.*4.*par.principalis,n.*9.*in fi.* Villalob. *in comm. opi.in litera A, n.*69. *& litera E,n.*118.& faciunt suprà tradita de crimine falsi,*n.*11.

18 ¶ LIMITA III. Vt † ampliatio procedat in stupro commisso sine vi: si autem cum vi,& tunc nulla currit præscriptio, *d.l.mariti lenociniũ,*§. *fin.de adult.* Marsil. *in l.qui falsum,* §.*accusatio,n.*4.*&* 16.*ff.ad leg.Cornel.de falsi.* Foller. *vbi sup.d.n.*29. Pract. Cõrad. *d tit.de stuprator.eod.n.*6. Carret. *in pract. crim.in tract.de homicid.*§.28.*excusatur.&c.n.*7.*pag.mihi* 191. Boer. *decis.*26.*n.* 14. vbi reprobat Berberiũ, qui contrarium dixit *in suo Viatorio iuris, in tit.de adult.col.*4. *circa medium, vers.& hîc est præstitutum quinquennium.*

19 ¶ LIMITA IIII. † Vt procedat ampliatio prædicta pariter in adulterio solo,vel in incestu solo, secus si committatur incestus cum adulterio, vel econtrà: tunc enim nullum est præfixum tempus, *l.vim passam.*§.*præscribitur,C.de adult.* Clar. *in d.vers.vnum tamen,in* §.*adulterium,* Bero. *d.decis.*26. *n.*12.*&* 13. Foller. *d.num.*19.

20 ¶ LIMITA V. Eandem † sextã ampliationem procedere quoad pœnam legalem,secus quoad spiritualem. Ideo licèt maritus non possit,vt suprà dixi, accusare vxorẽ de adulterio post quinquennium,poterit tamen accusare vt diuortiũ fiat: hæc enim accusatio,quæ spiritualis est, nũquã præscribitur,gl. *in c.admonere,in ver.pœnit.in fi.*33.*q.*2. Ay. *de antiq. temp.par.*4.*sectione,materia ista singularitatis testium,n.* 88.

21 ¶ AMPLIA VII. Dictam primam regulam † idem esse in crimine iniuriarũ, quod pariter non solùm præscribi, sicut alia delicta,sed etiam minori tempore,anno scilicet iniuriarum actionem tolli,tex. est *in l.si nõ cõuitij,in fine,C.de iniur.* ibi, *cùm iniuriarũ actio annuo tẽpore præscripta sit, &c.* Et ibi * cõmuniter * Doctores,ac Cæpol. *cõs.cri.*70.*n.*2.*&* *seqq.* Rota *dec.*2.*aliàs* 240.*pro iniuriis,ti.de iniuriis,in nouis,* vbi quod per læpsũ anni non solùm tollitur actio iniuriarũ, sed etiam omnis obligatio,& naturalis & ciuilis,adeò quòd iniuriatus tacendo per annũ, videtur etiam contumeliã remisisse per iura ibi allegata. Pract. Cõrad. *ti.de iniur.n.*29. Placha *in epit. delict.l.*1.*ti.qualiter in crim.læsæ maiest. proce.q.*29.*n.*7. Ant. Gom. *var. resol.to.*3.*ti.de iniur.sub n.*15. Petrin. Bel. *de re mil. pag.mihi* 147.*n.*126 Balb. *de præscript.d.*4.*par.principalis,*2. *quæst.n.*6. vbi generaliter dicit,quòd vbicunq; actio pœnalis ciuilis, seu ciuiliter intentata descendens ex delicto finitur anno,vt est actio iniuriarũ,tunc actio criminalis,quæ oritur ex eodẽ delicto, pariter & anno finitur, secundũ Iacob. Butrig. Ang.& Sali. *in d.l.querela,C. de fal.* qui propterea faciũt notabilem conclusionẽ,quòd non potest de crimine criminaliter quæri vltra tempus, infra quod potest de eo ciuiliter agi: inferúntque, quòd cùm actio de dolo ciuili hodie 22 coarctetur biennio continuo, *l. fi.C.de dolo,* ideo non potuit vltra biennium de dolo criminaliter agi ad pœnam stellionatus, Balbum de verbo ad verbum ferè referẽdo sequitur * Foll. *in pract. cri.vers.foriudicentur,n.*21. de communi * pro hac sexta ampliatione testantur Suarez *in commun. opin.l.*1. *vers.iniuriarum actio,n.*70. Bonacos. *in commun.opin.l.*1. *ver. iniuriarum actio anno tollitur,& vers. iniuriarũ actio Prætoria, &c.* Placha *d.c.*6.*prope fin.* Ruin. *cons.*21.*n.*5.*l.*4. Villalob. *litera A,n.*26. *Cæpol.d.cons.*70.*n.*2.*&* 4. vbi quòd istud est verissimum,& clarissimum, Socin. *in c.si culpa.n.*30.*de iniur.& damno dato,* Clar. *in* §.*iniuria,vers.tollitur autem actio,&c.* annúsque iste non vtilis,sed continuus est à die illatæ iniuriæ, præterquam iniuria facta per metum, *Cæpol. d. cons.*70.*n.*4. * De communi * testantur Cuman. *cons.*79. *n.*5. Cur. iun. *in prin.n.*20.*ff.quod quisque iur.* Clar. *in d.vers.tollitur autem,curritque etiam ignoranti,* Rota *dict.decis.*2.*aliàs* 204. *titul.de iniur.in nouis,* Bart. Tæg. *in pract.crim.dict.par.*16.*num.*33.

23 ¶ LIMITA Hanc septimã ampliationem † procedere in actione iniuriarum prætoria: secus in actione ciuili. Duplex enim est actio iniuriarũ. Vna ciuilis,quæ scilicet locum habet in tribus casibus,de quib. *in l.lex Cornelia. in princ.ff.de iniu.* quãdo scilicet quis dicit se pulsatum,vel verberatũ,vel in domum suam introitũ esse: altera verò prætoria,quæ in aliis omnibus casibus,exceptis illis tribus,cõpetit. Actio inquam prætoria anno finitur,ciuilis autem non: ea enim perpetua est,nec minori spatio,quã aliæ actiones ciuiles,annis scilicet triginta præscribuntur,secundùm gl. ordinariã, idque secund. opin. Martini *in d.l.si non conuitij,C.de iniur.* & ibi Odofr. Pet. Cyn. Fab. Ang.& Sal. & est alia gl. 1. ordin. *in d. lex Cornel.ff.de iniu.* Io. Fab. Ang. Io. de Placha *in* §.*sed lex, Instit. de iniur.* Cæpol. *d.cõs.cr.*70.*n.*2.*&* *seqq.* Balb. *de præscrip.d.*4.*p.* 2.*q.n.*6. Foll. *d.vers.foriudicentur,n.*21. Pract. Conrad. *tit.de iniur.eod.n.*29. Et licèt contra hanc limitationem,quòd videlicet iniuriarum actio,siue prætoria,siue etiam ciuilis sit,anno finiatur,sensisse videantur, gl. *in l.*2. *in verb. triginta,de const. pec.& in* §.*sed & lex Corneli* 1. *Instit.de iniur.in gl.*2.*&* *in* §.1. *Instit de perp.& temporal.act.* Azo. *in sum. C.de iniu. col.fin.n.* 26. Iac. Butrig. *in d.l.si non conuitij,* Io. And. *in add.ad Spec.in tit.de iniur.in princ.in vers.actio.* Plot. *cons.cr.diuer.*151.*n.*19. *vol.*1. *in magnis,* vbi dicitur,quòd per lapsum anni & diei tollitur omnis actio iniuriarũ, tam ciuilis, quàm prætoria, etiãsi per libellum famosum facta fuisset iniuria, † quod ita vidit 24 iudicare, refert Ant. Gom. *d.tit. de iniur.n.*15. *vers.dubium tamen est,* Rota *d.dec.*2.*aliàs* 140. Placha *d.c.*6 *prope fin.* vbi testatur de communi. * Non tamen crederem recedendum à * præcedenti opinione, quæ & verior, & magis communis * * est, teste Rol. *in cons.*39.*n.*15.*vol.*3. vbi propterea consuluit, quòd actio pro expensis & damnis ratione homicidij commissi,quæ descendit ex lege Cornelia,anno non finitur, sed est perpetua,& præscribitur,sicuti præscribuntur aliæ actiones ciuiles. Sic & Suarez *in com.opin. vers.iniuriarum actio,n.* 70. Clar. *d.*§.*iniuria,vers.tollitur autem actio,&c.* Bonac. *in loc. proximè citatis,in ampliatione,* Villalob. *in com.opin.vers.actio iniuriarum,n.*26. Benè autem verum est,quòd Balbus allegatus per istos Doctores, *in libro meo,* non testatur de magis communi opinione,sicut ipsi illum ita testantem dicunt: negari tamen non potest,quin hodie hæc sit magis communis opinio, postquàm præfati Doctores eam tanquam magis communem * sequuntur, *

¶ AMPLIA VIII. † Eandem primam regulam, vt etiam 25 statuta possint inducere in delictis præscriptionem minori tempore,quàm inducat legalis: taliáque statuta valere dubitandum non est. Ita enim omnes ferè Doctores suprà allegati in materia præsupponunt,& in casu similium statutorum loquuntur,& in specie traditur per Bald. *in l.vt vim. col.*1 *ff. de iust. & iur.* vbi quòd Iudex nunquam ex capite suo debet aliquem condemnare,qui sit tutus præscriptione legali, vel statutaria, Berous *cons.*167.*n.*5.*vol.*3. vbi quòd lapso tempore à lege, vel statuto præfixo ad inquirendum, cognosci amplius non poterit super delicto, Dec. *in cap.at si clerici,n.*5 *de iud.* vbi quòd confessio rei,qui tutus est præscriptione statuti,non præiudicat confitenti, & idem traditur per Bald. *in c. fi.col.pen.vers.pone quòd maleficium,* Rol. *cons.*94. *n.*9.*&* *seqq.* *vol.*4. Gig. *de crim.læsæ maiest.lib.*1.*qualiter in crim.læsæ maiest. proced.qu.*14.*in princ.* vbi quòd delicta præscribuntur spatio 20. annorum, nisi per statutum Ciuitatis breuius tempus præfigatur, vt in Ciuitate Brixiæ, & Vincentiæ, Paris. *cons.* 169.*n.* 6. *vol.*4. vbi quòd non est disputandum de validitate statuti, quando fuit factum ab habentibus potestatem, & confirmatũ à Principe,iuxta not. *in c.*1.*de constit. & in l. cunctos populos, C.de summa Trin.& fide cathol.* Non enim talia statuta remittunt pœnam delictorum futurorum, quia istud esset iniquissimum, & quia delinquendi licentia non præscribitur,secundùm Bal. *in l.* 2. *in fi. C.de emancip.liber.* ideò non valerét, sed cùm solùm statuant cursu temporis delicta præterita aboleri, ac delinquentem non posse puniri, ideò valent,& seruanda sunt. Refert & sequitur Anchar. Regien. *d.q.*49.*num.*8.*&* *seq.par.*2. nec dissentit D. Flam. Cart. *cap. fin.n.*315.*vers.quamuis ea ratio.*

¶ LIMITA Hanc octauam ampliat. † vt per Ang. *d.q.*49. 26 *n.*3.*&* *seqq.* vbi secund. Bar. *in d.l.querela,in fine,* (.*de Fal.* dixit,quòd si à statuto statuatur accusatori certum tempus ad accusãdum vltra illud tempus,nec etiã Iudex poterit inquirere,quia vbi accusator nõ potest accusare,nec etiam Iudex potest inquirere. Et idem traditur per Ang. Sal.& Aret. *in d. l.querela,* Ang. *cons.*190.*incip.plura cõtra processum,n.*2. Alex. *cons.*64.*viso themate,n.*3.*in fin.lib.*1. Marsil. *in pract.*§.*constante,n.*83. Balb. *de præscript.d.*4.*part.quarta part.principalis,qu.* 2.*n.*3. Gig. *vbi sup.q.*29.*n.*8. Ferram. Gargia. *cons.crim. diuers.* 124.*n.*4.*&* *seqq.vol.*1. *in magnis,* vbi tamen quòd licèt verum sit, quòd si statutum præfigat terminum accusatori ad

accusandum non possit eo tẽpore lapso, nec etiã Iudex inquirere, etiam quòd statutum de Iudice inquirente non loquatur; nõ tamẽ verum est è conuerso,† quòd statutũ præ- 27
figens terminum Iudici ad inquirendum, cẽseatur etiam & accusatori præfixisse, nisi de accusatione expressè dixerit: licèt enim accusatio, & inquisitio à iure cõmuni æquiparentur, nõ tamen valet isto casu argumentũ de inquisitione ad accusationẽ, quia diuersa viget ratio. Nã in accusatione accusator propriã iniuriã & interesse prosequitur, & propterea dicitur agere de damno vitando: Iudex verò in inquisitione, seu in delictis, vt à delinquẽtibus pœnã exigat, dicitur agere de lucro captando, ideo non inferendum.

28 ¶ Limita I. Hanc primam regulam,† vt non procedat, quando ante præscriptionem completã, vel accusator querelam seu libellũ accusationis porrexisset, vel fiscus & eo inconstante Iudex ex officio inquisitionem formasset: tunc enim dicitur interrupta præscriptio in criminalibus, etiam non interueniẽte citatione; licèt secus sit in ciuilibus. Bart. *in l. naturaliter, in fi. ff. de vsucap.* Balb. *d. 4. par. 4. part. principalis, 2. q. n. 11.* Boer. *dict. decis. 27. n. 15.* Bonac. *in suis q. crim. ver. præscript. pag. mihi 156.* vbi declarat; & stãte præscriptionis interruptione tempus prædictũ annorum viginti, quod ad præscriptionem delictorum requiritur, non currit à die delicti, sed à die interruptæ præscriptionis, quæ de nouo inchoari debet, *l. si des, §. libertas, ff. de seru. vrba. prædio.* cum aliis, de quibus per Balb. *in d. tract. de præscrip. in 3. par. 6. princip alis*, vbi latè de materia præscriptionis interruptæ.

¶ Amplia Hanc primã limitationẽ vt multò magis procedat, quãdo præscriptio est interrupta, non solũ per accusationẽ, vel inquisitionẽ, *vt suprà*, sed per condẽnationem: nã tũc nullo vnquã tẽpore delictũ, in quo sequuta est condẽnatio, præscribitur, nec à die condemnationis interrupta præscriptio recurrere incipit. Sed quãdocũque condẽnatus ad manus Curiæ deuenerit, sententia contra eũ exequi poterit duplici ratione. Primò, quia sentẽtia prædicta condẽnationis est cõditionalis: videlicet si in fortiã Curiæ deuenerit, decapitetur, ideo tẽpus nõ videtur currere, nisi à die impletæ cõditionis, & à tẽpore quo venit in fortiã Curiæ. Secũdò, quia cùm condẽnatus semper aufugerit & steterit absens, nõ potuit talis sentẽtia cõtra ipsum exequi, & ideo nõ valẽti agere nõ currit prescriptio. Ita per has rationes video hãc ampliationẽ cõprobatã per Bal. *in d. l. data opera, n. 57. ver. sed pone, C. qui accus. nõ poss.* Io. Igne. *in l. Caius Seius, n. 29. ff. ad Syl.* Foll. *in pra. in ver. captis foriudicatis, n. 7.* Hipp. Rimin. iun. *in l. 1. n. 250. ff. quod quisq. iur.* quos etiã refert, & sequitur D. Flã. Cart. post hæc scripta visus, *in tract. de exeq. sent. capto bãnito, c. fi. n. 313. & seq.* [& alios ref. Ant. The. (qui tamẽ hãc ampliatio. sibi arridere affirmat) *in d. Pedẽ. 76. n. 4.*

29 ¶ Limita II. Eandem primam regulam † nõ procedere in crimine suppositi partus, parricidij, hæresis, læsæ maiest. apostatatus, assassinij, falsæ monetæ, simoniæ, concussionis, & abortus, in quib. nulla currit præscriptio, sed perpetuò horũ criminũ rei dũ viuũt, accusari & inquiri possunt. De crimine autẽ apostatatus, est tex. *in l. 2. & in l. apost. C. de apost.* vbi dicitur, quod dũ vixit apostata, accusatio perpetuò durat, post obitum verò durat quinquennio tantũ. De crimine verò suppositi partus, est tex. *in l. qui falsum, §. 1. ad l. Cornel. de fal.* vbi latè Marsi. Sic de parricidio est tex. *in l. fi. ff. de part.* De concussione item tradit gl. *in d. l. querela, C. de fals.* De abortu deniq; est tex. *in l. Cicero. ff. de pœ.* tradit Gãd. *tit. qui accusare poss. vel non, n. 24.* Et generaliter de omnibus suprà narratis delictis habetur per Gig. *in tract. de cri. læsæ maiest. l. 1. qualiter in cri. læsa maiest. proced. q. 14 & q. 29.* Bar. Tæg. *d. par. 16. n. 25. & seq.* Balb. *vbi sup. d. q. 2. in 4. par. principalis, n. 9.* Marsi. *in d. l. qui falsam, §. 1. ff. ad l. Corn. de fals. n.* 30
1. & seqq. † vbi hanc limitationem extendit ad alia delicta excepta & enormia prædictis similia, Carrer. *in pract. in tract. de homic. in §. 28. excusatur, &c. n. 7. pag. mihi 191.*

31 ¶ Limita III. † Vt talis præscriptio nõ procedat de iure canonico in foro conscientiæ quoad pœnitentiam peragendã, quia quoad pœnas spirituales nullũ tempus est præfixũ, & nunquam præscribitur in delictis, gl. est singularis *in cap. admonere, 33. q. 2.* Abb. *in c. fin. col. 3.* & ibidem Felin. *col. 2. de præscr.* idẽ Abb. *in c. cùm haberet, in 3. notab. de eo, qui dux. in matrim.* Bald. *in l. 1. col. 20. C. qui accus. non poss.* immò, secund. Abb. *in d. c. cùm haberet*, quo ad Deum & forũ animæ, diuturnitas tẽporis auget peccatum, etiam quòd non sit iteratũ, quia tantò grauiora sunt peccata, quantò diutiùs infœlicem animam tenẽt alligatam, *c. fin. de cõsuet.* sequitur Balb. *de præscr. d. 4. par. 4. par. principalis, quæst. 2. n. 4.* Foller. *in vers. foriudicẽtur, n. 20.* Boër. *dec. 26. n. 11.* Boss. *in tit. quom. proced. per actio. in delict. n. 21.* Addent. ad Rom. *singul. 185.* Iodoc. *in pract. tit. de inquis. c. 8. n. 24.*

¶ Sed quid in foro fori? † Dic secundùm Boër. *d. dec. 26.* 32
nu. 7. quòd in criminibus impedientibus exequutionem ordinis, vel beneficij retentionem, etiam post peractã pœnitentiã, de quibus *in c. inquisitionis, de accus.* nõ currit præscriptio, vt ibi per But. Imo. Abb. & alios *in c. licèt causam, de probat.* Cap. Tholos. *decis. 188.* In aliis verò criminibus currit annorũ viginti legalis præscriptio, quia in hoc lex ciuilis nõ reperitur per canones correcta, vt optimè probat Boër. *d. n. 7.* refert, & sequitur Foller. *vbi suprà, n. 24. & declarat* Thob. Non. *cons. 105. n. 20. & seqq.*

¶ Limita IIII. Vt † eadẽ præscriptio operetur respectu 33
pœnæ imponẽdæ; secus quoad declarationẽ pœnæ impositæ [quã nõ nisi spatio 40. annorũ præscribi videtur tex. qui tamẽ in fisco Romanæ Ecclesiæ loquitur] *in c. si quis*, & ibi Anch. *de præscr. in 6.* Alex. ad Bar. *in d. l. querela, C. ad leg. Cornel. de fals.* Bar. Tæg. *dicta par. 16. n. 28.* Carrer. *vbi suprà, n. 8.*

¶ Sed vide in proposito Thob. Non. præceptorẽ meũ, *in suo cõs. 105. n. 1. & seq.* vbi optimè probat, quòd pœna imposita, putà confiscationis bonorũ, spatio 20. annorũ est adeò præscripta, vt nec fiscus eã exigere possit, nec ad eã exigẽdam potest restitutionem in integrũ petere; etiam quòd sit fiscus Ecclesiæ Romanæ, [de quo habetur per Marc. Ant. Pereg. *in tract. de iure fisci, tit. 8. rubr. de præscr. fiscal. n. 43.* vbi distinguit, quoad fiscum Romanæ Ecclesiæ, *& ibid. n. 36.* reprobato Ancharano, & aliis tenet tex. *in d. capi si quis*, loqui in causa hæresis; & sic in causa specialis post Abb. & Feli. *in c. cum nobis, n. 12. versic. tamen illud est, de præscr.* & per consequens etiã ius declarandi pœnas impositas præscribi spatio 20. annorum; sicut ius accusandi, & inquirẽdi super delicto.] Vide etiam quæ dicam infra *in tit. de delict. q. 25. n. 158. & seqq. in 12. principali limitat. 2. regulæ positæ in ea. q.*

¶ Limita V. Propositã primam regulã,† quia licèt cri- 34
minalis actio vel inquisitio præscribatur, vt dixi, spatio 20. annorũ, nihilominus omnes actiones ciuiles, quę ex crimine descendũt, durãt vsque ad 30. annos, secũdũ † cõmunẽ, de qua per Ign. *in l. in cognitione, post n. 185. ff. ad Syl.* refert, sequitur Clar. *in pract. d. q. 51. vers. & hæc quidẽ cõclusio, in fi.* & ante eum Boss. *in d. tit. quomodo procedatur per actio. in delict. n. 20.* vbi secundũ Alex. *in cons. 172. vol. 5.* ampliat hanc limitationem procedere, nedũ quando tractatur de agẽdo contra eandẽ personam & delinquentem, sed etiã quando quis vellet ciuiliter experiri contra vnum ad priuationem bonorum in casu, in quo priùs criminaliter erat agendum contra delinquentem, *iuxta l. 1. C. vbi cauſ. fisc.*

¶ Limita VI. Vt † dicta prima regula procedat, quando 35
per accusatum seu inquisitum opponitur in iudicio de præscriptione: aliàs si non opponeretur, tenet iudiciũ. Bar. *in l. 1. §. accusationem, ff. ad Turp. & in l. absentem, col. fi. ff. de pœn.* Bar. *in l. querelã, C. de fals.* Foll. *in pract. d. ver. foriudicentur, n. 23.* Carrer. *d. vers. 28. accusatur, & c. n. 9.* Ba. Tæg *d. par. 16. n. 29.* Boss. *d. tit. quomodo peract. in delict. n. 23.* vbi secundùm Bar. *in d. l. absentem.* ex hoc infert, quòd minùs prodest reo crimen esse sublatum præscriptione, quàm si constaret eum non deliquisse: primo enim casu potest Iudex reum non comparentem & contumacem condemnare; secundo autem casu non; & idem tradit *in tit. de bãnit. nullit. n. 6. in fi.*

¶ Svblimitando Hãc sextã limitationẽ aduertas, quòd reus cõtumax & vigore statutorũ habentiũ illum pro confesso condẽnatus de delicto, si ante inquisitionẽ præscripto comparet vel captus sit, etiã post sententiã, & de tali præscriptione opponat, impeditur illius exequutio, etiã quòd dicta sententia, vt præfertur, nemine opponẽte potuerit in non cõparentẽ ferri: ita Carrer. *in pract. in materia appellationis, in pri. ver. 7. casus est. n. 26. pa. mihi 14* faciũt infra tradita *in seq. q. n. 45.* sed si non opponat, poterit etiam exequi, sicut potuit ferri. [& bene demõstrat D. Flam. Cartar. post hæc scripta visus *in tract. de exequn. sent. capto bãnito, c. fi. num.*

n.315.ver. Quamuis ea ratio. eo præsertim motus argumẽto, quia si præscriptio reddit tutum delinquentem etiã ore proprio confitentem delictum post dictam præscriptionem, vt suprà dixi *num.*14. multò magis illum debet reddere tutum, quando post eandem præscriptionem per contumaciam est fictè confessus; quia non debet plus operari ficta confessio, quàm vera, prout alias arguit Rol. *in cõs.*31.*n.*11.*& seqq. vol.* 1. & in terminis fictæ cõfessionis consuluit Bal. *cons.*245.*vol.* 5. & Bertaz. *cons.*276.*n.*2.*lib.*2. ¶ Et si oppositio ac exceptio præscriptionis impedit condemnationem, multò magis debet impedire illius exequutionem, quæ maioris præiudicij est, *auth. multò magis, C. de sacrosanct. Eccles.*

36 ¶¶ REGVLA secũda sit in secũdo capite huius quæstionis, † quòd delicta morte delinquentium vnà cum pœna extinguuntur: ideóque ab hæredibus pœna exigi minimè potest, *l. defuncto, ff. de pub. iud. l.*1. cũ aliis, *C. si reus vel accus. mort. fuer. l. pupillum, §. in hæredem, ff. de reg. iur. l.*1. *ff. de priu. del. l.*1. *C. ne ex delicto defun. l. ex iudiciorũ, in fi. ff. de accus. l. inde Neratius, §. hanc actionẽ, ff. ad l. Aquil. l. fi. in fi. ff. de fideius. & hæred. tutor. l. si eum, §. qui iniuriarũ, ver. idẽ dicẽdum, ff. si quis cautio, l. furti, C. de furt. l. crimẽ, ff. de pœnis, l. in Senatus, §. si propter mortẽ, ff. ad Turp. §. pen. ver. est enim certissima iuris regula, Inst. de perp. & temp. act. & quæ ad hæred. & in hæred. transf.* & vbiq; glos. & Doctores, Bar. *in l. si quis iniquum, §. quo autẽ,* vbi etiã Alex. *ff. quod quisque iur.* Idẽ Bar. *in d. l. defuncto, ff. de pub. iud.* Ang. *in §. publica autẽ, n.*3. & ibi Doct. *Inst. de pub. iud. & in tra. malef. in verbo, qui Dominus Iudex aduersus, & c. n.*41. Gomez. *in § superest, nu.*14. *Inst. de actio.* Igne. *in l.*1. *§. si manus, n.*39. *ff. ad Sylla.* Rom. *sing.*432. Mars. *cons.*1. *n.*36. *vol.*1. *& in le. fin.*28. *ff. de q.* Rom. *cons.*20. *n.*1. Aret. *in d. §. pen. Inst. de perp. & temp. act.* Dec. *in d. l. pupillũ, qui, §. in hæredem, ff. de reg. iur.* Gig. *de cr. læsæ maiest. lib.*1. *tit. qualiter in crimine læsæ maiest. proced. q.*20. *n.*1. Duen. *reg.*13. *& reg.*173. vbi hanc materiam reassumẽdo per duas distinctas regulas, illas limitat & declarat, Osas. *dec. Ped.*149. *&* 152. vbi pulchrè loquitur in materia, de qua etiã latè per Mayneriũ *in l. sicuti pœna, n.*1. *& seqq. ff. de reg. iur.* & latiùs per Ferr. Vasq. *contro. illust. c.*96. *n.*7. *& seqq.* vbi loquitur tã in pœna corporali, quàm in pœna priuatiua status, quã etiã in pœna pecuniaria, *& n.*20. *& seqq.* pariter loquitur etiã in successore dignitatis, videlicet prælato, ac etiã in fideiussore delinquentis, necnõ in actionibus descẽdentibus ex quasi delicto, Boss. qui plura facit distinctionũ capita *in tit. de acc. n.*34. *& seqq. & in tit. de sententiis, n.*105. Clar. *in pr. q.*51. *ver. vlteriùs quæro, & vers. quæro nunc,* Capra, qui pariter pluribus modis distinguit *in suis regulis, reg.*67. *per tot.* Sebas. Med. qui multa pariter in proposito adducit *in suo tr. Mors omnia soluit, par.*2. *concl.*2. *n.*5. *& seqq. ver. iudiciũ soluitur morte, & cõcl.*91. *n.*265. *& seq. ver. rei morte iudiciũ soluitur, & concl.*32. *nu.*86. *& seqq. vers. delictum soluitur morte,* vbi latissimè de com-
* muni* testantur Boss. *in ti. de pœn. nu.*34. Osas. *d. dec. Ped.*152. *n.*3. vbi quòd de iure ciuili hæc opinio est indubitata, Cagn. *in d. l. pupillum, §. in hæredem, n.*4. *in fi. ff. de reg. iur.* Ant. Gom. *ti. de delict. c.*1. *n.*28. vbi quòd post mortem delinquentis statim extinguitur delictum, non solùm quoad pœnam corporalem, sed etiam, quoad pœnam cõfiscationis bonorũ, modò delictum sit publicum, & non priuatum, Plac. *in epit. del. lib.*1. *c.*38. *nu.*2. vbi dicit hanc opinionem esse receptissimã. Quinimò Mandos. *in apostil. ad reper. inquis. vers. defuncti, & in vers. accusatio, lit. R,* vbi multas adducit huius regulæ fallẽ. Bonac. *in comm. opin. l.*2. *vers. morte extinguuntur pœnæ, p. mihi*57. *n.*3. *in prin.* Seb. Med. *dict. concl.*32. *n.*86. *& concl.*27. *n.*76. Vulpell. post hæc scripta visus, *in suo primo responso cr. n.*2. *ver. si verò causæ merita, & n.*7. *vol.*1. Bursat. *cons.*77. *nu.*20. *vol.*1. Men. *cons.*99. *n.*150. *& seqq.* vbi bene comprobat hanc regulam, & illius tres affert rationes à iuribus, & Doctoribus cõsideratas, [Marc. Ant. Euge. pariter post hæc scripta habitus, *in cons.*21. *n.*2. *& seqq. lib.*1. Peregr. *de iure fisci, lib.*4. *tit.*5. *n.*1. vbi ampliat hanc regulam, siue delicta sint priuata, siue etiã publica: & siue simus in casu quo vnus teneatur pro delicto alterius tam de iure communi quàm de iure statutario.]

37 ¶ LIMITA I. Hanc † secundã regulam non procedere in crimine hæresis, de quo etiam post mortem quem accusari posse dicit tex. *in c. fi.*24. *q.*3. *& in c. filij, de hæret. lib.*6. *c. in sum.* & ibi bona gl. 14. *q.*2. *l. Manich. C. de hær. c. si quis Episcop. ext. cod. auth. Gazaros, & in corpore vnde sumitur, & in c.*1. *§. Gazaros, de sta. contra liber. Eccl. c. vergentis, & c. excõmunicamus, il primo, de hæret. c. cùm à nobis, de præscr. l. apostatarum, C. de apostatis, c. accusatus, §. in eo verò casu, de hæret. in* 6. Mars. *in l. qui sine. ver. item hæreticus mortuus, ff. de q. & l. qui falsam, §. accusatio, n.*17. *ff. ad l. Cornel. de falsis.* Carr. *in pr. cr. in tr. de hæret. §. expedito processu hæreticorum, n.*11. *p. mihi*239. Guindisal. *in tr. de hær. q.*22. *n.*1. *& seq.* Zanchin. *in simili tract. c.*24. *n.*11. *& seqq.* Ant. Gom. *var. resol. tom.*3. *tit. de delict. ca.*1. *nu.*80. Duen. *reg.*173. Clar. *in pr. q.*51. *vers. sunt tamen aliqua crimina, & in §. hæresis, vers. item de crimine,* Boss. *in tit. de hæret. n.*30. Rolan. *cons.*8. *n.*8. *lib.*3. Gig. *de cr. læsæ maiest. vbi sup. q.*21. *n.*6. Sebast. Medic. *in d. tr. mors omnia soluit, concl.*2. *n.*8. *par.*2. & Cyrill. *in Summa cr. rubr.*28. *§.*2. *n.*1. D. Mascar. post hæc scripta visus, *de prob. lib.*1. *concl.*348. *n.*35. *vers. amplia etiam,* quem etiam refert & sequitur D. Flamin. Cartar. pariter post hæc scripta visus, *in suo tr. de exequu. sentent. capto bannito, c.*1. *num.*345. de
communi* testatur Quin. Mandos. *in apostil. ad repertor. in-* *
*quisitio. vers. defunctus, littera B, pag.*232. refert & sequitur Bonac. *in commu. opin. lib.*2. *vers. morte hæretici, p. mihi*51. *col.*3. [Peregr. *de iure fisci, li.*4. *ti.*5. *n.*29.]

¶¶ AMPLIANDO Hanc primam limitationem, † aduerte 38
quòd pœnæ quæ hæretico imponuntur, sunt quatuor, vt per Zanchin. *in tr. de hæreticis, c.*23. *nu.*4. Primo enim loco damnatur memoria defuncti, *vt in præallegato c. si quis Episcopus, in fine, & in l. quoniam venerabilis, C. de Episcopis & clericis.*

¶ Secundò excommunicatur, *d. c. sanè, & in c. in sum.*24. *q.*2. gl. *in d. c. si quis Episcopus,* talisq; excommunicatio non ideo fertur, vt illa ampliùs alligetur, quia iam æternaliter est dãnatus: sed id fit in criminis detestationẽ, vt cæteri hoc iudiciũ terribile Eccl. audientes similia committere contremiscant sec. Archid. *d. c. in summa.* Et licèt hodie non videatur necessaria talis excommunicationis sententia, cùm à iure sint eo ipso excommunicati, *c. excommunicauimus, il primo, de hær.* nõ tamen tollitur propterea quin possit & ab homine excommunicari, iuxta gl. & Doct. *in c. quorundam, de Iudæis,* & tradit Guind. *in tr. de hæret. q.*22. *n.*7.

¶ Tertiò imponitur pœna confiscationis bonorum, vt patet in iuribus suprà allegatis *in principio huius limitationis,* & præsertim *in d. c. cùm à nobis,* & ibi gl. *super verb. mortuos.*

¶ Quartò debet hæretici cadauer exhumari, vt ecclesiastica careat sepultura: sicut enim illi non debuisset tradi, si viuens fuisset damnatus, *vt in c.*2. *de hær. lib.*6. ita & mortuus ea carere debeat, *c. sacris, ext. de sepultur.* Quod verum est, si modò eius ossa poterunt ab aliorum fidelium ossibus discerni, aliàs secus: imò secundùm Ant. Gom. *var. resol. tom.*3. *in ti. de delict. c.*1. *n.*79. *ver. ex quo primo,* exhumata ossa cõcremãtur, vel si ossa non habẽtur, comburitur effigies. Et licèt hoc vltimum de iure videatur dubitabile, ad tradita per Guind. *d. q.*22. *n.*4. *& seq.* & latiùs dicetur *inf.* in sublimitationibus huius secundæ regulæ: vbi tamen in aliquo loco viget consuetudo concremandi dicta ossa, & sæuiendi in cadauer hæretici, prout in Hispania practicari testatur Ant. Gõ. *vbi sup.* & de Regno Franciæ testatur Clar. *in d. §. hæresis, d. ver. item de crimine,* nulli tamen est dubium, quòd in odium & detestationem hæreticorum, & facti memoriam, talis consuetudo toleranda est, vt ibidem per Guindisal. *n.*5.

¶ Forma † autem sententiæ contra mortuum hæreticum 39
ferendæ, iuxta quatuor prædictas pœnas, optimè ponitur per eundem Zanchin. *in d. tr. de hær. c.*41. *n.*3. *& seqq.*

¶ SVBLIMITA I. Hanc † primam limitationem huius se- 40
cundæ regulæ, quæ, vt præfertur, receptissima* est, vt proce- *
dat primò, quando verè constat defunctum fuisse hæreticũ: tunc enim veniunt eius bona confiscanda post eius mortẽ: secus si tantummodo sit suspectus de hæresi, *ca. accusatus, §. porrò extr. de hæret.* not. Zanch. *d. c.*24. *n.*2. & est ratio: quia si confiscatio bonorum non habet locum contra suspectum de hæresi, si viuat, *vt in d. §. porrò,* & no. Zanch. *in eed. tr. c.*25. multò minùs debet habere locum contra mortuum.

¶ SVBLIMITA II. Vt † prædicta accusatio post mortem 41
in crimine hæresis non habeat locum contra fautores, & receptatores & hæreticorum mortuos, si ipsi receptatores & fautores non sint hæretici, *d. c. accusatus, eod. §. porrò,* Guind. *d. q.*22. *n.*8. vbi declarat.

¶ LIMITA II. Eandem secundam regulam † non proce- 42
dere

dere in crimine læsæ maiestatis, in quo speciale est, vt de eo etiam post mortem procedi & cognosci possit, & defuncti memoria damnari, *ad l.fin. (l. Iul. maiest. l ex iudiciorum, vers. 1 ff. le accus. l. Pannonius. §. rei perduellionis ff. de acq. hæred.* gl. *in §. per contrarium, verb. damnata. Inst. de hæred quæ ab intest. def.* Cæpol. *cons. crim. 17.* Marsd. *l. falsam, n. 13. & 17.* Gig. *de crim læs. maiest. tit. qualit. in crim. læsæ maiest. procedatur, q. 20. lib. 1. & in tit. de pœn. commit. crim. læs. maiestat. q. 32. lib. 2.* Cyril *in sum. crim. rub. 28. §. 2.* Clar. *in pract. §. læsæ maiest. vers. item licet, & in q. 51. vers. tamen aliqua crimina.* D. Mascard. *de prob. d. concl. 348. n. 35. lib. 1.* quem refert, & sequitur etiam D. Flam. Cart. *de exeq. sent. capto bannito, c. 1. n. 345. & n. 354.* vbi & in idem allegat Menoch. *cons. 99. n. 159. & seqq. lib. 1.* de communi * testantur Ferret. *cons. 31. n. 8.* vbi etiam refert multa exempla, in quibus ita seruatum fuit. Ant. Gomez *d. tit. de delict. c. 1. n. 80. vers. secundus casus,* vbi plura adducit, & idem *in tit. de crim. læsæ maiest. n. 12.* [Marc. Anton. Eugen. *d. consil. 21. n. 13.* Pereg. *de iure fisci, lib. 4. tit. 5. num. 19.*]

¶ SVBLIMITA Hanc † secundam limitationē huius se-
43 cundæ regulæ procedere, quādo crimen læsæ maiestatis cōmissum est cōtra Principem, vel Rempublicam Romanam, iuxta text. *in d. l. fi. ff. ad l. Iul. maiest. & in l. pen. C. eod. & in §. publicorum, vers. publica autem. Inst. de pub. iud.* secùs si contra alios Principes inferiores, vel Ciuitates, seu Respublicas, ad text. expressum *in l. si. ff. ad l. Iul. maiest.* tenuit gl. *in l. pen. in verb. meminisse C. eod. & in §. per contrarium, in verb. post mortem, Inst. de hæred quæ ab intest. defer. & in §. publicorum, vers. publica autem, in verb. memor, Instit. de pub. iud.* Azo *in summ. in tit. C. de cr. læsæ maiest. §. sunt autem,* Odofr. *in l. eorum patrimonia, n. 15. C. de iure fisci, lib. 10.* Bald. *cons. 63. si quis cōmisit, in 4. vol.* Alex. *cons. 13. consideratis his, col. 2. vol. 6.* Io. Igne. *in sua disp. an Rex Franciæ subsit Imperatori, n. 108.* Affl. *dec. in c. 1. §. & bona committentium, col. 2. n. 15. in titul. quæ sint Regal. in vsib. feud.* Franc. Lucan. *in tr. de priuil. fisci, in 1. part. n. 11.* Ang. *cons. 223. casus talis est, col. 1.* Arimin. *in addit. ad Ang. de malef. in verb. qui dominus Iudex videns, & c. n. 46.* Boss. *in tit. de cr. læsæ maiestat. n. 57. & seq.* Foller. *in pract. crim. vers. item quòd commisit crimen læsæ maiest. n. 92.* Capyc. *dec. 130. n. 19.* Gram. *dec. 6. n. 19.* Aym. *cons. 224. n. 6.* Dec. *cons. 410. col. pen.* Cæpol. *cons. crim. 17. visa commissione, n. 12. & 13.* Ruin. *cons. 3. n. 12. vol. 5.* Gig. *de crim. læsæ maiest. lib. 1. in tit. qualiter in crim. læsæ maiest. proced. q. 24. & 26.* vbi post Dec. Cæpol. Ruin. & Soc. & alios, quos allegat, inferendo dicit, vbi quòd nec memoria defuncti damnari potest in crim. læsæ maiest. cōmisso contra Rempublicam Florentinam, vel contra Ducem Mediolani, vel alium inferiorem Principem non cognoscentem superiorem de facto ex priuilegio, vel de consuetudine præscripta; secùs in commisso contra Rempublicam Venetorum: quæ cùm hodie successerit in locum Reipublicæ Romanæ, ideò illius prærogatiua lætatur, vt ibi per eum *d. qu. 25.* vbi latè hanc sublimitationem comprobat Roland. *cons. 1. n. 13. & seqq. vol. 3.* Plot. *consil. crim. diuers. 132. n. 7. in fine, vol. 1.* Cyryl. *in summ. crimin. d. §. 2.* De communi * testantur Alciat. *cons. 467. col. 2. in princ. vers. 2. respondetur.* Suarez *in commun. opin. vers. mors, n. 229. & seq.* Boër. *in tract. seditio. in sexta præsuppos. n. 20.* refert Clar. *in §. læsæ maiestat. vers. item licèt,* vbi amplius quo ad hoc, vt memoria defuncti in crimine læsæ maiestatis contra superiorem Principem, hoc est, Imperatorem, seu Rempublicam Romanam commisso damnari possit; necesse etiam est, quòd sit commissum contra eius personam, vel directò cōtra ipsam Rempublicam, & sic in primo capite; secus in aliis, & ita in facti contingentia iudicasse Cōsilium Neapolitan. refert Gram. *d. dec. 6.* & videtur de mente Bossij, *vbi sup. num. 57.* ibi, *contra Principem, id est, personam Principis, & c. & n. 58.* ibi, *& satis crederem, quòd quis veniret contra personam Principis.* [Quod & idem plurib. relatis, & cum Rolan. *in cons. 1. n. 16. lib. 13.* reprobato Menoch. *in eod. casu* contrarium consulente, *in cons. 99. lib. 1.* comprobauit Pereg. *de iur. fisci, lib. 4. tit. 5. n. 19. & seqq. vsque ad n. 23.* expressè concludens, hanc secūdam limitationem de damnando memoriam defuncti in crimine læsæ maiestatis, procedere tantùm in duobus capitibus, videlicet, quando quis directè contra Principis, aut Reipublicæ statum ac personam machinatur, iuxta *l. finalem, C. ad l. Iul. Maiest.* Secùs si contra illius Consiliarios & Officiales, vel in aliis capitibus talē crimen commiserit, etsi ex hac sublimitatione colligo, quòd ad hoc vt in crimine læsæ maiest. defuncti memoria damnari possit, duo requiruntur: primò, vt illud sit commissum contra Imperatorem, vel Rempublicam Rom. secundò, vt vt sit in primo capite; secus in aliis capitibus.]

¶ Aduerte tamen circa huius sublimitationis primam partem, seu primum requisitum, quòd Boss. qui in criminali materia eximiæ auctoritatis est, & de quo Clarus *vbi suprà,* nullam mentionem facit, licet *in loco suprà citato,* videlicet *in n. 57.* faciat conclusionem de iure, quòd memoria defuncti non possit damnari, nisi in duob. prædictis casibus, videlicet quando crimen hoc læsæ maiestatis commissum est, vel contra personam Imperatoris, vel contra Rempublicam Romanam, nihilominus subdit postea hæc verba: *Tamen tene in omnibus, vt suprà dixi, in ver. quæro, an l. quisquis, & in vers. seq. Dux Mediolani, & c. in d. autem versiculo quæro, an l. quisquis, n. 51.* Bossius format quæstionem, an pœnę, de quibus agitur *in dicta l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest.* locum habeāt in crimine læsæ maiestatis cōmisso contra inferiorem à Principe? Et cōcludit non habere. Et postea subdit dicendo, quòd si casus contingeret sub Principe offenso, omnino seruaretur, quòd haberet locum *d. l. quisquis.* Si verò casus disputaretur extra dominum inferioris Principis offensi, & tunc non haberet locū dicta lex, & idem dicit *d. l. fi. ff. eod.* quę, vt suprà allegaui, loquitur in dānatione memoriæ defuncti, *in ver. autem Dux Mediolani,* &c. videlicet *in n. 54.* dicit, quòd licèt lex Mediolani recognoscat Cæsarē tamquā ab eo inuestitus de Ducatu, & ob id possit dici minor ipso Cæsare: quia tamen in dominio suo est sicut Imperator in suo Imperio, & eo ipso quòd est Dux, habet plenissimā potestatem, etiam quòd recognoscat, & reuocare in dubiū potestatem Ducum esse reuangare seu peruertere mundū; ideo cōclusio illa, quòd pœna, *l. quisquis,* non habeat locum in Principe recognoscente superiorem; limitari debet, vt non procedat in Ducibus Mediolani & similibus, qui (quicquid sit de iure) de cōsuetudine & de facto faciunt hoc obseruari. Ex quibus omnibus simul iunctis arguendo de *l. quisquis,* ad *l. fi. ff. eod.* cōcludi videtur ex mente Bossij, quòd in crimine læsæ maiestatis cōmisso contra inferiorem à Principe, qui sit Dux Mediolani vel similis, possit memoria defuncti dānari, & idem in aliis Principibus inferioribus, quando quæstio corā eis vertitur, si non de iure, saltem de facto, & hinc est, quod Arimin. ad Ang. *de malef. in vers. qui Dominus Iudex videns, n. 46.* multùm dubitat de præcedenti sublimitatione, ex eo, quòd hodie quilibet Princeps etiā quòd non sit Imperator, & quęlibet Respublica, etiam quòd non sit Romana, volunt habere prærogatiuas Cæsaris & Reipublicæ Romanorum, [& facit quod voluit Peregrin. *de iure fisci, libro 4. tit. 5. n. 27. in fine,* vbi in hoc regionis consuetudinem, & vsum plurimum attendendum testatur.]

¶ Sed iis non obstantibus non recederem in occurrenti casu à proposita sublimitatione, quia negari non potest, quin Principes inferiores ita de facto, & contra iuris dispositionē, & cōmunes * Doctorū conclusiones præfatas seruari facien- *
tes, malè & iniquè faciunt. Et si meum optarent consilium semper consulerem, vt delinquentis rei morte etiam in crimine læsæ maiestatis contenti essent, absque eo quòd eorum memoriam damnando bona iam hæredibus innocentib. acquisita indebitè tollerēt. [Ad quæ vide latissimè deducta per Pereg. *de iure fisci, lib. 4. tit. 5. n. 23. & seqq. vsque ad n. 28.* vbi aliorum relatis, & reprobatis opinionibus, optimè cōprobat de iure memoriam defuncti damnari non posse, nisi in crimine læsæ maiestatis commisso contra Papam, Imperatorē, aut Rempublicam Romanam; secùs si contra alios Principes recognoscentes, vel non recognoscentes superiorem.]

¶ LIMITA III. Hanc † secūdam regulam non procede- 44
re in crimine sodomiæ, in quo si sodomita cōdidit testamentū, & mortuus sit relicto hærede extraneo, etiā quòd in vita nō fuerit, nec accusatus, nec condēnatus, poterit tamen post eius mortem accusari, & eius memoria damnari ad effectū, vt eius testamentum declaretur nullum, & ne hæres dicta bona retinere possit. Ita latè cōsuluit D. Anastasius Platus *inter cōsilia Barb. in cons. si. vol. 1.* & consiliū Plati sequitur Dec. *in l. si qua mulier, n. 7. C. de secund. nupt.* & Alciat. *in l. inter stuprum. ff. de verb. sig.* Sed hæc limitatio falsa est, & cōtrarium fuit aliàs iudicatū, vt patet ex trad. per Bos. *in tit. de stup. dete.*

in masc.

*in m.isc.num.*2.Mol.*cons.crim.diuers.*132.*n.*7.*lib.*1.vbi latiùs, & apud nos nunquam vidi talem limitationem seruari.

45 ¶ Limita IV. Quia † licèt regulariter delictum morte extinguatur, etiam quoad pœnã confiscationis bonorum: id tamen debet intelligi, quando reus delinquens moritur ante sententiam contra eum latam: secus si post sententiam, quia tunc pœna confiscationis bonorum, & quælibet pecuniaria trãsit ad hæredes, *l.ex iudiciorum*, & ibi Bart. Albert. & Doct. *de accusat.* Boss. *in tit. quomodo proced. per actio. in delic. n.* 30. Capra. *concl... & reg.* 67. *n.* 6. *&* 27. Sebast. Med. *in d. tract. mors omnia soluit, part.* 2. *concl.* 42. *n.* 86. *in fine*, de communi * testatur Ant. Gomez. *d. tit. de delict. c.* 1. *nu.* 82. Et est ratio, secundum Bart. *in l. defuncto, ff. de pub. iud. & in extrauag. qui sint rebell. in ver. rebellando*, quia scilicet sequuta condemnatione incipit reus condemnatus teneri ex quasi cõtractu, qui celebratur ex sententia, *l.* 3. §. *idem scribit, ff. de pecul. l.* 2. & ibi glo. magna, *ff. de prætor. stip.* Sed actiones ex quasi contractibus trãseunt ad hæredes, vt not. *C. de hæred. actio. per totum*, ergo, &c. quæ tamen ratio non multùm placet Vasquio *controuer. Illust. c.* 96. *n.* 19. *ver.* 4. *casu principali*, licèt cum proposita limitatione pertranseat. [Pereg. *de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 38. *ver. verùm glossæ opinio, &c.*]

46 ¶ Svblimita † Hanc quartam limitationem vt procedat, quando sententia prædicta transierit in rem iudicatã, secus si ab ea fuerit appellatum: appellatio enim perducit litem & causam principalem ad statũ, in quo erat ante litem contestatam, *l. ita demum*, vbi Bald. & communiter * Doct. *C. de procurato.* & ideo paria sunt esse reum mortuum ante sententiam, vel post sententiã, appellatione vel appellandi tempore pendẽte: quia paria sunt, appellationem esse interpositam, vel appellandi terminum durare, *c. non solùm, de appella. in* 6. gl. *in l. prima, in pr. ff. nihil inno. appel. penden.* Quãdo igitur à sententia fuerit appellatum, vel pendeat tempus ad appellandum, tunc mortuo eo tempore delinquẽte pœna non transit ad hæredes. Ita voluit gl. singularis & vnica *in l. ex iudiciorum*, quã ibi sequuti sunt Bar. Alb. Ang. & post alios antiquos, *ff. de accusa.* Imol. *l. defunct. ff. de pub. iud.* Sal. *l. fi. C. si reus vel accus. mort. fuer.* Bal. & Ang. *in l. qui à latronibus*, §. 1. *ff. de testam.* idem Bald. *in c. quoniam contra falsam, col. pen. de prob. & l. vnica, n.* 4. *C. ex delic. defun.* facit tex. expressus *in l.* 2. *C. si penden. appel. reus mortuus fuerit*, quem ibi ad hoc notant & commendant Cyn. & alij Doc. & post eos Ant. Gomez. *d. t. de delict. c.* 1. *n.* 82. *ver. item adde*, vbi pro hac sublimitatione, & alia iura, & concludẽtem adducit rationem Alb. *cons.* 90. *n.* 1. *in fi.* Capra *d. concl. & reg.* 67. *n.* 28. Sebastia. Medic. *dict. concl.* 32. *n.* 37. & latè prosequitur Ferran. Vasq. *controuer. Illust. cap.* 96. *n.* 17. *& seq.* Gig. *de cri. læsæ maiest. lib. primo, tit. qualiter in crim. læsæ maiest. proced. qu.* 20. *n.* 1. [Pereg. *de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 5. *nu.* 38. *in prin.* & licèt hanc gl. opinionem minimè tutam dixerit Pereg. *dicto n.* 38. & contra eam sensisse videantur Barto. Bal. Ang. & alij, ibi per eum relati, ab ea tamen minimè recedas, tum quia, vt ex præmissis apparet, magis communiter * recepta est, tum etiam quia verissima est, declarata tamen, vt infrà mox dicam *in seq. n.* 47.]

47 ¶ Svblimitationem † Hanc declara procedere, quando pœna confiscationis bonorum, seu pecuniaria venit in consequentiam delicti: tunc enim si à sententia fuerit appellatum, vel appellandi tempus duret, mortuo delinquente, & delictum & delicti consequens pœna extinguitur; secus si principaliter in sentẽtia fuerit imposita pœna bonorũ, quia tũc indistinctè illa transit post mortẽ, & ab hæredibus exigi potest: etiam quòd à defuncto fuerit appellatũ, vel quòd duret tẽpus ad appellandum. Ita probat tex. *in l.* 3. vbi Cyn. Bar. Bal. Cast. Sal. & cõmuniter * Doct. *C. si penden. appel. mors interu.* itẽ & tex. *in l. fi. C. si reus vel accusa. mor. fuerit*, gl. *in l. ex iudiciorum, ff. de accusat.* Ant. Gomez. *d. t. de delict. c.* 1. *n.* 83. Alb. *cons.* 90. *n.* 1. vbi not. quòd iura volentia morte delinquentis extingui crimen, quando nondum est lata sententia, vel si sit lata, & per appellationem sit suspensa, videntur procedere in casibus, in quibus agitur, vel de pœna corporali tantùm, vel mixtim de pœna corporali & pœna pecuniaria; ita tamen quòd pœna pecuniaria veniat accessoriè & tacitè ad pœnam corporalem, vt contingit in deportatione: non autem procedant, vbi agitur ex crimine pecuniariter tantùm; vel etiã vbi agitur mixtim ad pœnam pecuniariam, & ad pœnam corporalem æquè principaliter, vt ibi per eum & latè prosequitur Ferran. Vasq. *d. 96. co. n.* 17. *&* 18. Et est ratio, quia quãdo pœna confiscationis bonorũ principaliter imponitur, tot videntur sententiæ, quot capitula, *l. etiam*, § 1. cum ibi no. *ff. de mm.*

¶ Et duo sunt capitula æquè principalia. Vnum de pœna corporali, putà morte: aliud de bonorũ publicatione. Et ideo licèt illa pars sentẽtiæ extinguatur quoad pœnam corporalem, quia mortuus non potest corporaliter puniri post sentẽtiam, tamen dicta sententia non extinguitur quoad aliam partem, seu capitulũ publicationis bonorum, quæ afficit hæredes. ¶ Quando verò bonorum publicatio venit accessoriè ad delictum & ad pœnam corporalem, & tunc extincta sententia principali, videlicet in crimine, propter mortẽ naturaliter sequutam, extinguetur in accessoriis, & sic in bonorum publicatione, arg. *l.* 2. *&* 3. *ff. de pec. leg. & cap. accessoriũ, de reg. iur. in* 6. Hãc autem rationem reddidit in proposito Aug. Ariminen. ad Ang. *de malef. in ver. qui dictus Index videns, n.* 49. *& in verbo, & eius bona, n.* 3. & Ang. ipse *in ver. præsente Caio, & appellante, n.* 34. *& seq.* vbi latiùs hanc materiã reassumit, & tãdẽ recitatis variis Doctorũ opinionib. ita vt sup. ex dictis omniũ * distinguẽdo dictas varias opiniones conciliat, dicitque, quòd tunc confiscatio bonorũ censetur apposita cũ pœna corporali, quando sentẽtia est concepta per dictionẽ, *cum*: putà si dicatur, *condẽnans Titium ad mortem cum confiscatione bonorũ.* Principaliter autem dicitur dicta pœna imposita, quãdo sentẽtia est concepta per copulatiuam, putà si diceretur, *Cõdemnamus Titium in pœna mortis, & cõfiscationem bonorum.* Primo casu mortuo delinquente post appellationem, seu pẽdente tempore ad appellandũ, pœna prædicta non transit ad hæredes, sed extinguitur vnà cum delicto: secundo autem casu non. Et ita fuit distinctio Bar. *in d. l.* 3. *in fi. C. si penden. appe. mors interuenerit*, quę teste Aug. *in d. ver. qui D. Index, n.* 49. *& in d. ver. eius bona, n.* 3. communis * est, quam refert & sequitur Clar. *in prac. q.* 94. *ver. sed pone quòd Titius. & seq. &c.* [Et de cõmuni etiam aliis relatis testatur Peregri. *de iure fisci, l.* 4. *tit.* 5. *num.* 38. *ver. & sanè communis, in fi. n.* 40. *per totum*.]

48 ¶ Limitando I. † Declarationem prædictam, aduertas, quòd si sumus in aliquo crimine, quod à lege statutũ sit, posse memoriã defuncti dãnari, & post mortem delinquentis procedi, prout suprà posuimus exemplum in crimine lęsę maiestatis & hæresis, in quib. vt suo loco dicetur, venit imponẽda pœna mortis, & confiscationis bonorũ: tunc si reus moriatur post sententiã, etiam quòd ab ea fuerit appellatum, vel quòd pendeat tẽpus ad appellandum, siue pœna confiscationis sit apposita in sententia principaliter per dictionem, &, siue etiã accessoriè per dictionẽ, *cum*, semper transitur indistinctè ad hæredes, & ab iis exigi potest. Nec suprà dicta declaratio locũ habebit: sic enim si, vt suprà vidimus, in dictis criminibus pœna transit ad hæredes, etiam mortuo delinquẽte ante sententiã & ante accusationẽ, multò magis si post sententiam: imò secundùm Ang. *de male. d. versi. præsente Caio & appellãte, n.* 35. *prope fin.* in crimine læsæ maiestatis pœna cõfiscationis bonorum transit ad hæredes, etiam quòd de ea nihil dictũ sit in sententia, quia in tali crimine talis pœna venit ipso iure, & ex natura delicti: ideo licèt reus moriatur pẽdente termino ad appellãdum; vel appellatione interposita, dicta pœna ab hærede exigi potest, etiã quòd non sit imposita in sententia, vt ibi per eum, qui magis id verius dicit, cũ secũdũ veritatẽ à tali sentẽtia appellari non possit, *l. constitutiones, ff. de appella.* de quo tamẽ alibi, Deo permittẽte, in materia criminis læsæ maiestatis dicemus, *infrà, in* 2. *libro.*

49 ¶ Limitando II. † Eandem declarationẽ aduerte, quòd licèt verum sit pœnam pecuniariam bonorum principaliter in sentẽtia positã posse exigi ab hæredibus reo mortuo post sententiã, etiam quòd ab ea fuerit appellatum, vel quòd duret tẽpus ad appellandum, id tamen debet intelligi sano modo, videlicet nisi hæres defuncti illius appellationem persequatur [vt aliis relatis antiquioribus declarat Peregr. *de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 50. *ad fin. versicu. sed eius hæredes.*] vel nisi idem hæres pendente dicto termino ad appellandũ appellet, quod poterit, secũdũ Bald. *in d. l.* 3. *C. si pẽd. appel. mors interu.* & Ang. *in d. ver. præsente Caio, n.* 35. *in fi* [Pereg. *d. t.* 5. *n.* 39 *lib.* 4.] quibus casibus si suam appellationem iustificando obtineat, absurdum est dicere, quòd pœna ab ea exigi possit reo mortuo post sentẽtiam, quæ est prorsus sublata per secundã.

50 ¶ Limita V. Dictam secundam regulam, vt non procedat, si reus moriatur post litem contestatam: eo enim casu sententia contra hæredes ferri poterit, & pœna ab eis exigi, tex.est *in l.pupillũ,& in l.sicuti,ff.de reg.iur.in l.1.ff.de priua.delict.& in l.sciendum,& in l.omnes.ff.de acti.& oblig.& in §.pen. ver. pœnales, Inst.de perpet.& temporal.acti.* quibus iuribus cauetur, pœnales actiones post litem contestatam hæredibus dari,& in hæredes trãsire. Est etiam tex.*in d. l. ex iudiciorum, ver.& cæteris vero,* iuncta glo.*in ver.pœna,& gl. fi. ff. de accus.* vbi in priuatis delictis pœna pecuniaria ab hæredibus ita demũ incipere potest,si viuo reo accusatio mota est,licèt condemnatio non fuerit sequuta,facit tex.*l.Caius,ad senatuscons. Syllan.* vbi Paulus respondet,causam, de qua quæritur, cùm sit pecuniaria, morte ingrati hæredis extinctam non videri. facit etiam text.*in l.omnes,ff.de reg.iur.* vbi Caius Iurisconsultus omnes actiones,quæ morte aut tempore pereunt,si in iudicio semel inclusæ sunt,saluas permanere censet.Ita per hęc & alia iura comprobat hanc limitationem Osas.*d.dec.Pedem.* * 149.*n.3.& seq. n.9.* vbi testatur de crebriori opinione; * & quòd ita per Senatum Pedem. iudicatum fuit in causa fisci contra Michaëlem Genuinum Nicẽsem;sicuti etiam de cre- * briori,& magis * communi testatur Bonacos.*in commu.opin. lib.2.ver.pœna pecuniaria cùm est contestata lis, pag.59.à tergo, col.4.*& ante istos idem tradidêre Bar.*in l.vnica,in secun. lect. n.9.*& ibi Alex.*in addi.* post Ioannem Fabrum per eum allegatum,& Sali.*n.9. Cod.ex delict.defunct.* idem Bar. *in l.1.n.3. ver.si extra contractum,& n.7.ff.de priua.delict.* Bal.*in d.l. vnica,col.2.ver.sed hic dubitatur,* Dec.*in l.pupillum, qui,§.in hæredes,n.5.ff.de reg.iur.* Capra *d.concl.67.n.19.* Ant.Gomez. *d.tit.* * *de delict.cap.1.n.84.* vbi pariter testatur de communi. * Couarr.*variar.resol lib.tertio,cap.tertio, num.septim. vers quærendum est,* Aret.*in §.interdum,n.secundo, Instit.de hæred.quæ ab intesta.defer.* Boss.*in tit.de pœnis,nu.34.* Ang.*de malefic.in verbo, qui D.Iudex videns,&c.n.42.* Sebast.Med.*in dicto tract. Mors omnia soluit,parte 2.concluf.32.n.91.* Phanuc.*in tract.de inten. parte 7.n.70.* Cyril.*in Summa crimin.rub. 38.§.1.n.1.* Ferran. Vasq.*controu.illust.cap.96.n.25.li.3.* [Marc.Ant.Eugen.*d.cons. 21.num.14.& num. decimooctauo,& seq.* vbi loquitur tam in pœna pecuniaria, quàm in mixta: & etiam quòd ad pœnam pecuniariam agatur non solùm principaliter, sed secundariò.]

51 ¶ Amplia I. Hanc † quintam limitationem huius secundæ regulæ,vt idem sit, quando lis non fuit contestata,ex eo,quia stetit per reum quo minùs cõtestaretur,vt quia reus vadat per subterfugia & dilationes: nam tunc habetur pro cõtestata,& operatur illos eosdẽ effectus, quos operatur litis vera contestatio;& sic facit actiones ex delictis transire contra hæredes,sicut facit litis cõtestatio,tex.est singularis *in l.si eũ,§.qui iniuriarum.ff.si quis cau.in fi.* vbi Bald.*in 6.nota.* Rom. *in vlt.not.ab.*& ibi etiã Fulg.& Alex.idem Bald.*in l.more,C.de rei vend.& in l.nec bona,in 2.lect.C.de præscrip.longi temp.& in auth.habita,C.ne fil.pro patre,in vlt.col.in medio,* idẽ etiã Alex. * *in l.si insulam,1.col.in fi.ff.de ver.oblig.*& est cõmunis, * vt per Ferran.Vasq.*cõtrou.illust.cap.96.n.25.sub ver.quarta principalis limitatio, lib.3.* quamuis aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint:facit in simili,quod traditur per Pet.Duen.*reg. 3.in 7.fallen.* vbi dicit,quòd etiam lite non contestata pœnales actiones trãseunt ad hæredes,quando processum est contra contumacẽ ex primo decreto,quod habet vim litis contestationis, vt faciat actionem transitoriam,atg. tex. *in l. vt perfectus,C.de annali excep.* cum aliis ibi per eum allegatis.

52 ¶ Amplia II. Eandem quintam limitationem, vt multò magis procedat, si concluſum sit in causa:cùm enim paria sint, concluſum esse in causa,vel latam esse sententiam,*l.qui pœna,ver.Diuus quoque,ff.de manum.l.quamuis indubitati,C.de adul.l.si rem,§.fi.ff.de euict.* Bal.*l.si mater,§.eãdẽ,in fi.ff.de excep. rei ind.* Ias.*in rep.l.admonendi,n.53.& 56.ver.primò mouetur,ff. de iureiu.* Dec.*in l.edita,n.33.C.de eden.* Tiraq.*de ll.connu.l.post leges,n.9.* ideo sicut lata sententia pœna transit ad hæredes,vt suprà diximus,*n.4.* pariter quoque transire debet,si reus moriatur post concluſum in causa:ita per hanc rationem tradi- * dit Alba.*in d.cons.99.n.2.& seqq.* vbi testatur de communi * opinione, quod refert & sequitur Clar. *in pract.d.quæst. 51. ver.scias etiam,*& ante eos Bald.*in leg. 1.col.2.num. 3. vers.sed hic dubitatur.* ibi,*plus videtur dicendum,&c.C.ex delict.defunct.* Auguſt.ad Ang.*de malef.in ver.& eius bona publicamus, n.4.* Boss.*in tit.de pœn.n 34.prope fin.* Vasq.*controuer.illust.c.98. nu. 19.in fin.* Quando autem in criminali causa dicatur concluſum,vide ibidem per Albam,[& per Marc. Ant.Eug.*d.consi. 21.n.20. & seq.* vbi etiam sequitur hanc ampliationem, & respondet illi argumento,quòd in criminalibus non concludatur in causa.]

¶ Sublimita I. Eandem quintam limitationẽ eiusdem 53
secundæ regulæ,vt procedat in delictis priuatis:in iis enim lite contestata pœnales actiones transeunt ad hæredes;ita loquuntur iura & Doct.suprà citati [& hoc nullam prorsus habere dubitationẽ, nedum ita se habere cõmunem* Doctorũ * opinionem,testatur Marc.Ant.Eug.*d.cons.21.nu.15.* [Secus in publicis.Publica enim delicta morte delinquentis cũ pœna extingui etiam post litem cõtestatam, probat tex.*in l.1.ff. de priua.delict.in l.3.& l.defuncto,ff.de pub.iud.& in l. ex iudiciorum,in princip.ff.de accus.in l.crimen,ff.de pœn.in l.2.& 3.& fi.Cod.si reus vel accusat.mor.fuer.§.pen.in princ.Inst.de perp.& tempor.actio.*& vbique gl.quibus iuribus expresse cauetur,defuncto reo crimen cum pœna extingui,nisi lis contestata, & condemnatio sequuta fuerit:vbi ergo condẽnatio non est sequuta,nihil operatur sola litis contestatio,Bar. post.gl.*in d.l. defuncto,ff.de pub.iud.* idem Bar.post glos.*pen.in d.l.ex iudiciorum,ff.de accus.* dum exponunt verbum,*accusatio,* id est,actio, Albert.*in l.vnica,*& ibi Angel.*col.secund.vers.in priuatis verò criminibus.*& alia glo.*in ca.in summa, 24.quæst.secunda,* Dec. *in d.l.pupillum, §.hæredes,n.sexto,ff.de reg. iur.* Boss. *in titu. de accusat.n.trigesimoquarto, & in tit. quomod. proceda. per actionem in delic.n.trigesimo,* Anton.Gomez.*d. tit.de delic.cap.primo,num.81.in princ.num.83.in fine.* Sebast.Med.*dict.ca.1.num. 81.in princ.num.83.in fine.* Sebast.Med.*d.concl.32.eo.num.91.* Phanuc.*de inuen.d.par.7.num.70.* Vulpel.post hæc scripta visus,*in suo 1.respon.crim.num.3.in fin.lib.1.* [Et licèt Eug.*d.cons. 21.n.17.* dicat,etiam in publicis delictis posse agi contra defuncti hæredes ad pœnam pecuniariam,secundum mentem communem omnium * Doctorum;ego tamen,an id verum * sit & commune,pro nunc non firmo,sed potius dubito, per præallegata,& per ea quæ mox subiiciam.]

¶ Amplia Præcedentem primã sublimitationem,vt nec 54
etiã in delictis priuatis lite cõtestata pœna transeat ad hæredes,nisi quando ex eo delicto ciuiliter agitur ad pœnam ipsi parti applicandam,secus si criminaliter ad pœnam applicandam fisco: eo enim casu lite contestata pœna non transit ad hæredes, etiam quòd simus in priuatis delictis.Bart. *in d.l.ex iudiciorum,in fin.ff.de accus.*& de mente gloss.Ange.Alb.Dec. & aliorum citatorum *in præcedenti num.53.* qui omnes expresse loquuntur in actionibus ciuilibus descendentibus ex priuatis delictis; non autem quando criminaliter agitur, prout eos ita loqui optimè considerauit Osasc. *decis. Pedem. 149.sub n.2.& sub n.7.* [Et quando ciuiliter agitur,tunc posse agi etiam contra defuncti hæredes,si eo viuo saltem accusatio mota est,voluit idem Eug. *d. cons.21.n.6.lib. 1.* secus si criminaliter *per præallegata.*] Et licèt idem Osasc. in hoc videatur esse contrariæ opinionis;quòd scilicet in priuatis delictis pœna transeat ad hæredes, mortuo reo post litẽ contestatam,etiam quòd illa fisco applicetur; & quòd criminaliter agatur;cùm,vt ipse dicit, nulla possit reddi ratio diuersitatis,cur magis pœna, quæ venit applicanda parti, debeat transire ad hæredes lite non contestata, quàm illa quæ venit applicanda fisco, quando ex officio Iudicis per inquisitionẽ proceditur,quæ loco accusationis hodie successit,& eiusdem est naturæ,sec.Bar.Boer. Abb.But.In.& alios per eum allegatos,& suprà sæpius dictũ est:imò *in fi.d.decis.sub n.9.* videatur testari hanc suã opinionem esse crebriorẽ;* & secundùm eũ * in Senatu tunc iudicatum extitisse. Aduerte tamen, quòd eius opinio debet procedere in terminis, in quib. ipse loquitur,scilicet quando non est lis cõtestata;sed quando insuper reus, vel cõfessus,vel cõuictus est:eo enim casu, etiam quòd criminaliter agatur,pecuniaria sententia mortuo reo cõfesso vel conuicto post litem cõtestatã potest contra hæredẽ proferri,& ita ipse semper præsupponit reũ,vel confessum, vel cõuictũ in figuratione & resolutione casus illius decisionis, & nos de confessione modò in sequẽti limitatione dicemus. At vbi reus non est nec confessus,nec cõuictus,tunc nullatenus recedẽ à præcedẽti ampliatione & declaratione, quod

vide

videlicet in priuatis delictis, tunc pœna demum transeat ad hæredes mortuo reo post litem contestatam, si ciuiliter ex eo delicto agatur ad pœnam parti applicandam: secus si criminaliter ad pœnam applicandam fisco, prout etiam ex glos. quam dicit singularem, & alibi non inueniri *in d.l. ex iudiciorum, in fi. ff. de accusa.* idem tenet & perpetuò notandum admonet, Vasq. *controu. illustr. c. 96. n. 28. lib. 3.* & in hoc non inuenio contradictorem, & ita præfatos Doct. communiter * tenere video.

¶ Nec obstet consideratio Osaschi, quòd videlicet nulla possit reddi ratio diuersitatis inter pœnam fisco applicãdam, & pœnam applicandam parti: quia immò ratio diuersitatis est aperta. Vbi enim pœna applicatur fisco, iudiciũ & actio dicitur criminale: secus vbi pœna applicatur parti, quia tunc causa dicitur ciuilis, ad plenè tradita post alios per Clarũ *in pract. §. fi. q. 1. per totã.* Ratio rationis est, quia ciuiles actiones regulariter semper in hæredes transeunt actiuè, & passiuè, *l. 1. C. vt act. ab hæred. & cõtra hær. l hæredem. ff. de reg. iur.* præsertim si semel in iudiciũ deductæ sint, *l. omnes, ff. eo.* ¶ In criminalibus verò actionibus totum contrariũ regulariter est verius; quia illæ per mortem delinquentis cum crimine extinguuntur, *l. defuncto, ff. de pub. iud. l. 1. C. si reus, vel accusator mor. fue.* cum aliis sup. allegatis, *n. 36.* etiam lite contest. *d. l. defuncto, & in d. l. ex iudiciorum, in prin. ff. de accu.* & licèt hodie inquisitio succedat loco accusationis, non per hoc restat, quin iudicium dicatur criminale, quando pœna applicatur fisco.

¶ Sublimita II. Dictam quintam limitationem huius secundæ regulæ, vt procedat, quando litis contestatio erat valida, secus si inualida: si enim est valida, tunc operatur transmissionem actionis ex delicto contra hæredes: secus si nulla. Ita per tex. *in auth. offeratur, in fi. C. de lit. cõtest.* & per glo. *in l. si pater,* vbi etiã Bal. *C. ne de stat. defu.* tenet in specie Ferr. Vasq. *controuer. illust. d. c. 96. n. 25. ver. modò istam limitationem sic extensam s. limito, & vers. seq. lib. 3.* vbi etiam idem asserit, quando litis contestatio sopita de consensu partium: tunc enim etiam extinguuntur omnes effectus inducti per litis contestationem; & consequenter actio non transit contra hæredem, per tex. cum glos. *in l. cùm nota,* vbi Bartol. *de transactio.* & per alia ibi per eum allegata.

55 ¶ Sed quando criminali iudicio dicatur lis contestata? & an sit necessaria contestatio litis in causa criminali? Respõde cũ Claro *in prac. q. 45. ver. & in primis,* quòd licèt aliqui dicãt in criminali iudicio necessariam esse litis contestationem, secũdùm communem, * de qua testatur Marian. *in c. qualiter, & quando, n. 222. de accusa.* Alij vero dicant, quòd quando proceditur ad instantiam partis, necessaria sit litis cõtestatio, secus si procedatur ex officio Iudicis, secundùm cõmunem, * de qua per Abb. *in cap. cùm dilectus, n. 3. de purgat. canon.* Alij verò simpliciter dixerint, quòd hodie in criminalibus de cõsuetudine lis non contestatur, vt dixit Blanc. *in prac. cri. fol. 6. n. 36. in fine.* Veritas tamen est, quòd si reus est cõtumax, tunc ex dispositione statutorum habetur pro confesso, & contra ipsum vigore dictæ confessionis proceditur etiã ad condemnationem, prout dicetur in sequente quæstione, & non est necessaria alia litis contestatio quàm illa, quæ fit per talẽ fictam confessionem, [vt per Marc. Ant. Eug. *d. cons. 21. n. 23. lib. 1.*] Si verò reus comparet in iudicio, & examinatur super delicto: & tunc respõsio, quam ipse facit ad interrogationem Iudicis, inducit litis contestationem, etiam quòd pars aduersa non sit præsens; & siue procedatur ad instantiam partis, siue ex officio. Et ita seruatur in practica, vt testatur Bart. *in l. is, qui reus, n. 4. ff. de publ. iud.* quem refert Aret. *cons. 58. n. 7.* & apostilla ad Ang. *de malef. in verb. hæc est quædam inquisitio, sub n. 67.* Quod tamen vltimum declara, vt procedat, quãdo ista rei respõsio affirmatiua vel negatiua fiat præcedente accusatione, vel inquisitione: secus si solùm fiat super processu informatiuo; quia tunc nulla inducitur litis contestatio ex rei negatione, seu cõfessione, præsertim qualificata super processu informatiuo emanata, nulla præcedente inquisitione, aut accusatione, vt per D. Vulpel. post hæc scripta visum, & qui concordãtes allegat *in suo 1. responso cri. n. 3. in fi. & seqq. vol. 1.*

56 ¶ Limita VI.† Hanc secundam regulam in reo mortuo, postquam est confessus vel conuictus: isto enim casu pœnam etiam ab hæredib. exigi posse, & contra eos ferri sententiam, dixerũt Ba. *in l. vnica, col. 2. n. 3. ver. sed hic dubitatur, C. ex delic. defunctor. lib.* & ibi Alex. Butr. *in c. 2. vt lite pẽdente,* Io. de Plat. *in l. fi. col. 2. ver. attende tamen, C. de iure fisci, li. 10.* Ang. *de mal. in verbo, & eius bona publicamus,* vbi Ang. *in additio, n. 4.* Spec. *in tit. de confess. §. sequitur, ver. quod si.* & ibi Io. Andr. *in addit.* Soc. *reg. 291. in quinta fallent.* Aret. *in §. interdum, n. 2. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* Foll. *in prac. crim. in 1. par. 3. partis principalis, ver. & si confitebuntur, n. 79.* Boss. *in 1. quom. proced. in cri. not. n. 21.* Capra. *d. concl. 67. n. 7. & 26.* Bonac. *in com. opin. lib. 1. ver. mortuus post delicti confessionẽ. pa. mihi 116. col. 3.* Vasq. *controu. illust. c. 96. n. 19. in medio, & n. 25. ver. extendo prædicta limitationem.* vbi tamen contrariũ in ficta confessione, de qua dixi *inf. n. 58.* Seb. Medices *d. tract. Mors omnia soluit, par. 2. cocl. 32. n. 91. in fi.* vbi in specie loquens de furto, dicit, quòd si fur fuerit confessus de furto, & mortuus ante condemnationem, agetur contra hæredes, licèt ad eos nihil de furto peruenerit, secundũ Bal. Ang. Affli. & alios ibi per eum allegatos, & idem tradit Foll. *d. n. 79.* De communi * pro hac sexta limitatione testatur Boss. *tit. de pœnis, n. 34.* & magis communi Osasc. *in sæpius allegata decis. Pedem. 149. n. 9.* vbi etiã dicitur, quòd ita per illum Senatum iudicatum fuit, Bursat. *cons. 77. n. vigesimoprimo, & vigesimoquarto,* quem refert Bonacos. *in commun. opin. libro secundo, vers. pœna pecuniaria, pag. 59.* Vera enim confessio morte confitentis non expirat. Bar. *in l. 1. n. 7. ff. de priuat. delic.* Cur. *in tract. de iureiur. §. fi. n. 11 l. 2. C. de bonis eorum, qui sibi mort. cons.* cum aliis per Seb. Medic. *d. par. 2. conclus. 25. n. 70.* vbi multa ad declarationem huius rationis, & paria sunt, sententiam esse latam, vel reum esse confessum, vel conuictum, *l. qui sententiam, C. de pœn.* [Mart. Ant. Eug. *d. cons. 21. n. 8.* vbi de reo mortuo, cuius crimen probatum est ipso viuente, Pereg. *de iure fisci lib. quarto, tit. quinto, n. 36.*]

¶ Et cùm pariter notoriũ æquiparetur sententiæ, iuxta gl. *in l. ictus fustiũ, ff. de his, qui notan. inf. ca. 5. de cler. l. emptorẽ, in prin. ff. de action. emp.* † ideò pariter quoq; pœna transit ad hæredes, quãdo delinquens moriatur in crimine notorio; sicuti 57 quando post sententiã, Bos. *d. tit. quomodo procedatur in crimi. notorio, n. 20.* Alba. *d. cons. 94. n. 5.* Pract. Conrad. *ti. de accusatio. n. 13. pag. mihi 229. col. secunda,* [Eugen. *dicto cons. 21. n. 24.*]

¶ Contrarium in hac sexta limitatione, quòd imò etiam reo mortuo cõfesso, vel conuicto, pœna non transeat ad hæredes, præterquã in famoso latrone: videntur sensisse Bursat. *in d. cons. 77. sub n. 24.* ad id allegans apostill. ad Bar. *in l. 1. C. de confess. in fi. n. 19. ver. vtrùm confessio,* Spec. *in tit. de accusa. 3. par. §. 1. ver. quòd si latro.* Et dato quòd sola confessio sufficiat, debet secundùm eum intelligi de confessione solemni, & facta in forma iudicij, videlicet hora iuris, coram testibus, Notario præsente & fisco acceptante: secus in confessione emanata simpliciter coram Notario, & Iudice, & expressè contra communem ante Bursat. pariter sensit Anto. Gomez. *d. tit. de delict. cap. 1. n. 82.* motus ratione: quia licèt verùm sit, quòd paria sint, sententiam latam, vel reum esse confessum, vel conuictum: verũ tamen non est, quòd isti duo casus æquiparentur sententiæ iam in iudicatum transactæ. At vbi sententia non transit in iudicatum, reo post illam mortuo, pœna non transit ad hæredes, vt suprà dixi, *in n. 46.* ergo nec transire potest reo simpliciter confesso, aut conuicto. [Et propterea primam opinionem Bal. *in d. l. vnica, C. ex delict. defunct.* non satis bene tutam sibi videri dixit Pereg. *de priuileg. fisci, l. 4. tit. 5. n. 39. in fi. ver. Redeundo modò*].

¶ Ad tollendam autem hanc difficultatem, quæ iudicio meo spernenda non est, distinguo in hunc modum. Aut agitur de pœna pecuniaria, & confiscatione bonorum principaliter imponenda, quæ, vt suprà vidimus, *in n. 47.* transit ad hæredes, reo mortuo post sententiam, etiam quòd ab ea appellatum fuerit; & tunc dicas, quòd talis pœna reo mortuo confesso, vel conuicto transit ad hæredes: sufficit enim isto casu, quòd confessio habeat vires sententiæ, licèt non habeat vires rei iudicatæ.

¶ Aut verò agitur de pœna pecuniaria & bonorum confiscatione in consequentiam delicti, & pœnæ corporalis, iuxta ea quæ tradidi *suprà, d. n. 47.* vbi posui exẽpla: & tunc dicas, quòd ex quo talis pœna non transit ad hæredes, quando reus est mortuus post sententiam, à qua fuerit appellatum, vt dixi *suprà, num. 46.* ideo nec etiam transibit reo mortuo confesso, vel conuicto: quia, vt dicit Ant. Gomez *in loco citato*, licèt confessio æquiparetur sententiæ; non tamen rei iudicatæ. Et

hoc modo cessant contraria; quia, vt dixi, prædicta limitatio est intelligenda de pœna bonorum principaliter imponenda, & non in consequentia, & in his terminis loquitur Ossasc. *d. decis. Pedem.* 149. *n.* 8. *vers.* 8. *nec repugnant, & in fin. decis. n.* 9. vbi expresse loquitur in confiscatione bonorum, vel partis eorum principaliter facta.

¶ Et in proposito aduertas, quòd si reus morereturnon solùm cõfessus, sed etiam conuictus, quo casu non posset appellare, vt suo loco dicetur; res omni prorsus difficultate caret, & tantò minùs obstaret consideratio Ant. Gomez.

58 AMPLIA Hanc sextam limitationem dictæ secundæ regulæ, vt procedat etiam in ficta confessione: si enim reus moriatur postquam vigore statutorum volentium cõtumacem haberi pro confesso, fuit diffinitiuè bannitus & condẽnatus in pœnã, putà mortis & confiscationis bonorũ, iuxta ea quæ dicemus *sequent. quæstion.* tunc enim cùm non solũ adsit ficta confessio, quæ vigore statutorum verè æquiparatur, sed etiã adsit diffinitiua sententia vigore præcedẽtis cõfessionis; dubium non est, quòd talis confiscatio bonorum etiã hæredes afficit; & ab eis isto casu pœna pecuniaria exigi potest: licèt enim fictam confessionẽ morte confitentis solui, nec ad hæ-
* redes transire dixerint Bar. per illũ textũ, & ibi cõmuniter* Doctor. *in l. eius, qui delatorem. ff. de iure fisci*, idẽ Bart. *in l.* 2. §. *quod si actor. C. de iuram. calũ.* Bal. *in l. vnica, col.* 3. *C. ex delic. defun. & in l. generaliter*, §. 1. *C. de reb. cred.* Abb. *in c. pen. n.* 26. *de iuram. cal.* Cast. *in l. transigere, col.* 3. *C. de trasacti.* cum aliis per Ant. Gom. *alle. delictorũ, tit. de homicidio, sub n.* 13. & ob id reo mortuo post fictam confessionem, nec pœnam ad hæredes transire, dixerint Cur. *cons.* 60. *inci. Dux Philippus*, quẽ refert Boss. *d. tit. de pœn. n.* 34. & Dyn. & Imo. relati per Ang. *de malef. d. verb. qui D. Iudex, & c. n.* 45. Marsi. *in pract.* § *postquam, n.* 46. *& in tract. de bannit. in verbo, contumaciã, n.* 52. Foll. *in pra. crim. vers. etsi confitebuntur, in* 4. *par.* 3. *principalis, n.* 13. Ferran. Vasq. *controu. illust. ca.* 96 *n.* 25. *vers. extendam prædictam limitationem, lib.* 3. per tex. *in l. eius, qui delatorem, in pri. ff. de iure fisci.* Card. Alb. *in lucubr. ad Bart. in l. manifestè, n.* 2. *ff. de iureiu. & in d. l. eius, qui delatorem, n.* 2. *ff. de iure fisci.* Pancirol. *cõs.* 68. *n.* 17. Villalob. *in suis comm. opin. verbo, absens, n.* 10. *vers. no. quòd licèt*, cum aliis relatis per D. Flam. Cartar. post hæc scripta visum *in tract. de exequut. senten. capto bannito, ca. primo, n.* 35. *& seqq.* vbi tamen vigore dictæ confessionis fuit processũ; & ad sententiam, & ad õdemnationem res caret omni difficultate; quia tunc nõ sumus in puris terminis huius sextæ limitationis, videlicet quando reus moritur confessus & cõuictus, sed in terminis præcedentis quartæ limitationis, quãdo s. reus moritur post sententiam. Et ita concordando opiniones distinguit Ang. *de malef. d. ver. qui D. Iudex, n.* 45. vbi etiam respondet ad contraria, quem & alios reprobatis contrariis adducit Ossasc. *decis. Pede.* 126. *per totam*, vbi quòd ita per illum Senatum fuit iudicatum, & idem tradit Cyril. *in sum. cri. rub.* 28. §. 2. *in fi.* & est de mente Mars. *in d. n.* 46. & Foller. *d. n.* 13. qui præcipuè loquũtur ante sententiã, & vbi nõ est pronunciatum super ficta confessione. Francis. Turzan. *quæst.* 12. vbi quòd ficta confessio ex contumacia resultans non nocet hæredi, quando stat in puris terminis confessionis: secus si trãsit in condẽnationem Iudicis, vel legis, irrogantis putà pœnam ipso iure: tunc enim ad hæredem transit, & ei nocet, vt ibi per eum D. Ioseph. Ludou. *in cam. opi. cõc.* 3. *ver. infertur quintò, & ver. quibus cõiecturis, & ver. ampliatur nonò*, vbi quòd ita cõ-
* muniter* in palatiis seruatur, Bertaz. *cons.* 82. *n.* 20. *lib.* 1. quos & alios pariter refert & sequitur Flam. Cartar. *d. c.* 1. *n.* 339. *& seqq.* vbi respondet contrariis, & præsertim *n.* 340. ampliat hanc conclusionem procedere non solùm quando post bannum contumaci datum, est sequuta diffinitiua condemnatio & sententia: sed etiam quando sequuta est solum Iudicis declaratoria, quòd contumax sit habitus pro confesso: nam & tunc hæc ficta confessio sic per Iudicem declarata transit ad hæredes, vt per Crot. *consil.* 300. *post numer.* 7. *versicul. non obst. n.*; *libr.* 3. Card. Alb. *in lucubra. ad Bartol. in dict. leg. eius, qui delatorem, n.* 2. *ff. de iure fisci*, facit Clar. *in prac.* §. *hæresis, versicul. item de crimine, in fine*, vbi loquendo in crimine hæresis dicit, quòd in eo memoria defuncti potest condemnari, non solùm in hæretico vero, sed etiam in præsumpto, illo scilicet qui citatus in causam fidei, fuit contumax per annum, & deinde mortuus est, vt per Bellam. *decis.* 677. *in tali processu.* Nec dissentit à proposita ampliatione Vasq. *controuer. illustr. li. tertio, cap.* 96. *n.* 2. *ver. tertio extendo prædictam limitationem*, vbi illam & iuribus & authoritatibus comprobat [& pro ea etiam addo Peregrin. *in tract. de iure fisci, lib.* 4. *tit. quinto, n.* 37. *iuncto n.* 43. *&* 44.]

LIMITA VII. Hanc secundã regulã non procedere, quando ex delicto defuncti ad hæredem aliquid peruenit. Sicuti enim pœna ex delicto defuncti hæres teneri nó debet; ita nec lucrũ facere, si quod ex ea re ad eum peruenisset, dicit tex. *in l. sicuti pœna*, vbi præsertim Dec & Gig. *ff. de reg. iur.* ad idẽ tex. *in l. in hæredẽ, ff. de dolo, in l. quod diximus*, §. *fi. & in l. quod autẽ, supra, ff. quod met. cau. d.* 1. §. *fi. ff. de vi, & vi armata, l. vi pulsos, c. vnde vi, l.* 3. §. *ex re furtiua. ff. de pecul. l. si cum exceptione*, §. *Pedius, ff. quod met. cau. l.* 1. §. *na. ff. vi bono. rapto.* vbi quòd in isto casu contra hæredẽ non datur actio, quæ sonat in delictum, sed actio in factum. Idem Dec. *in l. pupillũ qui.* §. *in hæredes, ff. de regu. iur. n.* 3. vbi etiam, quòd isto casu hæres hæredis tenetur, etiã quòd ad eum nihil peruenerit, Ferran. Vasq. *controuer. illust. li.* 3. *c.* 96. *n.* 26. *&* 27. vbi pariter hanc limitationem extendit, nedũ si ad omnes peruenit hæredes, sed etiam si ad primum tantùm; nam per hoc poterunt etiam alij hæredes conueniri, ad quos nihil peruenit, quia iam cœpit esse hæreditarium, ex quo ad primum peruenit. Et hoc sufficit per tex. *in l. videamus*, vbi Barto. *ff. quod metus caus.* & per alia ibi per eum allegata. Igne. *in l. Caius, n.* 13. *ff. ad Syllan.* Aret. *in* §. *interdum, n.* 2. *Inst. de hære. quæ ab intesta. defer.* Seba. Med. *dict. tract. Mors omnia soluit, par.* 2 *q.* 32. *n.* 87. Corn. *cõs.* 114. *lib.* 1. Aret. *in l.* 4. §. *Cato, in* 3. *oppo.* Bar. & ibi Hierman. Dec. *n.* 242. & Alciat. *n.* 92 *ff. de verb. oblig.* Couarr. *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 3 *n.* 7. *ver.* 3. *inquirendum est, & c.* Cyrill. *in Summa crimin. rub.* 28. §. Menoch. *in suo tract. de recuperan. poss. in primo remed. n.* 157. *& seqq.* vbi amplius, quòd quando sola infligitur pœna pecuniaria, delictum morte delinquentis non extinguitur; quod non credo regulariter verum per superiùs deducta, Capra *d. concl.* 67. *n.* 20. Duen. *reg.* 13. *in prima fallen.* De communi* testãtur* Boss. *in t. de pœnis, n.* 34. & Ossasc. *decis. Pedem.* 151. *n.* 3. Phanu. *in tract. de inuent. hæred. par.* 7. *n.* 70. *&* 79. vbi quòd isto casu hæres non tenetur in plus eo, quo ad ipsum peruenit, etiam quòd inuentariũ non confecerit. Burs. *consil.* 77. *n.* 2. *vol.* 1. [Pereg. *de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 33. *vers. decimus casus est.*]

59

¶ LIMITA VIII. Eandem † secundam regulam de iure canonico, secundùm quod hæres tenetur ex delicto defuncti, etiam quòd ex delicto nihil ad eum peruenerit, etiam lite non contestata, ac etiam quòd impœnitens & non confessus mortuus fuerit, tex. est *in ca. fin. in fi. de sepul. c. in literis, de rap. c. tua nos, de vsur. c.* 2. *de pig. c. si Epis.* 16. *q.* 5. Glo. *in c. Epis. qui filios, in ver. ab hæredib.* 52. *q.* 2. *& in ca. a nobis, il secondo, de sent. excom. & in c. Ecclesia, quæ*, §. *item peccato*, 2. *q.* 4. *in ver. cõquisita, & in c. in summa, ver. quod autem*, 24. *quæst.* 2. Per quæ iura hãc esse communem* opinionem, aliorum auctoritatibus omis-
* sis, dixerunt Alb. *in d. c. ex literis, n.* 3. & ibid. Ana. *similiter, n.* 3. *ver. in gl. hæredis*, idem Abb. *in c. si. post n.* 6. *de sepul.* Ant. Gomez. *d. tit. de delict. n.* 85. *in fi.* Aret. *in rub. ff. de acquir. hær. col.* 2. Rui. *cons.* 20. *n.* 1. *l.* 4. Couarr. *varia. resol. li.* 3. *c.* 5. *n.* 7. Duen. *reg.* 13. *n.* 12. *in fi.* Cyrill. *in summa cri. rub.* 38. §. 1. *ver. imò pro canonica æquitate.* Vasq. *controu. illust. l.* 3. *ca.* 96. *n.* 27. *ver. sexta limitatio, & seqq.* quos & alios ita testantes de cõmuni refert & sequitur Clar. *in prac.* §. *fin. q.* 51. *ver. vlteriùs quæro*, addo Ossas. *decis. Pedem.* 152. *n.* 5. Villalob. *in com. opi. ver. hæres, n.* 2 Sebast. Med. *in d. trac. Mors omnia soluit, par.* 2. *concl.* 32. *n.* 93. Dec. *in d. l. pupillum, qui*, §. *in hæredes, n.* 7. *ff. de reg. iur.* pulchre Capra *d. cõcl.* 67. *n.* 1. *& seq. vsque ad n.* 16. Phanuc. *in tract. de inuent. par.* 7. *n.* 69. *& seq.* Et licèt hanc differentiam iuris ciuilis & canonici reprobare videantur, idem Abb. *in d. c. fin. & in d. c. literis*, Asin. *in l.* 1. *n.* 15. *ff. de relig. & sumpt. fun.* Bertha. *in tract. de gabel.* 4. *par. principali, q.* 20. *ver. circa prædicta, n.* 31. & alij nonnulli ab Asinio allegati: non tamen est ab ea recedendum vllo pacto; quia contra Abb. & sequaces non solùm sentit omnis schola Canonistarum & Legistarum, sed etiam opinio communis,* est magis pia, & magis tutior, & ab obiection
* Abbatis pulchre post Capram, Duen. Couarr. Ossasc. & alios prælegatos, defenditur per Phanu. *vbi suprà, d. n.* 78. sub quo *n.* 78. amplius dicit, quòd isto casu de iure canon. si sunt plures hæredes, quisque tenetur insolidum, & idem tradit Clar.
* *d. q.* 51. *vers. sed pone*, vbi testatur de communi.*

60

¶ SVBLI

61 ¶ Svblimita I. Hanc octauam limitationem procedere, quando actiones licèt sint pœnales ex parte hæredum, sunt tamen ex parte actoris rei persecutoriæ, putà quando agitur ad rei restitutionem, vel ad dãna & interesse passa ob delictum defuncti, isto enim casu hæres de iure canonico ex delicto defuncti tenetur: secus si actiones etiã ex parte sint pœnales, quia illæ nec etiã de iure canonico, contra hæredes dãtur. §. *his autem verbis, in fine, Instit. de l. Aquil.* Bar. *in l. prima, ff. de priua. delic.* Abb. *in d. c. finali, col. penul. de sepul.* Bero. *cõs. 99. n. 3. & 33. vol. 1.* Mayner. *in l. secuti, n. 6. & 7. de reg. iu.* Flo. *in l. inde Nerat. §. hanc actionem, ff. ad l. Aquil.* Osas. *decis. Pedemõ. 152. n. 8.* Capr. *d. cõcl. 67. n. 12.* Duẽ. *d. reg. 13. prope fi.*

62 † ¶ Et si in proposito scire volueris, quæ dicatur actio pœnalis ad vindictam, & quæ rei persecutoria ad rem familiarem, videas gl. singularẽ & vnicam *in l. secunda, §. emancipatus filius,* & ibi Doct. *ff. de colla. bonorum.* Ant. Gomez. *variar. resolut. tomo 3. dicto cap. 1. sub num. 85.* vbi adducit concordantes, & ante eum Bar. *in l. prima, ff. de priu. delict.*

63 ¶ Svblimita II. † Eandem octauã limitationem, quòd ex quo quando ius canonicum est contrariũ iuri ciuili, tunc in terris subiectis in temporalibus Ecclesiæ illud seruatur: secus in subiectis alteri Principi seculari secundũ communẽ * opinionem, de qua per Bar. *in l. priuilegia, n. 2. C. de sacrosan. Eccles.* cum aliis, de quibus per Neuiza. *in Sylua, l. 5. ver. iudicandũ in dubio pro cõmuni, fol. 214. & seq. in parua impressione,* & nouissimè per Ant. Mar. Cora. *in trac. de cõ. op. pag. mihi 154. & seqq. pariter in parua impressione.* Ideo quando ad dicta dãna & interesse agitur in terris Ecclesiæ, dictũ ius canonicũ seruandũ erit: secus si agatur in terris Imperij, in quibus seruandũ erit ius ciuile, secund. Osascum, qui ita in terminis prædictã limitationẽ declarat *in d. decis. Pede. 152. n. 6. & seq.*

64 & licèt Cou. *var. resol. l. 3. d. c. 3. sub n. 7.* dixerit verius esse, † quòd nedum de iure canonico, sed etiã de iure ciuili hæres tenetur ex delicto defuncti ad satisfactionẽ damnorũ & interesse, actione rei persecutoria; idque per nõnulla iura probare nitatur; & sic ex eius opinione, si vera esset, inferatur, quòd etiam in terris nõ subiectis Ecclesiæ, vbi ius ciuile seruatur, hæres teneatur actione rei persequutoria ad dicta dã- * na & interesse: quia tamen cõmunis * opinio est in cõtrariũ, prout ipsemet Couarr. ibid. fatetur, & vltra superiùs per nos tradita, videre poteris Ant. Gom. *d. c. 1. n. 85. ver. ex quib. infertur,* vbi plura adducit iura, quib. iure ciuili sancitũ est, hæredem ex delicto defũcti non teneri etiã ad dãna & interesse, nisi quatenus sit lis contestata, vel ex eo delicto aliquid ad ipsũ peruenerit, & Cou. expressè reprobat Phanu. *dicto tract. de inuentario, parte 7. d. n. 70.* vbi in terminis contra ipsum allegat Rui. *in cons. 20. col. 1. l. 4.* & põderat tex. *in l. inde Neratius, §. hanc. ff. ad l. Aquil.* ideo firma remanente declaratione Osaschi, concludas, quòd ad refectionem damnorũ & interesse per actionem rei persequutoriam hæres ex delicto defuncti compelli poterit in terris Ecclesiæ, non autem in terris Imperij, in quibus ius ciuile seruandũ est per præallegata.

¶ Limitando Rursus præcedentem secundã sublimitationem aduerte, quòd illi multùm obstat altera iuris conclusio, quæ habet, quòd in materia peccati, prout in casu nostro, vbi agitur de exonerando conscientiam defuncti, prout omnes fatentur, seruãdum est ius canonicum, & non ciuile, * etiam quòd simus in terris imperij, secundùm cõmunem, * de qua per Rolãd. *cons. 99. n. 23. vol. 3.* Villalob. *in sua collecta commu. opin. litera C, vers. contrarietas, n. 195.* & per eund. Ant. Mar. Corat. *vbi sup. n. 151. & seq.* ideo pro vlteriori declaratione dicas, quòd quãdo sumus in terris nõ subiectis Ecclesiæ, licèt hæres nõ possit cõpelli ad dãna & interesse passa ex delicto defuncti, quando agitur corã Iudice seculari, coram quo seruandum est ius ciuile, & nõ canonicum: tamen bene poterit cõpelli coram Iudice ecclesiastico per denunciationem Euangelicã; quia vbicunque ratione peccati in iudicio seculari quis nõ auditur, audiẽdus tamẽ est in foro Ecclesiæ, si in eadem specie peccati ius canonicũ cõtradicat ciuili, secund. Ang. Aret. Rui. & alios, quos ita hanc materiã declarãdo allegat Osasc. *d. decis. 152. n. 7.* Addo Ant. Gõ. *d. c. 1. n. 85. in fi.* vbi expressè dicit, quòd isto casu hæredes possunt cõpelli ad dãna, &c. per Iudicem ecclesiasticum, etiã quòd agatur inter laicos, & in terris Imperij pro exoneranda conscientia * defuncti; & ibi testatur de cõmuni * opinione. ¶ Et dũ dixi, quòd in terris Imperij & non subiectis Ecclesiæ, hæres non tenetur rei persequutoria, intelligas procedere, si agatur coram Iudice seculari; secus si coram ecclesiastico, & idem expressè tradit Phanu. *de inuentar. d. par. 7. sub num. 78.* vbi etiã pulchrè concludit, quòd hoc remedium iuris canonici, compellendi scilicet hæredem defuncti non potest intentari, nisi coram Iudice ecclesiastico, & id per plura iura & Doctorum authoritates bellissimè probat.

¶ Svblimita III. Hanc limitationem nouam eiusdem 65
secundæ regulæ, vt in casu, in quo secundùm ius canonicum compellitur hæres pro delicto defuncti; id non intelligatur, nisi quatenus hæreditariæ vires sufficiant, & non vltra, etiã quòd inuentarium non confecerit, Anchar. *consil. 412. prima facie.* Aret. *cons. 148. in fi.* Domin. de San. Gemi. *in c. quaquam, n. 13. vers. sed dubium non est,* vbi etiam Io. And. & Fran. *super gl. in verbo, mãdauerit, de vsur. in 6.* Bal. *in l. 2. C. ad l. Iul. repetun. & in l. fi. in prin. ver. sextò quæro, in fi. C. de iure deli. & in l. furti, C. de furt.* Fed. de Sen. *cons. 21. Nunquid hæres, ad fi.* Abb. *in d. c. tua nos, num. 11. de vsur.* quos & alios refert & sequitur Phan. *de inuentar. hæredis, d. 7. par. n. 71. prope fi. & seq.* vbi reddit rationem huius sublimitationis. Anch. *in c. in literis, n. 7.* & ibi Abb. *n. 3. de raptor. & in d. c. tua nos,* Rol. *in tract. de inuentario hæredis, pag. mihi 211. per totam illã quæst.* an hæres, qui inuentarium non confecit, ex delicto defuncti teneatur vltra vires hæreditarias, &c. vbi aliam reddit rationẽ Henr. *in c. fi. de sepul.* Duen. *reg. 13. in fi.* De communi * testantur * Negusan. *de pignor. & hypoth. 2. par. 4. mẽbro, n. 124. prope fin.* Boss. *in tit. de pœnis, n. 34.* Rui. *consil. 20. col. fi. l. 4.* Anan. *in d. c. in literis, d. n. 7.* Cou. *var. resol. l. 3. c. 3. n. 8.* Clar. *in pract. d. q. 51. vers. scias tamen,* Capra *d. concl. 67. n. 10. & seqq.* Osasc. *d. decis. Ped. 152. n. 9.* vbi de magis communi, * Ant. Gomez. *d. ti. de * delict. c. 1. n. 85. in fi. var. resol. tomo 3.*

¶ Amplia Hanc tertiam sublimitationem, etiam in cri- 66
mine vsurarum. Tu scis, quòd quoad restitutionem vsurarũ nedum de iure Canonico, sed etiã de iure ciuili, & insolidũ, licèt lis non fuerit contestata, nec aliquid ad hæredes peruenerit, tenentur ipsi hæredes ad restitutionem vsurarum, secundùm Bar. *in l. 1. circa fi. ff. de priuat. delict.* glo. *in c. tua nos, ext. de vsur.* cum aliis allegatis per Ferr. Vasq. *controu. illustr. c. 96. n. 27. ver. septima limitatio, l. 3.* ¶ Modò in materia præsentis sublimitationis scias, quòd fœneratoris hæres, etiam quòd inuentarium non confecerit, nõ tenetur ad restitutionem vsurarum indebitè per defunctum perceptarum; nisi quatenus hæreditariæ vires sufficiant, & non vltra, secund. Fed. de Sen. *d. cons. 21. col. fi.* cuius opinionem vti communem * testatur & defendit Cou. *d. c. 3. n. 8.* & post eum Rolan. *in * d. tract. de inuentar. pag. mihi 211. & seqq. prope fi. tractatus,* vbi desuper formata particulari quæstione, eáque ad partes disputata, concludit cum opinione Fed. concurrere communem Doctorum scholam, à qua nec in consulendo, nec in iudicando vllatenus recedendum esse concludit Monticel. *de inuentar. §. quinto principaliter, n. 29. pag. mihi 29.*

¶ Contrarium de directo in hoc speciali vsurarũ crimine tenuerunt Aret. *in rubr. ff. de acq. hæred.* Asin. *in l. 1. n. 46. vers. ne & si inuicẽ, ff. de relig. & sump. fun.* & post nõnullos alios, quos in proposito citat Phan. *de inuentario, d. 7. par. n. 78. in prin.* & magna est authoritas Alex. de Neu. *in cõs. 96. in 2. dubio,* vbi constãter asseuerat, quòd isto casu hæres nõ cõficiẽs inuentariũ licèt non teneatur vltra vires hæreditarias in foro conscientiæ; bene tamen tenebitur in foro iudiciali, & quòd ita se habet cõmunis * opinio tam Legistarũ, quàm Canonistarũ. Et pro horũ opinione cõtraria nõ leuiter stringit, quòd in aliis criminibus hæres ex delicto defuncti, etiã quòd non faciat inuentariũ, non tenetur vltra vires hæreditarias; non alia ratione, nisi quia dicto defuncti delicto potiùs, quàm ex illius contractu conueniuntur, & omissio inuentarij nõ operatur, vt vbi nõ est alicuius rei obligatio, ex ea iudicetur; vel si qua adest, illa amplietur, & extendatur, secundũ Phan. *vbi sup. n. 72.* Cou. *sub eo. n. 8.* & Rol. *n. 4.* vbi post Fed. de Sen. *d. cons. 21.* dicit, quòd regulariter obligatio, quæ descẽdit ex delicto, non afficit hæredem vltra id, quod ex delicto prouenit; quia facere vel non facere inuentariũ, nihil facit ad illa credita, quæ aliàs non obligãt hæredẽ. Et omissio inuentarij nõ proderit creditoribus, qui ex obligatione actionem non habẽt. Quæ ratio prorsus cessat in crimine vsurarum, quia pro illis

illis hæres non cõuenitur tamquam ex delicto defuncti: nec contra eum datur actio descẽdens ex delicto, prout datur in aliis criminib. sed repetũtur per condictionẽ indebiti, *l. si non sortẽ, ff. de condict. indebiti*, Glo. *in c. Michael. de vsur.* Ab. *in d. c. tua nos, eod. ti.* Ang. *cõs.* 207. *in fine*, vbi quòd vsuræ possunt repeti per soluentes, per condictionẽ indebiti, & etiã actione ex testamento directa, si fuerit factũ testamẽtũ; vel actione vtili, si fuerit volũtas codicillaris. Ideóque hæres isto casu debet teneri insolidum, si non fecit inuentarium, quia hæres etiam de iure canonico non conficiendo inuentariũ punitur in foro iudiciali: licèt forsan cõtrarium in foro conscientiæ, * secundùm receptissimam * opinionem, de qua post alios per Mõtic. *de inuẽtar. hæred. §. 3. videamus, n. 7. & seqq.* & ita per hanc rationẽ, vt sup. cõcludit Ale. de Neu. *d. cõs. 98. in 2. dub.*

¶ Couarruuias autem in loco supracitato hanc difficultatem sentiens, ad illam tollendam probare conatur, verum non esse, quòd vsurarum restitutio descendat ex contractu, petíque possit per condictionem indebiti, & dato quòd dicta condictio competat, illa erit irregularis & extraordinaria, potiùs ex delicto quàm ex contractu descendens.

¶ Sed hæc respõsio Didaci mihi nullo pacto satisfacit, quia quòd pro repetitione vsurarũ detur cõdictio indebiti, communiter * tenẽt Doctores, & illud modò refricare in dubiũ, * prout ipse facit, nihil aliud est, quàm transcẽdere de genere in genus disputationis, quod fieri non debet: quia quando de vno disputatur, in cæteris admittendæ sunt semper communes propositiones. ¶ Ideo pro resolutione huius dubitationis, dicas, prout dixit Phan. *in loco præcit. videlicet n. 78.* quòd ad repetitionem vsurarũ duo competunt remedia: vnũ de iure ciuili, quod est condictio indebiti: alterum de iure Canonico, quòd est Iudicis officiũ, iux. tex. *in c. cùm tu, & in d. c. tua nos, ext. de vsur.* Quãdo igitur coram Iudice Ecclesiast. officium Iudicis, & iuris Canonici remediũ intẽtabitur contra hæredem ad restitutionem vsurarum pro exoneratione animæ defuncti, tũc hæres nõ tenebitur, nisi pro viribus hæreditariis, etiam quòd inuentariũ non confecerit, & ita procedet prima opinio. Si verò coram laico intentetur cõdictio indebiti, & tũc cõmissio inuentarij nocebit hæredi, vt etiam vltra vires teneatur, & procedat secunda opinio, & hoc modo cessant omnes difficultates, vt per Phanuciũ, *vbi sup.* qui distinctionem hanc apertissimè exornat, & cum ea residet.

67 ¶¶ Sed quid si simus in alio casu, in quo hæres tenetur ex delicto defũcti, nõ de iure Canonico, sed de iure Ciuili, putà in casu litis contestatæ, confessionis emanatæ, sentẽtiæ latæ, & aliis de quib. suprà in præcedentibus limitationibus: Nũ hæres, qui inuentariũ non confecit, possit ad pœnã conueniri vltra vires hæreditarias? Ex præcedenti distinctione Phanucij videtur dicendũ, quòd sic, quia ex ea resultare videtur pariter tacita conclusio, quòd omissio inuentarij noceat, quando hæres potest de iure ciuili cõueniri, per id quod dictũ est de cõdictione indebiti, & ita in specie video sentire Seb. Med. *d. cõcl. 32. n. 93. in fi.* vbi expressè dixit, quod in casu litis cõtestatæ sententiæ, & exequutionis faciendæ de iure Ciuili, hæres, nisi cõfecerit inuentariũ, tenetur vltra vires hereditarias. ¶ Sed cõtrariũ credo verius per rationẽ positã in præcedẽti, *n. 66.* ea sc. quòd inuẽtarij omissio non nocet hæredi, nisi vbi defũctus poterat ex sua obligatione & cõtractu, ciuili actione cõueniri, aliàs secus. Quæ ratio generalis est tã de iure ciuili, quã canonico; quia quando de iure ciuili hæres in prænarratis casib. cõuenitur ad pœnã, nõ cõuenitur obligatione defuncti, seu ex actione ciuili, prout suprà diximus de condictione indebiti in crimine vsurarũ: sed actione pœnali ex delicto defuncti nulla præcedenti obligatione. Et vbi nõ est alicuius rei obligatio, ibi omissio inuentarij nihil operatur, vt sup. dixi. Omissio ergo inuẽtarij nunquã operabitur, vt hæres cõuẽtus ex delicto defũcti teneatur vltra vires hæreditarias.

68 ¶ Limita IX. † Secundam regulam prædictam nõ procedere, quãdo ex delicto imponitur pœna amissionis bonorum, vel pecuniaria ipso facto vel iure incurrenda: tali enim casu durat quoad dictã pœnã, etiã post mortẽ delinquentis, delictũ: potestque eadẽ pœna ab hæredibus exigi. Ita probat tex. *in l. Cum ff. ad Syll.* tex. *in l. ex iudicior. ver. adeò, ff. de accu.* tex. *in Auth. de incest. nupt.* tex. *in c. 1. de homic. in 6.* tex. *in l. cõmissa, ff. de pub. & vect. & in l. 3. §. quod autẽ*, vbi Gl. *fi.* Bar. Bal. Ale. Ias. & alij, *quod quisq; iur.* idẽ Bald. *in l. quæ sub condit. §. fi. ff. de cõd. inst. & in rubr. C. de priuileg. defunct. n. 12. & in l. unica, col. 2. C. ne ex delic. defũct. & in rub. C. si pendẽ. appellat. mors interuen.* Ang. *in l. qui a latronib. §. si qui, ff. de testã. & l. 1. col. 1. ver. addo tibi aliũ casũ, C. ne ex delic. defũct.* Sali. *in l. 1. C. si reus vel accus. mor. fuer. col. 1.* Io. de Plat. *in l. fi. col. 2. C. de iure fisci. l. 10.* Abb. *in c. dilecti, col. 3. de arb. & in c. fi. col. 3. ver. itẽ si donatio, & col. 4. vers. quo ad argumentum, extr. de donat. & consil. 3.* Nitar. *in præsenti causa, in 9. dubio, l. 2. & in c. fin. n. 5. de sepult.* Ioan. de Anania *in c. vergentis, col. 2. de hær. & in cap. in literis, col. 1. in fi. de raptor.* Aret. *in §. nõ omnes, col. 3. vers. 3. oppono, & ver. 2. casu, Insti. de perpet. & tempor. actio. & in §. interdũ, col. prima, ad fin. Inst. de hær. quæ ab iniest. defer.* Bar. *in l. prima, col. 1. ff. de priuat. delict. & in d. l. ex iudiciorũ, circa med ff. de accus. & in l. 1. §. sed hæc cõstitutio, ff. de calũniator.* Anch. *in c. 1. in 1. notab. de rescript. in 6. & in c. cùm secundũ, post princip. de hær. eodẽ l. 6. consil. 256. incip. pro clariori*, Paul. de Cast. *in auth. hoc amplius, col. secunda, ver. in textu*, ibi, *excluditur, & c. Cod. de fideicõmiss.* Fulgos. *consil. 24. Humanissimè, in fine*, Franc. *in c. fœlicis, de pœn. l. 6.* Cæpol. *cõsil. cri. 23. n. 8. & 9. ver. nec prædictis obstat, & consil. ciuili 59. col. 3.* Alex. *in l. quia tale, col. 2. ff. solut. matrim.* Frã. Aret. *consil. 14. incip. viso & diligenter cõsiderato, ad fin.* Soc. *cons. 66. visa donatione, col. pen. vers. quintò confirmatur, l. 3.* Afflict. *decisione 255. Habens feudum, ad finẽ*, Cyn. post Iacob. de Rau & Petr. *in l. 2. col. 2. C. qui testamen. fac. poss.* Dec. *in l. pupillum, qui. §. in hæredes, in secunda fallen. ff. de reg. iur.* Sebast. Med. *in dicta cõcl. 32. n. 88.* Marsil. *in l. 1. n. 65. C. de rap. virg.* Bal. Nouel. *in tract. de dote, par. 12. n. 25.* Bero. *in c. at si clerici, n. 119. extr. de iud.* Capra *d. consi. 67. n. 16.* Duẽ. *de reg. 13. in 2. & in 10. fallen.* Boss. *in ti. de pœn. n. 34. ver. & inter cæteros casus, & versi. Extra decreta*, Cyril. *in Suma cri. rub. 28. §. 2. in fi.* de cõmuni * testantur Ant. Gõ. *d. c. 1. delictorum, tit. de delict. n. 80. vers. sextus c. suo, pag. 59. à tergo, col. 3.* Suarez *in comm. opi. vers. mors, n. 228. & vers. pœna, n. 129.* Tiraq. *in l. si unquã, in ver. reuertatur, n. 196. & seq. de reuo. donat.* vbi etiã refert contrarium tenentes, Villalob. *in comm. opi. ver. Pœna, n. 63. & seqq.* vbi etiam quid in foro conscietiæ, Cou. *in tract. de spons. c. 6. §. 7. n. 6. & n. seq.* vbi etiã, quòd isto casu per hæredem sunt restituendi omnes fructus per delinquentẽ percepti à die commissi delicti, Ias. *in d. l. 3. §. quod autẽ.* Clar. *in pra. d. q. 51. ver. scias etiã*, Osasc. *d. decis. Pedẽ. 149. n. 2. in fi.* Bonacos. *in cõm. opi. l. 2. ver. pœna nunquã intelligitur imposita, p. 59. à tergo, col. 3. par....* vbi ex Iaffr. *in decis. 391.* vbi hoc ampliat etiã lite non cõtestata, D. Ioseph. Lud. *in suis cõ. opi. conclus. 3. vers. ampliatur hoc maximè, &c.* vbi dicit quòd est cõmunis * pract. totius Italiæ. Meno. *in tract. de recuper. poss. remed. 1. n. 159. & cõs. 99. n. 158. seq. l. 1.* Frã. Veg. *cõs. 68. n. 311. & seqq.* & nouissimè Flã. Cart. post hęc scripta visus, *in suo trac. de exequ. sentẽ. capto ban. c. 1. n. 353. & seq.* [ex Peregr. *in tract. de iure fisci, l. 4. ti. 5. n. 7. & n. 16.* vbi in specie infert ad pœnã cõtrahentis incestas nuptias, Marc. Ant. Eug. *d. cons. 21. n. 9.*]

¶ Svblimita Hanc nonam limitationẽ, † vt licèt verũ 69
sit, quòd pœna, quę à lege ipso iure vel facto incurrenda imponitur, trãseat quoque ad hæredes, ab eisque mortuo delinquente exigi possit: id tamen intelligendum est, vt procedat, dũmodo viuente ipso delinquente præcesserit saltem declaratoria super ipso delicto; aliàs secus. Ias. & Dec. *in dicta l. 1. §. quod quisq; iuris*, Boss. *in ti. de accus. n. 34.* vbi ita dicit quòd seruatur in Ducatu Mediolani, *& in ti. de stup. detest. ab. in masculo, n. 2. & 3. & in ti. de crim. læsæ maiest. n. 76.* Cur. senior, *cõsil. 60. incipien. Dux Philippus*, Ioan. Bapt. de Plot. *consil. crim. diuersor. 132. sub n. 7. vol. 1.* D. Bursat. *cons. 77. n. 22.* D. Ioseph. Ludou. *d. concl. 3. eodem vers. ampliatur hoc maximè, &c.* † Ge- 70
nerale enim est, semper Iudicis declaratoriam requiri etiã in casibus in quib. lex imponit pœnã ipso iure. Ias. *in l. si quis maior, n. 25. C. de trãsact.* Dec. *in authẽ. cassa, n. 14. C. de sacrosanct. Eccles.* Dyn. *consil. 50. n. 10. l. 1.* Curt. iun. *cons. 149. n. 2.* Soc. iũ. *consil. 68. n. 59.* cum aliis accuratè cõgestis per Iac. Menoch. *in quinto de recup. possess. remed. n. 68. & seqq. & in tract. de arbitr. q. casu 220. n. 6. & seq.* vbi testatur de magis recepta * opi- *
nione, de qua etiã testãtur Iac. Philip. Port. præceptor meus, *in cons. 149. in princip.* Boninten. *decis. Bonon. 37. n. 4.* Bonacos. *in comm. opi. l. 2. ver. pœna ipso iure incursa non intelligitur, pag. mihi 60. col. 1. in prin.* idem Men. *cons. 99. n. 168. lib. 1.* Ioach. Minsinger. *sing. obser. cen. 1. obser. 43.* & est tex. *in c. cùm secundùm, de hær. in 6.* [cũ aliis relatis per Peregrin. *in trac. de*

iure

iure fisci,[cum aliis relatis per Peregrin. *in tract.de iure fisci, lib.4.tit.5.num.8.& seqq.*vbi alia ad comprobationem huius limitationis (licèt eam hon sequatur) adducit.]

¶ Et hanc declaratoriam sententiam non posse in pœnis impositis ipso iure contra hæredem proferri, tradiderũt Bal. Ias.Ripa.Barbat.& alij per Gabriel.relati *in cõcl.35.n.17.l.7.*

* ¶ Sed his non obstantibus in contrarium est communis * opinio, sicut testantur Boss. *in tit.de pœnis,n.34.in fine, & in tit.de sentent.n.46.& seq.* vbi respondet ad contraria. Clarus *pract.d.q.51.ver.scias etiam.* vbi quòd ipse in occurrẽti casu nunquam recederet à communi opinione, cum qua & ego quoque contra Ias.Dec.Plot.& alios suprà allegatos pro nũc sentio.Si enim,vt suprà vidimus in quarta limitatione huius regulæ, pœna transit ad hæredes, quando reus moritur post sententiam; pari quoque modo transire debet, quando imponitur à lege ipso iure,vel facto,quia tunc sententia dicitur lata non ab homine,sed à lege,quod est plus,vt pulchrè considerat idem Boss. *in d.tit.de sentent.num.47.*

¶ Et licèt contrarium seruetur in Ducatu Mediolani, vt tradit idem Boss.*in locis suprà in contrarium citatis,*id non est de iure,sed vigore decretorum illius loci, vt adnotauit idem Boss.*in eod.tit.de sentent.num.49.*

¶ Item licèt etiam vera sit illa recepta opinio,quòd videlicet declaratoria Iudicis requiratur in casu,in quo lex imponit pœnam ipso iure:ea tamẽ intelligi debet, quoad exequutionem facti, & exactionẽ pœnæ;secus quoad illius incursũ. Pœna enim statim commisso delicto incursa est,etiã absque vlla declaratione,ita dictãte lege aut statuto:exigi tamẽ non potest,nisi præcedat Iudicis declaratio super delicto ipso.Ita declarat Boss.*d.tit.de sent.sub n.47.* Quæ quidem declaratio non solùm viuente, sed etiam mortuo delinquente contra

* hæredem fieri potest,secundùm crebriorem opinionem,* vt ex Doctorum dinumeratione apparet, de qua per Gabr. *d. concl.35.n.16.& seq.* Menoch. *d.cons.99 n.172.l.1.*cum aliis relatis per Dom.Flam.Cartar. post hæc scripta visum,*in suo tract.de exequ.sentẽt.capto bannito,d.c.1.n.356.& seq.* [& per Peregrin.*in tract.de iure fisci, tit.5.l.4.post n.12.& seqq.vsque ad num.16.* vbi hanc contrariam opinionem à contrariis defendit, & eum ea indifferenter pertransire antiquos,& modernos Doctores,ex allegatis per eum testatur.

¶ Sed quando pœna dicatur à lege, seu statuto imposita ipso iure, vide latissimè, præter alios,declarantem Tiraq. *de reuocan. dona. d.verf. reuertatur, n.26.& omnibus seqq.in discursu.*[& Peregr.*vbi sub.d.tit.5.n.7.* vbi ponit aliqua verba importantia pœnam impositam ipso iure.

72 ¶ Limita X.Dictam secundam regulam in crimine furti, in quo speciale est, propter illius delicti frequentiam, vt etiam aduersùs hæredẽ pro restitutione rei seruatæ, vel eius limitationis, si res non extet, datur conditio furtiua, etiam quòd de furto nihil ad hæredem peruenerit, ac etiã lite non contestata cum defuncto,*l.si pro fure,*§.1.*de cõdi furti,*§.*fina.* vbi Glos. Aret.& alij. *Instit.de oblig.quæ ex delict.nasc.l.in re furtiua,in prin.d.tit.ff.de cond.fur.* Negus. *de pignor.in quarto mẽbro 2.partis principalis,sub n.124.ver.quæ nota,*Capra *conclus.67.n.25.*Duen.*reg 13.in 9.fall.* Seb.Med.*d.trac.mors omnia soluit,parte 2.concl.32.n.91.*vbi alios adducit concordantes,& declarat hãc limitationẽ non procedere in actione re-

* rũ amotarũ.De cõmuni * testãtur Ant.Gõ.*c.1.delictor.tit. de delict. sub n.85.prope finẽ.* Sequitur Ferran.Vasq.*contr.Illust. l.3.c.96.n.24.* vbi huius limitationis duplicẽ reddit rationẽ.

73 ¶ Et in crimine peculatus,quando scilicet quis rem sacrã, vel publicam subtraxit, tale crimen quoad pœnã bonorum durare etiã post mortem delinquẽtis, ex tex.*in l.si.* & ibi cõ-

* muniter * Doctores,*ff ad legem Iul.peculat.*Ant.Go.*vbi sup. n.80.verf.Quartus casus,*Clar.*d.q.51.versic.sunt tamẽ,* Cyril. *in summa crim.d.rub.28.§.1.verf.quædã tamen ciuiles actiones,* [Pereg.*de iure fisci,l.4.tit.5.n.31.in fi.verf.textus est.*]

74 ¶ Limita XI. † Quia licèt post mortẽ delinquentis ante sententiã,& sic pẽdente iudicio,illud criminale finiatur,quia hominis memoria damnari nõ potest:potest tamen hæres,si vult pro purgãda innocẽtia defũcti, & ad euitãdã illius infamiã, instare vt cognoscatur de delicto, & sententia desuper absolutoria feratur,tex. est *in l.filio sentent.ff.de ædi.leg.*& ibi Alb. Bal.*in l.vnica,col.2. C.ne ex delict.defun.* Aug.ad An.*de malef.verbo,qui dictus Iudex, n.47.*& licèt contrariũ senserit Sali.*in l.1.C.si reus vel accus.mor.fuer. col.1.*ea ratione,ne iudicium claudicet:responderi tamen potest ex Gom.*vbi sup. n.83.*quòd fauor liberationis hoc operatur,sicut alios plures effectus,& specialitates operatur,aliq.tex.*in l.interpretatione,& in l.absentem,ff.de pœnis,cũ similib.* Addo Cyril.*in Summa crim.rubr.28.§.2.* vbi dicit amplius, quòd etiam extranei non hæredes admitti debent ad purgandam memoriam defuncti,*per cap pen.24.q.2.*Ferran.Vasq *controuer.Illustr.c.96. num.15.in fi.* [Peregr.*de iure fisci,lib.4.tit.5.num.35.*]

¶ Limita XII. † Propositam secundam regulam non 75
procedere in crimine repetundarum, quando scilicet Iudex durante officio iniustè receperit aliquas pecunias, vel res à subditis & litigantibus,*vt in l.1.& per totum,ff.ad leg. Iul.repetun.*quia tunc tale crimen durat etiam post mortẽ delinquentis, quoad pœnam bonorũ,*l.ex iudiciorum,* & ibi gl.ordinaria,& communiter * Doct. *ff.de accus.* Ant.Gom. *d.c.1.* *
delictorũ,n.80.ver.tertius casus, Clar. *d.q.51.ver.sunt tamen,* Cyril.*in Summa crim.d.rubr.28.§.1. ver. quada tamen ciuiles actiones,*[Pere. *de iure fisci,l.4.ti.5.n.31.ver.quintus casus est.*]

¶ Limita XIII † Eandem secundam regulam: nam licèt, vt suprà dixi, hæres ob delictum defuncti non teneatur, si quid ad manus defuncti peruenerit,lite non contestata cũ defuncto;hæres tamen assassini tenetur restituere hæredibus occisi,etiã lite non contestata cum mandante,pecuniam illam, quam ob assassinium recepit, & hoc propter criminis immanitatem,*l.1.§.si.* vbi gl.Ang.Bal.& Alex.*ff.de eo per quẽ factum fuer.* Aug. ad Ang.*de malefic.verbo,Sempronium Rodulphi,n.5.*Capi.*dec.153.col.fin.*Mars.*in l.is,qui eum telo.num. 75.C.de sicar.*Carrer.*in pract.in tract.de assassin.§.circa igitur tertium, de homicidio commisso verbo, & lingua, &c.num.40. pag.mihi 11.*Ioan.Mar.Montic.*reg.crim. 8. num.32.*

¶ Limita XIV Vt eadem secunda regula non procedat, quando pro pœna delicti causatur exceptio,hoc est,quando delictum opponitur in modum excepti: tunc enim pœna transit ad hæredes,etiam si ad eos nihil peruenerit,ac etiam lite non contestata. Ita tenet gl. quæ ad hoc allegatur,*l.3.§. quod autẽ,ff. quod quisque iuris.* & ibi cõmuniter * Doctores, *
& post Ang.quem allegat,in specie tradit Ferr. Vasq.*controuer.illustr.c.96.n.23.ver.secunda principalis limitatio, l.3.*vbi huius limitationis duplicem reddit rationem.Primam, quia nõ potest imputari ei qui solùm habet exceptionem, quare non fecerit litem contestari; cùm non sit in potestate eius, quãdo actor agebat.*l.purè, §....ff.de doli excep.*& vt supra visum est, quando actor propter morã & subterfugia rei non potuit litẽ contestari;tunc lis habetur pro cõtestata,& pœna transit ad hæredes;etiã reo mortuo lite non cõtestata,*l.si eũ, §.qui iniuriarũ ff.si quis caut.* Aliam reddit idem Vasq.rationem,quia scilicet faciliùs transeunt exceptiones ad hæredes, quàm ius agẽdi,*l.3.§.si filius.ff.quod quisque iuris,*& ibi com- *
muniter * Doctores,*l.etiã in rem,ff.de iurtiur.* [Addo & pro hac eadem limitatione Marc. Ant.Eugen.*d.cons.21.n.26.& seqq.*vbi agitur & de tertio excipiente de crimine defuncti.

¶ Limita XV. Vt proposita secunda regula procedat in delictis commissis extra contractum:tunc enim regulariter actio non datur contra hæredes: secus in delicto seu dolo commisso in ipso contractu,quia tunc si ille dolus purgatur per actionem ex eo contractu, bene datur actio etiam contra hæredes.Ita intelligitur tex.*in l.si hominem,*§.*datur,ff.deposit.& in l.ex contract. & l.ex deposit.ff.de act. & oblig. & in l.ex ea parte,*§.*fin.ff.de verb. oblig.* & per ista iura idem tradit Ferran.Vasquez *controu.illust.c.96.l.3.n.26.versic.septima limitatio colligitur,* vbi etiam hanc limitationem ampliat, & sublimitat,& ibi videas.

[¶ Limita XVI Eandem secundam regulam in omnib. infrascriptis casibus. Primò, in crimine repetundarum. Secundò,in apostatantibus à fide. Tertiò,in desertore militiæ. Quartò,in necãte aliquem,vt illi succedat. Quintò,in assassinis.Sextò,in fraudantibus gabellas,de quibus omnibus addo post huius libri primam impressionem bene cõprobantem Peregr. *de iure fisci,l.4.tit.5.n.31.in 5.casu,& n.32.in 7. 8.& 9.casu,& n.34.in fine, vers sunt alij casus,& n.42.in 14. casu,* & de crimine repetundarum, dixi,*sup. num.75.* & de crmine assassinij,dixi etiam *sup.num.76.*]

¶ Svblimita I.† Et generaliter præcedentes omnes li- 76
mitationes huius secundæ regulæ, vt non procedant quoad

pœnam

pœnam corporalē: si enim quis pendēte processu, siue etiam confessus vel condēnatus obierit, contra eius cadauer sæuire non licebit: ita enim intelligitur tex. *in l.3. & in l.defuncto, ff.de publ.iud. & in l.crimē, de pœn. & in l.fi, C.si reus vel accus. mort.fuer.* & assessores, qui mortuorū cadauera suspendi mādant, malè faciunt, & in syndicatu tenētur, secundū Parid.de Put. *in trac.synd.verbo, mortuus, c.1. incip. an Officiales, qui suspendūs mortuos, n.1. f.mihi 234. à tergo, col.1.* Are. *in §. interdū, Instit.de hæred.quæ ab intest.defer.n.1. & in §. non autem omnes, col.1. vers. in eadē, Inst.de perpet. & tēp.actio.* Ang & Imo. *in l. defuncto, ff.de pub.iud.* Pet.Cy.Ang.Ro.Alex. & alij *in l.2. C. qui test.facere poss.* Ang. *in l.fi. C. si reus, vel accu.mort.fuer.* Gig. *de cri.læsæ maiest.l.2.ti.de pœn.cōmitten. cri.læsa maiest.q.34.n. 1. & seq.* Bald. *in l.vnica, n.2. C. ex delic.defunct.* Ang. *in l.qui à latronib. §. si quis ff.de testā.* Guindisal. *de hæret.q.22.n.4.* Placha *in epit.delict.l.1.c.23.n.13.* Dec. *in l.pupillū, qui, §. in hæredes, n.2.* & ibi etiā Cagnol. *n.2 ff.de reg.iur.* Hercul.de Caut. *c.20.n.23.* pulchrè Menoch. *de arbitr.q.casu 285.n.1. & seqq.* Cyril. *in Summa cri.d.rubr.28. prope finē*, Ferran. Vasq. *contr. Illust.c.96.n.7. &* 8. De communi * testantur Sebast. Sapia. *in l. Imperiū, n.7. ff.de iurisd.omn.iud.* & ibi Curt.iun. *num.35.* Igne. *in l.1. §. si tibi manus, sub n.46. & 54. ff.ad Syllan.* Boss. *in tit.de accus.n.33.* Suarez *in com. opi. vers. mors, n.231.* [Peregr. *de iure fisci, lib.4. tit.5. num.2. & num.3.* vbi reddit rationem.]

78 ¶ Limita hanc sublimitationem, † quæ licèt de iure cōmuni procedat, forsan generaliter in quocūque crimine etiā grauissimo & atrocissimo, prout loquuntur præfati Doctores, & optimè animaduertit Ant. Gomez, *d.n 79. &* 80. vbi respondet iuribus in contrarium allegatis: practica tamen, & * magis communis * opinio est, quòd in delictis atrocissimis ad aliorum exemplum & terrorem Iudici arbitrariū sit, cadauer delinquentis mortui post condemnationem suspendi facere, vt in insignibus & famosis latronibus, læsæ maiestatis criminib. publicis & famosis, assassiniis, & his similibus, verius esse & practicari testantur idē Igne. *in d. §. si tibi manus, sub n.21. & n.42.* vbi quòd bis vidit iudicari cōtra præfatam communem opinionem. Bald. *in l.2.n.2.* & ibid Dec. *C. qui test.face.poss.* Frāc.Marc. *dec.953. quæritur de ratione, n.7.* Imo. *in c. Raynutius, n.144. de testa. & in l.defuncto, n.1. ff.de pub.iud. & in l. Imperium, ff.de iurisd.omn.iud.* Maria. *in repet. qualiter, & quādo, n.161.* Boss. *in tit.de execut.sent. n.18. & in tit.de accus.n.33.* vbi quòd contra communem opinionē aliquando vidit seruari contra insignes latrones, Clar. *in d.q.51. ver sed hîc incidenter quæro*, vbi quòd vidit aliquando delinquētes, qui in actu capturę à satellitibus occisi fuerāt, ad aliorū terrorem suspēdi, quando delictū erat notorium. Item similiter vidit suspendi quendam incognitum, qui aggressus fuerat alium cōtra ipsum sclopū exonerādo: licèt enim fuisset ille incognitus in ea rixa interfectus: fecit tamen Senatus illum furcis suspendi. Ant.Gom. *d.c.1. delictorū, n.79.* Guindisal. *in tract.de hæret.d.q.22.n.5.* vbi quòd vbi esset talis cōsuetudo, ea toleranda foret in odium & detestationē delinquentiū, & propter facti memoriā, & idem tradit Gig. *in tit. de pœn.commit.cri.læsæ maiest.q.33.n.5. & 7. & n.8. lib.2. tit.de pœnis committen.crim.læsæ maiest.* vbi testatur se vidisse seruari in ciuitate Venetiarum, quòd cadauer cuiusdam rei, qui materteram cū duobus filiis paruulis interfecerat, vt illis pecunias & iocalia eriperet, & captus in carcerem detrusus, & morti cōdēnatus ad euitandū pœnæ infamiā se ipsum veneno necauit, publicè tamen dilaniatum fuit. Ang. *de malef. in ver. qui dictus Iudex, n.43.* & ibi Aug. *in addit.n.48.* Cagnol. *in d. §. in hæred.n.2.* Menoc. *d.casu 183.n.7. & casu 284.n.15.* Sebast.Med. *in tract. Mors omnia soluit, par.2. concl.32. sub n.86.* Aret. *in §. interdum, n.3.* & *ibi in addit. sub litera A, Inst.de hæred.quæ ab inte.defer.* Cyril. *in Sūma cri.rubr.28. in d. §.2. prope fi.* [Marc. Ant. Eug *d.cōs.21.n.11. l.1.* vbi pariter testatur de cō nu. & obseruata opinione; & præcipuè loquitur in assassino, Pereg. *de iure fisci, l.4. ti.5. n.3.*] Et ego quoque vidi plura capita bannitorū, latronū, & assassinorū capitaliter damnatorū, qui vel à satellitibus, vel ab aliis occisi fuerūt ad Vrbem conuecta in loco publico iustitiæ etiam affixa, in longa hasta, in conspectu populi per diē manere. Et non plures sunt anni, quòd quidam Commissarius Apostolicus quendā Nobilem pluribus capitalibus delictis condemnatum, quē non nisi mortuum in actu capturæ in manibus habere potuit: captum & mortuum in frusta (vt audiui) scindi iussit; quod tamen pluribus displicuit, talisque exequutio non ab omnibus laudata fuit, & post hæc scripta, *die 26. Martij, 1583.* quidam, quia, vt creditur, pecunia mediante sclopum exonerauit in quendam nobilem Romanum de familia Petroniorum, insequutus & occisus à populo, qui ad rumorem concurrens illum in manibus Curiæ tradere procurabat, sed resistentem occidit: fuit de mandato Reuerendiss. D. Vrbis Gubernatoris Vincentij Portici, statim vti proditor & assassinus pedibus in furca suspensus, ac deinde in quatuor frusta pariter scissus. & vide *infra n.80. versic. bene verum est.*

¶ Svblimita I. Præcedentem limitationem, † quia. s. 79
ideo suprà dixi in atrocissimis delictis, & ad exemplū aliorum suspendi posse, & consuetudine aliquando suspensos fuisse delinquentes mortuos post condemnationem: quia si non sunt condemnati, vel saltem legitimè confessi aut conuicti, siue etiam in notorio & flagranti crimine reperti, vt suprà exemplificaui; & taliter, vt si viuerent, nulla prorsus eis defensio competeret, sed sint simpliciter processati, indiciati, vel diffamati; nullatenus eorum cadauer, etiam quòd delictum sit grauissimum, suspendi potest, nec de consuetudine suspenditur. Si .n. isto casu viuus non potuisset suspendi, ergo multò minùs eo mortuo suspendi potest cadauer, prout optimè considerauit idem Boss. *d. n. 33.* vbi ampliùs allegando tex. *in l.si confessus, ff de custod. & exhib.reo* videtur sentire non sufficere confessionem sine condemnatione, quod pro nunc non firmo.

¶ Svblimita II. Eandem † præcedentem limitationem 80
& consuetudinem suspendendi cadauera mortuorum in atrocissimis delictis & ad aliorum terrorē, vt non procedat in eo, qui sibi mortem conscinit tædio vitæ, dolore, amore, siue timore affectus. Hoc enim casu, an eius cadauer suspendi debeat, Docto. *in l.2. C. qui testam.fac.poss.* vario modo loquuti sunt, vt apud eos videre licet, quibus addo Car. *in prac. in tract.de homicid. §.8. quæro, n.1. & seq. p.mihi 102. &* Plach. *in epit. delict. l.1. c.23. d.n.13.* vbi adducunt tenentes pro & contra. Et licèt in iure varij varia dixêre, ita vario modo practicatum fuisse, iidem Doctores testantur, vt videre est apud Igneum *in l. §. si tibi manus, n.21.* vbi dicit, quòd communis * praxis & obseruantia Iudicū est, quòd eos qui seipsos * ex quacunque causa occidunt, suspendi faciunt, ex eo quòd sibi ipsius homicidæ sunt: & cum Igneo concordat Ant. Gō. *c.3. delict.tit.de homicid.n.13. ver. sextus casus*, vbi quòd de iure communi si quis se interfecit tædio vitæ, vel impatientia, vel dolore, vel quauis alia de causa, non punitur cadauer aliqua pœna sensitiua & afflictiua corporis; sed de consuetudine contrarium obseruatur. Imò, secundùm Parid de Put. *in tract. de syndic. in verbo, mortuus, c.1. incip. An Officiales, qui suspendunt mortuos, n.3. ver. quæ licèt vera sint*, vera & practicata est opinio assessorum facientium suspendere cadauera eorum, qui ex quauis causa se occidunt.

¶ Et tamen hæc obseruantia & assessorum asserta practica ita generaliter intellecta etiam in iis, qui tędio vitæ se interficiunt, non placet Claro *in d. q.51. versi. sed hîc incidēter*, qui apud eum mortuorum cadauera suspendi, eo tantùm casu testatur, quando scilicet in carcere existentes ex cōscientia patrati sceleris se ipsos occidunt pendente processu: secus si tædio vitæ se occidant. Et isto casu, quādo scilicet ex conscientia patrati criminis quis se ipsum interficit, posse Iudicem in cadauer sæuire, illúdque suspendi mandare, bellissimè more suo demonstrat Menoc. *de arbitr.q.l.2. casu 285.* & ita aliàs obseruatum per plura exempla testatur Gom. *d.c. 1. delict.n.79.* Clar. *d.ver. sed hîc incidenter quæro*, & Gigas *in tract. de crim. læsæ maiest. in tit. de pœnis committen. crim. læsæ maiest. dict. q.33. num.8.*

¶ Ego itaque, quicquid præfati Doctores de locali apud eos consuetudine testati sint, credo de iure communi indubitanter magis veram, magísque communem * esse opinio- *
nem, non posse scilicet seipsos occidētium cadauera suspendi, etiam quòd in carcere ex conscientia patrati criminis se se occiderint, secūd. Doctores *suprà allegatos in n.77.* qui fere omnes loquūtur in casu, quo quis se ipsum interfecit, præsertim *d.l.2. C. qui testam. facere poss.* [& ita etiam de veriori opinione testatur Pereg. *de iure fisci, l.4. ti.4. n.10. & t.5. n.2. vers. amplia etiā, & seq.*] & propterea vbi nulla in cōtrariū viget cō-

suetudo,

suetudo, caueat Iudex in illorum cadauera sæuire, quia, vt dixi, in synd catu teneretur.

¶ De consuetudine autem apud nos & in Vrbe nostra, in casu in quo quis seipsum occidit tædio vitæ, & non ex conscientia patrati criminis nunquã vidi illorũ cadauera suspendi: immò contrariũ seruatũ fuit in quodã famulo cuiusdam viri nobilis, cui cũ per plures & plures annos fideliter inseruisset, fideléque cõputum de illius pecuniis per eũ receptis semper reddidisset; accidit quòd vna vice, habẽs in manibus nonnullas pecunias eiusdẽ domini, circiter scuta centum, & ludo illas amittens; adeò timens corã domino suo sine pecuniis cõparere, dolore intenso affectus empto fune extra portam Portuensem, prope ripam fluminis progrediens ad cancellũ vineæ meæ, dũ ego in ea essem, se ex illo fune empto laqueo confecto suspendit. Adueniente sero, dum ex cãcello exire vellem, & domum reuerti, spectaculum illud videns, multũ de eo & dolui, & miratus sum: omnia denunciari feci Curiæ Reuerendiss. Gubernatoris, qui tunc cadauer illud ad Vrbem de eius mandato transportatum & recognitum non iterum suspendi, sed prope Pontem Sixtum ad fluminis ripã ecclesiastica denegata sepultura sepeliri mandauit. Et ita pariter obseruatum vidi in alio iuuene, qui amore captus cuiusdam puellæ non valens ab ea suum desiderium obtinere, in suprema & magis secreta parte domus se suspẽdit. Huius enim cadauer nec etiam suspensum fuit per Curiam: sic & alia iis similia plura afferre possem exempla.

¶ Vbi autem quis seipsum occidit in carcere ex cõscientia patrati criminis, pendente contra ipsum processu: tunc licèt Clar. & Gom. *vbi suprà*, testentur apud eos seruari, quòd horũ cadauera suspendantur: hæc tamen obseruantia nec etiam isto casu viget in Vrbe, in qua memini aliàs quẽdam Hispanum, nomine Andream Mugnotium, in carceribus Curiæ de Sabellis pro libello famoso detentum, & se de nocte suspensum, sequẽti die sepultũ, non autem iterũ in publico suspensũ. Et non sunt adhuc quinque anni, quòd quidã famulus Illustris. & Reuerendissimi Cardinalis Sfortiæ, in carceribus Turris nouæ pro furto pecuniarũ eiusdẽ Illustris. Cardinalis detẽtus, dũ ex superiori parte carcerũ à custodibus ad se examinandũ ad Iudicem cũ manicis ferreis duceretur, ex quadã altissima fenestra in cortile eorũdem carcerum se proiiciens cecidit, & obiit: & licèt iam confessus fuisset (sed furtũ nunquam fuisset inuentũ) non tamen eius cadauer fuit suspensũ. Erat huius causæ Iudex Excell. D. Fabius Menichinus, tunc Illustriss. D. Auditoris Cameræ Generalis in criminalibus locũ tenens, & ad præsens in criminali Ianuẽsiũ Rota dignissimus Auditor, vir quidem & doctrina, & experientia, & integritate inter omnes ætatis nostræ viros insignis: sed post hæc scripta cum maximo omnium Criminalistarum (inter quos erat facilè princeps) dolore ad æternam vitam conuolauit.

¶ Bene verum est, quòd de anno præterito 1580. quidã qui exonerauerat archibusium in aliũ, dum, & ab eo, & à birroariis insequutus se retraxisset supra tectum palatij Illustris. & Reuerendiss. D. Alexandri Cardinalis Farnesij in platea, vulgò dicta *del Duca*, quod palatiũ altissimũ est, ne à dictis birroariis caperetur ipsũ insequẽtibus, & in manus Curiæ veniret, se ex summitate illius palatij in plateam deiecit, & obiit, cuius cadauer tũc Reuerendiss. D. Cõradus Asinarius, Vrbis Gubernator, & suspendi, & si rectè memini, in frusta scindi mãdauit. Quod tamẽ exemplũ nõ tãgit terminos propositæ sublimitationis, quia iste talis erat, vt postmodum audiui, ex pluribus sentẽtiis capitaliter pro assassino dãnatus, & in exoneratione archibusij flagranter & notoriè captus; quo casu subintrat consuetudo, de qua *suprà*, *n.* 78. secundũ quã etiam quòd seipsum non occidisset, poterat eius cadauer suspendi.

18 ¶ Svblimita II.† generaliter easdem præcedentes limitationes, quòd in casibus, in quibus potest damnari memoria defuncti, vel bona post mortẽ cõfiscari, & cõtra hæredẽ mortuo delinquente procedi ad pœnam: illud intelligendũ est, vt procedat intra quinquẽnium à die mortis defuncti, non autẽ vltra, *l.* 2. *C. de apost.* vbi Bar. gl. *in l. Manichæos, C. de hæret.* gl. *in c. in sũma*, 24. *q.* 2. Tho. Grã. *decis.* 105. *n.* 22. Gig. *in ti. quali. in cri. læsæ maiest. proced. q.* 14. *in fin.* Rõ. *sing.* 421. *incip. de cri. læsæ maiest.* Albert. *in l. fi. in finalibus verbis, ff. ad legem Iuliam maiest.* & licèt gl. *in c. accusatus*, §. *in eo, in verbo, post mortem, de hær. l.* 6. dixerit in crimine læsæ maiestatis bona delinquẽtis nõ præscribi per hæredes minori spatio quadraginta annorum, quam gl. refert & sequi videtur Aug. ad Arg. *de malef. in verb. Che hai tradito la tua patria, n.* 17. non tamen recedas à præcedenti opinione, quæ communis * est, testibus * Ant. Gom. *d. c.* 1. *delict. n.* 81. Suarez *in comm. opi. vers. Mors. n.* 230. Gig. *vbi suprà, q.* 23. Clar. *d. q.* 51. *vers. scias etiam, in fine, & in* §. *læsa maiestatis, in vers. item licet, pariter in fine.* [Peregrin. *de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 5. *nu.* 33.] Vide quæ dicam *infrà, in tit. de quæst. & pœn. q.* 25. *n.* 158. *& seq.*

¶ Limita † Hanc secundam sublimitationem, quæ sine 81
dubio procedit, vt præfertur, in crimine lesæ maiestatis, & in aliis casibus, in quibus mortuo delinquẽte potest cõtra eius hæredem agi, vt non habeat locum in hæresi, in quo crimine maximam video inter Doctores contrarietatem. gl. enim *in d. l. Manichæos*, per tex. *in d. l.* 2. *C. de apostat.* quam ibi cõmuniter * Doctores sequuntur, teste Gom. *sub d. n.* 81. dixit, hæ- *
reticum post eius mortẽ non posse accusari, nisi infra quinquennium: & idem tradit Bart. *in d. l.* 2. vbi expressè pariter dixit, quòd omnia iura ciuilia & canonica, quæ dicunt, quòd à crimine hæresis læsæ maiestatis, vel alio grauissimo delicto, posset cognosci post mortẽ, debent intelligi infra quinquennium: sequitur Zanchin. *in tract. de hæret. c.* 24. *in fine*, vbi relatis tribus opinionibus, prima quinquennij, secunda 20. annorum, tertia sine temporis præfinitione, dixit, primã opinionem sibi videri tutiorem, Practica Conradi *d. tit. de hæreticis, n.* 15. *& tit. de public. bo. n.* 7. *in* 12 *limit.*

¶ Sed quòd imò infra quadraginta annos possit in hoc crimine post mortem hæretici procedi etiã ad confiscationem bonorum, videtur tex. expressus *in c.* 2. *de præscript. l.* 6. & ibi hoc pariter notat glos. ordinaria, & cõmuniter * Doctor. te- *
ste eodem Ant. Gom. *sub d. n.* 91. alia gl. *in d. c. accusatus post mortem, de hæret. in* 6. Guindisal. *in tract. de hæret. q.* 21. *n.* 3.

¶ Alij verò, prout fuit Abb. *in c. cùm à nobis, n.* 8. Fely. *n.* 11. *de præscrip.* concordando has opiniones dixerunt, quòd tex. *in d. l.* 2. *C. de apost.* & sic prior sentẽtia de quinquennio locum habeat & procedat, quando bona veniũt applicãda fisco seculari: tex. verò *in d. c.* 2. *de præscr. in* 6. & sic 2. opinio de quadraginta annis locum habeat, quando bona veniũt applicanda fisco Ecclesiæ seu ecclesiastico. Et hanc distinctionẽ sequi videtur Carrer. *in pract. in tract. de hære.* §. *expedito processu hæreticorum, n.* 33. *in fine, pag. mihi* 240. Ponzinib. *in tract. de lamiis, n.* 76. refert & sequi videtur etiam idem Gomez. *c.* 14. *tit. de confiscat. bonorum, num.* 5. *ad finem, vers. nec obstat text.*

¶ Tu dic, secundùm Ant. Gom. *d. tit. delict. c.* 1. *fi. b d. n.* 81, quòd cùm hodie in crimine hæresis procedatur attenta dispositione iuris canonici, secundùm quod præscriptio debet esse 40. annorum, iuxta tex. *in d. c.* 2. licèt non applicentur fisco seculari, *c. excommunicamus, il secõdo,* §. *dãnamus, de hæreticis.* ideò indistinctè potest de hoc crimine cognosci infra 40. annos. Et tex. *in l.* 2. *C. de apostat.* & superior doctrina ex eo elicita locũ habebit in crimine læsæ maiestatis humanæ, & aliis casibus, in quibus mortuo delinquẽte potest cõtra eius hæredem procedi. Tex. autem *in d. c.* 2. *de præscrip.* locum habeat in crimine hæresis. Vide *infrà, in ti. de delict. q.* 25. *n.* 159.

¶ Svblimita IV. † Generaliter easdem omnes limitatio- 83
nes datas ad secundam regulã, vt in omnibus prænarratis casibus, in quibus procedi potest, de delicto post mortẽ delinquentis, processus non est formandus contra delinquentem, sed contra eius memoriam. Item nõ mortuus, sed eius hæredes pro eorũ interesse citãdi sunt, & probato delicto fertur sententia, in qua pronũciatur defunctum delictum commisisse, & eius memoria damnatur & bona publicantur. Hæc & alia concernentia practicã & formam procedendi, inquirendi, & sententiandi post mortem delinquentis, videas per Aret. *in* §. *interdum, n.* 2. *Insti. de hæred. quæ ab intest. defe. & in tract. de malef. verbo, Che hai tradito la tua patria, n.* 17. *& in verbo, qui D. Iudex, n.* 42. Ant. Gõ. *var. resol. to.* 3. *tit. de cri. læsæ maiest. n.* 12. Gig. *in tit. qualiter procedatur in crim. læsæ maiest. q.* 20. *&* 21. *&* 22. *&* 27. *&* 28. *l.* 1. Zanchin. *de hæret. c.* 41. *n.* 3. *& seq. & c.* 24. *n.* 3. Guindisal. *de hæret. q.* 22. *n.* 9. Alb. *cons.* 90. *in fi.* & Clar. *in* §. *hæresis, vers. item de cri. in fi.* Cyrill. *in Summa crim. d. rubr.* 28. §. 2. *in fi.* [Peregr. *de iure fisci, l.* 4. *tit.* 5. *n.* 34.]

¶¶ Regvla III. † Sit in tertio capite huius quæstionis, quod licèt delictũ vel accusatio, & Iudicis officium non præscribatur minori spatio 20. annorum, vt dixi suprà in prima

regula;

regula;ex diuturnitate tamẽ tẽporis,delicti pœna minuenda est;& delinquẽs nõ ordinaria,sed extraordinaria plectẽdus est pœna,*l.si diutino*,vbi gl, Bart.Alb.& Doct.cõmuniter,*ff.de pœn.*Salic.*in l.seruos, col.2.C.ad l.Iul.de vi.*Abb.*in c. cùm haberet,col.2.in 3.no.de eo, qui dux.in matr.*Balb.*in tract. præscript.in 4.par. 4.partis principalis,q.2.n.4.in fin.*Ant.Gõ. * *d.c.1.delict.n.7.* vbi de communi, * de qua etiam Cou.*var. resol.l.2.c.9.ver.primum posse contingere,* Tiraq.*de pœnis temperan.causa* 29. Clar.*in pract.q.60. versi.præterea poteſt.* vbi tamen dicit, quòd non vidit hanc regulam seruari,præterquam in leuibus delictis,licet bene etiam in atrocibus diuturnitas temporis possit prodesse ad obtinẽdam gratiam, seu cõmutationẽ à Principe. Sed credo, quòd cùm hoc sit à iure statutum,non solùm possit,sed etiã debeat Iudex ex diuturnitate pœnã minuere,etiam in grauibus delictis,& propterea posse Iudicem isto casu homicidam ad pecuniariam compositionẽ admittere,tradit Afflict.*dec.287.incip. illustr.D.Alphõsus,n.1.& seqq.*Rol.*cons.63.n.10.vol.3.* & in homicidio prædictã regulã procedere affirmat Gram. *cons. 39.n.1.*Barth.Tæge.*in suis tract.cri.par.16.n.9.& 10.* Boss.*in tit.quom.proced.per actio.in delic.n.18.*Carrer.*in pract.in trac. de homic.& assass.§.trigesimò excusat diuturnitas tẽporis,&c. n.1.& seq.pag.mihi 194.*Foll.*in pract.cri.verb. vel carcerẽtur. n.16.*vbi dicitur, quòd isto casu non imponitur alia pœna, quã pecuniaria:& idem videtur de mente Thob.Non.*in d. cons.105.n.23.*[& secundũ hãc regulã sæpius fuisse practicatum,& iudicatum in Senatu Pedemontano testatur Ant. Thes.*dec.Pedem.76.n.1.iũcto n.2.verſ.& ita vidi in Senatu.*]

85 ¶ Diuturnitas autem temporis isto casu erit vel decem annorum,vt per Clar.Carrer. Tægeum,Thobiam, & * communiter * Doctores *vbi sup.* vel saltem octo annorum, vt per Gram. *d. cons.39.*

86 ¶ Limita I. Hanc secundam regulam, vt procedat in delicto momẽtaneo, & non iterabili:putà in homicidio,& similibus,secus in successiuo,& iterabili,putà in adulterio, matrimonio prohibito,& aliis id genus : in quibus non solùm diuturnitas temporis pœnã non minuit,sed auget,secundũ Tiraq. *d. causa 29.n.3.*Bart.Tæg.*d.par.16.n.8.*Gom. *d.c.1.delict.n.8.*& ante istos Bar. *in l.si diutino,* Abb. per illũ tex.*in c. cũ haberet, col.2.de eo, qui dux.in matr.*facit tex.*in c. nõ debet,in fin.de cõsang.& affin.& in c.fi.in prin.de consuet.& in c.cùm in Eccles,de simon.& in c.sicut nobis,de regul.& trãs. ad relig.& schis. 24.q.1.* quibus iuribus probatur,quòd eo grauiùs quis coërcendus est,quò diutiùs in peccato & delicto permãsit,tantóque sunt grauiora crimina,quãtò diutiùs infelicẽ animã alligatam detinent. [& cũ hac declaratione pertransit etiam Ant.Thesaur.*dicta decis.Pedem.76.n.6.*]

¶ Certè licèt hæc ratio vera sit,non tamen credo verum, quod diuturnitas tẽporis in præfatis successiuis delictis nõ minuat pœnã : fateor enim quòd dum quis permanet in delicto,illud iterãdo,quòd non solùm non mitiùs,sed grauius puniri debeat:sed per hoc sequitur, quòd si per diutinũ tẽpus ab eo delicto se abstinuerit , non debeat mitiùs puniri. Cõcludit solùm ratio prædicta,quòd in delictis successiuis diuturnitas temporis consideratur non à primo delicto cõmisso,quod per reiterationẽ grauiùs puniendum est, sed ab vltimo; à quo tẽporis diuturnitatem incipere,& pœnã minuere nihil est quod vetet. Nec video aliã (quicquid inaduertenter Doctores præfati se nõ bene declarãdo dixerint) rationẽ diuersitatis inter delictũ momentaneũ,& successiuum, nisi quòd in momẽtaneo tẽpus currit à die commissi delicti,in successiuo verò ab vltima vice cõmissi delicti.Simile diximus *sup.n.16.* in materia præscriptionis adulterij iterati,& continuati, cuius præscriptionẽ nõ tollit iteratio delicti;sed tantùm facit, vt tempus ad præscribendũ currat non à prima,sed ab vltima vice cõmissi adulterij.Et si diuturnitas temporis in delictis cõtinuatis incipiendo ab vltima vice præscriptionem inducẽdo , in totũ delicti pœnam * tollit secundũ celebrioré* opinionem, de qua per Ang.de Castro *cõsil.cri.diuer.94.n.10.vol.1.in paruis,*& dixi *sup.d.n. 16.* multò magis debet dicta diuturnitas operari diminutionẽ pœnæ nõ cõpleto tempore præscriptionis, & ita teneas in iudicando & consulendo, quia ista est pura veritas.

87 ¶ Limita II. Vt eadẽ tertia regula procedat, quãdo delinquens post cõmissum delictũ nõ fuit accusatus, nec processatus ; secus si fuit accusatus,& processatus , sed per eius absentiã nõ potuit sibi imponi pœna , quia tunc illa nõ minuitur propter tẽporis diuturnitatem. Ita limitat Ant.Gom. *d.c.1.delic.n.8.in fi.*post Bar.Abb.& Anchar.quos ibi allegat.

¶ Sed & in hoc quoque contrarium verius credo ; nam vt testatur Couar. *var.resol.lib.2.d.cap.9.sub num.2.*ex tex.*in l.si diutino.*communitérque * per Doctores deducitur eũ,qui * post longum tempus alicuius facinoris accusatus est,mitiori pœna puniendum esse;& si Doct. communiter * loquuntur * post accusationem,immò secundùm intellectum Budæi, [& Ferran.relati per Ant.Thesaur.*d.decis.Pedem.76 post n.2.*]de quo infrà dicetur,dispositio illius *l.si diutino.*nõ potest habere locũ,nisi quando reus sit in reatu , putà,vt videbimus,vel quòd sit præsens in carcere,vel quòd sit absens processatus, & accusatus:si enim diuturnitas temporis debeat diminuere pœnam ei,qui post delictum semper commodè,& sine vllo damno(cùm non esset accusatus) permansit in loco cõmissi delicti,& forsan sui domicilij,& originis , quantò magis debet operari ad fauorem eius,qui existẽs processatus,& accusatus diu abfuit à loco sui domicilij , & patria , cum tot incommodis & damnis? Certè multò magis , & in gratiis à Principe concedẽdis magnam vidi semper rationem haberi, quòd delinquens diu in contumacia , & banno extra patriam sordidatus permansit , quasi quòd cõmissi delicti pœna partem sustulerit , prout ita etiam vidisse seruari testatur Clar. *d. q. 60. verſ.Præterea post,prope fin.*vbi in hoc videtur recedere à doctrina Bart.Gomez,& aliorum suprà in contrarium citatorum;sicut & ego indubitanter recedo.

¶ Sed quid si delinquens non solùm est processatus , & accusatus , vel inquisitus , sed etiam condemnatus , an tunc possit pœnam temperare,an verò condemnationem exequi, si condemnatus ad eius manum deuenerit? Dic,quod debet exequi condemnationem,non obstante quacunque temporis diuturnitate,vel etiam præscriptione,vt suprà dixi, *num. 28.verſ.amplia,&c.* benè tamen poterit etiam pœnam temperare,iuxta prædicta,sed consulto Principe,non ex se.

¶ Limita III.Eandem tertiam regulam, † secundũ Bu- 88
dæum,quẽ sequuti sunt Alc. *l.2.Parerg.c.10.*Coras.*l.Misce. l.2.n.20.* quòd ista diuturnitas temporis non debet considerari à die commissi delicti , sed à die quo delinquẽs in reatu fuerit:ita enim expressè cãtat tex.*in d.l.si diutino tempore aliquis in reatu fuerit,† aliquatenus pœna eius subleuãda erit,&c.* 89
In reatu autem,seu inter reos,quando inquisiti nomen dicatur receptum,videas bene declarantẽ Bened.de Plumbin. *in repet.l.pen.§.ad crimẽ,n.68.& seqq.ff.de publ.iud.*Marian.Soc. *in c.1.n.65.de mut.petit.* Ang.*de malef.in verbo,& ad querelã, n.62.*Blanch. *in pract. cri.§ datis defensionibus,n.1 & n.3.*vbi videtur facere differentiã quando quis dicatur factus reus,& quãdo receptus inter reos, Cyn.omnino *in l. 1.n.9.C.de his, qui accus.nõ poss.*Sali.*ib.n.15.*Fran.Marc.*dec.725.parte 1.* Dicásque , quòd in reatu tunc dicetur delinquens consistere, secundũ cõmunẽ, * & practicatã opinionẽ,de qua per Clar. * *in prac.q.14.ver.sed hic incidẽter quæro,* quãdo cũ præsente vel carcerato lis est cõtestata per Iudicis interrogationẽ,& illius respõsionẽ,iuxta superiùs trad.*n.55.* Reo autẽ absente(cõtra quẽ vigore statutorũ volentium,contumacẽ haberi pro confesso, & vigore generalis consuetudinis , de qua in sequenti ad condemnationẽ proceditur) per primũ terminum contumaciæ reatus inducitur,quando pro rei parte sunt propositæ exceptiones cõcernentes merita causæ. Si verò fuerint propositæ exceptiones dilatoriæ seu declinatoriæ,reatus nõ inducitur,nisi Iudex super illis tacitè procedẽdo ad vlteriora, vel expressè eadem reiiciẽdo pronũciauerit. Et ideo cũ reatus sit status & conditio,in qua durante accusatione rei sunt donec absoluantur vel condẽnentur:quo tẽpore quãdo præsertim sunt præsentes,& carcerati, causam agũt squallore & illuuie cõfecti,prolixa barba,habitu sordido & pannoso, misericordiæ aucupatore , meritò Modestinus Iurisconsultus *in ea l.si diutino,*ob eũ statũ & diuturnã illã calamitatẽ, pœnam fore minuendã constituit.Secus ergo vbi delinquens in reatu nõ fuerit, & propterea malè, & perperã ex eo tex. cõmunẽ supradictã regulam elici posse , vltra Budæum,Alciatũ,& Corasiũ præfatos,considerarũt Tiraq.*dicta causa 29.in fi.additio.ad Gomez.vbi sup.n.7.litera C.*& Couarr.*sub d.n.2.*

¶ Sed his nõ obstãtibus,non recedas ab intellectu Accursij,

Bar. &

* Bar.& aliorũ,de quib.*sup.n.*84. qui cõmunis*est, prout iidẽ Couar.& Gom.fatentur,dicásque tempus diuturnum considerari etiam delinquente non existente in reatu: sed à die commissi delicti,vel decem annorum,vel minus octo,vt dixi *suprà, n.*85. [nec dissentit Ant.Thesaur.qui ita secundùm hunc intellectum,aliàs apud eum fuisse seruatum,testatur in Senatu Ped.*in dec.Ped.*76.*n.*7.*& seq.*]

90 LIMITA IV.In crimine assassinij,†in quo cùm, vt suprà dixi *in 2.limit.primæ regulæ,n.*2.præscriptio non currit; pariter quoque nec temporis diuturnitas pœnam minuere debet:& idem puto dicendum in crimine hæresis, læsæ maiestatis,apostatatus,simoniæ,& aliis prænarratis delictis,*d.nu.*29.in quibus diuturnitas præscriptionem non inducit.

91 ¶ LIMITA eandem tertiam regulam, † vt tunc demum diuturnitas temporis pœnam minuat,dummodo delinquẽs ipse à tempore delicti perpetrati in posterum fuerit bonæ & laudatæ vitæ,nec aliud delictum commiserit:secus si aliter. Sumitur autem hæc limitatio (à Doctoribus hucusque in specie non allata,sed verissima iudicio meo)à cessante ratione huius regulæ.Nam præsuppositio communi intellectu, quòd videlicet tex.*in d.l.si diutino*,locũ habeat etiam reo non existente in carcere,nec accusato:certè, prout optimè considerauit Tiraq.*de pœn.temperan.d.causa* 29.*n.*4.non alia illius legis melioratio excogitari potest, quàm si delinquens post commissum delictum diutius se ab aliis delictis abstinuerit, magis & potiùs impetu, ignorantia, infirmitate, & aliis id genus, quàm dolo & consuetudine deliquisse præsumẽdum est. Ex sequentibus enim actibus præcedens animus dignoscitur,*l.si is,qui*,vbi Bal.& Doct.*ff.de adul.*§.*fi.vbi glo.in verbo, vt appareat,in Auth.de rest.& ea quæ parit.* Et cũ post delictũ commissum bene honestéque vixerit, satis atque satis videtur emendatus §.1. *vers.Hinc autem nobis,in Auth. de monac.* quæ emendatio operatur pœnæ diminutionem, vt pulchrè per Tiraq. *in loco suprà citato.* Vbi ergo quis post delictum commissum inhonestè viuendo alia commiserit scelera,diuturnitatem non operari diminutionem pœnæ firmiter crederem[prout etiam post hæc scripta,ita bene credentem reperi Ant.Thesaur.*d.dec.Ped.*76.*n.*5.vbi & alios refert.

ARGVMENTVM.

Contumax, bannitus, & condemnatus, quando comparens seu captus ad se excusandum, defendendum, & sententiæ exequutionem impediendam admittatur.

SVMMARIVM.

*Contumax de iure communi non potest haberi pro confesso, sed vigore statutorum secus,& talia statuta valent,n.*3.
*Absens dãnari non potest in pœnis à relegatione suprà,præterquã in crimine læsæ maiestatis,& aliis delictis,de quibus,n.*1.
*Bona contumacis de iure communi annotantur,quæ si infra annũ comparet, recuperat, secus post annum: sed quoad personam semper auditur etiam lapso anno,n.*2.
*Absens hodie de generali consuetudine pro quocunque crimine diffinitiuè condemnatur in pœnam mortis & confiscationis bonorum, num.*35.
*Condemnatus hodie si comparet ante sententiam,omnia resoluuntur in vim simplicis citationis,d.n.*3.*in quarto præmisso.declara,vt in n.*101.*& seq.Sed si condemnatus ad manus curiæ deueniat post sententiam absque aliquo processu,sententia contra eum exequitur,d.n.*3.*&* 5.
*Vigore Bullarum summorum Pontificũ condẽnatus,habet annum ad cõparendum,quo elapso.& infra annũ si fuerit captus,sententia contra eum realiter,& personaliter exequitur,n.*4.*&* 5.
*Banitus post sententiam etiã auditur,si vult de innocentia docere per cõtrarias probationes,n.*6.*& seq.declara,vt in n.*14.*& seq.*
*Positionibus non respondens,licèt habeatur pro confesso, admittitur tamen ad probandum contra hanc fictam confessionem, n.*7.
*Sententia lata ex præsumptiuis & priuilegiatis probationibus numquam transit in iudicatum,potéstque ex fortioribus probationibus retractari,nu.*8.*&* 13.
*Exceptio innocentiæ numquam à statuto sublata censetur,n.*9.
*Iudex etiam ex officio tenetur inquirere innocentiam,n.*10.
*Sẽtẽtia lata ex falsis probation.retractatur ope restitutionis,n.*11.
*Bannum,quod hodie contumacibus datur,est mortale,n.*11.*vers.* Contrarium his non obstantibus.
*Sententia non potest per eundem Iudicem retractari,etiã quòd ei postea constet de rei innocentia;sed Princeps consulendus,n.*12.
*Exceptio innocentiæ non potest tolli à statuto,nec à Principe,n.*15.*vbi declaratur non procedere ratione publicæ vtilitatis.*
*Contumax condẽnari non potest,nisi precedant plenæ probationes de delicto,secundùm ius commune;sed secundùm constitutiones Pontificum sufficiunt indicia ad inquirendum,n.*16.
*An in discussione istius articuli an præcesserint indicia nécne,sit vocãdus & audiẽdus carceratus,n.*16.*sub ver.* Aduerte primò.
*Et in proposito quæ dicantur indicia legitima ad inquirendum, d.n.*16.*vers.* Aduerte primò,*& vers.* Aduerte.
*Et contra condemnatum ex non legitimis indiciis precedentibus sententia non est exequenda, sed vel pœna commutatur, vel torquetur,vel absoluitur,n.*17.
*Et in casu quo reus torquetur,moderatè torquendus est,n.*18.
*Et quando bannitus possit torqueri ad habẽdum complices,n.*19.
*Iudex non potest dãnare contumacem, vbi ei cõstat de eius innocentia,multò minùs cõtra ipsũ exequi sẽtentiam, n.*20.*& n.*21.
*Sententia antequã exequatur,cõtra bannitum est facienda recognitio personæ, n.*21.*Et quomodo,& per quæ verba,& qua forma talis recognitio fieri debeat,dicto n.*21.*&* 23.*vers.* Immò, isto casu,*& ver.seq.n.*24.*&* 25.*ver.* Cętera ad materiã, *& quid iuris,si in eodẽ loco adesset alter eiusdẽ nominis seu cognominis,n.*23.*& quid,si est erratum in nomine,cognomine,patre vel patria,n.*22.*& quid si bãnitus,& quid si condẽnatus pluribus nominib.nominabitur,n.*25.*vers.* Et si pariter. *Quid,si captus negat se talem,vt fiat recognitio per testes, & quomodo sit facienda talis recognitio per testes,d.n.*25.*in prin. Quid,si testes non adsunt,torquetur pro habenda recognitione stantib.indiciis,d.n.*25.*Amplia rursus.Et an & quãdo super ista recognitione debeat interuenire Iudicis interlocutoria,& declaratio, d.n.*25.*v.* Amplia 5.
*Minor nec contumax reddi nec banniri aut condemnari potest, n.*26.*& sequent.*
*Minor non redditur contumax,nisi sit in vero dolo,n.*27.
*Minor excusatur à delicto in omittendo,n.*28.
*Minor non comprehenditur sub statutis contra ius commune, & quæ puniant factum de iure communi non punibile, n.*29.
*Mulier & rusticus,an excusẽtur à cõtumacia & bãno,n.*30.*in fi.*
*Minores etiam possunt esse in iudicio contumaces,n.*30.
*Minor non potest appellare à sententia bãni cõtra eũ lata.n.*31.*Et aduersus banni sententiam restituitur,n.*32.
*Minor mitiùs puniendus est etiam in pœnis statutariis,n.*33.
*Bãnum nullum exequi non potest,n.*34.*& seq. vbi etiam in quibus consistat ista banni nullitas.*
*Nullum autem dicitur bannũ si fuit latũ ex præcedenti nulla inquisitione,n.*35.*Itẽ dicitur nullũ,si non sunt seruati termini soliti,n.*36.*Itẽ si est latum ex nulla præcedenti citatione,n.*37.
*Quæ quidẽ citatio debet esse trina,nec sufficit vnica pro omnib.n.*38.*Item ipsius citationis debet dimitti copia,n.*39.*Item debet habere insertum tenorem inquisitionis, n.*40.*nisi stilus contrarium seruet,d.n.*40.*Item debet fieri personaliter,vel saltem domi,& sufficit,n.*41.
*Vagabundus vbi citari debeat,n.*42.
*Et quomodo citari debeat,n.*43.
*Forma citandi absentes & contumaces in Vrbe,n.*44.
*Absens non potest condẽnari,nisi præcedenti citatione,ad sententiam,n.*44.*ver.* Nec præmittendum,*&c.vbi etiã an sufficiat citatio pro vna die,& deinde pro singulis diebus & horis.*
*Iudex licèt non possit contra bannitum captum exequi sententiã vel nullam,vel notoriè iniquam;nõ tamen potest illum absoluere, nisi à Principe sit admissus ad nouas defensiones,n.*24.*in fi.vers.* Sublimita & notabiliter.
*Extra Vrbem non condẽnatur contumax, nisi priùs ponatur in banno;secus in Vrbe,n.*44.*ver.* Differt autem.
*Bannitus captus potest opponere exceptiones,quas si principio opposuisset,non subiisset indicium,n.*45.*&* 46.*vbi declaratur, & exemplificatur hæc conclusio.*
*Infans,furiosus,vel alius qui poterat impunè delinquere, si fuerit bannitus & condemnatus, non potest contra ipsum captum exequi sententia,n.*45.*vers.Sed quænam sint ista, & n.*62.*in fin.vers.* Amplia 2.

Exceptio

Exceptio quæ incontinenti offertur, probari impedit executionem sententiæ latæ contra bannitum. Declara, vt in num. 62. vers. Si verò.

Exceptio quòd occisus erat bannitus, potest semper opponi aduersus sententiam latam contra occidentem. Declara, vt n. 62. in fin. vers. Si verò.

Bannum datum à Iudice incompetenti est nullum, & exequi non potest, n. 46. vbi generaliter de sententia nulla ex defectu iurisdictionis.

Condemnato capto adhuc dandus est terminus ad defendendum, n. 47. per totum, vbi latè de materia.

Bannitus contumax excusatur, si habuit iustam causam non comparendi, seu aliquod impedimentum: & quæ sunt iustæ causæ & impedimenta, n. 50. & seqq. vsque ad n. 61.

Causa iusta excusat à contumacia, n. 51.

Iusta autem causa erit absentia temporis citationis, n. 52.

Item iusta causa erit, infirmitas, n. 53. & seqq.

Item iusta causa erit, carceratio, n. 54. & 59.

Item iusta causa erit, siquis citetur ad locũ non tutũ: & an debeat probari seu allegari non tutus accessus, & quomodo, n. 55.

Locus autem non tutus dicitur pluribus modis, de quibus remissiuè, n. 56. in princ.

Itẽ locus dicitur non tutus ratione inimicorum capitalium ibi existentium, n. 56. vbi quòd isto casu non tenetur citatus stare saluo conductu sibi oblato, vbi & alia de materia.

Itẽ iusta non comparendi causa erunt Iudicis minæ, n. 57. & 59.

Iudicis autem sæuitia probatur per famam, d. n. 57.

Absentia citati si iudici allegatur, quando Iudex debeat concedere terminum ad faciendum absentem comparere, n. 52.

Bannitus potest iterum in eodem loco rebanniri, sed sibi debet concedi saluus conductus pro primo banno, n. 58.

Impedimentum ad hoc vt excuset, an debeat in actis allegari, & de eo protestari, n. 59. & 60.

Sententia lata à Iudice vnius territorij non potest exequi à Iudice alterius territorij: quod declara, vt in n. 61.

Iudex vnus nõ potest exequi sẽtentiã alterius Iudicis nõ viso, aut habito processu Iudicis condemnãtis, n. 61. ver. Limita rursus.

Bannum non est exequendum, si continet pœnas non condignas delicto, n. 62.

Bannum afficit condemnatum quoad delictum principale, non quoad qualitates delicti, n. 63.

Admissus ad nouas defensiones auditur in probatione suæ innocentiæ, n. 64.

Princeps solus admittit ad nouas defensiones, n. 68.

Et tenetur Princeps reum admittere ad nouas defensiones, nisi id calumniosè petatur, n. 65. & 66.

Et aliquando etiam reus admittitur ad nouas defensiones absque eo quòd ita petatur, n. 67.

Practica, qua banniti admittuntur ad se defendendum, n. 67.

Admissus ad nouas defensiones non auditur, nisi refectis expensis, num. 69.

Bãnitus ex sola cõtumacia potest torqueri, n. 70. & 72. ¶ Amplia etiam in ficto contumace, ibid. dicto n. 70. Amplia 2. etiam in sponte comparente, n. 71. & 73. Amplia 3. etiã in comparente ante sententiã post terminũ bãni. sub d. n. 70. ante ver. Et licèt Gram. *¶ Limita in minori, n. 74. Itẽ in banno dato à diuerso Iudice, n. 75. Item in viro bonæ famæ, n. 76. & seqq. Itẽ in sentẽtia nulla, n. 80. Itẽ quando contumax fuit impeditus cõparere, n. 81. Itẽ, quando bannitus admissus ad se defendẽdũ enerualset omnes fisci probationes in suis defensionibus, n. 82. Item in bannito, cui à Principe est remissa contumacia, d. n. 82. ver.* Limita 8. *Item limita in comparente ante secundum bannum, & condemnationem, d. n. 82.* Limita 9.

Fama bona tollit omnia indicia, n. 77. Limita, quia non tollit indicia in specie, sed tantùm indicium malæ famæ, d. n. 77.

Comparens bannitus, quando recuperat bona confiscata, latè disputatur, n. 83. & seqq. vsque ad n. 100.

Fiscus non debet capere possessionem bonorum confiscatorum, nisi post annum, n. 88.

Contumacia purgata cessant omnes pœnæ contumaciales, n. 91.

Forma sententiæ ferendæ contra bannitos contumaciales, n. 91.

Pœna momentanea non cessat cessante contumacia: successiua autem sic, n. 98.

Sententia qua quis declaratur incidisse in pœnas in monitorio contentas ob non comparitionem, dicitur contumacialis, & lata non ob delictum, sed ob contumaciam, n. 91.

Appellare an liceat contumaci & bannito à sententia contra ipsum lata, n. 48. & 49.

Iudici non licet innocentem occidere, sententiámque contra contumacem innocentem latam exequi minimè debet, n. 11. vers. vltimò videtur, *in fin.*

Confessio vera validat processum nullum; secus ficta, n. 34. in fin.

Sententia notoriè iniqua non potest executioni mandari contra contumacem bannitum, nu. 62. in fi. vers. Et hæc non habent difficultatem.

Mora non potest purgari, vbi est facta exequutio à lege, vel ab homine, n. 102. vers. Amplia hanc quintam.

Contumax non habetur pro confesso, nisi sequuta Iudicis declaratione, n. 120. vers. licet enim, *& seq.*

Verba ipso iure, ad hoc requirunt Iudicis declaratoriam, n. 102. vers. Et in omnem euentum.

Contumax non declaratur pro confesso in Vrbe, & in statu ecclesiastico; nisi in sententia condemnatoria & diffinitiua, n. 102. vers. Limita 2. dictam ampliationem.

Bannitus condemnatus non potest decapitari, nec contra eum exequi sententia diffinitiua, nisi priùs fuerit declaratus pro confesso, & positus in banno, num. 102. vers. Limita 3. eandem ampliationem, quòd non seruatur in Vrbe & statu ecclesiastico, *vt in vers. seq.*

Bannum non potest exequi contra bannitum, nisi post illud fuerit sequuta diffinitiua condemnatio, nu. 102. vers. Limita 3. eandem ampliationem.

Inuentarium bonorum mobilium & immobilium, an, & quando & quomodo fiat in bonis delinquentis, n. 4.

Confessio resultans ex contumacia, licèt sit ficta & præsumpta, tamen inducit liquidissimam probationem, & æquiparatur iudiciali confessioni, n. 97. vbi hæc omnia bene probantur.

Statutum loquens de malefactore, habet locum etiam in malefactore condemnato in contumaciam, n. 93. post medium.

Sententia præsumitur potiùs lata ob contumaciam, quam ob delictum, n. 92.

Sententia, quæ hodie contra contumaces fertur, vigore fictæ confessionis inductæ à statuto dicitur diffinitiua, & ob delictum; non autem ob contumaciam, n. 93. & seqq.

Sententia illa dicitur diffinitiua, quæ post sealiam sententiam non expectat. n. 64.

Bannum, quod hodie datur contumacibus, dicitur diffinitiua sententia, & non interloquutoria, n. 93. & seqq.

Sententia an sit lata ob delictum, an verò ob non contumaciam, inspiciendæ sunt pœnæ in ea contentæ, n. 96.

Pro contumacia non potest imponi pœna confessatorum criminum, nec vltimi supplicij, nec confiscationis bonorum, n. 96.

Sententia lata contra contumacem ex præcedentibus probationibus, dicitur lata ob delictum & ob non contumaciam, n. 97.

Admissus ad nouas defẽsiones debet in se suscipere onus probãdi suam innocentiam, quia fiscus ex sententia habet intentionem fundatam, n. 100. & seqq. Amplia non solum in comparente post sententiam, sed etiam in comparente ante sententiam post terminum banni, & postquam est habitus pro confesso, nam tũc etiam tenetur probare suam innocentiam, nu. 102. vers. Amplia hanc 5. sublimit. *& vers. seq. vbi plura de materia huius ampliationis. Limita 1. procedere, quando sententia est lata ex plenis præcedentibus probationibus, vel ex indiciis indubitatis & vrgentibus; aliàs secùs, nu. 193. Secundò, quando contumax appellasset à sententia contra ipsum lata; quia tunc non tenetur docere de innocentia, n. 103. ad finem, vers.* Limita 11. dictam 5. sublimitationem, *vbi tamen quòd hæc limitatio non seruatur in Vrbe, & statu ecclesiastico. Tertiò, in reo comparente ante terminum banni, n. 104. Quartò, quicquid sit de iure, contrarium de facto seruatur in sponte comparente infra annum, n. 104. vers.* Limita IV. *Quintò, quando Princeps expressè remisit contumaciam, dicto n. 104. in fine, & quomodo isto casu dicatur quis probare suam innocentiam, an. s. per contrarias probationes, an verò potiùs per elisionem indiciorum, n. 101. vers. Prima opinio. in fine.*

Bannum per comparitionem resoluitur in vim simplicis citationis, n. 101. quod limita in n. 102.

Testes contra contumacem etiam parte non citata examinantur, nec eo comparente repeti debent, n. 105.

Bannum non exequitur contra condemnatum, quando constat notoriè ex processu de innocentia condemnati, & sic de iniquitate condemnationis, n. 62. in fi. vers. Amplia secundò.

Bannum

Bannũ latum super nõ delicto vel delicto non punibili, exequi nõ potest,n.52.in fi.ver. Amplia 2.*& n.45.ver.sed quanam sint.*
Bannũ latũ contra eũ,in cuius persona non potest adhærere delictũ de quo inquiritur, exequi minimè potest contra condẽnatum,num.62.in fin. versic. Et idem quando condemnatur.
*Bannũ,& contumacia an operentur quoad pœnã ciuilem,ac etiã ad damna & interesse partis,n.105.ad fin.vers.*Limita 14.

QVÆSTIO XI.

1 INQVISITIO contra absentem formata, quòd non sustineatur regulariter,& nulla sit;dixi *supra,in 1.quæst.nu.69. in nono requisito*, vbi etiam pollicitus sum pleniùs hoc in loco tractare materiam absentis & contumacis; quando banniri, & condemnari possit, quandóve bannitus & condemnatus & captus decapitari valeat:subtilis & practicabilis est quæstio,ac plena difficultatib. in qua si plura, quã quæ hîc scripsi,habere volueris,adire poteris Fl.Cart.*in suo tr.de exequu.sent.capto bannito, per tot.* vbi latissimè materiam hanc pertractat,& omnes tãgit difficultates. Non enim omnia illius dicta hîc referre potui;quia post hæc scripta,eius tractatus ad manus meas peruenit;eo præsertim tempore,quo labores mei erant typis committendi,ideo in occurrenti casu ad scripta per eum,te remitto.Et vt modò promissa seruem, aliqua priùs præmittenda censui pro faciliori intelligentia eorum,quæ infrà dicentur.

¶PRÆMITTO in primis,quòd de iure communi,excepto crimine læsæ maiestatis, in aliis delictis, in quibus imponitur pœna corporalis,& à relegatione supra,absens damnari non potest,*l.absentem,§.aduersus contumacem*, vbi Gl.& Do. *ff.de pœnis,l.absentẽ,C.de accus.l.1.ff.de requi.reis*,Bal.*in l.quãuis indubitati,col.1.ver.præterea non est recedendum. Cod. ad l. Iul.de adult.* Abb *in c.veritatis,n.19.& seqq.de dolo & contum.* vbi reddit rationem Conr.*in pr.tit.de contumacibus & bannitis,n.6.& 7.*vbi vltra casus infrascriptos,& crimen læsæ maiestatis,de quo suprà,excipit etiam ius canonicum, & Pontificis,seu Imperatoris plenitudinem potestatis (quod quando verũ sit,quòd.s.de iure canonico absens possit damnari, vide Mariã.*in c.qualiter & quando,de accusat.*Clar.& Suarez, *in loco inf.citando*) Osasc.*dec.Pedem.105,n.1.& seq. & per tot. decisionem*,vbi etiam quid iuris in vi publica, Rol.*cons.68.n. 11.& seq.vol.2.*vbi ad hoc quòd in crimine læsæ maiest.absens possit dãnari,plures adducit concordantes De cõmuni* testatur Boss.*in tit. de req.reis,n.1.*vbi quòd à relegatione infrà,absens vocatus potest damnari etiam lite nõ contestata; à relegatione verò suprà,nõ potest damnari lite non contestata, excepto cr.læsæ maiest prædicto,& casu *l.ne diu,Cod. de pœnis,& l.lege Cornelia,§.& quòd hoc crimen,ff.de sicar.*de quibus etiã per Men.*de arb.q.li.1.q.80.n.77.ver. qui autẽ sint casus,& n.98.in fi.& seq* Villal.*in comm.opin.verbo, absens,n. 10.in add.*& per Conrad.*d.n.7.*Clar.*in pra.quæst.44.in prin.* Soarez *in comm.opin vers.absens,n.2.*Osasc.*d. dec.105. nu.8.* Bal.*in l.absentem,in fin.C.de accus.* Sal.*ibid.nu.14.* Bonacoss.*in comm.opin.lib.1.vers.absens,vbi imponitur pœna & c.p.1.col.3. in prin.*Gig.*tit.qualiter in crim.læsæ maiest.proced.lib.1.q.18.n. 1.& seq.*[And.Gayl.*in suo tr.de pace publ.li.2.c.6.n.10.*]Tibe. Decian.*cons.18.n.218.& seq.lib.1.*vt nouissimè D. Fla.Cart. *vbi sup.cap.1.n.1.& seqq.* vbi alios plures Doctores omnia prædicta confirmantes & de communi*opinio.testantes refert.Et vltra prædictos ad hanc materiam,an & quando absens possit in criminalibus cõdemnari,vide Alb.*in l.seruum quoque,§.publicè n.6.ff.de proc.& ibid.n.22.*vbi latiùs Maran. *in c.veniens,n.133.de accus.*

2 ¶PRÆMITTO II.Quòd in illis casibus, † in quibus absẽs non potest condemnari, si citatus ad comparendũ & respõdendũ inquisitioni,nõ cõparuerit,pariter de iure cõmuni annotantur eius bona:& deinde ipsi huiusmodi annotatione intimata iterum per edicta citatur ad se excusandum à delicto,de quo inquiritur. ¶Qui si quandoque compareat,semper quoad personam super innocentia auditur, sed quo ad bona illa nõ recuperat,etiã quòd fuerit absolutus, & de innocentia docuerit,nisi infra annũ cõpareat.Remanẽt.n.post annũ fisco in pœnã suæ contumaciæ incorporata,tex.est,qui * hæc omnia concludenter probat. *in l.1.* & ibi communiter* Doct.*ff.de req.reis.*Gãd.*in tit.quid sit agendũ reo absente,& cõtumace,n.1.*Bos.*in ti.de req.reis,in prin.& in ti.de cit.n.5.*Clar.

d.q.44.in fi.principij,Rol.*d.cons.68.n.11.& seqq.vol.2.* Conr. *in pr.tit.de contumace & bann.n.2.& seqq.p.440.*Cyril.*in Sũma crim.tit.si reus in ius vocat.non fuerit,rub.11.* §.2 *ad fin.* & alibi sæpe Doct.quos in proposito etiam refert & sequitur D.Fl.Cart.*d.c.1.n.6.& seqq.*

¶PRÆMITTO III. Quòd licèt pariter de iure communi contumax haberi non possit pro confesso,& conuicto, *ad l. properandũ,§.& si quidem,C.de iud.*Bar.*in d.l.absentẽ,ff.de pœ. & in l.inter accusatorẽ,ff de pub.iud.& in l.1.n.25 ff.si quis ius dic.nõ obtẽ.& in l.si duo patroni,§.si quis iurauerit,n.6.ff de iureiur.*Osasc.*d.dec.Ped.105.n.6.*Ceph.*cons.241.n.66.vol.2.* cũ aliis concordantib. relatis per D.Fl.Cart.*d.c.1.c.2.*vbi plures citat Doc.de communi*opinio testantes, & dixi *infra,in ti.* * *de delict.& pœn.n.36.in q.18.* ¶Contrarium tamen seruatur de generali cõsuetudine,& vigore statutorum totius Italiæ, prout in Vrbe aderat statutũ,*li.2.c.3.& 4.& 13.in antiq.*&in statu ecclesiastico adest motus proprius Pauli III. inter constitutiones Marchiæ,*lib.4.c.10.rub.de modo & effectu citationis,& banni,secundùm nouam impressionem*, quæ quidẽ statuta & cõstitutiones volentes sic cõtumaces haberi pro confessis,quòd valida sint,dubitandũ non est ad tradita per Bal. *in tit.de pace iuram.fir.§.iniuria,col.4.vers.vtrũ valeat statutũ.* Aug.ad Ang.*de malef.in verbo,quòd fama publica,n.48.*Mars. *in tr de bannitis,in verbo,cõtumacia,n.45.& n.133.*cũ aliis relatis per D.Fl.Cart *d.c.1.n.27.& seqq.*vbi testatur de cõmuni,*& practicata opinione, [& post Cart.per Mar.Ant Eug. * *cons.31.n.13.*]idcirco cõtra reos absẽtes de quocũque graui crimine inquisitos proceditur,& ex cõtumacia pro confessis habiti bãniuntur & cõdẽnantur etiã ad mortẽ & confiscationem bonorũ. Sic.n.de generali consuetudine totius Italiæ testantur Alb.*in l.seruum quoque,§.publicè, n.23.in fi ff.de procur.& in l.pen.§.ad crimen,n.23.ff.de pub.iud.& in tr.statutorum,in 4 p.q.1.n.3.*Gand.*de mal. in t. quid sit ager.reo abs. & c.n.1.*Bonif de Vit.*in ti.de compar.accu.n.50.*& de consuetudine Franciæ testantur Ign.*in l.lege Cornelia, num.23 ff.ad Syll.*Guliel.de Bened. *n c.Raynutius, in verbo,mortuo itaque testatore,in 2 par.n.158.de test.*& de cõsuetudine Hispaniæ testatur Ant.Go *super l.76.Taur.n.8.*quos in proposito & alios refert Iul.Clar.*in pr.§ fi.q.44.ver.licèt autẽ*, dicens hoc apud Criminalistas esse notissimum,pluréque alios sic de cõmuni*& generali consuetudine testantes refert pariter & se- * quitur D.Fl.Cart.*vbi sup.d.c.1.n.9.& seqq.& n.7.& seq.*

¶PRÆMITTO IV. Quòd id, quod supradictum est in secũdo præmisso de annotatione bonorũ, & quòd reus expectetur per annũ,recessit ab aula,vt apertè tradũt omnes præcitati Do.in antecedẽti præmisso allegati, qui saltẽ de generali cõmuni*cõsuetudine totius Italiæ vnanimes testãtur,& * videre est apud relatos per Fl.Cart.*d.c.1.d.n.17.& seq.* ¶Ideo si absẽs & cõtumax;& sic,vt suprà pro cõfesso habitus & cõdẽnatus cõpareat ante sententiã,omnia euanescũt, omniáq; præcedentia acta soluũtur in vim simplicis citationis, auditúrque & quo ad bona,& quo ad personam, secund.Ang.*de mal.in gl.qui Iudex vidẽs dict.inquisitos non cõparuisse,n.4. in pri.& in fi.*Bos.*in ti.de req.reis,n.3.in fi.& in ti. de ban. n.4.* Natt.*cons.244.sub n.11.*Cla.*in pr.d q.44.vers.quæro nũc*,Bon. *in com.opi.l.1.ver.contumax non cõparens,p.mihi 42.in fi.*Si verò post sententiã cõdẽnatus ad manus curiæ peruenerit, nec quoad bona,nec quoad personã auditur; sed absq; alio processu sententia cõtra eũ lata executioni demãdatur, sec.Gãd. *in ti.quid sit agẽdũ reo absẽte & cõtumace,n.3.*Iac.de Bel. *in pr. in ti.de pace teñ.in pri.ver.& nota hîc*,Capic *dec.132.n.4.*Alb. *vbi sup.videlicet in l.seruũ quoq;,§.publicè,n.23.in fi.ff.de proc. & in l.pẽ.§.ad crimẽ,n.23.in fi.ff.de pub.iud.& in 4.per.stat.q. 1.n.4.*Bon.de Vital.*de mal.rub.de compari.accus n.80.& seqq.* Masuer.*in pr.tit.de dilat.n.25.& in tit.de contumacia, nu.12.* Boër.*dec.63.n.8.*Ant.Go.*super d.l.76.Taur.n.13.*Imol.*in l.is, qui reus,circa pri.ff.de publ.iud.*Bar.*in l.Diuus,ver.vlteriùs vos videtis,ff.de cust.reo.*Boss.*in tit.de requir.reis,n.2.& in tit. banniti quid amittant,n.18.& 19.*Conrad.*in pr.tit.de contuma. & bannit.n.5.& 8.*Aug ad Ang.*de mal.verbo, qui Iudex videns dictos inquisitos non comparuisse,n.7.*Cyril.*in summa crim.rub. 11.tit.si reus in ius vocat.non ierit,§.2.ad fi.*Clar.*in pr.d.q.44. vers.sed hodie,& ver.licèt autem,& 96.ver.sed nunquid*,Bonacos.*in extrauaganti post comm.opin.lib.2. vers.bannum & sententia,n.14.pag.mihi* 91.Ioseph.Ludou.*in suis com.opin.cen.cl.*

3.*in prin.*Men.*conſ.*100.*n.*279.*lib.*1. Tiber.Decian. *conſ.*18.
* *n.*220.*vol.*1.& vbique communiter*Doct.

4 ¶Præmitto V.Quòd † in Vrbe, & in ſtatu eccleſiaſtico, excepta Ciuitate Bononiæ, in qua bona regulariter non confiſcãtur, abſentibus & cõtumacibus,& in qua fiſci procurator nõ adeſt notificato curiæ crimine,& deſuper informationibus;ſi crimẽ non leue, ſed graue ſit (pro leuib.enim criminib.putà pro vulnerib.ſine periculo,& aliis ſimilib.Iudicis arbitrio non condẽnantur abſentes in Vrbe)ne delinquentis bona in fiſci præiudiciũ celẽtur & ſurripiãtur,trãſmittitur Notarius cum ſubſtituto procuratore fiſcali ad domũ delinquentium, ad ibi,& alibi deſcribendũ omnia eorũ bona mobilia,iuxta formã *l.ſi quis intra prouin.C.de bon.pro-*
* *ſcrip.*& cõmunem*practicam,de qua per Bar.*in l.mandãtis, ff.de requir.reis.*Affl.*deciſ.*61.*n.*21.*in fi.*Guido Papæ,*dec.*351. Pic.*in l.poſt contractum, n.*96.*ff.de donat.*Soarez *in ſuis commun.opin.lit.A,n.*34.Ant.Gom.*var.reſol.tom.*3.*c.*9,*n.*2.Clar. *d.q.*44.*ſub eodem ver.ſed hodie.* Carau. *ſuper ritu magna cur.* 21.*circa fi.*Conr.*in pr.titulo de contum.& bannit.n.*1. *& ſeqq.* vbi de materia,de qua etiam nouiſſimè per Flam. Cart. *vbi ſuprà,dict.cap.*1.*n.*6.*& 7.iuncto n.*19. *& ſeqq.* quæ bona (vt præfati Doctores dicunt) ſic deſcripta in loco tuto,vel penes tertium depoſitarium deponuntur;factóque inuentario monetur,& citatur reus ad comparendum,& ſe expurgandum de delicto,de quo inquiritur modo & forma,de quib. infrà dicam *nu.* 44. Qui ſi non comparet,condemnatur in pœnam confeſſatorum criminum confiſcationis bonorũ,& exilij,vel triremium, vel vltimi ſupplicij, quatenus pœnæ prædictæ ſint delicto condignæ. ¶ Qui ſic condemnatus ſi infra annum ſponte compareat,à Iudice ad ſe defendendum admittuntur:ſi verò fuerit captus etiam infra annum, vel ſponte compareat,poſt annum;ſententiæ in contumacia latę crimen notorium efficiunt,& ſic ſi tanquam in rem iudicatã tranſierint,realiter & perſonaliter exequutioni demandãtur;nec ita cõdemnati à Iudicibus ad nouas,ſeu alias defenſiones admittuntur, niſi habita à ſignatura Sanctiſſimi deſuper ſpeciali gratia.Ita enim cantant expreſsè verba conſtitutionum fœl.record.Pij Papæ IV.ſub datum Romæ, 12.Cal.Iunij,anno 1565.& Pij Papæ V.ſub datum Romæ, anno Domini 1566.indict. 9. die 22. Iunij anno Pontificatus primo,& alia ſub Datum Romæ, apud ſanctum Petrũ, idibus Septembris,anno 1571.[Quas quidem conſtitutiones tanquam odioſas,& pœnales ſtrictiſſimè fori interpretandas,ad tex.*in c.odia,de reg.iur.in* 6.*& in clem. paſtoralis,*§. *cæterũ,de re iud.*conſuluit Marc.Ant.Euge. poſt hæc ſcripta habitus,*in conſ.*20.*n.*2.*lib.*1.

¶¶ Videndum modò eſt,an & quando conſuetudini, & conſtitutionibus prædictis locus ſit, quandóve contra contumaces abſentes ſic condemnatos,& ad manus curiæ peruentos ſententia contra eos lata exequi poſſit?

5 Regvla ponatur affirmatiua,†quæ ſatis ex præallegatis *in n.*3.*&* 4.probata remanet.

6 ¶Limita I.Illam†non procedere, quando reus diceret, non exequamini,D.Iudex,ſententiam contra me latã, quia volo probare cõtrariũ eius,quod in ſentẽtia dicitur.Aduerſus enim ſententiã huiuſmodi ex cõtumacia vigore ſtatutorum volentium,contumacẽ haberi pro confeſſo latam;probationẽ in contrarium admitti debere ab eodem Iudice,qui ſententiã tulit,dixerũt Sal.Ang.Pau.de Caſ.Alex.Iaſ.& Dec. *in l.*2.*inc.ſi is,qui per illũ tex.C.qui teſt.fac.poſſ.*Io.And.*in add. Spec.t.depoſit.*§.9.*verſ.veruntamen in* 1.*col.*Bal.*in l.*2. *§.quod ſi actor,C.de iuramen.col.& in l.ita demum, col.*2.*verſ.reſtat vnũ quærere,n.*6.*C.de procur.& in l.error,in fi.n.*14.*C.de iur.& fac. ign.*Ant.de But.*in c.fi.ver.requiritur vlteriùs,ext.de conſ.* Imo. *in l.creditor,*§.*iuſſus,column.* 3. *verſicul. & pro iſta parte, ff.de appell.*Fran.Are. *conſ.*147.*Viſa conſultatione, & ſtatutis, in primo dubio,*Alc.*in tr.præſum.reg.*3.*in* 22.*præſump.n.*7.de cõ-
* muni*teſtatur Corn.*conſ.*45.*col.*3.*ad fi. poſt n.*7. *vol.*3. & in aliis conſiliis relatis per Bonac. *in comm.opin.lib.*1.*verſ.contumax reus ob delictum,pag.mihi* 42.*col.*1.*in fi.*Dec.*in c.*1. *nu.* 12.*de poſtul.præl. & in c.*2.*in prin.de prob.*& videtur de mẽte Boſſ.*in tit.de bann.nullit.n.*4.*in fi.*dum referendo Are.*in dict. conſ.*147.dicit aduersùs fictam confeſſionem admitti probationem in contrarium abſque eo,quòd reuocetur, licèt ſecus ſit in vera,Marſ.*in pract.*§.*poſtquam,n.*47.& latiùs *in l.*1. §.*ſi quis vltrò,n.*93.*& ſeqq.ff.de queſt.*Tiraq. *de retract.lign.*§. 4.Gloſ.1.*n.*12.Neuiz. *conſ.*60.*n.*2.*& ſeqq.* Ioach.Mi:ſinger. *ſing.obſer.cent.*2.*obſer.*88. Ceph.*conſ.*140.*n.*7.Pract.Conradi *tit.de contumacia,& banit.in fine,*Menoc.*in tract.de arb.q.caſu* 416.*n.*37.*& ſeqq.*Rolan.*conſ.*60. *vol.*2.*per totum,*vbi reſpondet ad contraria, Natta *in conſil.*444.*per totum,volum.*2. aliquos alios refert & [latè explicat Andr. Gayl.*in ſuo tract. de pace publ.l.*2.*c.*8.*per totũ: & præſertim ibi,n.*3.teſtatur de cõmuni * Doctorũ opinione,*&n.*6. dicit hanc limitationem * vſque adeò eſſe verã, vt etiam tertius admittatur ad docẽdum de innocentia banniti contra regulã *l.pen.*§. *an crimen, ff.de publ.iudic.*quod & idem tradiderũt plures conſulentes *in conſilia crim. diuer. l.*1. *in folio, videli et in conſ.*76. *& ſeqq. vſque ad conſil.*81.*in* 2.*dubio.* Addo pro hac limitatione Flã. Cart.*in ſuo tract.de exeq.ſent.c.*3.*n.*23.*& ſeqq.& c.*1.*n.*164.*&* 167. vbi poſt Iaſonem,Decium.& Bonacoſſ. quos allegat, ita teſtatur per Doctores cõmuniter * receptum, prout & * idẽ teſtatur *in c.*1.*n.*103.*& ſeqq.*& alios adducit cõcordãtes.

¶ Mouentur autem ad ita tenendum præfati Doctores pluribus,& quidẽ iudicio meo vrgentibus rationibus. Primò, quia ſi vera confeſſio reuocari poteſt prætextu erroris, & reuocatã probationem in contrariũ admittit,prout, Deo dante,in materia cõfeſſionis,*ſub tit. de reo confeſſo & cõuicto, infrà in* 2.*lib.*dicetur: multò magis debet talis probatio admitti contra fictã confeſſionem vigore contumaciæ, & ex ſtatuto reſultantẽ.Aliter plus operaretur fictio,quàm veritas,contra tex.*in l.filio,quem pater,ff.de l.& poſthu.cum ſimili.* ¶ Et propterea fictam confeſſionem etiam non reuocatam prætextu erroris, probationem in contrarium admittere, non immeritò dixit Boſſ. *in loco nuperrimè citato, n.*4. quod multis comprobat Neuiz.*cõſ.*69.*n.*2.3.*&* 4. refert Menoc. *d.caſu* 416,*n.*48. [& de communi * poſt alios quos allegat,* & teſtatur Andr.Gayl.*in tract.de pace publ.& l.*2.*c.*8.*n.*3.]

¶Secundò ſimile, † quia non reſpondens poſitionibus 7
habetur pro confeſſo, *cap. ſi poſt præſtitum,de confeſſ.in* 6.& tamen non obſtante hac ficta confeſſione, poteſt qui non reſpondit, probare contrarium, ſi vult,vt per Spe. Io.And. Bal.& Iaſ. *in locis proximè citatis.* Ergo multò magis in caſu noſtro,vbi agitur de maiori præiudicio.

¶ Tertiò ſtringit tota illa regula†,quòd vbi ſententia fer- 8
tur ex præſumptiuis & priuilegiatis probationib. ea ſemper ex nouis & fortioribus probationibus ab eodẽ Iudice, cùm nunquam in iudicatum tranſeat, retractari poteſt, *l.ſi qui adultery,*vbi Bar.& Bald.*C.de adult.*Innoc.*in c.tua nos, in gl.magna,de cohab. cle.& mulie.*cum latè congeſtis per Nat. *dic.conſ.*444.*n.*6.*& ſeqq.*& ante eum Marſ.*in l.*1.§. *ſi quis vltrò,n.*79.*& ſ.qq & n.*85.*ff.de q.*Rota.*in vna Imolen.Caſtrorũ, coram Seraphino,die Veneris,* 22. *Aprilis* 1575. & eſt communis,*vt per relatos à Flam.Cart.*in ſuo tract.de exequ.ſent.* * *d.c.*3.*n.*52.[& per And.Gayl.*in tract.de pace publ.lib.*2.*c.*8.*n.* 2.]Sed ſententia lata vigore fictæ confeſſionis,eſt huiuſmodi,quia ex contumacia non oritur vera delicti probatio, ſed ficta, priuilegiata & præſumptiua,ſecũdùm* cõmunem,de * qua poſt alios,quos allegat teſtatur D.Flam.Cart. *vbi ſuprà, c.*1.*n.*29.*in fi.*& dixi infrà,*n.*79.*ergo,&c.*

¶Quartò vrget,† quia exceptio innocentiæ à iure priui- 9
legiata eſt,& taliter,vt nunquã à ſtatuto alias exceptiones tollente ſublata cenſeatur,*l.quoniã, C.ad l.Iul.de adul.*Anan. *in c.aduerſus,extr.de hære.*Fel.*in c.ex parte,in* 13.*limit.*& ibid. Dec.*de offic.deleg.*Mar.*ſing.* 58.Bal.*in l.edita,in repetitione Patauina,cõl.pe.C.de eden.*Dec.*in reg.nihil,de reg.iur.* Boſſ. *in tit. de litteris Princ.n.*3.immò ſi ſtatutum tollit reo defenſiones, intelligitur de defenſionibus iniuſtis,& calumnioſis:ſecus de iuſtis,& quæ reſpiciunt illius innocentiam, Marſ.*cõſ.*64. *n.*5.*& ſeqq.*plures in propoſito refert Cart. *in d.tr.de exequu. ſen.c.fi.n.*46.*& c.*3.*n.*27.*& ſeq.& n.*42.[& poſt hæc impreſſa,Mar.Ant.Eug. *in conſ.*20.*n.*8.vbi infert ad Pontif.Bullas, tollẽtes reis defenſiones;vt ſcilicet intelligantur de friuolis defenſionibus,non autem de permiſſis à lege, quod & idem affirmauit *in cõſ.*31.*n.*63.And.Gayl.*in loco præcit.d.c.*8.*n.*4.]

¶Quintò†Iudex nedũ ad partis inſtãtiam,ſed ex ſe & offi- 10
cio ſuo tenetur quærere rei innocentiam,Bar. *in l.pen.* §.*ad crimen,col.*3.*verſ.ſed primò quæro.ff.de publ.iudic.per l.& ſi non defendantur.ff.de pœnis,& l.prima,*§. *fin.ff.de quæſt.*quæ lex,vt bene adnotauit Boſſ. *dict. titul. de litteris Principum, ſub eo-*

dem

dem n. 3. loquitur post sententiam. quæ, vt dixi, & dicetur etiam infrà, cùm sit lata ex priuilegiatis probationibus, in iudicatum non transit, & retractabilis est, & dixi *infr. in* 2. *part. tit. de var. quæst.* 99.

11 ¶ Sextò facit aliud simile, † Omnis sententia etiam capitalis, ac etiam ea quæ contra contumacem vigore statutorũ habitum pro confesso lata est, retractari potest, si dicitur lata ex falsis probationibus; & forsan etiam dici potest nulla, *l. si quis obrepserit, in verbo, nihil agatur, ff. de fals.* talisque exceptio exequutionẽ impedit, *l. iudicati, C. si ex fal. instrum.* & restitutio, quæ datur isto casu, non est restitutio ex Principis gratia, de qua *in l. diui fratres, ff. de pœnis, & in l.* 1. *§ si quis vltrò, ff. de quæstionib.* sed datur à Iudice ex iure scripto, & ex clausula generali, *Si qua mihi iusta causa videbitur*, de qua *in l. prima. in fi. ff. ex quib. caus. maior.* secund. quod cõmuniter
* *notãt Doctores, *in l. diuus, ff de re iud.* & expressè in iis terminis docet Boss. *in tit. si ex fals. instr. nu.* 8. *& seqq.* licèt apud eum vigore decretorum illius loci, non nisi à Principe hanc restitutionem concedi testetur, & ante eum in eisdem terminis tradit Boer. *decis.* 63. *n.* 9. Sed quando contumax bannitus offert se probaturum suam innocentiam per cõtrarias probationes, vt plurimum continget, si ita constet illas, in quibus fundata est sententia, probationes falsas esse; quia duæ contrariæ probationes non possunt ambæ insimul veræ esse: potéstque Iudex sententiam à se latam retractare, quando dicitur eam latam ex falsis probationibus, vt probatum est. Ergo & idem poterit, quando contumax offert suam innocentiam probare per contrarias probationes.

¶ Vltimò videtur hæc opinio fundata in quadam æquitate, & naturali ratione, vt enitetur absurdum: videmus enim sæpissimè contumaces in exilium mitti, & innocẽtes iniuria potiùs Iudicum, & odio eos persequentium, quã quòd verè delictum cõmiserint: videmus etiã pariter multos nõ habẽtes pecuniam, & propter eorum egestatem, cùm commoditatem non habeant, carcerũ expensas & incõmoda subeundi, ne in carceribus marcescant, qui sinunt potiùs se exbanniri, & condẽnari, quàm comparẽdo suam innocẽtiam purgare, vt bene considerant Rol. *cons.* 60. *n.* 37. *vol.* 2. & ante eum Couar. *pr. qq. c.* 23. *n.* 6. & sæpissimè etiam videmus homines potiùs velle aufugere, licèt innocẽtes sint, quàm litigando iudicio alterius hominis se submittere, iuxta id quod dicitur de Alcibiade per Mantu. *in apophthegmate* 419. qui potiùs se abdidit, & effugere decreuit, quàm litigando componere voluerit, & criminibus respondere nedũ sub iudicio patriæ, sed nec etiam matris. Et ego sæpissimè plures audiui etiam innocentissimos viros citatos monitos vt cõparerent à Curia solitos dicere, se velle potiùs esse aues in campania, quàm in gabbia: nõ enim cõparere recusant, vt Iudicẽ contẽnant, sed inquit Natt. *cons.* 149. *n.* 8. quia se ipsos non contẽnũt, nolunt vitã suã carcerũ discrimini & periculo cõmittere, etiã quòd sine scelere sint. Cùm igitur ad manus Curiæ isti venerint, non videtur eis denegata potestas probandi suã innocentiã per cõtrarias probationes, si tale onus in se assumere volunt; quia aliàs sæpe contingeret, vt multi innocẽtes morerentur per supradicta: & expressè considerat Boss. sed in alio proposito, *in* 1. *de liter. princ. n.* 3. & tamen Iudici non licet innocentem occidere, *vt in Exod. c.* 23. Innocentem, & iustum non occides, etiam quòd ob eius cõtumaciã sit à statuto habitus pro confesso, Plo. Fulg. *cons.* 1. *li.* 1. Fulg. *cons.* 43. *n.* 8. Guliel. de Bened. *in c. Raynutius, par.* 2. *in verbo, mortuo itaque testatore, n.* 164. Foll. *in pract. in verbo, etsi confitebuntur, quar. par.* 3. *partis, num.* 26. & alios refert Fl. Cart. *de exequu. sent. c. fi. nu.* 10. *& & n.* 46. sed absolui, & liberari debet, Mars. *in pract. §. opportunè, num.* 8. *& in tract. de bannit. in verbo, contumaciam, n.* 47. vbi alios adducit concordantes, Thom. Doct. *cons.* 59. *col. finali, & cons.* 129. *n.* 7. Chassan. *in consuet. Burg. in verbo, des iustices & droicts, & c. rub.* 1. *§. quinto, n.* 124. & generaliter sententiam latam contra bannitum, & si innocens reperiatur, minimè exequendam esse, pluribus Doctorum authoritati-
* bus de communi * Doctorum opin. testantium comprobat Flam. Cartar. *d. c. fin. n.* 39. *& seqq.* vbi etiam infert ad plures speciales casus, in quib. dicitur constare de innocentia banniti & condemnati, in quibus talis condemnatio & bannum minimè contra innocentem exequi debet, prout etiam dixi *infrà, n.* 20. *in* 2. *par. q.* 81. *n.* 25. *in* 3. *lim.*

¶ Contrarium his non obstantibus videtur de mẽte Bar. *in l. Diuus, ff. de custod. reo.* vbi inquit, quòd cùm secũdùm statuta ciuitatum Italiæ exbanniti habeantur pro confessis, & sententia feratur in eos tanquam in cõfessos vbi sunt capti, non est opus alio processu, sed sola restat exequutio: idẽ Bar. *in l.* 1. *in fi. ff. de requir. reis*, pariter dicit, quòd secundũ eadem statuta contumax & exbãnitus habetur pro cõfesso, & postea de crimine non auditur, & similiter scribit idem Bar. *in l. quisquis, in fi. C. ad l. Iul. Maie.* quòd bãnũ hodie secundũ statuta terratũ est mortale, & elapso termino banni non datur bãnito ampliùs venia comparendi, & veniendi ad mandata. Si igitur, vt expressè apparet ex doctrina Bar. *in præcitatis locis*, quẽ cõmuniter referẽdo sequuti sunt omnes Doct. supra-
* citati *in n.* 3. bannũ sit mortale, & sententia, quę hodie datur, est mortalis; item post dictam sententiam reus ampliùs non auditur: item sine nouo processu eadem sententia non exequitur: necessariò cõcludendum est, quòd non potest admitti contumax ad probandum suam innocentiã per contrarias probationes: quia si ad id admitteretur, bannũ non esset mortale, bannitus aduersus sententiam audiretur, & nouus fieret processus cõtra suprà allegata. Et in hanc opinionẽ per prædictas rationes videtur nedũ vigore decretorum Mediolani, sed etiã de iure cõmuni inclinare Bos. *in ti. banniti quid amittant, sub n.* 19. *&* 20. dum ita dicit: *Et aduerte dũ concludo, quòd non fit alius processus capto bannito sed sola exequutio, quia ex hoc sequitur necessariò, quòd si vellet probare innocentiam suam captus, non esset audiendus:* & ita clarè Bar. *in d. l. prima, in prin. ff. de requir. reis.* Hanc eandem opinionem expressè tenet Iul. Clar. *in pr. d. q.* 40. *ver. quæro nunc*, dicens quòd ante sententiã potest ficta confessio probationem in contrarium admittere, & sub prætextu erroris reuocari. Post sententiã autem secus, ita inquit ipse, vt expressè declarat Aret. *in d. cons.* 147. *n.* 5. *&* 6. post eũ Foll. *in pr. cr. in* 4. *par* 3. *par. ver. & si confitebuntur, n.* 17. vbi alios plures adducit concordãtes, *& n.* 18 vbi licèt contrarium etiam tenentes referat, allegat tamen Bald. *in l. seruum quoque, §. publicè interest, n.* 7. *in fi. ff. ac procur.* dicentem ita communiter * seruari, quos & alios refert, & sequitur *
in proposito D. Flam. Car. *de exequu. sent. c.* 5. *n.* 38. *& n.* 39. *in fi.* [& M. Ant. Eug. *d. cons.* 31. *n.* 14. *lib.* 1.]

¶ Pro qua quidẽ negatiua opinione, vltra prędicta duę potissimũ adducũtur rationes. Prima, quia ficta cõfessio resultãs ex cõtumacia dicitur cadere, & esse super certo, ideo probationẽ in cõtrariũ nõ admitti, gl. *in l. siue possidetis, in pri. C. de prob. & in l. si. in prin. ff. quod met. cau. & in c. is qui. de spons.*

¶ Secunda est ratio, † quia lata sententia lũdex functus est 12
officio suo; & quando post sententiam constat de innocẽtia cõdẽnati, Iudex nõ potest ampliùs se in ea intromittere, sed supersedere debet, & interim Principi rescribitur, qui gratiã facit. *l.* 1. *§. si quis vltrò*, vbi *&* §. *fi.* Bar. & latè Mars. *de q. l. Diui fratres, ff. de pœn. l. Diuus, ff. de re iud.* Igne. *in sua disp. An Rex Franciæ recognoscat Imperatorem, n.* 124. *&* 125. Gig. *de cr. læsæ Maiest. li.* 1. *t. qualiter in cr. læsæ Maiest. procedatur, q.* 17. *nu.* 3. Ant. Gom. *var. resol. tom.* 3. *t. de tort. reo. n.* 33. *ver.* 4. *poterit*, vbi declarat *& n.* 36. *& in t. de exil. & releg. n.* 4. *in fi.* dixi etiã *inf. n.* 20. & latè hanc comprobat conclusionem D. Fla. Cart. *de exeq. sent. c.* 3. *n.* 6. 22. *&* 56. *& c. fi. n.* 47. vbi de communi, * & *
n. 316. *& seqq.* vbi loquitur generaliter, dicítque quòd Iudex non potest absoluere captum bannitum, etiam quòd ei constet de eius innocentia, vel aliàs de notoria nullitate, aut iniquitate sententiæ, quia cum semel functus sit officio suo, nõ potest ampliùs manũ apponere, sed bene debet supersedere, & Principem consulere, ibique plures adducit concordantes. Ita si contumax bannitus post sentẽtiam vult suã innocentiã mõstrare, nõ Iudici, sed Principi recurrere debet.

¶ Tertia, vltra Doctores, potest adduci ratio, quia si vera esset opinio, nulla esset differentia inter non admissũ ad nouas defẽsiones, prout sunt termini huius quæstionis, & inter admissũ, cũ admissus non aliter audiatur aduersùs sententiã contra se latam, nisi assumendo in se onus probandi innocentiam suam per contrarias probationes, iuxta inferiùs tradita, *n.* 100. *& seqq.* Quod tamẽ videtur absurdum. Non enim est dicendum, quòd Principis gratia in admisso nihil plus operetur, quàm in eo qui non fuit admissus.

¶ Quid igitur dicendum? Prima opinio verior & communior * mihi videtur: quã si tu quoq;, amice Lector, sustinere *
volueris,

volueris,rationibus in contrarium adductis ita respondeas. Non.n.obstat primò,dum dicebatur,bannum quod datur ficte confesso ex contumacia esse mortale, & quòd contra eũ sententia exequenda est sine nouo processu.Hęc.n.generalis conclusio restringi debet,dummodo non offerat ipse contumax per cõtrarias probationes docere de sua innocẽtia.Hęc n.defensio & contraria probatio est exceptio priuilegiata, quæ nunquã à statuto excluſa censetur,vt supra probaui.Sic autem si vellet contumax bãnitus & condemnatus post sentẽtiã dicere,quòd testes pro fisco examinati,sunt eius inimici:vel quòd paterẽtur aliquas alias exceptiones,& quòd propterea nihil probant.item si vellet dicere & probare, quòd quicquid fecit,fecit prouocatus vel ad suam necessariam defensionem,aut alias exceptiones similes proponere, quæ de directo ipsum non probarent non delinquentem;sed vel eũdẽ excusarent,vel ad fisci probationes debilitandas tẽderẽt, tunc vtique sententia iis exceptionibus non obstantib.exequi debet sine alio processu, vt præfati Doct.dicunt, & isto casu bãnum est mortale. At vbi contumax innocentiam suã probare intendit per contrarias probationes directas contra fictam confessionem,& fisci alias probationes, si quæ sunt, dicendo putà se eo tempore quo de delicto imputatur,alibi fuisse,ita quòd impossibile sit ipsum deliquisse,talis casus,talis exceptio & probatio etiam contra veram confessionem nedum contra fictam admitti debet.

¶ Minùs etiam obstat alia ratio,quòd scil.ex quo ficta confessio cadit super certo:ideo nõ debeat admittere probationem in contrariũ,quia ad illum respondent Dec. *in d.l.2.n. 26.ver.non obstat,C.qui test.face.poss.*& Natta *d.cons.*444.*n.*3. Probatio.n.quæ isto casu admittitur,non dicitur admitti cõtra fictã confessionẽ,hoc est,quòd confessio non fuerit facta: sed admittitur contra id,quod continetur in confessione,videlicet quòd delictum nõ fuerit commissum, stant.n.ista simul,quòd confessio verè fuerit facta,& quòd in ea continetur,quòd falsum sit secũd Ant.de But.*in d.c.fi.col.fi.ext.de cõfess.*& Aret.*d.cons.*147.*col.3.ver.non obstat prima ratio,*& bene etiam aduertit Flam.Cartar.*vbi suprà,c.*1.*n.*167.

13 ¶ Multò minùs obstat illa ratio, † quòd videlicet Iudex Principe inconsulto nõ potest sententiã à se latã retractare, etiã quòd constet de innocentia rei,*d.l.*1.*§.si quis vltrò,ff.de q.cum allegatis.*Hæc.n.conclusio procedit in sententia lata ex veris probationib.& quæ transiuit in iudicatum: secus si ex præsumptiuis & priuilegiatis,prout est hæc lata ex ficta cõfessione à statuto vigore contumaciæ: talis.n.sententia nunquam in iudicatũ transit;eiúsque retractatio non est necesse quòd petatur à Principe,sed satis est quòd petatur à Iudice, vt suprà probaui,*n.8.*& tradunt Dom.*in c.venerabilis,§.porrò, col.2.de sent.excomm.in 6.*per tex.*in c.ad audientiam, il secondo.de rescrip.& in capit.ex parte,de rest.spoli.*Fel.*in capit.lator, in septima declarat.de re iud.*refert hos & sequitur Natta *cons.* 444.*n.*5.*& seqq.& n.*15.Mars.*in dicto §.si quis vltrò, n.*79.*&* 85.Bos.*in tit.de remed.contra bannum,n.*3.*&* 4.Rol.*cons.*60. *n.*33.*vol.*2.Bonacos.*in comm.opin. lib.*2.*vers. contumax semel citatus,p.mihi* 18.*col.*3.*in fin.*& expresse etiam consuluit Tiber.Dec.*cons.*96.*n.*54.*vol.*3.vbi dixit,non esse recurrendum ad Principem,quando notoriè constat de innocentia banniti; & idem etiam voluerunt plures alij relati per D.Flam. Cart.*d.c.fin.n.*39.

¶ Vltimò nõ obstat dicere,quòd si admitteremus opinionem affirmatiuam pro vera, nulla esset differentia inter admissum ad nouas defensiones à Principe,& non admissũ:cũ vtroq; casu reus debeat de sua innocẽtia docere per cõtrarias probationes.Nã respõdetur,differẽtiã esse euidentẽ;quia admissus dicetur suam ostendere innocentiã,non solũ si cõtrariũ probauerit eius,quòd in sententia continetur, sed si fisci indicia & probationes eliserit; putà cõtra testes excipiendo, vel etiam probando ad sui executionem aliquã qualitatẽ delicti aggrauantem,putà prouocationem,defensionem,vel quid simile.quod tamen nõ potest facere nõ admissus ad nouas defensiones,vt paulò superiùs *anteced.nu.*dixi. ¶ Item in alio est differẽtia,quia si non admissus per contrarias probationes non docuerit de sua innocentia,sententia contra eum lata etiã ex solis indiciis ad inquirendũ exequitur,vt dixi inf. *n.*16.secus contra admissum ad nouas defensiones, contra quẽ Iudex non potest exequi suã sententiã, nisi tutã habeat conscientiam,quòd bannitus deliquerit.

¶ Svblimita Hanc primã limitationẽ, † quando statutum vlteriùs disponendo mandaret etiam post sententiã aliquas probationes nõ recipi:isto enim casu Iudex nec etiã poterit contra fictam confessionem admittere contumacẽ ad docendum de sua innocentia per cõtrarias probationes, secundùm Bal.*in d.l.error,n.*14.*in fi.C.de iur. & fac. igno.* quem refert & sequitur D.Men.*de arb.q.li.*2.*d.casu* 416.*n.*41. Fol. *in pr.cr.in* 4.*par.*3.*par.ver.etsi confitebuntur, sub n.* 17. vbi infert ad sententiã foriudicationis,de qua in Regno Neapolis, cum concordantib.de quib.per Tiraq.*de retract.lig.*§.4.*gl.*1. *n.*13.& per D.Fl.Car.*in tr.de exeq.sent.c.*3.*n.*39.*&* 42. 14

¶ Et propterea in casu nostrarũ constitutionũ Summorũ Põtificum,de quib.*sup.*& sic in statu ecclesiastico,indubitanter hanc sublimitationem & præcedentẽ negatiuã opinionẽ seruati vidi.Et hoc credo duplici ratione.Primò, quia in illa vltima fœl.recordationis Pij Papæ V.sub Datũ Romæ apud sanctum Petrum,idib.Septembris,anno VI.de qua *in* 2.*par. Bullarij,fol.mihi* 133.& est constitutio in ordine 137.*incip. Dudũ,*expresse cauetur,quòd huiusmodi banniti,si capti ad manus curiæ deuenerint,per Iudices ad nouas seu alias defensiones faciendas,non admittantur,nisi habita à signatura Sanctissimi desuper speciali gratia.Et sic cũ expresse per eã adimatur Iudicib.facultas admittendi ad nouas defensiones,res dubitatione caret;sicut in simili in decretis & constitutionibus Mediolani idẽ dixit Boss.*in tit.si ex fals.instrum. n.*10.*vers.& si haberemus ordines,*& in terminis nostræ Bullæ consideranit Flamin.Cart.*dicto c.*3.*n.*39.*&* 43.Secundò,quia prima constitutio fœl.record.Pij Papæ IV. sub Datum Romæ apud sanctum Petrum,XII Kal.Iunij anno VI.de qua *in* 1.*par.Bullarij,fol.*869.& est cõstitutio in ordine 128. incip. *licet dudum,ante fi.ver.præterea quoniam,* vbi expresse dicit, quòd elapso termino ad cõparendum, sententiæ in contumaciam latæ crimen notorium efficiant,& tanquã si in rem iudicatam transierint,exequutioni mandentur. ¶ Vt autem hæc pleniùs explicentur,põdero in primis verba illa,*exequutioni mandẽtur,*& quæ secund.Dec.*in d.l.*2.*n.*18.*C.qui test.face.poss.*aduersùs fictas confessiones probationem in contrariũ recipi minimè posse demonstrant.Secundò pondero illa verba,*tanquã si in rem iudicatam transierint.*Ridiculum.n.est, vt inquit Boss.*in tit banniti quid amittant.n.*20.*in fine*, quòd hæc quæstio intelligatur post rem iudicatam:vbi.n.adest res iudicata,tunc cessat motiuum,de quo *sup.n.* 8.*&n.*13. prout expresse idem considerauit etiam vigore dictæ Bullæ,Flam. Car.*de exequ.sent.d.c.*3.*n.*53.*vers. Nam respondetur, & capit. fin.post n.*316.*ver.quamuis hoc intelligat,&c.& n.*317.vbi propterea testatur isto casu semper vidisse seruari, quòd Iudex suprasedendo Principem consulit, eidem narrando statum causæ,non autem quòd ex se ipso reum absoluat: licèt.n. quando reus comparet ante sententiam, etiam quòd cõpareat post bannum,possit Iudex admittere comparentem ex se ipso,& absque Principis ordine ad probandũ suam innocentiam per contrarias probationes;non tamen hoc poterit post sententiam:nam post sententiam est necesse Principi supplicare,vt bene demonstrat idem Flam.Car. *vbi sup.c.*1. *n.*110.*&* 113.tam ex constitutionibus Marchiæ, quã ex aliis constitutionibus Iulij II. & Pij IV. [& hoc est,quod voluit And.Gayl.*vbi sup.*citatus *de pace publ.li.*2.*c.*8 *n.*10. dum dicit,quòd quando contumax est condemnatus ex plenis & concludentibus probationibus,tunc non admittitur offereris probare suam innocentiam;quia sententia contra eum lata ex veris probationibus transiit in iudicatum.]

¶ Et si tu subtilis diceres;Ergo Princeps isto casu tollit exceptionem,& defensionem innocentiæ?† Quæ tamen cũ sit de iure naturæ,nec à Principe,nec à statuto tolli potest, sec. Bal.*in d.l.edit.in repetitione Patauina,col.pen.ver.ex tribus autem constat, C.de eden.& in l.*1.*§. Offilius, colum. penult.ff. ne quis eum,qui in ius voc.est,vi exim.*Natta *dict.cons.*444.*nu.*10. *& seqq.*Anan. Alex.& alij,de quibus per Dec. *in d.l.*2.*nu.*18. Pract.Contad. *titul.de contumacib. & bannitis,in fin. pag. mihi* 450. cum aliis per Carrer.*in pract.in materia appellationis,*§. *septimus casus est,n.*89.[And.Gayl.*in tract.de pace publ.lib.*2. *c.*8.*num.*5. 15

Respondeo duobus modis. Primò,quòd ex causa publicæ vtilitatis multa potest Princeps cõtra generales iuris regulas

præ

præsertim ne delicta remaneãt impunita. ita in his terminis respondet Carr. *d.n.89.& 99.* post Matth. & Ang. *in const. pœnam eorum, in 1. notabili.* Hæ enim constitutiones ratione publicæ vtilitatis cõditæ sunt, vt ex illarum procœmio apertè dignoscitur in illis verbis: *Quòd cùm sæpe cõtingeret, vt qui ex aliquo crimine in contumaciam condemnati fuerint, perdurẽt multos annos in contumacia, expectantes occasionem, vt per temporis diuturnitatem criminis probatio impossibilis reddatur: & tunc quærunt contumaciã sibi remitti, & super defensionibus audiri, cùm criminis probandi facultas est fisco sublata,* & quæ sequũtur. Et licèt forsan talis constitutio dura videatur, seruãda tamẽ est, *l. prospexit. ff. qui & à quibus,* & de factis Principum disputare, sacrilegium est, Carr. *vbi sup. n. 90. in fin.*

Respondeo secundò, quòd isto casu summus Põtifex non prohibuit exceptionem innocentiæ, sed illius admissionem sibi reseruauit, dũ dicit, *Nisi habita desuper à signatura nostra speciali gratia.* Aduertat ergo Iudex isto casu, ne sit velox ad exequendam sententiam: quia si reus offert innocentiã suã docere per contrarias probationes, debet supersedere, & Principem consulere, vel expectare, quod pro parte rei ad eũdẽ Principẽ recurratur isto præsertim casu, in quo prout infrà dicetur, facilis esse debet idem Princeps in admittendo reum ad defensiones: & si Iudex aliter faceret, malè faceret, vt suprà probaui, *n. 9. & seqq.* & docebitur *inf. n. 20.*

16 ¶¶ Limita II. Propositam huius quæst. regulã, †vt prædicta sententia in contumaciam lata nec etiam exequi possit, quando eam non præcesserunt legitima indicia, secund. Plot. *in cons. cr. diu. 72. n. 16. & seq. vol. 2. in magnis, vbi multa congerit.* Indicia enim isto casu debere præcedere, antequã contumax cõdemnetur, tenuit etiam Affl. *in const. pœn. eorũ, n. 47.* Clar. *in pr. q. 44. ver. quæro nunquid,* vbi sic testatur* esse vniuersalem practicam. Et inquisitionẽ non legitimis præcedentibus indiciis formatam, nullam & inualidam esse, satis supérque suprà demonstratum est *in 1. q. in quarto requisito, num. 40. & seqq.* vbi tradita hîc repetere non est necesse.

¶ Immò in casu exequutionis sententiæ capitalis contra bannitum, non solùm legitima indicia, sed etiam plenas & concludentes probationes præcedere debere scripserunt quã plures Doct. vt videre est apud Specu. post Ioa. And. *in tit. de acc. in 4. par. §. fi. in 9. col. vers. sed pone, A. fuit accusatus,* Old. *cons. 75. incip. hîc agitur, post prin. ver. & Doct. iuris Canonici,* latè Marsil. *in pr. §. post quem, n. 48. & seqq. & in l. 1. n. 129. C. de rap. virg. & cons. 82. n. 40. & cons. 117. n. 30. & seqq.* quib. in locis dicit, quòd licèt Guido de Suzzaria relatus per Ioa. *vbi suprà,* testetur contrarium seruari de facto, eius tamen attestationi credendum non est, & in omnem euentum debet attendi id, quod est de iure, & non quod fit de facto.

¶ Quòd autem de iure isto casu plenæ requirantur probationes ad condemnãdum absentem cõtumacem, ponderat ipse Marsil. post Spec. *vbi sup. tex. in l. raptores, post prin.* ibi, *cõuicti interficiantur, &c.* & circa mediũ, ibi, *post legitimas & iuri cognitas probationes,* &c. & in fi. legis, ibi, *reperti, & cõuicti fuerint, C. de Ep. & cl. & in auth. qua in prouincia, §. 1.* ibi, *si tamen omnino appareat obnoxius, & c. C. vbi de cr. agi oport. & in c. Deus omnipotens,* ibi, *nullũ ante veram iustãq; probationẽ iudicare aut condẽnare debemus, & c. 2. q. 1.* & idẽ, quòd Marsil. tenuerunt etiã Foll. *in pr. cr. in 4. par. 3. partis principalis, ver. etsi confitebuntur, n. 15.* Boer. *dec. 63. nu. 8.* Ceph. *cons. 251. nu. 65. & 73. lib. 2.* Ruin. *cons. 68. n. 5. vol. 5.* Boss. *in tit. de reis requir. sub n. 1. & in ti. de confess. per torturam, n. 23. & in ti. bann. quid amittant, n. 18. in fi. & in ti. de litteris Principum, prop. fin.* quibus in locis semper dicit, quòd Senatus ille Mediolani nunquam mandat exequi sententiam in contumaciam latam, nisi ex processu videat rem claram, & nisi ex eo tutam habeat conscientiam, quòd omnino deliquerit, & propterea vt plurimùm mandat torqueri, ac etiam absolui, quando indicia essent valde debilia, Plot. *d. cons. cr. diuers. 72. n. 34. vol. 1. in magnis,* vbi propterea quòd isto casu non sufficit * vnus testis de visu, & hanc esse cõmunem* opinionem ex Arno. *soliloq. 14.* & Paseto *in cons. 188. n. 1. & 2.* dixit Bonac. *in comm. opin. lib. 1. ver. contumax vt possit condemnari, pag. mihi 42. col. 4.* ¶ Et si contra hanc opinionem obiiceres, quòd stante ficta confessione inducta à statuto ob contumaciam, non videtur necessaria alia probatio, cùm confessio ipsa habeat vim plenæ probationis. Respondet Marsil. *in pract. §. post quam n. 50. & 51.* quòd confessio resultans ex contumacia non dicitur vera, sed ficta: nec inducit veram probationem, sed fictam, secundùm Nellum *in tract. de bannitis, in prima par. primi temporis, in 1. quæst. col. fin.* Et ex ficta confessione non potest imponi pœna ordinaria delicti, sed minor Iudicis arbitrio, secund. Inn. *in c. quia verisimile, de præsump.* sequuntur Doct. *in c. afferte, eodem ti.* Bald. Alb. Castr. & alij, de quib. ibid. per Marsil. *n. 50.* Ad condemnandum ergo absentem in veram pœnam delicti, non sufficit ficta confessio ex contumacia resultans, sed plena requiritur probatio, per prælegatos, [quibus addo And. Gayl. *in tract. de pace publ. lib. 2. c. 5. n. 11.* vbi ampliùs videtur requirere euidentissimas probationes, vt illius verbis vtar, *& capitulo octauo, num. 10.*]

¶ A quibus omnibus mediam quodãmodo viam eligendo, licèt dissentire videatur Natta *in cons. 594. n. 14. vol. 3.* vbi dixit, quòd isto casu debẽt huiusmodi sententiam præcedere saltem indicia sufficientia ad torturã, & hanc Nattæ opinionem relatis opinionibus veriorem credit Becius *d. cons. 11. n. 7. & 8.* prima tamen Ploti opinio suprapositа, *num. 16.* quòd scilicet sufficiant legitima indicia ad inquirendum, apud nos in Vrbe, & statu ecclesiastico seruatur: ita enim expressè cantat vltima constitutio Pij Papæ V. sub datum Romæ apud sanctum Petrum, Idibus Septembris, Anno VI. ibi *Si tamẽ legitimis præcedẽtib. indiciis ad inquirendũ promulgata fuerint.* Et vigore dictæ Bullæ, cuius verba clara sunt, hoc idem clarè etiam scripsit Dom. Flam. Cartar. *in tract. de exequu. sentent. cap. fin. n. 58. & pluribus seqq.* vbi *num. 81. & seqq.* optimè concludit, hoc locum habere, non solùm in captis infra annum, prout loquitur Bulla Pij V. sed etiam in captis post annum: vtroque enim casu non potest contra ipsos sentẽtia exequutioni mandari, nisi præcesserint legitima indicia ad inquirendum, *& n. 139. versic. vt mirum non sit,* [& nouissimè post hæc scripta resoluit Rota Romana in vna Romana Notariarius pro Octauio de Totis contra Simonẽ Garziam, sub die 12. Februarij præsentis anni 1588. quòd quædã sententia aliàs lata in Curia Capitolij per D. Senatorẽ, de qua infrà dicã, *n. 89. vers. Hæc quæstio*] est nulla, ex quo non præcesserunt legitima ad inquirendũ indicia, iuxta formam dictæ Bullæ, & ista decisio emanauit coram Reuerendissimo Dom. Vrano Auditore dignissimo & integerrimo. Ergo si legitima ad inquirendum indicia præcesserunt, sententia nulla non erit, vt videtur de mente dictæ decisionis.

¶ Et licèt Boss. *in locis prælegatis,* dicat, vt præfertur, quòd Senatus vtitur alia practica, quia scilicet tales banniti, si ad manus iustitiæ veniunt, nunquam condemnantur, nisi res sit clara, & nisi habeat tutam conscientiam de delicto, & sic videatur requirere non solùm indicia legitima ad inquirendũ, sed & concludentes & claras probationes, iuxta opinionem Specu. & aliorum suprà relatorum: istud tamen debet intelligi, quando reus est admissus ad nouas defensiones, de quo infrà dicam, *n. 103.* non autem quando est captus, prout loquimur, vt be neaduertit Clar. *dicta quæst. 96. vers. sed nunquid,* vbi quòd id, quod dicit Boss. nunquam aliter, quàm in admisso ad dictas defensiones seruari vidit. Et vtcunque sit, in Vrbe & in statu ecclesiastico vigore dictæ constitutionis non recedas, nec in iudicãdo, nec in consulendo à proposita limitatione *suprà, num. 16* quòd videlicet sufficiãt legitima indicia ad inquirendum. ¶ In statu verò Mediolani seruа illius consuetudinem, quæ an sit generalis, secundùm Boss. an verò particularis, respectu admissi ad nouas defẽsiones tantùm, secundùm Clar. non opus est disceptare. Vbi verò nulla particularis constitutio, seu statutum, vel cõsuetudo in cõtrarium vigebit, crederem opinio. Spec. Boss. & aliorum supracitatorum seruandam esse, quæ de iure communi, & verior & magis cõmunis* videtur: prout eã de iure, & veram, * & communem post alios, quos alleg. dixit nouissimè Dom. Cartar. *dicto cap. fin. num. 137. & seqq.* ¶ Nec sententiam contra bannitum contumacem in pœnam delicti condignam condemnatum exequẽdam fore arbitraretur, nisi ex plenis & concludentibus probationibus lata fuerit: dummodo, vt dixi, non simus in loco, in quo de consuetudine seruetur, ad contumacem condemnandũ, non requiri plenas probationes, sed sufficere indicia. ¶ Et nihilominùs adhuc circa hanc limitationem, aduerte primò, quòd Bulla prædicta Pij V.

non requirit simpliciter indicia ad inquirendū, sed & quòd sint legitima, hoc est, à iure approbata, *l. legitima, ff. de pœn. l. actus legitimi*, vbi Dec. & Cagn. *ff. de reg. iur.* Et in proposito bene adnotauit Flam. Car. *de exeq. sent. d. c. fi. n. 66. & n. 69. & seq.* qui propterea dixit, quòd de ista qualitate legitimorum indiciorum requisita à Bulla, debet in primis Iudici constare, antequam veniat ad executionem sententiæ. Item & in isto articulo, an legitima præcesserint indicia, nécne: itémque an pars sit citanda, & vocanda, & audienda, vide latè disputantem eundem Ca. *d. c. fi. n. 95. & aliis seqq. vsque ad n. 133.* vbi concludere videtur, quòd saltem desuper sunt audiendi aduocati & procuratores carcerati, licèt ipse carceratus in hoc citari de iure forsan non debeat, ad quod vide quæ dixi *inf. in 7. limit. per tot.*

¶ Aduerte secundò, quòd isto casu indicia ad inquirendum legitima non erunt ea, quæ regulariter sufficiunt ad inquirendum, hoc est, ad assumendas informationes de delicto: quod propriè est inquirere, vt suprà dixi *in prima q. tertia*, sed debent esse multò fortiora, & sufficientia non solùm ad inquirendā, sed etiam ad transmittēdam inquisitionem: prout in isto casu, quando condemnantur absentes, & dixi *suprà, dicta quæstione prima, n.* 48. ita expressè pariter & rectè quidem, iudicio meo, declarat Iul. Clar. *dicta quæstione* 44. *vers. quæro nunquid*, vbi dicit, quòd de hoc non videtur aliquo modo hæsitandum, & quòd ita docet vniuersalis practica. Et propterea illud, quod vulgò dici solet ex Boss. *in tit. de inquisit. n.* 61. videlicet ad inquirendum, etiam leuia sufficere indicia intelligi debet ad inquirendum, hoc est, assumendū informationes: non autem ad transmittendum inquisitionem, & illius vigore postmodum ad condemnandum absentem, & si captus fuerit ad exequendum contra eum sententiam, vt suprà dixi, *dicta q. 1. n. 45. vers. altera, & secunda fuit opinio, & vers. quinta fuit opinio, & n.* 48. *vers. aduertas* 3. & in proposito bene annotauit Fla. Car. *d. c. fi. nu.* 67. 68. *&* 94. *&* 133. & nouissimè etiam Bertaz. *cons.* 462. *n.* 6. *vers. Præterea quatenus, lib.* 2. *cons. crim.*

17 ¶ Aduerte tertiò, † quòd quando sententia erit lata ex minùs legitimis probationibus, seu indiciis, Iudex vel pœnam commutabit, vel reum torquebit, vel etiam absoluet eius arbitrio, idque iuxta qualitatem, & quantitatem probationum existentium: consulto tamen Principe, qui reum admittat ad nouas defensiones, secundùm Boss. Plot. & Cla. *in locis proximè citatis*, & vide quæ dixi *infrà, n.* 78. *& seq.*

18 ¶ Aduerte quartò, quòd † quando Iudex propter probationum debilitatem, cùm sententiam exequi non possit, sed in casu existentium indiciorum ad torturam bannitum condemnatum torquet, si in tortura persistit, pariter liberandus & absoluendus est secundùm Bos. *d. ti. banniti quid amittant. n.* 18. & Bertaz. *d. cons.* 119. *n.* 23. tortura enim nedū indicia, sed plenas purgat probationes, vt suo loco dicetur, si Deo placuerit; & tortura isto casu debet esse moderata, & regulata ad terminos iuris: non autē excessiua, & immoderata, prout nónullos malæ cōscientiæ Iudices nostris tēporibus fecisse testari possum, quorum viuentium nomina taceo: qui videntes, quòd vigore sententiæ in contumaciam latæ non possunt captum decapitari facere: quia scilicet sententia ipsa ex nō sufficientibus probationibus composita fuit, si aliqua in processu habent indicia ad torturam, per indirectū quærunt pauperi reo mortem infligere: & freti sub hac conclusione, quòd possit idem reus isto casu torqueri, adeò acriter ipsum tractant, seu potiùs excoriant, vt à tortura non desistant, donec confessionem habuerint: & quod peius est, eo non posito ad largam, nec ei concesso termino ad se defendēdum, contra tradita *inf. n.* 47. Sed isti cruciant indebitè homines in hoc seculo, & in alio diabolus debitè & iure optimo ipsos cruciabit, & multò grauiùs plectentur.

19 ¶ Aduerte quintò, † quòd quādo de vno delicto sunt plures imputati, quorum omnium Curia notitiam non habeat, tunc si ex illis aliquis bannitus & condemnatus ad dictæ Curiæ manus peruenerit, dubium non est, quòd de consociis interrogatur, ac etiam torquetur: si illos neget, isto casu tortura infligitur præcisè ad habendum complices & sine præiudicio sententiæ: (ita enim Iudex in decreto torturæ protestari debet) nec per eam purgabuntur probationes, & sententia super principali delicto, prout hæc omnia latiùs Deo permittente alibi probabimus, videlicet *in ti. de indiciis, & tortura*, in ea scilicet q. in qua agetur, *An, & quādo per torturam purgentur indicia.* & in specie nostra nouissimè adnotauit D. Fl. Car. *in tr. de exeq. sent. c. 2. n.* 57. *& seq.* vbi ponit materiam.

¶ Sed in hoc nō possum me continere, quin valde exclamē & excandescam (sed vtinam hoc meum exclamare & excādescere aliquid in posterum proficiat) contra multos Iudices, qui sub hoc prætextu interrogandi & torquendi condēnatum super complicibus, adeò ipsum torquent, & torturam & torturæ genus repetunt: & adeò in cruciando in illum cōdemnatū insæuiunt, vt dedecori sibi attribuant à tortura desistere, nisi & complicib. ac etiam sub prætextu complicum delicti ex ore proprio cōfessione habitis: &, quod peius est, vtuntur isti non Iudices, sed humani & Christiani sanguinis inimici, hac diabolica cautela, quòd in decreto torturæ non nisi ad complices habendum condemnatum torqueri mandāt, & tamē in tortura postea super delicto principali interrogāt: sed prohibēt Notariū huiusmodi interrogationes super delicto scribere, prout hæc & similia quædā per prauos Iudices solere fieri adnotauit etiā D. Car. *d. c. 2. n.* 76. *& seqq.* & ita tamen ab excessiua tortura se excusant dicentes, quòd ille condemnatus, est homo mortuus, & quòd torquetur tāquam cadauer. Sed pauperes ipsi, & parum memores suarū animarum, quas diabolus huius cautelæ & excusationis magister, in inferno cruciabit. Tortura enim ad habendum cōplices non potest inferri, nisi in casu, in quo vel adsunt indicia de complicibus interrogati: & vbi complices non sunt noti Curiæ, & tamen istis casib. tortura non excessiua, sed moderata esse debet: [ita vt tortus saluus sit, vel innocentia vel supplicio, ad tex. *in l. quæstionis modū, ff. de qu. & in l. de minore, § tormenta, ff. eo.* & in proposito declarat] Cla. *in pr. q.* 64. *vers. scias etiam, & vers. veritas est similiter, prope fin.* Ioseph. Lud. *dec. Lucen.* 13. *n.* 64. *parte prima*, & latiùs alibi dicetur *infrà, in* 2. *lib. in tit. de indic. & tortu.*

¶ Aduerte sextò, † quòd si Iudici constat, condemnatū non esse delinquentem, & sic appareat de eius innocentia: tunc sicut non posset ipsum, non obstante quacūque contumacia, condemnare, ita pariter nec contra eum condēnatum poterit suam sententiam exequi: sed liberum & absolutū dimittere tenetur, consulto tamen Principe, & non aliàs: vt iterum superiùs dixi, *n.* 11. *&* 12. per tex. *in l.* 1. *§. si quis vltrò*, vbi præsertim Mars. *n.* 71. *& seqq. ff. de quæs.* idem Mars. *cons.* 49. *n.* 45. *& cons.* 60. *n.* 17. *& cons.* 73. *n.* 69. *& sing.* 182. *incip. per totam ferè Italiam*, Carr. *in pr. in materia appellationis, § septimus casus est. n.* 12. *pag. mihi* 13. Foll. *in pr. cri. dicta* 4. *parte* 3. *partis princ. vers. etsi confitebuntur, n.* 26. Boss. *in tit. de remed. contra bannum, n.* 2. *& in tit. de liter. Princip. sub n. tertio, & in tit. de bann. nullit. n.* 7. vbi alios adducit concordantes, [And. Gayl. *in suo tractatu, de pace publ. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 2. *in fine.*] & hoc nullam habet difficultatem, quia etiam quòd condemnatus esset in furca, si Iudici superueniat probatio innocentiæ, debet supersedere, nec sententiam exequi: & non licet Iudici innocentem occidere, vt pariter dixi *suprà, d. nu.* 11. *ver. vlt. videtur, & inf. q.* 81. *n.* 25. *par.* 2.

20

¶¶ Limita III. Propositam regulam, † vt antequam sententia executioni mandetur contra captū bannitum, debeat fieri recognitio personæ ipsius condemnati per eiusdem cōfessionem, dicentis se esse eiusdem nominis & cognominis, prout est ille nominatus in sententia: & quòd pariter est ille idem, qui de maleficio arguitur, & qui est descriptus in banno secundùm communem* & antiquam, ac etiam hodiernis temporibus seruatam practicā, de qua per Bal. *in l. diuus, n.* 5 *ff. de cust. reor.* Bald. *in capit.* 1. *tit. de feu. sine cau. non amit.* Ang. *in l. inter stipulantem, §. primo, n.* 4. *ff. de verbor. obl.* Ang. *de malef. in verb. Caiū Sempronij, in princ. & ibi in add. per Arimin. & in verb. Caput à spatulis amputetur, n.* 17. Carr. *in pr. in materia appellationis, §. septimus casus est, n.* 8. *& seqq.* Nell. *de banni.* 2. *par.* 2. *temp. q.* 34 Mars. *sing.* 72 Mayner. *in l. sicuti pœna, n.* 23. *ff. de reg. iur.* Foll. *in pr. cr. in verb. Captis foriudicatis, n.* 1. Cyril. *in summa crim. titu. si reus in ius voc. non ierit, § secundo. in vlt. col. pag. mihi* 54. Clar. *in pra. quæst.* 96. *vers. quæro, nunquid*, Bonac. *in comm. opin. lib.* 1. *ver. bannitus in contumaciā si sit captus. p. mihi* 15. *col.* 4. *ver. primo*, Roland. *cons.* 60. *n.* 27. *& seqq. vol.* 2. Boss. *tit. de requir. reis, sub n.* 2. *& tit. banniti quid amit. n.* 18. & nouissimè post hæc scripta visus, Fl. Ca. *de exeq.* 21

senten.capto bannito,c.20.nu.1.& seqq. Nulla autem facta recognitione personæ condemnati sententiam exequi nõ posse,dubitandum non est, & hoc omnes præallegati fatentur.

22 ¶ AMPLIA I. Hanc tertiam limitationem,† vt multò magis recognitio personæ,sic vt suprà requirenda sit,quando in inquisitione & banno fuerit erratum in nomine, cognomine,patria,seu aliqua alia demonstratione:tunc enim sustinetur inquisitio,& condemnatio, siquidem de identitate corporis inquisiti & condemnati constat. Ang.*in l.his verbis*, §. *fina.in fi.ff.de hær.instit.* Bar.*in l.demonstratio falsa, in 6.q.ff.de cond.& demonst.* Nell.*de bann.in 3.par.1.temp.q.vltima*, Ang. *de mal.in verb.Caium Sempronij,n.6.& 7.* vbi etiam de materia,*& ibi in add.* Arnon.*sing.95.quidam conciuis*, Carr.*in pr. de appel.§.septimus casus est,n.28.* Clar.*in pr.q.31.ver. contra & aduersus*, Bonac.*vbi sup.d.vers.bannitus in contumaciam si sit captus,pag.15.* Ideò ad hoc vt cõstare dicatur de identitate dicti corporis inquisiti & condemnati,habenda est recognitio illius personæ;quòd scilicet sit ille idem, qui de delicto arguitur,& de quo in banno. Non habita autem tali recognitione tantò minùs Iudex contra ipsum potest exequi sententiam,vt per præallegatos,& nouissimè per D. Cart. *vbi sup.d.c.2.n.6.& seqq.*

23 ¶ AMPLIA II. Eandem tertiam limitationem, †vt pariter & multò magis sit facienda personæ recognitio, quando in eodem loco,in quo ortus est delinquens,vel in quo domicilium contraxit, seu deliquit condemnatus, aderant etiam plures alij eiusdem nominis,& cognominis, quo cõdemnatus vocabatur. Tunc enim inquisitio videtur nulla ratione incertitudinis,per ea quæ suprà dixi *hoc eod.tit.q.1.n.11.*& in specie sentit Ang.*in l.inter stipulantem*, §.*Stichum, nu.9.ff.de verb.oblig.& in l.2.n.2.ff.de lib.& posthu.* sed euanescit nullitas constito de identitate personæ condemnatæ: ideo facta recognitione personæ,quòd sit ille idem, qui de delicto arguitur,& de quo in banno,sententia contra ipsum exequutioni demandatur:aliàs secus, vt per Bar. *in d.l.demonstratio falsa,in d.6.q.ff.de condit.& demon.* Nell.*d.3.parte primi temp. q.fin.* Rol.*d.cons.60.n.26.vol.2.*& nouissimè D.Flam. Car. *d. tr.de exeq.sent.c.2.n.10.& seq.*

¶ Et isto casu potest constare de identitate corporis inquisiti & condemnati non solùm ex cõfessione ipsius rei,*vt sup.* sed etiam ex citationibus factis:nam comperto quòd fuerint factæ in domo ipsius capti,& multò magis si fuerint eidem capto personaliter exequutæ,dicitur tunc constare de identitate corporis citati,inquisiti & condemnati. Vnde in hunc modum facta recognitione personæ potest contra sic recognitum Iudex sententiam exequi,vt per Ang.& Nell. *in locis modo proximè allegatis*, & per D.Fla.Cart.*d.c.2.n.28.& 29.*

¶ Sed aduerte ne erres, quòd nisi vltra citationes sic vt suprà exequutas,vel in personam,vel domi ipsius capti cõcurrat etiam eiusdem confessio dicentis se esse illum,de quo in banno,Iudex non potest contra ipsum exequi sententiam ex solis citationib.sicut præmittitur exequutis,prout bene declarat Nell. *d.c.fi.post prin.ver.credo Bartolum intellexisse*, & Ang.*in d.§.si Stichũ,nu.6.ver.tu dicas*, vbi apertè sentiunt,verámque requiri & recognitionem personæ per rei confessionem,& exequutionem citationum factarũ non ad valuas, vel per edictum,sed personaliter,vel domi ipsius carcerati, & ita etiam apertè præsupponit Boss.*in tit.banniti quid amit. n.18.vers.& breuiter veritas est.*

¶ Immò isto casu,quando sunt in eodem loco plures eiusdẽ nominis & cognominis, non desunt Doctores,qui dixerunt nec etiam sufficere,quòd reus fateatur se illum, qui de delicto arguitur,& de quo in banno,nisi etiam pariter fateatur se commisisse illud idem delictum,de quo in eodem bãno:ita enim sensit Ang.*in d.l.inter stipulantem*,§.*si Stichum,n. 6.in fi.ver.erit ergo consilium,ff.de verb.obl.* inquiens:erit ergo consilium,vt reus confiteatur se etiam illud maleficium fecisse,quia tunc vigore confessionis,& vigore banni Iudex eũ condemnabit vtrumque copulando,nec dissentit Nel.*de bãnit.dicta 3.parte primi temp.q.12.quæ est finalis,ver.communiter tamen*, vbi quòd Rectores communiter* obseruant hanc practicam, quòd faciant,scilicet captum confiteri se esse illum qui deliquit, vt in sententia continetur, & qui citatus fuit,& habita tali confessione bannum contra ipsum exequitur Iudex. Hoc idem etiam apertè sensit Ang.*de malef.in verb.Caium Sempronij,nu.3.ver.Quinimò plus*, vbi quòd melior practica est,& fortè necessaria,quòd bannitus non tantùm se recognoscat, sed etiam fateatur se commisisse tale crimen,de quo cantat bannum & condemnatio loco,tempore,modo,& forma,de quibus in processu. Tunc enim tutè poterit fieri exequutio condemnationis:aliàs durum videtur,vt ex sola contumacia non habita prædicta confessione decapitetur,& ad hoc ponderat etiam verba Bar.*in d.§.si Stichum*,& allegat Imo.*in to.§.si Stichum.* Addo & Mayner. *vbi sup.in d.l.sicuti pœnam,post n.23.ff.de reg.iur.*

¶ Sed quicquid præfati Doctor.dicat,verior est opinio Bar. *in d.§.si Stichum*,quòd scilicet sufficiat reum dicere, se esse eum qui de delicto arguitur,& qui in banno descriptus est, absque eo quòd fateatur delictum,de quo in eodem banno, prout hanc opinionem veriorem dixit Aug.*in add. ad Ang. vbi suprà,d. verbo,Caium Sempronij,post n.3.* vbi allegat pro eadẽ opinione Bal.*in l.voluntatis,C.de fideicom.& in l.hac cõsultissima,C.qui test.face.poss.& in l.1.C.si vn.ex plurib.* addo Bos.*in tit.Ban.quid amit.nu.18.post med.ver. Quæres*, vbi quòd opinio contra Bar.bene tollit omnem difficultatem, sed est de indubitabili,& plena periculo,quia si reus delictum nolit fateri,sustinendo torturam purgabit omnes probationes, & euadet impunitus:& propterea eadem opinio requirens etiam confessionem capti super delicto, est cõtra communẽ opinionem Doctorum:nec eam Senatus Mediolani admittit,nisi in casu,in quo ex inspectione indiciorum nõ iudicat bannitũ deliquisse,sequitur Clar.*in pr.q.96.ver. Quæro, nunquid,in fin.* vbi testatur se semper vidisse practicam Bart.ab omnib obseruari:ideo ab ea non recedendum, prout etiam nouissimè hanc eandem sequitur opinionem D.Flam.Cart. *d.tr.de exeq.sent.eo.c.2.n.21.& seqq.vsque ad n.28.*

¶ AMPLIA III. Dictam tertiam limitationem,† vt licèt ex identitate nominis & cognominis præsumatur identitas personæ:quia rarò solet contingere reperiri in eodem loco plures eiusdem nominis & cognominis, vt pluribus Doctorum authoritatibus comprobat Ceph.*in cons.90.n.18.& seq. vol.1.* Quia tamẽ adhuc potest esse, quòd & alij reperiantur eiusdem nominis & cognominis:& clarũ est in iure, in criminalibus,& vbi agitur de pœna capitali, neminẽ posse ex sola præsumptione condemnari, secundùm communẽ,* & ab omnibus probatam opinionem,de qua nouissimè post alios,quos allegat,testatur Hipp.Rim. *cons.121.nu.25.li.2.* licèt secus sit in ciuilibus,prout loquuntur Doctor.per Ceph. allegati. Idcirco non sufficit in proposito faciendæ recognitionis personæ banniti,vt ipse fateatur se esse eiusdem nominis & cognominis, sicut est ille, qui in banno est positus & condẽnatus:sed & est necesse,vt fateatur, quòd in eodem loco nemo alius est,qui nuncupetur eodem nomine & cognomine. Et propterea vt bene animaduertit post Fol.*in tr.cr. in verb.captus foriudicatis recognoscantur,n.1.* D.Fl. Cart.*in d. tr.de exeq.sent.c.2.n.16.& seq.* facta interrogatione,& recepta responsione banniti super identitate nominis & cognominis rursus interrogatur, an in eodem loco ipse constitutus aliquem alium cognouerit,vel cognoscat eiusdem nominis, cognominis, patris, patriæ, seu alterius qualitatis:ac est ille de quo in banno,& sicut ipse nominatur,& recepta desuper responsione negatiua, legitimè dicitur facta recognitio, vt ibi per eum.

¶ Imò non solùm, vt modò dixi,reus debet fateri se eiusdẽ nominis & cognominis esse:& quòd nemo alius in eodẽ loco reperitur eiusdem nominis & cognominis: verùm etiã debet interrogari,& ab eo recipi confessio, an nomine & corpore sit ille idẽ,qui de delicto arguitur,& de quo in banno & sententia agitur:secundùm communem* practicam & Doctores suprà relatos,*n.21.* à quibus licèt in proposito dissentire videantur Alex.& Fel.*in locis citatis*, per Boss.*in tit. bann.quid amit.n.18.vers.non tamen videtur necesse, &c.* Non per hoc tamen est recedendum à communi practica,prout idem Boss.ibi contra Alexandrum & Felinum sequitur, & nouissimè declarat D.Cartar.*d.c.2.nu.18.* vbi propterea admonet,ad hunc effectum exhibendum esse bannum,& sententiam condemnatoriam ipsi capto,eáque sibi de mandato Iudicis lecta & vulgarizata interrogatur,*vt sup.* an ipse constitutus sit ille idẽ, de quo in dicta sententia:& nisi affirmatiuè responderit, non potest dici personæ ipsius banniti re-

cognitionem esse legitimè factam, per præallegata.

25 ¶ Amplia IV. Vt † & multò magis recognitio prædicta fieri debeat, quando reus negat se esse illum, de quo in banno: tunc enim recurrendum est ad testes, qui eum recognoscant, iuxta generaliter tradita per Bal. *in c. cũ causa, n. 35. ext. de testib.* Bar. *in tr. de test. n. 46.* Ang. *in l. 1. n. 2. ff. si ex noxa. cau. aga.* Foll. *in pr. cr. in verbo, capiat informationem, n. 46.* vbi ampliùs, quòd hæc recognitio debet fieri cum indumentis & qualitatibus illius, qui recognosci debet, secundùm Bar. *in l. si cùm exhibuissent, §. ante autẽ, n. 2. ff. de pub. & vectig.* [quem sequitur in proposito Fla. Cart. post hæc scripta habitus, *in sua pra. interrog. reo. li. 3. c. 3. n. 31.*] ¶ Nec recognoscendus debeat ad oculum demonstrari testib. quia daretur materia fabricãdi falsum: sed reo constituto inter duos vel plures, illi quantũ potest similes facie, statura, & vestibus interrogabuntur testes, quis eorũ videatur, & an inter illos sit ille, de quo aliàs deposuerunt, &c. iuxta tradita per Clar. *in pr. §. fi q. 45. ver. sed in proposito, in fi.* & in terminis de recognitione bãniti tradũt Carr. *in pr. cr. 1. tr. de appel. §. septimus casus est, n. 8.* idem Foll. *vbi sup. verb. captis foriudicatis recognoscantur, n. 1. ad fi. vers. Demum ad faciem,* refert hos & sequitur Flam. Carta. [*in pr. d. li. 3. c. 3. n. 33* & iterum] *in suo tr. de exeq. sent. capto bannito, c. 2. n. 34. & seqq.* vbi ampliùs dicit, non sufficere quòd testes illum recognoscant per nomen & cognomen, nisi etiam addant esse illummet, qui de delicto arguitur, & de quo in sententia, per superiùs tradita *in præcedenti ampliatione, in fine.* ¶ Facta autem recognitione per testes, qui tamen sint idonei, & omni exceptione maiores, cũ de vita hominis agatur, etiam quòd bannitus neget se esse eum, qui dicitur aut indicatur à testibus, poterit tanquam conuictus decapitari: per regulam, quòd paria sunt, quem esse confessum, vel legitimè conuictum, de qua *in l. qui sententiam,* & ibi Doct. *Cod. de pœ.* Grain. *decis. 36. sub n. 61. cum similib.*

¶ Et si bannitus, ne posset à testibus recognosci, sibi nomen mutasset, facta recognitione identitatis personæ, & sic cõstito per eosdem testes de mutatione nominis, poterit cõtra eum pariter exequutioni mandari condemnatio, vt post Bar. & Bal. quos allegat, tradit idem Carr. *in loco nuper citato, d. §. septimus casus est, n. 9.* ¶ Item si bannitus pluribus nomin. nominabatur, non refert, si sub vno tantùm nomine condemnatus fuerit, & sub eodem nomine à testibus recognoscatur, vt per Bonac. *in extrau. post suas co. opi. lib. 2. vers. bannitus, ex quo constat, n. 20. p. mihi 95. col. 2.*

¶ Amplia rursus præcedentem ampliationem, quòd si reus negat se esse eum, de quo in banno; & deficiant testes, qui desuper ipsũ conueniunt, cum forsan non adsit nisi vnus solus testis: vel ex eius confessione aut aliũde Iudex acquisierit indicia, quòd imò sit ille idem, poterit idem Iudex legitimus, sic præcedentibus indiciis, & non aliàs, ipsum torquere ad habendum confessionem super identitate personæ & illius recognitione, *vt sup.* secund. Carr. *in pra. cr. primo tra. de appell. §. septimus casus est, n. 9. in fi.* Rolan. qui plures adducit
* concordantes, *cons. 60. n. 27. vol. 2.* & de communi* practica testatur etiam D. Fla. Cart. *in tr. de exeq. sent. capto bannito, ca. 2. num. 32.* ex Marsc. Clar. & aliis ibi per eum allegatis. ¶ Et si reus sic tortus, fassus fuerit, & ratificauerit se esse eũ, de quo in banno, tunc poterit sine dubio decapitari, non aliter ac si sponte confessus esset: si verò tortus, iuxta qualitatẽ indiciorum perstiterit in negatiua, relaxandus & liberandus est, & hoc non habet dubium.

¶ Amplia V. præmissam tertiam limitationem, quòd nõ solùm à reo capto est perquirenda confessio super identitate personæ ipsius condemnati: & quòd quatenus neget, recurrendum est vel ad testes, vel ad torturam, vt modò dixi: verùm etiam habita dicta recognitione Iudex super illa interloquendo declarare debet, eũ esse illũ, de quo in dicta sententia: & propterea eandem sententiã fore & esse cõtra ipsũ exequendã, vt bene declarat Ang. *de mal. in verb. Caiũ Sempronij, post n. 3. ver. & quod dixi absque nouo processu, &c. & in verb. & ibi caput à spatulis amputetur, n. 17. vers. & si postea veniet in fortiam communis,* Ang. Perus. *in l. hac consultissima, n. 3. vers. Nec mirum quoniam Iudex,* Fel. *in c. Rodulphus, n. 36. ver. Et laudatur, quòd contra bannitum.* Rol. *cons. 60. n. 28.* Bertaz. *cons. 35. n. 10. li. 1.* sequitur nouissimè D. Fla. Cart. *in suo tract. de exeq. sent. c. 2. n. 20. & n. 86. in fi. vers. tunc dominus,* vbi ponit formulam huiusmodi interloquutoriæ, & declarationis faciendæ per Iudicem super recognitione prædicta: sensitq; talem declaratoriã debere fieri confestim habita recognitione: sed ego credo posse etiam fieri post, videlicet quando Iudex mandat contra bannitum sententiam exequi, prout sæpius seruari vidi.

¶ Cætera ad materiam propositæ tertiæ principalis limitationis spectantia, videre poteris per eundẽ D. Car. *d. c. 2. per tot.* vbi præsertim *n. 86.* ponit modũ & formam, quã Iudex vti debet in faciendo recognitionem prædictam: atque ita ipsum adeas, quia faciliter & doctè rem omnem explicat.

¶¶ Limita IV. eandem † huius quæstionis regulam, vt 26
non procedat in minore, qui cùm non comprehendatur sub statuto volente contumacem haberi pro confesso, ideo si illius virtute condemnetur, sententia contra eum lata exequi minimè potest, secun. Alb. *in l. cùm & minores, n. 7. C. si aduer. rem iud. & in tr. stat. part. 3 qu. 84.* vbi præsertim loquitur de bãno dato minori curatore carenti, Ang. de Arim. *in add. ad Ang. de mal. in verbo, qui dominus Iudex videns inquisitos, &c. n. 3.* Pau. de Cast. *in l. vbi exigitur,* & ibi Alexan. *col. 2. vers. & prædicta,* & ibi etiam Ias. *in col. fi. vers. in glo. 2. ff. de eden.* Dyn. *cons. 58. n. 4.* Corn. *cons. 189. n. 2. 3. lib. 4.* Brun. *in 3. part. stat. in verbo, contumax, n. 6. &* 22. Ioan. de Amic. *cons. 134. in fi.* Mar. *in pr. §. postquam, n. 60. & seq. in l. 1. n. 11. ff. de qu. & in cons. 26. v. 9. & cons 48. n. 30.* Carr. *d. §. septimus casus est, n. 27.* Foller. *d. 4. par. 3 partis principalis, vers. etsi confitebuntur, n. 7.* Roland. *cons. 68. n. 31. & seq. vol. 2.* vbi alios adducit concordantes, & latiùs *in cons. 31. n. 1. & plurib. seqq.* vbi præsertim *d. n. 1.* testatur de magis communi* opinione in casu; in quo curator *
non fuit datus minori contumaci: & iterum *in cons. 94. n. 32. vol. 4.* sequitur Bertaz. post hæc scripta visus, *cons. cr. 380. n. 3. lib. 2.* de communi* etiam testatur Bonacos. *in com. opi. lib. 2. **
ver. contumax semel citatus, in fi. pag. mihi 18. col. 4. & de magis communi in p. 7 col. 1. vers. bannum & sententia foriudicationis, allegat Xibecham *inter cons. Bolog. cons. 3. n. 24.* Et hæc limitatio videtur de mente Bossij *in tit. de bãn. 3. in fi.* vbi dicit quòd primum bannum, quod est sententia interloquutoria, potest dari contra minorem indefensum: secus autem secũdum bannum, & sic sententia diffinitiua. † Ad hoc enim, vt 27
minor contumax dicatur, necesse est, quòd nõ cõpareat ex vero dolo, & non ex præsumpto, & sic nõ dicitur contumax ex eo simpliciter quòd citatus etiam personaliter non compareat, quia illud facere potiùs videtur ex præsumpto dolo & negligentia, quàm ex vero: sed necesse est, quòd dicat se nolle comparere, & sic quòd sit in : perto dolo Iudicem cõtemnendi: aliter à cõtumacia excusatur, & potest appellare, Bal. Ang. Cast. Alex & Ias. *in d. l. vbi exigitur. ff. de eden.* Alex. *in l. 2. col. 2. in ver. in rex.* ibi, *Rustici itati,* &c. *ff. si quis in ius voc. non ierit,* Dec *cons. 34. col. pe. ver. vlt. considerandũ est,* Fran *in c. Nicolao, col. fi. in prin. de appel.* ¶ Et dato † quòd cõtumacia sit 28
delictum, erit tamen delictum in omittendo, à quo minorẽ excusari tex. est *in l. 2. C. si aduers. del. l. minorib. C. de his, quib. vt indig. auth. si captiui, C. de Ep. & cler.* cum aliis per illustriss. Dominum Card. Albanum *in Incubrat. ad Bar. in l. si ex causa. §. nunc videndũ, n. 2 ff. de minor.* De communi* Igneus *in l.* *
1. §. impubes. n. 5 ff. ad Syll. statutúmq; † volens contumacem 29
haberi pro confesso, est odiosum, & contra ius commune, quia vult contumacẽ posse ad mortem condẽnari, Bar. *in l. 1. ff. de requir. reis, & in l. diuus, ff. de custod. reor.* Cla. *in pr. qq. q. 56. ver. Quæro, nunquid ideo minorem non comprehendit.* Sub statuto enim puniente id, quod de iure communi non est punibile, minor non comprehenditur, *c. 2. de del. puero.* Roma. *sing. 816 tu attulisti,* & ibi *in add.* idẽ Ro. *in cons. 120. circa primũ, in 1. dubio,* Bal. *in l. si ex causa, §. fi. ff. de min.* Frã. Crem. *sing. 30.* vbi propterea inferunt, quòd statuta punientia extractionem frumenti extra territorium, quod de iure communi non est punibile, non comprehendunt minorem, & vid. Roma. *in d. sing. 816.* quem refert & sequitur D. Iose. Lud. *dec. Lucen. 17. n. 71. 1. par.* Matth. de Affl. *in const. Regni. incip. minor.* vbi hoc expresse dixit, quòd statutum volens contumacem posse ad mortem damnari, † minorem non cõprehendit. ¶ Et huius- 30
modi statuta de bannitis condemnandis, vt plurimum loquuntur in personam, & non in rem: ideo minorem non comprehendunt, sec. Bar. Bal. Soc. & alios quos refert & sequitur Hipp. Rim. *cons. cr. diuers 135. n. 23. vol. 1.*

¶ Contra

¶ Contrarium latè consuluit Natta *in cons.* 540. 541. & 542. adducēs pro sua opinione Bal. *in l.1.col.16.ver.iuxta hoc quæro, C.de confess. & in l.cùm & minores. in 2. opposit.* & ibid. Paul.de Cast. *C.si aduers.rē iud.* Nel. *in tract. banni.1.part. primi temporis, q.1.n.1.* Ang. *in l.non ideò munus, C.de procur.* Ias. *in l.neque impuberes, ff.de in ius voc.* Boër. *dec.63.n.10. & seqq.* 1. *part.* & post Nattam latè hanc prosequitur, & defendit opinionē Menoc. *in cons.100.n.120. & seqq. lib.* 1. vbi *n.*149. plures alios adducit concordantes. *& n.*163. testatur de communi * opinione, & in eodem casu, in quo scripsit Menoch. scripsit etiam & consuluit, & eandem sententiā secutus est Ceph. *in cons.304.n.126. & seq. lib.3.* & Dec. *cons.*18. *n.*176. *& seqq. lib.*1. vbi plurib. rationib. hanc cōtrariam comprobat opinionem. Qui omnes docent nedum minorem posse exbanniri, & vigore statutorū volentiū cōtumacem haberi pro confesso, & diffinitiuè condemnari: sed id quidem sine vllo curatoris interuentu fieri posse expressè sentiunt ex plurib. rationibus ibi per eos adductis, inter quas illa potissimùm vrgere videtur: quia, scilicet, etiā minores possunt esse in iudicio contumaces, *l.si minor. ff. de bon. auth.iud.possid. l.minor etiā quasi cōtumax, ff.de minor. l.si finita, §.si forte, ff.de dāno infecto.* Iuráque loquentia de cōtumacib. habent etiam locū in minoribus, qui & primum, & secūdum decretum patiuntur, sicut maiores. *l.apud Iulian. §.fin ff.quib. ex caus. in poss. ff. eat.* An autem capax sit minor? Et dic, quòd statuta indistinctè loquentia minores cōprehendunt, *c.cōstitutus, de in int.rest. l. sine hærede, §.Lucius, ff.de administr.tutor. §.pupillus, in auth. de hæred. & Falc.* præsertim in delictis, in quib. vtuntur iure maiorū, & eis nō succurritur, licèt mitiùs puniantur, *l.1. (si adu er.delict. l.si ex causa, §.nūc vidēdum est, l.auxiliū, §.in delictis, ff.de minor.* & vbicunque sententia potest ferri contra minorem, Bal. & Cast. *in d.l.cùm & minores.* Et propterea eiusdem opinionis videtur fuisse etiā Iul. Clar. licet hūc articulum in specie non tāgat, *in pract. in q.60. sub princ.* vbi refert Senatū mādasse absolui quēdam minorem in cōtumaciā cōdemnatū: quia fuit cōpertum tempore condemnationis illū fuisse octo annorum: tacitè sentiens, quòd si maior quatuordecim annorum extitisset, non fuisset absolutus, per ea, quæ paulò infrà supponit; facit etiam Boss. *in tit. banniri qui poss. n.3.* vbi dicit, quòd minor poterit damnari, dūmodo sit in ea ætate, in qua possit cadere delictum, & Nattam, *vbi sup.* expressè referendo sequitur etiam Ios. Lud. *in comm. opin. concl.3. vers. infertur tertiò, & versic. ampliatur quartò*, extat decisio Franc. Marc. 793. 1. *par.* Nec dissentire videtur Oddus Perus. *in suo trac. de rest. in integ. par.2.q.82. ar.8.n.103.* & sic expressè hāc eandē opinionem etiam cum Natta, & aliis, de quibus sup. sequutus est Illustr. D. d. Cardinalis Alb. *in Lucub. ad Bar. in l.si duo patro. §.si quis iurauerit, n.4. ff. de iureiur.* Quibus addo etiā Marian. *in c.qualiter & quando, il 9.n.994. de accusat.* vbi ex Bal quem allegat *in l.clarum, C.de author. præstan. & in l.prima, C. de confess.* dixit, quòd si minor est pupillus, nō potest in contumaciā condēnari: si verò est adultus, potest, quia satis est quòd fuerit legitimè citatus, & quòd statutū mādet contumacem haberi pro confesso, & ita de facto seruari testatur. Addo & Claud. ad Bertaz. *in cōs.428. litera A, vers, cōtra tamen, in fine*, vbi refert & sequitur Nattam Menoch. & Decian. *in locis præcitatis*, & ita etiā in statu ecclesiastico practicari testati sūt, Sfor. Odd. *d.artic.8.n.104. in fine*, & Baiard. ad Clar. *quæst.44.n.50. & n.72. & quæst.50. n.10. & quæst.60. n.25.* vbi ampliùs dicit, quòd minor dicitur verus contumax, quando fuit declaratus pro confesso & conuicto, ex Ceph. quem allegat *in d.cons.304.n.199. lib.3.*

¶ Quid autem dicendum? in Vrbe & in statu ecclesiastico res videtur clara: quia per prædictam constitutionē Pij Papæ IV. expressè cauetur, quòd homicidis minor ætas 20. annorum non prosit: dū tamen maiores 14. annorū extiterint, & sic ex hac constitutione duo specialia colliguntur. Primū, quòd in crimine homicidij maior 14. annorum potest (sublata omni dubitatione, quæ ex prædictis oriri posset) in contumaciam condēnari: secundum, quòd eidem poterit imponi eadē pœna, quæ maioribus imponi solet. Et cùm isto casu habeamus legē expressam, disputatione opus non est, prout etiam bene considerat D. Flamin. Cartar. post hæc scripta visus, *in tract. de exequu. sent. capto b..nnito, c.fin.n.320. & seqq.* vbi declarando materiam dicit, hunc motum proprium tanquam pœnalem esse strictè interpretandum, & non extendendum ad alium casum quàm homicidij, de quo in dicto motu proprio. Imò, & quod plus est, nec etiam extendi ad præstantes opem ac auxilium homicidio, ex Corn. *cons.159. n.1. vol.1.* Bolognin. *cons.35. post n.10.* vbi de magis communi, * cum aliis ibi per eum allegatis. *

¶ In aliis verò locis, vbi prædicta vel similis constitutio non viget, vel etiam in Vrbe & in statu ecclesiastico, quādo agitur de aliis criminibus, quā de homicidio, prima opinio mihi verior videtur, quā si tu quoque sustinere volueris, ad rationes per Nattam in contrarium allegatas, & per Menochium ac Decianū *vbi suprà* relatas, facilis est responsio: licèt enim minor possit quoque contumax reddi, & ob id patiatur & primum & secundum decretū, sicut patiuntur maiores: istud tamē procedit, dummodo sint in vero & aperto dolo Iudicem in non comparendo contemnēdi: & sic quando expressè dixerūt se nolle venire, & isto casu posset forsan etiam vti contumax vigore prædictorum statutorum condemnari, prout in terminis post Oddū Perusinum *in tract. de restit. in integ. par.2.q.81. art.7.* considerauit Flam. Cart. post hæc scripta visus *in tract. de exqu. sent. cap. fin. n.226. in medio.* Secus si simpliciter, siue etiam personaliter citati nō compareant: quia tunc à cōtumacia excusantur, nec ob eam possunt condemnari, & si condemnentur, datur appellatio, vt per Bal. Angel. de Castr. Alexand. & alios suprà allegatos *in dict. l.vbi exigitur, ff.de eden.*

¶ Hæc responsio dum præsupponit, quòd isto casu minor debet appellare, non videtur generalis: quia contrariū esset dicendum, si non appellasset, nec comparuisset, prout cōsiderat Natta *in d.consi.541.n.4. & seqq.* cuius cōsiderationem habet pro dubia, Rol *cons.94. cod.n.32.* ¶ Ideo omissa hac responsione, adhuc dico, quòd licèt & minor à iure quoque reputetur contumax, *dict. l.minor etiā quasi cōtumax, ff.de minor.* cum aliis allegatis: id tamē procedit in ciuilibus, & vbi agitur nō de vitæ periculo & maximo præiudicio, sed putà de amissione fructuum alicuius possessionis, vt in primo & secūdo decreto: secus in criminalibus, & in delictis, in quibus licèt regulariter minori nō succurratur, *d.l. auxiliū, §.in delictis, ff.de minor.* succurritur tamē, quando delictū cōsistit in omittendo, prout est contumacia, per superiùs allegata.

¶ Et licèt etiam regulariter statuta generaliter loquentia comprehendant etiam minores, *cap. constitutus, de in integr. restit.* & id quoque etiā procedat in statutis punientibus delicta, prout, si Dei benignitate cōcessum erit, latiùs infrà dicetur, in materia minoris delinquentis, *in quæst.92. sub titul. de pæn. & temper. n.143. & seqq.* vbi tamē statutū est directò contra ius cōmune: & sic nō dico exorbitās, vt dixit Natta *in cons.542.n.16.* sed correctoriū, puniens scilicet id, quod de iure cōmuni non est punibile, prout est hoc nostrū, volens contumacem haberi pro confesso, quod secundū Ang. *in d.l.prima, C.de requir.reis*, quem in proposito refert Boër. *dict.decis.63. nu.10.* nedum est contra ius commune, prout etiam optimè adnotauit D. Flam. Cartar. post hæc scripta visus, *in tract. de exeq. sent. capto bannito, c.fi.n.225. in fi.* sed contra omnia iura mundi: & propterea tanquam odiosum strictè intelligendum & interpretandum, tradit post alios Decian. *cons.11.n.17. vol.1.* tale inquam statutum minimè comprehendit minorem, secundùm Bald. Rom. Cremen. Afflict. & alios suprà allegatos, quicquid in contrarium, & non rectè iudicio meo, dixerit Natta *d.cons.442.n.19.*

¶ Nec verum credo, quòd opinio cōtraria sit communis, prout dicit Menoch. *d.cōs.100.n.165.* quia, vt ex præallegatis apparet, *suprà in n.26.* magis communem * opinionem * pro altera parte stare verius credo: eo præsertim, quòd plures ex Doctorib. allegatis per Menoch. *d.cōs.100. n.149.* & per Dec. *d.cons.18.n.180. in fi. & n.183. etiam in fi.* & præsertim Boss. *in ti. de cōfess. n.69.* & Clar. *in q.50. in prin. & q.55. ver. vlteriùs potest, &c.* testātur de cōsuetudine non adhibendi curatores minoribus in causis criminalib. nō quādo sunt absentes & cōtumaces, prout sunt termini quæstionis nostræ: sed quando sunt præsentes, de quo nūc non est discutiendū; sed alibi, Deo dante, dicetur, videlicet *in ti. de reo cōfesso & cōuicto.* ¶ Et aliud est quærere, An minori in criminalibus sit dandus curator, an verò in cōtumaciam possit minor condemnari. Ego enim, prout prædixi, crederem nullatenus

tenus minorem posse in contumaciam diffinitiuè cõdemnari: sed quando est præsens, tũc bene etiã crederem illum posse condemnari curatore non adhibto, saltem de consuetudine, de qua testantur Boss. & Clar. & alij per Menoch. & Dec. vbi sup. allegati. Et post hæc scripta cũ ad manus meas peruenisset tractatus Flam. Cart. *de exeq. sen. capto bannito, c. fi. n.* 224. *& seqq.* vbi & ipse etiam in hãc nostram sententiam inclinare videtur contra Nattã, Menoch. & alios suprà cit. Doct. certè valde lætatus sum: & sic concludo, quòd in locis, vbi contraria consuetudo seu constitutio non viget: minores non possunt vti contumaces, & vigore statutorũ habiti pro confessis in pœnam delicti condignam cõdemnari: & si condemnentur, quandocunque compareant, sententia contra eos lata minimè exequi debet.

¶ Et idem, quod dixi de minore, habet locum etiã in muliere, & rustico, vt per Fol. & alios in locis præallegat. & in specie adnotauit Car. *vbi sup. n.* 22. Et est ratio, quia mulier & rusticus excusãtur à cõtumacia, *l.* 2. *§. fi. ff. si quis in ius voca. nõ ierit*, Ripa *in tract. de peste, ti. de remed. præs. n.* 229. Menoc. *de arbit. q. casu* 194. *n.* 49. *& seq.* Rol. *cõs.* 47. *n.* 42. *in* 2. *vol.*

¶ Sed quia articulus iste est dubius, & non trãsit sine difficultate, stantib. præsertim authoritatib. tot doctissimorũ virorum, qui cõtrarium aperto Marte defendere nixi sunt. Et hæc quidem contraria opinio vigore Bullæ Pij V. nedũ in homicidio, prout suprà admonui, sed etiam generaliter in omnibus aliis delictis in statu ecclesiastico magis practicatur, testibus Sforz. Odd. & Baiard. *in locis præcitatis*, cũ quibus & ego etiã de eadem practica facilè testari possum. ¶¶ Idcirco si contra minores opinionem Nattæ & Menoch. sequi malueris, potes efficere. Sed

31 ¶ Svblimita I. Quia † si minore monito & citato ad comparendum & eo non cõparente, Iudex ipsum pronunciauit haberi pro confesso, & si post dictã pronunciationẽ, siue antea, cõpareat minoris procurator, qui suas faciat legitimas exceptiones, & illis reiectis ad vlteriora persequatur, & sic ad diffinitiuam sententiam idem Iudex procedat: potest à tali sententia idem minor siue eius procurator appellare, & audiendus est. Et iste casus, quãdo scilicet minor comparet & appellat, admittitur etiã sine controuersia, per Nattam *d. cons.* 541. *n.* 4. *& seqq.* & tradit Rolan. *d. cons.* 94. *num.* 32. *vol.* 4. Et sic iste erit vnus casus, in quo à sententia banni dabitur appellatio, de quo infrà dicetur.

32 ¶ Svblimita II. eandem † opinionem contra minores, quòd si post latam prædictam sententiam minor cõparuerit, siue etiam captus fuerit, & aduersùs eã petierit restitutionem in integrum; nõ videtur talis restitutio ei deneganda. Probo, quia licèt regulariter minori aduersùs delicta dolo præsertim cõmissa restitutio non cõcedatur; conceditur tamen aduersùs delicti confessionem, nullã alia existente probatione, Bald. *in l. vnica, n.* 60. *C. de confess.* & est communis,* vt per Ant. Gom. *var. resol. to.* 3. *de delict. c.* 1. *n.* 66. Et licèt Clar. *in d. q.* 60. *in fin. principij*, contrarium vidisse seruari testetur in grauibus criminibus, & sic hæc cõmunis opinio non videatur sine difficultate pertrãsire: tamẽ vbi essemus non in vera confessione, prout præfati Doct. loquuntur: sed in ficta, inducta solùm ex contumacia vigore statutorũ, indubitanter crederem aduersùs eam, si tamẽ legitimo tẽpore, & sic infrà quadriẽnium petita fuerit, hanc restitutionẽ fore concedendã, vt in terminis tradit Nel. *de bãn.* per Nattam pro sua opinione allegatus, *d. 1. q. primæ partis 1. temporis, n.* 1. & Nel. refert; & sequitur Foll. *d. 4. par. 3. part. prin. ver. esti cõfitebũtur, n.* 7. Nec etiã dissentire videtur Nat. *in d. cõs.* 540. *sub n.* 3. *&* 541. *n.* 2. *& n.* 6. licèt Boër. *in d. decis.* 63. *n.* 13. *in fi.* in cõtrariã sententiã iisse videatur; & pro sublimitatione addo Odd. Perus. post hæc scripta visum *in suo tract. de rest. in integr. in* 2. *par. q.* 82. *art.* 8. *n.* 104. *in fin.* vbi doctè, breuiter, & subtiliter more suo dixit, quòd quicquid sit vigore prædictæ Bullæ Pij V. secundũ quã in statu ecclesiastico minorẽ minimè aduersùs bannũ à Iudice restitui verius credidit, sequitur Baiard. ad Clar. *q.* 44. *n.* 50. vbi dicit, quòd ita sẽper seruari vidit; attamẽ, de iure cõmuni verius est, quod si non probatur isto casu minorẽ fuisse in vero dolo, debet restitui ad faciẽdas suas defensiones: non obstãte cõtumacia, per ea quæ ibi latiùs dixit in præcedẽti artic. & nouissimè post hæc scripta pariter habitus Flã. Cart. *in tract. de exe-*
sen. e. fin. n. 227. hanc eandem posuit & sequutus est declarationem, à qua nec etiã dissentire vidẽtur Cephal. *d. cõs.* 204. *n.* 37. *& seqq. l.* 3. & Menoch. *cons.* 100. *n.* 280. *& seqq. l.* 1. qui in eadem facti specie consuluerunt: in qua licèt ipsi ex particularibus rationibus, quæ eo in casu concurrebant, restitutionem minori denegandam concorditer scripserint: non tamen per hoc generaliter & regulariter denegandam fore affirmant. Quamuis ego, si Iudex essem, nec vnquam hanc restitutionem concederẽ Principe inconsulto. Adeas tamen in occurrenti casu Cephal. *vbi sup. n.* 194. *& seqq.* Menoch. *d. cons.* 100. *n.* 287. *& seqq.* & etiam Tib. Dec. *cons.* 18. *n.* 240. *& seqq. l.* 1. quia ex traditis per præfatos consulentes plures habebis declarationes in proposita 2. sublimitatione.

¶ Svblimita III. Quòd in omni casu, † in quo minor 33
vti contumax, & habitus pro confesso, potest condẽnari, debet tamen condemnari in pœnam cõdignam ætati, & sic in minorẽ ordinaria (qua enim pœna minores plectuntur, non est hic locus disputandi) satis est, quòd etiam in casu, in quo minor sub statuto puniente delicta comprehenditur, sed tamen mitiùs punitur, Hippol. Riminal. *cons. cri. diuers.* 135. *n.* 25. *vol.* 1. Rolan. *cons.* 77. *n.* 9. *vers. nonò*, Aret. *vol.* 5. ¶ Et vbi esset imposita in huiusmodi sententia condẽnationis maior pœna, quã ea, quæ si fuisset præsens, minor imposita fuisset: sine dubio, quoad illam pœnam non est exequenda, quia istud non solùm habet locũ in minoribus, sed etiam in maioribus, quia (vt infrà dicetur) non possunt per contumaciales sententias in plus puniri quã si essent carcerati, & in minore bannito & capto fore semper habẽdam rationẽ ætatis, scripsit Foller. *in pract. cri. in verbo, foriudicentur, n.* 7. vbi dixit, quòd ita passim seruatur in mag. Curiæ Vicariæ: vt scilicet non impediatur foriudicatio propter minorẽ ætatem: sed eo comparente, vel capto proceditur contra eũ, habendo illam rationem ætatis, quæ de iure haberi debet, etiãsi essemus post terminum à statuto seu constitutione præfixũ: vt per Ruin. Nell. & Menoc. quos in proposito refert & sequitur Cartar. *in d. tract. de exeq. sen. capto bannito, c. fi. n.* 228. ¶ Quibus addo Clar. *in pract. §. fi. q.* 60. *in prin.* ibi, *scias autẽ, &c.* vbi dixit, quòd tempore suo fuit liberatus quidam puer, qui in contumaciam erat condemnatus in pœnam trium ictuum funis, vel 200. aureorum, ex quo tempore, quo fuit condemnatus, erat annorum octo. Nec dissentit Baiard. ad Clar. *q.* 44. *n.* 47. *& seq.* quamuis & isto casu Iudicem hanc pœnæ commutationem minimè facere posse, & hoc affirmet inconsulto Principe. Quod & ego tutius crediderim.

¶¶ Limita V. † Principalem huius quæstionis regulam 34
in sententia, seu banno nullo: dum enim Doctores dicunt, quòd contra contumacem bannitum sententia lata absque alio processu exequi debet, intelligitur de ea, quæ ritè & rectè lata fuit: secus in nulla & inualida, quæ exequutionem nõ meretur. Ita in specie tradũt Ang. *de malef. in verbo, qui dominus Iudex*, videns quòd dicti inquisiti non cõparent, *n.* 32. vbi inquit hoc modo: *Sis igitur multum cautus, tu Iudex, quòd ordinatè facias processum tuũ: nam licèt ex tali contumacia habeatur pro confesso & cõuicto, magna tamẽ est differẽtia inter veram & fictã confessionẽ, nam quando habes reum, qui sponte confitetur, tũc etiã ex inordinato processu securè potes condẽnare,* vt notãt Bar. *in l. si cõfessus, ff. de custod. reor. Quãdo tamẽ est ficta cõfessio, nunquã ex tali cõfessione ficta poterit condẽnari, nisi processus fuerit ritè & rectè formatus; & si fuerit condẽnatus, talis sentẽtia ex inordinato processu ipso iure nõ valet.* Ita singulariter dixit Bal. *in addit. ad Spec. ti. de accus. §. & nota quod accus. ver. & nota, quòd ibi rebellis, &c.* plenè Marsil. *in pract. §. postquã, n.* 36. *&* 65. *& seqq. & cõsi.* 38. *per tot. & cõsi.* 64. *n.* 55. Gig. *de cri. læsæ maiest. l.* 2. *ti. quando & per quos cri. læsæ maiest. probet. q.* 1. *n.* 7. *&* 8. plurib. cõprobat Rolan. *cons.* 94. *n.* 13. *& seqq. vol.* 3. ¶ Et non dicitur bãnitus, qui nõ ritè, sed nulliter bãnitus est, Grã *decis.* 29. *n.* 1. *& decis.* 79. *n.* 10. Pert. *cõs. cr.* 83. *n.* 9. *l.* 1. *& cõs.* 380. *n.* 1. *l.* 2. Minúsq; habetur pro confesso, neć contumax dici potest, qui nõ bene vocatus est, Grã. *deci.* 37. *n.* 2. *& decis.* 79. *n.* 10. Curt. sen. *cõs.* 60. *n.* 38. Bert. *cõsi. cri.* 233. *n.* 4. *l.* 1. Et banno existente nullo, pariter & nulla sententia est inde emanata, & propterea exequutionem nõ meretur, Marsil. *in pract. §. postquã, n.* 57. *& cons.* 82. *n.* 36. Rolã. *cõsi.* 31. *n.* 19. *vol.* 1. Rõ. *cons.* 224. *incip. ista captura, in* 1. *col.* vbi quòd ex vera contumacia, in quam quis incidit iudicio existente

nullo,

nullo,nõ potest resultare aliquis validus iuris effectus,Boss. *in tit.de bãnit.nullit.in prin.*vbi quòd cessat cõfessio ficta, & sic fundamentum banni & sententiæ,quando bannũ nullũ demõstratur, *& in tit.de nullitate aduer.sententiam,n.*10.vbi quòd quando imponitur pœna mortis, vel alia corporalis, semper potest opponi exceptio nullitatis, etiam cõtra tres cõformes,vt per Ang. Aret.*in §.appellãtur,Inst.de excep.col. 2.vers.vltimo*,Rol.*cons.*60.*n.*30.*in fine,vol.*2.vbi quòd exceptio[nullitatis & inualiditatis bãni,recipiẽda est,etiã quòd statutum mãdet exequi bannum nulla exceptione] seu defensione audita,vel admissa:& idẽ in statuto volẽte bannitum non esse ampliùs audiendum super delicto:quod non per hoc censeatur prohibitus dicere de nullitate bãni;tradidit Frãc.Perusin.*in c.sæpe,n.*14.*de appellat.*sequitur Ceph. *cõsi.*770.*n.*15.*vol.*5.Cartar.post hæc scripta visus *in suo trac. de exeq.sent.c.fi.n.*87. latè Plot. *cons.crim.diuers.*72.*nu.*14.*& pluribus seq.vol.*2.vbi quòd sentẽtia nulla nõ potest exequi, etiã quòd statutũ excluderet appellationem, nullitates & exceptiones.¶Huiusmodi enim cõstitutiones & statuta loquentia de exequẽdis sententiis contra bãnitos & cõdemnatos, habẽt in se tacitam conditionem,dummodo fuerint ritè & rectè condẽnati; aliàs secus,vt per Alex.*consi.*77.*nu.*15.*l.*3.Plot.*consi.*30.*n.*61.*l.*1. Pet. Anch. *quæst.fam.*60.*nu.*6. *l.*3.Burs. *consi.*225.*n.*165.*l.*2.Carrer. *in pract. in materia appellationis,d.§.septimus casus,n.*23. vbi quòd isto casu statutũ tollẽs appellationem,nõ intelligitur tollere nullitatẽ.& ibi *n.*30.Foller. *in pract.in 3.par.3.partis principalis,ver. etsi cõfitebũtur,n.*18.*& seq.& in eodẽ verbo,sed in 4.par.eiusdẽ 3. part.principalis,n.*6.*&* 19. ¶ Et in proposito habemus nouũ statutũ Vrbis,*l.*3.*c.* 14. volẽs cõparentẽ infra annũ etiã audiri de nullitate sentẽtiæ.Sed,vt ex præmissis apparet,istud procedet etiã in nõ spõte comparente. Generale enim est, sententiã nullã exequendã minimè esse,*l.*4.§. *condẽnatũ,&* ibi Doctores ,*ff. de re iud.* plenè Natta *consi.* 529.*n.*1.*& seq. vol.*3. Quod procedit nedum in ciuilibus, sed etiam in cri-
* minalibus,secundùm cõmunem,* de qua latè per Clar. *in pract.q.*94.*vers.scias autẽ*,refert,& sequitur Bonacos.*in cõm. opin.par.*1.*vers.sententia nulla,pag.*151.*col.*2. *in prin.* ¶ Et de nullitate sentẽtiæ potest dici etiã post 30.annos,vt per Nel. *in tract.de bannit.*2.*par.*2.*tẽporis,q.*64 Boss.*in tit.de ban.nullitat.n.*2. Bert.*consi.*233.*n.*5. Car.qui latè hanc cõprobat limitationem,*d.c.fin.eod.n.* 87.& latiùs *num.* 143.*& pluribus seqq.& n.*207.*& seq.*vbi loquitur etiã non obstantibus motibus propriis & cõstitutionibus Pij IV.& V.ex quibus
* apparet,hanc limitationẽ non solùm esse cõmunem, * sed ab omnibus receptam: licèt enim aliàs confessio vera validet nullitatẽ processus, in tantũ quòd ex ea confessus nullitate
* non obstante cõdemnari potest, secundùm communem * Doctorũ opinionẽ, de qua post alios testantur Iul. Clar. *in pract.*§.*fi.q.*55.*vers.itẽ posset*,Mascar.*de probat.l.*1. *concl.*557. vbi plura de hac materia,de qua nos dicemus *infrà,l.*2. *sub ti.de reo confesso, & conuicto:*non tamẽ sic est in ficta confessione resultãte ex cõtumacia,iuncto statuto volente contu-
* macem haberi pro confesso;secundũ aliam communem*, quam pluribus cõprobat idẽ Flam. Cartar. *vbi sup.d.c.fi.n.* 216.*vers.sed quoniã prædicta,& n.*219.*& seqq.*& supra tetigi in principio huius limitationis, quicquid in contrarium dixerint relati per eundem Cartar. *c.*1.*n.*36. Et licèt rursus Vulpel. *in consi.*105.*n.*5. dixerit, admissum ad nouas defensiones cum clausula,*Condẽnatione non obstante.*non posse dicere de nullitate sentẽtiæ, eo quia per dicti rescripti impetrationẽ videatur nullitati renũciatum; & præsuppositum sententiam valere per regulam,Quod non dicitur obstare id,quod nullũ est:nec sententia nulla, sententia dicatur,verius tamen est etiam isto casu ad nouas defensiones posse dicere condemnatoriam sententiam nullã, cùm nullitatis exceptio sit mera defensio,secundũ Io. Andr.Felin.Paris. & alios,quos in proposito refert,& sequitur Baiard.*in addit.ad Clar.q.*44.*n.* 18.*& seqq.* & licèt rursus idẽ Baiard. ad eundẽ Clar.*q.*94.*n.*56.*vsque ad num.*62.reprobando Cartar & per me hîc scripta,contẽdat docere, Quòd in Vrbe & statu Ecclesiastico vigore constitutionum Apostolicarum comparens post annũ,seu captus infra annum non possit dicere de nullitate sententiæ contra ipsum latæ,non per hoc tamen à propositaquinta limitatione recedas,quæ pariter apud nos in practica quotidie seruatur. ¶ Nunquã enim vidi sententias in contumaciam latas, & præsertim capitales,exequutioni demãdatas, si nullitatis vitio eas subiacuisse apparuerit,præsertim ex defectu iurisdictionis, citationis, & indiciorum.Sed bene semper vidi easdem prædictas nullitates oppositas, admissas & receptas à Iudice, qui propterea ad tollendum difficultates & dubietates videns sententiam exequutioni mandari non posse,propositas nullitates,sanctissimum dicere solet, & ipsum consulere,vt condemnatum ad nouas defensiones admittat (prout semper admittere solet) & hoc casu distinctè super nullitatibus auditur; & ita seruatur.

Nullitas autem banni & sententiæ prædictæ,duobus modis principaliter in proposito per Doct.cõsideratur.Primò, 35
si lata fuerit ex præcedenti inquisitione nulla, & inualida: (ad validitatẽ enim inquisitionis quę requirãtur,satis credo quòd fuit declaratũ *in prima quæstione*) vbi enim inquisitio inualida est,& formata in casu,in quo de iure formari non poterat; & sententia vigore dictæ inquisitionis etiã in vim contumaciæ, & fictæ confessionis ex ea resultãtis latã, pariter quoque vti nulla & inualida exequi nõ poterit,tex. est & ibi hoc not.Bar.*in l.si filius,la seconda,ff.de interrogat.actio.* facit text. *in l.sed sine, §.si seruus, ff.eo.tit.* Bar.*in l.*2.§.*quòd si actor,circa fin.C.de iuramẽ.calũ.*& ibid.Bald.qui dicit,*in vers. vlteriùs no.* quòd si libellus est ineptus,vel non concludens, sicuti nõ potest reus,tunc ex vera confessione condẽnari;ita nec ex ficta. Et inde infert ad statutũ volens quòd bannitus habeatur pro cõfesso, idẽ Bald.in addi. ad Specu.*in ti.de accusat.in prima parte,in 5.col.vers.& nota quòd vbi libellus.*vbi dicit,quòd quãdo libellus est ineptus, vel propter omissionẽ modi & formæ substantialis,vel propter alias ineptitudines, bannum tunc latum tanquã in contumacem non valet,nec contumax videtur tunc confessus maleficiũ, *per d.l. si filius,& per d.l.*2.§.*sin autẽ,C.de iuramẽ. calũ.*Et dicit post ea,quòd si non valet bannũ,non valet etiã subsequens sententia,quæ fundatur in banno:ideo cùm sit ipso iure nulla, exequutionẽ non meretur, Marsi.*in pract.d.§.postqua,n.*56. *& seqq.& in §.secũda,n.*87.*&* 88.*& cons.*64.*n.*42.*& seqq.& cons.* 94. *n.*63.*& consil.*24.*n.*29. *& consil.*82.*n.*36. Carrer.*in pract.in materia appellationis,in prin.d.§.septimus casus est,n.* 11.Foll.*in pract.cri.in* 4.*par.*3.*par.princip.vers.etsi confitebũtur,n.*6.*pa.mihi* 336.Ang.*cõs.*178.*visis actis prædict.*vbi quòd quãdo inquisitio est inepta, quicquid sequitur,est ipso iure nullum:& sententia diffinitiua sequi non potest.Dixi suprà *in* 1.*q.in* 3.*præmisso,n.*5. & nouissimè in proposito tãgit Flã. Carta post hæc scripta visus,*in suo tract.de exequu.sent.c.fi.n.* 63.*& seqq.& n.*150. vbi loquitur etiã non obstãtibus motibus propriis & cõstitutionibus Pij IV.& V. Et ampliat, vt suprà dixi, etiã quòd inquisitio sit nulla nõ solũ ex defectu formæ substantialis; sed etiãsi ex alia ineptitudine, Rolan. *cons.*94.*n.*31.*& consi.*57.*n.*30.*vol.*3.& latiùs *in consil.*31.*nu.* 17.*& seqq. vol.* 1. vbi post multa concludit, quòd sententia condemnatoria mortis & publicationis bonorum fundata super confessione ficta, inualida, nullam meretur exequutionem,etiam quòd transisset in iudicatum,& quod isto casu Iudex non debet verecundari suum errorem corrigere(si nulliter processisset) in absoluendo reum ab obseruatione iudicij,quia ita agendo Deũ à dextris habebit, aliter Deum habebit vltorem,& eius anima cruciabitur in æternum. Et ex his patet, hanc conclusionem non solùm esse communem,* sed etiam ab omnibus receptam. *

¶ Sed tu rei defensor,in occurrenti casu sis bene cautus, quãdo sententia est nulliter lata,ex inualida scilicet præcedẽte inquisitione,seu alio modo;quòd scil.procures aliũ habere Iudicẽ,quã illũ qui sententiã tulit: is enim semper instabit pro validitate suæ sentẽtiæ,& valde periculosum erit coram eo litigare: & propterea si vis condemnatũ eo casu repræsẽtare,vel si forsã fuerit captus ab exequutoribus;facias quòd statim illum Iudicem suspectũ alleges:erit enim tũc de alio Iudice prouidendum,qui cognoscat, an illa sententia sit exequẽda,nécne. Iustáque videtur causa suspicionis, ab eo Iudice iudicari, à quo quis se semel grauatũ prætẽdit. Et ita sæpius in Vrbe de alio Iudice prouisũ extitisse seruatum vidi,[nec obstet quòd exequutor Iudex,prout videtur esse is,qui cõtra bannitum captum sententiã exequi-

tur:nam

tur:nam nō posset de iure allegari suspectus,quia istud procedit in exequutore mero,eo scilicet cui committitur exequutio sententiæ, discusso priùs negotio principali, & qui nil aliud habet facere;nisi sententiam exequi,iuxta ea quæ scribit Abb.*in c.de cætero,col.5.versi.tertio mēbro,* & ibid. Felin. *col.2.versi.2.concl.ext.de re iud.* secus autē in exequutore mixto,eo scil.cui datur sententia ad exequendū,non discusso negotio exequutionis, & qui de exceptionibus aduersùs exequutionē oppositis cognoscere potest, iuxta scripta per Abb.*vbi suprà,col.4.versi.secundo mēbro,* & per Felin.*ibidem, col.1.in versi. prima conclusio*:hunc enim mixtū exequutorē, prout est Iudex noster, posse etiam suspectum allegari, voluit Franc. *in cap.nouit.n.5.de appellat.* cum aliis relatis per Rober.Lancellot.*in tract.de attentat.par.2.c.6.n.12.& seqq.*]

36 ¶ Secundo modo nullitas sententiæ,& banni in proposito consideratur,si in eis nō sunt seruati illi termini, qui de iure,stylo,statuto,vel cōsuetudine soliti sūt seruari,secūd.Bal. *in addi. ad Spe.in tit.de exeq.sent.in pen.col.ver.bannum, &c.* vbi quòd quādo statutū dat formā banniendi aliquem,si ea nō seruatur,bannū,& quidquid fundatur super eo,est nullum ipso iure,& bannū siue generale, siue speciale inordinatè datum alicui, nō habet vim legis,nec sententiæ,vt refert,& sequitur Marsil.*d.consi.64.n.20.& seqq.*Guliel.Bened, *in repet.c.Raynut.de test. versi. Mortuo itaque testatore,n.160.* vbi quòd antequā Iudex contra contumacē ad sententiam procedat, & ipsum conuictum & cōfessum de crimine habeat, super omnia animaduertere debet, vt rectè & benè fuerit ordo delictorū seruatus,& debitè exequutus;aliàs se. qui non posset condēnatio:& si deficiatur in syllaba,censetur defectum in tota causa:cùm ea,quæ sunt de forma,mutari & minui non possint;& propterea ex ficta,& interpretata cōfessione ex cōtumacia surgente per inordinatū processum,nulla potest sequi sentētia:& si ferretur, esset nulla, & Guliel. vbi supra post alios refert,& sequitur Thob.Nō. præceptor meus,*in cōs.94.n.12,*& ante Thob.Grā.*cons.1.n. 20.& in fi.& seqq.post decisiones,*Carrer.*in d.§. septimus casus est,n.5.& n.11.in fi.*Villalob.*in cō.opi.verbo,absens, n.10.versi. vt possimus deuenire,&c. prope fin.* vbi quòd si cōtra absentē seruē tur alij termini in procedēdo, quā ij qui soliti sunt de stylo seruari, si post sententiā capiatur absens , audiendus est super omnibus contentis in processu,& etiā super ipsa sententia tam respectu pœnarū pecuniariarū, quàm etiam corporalium in ea contentarū. Et ita sæpius practicasse testatur,dum erat Iudex,Clar.*in pract.§.fi.q.31.post versi.quæro modò,* vbi quòd in hoc est seruanda forma tradita à statuto, vel cōsuetudine,& quæ seruatur in loco,in quo iudiciū agitur.Et in specie,quòd quando in bāniendo, & condēnando cōtumaces nō est seruata forma à statuto tradita, tā respectu citationū,de quibus particulariter infra dicam *in seq.n.* 37.quàm aliorum terminorū & solēnitatum, processus dicatur nullus,& illius vigore emanata sententia tanquā pariter nulla,nullam mereatur exequutionem; non obstante quolibet alio statuto volēte,tales sentētias contra istos bānitos & cōdemnatos fore exequēdas, nulla exceptione vel defensione audita ac admissa,scripserunt Barb.*in c.1.in pen. car.ext.de rescr.*Nell.*de bānit.2.par.tēpor.q.35.*Corn.*cōs.17.n. 2.in fi.ver.sed istud bannū,l.1.*Curt.sen.*consi.59.n.10.versi.licèt enim ex tenore decreti,& seq.*Rip.*in l.4.§.cōdemnatū,n.14. ff.de re iud.*Plot.*cōsi.52.n.27.l.1.*Bertaz.*consi.14.n.2.& consi. 146.n.3.& consi.233.n.6.l.1.& cons. 380. post n.3. l.2.*Ioan. Petr.Surd.*cōsi.99.n.21.*cum aliis cōgestis per Cartar.*in suo tract.de exeq.sent. capto bannito,c.fi.n.187.& seqq.vsque ad n.* 194. vbi loquitur in terminis nostratū Bullarū.Et hāc conclusionē optimè & ratione & Doctorū authoritatibus (ex * quibus apparet sic cōmuniter *à Doctorib receptū) cōprobat & exornat , & demū etiam post hæc scripta, Rota Romana in vna Notariatus(de qua infra latiùs dicā) corā Reuerendiss. D. Orano, sub die 12 Febr. præsentis anni 1588. declarauit nullam quādam sententiam latam in Curia Capitolij,ob non seruatam formam statuti in procedendo.

37 ¶Et inter alios terminos seruari solitos magis † substantialis est citatio : vbi enim citatio est inualida,nec cōtumacia inducitur, nec sequētes actus aliquid valēt;& sententia lata cōtra cōtumacē bannitū habitū pro cōfesso ex processu fabricato ex nulla citatione,exequi nō potest,Bald.*in l.1. in fi. ff.si quis ius dicen. nō obtēp.& in auth.si omnes,C.si minor ab hæred.se abst.*Affl.*in cōst.caus.in 5.notabili,in fin.& dec.2.n.* 6.Gram.*dec.79.n.10.& cons.cr.37.n.2.& cons.1. post decisiones,n.*8. Marsil. *d.cons.64.n.53.& seq.& in pract. §.secunda, n.* 8.*& in §.quoniam,n.44.& seq.*Foll.*in pract.cr.in 3.par.3.par. principal.versi.etsi confitebuntur,n.*19. Natta *cons.540.n.26.* Nell.*de bann.in 3.par.primi temporis,in 2.q.* vbi quòd si citatio non sit legitimè facta,bannum erit adeò nullum , quòd non obstante statuto excludente nullitatem ; poterit tamen talis nullitas allegari , Boss.*in tit.de banni nullit.in princ.in n. 1.& in tit.de citat. n.13. & seqq.* vbi quòd si citationes malè fiunt,totus processus corruit,etiam quòd sit processus Principis,ac etiam quòd statutum vellet,quòd contra banna nō potest opponi de iniquitate,aut nullitate,& ibi concordantes allegat Gramma.*d. cons.1. n.1 in fine,& n.8. & seqq. post decisiones,* latè exornat , & alios plures adducit Roland. *cons.* 68.*n.14.& seqq.vol.2.* vbi etiam testatur de communi,* Ce- *
phal.qui alios adducit *cons.104.n.17.lib.1.* Dec. *cons. 18.n.* 39.*& seqq.lib.1.* vbi latè Ruin.*cons.24.n.6.vol.4.* Curt.sen.*cōs.* 60.*n.38.*Iul.Clar.*in pract.§.fi.q.31.in pr.* Plot. *cons.52. n.28. & seqq.lib.1.*Card.Alban.*cōs.8.n.25.& seqq.*Bertaz.*cōs.cr.14. num.3.lib.1.& & cons.119.num. 2.& seqq. & cons.146. num. 6.& cōs.233.n.2.& seq.eod.lib.1.& cōs.462.n.11.& seqq. lib.* 2.Mareab.ab Anguil.*cons.4.n.111.*Burs*at.cōs.225.n.165. vol.* 2.quos & alios refert,& sequitur Fl.Cart.*in tr.de exeq.sen. c. fin.n.151.& seqq.*vbi loquitur etiam non obstantibus motibus propriis , & constitutionibus summorum Pontificum, quæ licèt nullitates reiiciant;non tamen censentur reiecisse illam,quæ ex defectu citationum prouenit,vt etiam ibi per eum , *n.186.* vbi concordantes allegat.

¶ Et prædicta multò magis procedunt , si forsan citatio esset notoriè nulla:licèt enim regulariter exceptio notoria, si non probari , allegari tamen debeat , secundùm communem,* de qua testantur Ias.*in l.si verò,§ qui pro rei , n.11.& * *seqq.ff.qui satisd.cogantur,* Tiraq.*de retract.gl.1.§.32.num.97.* Crot.*in repet.l.1.§.hoc autem edictum,n.5. ff.de nou.oper.nunc.* & latiùs dicam *inf.in tit.de delict.& pœnis , q.21.* in materia notorij delicti ; si citatus tamen citatione habente vim notorij etiam absque alia nullitatis allegatione , comparere non tenetur,secundùm gl.*in c.placita,15.q.4.& in c.veniens, in gl.fi.ext.de accus.* Præpos. Panor. & alios *in c.ex parte tua, ext.de appel.*cum aliis per Franc.Viu. *in comm.opin.versi.notorium quamuis,&c.* Feli.*in c.cum ordinem,n.13.de rescr.*Ias.*in l. 1.§.qui pro rei qualitate,n.12.ff.qui satisdare cogant.* Conr. *in pract. tit.de notor. crim. n.20.* sequitur Ioseph Mascard. post hæc scripta visus *in tract.de prob lib.2.conc.1104.n.20.*

¶ Hæc autē citationis solēnitas † ad hoc vt ritè interue- 38
nisse dicatur,multa requiruntur,de quibus vltra infrascripta remitto lectorē ad Boss.*in tit.de citat.*& ibi per eū allegatos.

Primò enim debet esse trina,& vnica pro omnib.nō sufficit,Bal.*in l.receptitia,ante fin.C.de const.pecun.* Catald.*in tr.de synd.versi.543.inc.Adde,& tene menti perpetuò,* Fulg.*cōs.*107. *col.4.circ.med.*Cyn.*in l.1.versi.quartò quæro,C.de requiren.reis,* Marsil.*4.in pract.§.postquam,n.66.*Boss.*in tit.de nullit. in fin.pr.* Foller.*in pract.cr.dicta 4.part.tertiæ partis principalis,versi.etsi confitebuntur , num.16.* Plot. *cons. crim.diuer. 72. num.26. vol.2.* & est gl.*in clem.1.in verb.tertiò,de vita,& hon.cler.* quā cōmuniter * approbari dicit Alex.*in l.cōtumacia, n.12.ff. de re iud.*Rol.*cōs.68.n.32.vol.2.*Menoc.*cons.110.n.168. & seqq. lib.1.*vbi declarat plurib.modis, Bertaz.*cons.14.n.6.lib...*& licèt Clar.*in pract.q.31.versi quæro modò,* alios referat , quos & ipse sequitur,testantes de com. * opinione,& consuetudine * cōtraria , quos,& alios sic testātes pariter refert,& sequi videtur Fl. Cart.*in tr.de exeq.sent.capto bannit.d.c.fin.n.186.post versi.& licèt de iure , &c.* & cum hac contraria consuetudine concordare videtur constitutio Marchiæ , *c.10.lib.4.* vbi antequam quis ponatur in bando,vnica citatione contenta videtur:apud nos tamen in Vrbe prima opinio prævaluit,quia reus post monitorium exequutum,non solùm ter,sed etiam quarta vice pro superabūdanti citatur reus ad dicendū causam , quare non debeat pœnis in monitorio contentis condemnari : quæ nostra practica est etiam conformis cū pract. de qua in Gallia testatur Ioan.Fab.*in l.cunctos populos,de summa Trinitate,& fide cathol.* Masuer.*in pract.titulo de dilation. num.25.& tit.de contumacia,n.12.* Boer.*dec.63.n.8.* vbi quòd

apud

apud eos absentes contumaces vti confessi,& cõuicti diffinitiuè condemnantur;quatuor tamen præcedentibus cõtumaciis.Igitur serua consuetudinem loci;& vbi consuetudo nulla adest,serua ius commune, vt scilicet trina requiratur citatio;& vna pro omnibus non sufficiat,quod non inficiatur Dom.Cartarius,*vbi suprà,dicto versic.& licèt de iure.*

39 ¶ Secundò,eiusdẽ citationis debet dimitti copia reo citato:ad hoc enim vt reus arctetur ad personaliter cõparendũ, danda est ei copia citationis;aliàs non tenetur cõparere,secundùm veram & seruatam opinionem,non solùm in Romana Curia, sed etiam vbique,de qua post Vestriũ,& Follerium,quos allegat,testatur Clar. *in pract.d.q.* 31.*vers.scias* * *tamen*,refert,& sequitur Bonacos.qui de cõmuni * testatur *in commu.opi.l.*1.*versic.citationis copia,pag.mihi* 24. *vers.*1.*col.* 1. Et quidem veritas est, quòd ita in Romana Curia seruatur, præsertim in proposita materia, in qua tam ad valuas Curiæ, quàm domi solitæ habitationis ipsius rei nuntius dimittit copias tam monitorij,quàm citationum.

40 Tertiò,prima citatio debet habere insertum tenorem inquisitionis:ita enim seruatur de consuetudine,licèt de iure contrariũ verius forsan dici possit, prout adnotauit Anch. *in c.veniẽs,n.*7. per illũ tex.*ext.de accus.*sicut testãtur Mariã. *in repet.c.qualiter,& quãdo, n.*212.*in fin.de accus.* Ang.*de malef.in verbo,Iudex commisit,n.*3.Clar.*d.q.*31.*vers.quæro nũc,& vers.quæro nũquid*, Bonacos. *in cõmun.opi.d.l.*1.*vers.citatio de necessitate,pag.mihi* 23.*col.*3. faciunt suprà tradita *in* 1.*quæst. in* 3.*requisit. n.*11. [non dissentit Andr. Gayl.*in tract.de pace pub.l.*2.*c.*7.*n.*3.*& seqq.*]& nouissimè sequitur Dom. Cart. *in tract.de exeq.sent.c.*1.*n.*386.*& seq.*vbi ex Mariano,Claro,& * aliis præallegatis Doctoribus, testatur de cõmuni * practica, & obseruãtia, quæ apud nos in Vrbe ita etiam seruatur; quia in monitorio, quod reo transmittitur ad comparendũ, & expurgãdũ à nõnullis criminibus & delictis, postea specialiter dicitur,*& signanter super eo, quod tali die. &c.*& hìc inseritur,vt prefertur,totus tenor inquisitionis,& exprimitur delictũ cum omnibus suis qualitatibus: sicut etiã tradit Plot.*d.cons.cri.diuers.*72.*n.*15.*& seqq.vol.*2.vbi quòd statutũ volẽs contumacẽ haberi pro confesso & conuicto,debet intelligi,dũmodo præcesserit inquisitio solemnis,cum anno, mẽse,loco delicti,& aliis,de quib. *in l.libellorũ.ff.de accusat.*

¶ Bene tamen verũ est, quòd in aliquibus locis status ecclesiastici,prout Perusiæ testatur Cart.in loco citato,*n.*388. in prima citatione prædicta,non inseritur tenor inquisitionis,sed seruatur ius cõmune,& citatur reus ad respondẽdũ inquisitioni contra eum formatæ,occasione talis delicti: & sic solùm exprimitur titulus, & nomẽ delicti:immò in Prouincia Romãdiolæ vidi in ista 1. citatione,nec quidẽ apponi nomen delicti,pro quo citatus inquiritur,sed simpliciter citari ad respondendũ inquisitionis tenori, prout in ea,vel pro delictis,de quib. in ea;&,quod plus est,in Ciuitate Bononiæ in Turono, nec etiã formatur inquisitio,sed sic solũ incipitur illius forma: *Hæc est quædam inquisitio,quæ fit, &c. quòd cõtra talem,& talẽ, super eo.* & hìc relinquitur in albis, absque eo,quòd in inquisitione apponatur delictũ, & illius successus,adeò quòd si vellet Notarius non posset in prima citatione transmittere tenorẽ inquisitionis, quia nulla fuit formata inquisitio, sed bene postea omnia in sententia explicãtur. Vnde in hoc aliud dici non potest,nisi quòd stylus loci seruandus est,iuxta ea quæ supra scripsi,*num.*36.

41 ¶ Quartò debet citatio saltem fieri domi solitæ habitationis,Boss.*in ti.de citat.n.*16.vbi quòd ita practicatur,*& in tit. banniti quid amittãt,n.*18.Nell.*in tractl.de banni.in* 3.*par.primi tẽporis,q.*3. vbi quòd ita vbique seruatur,refert Foller.*in pract.cri.in ver.vel eos verbaliter citari faciat,n.*28. Alex.*in l.* * 4.§.*Prætor ait,n.*3.*in fi.ff.de dãno infec.*vbi de cõmuni,*Boër. *in d.l.consentaneũ,n.*104.Gand.*in ti.de cit.n.*4.*in fi.* vbi quòd ita de generali cõsuetudine obseruatur,Clar.*in prac.d.q.* 31. *versic.dictũ est,& versic.sed nunquid*, Bonacos. *in cõm.opi.l.*1. *vers.citatio potest fieri ad domũ,pag.mihi* 24.*col.*1. Et licèt nõnulli voluerint, citationẽ isto casu debere esse personalem omnino, vel domi sufficere, quando facta diligentia nũtius fidem facit, quòd illũ inuenire nõ potuit,aliter secus,vt est videre apud Alber. *in l.* 1.*n.*22.*C.de hær.inst.* & apud relatos per Boss.*d.ti.de cit.n.*16.& Foll. *in pract.cri.d.*4.*par.*3.*partis principalis,ver.etsi cõfitebũtur,n.*3.& per Dec. *cons.*18.*n.*84.*l.* 1.& per Cart.*in suo tract.de exeq.sent.*quem post hæc scripta habui,*d.c.fi.n.*176.*ver.quanis enim dicat Maranta,& seqq.& n.*183.*vers.verum enim est de iure*,vbi plures adducit,& per Villalob.*in comm.opi.vers.absens,sub n.*10.Gram.*cons.*1.*n.*5. *&* 6.post decisiones, & plenè *in cons.* 45.*n.*25.*& seq.* & ita esse communẽ * opinionẽ dixerit Maranta *in Spec.fol.*106. * *n.*9.prout illam refert Rolan.*cons.*47.*nu.*18.*l.*2. Bonacos. *in cõmu.opi.l.*2.*vers.citatio potest fieri domi,pag.mihi* 10.*col.*1.[& post huius libri primam impressionem,per Marc.Ant.Eug. Perusin. *in cons.*2.*n.*1. *& seqq. l.*1.*& cons.*20.*n.*19.*& seqq.& cons.*31.*n.*67.*eod.l.*1.]Magis tamen communis, * seu saltem * in proposito casu magis de cõsuetudine seruata opinio est, vt præallegatis dignoscitur, vt scilicet indistinctè valeat citatio facta domi, etiam nulla facta fide diligentiæ per nuntium, & ita in statu ecclesiastico vigore Ægidianæ constitutionis,*l.*4.*c.*10.communiter seruari testatur Cartar.*d.c.fi. n.*180.*vers.tamen & de communi,& n.*183.*vers. contrariam tamen seruatur*,& in Vrbe etiam negari non potest,quin idẽ seruetur.Monitoriũ enim & citationes solent fieri,& transmitti ad domum rei absque eo, quòd fiat aliqua diligentia per nuntium de personaliter reperiendo. Hanc enim diligentiam personaliter apprehendendi faciunt isto casu non nuntij,sed birroarij,qui si reũ inueniant,non verbaliter,sed realiter citant,& ad carceres illum ducunt. Et cõformis cũ ista practica est etiã dispositio nostrorum statutorum nuper reformatorum,videlicet *in l.*2.*c.*2.*& c.*6.Bene verũ est, quòd vltra cedulam, seu copiam citationis & monitorij domi per nuntium dimissam,de stylo est, vt eodem modo cædem copiæ affigantur ad valuas curiæ.

¶ [Et nihilominus aduerte, quod si in monitoriis Iudex dat certã formam citandi:vt putà, si dixerit reum personaliter citari debere, si eius persona commodè haberi potest, sin autẽ facta diligentia de ipsũ reperiẽdo, & non reperto, domi suæ solitæ habitationis, quatenus domũ habeat, vel per affixionem ad valuas, &c. (prout hodie in monitoriis tribunalis Illustriss. Auditoris Cameræ: in quo post huius primi libri impressionẽ Locumtenens in criminalibus cansis deputatus extiti,quotidie obseruaui vidi)& tũc talis forma à Iudice data omnino seruãda est, nec domi factam citationem validam crediderim, nisi per cursorem,facta fide diligentiæ,quòd reum personaliter apprehendere non potuit.] Et ita teneas,& obserues,prout in facti contingentia resoluit Rota coram Reuerendissimo D. Seraphino in vna Romana secretariatus Lunæ 17.Februarij 1592.

¶ Et in proposito aduertas,quòd dum dixi citationes sufficere factas domi,intellige,dummodo sint factæ domi solitæ habitationis ipsius rei;secus si in alia domo,in qua ipse reus nec habitabat, nec familiã retinebat, nec sedem constituebat:quia tũc nulla est citatio, secundùm Albert.*in l.*1, *n.*22.*C.de hær.instit.* vbi quòd ita de consuetudine seruatur, Nell.*de bannit.d.q.*3.Clar.*d.vers.dictũ est*,Boss.*in tit.de banni nulli.n.*6.& Cart.*vbi suprà,d.c.fi.n.*181.]& est cõmunis,* vt * pluribus cõprobat idem Eugẽ. *d.cons.*2.*n.*7 *&* 8. vbi ex hoc infert, quòd si nuntius simpliciter referat se ad domũ reum citasse sine illa adiectione, videlicet, *solitæ habitationis*, talis citatio tanquã incerta, & indiscreta,nõ valet,vt per Bar. *in l.*4.§.*prætor ti.col.*2.*vers.Sed quid debet nũtius referre.ff.de dã. infe.*cum aliis cumulatis per Tiraq. *de retrac.*§.9.*glo.*2.*n.*25.

¶ Vagabundus autem isto casu citatur ad valuas curiæ, 42 ibi affixa copia citationũ, ex verbis statuti, *l.*2.*c.*2.*in nouis*, & faciũt dicta per Clar. *in d.q.*31.*ver.sed quid si reus*,& per Menoch.*cõs.*100.*n.*110.*l.*1.vbi vagabundũ per edictum citari posse affirmat ex Bar. *in extrauag.ad repri.in ver.& per edictũ.n.*5.Bald.*in l.si accusatoribus,col.fi.C.de accus.*cum aliis relatis per eund.Men.*in* 8.*remed.recuper.possess.n.*116.& per Decian.*d.cons.*18.*n.*85.*l.*1.*& in suis tract.cri.tomo* 1.*l.*4.*c.*13. *n.*9.vbi pluribus Doctorum authoritatibus facit conclusionem,quòd vagabundus citari debet, vel per edictum, vel ad locum, in quo frequentiùs conuersari solet, Sigism. Scaccia *in tract.de ind.caus.ciui.cri.&c.l.*1.*c.*34.*n.*14.vbi tamen loquitur, quando ciuiliter agitur.

¶ Sed quid si citandus non est vagabũdus,sed forensis,alibi putà habens domiciliũ, quàm in loco commissi delicti, quo modo iste citari debeat? Videtur in primis dicendum, quòd statuta Italiæ,volẽtia contumacẽ haberi pro cõfesso,

non

non comprehendant istos forenses existentes,& habitantes extra locum commissi delicti.Cùm enim Iudex vnius territorij non possit extra suum territoriũ delinquentem citare: pariter nec etiam poterit ab eo fictam confessionem extorquere,quæ citationem requirit:ergo nec vigore statutorum inducentium ex contumacia fictam confessionem condemnare,secũd.Ant.de Butr. *in c.proposuisti,col.2.de fo.cõpet.* Catal.*in trac.de synd.vers.*541.*incip.adde & tenementi perpetuò*, Marsi.*in pract.*§.*postquã n.*65. Bonacos.*in q.cri.stat.verbo,baniti,vers.statuta Italiæ,pag.mihi* 26.Foll.*in pract.cri.d.*4.*par.*3.*par.principalis,n.*10.*vers.etsi confitebuntur.*Licèt enim ratione delicti,vt suprà pleniùs vidimus,*in q.*7. quis etiam forensis possit à Iudice illius loci puniri, si ibi capiatur: vt tamen absens,& vti confessus vigore delictorum statutorum cõdemnetur,necesse est, quòd legitimè citetur,per superiùs tradita, *n.*37. quæ citatio cùm non possit, vt præfertur, exequi extra territorium Iudicis,qui mandat citari; meritò nec absens cõdemnari poterit.Erit igitur cautela,secund. Marsi. *d.n.*65.Foller.*d.n.*10.Alb.Iacob.de Belu.Aret.Ang.& alios, * quos ita communiter * seruari testantes refert, & sequitur Clar. *d.q.vers.sed hæc quidem omnia, & seq.* Vt scilicet Iudex loci delicti, qui non potest reũ extra suum territorium existentem citare,mittat literas,quas subsidiales vocant,Iudici illius loci, vbi reus commoratur, ipsum rogando, & eũdem reum citari faciat ad comparendum coram ipso infra aliquem terminum ad respondendũ inquisitioni, & se defendendum,&c. Qui sic citatus,si huic non compareat, poterit postea per Iudicem loci delicti etiã absens vti confessus, & convictus condemnari,vt per præfatos,& per Bossiũ *in ti.de citat.n.*21.*& seqq.*vbi *n.*23.prosequendo casus,quibus Iudex potest extra suum territoriũ delinquẽtem citare (de quibus ad eũ te remitto)inter alios dicit, si sit Iudex delicti quo ad omnes effectus posse per se ipsum delinquentem citare,& cum ista conclusione,& resolutione videtur etiam pertrãsire Flam. Cartar. *in suo tract. de exeq. sent. capto bannito,c.fin. n.*185. vbi ampliat hoc obtinere, etiamsi diuersa territoria essent sub eodem Principe,ex Micha. Crasso, *in suis commu. opin.tom.*2.*l.*9.*tit.de requir.reis,n.*6.

¶ Sed quicquid sit de iure apud nos contrarium seruatur: quia omnes delinquẽtes in Vrbe,etiam quòd sint forenses, nec ibi habeant domiciliũ, citantur tamen ad valuas Curiæ copiis affixis citationum:& si non comparent, condemnantur. Et ita etiam isto casu per edictũ, scilicet posse citari forenses,& ita se habere cõmunem Italiæ consuetudinem,testatur Decian. *cons.*18.*n.*94.*& seq.l.*1. Et in Prouincia Romandiolæ,dum pro Illustriss.& Reuerendissimo Dom.meo Card.ab Altaemps in eius statu Tuxignani & Fontanæ Cõmissarius,& Gubernator essem,sæpius obseruaui,& ita etiã communiter obseruatum semper tunc audiui per totam illam prouinciã: sic & in Ciuitate Bononiæ,& passim etiam obseruatur in statu ecclesiastico, & ab hac obseruantia non est recedendum.

44 ¶ Et secundùm prædictas iuris conclusiones in Vrbe hodie practicatur, & proceditur contra absentes:transmittitur enim primo loco domi solitæ habitationis delinquẽtis monitorium cum dimissione copiæ,& cum affixione ad valuas Curiæ,in quo monetur ipse delinquens sub pœna confiscationis bonorum confessatorum criminum perpetui exilij, triremiũ, vel vltimi supplicij (si delicti qualitas id expostulet)ad personaliter comparendũ coram Iudice monente infra triduum ad se excusandum & expurgandum à nonnullis delictis, &c. & signanter super eo, quod,&c. (hìc inseritur tota series substãtialis patrati delicti, &c.) cum commonitione, quòd si dicto termino elapso non comparuerit,& ab imputatis delictis se defendere & expurgare neglexerit,ad declarati onem incursus pœnarũ in monitorio contẽtarum: quatuor tamẽ priùs præcedentib. terminis de stylo seruari solitis, procedetur transacto termino trium dierũ,de quo in monitorio:& monito non cõparente, citatur iterũ per quatuor vices singulis distinctis dieb.& vna die pro alia:prima pro prima, secunda pro secũda, tertia pro tertia,quarta pro quarta;& super abundanti ad dicendum causam,quare non debeat condẽnari, & declarari incidisse in pœnas in monitorio cõtentis,& harũ quatuor citationũ sicut & monitorij, copia affigitur ad valuas curiæ, & relinquitur domi solitæ habitationis ipsius rei: qui si nec tunc etiã cõpareat,eodem modo citatur ad sententiam,& in ea ob non paritionẽ monitorij condẽnatur ac declaratur incidisse in omnes pœnas in dicto monitorio contentas: & si post hãc sentẽtiã capiatur absq; alio processu,facta solũ recognitione personæ, ad furcas mittitur,vt s.diximus,& ꝯ dicetur:& sic vides,quòd hæc Romana practica est ferè conformis iuri communi.

¶ Differt autem practica Vrbis à practica, quæ seruatur extra Vrbẽ in toto statu ecclesiastico,quòd in Vrbe deuenitur ad condemnationem contumacis, etiam quòd priùs nõ fuerit positus in banno. Extra autem Vrbẽ priùs ponitur in banno,& postea condemnatur:aliàs condẽnatio esset nulla, vt pluribus demõstrat esse verissimũ, tum de iure communi,tũ vigore cõstitutionum Marchiæ, Flam.Cart. post hæc scripta visus,*de exeq.sent.c.*1.*n.*426.*& seqq.n.*435.*& seq.* & dixi *infrà sub n.*102.*ver.sublimit.id,quod dixi.* De forma autẽ huius banni non est differendũ,cùm illud cõmuniter decernatur & publicetur sub pœna delicti, de quo agitur cõdigna,& cum termino ad comparendũ:ac etiam cum commonitione,quòd si bannitus nõ comparuerit,procedetur ad eius condemnationem:& de eius banni validitate,vide latè differẽtem. And.Gayl.*de pace publi.lib.*2.*cap.*4.*per totum.*

¶ Nec prætermittendum duxi, quòd licèt Tiber.Dec.*in cõs.*18.*n.*216.*l.*1. & plures Doctores ibi per eũ relati,ac per Flam.Cartar.post hæc scripta visum,*in suo tract.de exeq.sen. capto bãnito,c.*1.*n.*419.vbi præsertim loquitur de vigore cõstitutionũ Marchiæ, dixerint saltem de cõmuni * consue- * tudine totius Italiæ non esse necessariam citationẽ ad sententiam ferendam contra absentem iam effectum contumaciẽ per alias citationes sibi factas ad se excusandũ ab inquisitione contra eum formata:puto tamen hanc assertam cõsuetudinem hodie non vigere in Vrbe, & in statu ecclesiastico: quia semper in probatione sententiæ,sicut vidi in Vrbe,in Ciuitate Bononiæ, ac Prouinciæ Romãdiolæ,& à pluribus fide dignis audiui,rei absentes citantur.Bene tamẽ verũ est,quod in quibusdã locis etiã vidi citationẽ ad sentẽtiam isto casu fieri pro vna die certa,& deinde pro singulis diebus & horis,& aliquando etiam quando reus ponitur in banno cũ termino ad comparendũ; & quod in eodẽ banno monetur dicto termino lapso ad audiendũ sententiã pariter pro singulis diebus & horis,quo casu Iudex potest pronunciare ad sui libitũ in quolibet die,iuxta tradita per eundem Dec. *d.cons.*18.*n.*215. post Bart. Bald. Imol. & alios *in locis ibi per eum relatis.*Sed hæc practica mihi nunquã placuit;eò præsertim,quia talis citatio tanquã nimis vaga vix per duos dies sustineri potest,prout voluit Rota *diuer.par.*1.311.*n.*3.

¶ Svblimita,& notabiliter præcedentẽ quintã principalem limitationẽ, vt licèt Iudex non possit exequi sententiam nullã,vel aliàs notoriè iniquã,non tamen per hoc potest ex se ipso reũ condẽnatũ absoluere:quia cùm (vt suprà dixi,*n.*12.14.*& seq.*)Iudex defũctus sit officio suo;& vigore Bullarũ in Vrbe,& statu ecclesiastico bãnito capto,sit sublata omnis defensio:sentẽtiáq; cõtra ipsũ lata faciat rẽ notoriã, ac si in iudicatũ trãsisset;nõ potest idem Iudex ampliùs se in causa intromittere, nisi de Principis iussu: licèt bene verũ sit,quod isto casu interim debet supersedere, & Principẽ consulere,vt latè supra probaui,*d.n.*12.14.*& seq.*& ibi scripta hìc repetere nõ est necesse,& hãc sublimitationem bene nota,quę est generalis ad omnes casus suprapositos,& ꝯ ponẽdos,in quib.Iudex nõ potest suã exequi sentẽtiã,vel ex capite nullitatis,vel iniquitatis,vel ex alia quacũq;causa: nã nõ per hoc credat sibi concessã facultatẽ reũ condẽnatũ absoluẽdi,nisi à Principe sit admissus ad nouas defensiones, præsertim vigore supradictarũ Bullarũ,vt bene cõsiderauit & plurib.comprobauit Flam. Cart. *in tract.de exeq.sent.c.fi. n.*216.*& seqq.*vbi vide,& faciunt quæ infra scripsi,*n.*68.

¶¶ Limita VI. Propositam † huius quæstionis regulã 45
nõ procedere,quando reus etiam post sententiã captus opponit aliquã exceptionẽ, quam si à principio præsens opposuisset,nõ fuisset coactus subire iudicium.Talis enim exceptio exequutionem sentẽtiæ impedit,etiam quòd sit lata vigore statutorũ volẽtium cõtumacem haberi pro cõfesso, Bar.*in l.nõ videtur,l.*1.*in fi.ff.de iud.* Marsi.*in prac.*§.*examinãda,n.*27.*ver.*8.*alia ratione,&c.& cõs.*64.*n.*7.*& cõs.*16.*n.*33.*& sing.*72.Aug.ad Ang.*de malefi.in ver.Caiũ Sẽprõ.n.*3.*prope fi.*

Nell.*de*

Nell. *de bannit. in 1.part. primi tëporis, n.2.versicul.sed quæro* 2.Foller.*in pract.crim.in 4.part. 3. partis principalis, ver. etsi confitebuntur,n.5.& 24.* Boss.*in titul.de banni nullit.n.5.* Carrer.*in pract.dict.§.septimus casus, n.31. in materia appellationis.* De communi * testatur Roland.*consil.60.n.30.& n.34. vol.2.* Clar. *in pract. quæst.96.versic.sed pone,* Soarez *in commu.opin.l.1. vers.bannitus statim quòd est captus,pag. mihi 13. col.4.*Bertaz.*coas.105.n.1.& cons.119.n.1.& cons.146.n.14. l.1.& consil.339.n.1.l.2.& consil.462.n.1.eodem l.1.* [Marc. Ant.Eug.*cons.20.n.7.*quem post hæc scripta habui, *lib.1.& consil.31.n.62.*] Et licèt quidam Iustinianus Bondenarius, relatus per Bonacoss. in quibusdam extrauag. quas ponit post suas communes, *l.2.vers. bannum & sententia,sub num. 13.pag.mihi 92.col.1.* contrarium sentiendo videatur hanc limitationem declarare, vt procedat in bānito comparente ante condemnationem, & non post:subdens quòd ita sit de mente Doctorū supra citatorum;eius tamen declaratio mihi nullo pacto placet, quia immò omnes Doctores, & præsertim Barto. *in dict.l. non videtur*, prout optimè considerauit Boss. *sub dict.num.5.* loquuntur in bannito comparente post secundum bannum, & post sententiam diffinitiuam, & post condemnationem : & tamen indistinctè volunt, quòd impediatur illius exequutio per reum opponentem huiusmodi exceptionem.

¶ Svblimitando Hanc sextam limitationem aduerte tu Iudex in statu ecclesiastico, vt reum post annum comparentem, vel quandocunque captum, nunquam admittas ad opponendum istas exceptiones; quæ si à principio fuissent oppositæ, non potuisset ad condemnationem deueniri, nisi consulto Principe:quia, vt bene considerauit Flam.Cartar. post hæc scripta visus, *in suo tract.de exeq.sent. capto bannito,c.1.n.258.* vigore motus proprij bannitus ad aliquid opponendum, non admittitur, nisi à Principe sit admissus ad nouas defensiones:& ita etiam de consuetudine ex ordinibus Mediolani in eo statu seruari testantur Clar.& Boss. *in locis nuper citatis.* Et in Francia id non admitti, nisi in vim literarum Regiarum,testatur Chassan.*in consuetud.Burgun. verbo,*des iustices & droicts, *rubr.prima.§.septimo, num.11.*
¶ Et propterea statim quòd Iudex videt isto casu opponi aliquas exceptiones per reum, quæ si à principio fuissent oppositæ,non fuisset compulsus subire iudicium, debet supersedere in exequutione sententiæ, & Principem consulere, ei narrando statum causæ, & qualitatem oppositæ exceptionis, vt per eund.Cartar. *vt suprà,c.fi.num.271.*

¶Sed quænam sint istæ exceptiones,quas si reus à principio opposuisset,præsens non fuisset coactus subire iudiciū? Doctores in specie,quos viderim,nō admodum exactè declarant, sed omnes casus in præcedentibus & sequentibus limitationibus positos posse ad hanc sextam limitationem applicari, apertè sentit D. Flam. Cartar.*dict.c.fin.n.268.*ibi, *exempla patent ex prædictis, &c.* Et inter alia exempla ponit illud,quando scil. citatur infans, furiosus,vel aliquis alius, qui impunè deliquerit : poterit enim hoc opponere, & debet sic opponens audiri ad impediendum contumaciam & bannum,ex Nello *in tract. de bannit.prima parte primi temporis,q.2.* quem sequitur Foller. *in practica,in quarta parte, 3.par. principalis, verbo,etsi confitebuntur,n.8.*& si ante contumaciam & bannum non opposuerit, poterit etiam post bannum & contumaciam illud opponere; quia oppositio est talis,quæ si à principio fuisset deducta,iudicium impediuisset,vt ibi per eum.

¶ Tu verò dicas secund. Boss. *d. n.5.*quòd materia huius sextæ limitationis propriè est materia *l. si quis ex aliena. ff. de indi.* de qua per Deciū *in c.si duob. de appell.* las.*in l.2.ff. si quis in ius vocat. nec ierit,* & Felin. *in c.cùm ordinem, col.5.de*
46 *rescrip.*† apud quos plenè tractatur,An,quādo sentētia lata à Iudice incōpetente, quæ incōpetentiæ exceptio si fuisset opposita,nulla esset ex defectu iurisdictionis; valeat tamen contra absentē parte non opponente. Vnde dum in proposito Doctores volunt impediri exequutionem sententiæ etiā latæ vigore statutorum volentiū contumacem haberi pro cōfesso per exceptiones,quas reus præsens opposuisset, non fuisset coactus subire iudiciū, intelligas & exēplifices etiā hanc limitationē in exceptionibus respicientibus Iudicis incompetentiam & iurisdictionis defectum:tales enim exceptiones,si reus præsens opposuisset, iudiciū nō fuisset coactus subire, prout in iis terminis loquuntur Bart.Nell. Foll.& plures alij Doctores suprà relati: inquisitionē enim ab incōpetenti Iudice formatā ipso iure nullam esse,etiam parte non opponente, diximus *suprà in 1.q.n.53.& seq.* Et vbi nulla præcedit inquisitio, sentētia illius vigore lata cōtra absentem habitū ex statutis vigore cōtumaciæ conuictum & confessum,exequi minimè posse,dixit pariter *sup. in hac eadem quæst.n.35.* ideo intrepidè teneas hanc limitationem, ex qua caueant Iudices condemnare eum,in quem iurisdictionem nou habēt:quia si condemnauerint, sententia contra eos exequi minimè poterit, per suprà allegata,& per ea quæ in proposito tradidēre Marsi.*in tract.de bannit.in verbo,contumaciam,n.155.* Foller. *in pract.cri.dicto verbo, etsi confitebuntur,n.24.* Ceph.*consil.241.n.116.& 118.l.2.* Bertazz.*consil.14.nu.14.& consi.51.nu.3.& n.16.vol.1.& consi. 466.n.6.l.2.* cum aliis adductis per Flamin. Cartar.*d.c.fin.n. 194.& seqq.* vbi loquitur generaliter in omni defectu iurisdictionis proueniente vel ratione personæ, vel ratione causæ, vel ratione loci & temporis, etiam non obstante motu proprio Pij IV.& V. & quia nullitate prohibita,nullitasvenit ex defectu iurisdictionis,vt per Vant.*in tract. de nullitat.in tit.quis possit dicere de nullitate, num.37.* cum aliis ibi per eum allegatis

¶¶ Limita VII. Et † principaliter propositam huius 47
quæstionis regulam,vt etiam reo capto post sententiam sit dandus terminus, & competens dilatio ad se defendēdum, eo posito ad largam.Si enim(vt suprà vidimus,& infra etiā dicemus)multi sunt casus, in quibus sentētia contra ipsum lata exequenda non est;rationem certè non video, cur cōpetēs terminus ei dari nō debeat ad deducendū causas,quibus dicta sententia exequenda non sit.Et ita secundùm hāc limitationem reperio sensisse Salic.*in l.2.n.2.in fine, ver.honestum tamen, & iuridicum puto,C.de requir.reis,*dicentē valde æquū & iuridicum esse dari bannito dilationem ad allegandum quicquid vult, cur executio banni fieri non debeat. Ita etiam argumētatione præmissa ad partes post Iac. de Aret.quem allegat,concludit Bonf.de Vitallin.*in tit. de forma accusat.porrectæ per syndicum,n.113.* Salicetum & Bonifaciū refert & sequitur Natta *d.cōs.444 n.9.*& faciūt quæ infrà dixi,*in tit.de delict.q.18.n.44.*& est de mente Clari *in pract.q.44. ver. quæro quando, in fin.* vbi licèt loquatur in admisso ad nouas defensiones,tamen idem etiam erit dicendū in capto,per rationes adductas à præfatis Doctoribus,secūdùm quas ferè semper in Vrbe à iustis & timoratis Iudicibus seruatum vidi, qui rei carcerati procuratores & aduocatos ad saturitatem audiunt disputantes & prætendentes sententiam exequi non debere; quibus auditis iustitiam faciunt.Et ita etiam apud eum seruari testatur Foller.*in prac. cri.verbo, captus foriudicatis,n.2.* [*& in tertia parte tertiæ par. principalis,verbo,etsi confitebuntur,num.21.fol.mihi 320.* vbi dixit, etiam contumaci, & bannito fore dandas defensiones,ipsumque in suis iuribus erudiendum esse.]

¶ Amplia Hanc septimam limitationem,vt non solùm, vt præfertur, isto casu reus debeat poni ad largā cum dicto competenti termino ad faciendum suas defensiones; sed etiam debet dari copia actorum, processus & indiciorum, quibus condemnatus fuit,ad hoc,vt inter alia videri possit, an sententia contra ipsum lata fuerit præcedentibus legitimis indiciis, nécne, iuxta superiùs tradita, *n.16.* non enim potest reus suam proponere defensionē, nisi eius aduocati copias prædictas in manibus habuerint, prout generaliter quando reo defensio conceditur, huiusmodi copias fore etiam concedendas apertè post alios tradunt Boss. *in tit. de indic. & considerat. ante tortur.n.74.* Clar.*in pract. q.49. in princ.*Rolād.*consil.12.n.42.& seqq.vol.3.* & Deo largiēte latiùs dicam *infrà in 2.lib.tit.de indic.& tortur.* ¶Et propterea grauiter errare eos Iudices arbitror,qui isto casu reo posito ad largam,non nisi copiam sententiæ,& inquisitionis, seu monitorij ipsi dari permittunt. Nec excusantur, quòd ita hodie ipsi practicari testentur,quia nec practica vera est,& quatenus sit,est potiùs corruptela, & abusus contra ius naturale, diuinum, & humanum inductus, ac etiam contra bonos mores,& in perniciem eorū animæ,quàm stilus,seu practica.Id enim admiserūt aliqui nequā Iudices,ne eorum nequitia

nequitia ex processu forsan notoriè apparitura detegatur: memini enim aliàs annis abhinc quindecim, plures bānitos, & condēnatos sic in Vrbe captos, facta recognitione personaliter statim decapitatos absq; alio termino defensionis sibi concesso. Verū quia experientia docebat, quòd ex hac repentina exequutione sæpe innocentes puniebantur: ideo paulatim recessum fuit ab ea, &, vt dixi, inductus fuit stilus ponēdi condēnatos ad largam cum termino ad dicendum causam, quare sententia contra ipsū exequi non debeat. Sic enim rogo, & moneo Iudices, non obstāte quacunque prætensa obseruantia in contrariū, vt hodie non solùm ponant eos ad largam cum termino, sed etiam concedant perfectas copias, & actorum, & processus, & indiciorum: aliter enim non potest reo data dici defēsio; & hoc modo nihil deperit fisco, iustitiæ non fit nocumentū, Iudicū nequitia detegitur, & reorū innocentiæ sæpissime cōsulitur. ¶ Verùm post hæc scripta peruenit ad manus meas sæpius ille allegatus tractatus Flaminij Cartarij *de exeq. sent. capto bānito*, qui ad partes subtilissimè disputato articulo *in c. 3. per totū*, cōtra præfatā limitationē sic, vt suprà, per me ampliatam, apertè concludit. Mouetur autē ad sic concludendum primò authoritate Bar. *in l. inter stipulantē, §. 1. de verb. oblig. & in l. diuus, ff. de custo. reor. & in l. quisquis, in fin. Cod. ad legē Iuliā maiest. & in l. 1. ff. de requirend. reis.* Carrer. *in pract. cri. in primo tract. de appellat. §. septimus casus est, n. 7.* Arno. *Epit. 87.* Felin. *in c. ad abolendā, in fine, de hæret.* Afflict. *in constitut. pœnā eorū in 17. quæst.* qui omnes cōmuniter * concludunt, quòd constito, quòd captus bannitus est illemet, qui est condemnatus in sententia, statim, seu cōfestim ad furcas mittitur absque eo, quod super crimine audiatur, si statim est mittendus ad furcas, ergo non est illi aliquis terminus concedendus.

¶ Mouetur secundò idē Cartarius, quia iste bannitus antequam cōdemnaretur, habuit iam suos solitos terminos à Iudice in citationib. præfixos ad dicendū causam, quare non debeat poni in banno, vel cōdemnari, prout suprà latiùs dixi, *n. 36. & seq.* Rursus & postquam fuit condemnatus, habuit etiam idē bannitus à constitutionibus summorū Pontificum alium terminum, videlicet vnius anni, in quo comparēs auditur in suis defensionibus, tā super crimine, quàm super nullitate cōdemnationis: igitur si non comparens, & cōtumax captus fuit, nō debet ei dari alius terminus, vt per Nell. *de banit. in tertia parte primi tēporis, q. 4. in fi.* aliàs enim terminorum assignatio facta à Iudice & à dictis constitutionibus esset elusoria, contra tradit. per Bald. *in l. fin. C. de testam. manumiss.* & per Afflict. *in constitut. pœnam eorum, n. 12.* & isto casu non dicitur à constitutionibus sublata defensio, sed limitatum tempus ad se defendendum, quod quidem fieri posse præsertim in odium contumacis, dubitandum non est, per ea quæ in proposito latissimè deduxit idem Cart. *d. c. 3. n. 2. & seqq. 33. & seqq. & num. 47. & seqq.*

¶ Tertiò in Vrbe, & statu ecclesiastico videtur cessare omnis difficultas, cū vigore sæpius allegatarū* constitutionū Pij IV. & V. Iudices non possunt admittere ad defensiones bānitos captos, siue post annum, siue infra annum, tam circa excusationē ipsius criminis, quàm super dictione nullitatis sine gratia generali habita in signatura Sanctissimi: sed quòd eorū sentētias exequi debeant, non obstante quacunque appellatione & exceptione nullitatis, adsúntque in dictis constitutionibus clausulæ decreti irritātis, cuius quidem clausulæ ea potissima vis est, vt quicquid cōtrà fit, pro infecto habeatur, vt per Oldrad Abb. Felin. & alios, quos in proposito deducit idem Cartar. *vbi sup. dict. c. 3. n. 7. & seqq. & n. 41.* vbi latiùs hoc exornat argumentum. Igitur si Iudex non potest admittere captum bannitum ad nouas defensiones, nec illum audire, tam super crimine & asserta innocentia, quàm super prætensa nullitate sententiæ; frustra videtur eidem bānito assignandus aliquis terminus ad faciendum suas defensiones; vel ad dicendum causam, quare sententia contra ipsum lata exequi non debeat, tum quia hoc sibi prohibitū est à dictis constitutionibus, tum etiam quia quis frustra admittitur ad probandum illud, quod probatū non releuat, *l. ad probationem. C. de probat. cum similibus.*

¶ Sed his non obstantibus, quæ certè subtiliter & doctè explicata fuerunt per doctissimum illum virum *in d. cap. 3. per tot.* multò latiùs, quàm hîc per me reassumpta, non recedas à proposita septima limitatione sic vt sup. ampliata, & ab opinione Saliceti, Bonifacij, Nattæ, & Follerij sup. allegatorum, quorum opinio non solùm æquior & tutior est, vt de se patet; & ideò in dubio amplectenda, per ea, quæ in simili, idē dixit Cart. *in c. fin. n. 28.* Et apud nos in Vrbe, vt dixi magis hodiernis tēporibus seruata; sed etiam verior, ac melioribus, ni fallor, rationibus suffulta. Negari enim non potest, & hoc non habet dubium, quòd etiam quòd bannitus captus non sit admissus à Pontifice ad nouas defensiones (quo casu nec idem Iudex potest ad easdē defensiones illū admittere vigore dictarum constitutionum) tamen multi sunt casus, in quibus idem Iudex non potest sententiā contra ipsum captum exequi, vt clarè apparet per totam hanc quæstionem, & latè explicat idem Cartar. *in eod. suo tract. de exequ. sentent. & cap. fin. per tot.* vbi latissimè explicat omnes casus, in quibus Iudex non potest dictam sententiam exequi, sed captum in allegationibus aliquarum nullitatum ipsius sententiæ audiri, etiā quòd dictæ constitutiones prohibeant de nullitate dici posse, & inter alios casus ille præsertim non habet difficultatē, quando captus opponeret de iniquitate, vel nullitate sententiæ; ob non existentiam indiciorum, iuxta formam constitutionis Pij V. prout etiam bene animaduertit idem Cartar. *dict. c. 3. n. 73.* & latiùs *c. fin. n. 95. & seqq. vbi n. 132. in fin.* licèt non requiri citationem crediderit, in disputatione istius exceptionis, An scilicet præcesserint, vel non præcesserint legitima indicia: non tamen negat desuper fore audiendos & Aduocatos & Procuratores ipsius capti: sic etiam (& ad hoc non habet difficultatem) sunt audiendi Aduocati, & Procuratores allegantes aduersùs sentētiam, alias exceptiones & nullitates, quæ de iure allegari possunt, & quæ à dictis cōstitutionibus non censentur excluſæ, si sunt, vt dixi, super præmissis audiendi Aduocati, & Procuratores: ergo debet Iudex præfigere terminum ipsi carcerato bannito; non dico ad faciendum suas defensiones; quia bene scio, quòd hoc sibi prohibitum est à dictis constitutionibus, sed ad dicendum & allegandū causas, quare dicta sententia exequi non debeat, quæ causæ, vt apparet, plures sunt, quòd si Iudex statim absq; alia termini præfixione, & non audito super his carcerato bannito, ipsū morti traderet, esset Iudex nō iustitię, sed iniquitatis, & forsan non excusaretur à culpa & pœna, saltē extraordinaria, iuxta ea, quæ in simili dixit idem Cart. *dict. c. 3. nu. 61.* & tamen certum est, quòd etiam propriam sententiam iniquè à se lapsam exequi non potest, vt dixi. Nec refert, prout inquit Cart. *dicto c. 3. n. 22. & 56.* quòd etiam quòd sententia sit iniqua & nulla, non per hoc tamen Iudex ex quo functus est officio suo, debet se in ea intromittere, vel Principi consulere: nam omissa pro nūc disputatione, An in casibus, in quibus de iure sententia exequi non potest, Iudex possit illam reuocare, & captū absoluere ex se ipso, an verò Principe consulto? Adhuc dico, quòd dato, quòd hoc non possit, nisi Principe consulto; necesse est, vt eidē capto terminum assignet ad deducendum in suas exceptiones: nisi enim illam audiat, non potest Principem consulere. Non recedas itaque à prædicta opinione, quia si aliter diceremus, esset dare Iudicibus potestatem condemnandi, & idecapitand innocentes, quod horrendum est, & crudelissimum.

¶ Nec obstant Doctores pro contraria opinione suprà in contrarium allegati, *in versic. sup. abhinc quarto, incipien. verū post hæc scripta*: nam illi non negant fore dandū istum terminum ad dicēdum causam, *quare, & cet.* Et licèt dicant, quòd bannitus captus facta recognitione personæ cōfestim mittitur ad furcas, absque eo, quòd de crimine audiatur; id tamen debet intelligi, dato priùs termino prædicto, & non aliàs. Sic in specie authoritatibus præfatorum Doctorum respondet Foller. *dicto verbo, captis foriudicatis, num. secundo.* Nec per hoc dicuntur banniti audire super crimine, aut admitti ad defensiones, quod à constitutionibns præsertim interdictum est: quia, vt ibidem animaduertit Follerius *num. 3.* aliud est audiri super crimine, & admitti ad se defendendum super eo, aliud autem admitti ad dicendum de nullitate condemnationis. Et qui prohibetur docere de nullitate sententiæ, vt per Afflict. *in const. pœnam eorum, in 5. quæst. prin. in fin. sequent.*

¶ Minùs obstat secunda ratio: quia licèt captus tā ante, quā post

post condemnationem, habuerit plures terminos, & ad se defendendum super crimine, & ad opponendum de nullitate condemnationis: non per hoc indistinctè, & semper sententia contra ipsum lata exequenda est: quia, vt prædixi, & est verissimum, multæ sunt exceptiones à constitutionibus non exclusæ, quę illius exequutionem impediunt. ¶ Cur ergo iste captus audiri non debet, si velit aliquam ex dictis exceptionibus allegare? Rationem certè non video, cur id sibi denegari debeat. Et falsum est dicere, quòd id sibi denegandum sit. Et si super dictis exceptionibus audiri debet, cur etiã est sibi denegandus terminus ad prædictas exceptiones allegandum & deducendum. Nihil certè pariter inspicio, quod id denegandum fore suadeat: nisi forsan diceres, non esse denegandum istum terminum, si petatur, & aliquid allegetur, quod de iure sententiæ exequutionem impediat; aliàs secus. Sed, vt inquit Follerius, *dicto n. 3. in fin.* tutius est, quòd talis terminus detur, etiam quòd non petatur: & ego dico, quòd immò tenetur Iudex etiam non petenti isto casu dictum terminum concedere, vt in simili fore dandum confesso ore proprio etiam nõ petenti dixit post alios, quos allegat, Clar. *in practica q. 49. sub vers. sed nunquid tenetur Iudex.* Ergo multò magis debet dari illi, qui ore proprio confessus nõ est, sed vigore contumaciæ habetur pro confesso. Vbi enim reus contra propriam confessionem potest aliqua deducere, quæ condemnationem impediant, semper eidem reo, siue petenti, siue non, dari debet terminus ad deducẽdum ea, quæ vult deducere aduersùs suam confessionem. Sic in specie argumentatur Clar. *dict. qu. 49. vers. est igitur.* ibi, *Potest enim reus contra propriam confessionem multa deducere*, &c. Et hanc esse in criminalibus certam iuris conclusionem, testatur ibi post alios, quos allegat: sic pariter, cùm contra fictam confessionem, cuius vigore fuit condemnatus reus in contumaciam, multa adhuc possit deducere, & allegare, quæ de iure sententiæ exequutionem impediant. Ergo pariter & ipsi similis terminus dandus est ad deducendum, & allegandum causas, quare sententia contra ipsum lata exequi non debet; & hoc argumentum iudicio meo inconuincibile est, & comprobatur ex iis, quæ diximus *infrà, in tit. de delict. qu. 21. n. 72. 78. & 144.* vbi latè probaui etiam reo reperto in flagranti crimine, vel notorio, aut confesso delinquenti (prout in casu nostro crimen efficitur notorium vigore Bullæ) esse dandum terminum, quando idem potest aliquid allegare, quod de iure condemnationem impediat.

¶ Et ex his cessat etiam tertium fundamentum sumptum ex constitutionibus Pontificum, volentibus in casu nostro sententiam contra captos esse exequutioni mandandam, absque eo, quòd admittantur ad defensionẽ, vel dicant de nullitate. Non enim per hoc sunt exclusæ omnes nullitates, & omnes exceptiones aduersùs dictam sentẽtiam, vt suprà sæpius dixi, & latè explicat idem Cartar. *dicto c. fi. per totum*; ergo ad illas deducendum, & allegãdum debet dari terminus per prælegata: immò & ponendus est etiam reus ad largã, prout hoc in specie depositionis ad largam non inficiatur idẽ Cartar. *dicto c. 3. n. 75.* ibi, *Bannito iam ad largam posito, &c. & c. 2. n. 90. in fi.* ibi, *ponendus est ad largam.* & non solùm ponendus est ad largã, sed etiam decernenda est sibi copia indiciorum, & sic totius processus, non solùm contumaciarũ, inquisitionis, banni & sententiæ, prout dixit Foll. *dicto verbo, captis foriudicatis, ne cognoscantur, n. 2.* sed etiã indiciorum, vt suprà dixi, *n. 47. in sequenti ampliatione.* si enim, vt pariter prędixi, & admittit Cartar. *vbi suprà c. fi. n. 132. in fi.* audiẽdi sunt Aduocati & Procuratores capti in hoc articulo; an scil. idem captus fuerit, nécne condemnatus ex legitimis præcedentibus indiciis: necesse est etiam quòd iidem Aduocati habeant etiã copias indiciorum in manibus, ad hoc, vt desuper disputare possint. [Et ita aliàs, dum hæc considerabã, obtinui à q. Ioan. Maria Brugnulo, viro integerrimo, & Locumtenente Excellentiss. Dom. Gubernatoris Vrbis, in causa cuiusdã Matthæi de Fulgineo, qui loco copiarum (me sic petente, & consentiente) mandauit ostendi originalia dictorum indiciorum & processus, nedum monitorij, citationum & sententiæ; & constito quòd non bene legitimis præcedentibus indiciis fuerat condemnatus in contumaciam, fuit etiam ab eodem Iudice liberatus, & absolutus.] Et licèt Follerius vt suprà allegatus, *dicto n. secundo*, non faciat mentionem de copiis iudiciorum, hoc ideo est, quia apud eum non potest aduersùs condemnationes contumaciales dari de defectu legitimorum indiciorum præcedentium, prout in casu nostro dari posse à Bulla Pij V. permittitur; & tamen non per hoc denegat illas dari debere, [prout etiam dari debere reperio, & ita post hæc impressa consuluisse Marc. Ant. Eug. *d. cons. 20. n. 17. & 18. lib. 1.*]

¶¶ Limita VIII. Principalem regulam non procedere, 48
quando ab ista sententia lata contra contumacem bannitũ, fuerit pro eius parte appellatum: posse enim isto casu appellari, etiam quòd statutum mandet contumacem haberi pro confesso, dixerunt Bal. *in l. ita demum, col. pen. in fin. C. de procur.* Frãc. *in c. cũ speciali, §. porrò, col. 4. n. 8. de appel.* Aret. *cõs. 147. col. 3. ver. & idẽ Ang. de malef. ver. præsente Caio, & appellãte, n. 21.* Corn. *cõs. 194. col. fi. vol. 1. & cons. 17. col. 4. vol. 3.* Rol. *cons. 60. n. 33. vol. 2.* Duen. *Reg. 156. in 6. limitat.* Pau. de Cast. *cons. 141. in prin. vol. 1.* & videtur de mẽte Bossi. *in tit. de reis requirẽdis, n. 5. in discursu*, vbi tamẽ in fine cõcludit, quòd si reus velit audiri, debet appellare, vel aliis vti remediis, quib. contra sententiam & bannum agi potest. Et multùm facit Rota *in ti. de dolo & cont. dec. 16. aliàs 364. incip. cùm iura clament, in nouis*; & latè respondẽdo contrariis consuluit Bal. *in cõs. crim. diuers. 23. vol. 1. in paruis, per totũ*, Natta *cons. 444. n. 5. li. 2.* cũ aliis relatis per D. Fla. Car. post hæc scripta visum, *in tra. de exeq. sent. capto bannito, c. 1. n. 261. vers. sed contrariũ, & n. 262.* vbi quòd prædictorum opinio sine dubio de iure communi procederet, quando in appellatione aliqua iusta & rationabilis causa allegaretur, quæ fictã hanc confessionem & contumaciã excusaret, ad tradita per Bar. *in l. 1. C. quor. appellat. in l. creditor, §. iussus, ff. de appellat.* Sali. *in l. 2. §. quod si actor, C. de iuram. calu.* & per Fran. *in d. c. cùm speciali, §. porrò, col. 7. circa fi. de appellat.* & pro hac eadem limitatione addo Ang. *de mal. in verbo, præsente d. Caio, & c. n. 13.* vbi ampliùs dicit, quòd isto casu poterit quilibet extraneus pro absente condemnato appellare, quamuis Aug. de Arim. *in addit. ibi, n. 14. & seq.* dubitet de hac opinione Ang. De qua re dixi etiam *infrà, in 2. par. tit. de variar. quæst. q. 101. n. 146.* Addo & ad idem eundem Ang. *eod. verbo, præsente d. Caio, & c. n. 22.*

¶ Contrarium, quòd imò contumax vigore statuti habitus pro confesso non possit appellare, tenuerunt Carrer. *in materia appellationis, in pract. §. septimus casus est, n. 7. iuncto n. 1.* Anch. Bart. Imo. latè, & Alex. relati per Villalob. *in communi. opin. verbo, absens, sub n. 10.* vbi ampliùs, quòd hæc opinio apud eum seruatur, Bertazzo, *cons. 82. n. 19. li. 1.* ac alij relati per D Flam. Cartar. *d. c. 1. n. 261.*

¶ In hac opinionum contrarietate, vide etiam allegatos *infr. in 2. par. ti. de var. ac diuer. qua. q. 101. n. 146.* & præsertim pro resolutione vide Nel. *in tra. de bannit. in 4. parte primi tẽporis, in 1. quæst.* vbi ad varias partes disputata cõclusione prędicta, distinguit in hunc modũ, quòd si statutum mandat cõtumacem haberi non solũ pro confesso, sed etiam pro conuicto, & tunc non auditur appellans: quia confessus & conuictus de iure non appellat: si verò simpliciter habet ipsum pro cõfesso, & nõ pro conuicto, & tunc potest appellare; quia cõfessus tantũ de iure appellat, nisi in duobus casibus. Primò, quando esset verus contumax, quia verus contumax non appellat. Secundò, quando vltra contumaciam essent examinati testes probantes delictũ; quia tunc cùm vigore statuti habeatur pro confesso, & per testes reddatur conuictus de delicto, ideo tanquam confessus & conuictus pariter nõ appellat. Et hanc Nelli distinctionem refert & sequitur Foller. *in trac. crimi. d. 4. part. 3. par. principalis, verbo, etsi confitebuntur, n. 33. Aug. ad Ang. in verbo, præsente Caio, & appellante, sub n. 13.* vbi, quòd Nellus isto casu multùm eleganter loquitur, & cũ Nello videtur etiam pertransisse Bos. *in ti. de remed. contra bannum, n. 4.* Carrer. *vbi suprà, §. sextus casus est, n. 9.* D. Bursat. quia alios congerit *in cons. 125. n. 134. & sequentib. lib. 2.* & Bursatum refert Flam. Cartar. nouissimè post hæc scripta visus, *in suo tract. de exeq. sentent. capto bannito, c. 1. n. 60. & seqq.* vbi alia ponit in materia huius distinctionis.

¶ Hæc tamen Nelli distinctio in eo quòd dicit non posse contumacem bannitum & condemnatum appellare, quando à statuto habitus est pro cõfesso & conuicto, mihi nullo pacto satisfacit. Nam, vt patet ex Doctor. sup pro proxima opinione citatis, præsertim ex Ang. *de malef. d. n. 21.* Rol. & ab eo

relatis *in d.conſ.90.n.33.lib.2.* Duen.*d.reg.*156.*in ead.6.limit.* non ſolùm Doct. loquuntur omnes generaliter etiam in ſtatuto volente contumacem haberi pro confeſſo & conuicto, ſed & ratio per eos adducta, & à Nello non conſiderata, generalis eſt, etiam in confeſſo & conuicto vigore ſtatuti: inquiunt enim ipſi; Aduerte quòd licèt confeſſus & conuictus de iure nõ appellet, vt probat tex. cũ ibi notatis, *in l.obſeruare curabis, C.quorum appella.non recip.& in l.abſtinendum, C. eod. tit.& in cap.ei qui appellat,* §.*ſunt etiam quorũ* 2.*q.*6. iſtud erit intelligendum, quando verè quis eſſet confeſſus & cõuictus: ſecus ſi fictè per contumaciã; quia non eſt facienda extenſiò de caſu vero ad caſum fictum, *l.*3.§.*hæc verba, ff.de neg. geſtis.* Nihil ergo refert, quòd ſtatutũ mandet contumacem haberi ſolùm pro confeſſo, vel pro confeſſo & conuicto: quia per rationem ſupradictam, quæ generalis eſt, vtroque caſu poterit appellare ſecundùm primam opinionẽ, quæ de iure non * ſolùm verior eſt, ſed & magis * cõmunis. Pro ea enim, vltra ſuprà allegatos, faciunt quàm plures alij Doctores relati per Clar.*in practica,* §.*homicidium, verſ.ſucceſſiuè quæro,* per Petrũ à Placha *in epit.delict.cap.*36.*n.*25. & per Menoc. *de arbitr. q.* 90.*n.*58.*& ſeq.libr.primo,* & per Rober. Lancello. *in tractat. de attentatis appella.penden.cap.*12.*in quarta ampliatione, n.*3. * *& cap.*11.*n.*20.*& ſeqq.* communiter * volentes, quòd bannitus; qui vigore ſtatutorum poteſt impunè offendi, non poſſit tamen offendi pendẽte ipſa appellatione; ergo neceſſariò præſupponunt poſſe appellari. Si igitur reus poſt ſententiam contra ſe latam infra tempora ad appellandum, vel captus, vel ſponte ad curiam venerit, & à ſententia præfata appellare voluerit, audiendus eſt in appellatione, per ſupra allegata. Nec contra eum ſententia exequi poterit, quæ per appellationẽ ſuſpenſa eſt; ſecus ſi poſt lapſa tempora ad appellandum cõparuerit: tunc enim appellans non auditur. ¶ Apud nos tamen vigore prænominatæ conſtitutionis Pij Papæ IV. ſi reus non ſolùm infra tempora ad appellandum, ſed infra annum ſponte compareat, de nouo iterum auditur ac de directo ex integro contra ſententiam aduersùs eum latam admittitur; quod remedium, vt ſcilicet contumax ex integro & de nouo audiatur, multò pinguius eſt, quàm appellationis, prout conſiderauit Boſſ.*dict.tit.de remed.contra bannum, n.*3. at ſi captus ſit quandocunque etiam infra legitima tempora ad appellandum, vel ſponte compareat poſt annũ, tunc nullatenus, nec etiam appellans auditur: eo enim caſu ſententia facit crimen notoriũ, & exequenda eſt; ſicuri ſi in iudicatum tranſiiſſet, & propterea tam in Vrbe vigore dicti motus proprij, quàm etiam in ſtatu eccleſiaſtico vigore conſtitutionum Marchiæ, abſentem bannitum & condemnatum minimè appellare poſſe, etiam quòd non ſit verus contumax, ac etiam quòd à ſtatuto ſolũ habeatur pro confeſſo, & ſic indiſtinctè, bene demonſtrat Fla.Car.*d.c.*1.*n.*54.*& ſeqq.& n.* 60. *&* 98. vbi bene loquitur in materia, & latiùs, *n.*262.*& ſeqq. vſque ad n.*269. Cùm enim iſto caſu dicta conſtitutio Pij IV. faciat crimen notorium, neceſſariò etiam ſequitur, quòd appellationem tollat; quia in notoriis non admittitur appel- * latio, ſecundùm quod ita * communiter Doctores tenere teſtatur Io.de Ana.*in c.quàm perniciosum, poſt n.*1.*de vſur.* cum aliis infrà per nos allegatis, *tit.*3.*de delict.& pœn.qu.*21.*n.*117. licet alias etiam in notoriis admittatur appellatio, quando in ea aliqua iuſta cauſa offuſcans notorium exprimitur, vt pariter dixi *ſuprà, d.qu.*21. *n.*118. in caſu tamen dictæ conſtitutionis Pij IV. ſecus erit, quia non ſolùm facit crimen notorium, ſed etiam denegat bannitum in ſuis defenſionibus audiri, quo caſu indiſtinctè appellationem fuiſſe prohibitam, bene demonſtrat idem Fla.Car.*vbi ſuprà n.*264.*& ſeqq.* ¶ Principem autem poſſe appellationem omnino tollere, * dubitandum non eſt, ſecundùm communem * & approbatam à conſuetudine opinionem, de qua per Clar. *in pract.* §. *fi.q.*94.*ver.cæterum,* Couar.*pract.q.c.*23.*n.*6.*ver. non negamus,* Ioſeph.Cumia *in ritib. magnæ Cur.Sicil.c.*74.*n.*38.

46 ¶ Sed † quid ſi poſt latam ſententiam reus non cõpareat, ſed infra legitima tempora procuratorẽ mittat ad appellandum, an erit audiendus procurator, & an talis appellatio in aliquo proderit reo condemnato, & bannito? Hæc eſt materia *l penult.*§.*ad crimen, ff.de public.iudi. & l.ſeruum quoque,* §.*publicè, ff.de procur.* de qua alibi dicetur latiùs, ſi Dei benignitate mihi conceſſum erit, videlicet *in tit.de var. ac diuerſ. quæſt.quæſt.*99. præſertim *n.*173.*& ſequentibus.* Et dum hic pũctus accidiſſet de facto in tribunali Reuerendiſſ. D. Vrbis Gubernatoris, ad fauorem procuratoris appellantis, allegabatur tex.*in l.non tantùm, ff.de appellatio.* per quem tex. vltra plures alios Doctores, qui ad id allegabantur, Socin. *in regul.* 322.*in vltima fallen.* Gabriel.*in ſuis concl.libr.*7.*concl.*9. *n.* 78. Practica Conradi *in titul. de comparit.inquiſitio.n.*6.*in* 18.*fall.* Ant. Gomez.*capit. primo, delict.ſub n.*14. Menoch. *de arbitr. quæſt.qu.*80.*num.*80.*li.*1. vnanimiter dixerunt, quòd in cauſis criminalibus & capitalibus licèt regulariter interuenire non poſſit procurator, poteſt tamen poſt ſententiam admitti volens ab ea appellare: ſed re maturiùs diſcuſſa, contrarium fuit reſolutum, quia, vt conſiderarunt Ant. de Canar. *in tract. de excuſat.part.ſecunda, num.*4.*verſ.ſed dubium eſt, & num.*5. tex. *in dict.l.non tantùm,* loquitur in caſu ſpeciali, in eo, qui eſt in carcere, & eſt in actu quod ducitur ad mortem: poteſt enim eo caſu vnuſquiſque, nedum procurator, etiam eo inuito appellare: ſecus ſi abſens ſit condemnatus vigore ſtatutorum volentium contumacem haberi pro confeſſo, nec ſit in actu, vt ducatur ad mortem; quia tunc aliàs non poteſt appellare, *l.*1.*ff.an per alium cau. appel.* & faciunt ſcripta per Blanc. *in pract.crim.*§.*verùm quia, n.*82.*fol. mihi* 27.

¶¶ Limita IX. Eandem † principalem huius quæſtionis regulam non procedere, quãdo reus citatus non potuiſſet ex aliqua iuſta cauſa impeditus comparere: non enim dicitur cõtumax, qui comparere non potuit, *c.noſtrum ærarium,* §.*aliàs ea demum, ver.plus accepit,*25.*diſ.* Alex. *in l.*2.§.*ſi quis, ff.ſi quis cau.* Marãta *in* 3.*& vlt.parte* 6.*partis principalis, actu* 2.*n.*274.*in fine,* Doctores *in l.*1.§.*fina.ff.ſi quis ius dicen. nõ obtemp.* Neuiz *conſ.*55.*n.*19. Iaſ. *in l.ſancimus, colum.*3.*verſ.limita, C.de iud.* Crauet.*cõſ.*271. Men.*de ar.q.caſu* 153.*n.*1.*& ſeqq. l.*2. ¶ Nec citatio arctat citatum ad comparendum, ſi defenſionem impedimenti ſecum afferat, Oldrad *conſ.*44.*n.*2. Calder.*conſ.*5.*de dilat.* Iacob. Port. Imol.*conſ.*3.*n.*28.*lib.*1. ¶ Nec impedito legitima cauſa currũt tempora legis, vel hominis, *n.*1.*in fine, de dilatio inno.* Roland.*conſ.*47.*n.*26.*& ſequẽtib. volum.*2. vbi excuſat à cõtumacia militem, qui citatus vt compareat, non potuit habere licentiam diſcedendi à ſuo Principe, ſeu Capitaneo, Afflict. *deciſ.*29. *n.* 3. vbi quòd impeditus comparere, non dicitur contumax, ſecundùm veram opinionem, & propterea proceſſus cõtra ipſum factus à Iudice ſciẽte impedimentum, eſt ipſo iure nullus: ſi verò neſciebat, valet proceſſus, ſed citatus reſtituitur, ſecund. Bald. & Alexan. *in l.*2.§.*ſi quis in iudicio, ff ſi quis cautio.* & Imo.*in l.quæſitũ, ff.de re iudic.* ¶ Et generaliter, quòd proceſſus factus contra impeditum comparere, ſit ipſo iure nullus, conſtat ex Iaſ. *in d.l.*2. *ff.ſi quis cautio,* vbi hanc dixit cõmunem, * Vant.*in tit. de nul-* * *lit.ex defec.iuriſdict.& vnde ac quibus modis, n.*161. & ita Bart. *in l.ſeruum quoque,* §.*publicè, n.*7.*ff.de procur.* vbi loquitur, quãdo Iudici procedenti conſtitit de impedimento. ¶ Si enim ad † excuſandum quem à cõtumacia, quælibet cauſa iniuſta 51 ſufficit, ſecund. Gloſ. *in l.*1.§.*fin.in gloſſ.magna, in fine,* vbi Bart. Bald. Salic. Ang. Pau. de Caſt. & Iaſ. *ff.ſi quis ius dicen. non obtempera.* idem Iaſon *in l.ſi quis id quod, in* 7.*&* 8.*notab.ff.de iuriſd.omn.Iud.& in l.qui iuraſſe.in principio, n.*3.*ff.de in lit.iuran.* Boſſ. *in tit.de carcera, ſideiuſſo.num.*47. Bald. *in l.ea quæ, circa finem, Cod.quomodo & quando Iudex.& in l.debitori, C. de fideic. liber.& in cap.plerumque, colum.penult.verſ.quæro, quare negligentia, de reſcrip.* Ang. *in l.imper.ff.de ſta.homin.& in l. Prætor.* §. *hæc actio, ff.vt bon.rap.& in l.*1.§ 3.*ff.de vi, & vi armata,* Ro. *conſ.*223.*ferè in medio,* Paul.de Caſt. *in l.Celſus, ff.de vſucapio.* Tiraq. *de pœn.temp. cauſ.*43.*n.*6. Alexan. *conſ.*127.*n.*11.*lib.*4. Gram. *dec.*5.*n.*25. Menoc. *in* 5.*remed.recup.poſſ.n.*56. & latiùs hac de re alibi Deo permittente dicetur; videlicet *in* 1.*de pœn. temperan.q.*90.*n.* 8. multò magis debet ſufficere iuſta impedimenti cauſa. Igitur ſi reus captus, & condemnatus in contumaciam alleget aliquod iuſtum impedimentum, propter quod comparere non potuit; ſentẽtia contra ipſum lata exequi nõ debet per præallegatos, quib. addo Foller. *in pra.cri.d.* 4.*par.*3.*partis principalis, ver.etſi confitebũtur, n.*21. vbi allegat alios concordantes, *& in pra.cri.canon.c.*10.*verbo, nõ cõparẽtes cõtumaces reputẽtur, n.*46.*& ſeqq.* Boer.*deciſ.*63.*n.*13. vbi dicitur, quòd propter iuſtũ impedimẽtũ reſtitutio iſto caſu cõceditur, & faciũt inf. tradita, *t.de del.quæſt.*18.*n.*40.*& ſeqq.* Gig. *de crim.læſæ maieſt.titul.qualiter in crimin. læſæ maieſtat. proced.*

lib.1.quæst.18.n.3.& seqq. sibi ampliat etiam in crimine læsæ maiestatis. Et hanc nonam limitationem nouissimè sequitur post hæc scripta visus, Flam.Cart.*in suo tract.de exeq.sentent.capto bannito,cap.finali, num.262.* vbi pariter & isto casu affirmat, impedimentum esse restituendum aduersus sententiam contra ipsum latam. Quod & ante eum voluit, & probauit Sforz. Odd. *in tractatu de restitutio. in integrum, part.2. quæst.82. num.104.*

52 ¶ Iustæ † autem impedimenti causæ, quibus quis à cõtumacia excusatur, plures sunt, quæ Iudicis arbitrio remittuntur, secun.Menoch. *de arbit.q.d.casu 153.n.4. & 5.lib.2.* vbi etiã vltra infra scriptas ponit vim hostium, locum pestilentiæ & impetum fluminis, de quib.etiam per Ioachim.*obseru. 57.n.5.in fi.centu.4.* & per Foller.*in pract.cri.canon.d.c.10.n.5.* vbi etiã ponit mortem patris, de qua *in l.2.* & ibi in gl.*in fi. ff.de in ius vocan. & in l.interdum.§.1.ff.de iud.* Itẽ præceptum maiorum, de quo *in c.cùm parati,ext.de appel.* Item vbi quis vocatur ad maius tribunal, de quo *in l.cõtra, §.1.ff.de re iud.* & per Soc. *in tra.de citatio. ar.31.in 5.eff.ctu.* Et de prædictis impedimẽti causis, vide etiã Iodoc.*in pract.cri.c.25.per totum in discursu,* vbi pariter ponit iussũ & authoritatẽ superioris, ventorũ & tempestatis vim, quando.s. iter per mare faciendũ est; itẽ bellũ, pestilẽtiã, aëris intemperiẽ, & filiorũ mortẽ, si ita Iudici visũ fuerit, Baiard.ad Clar.*q.34.n.31.* vbi pariter ponit malum aërẽ: & inde infert ad Abrutinos, qui à mense Iulij, vsq; ad mẽsem Septẽbris ex eadẽ causa excusantur venire ad magnã Curiã Vicariæ, quando sunt citati ad cõparẽdum, Rebuf.*super const.de excus. vol.3.* sicut ipsum allegat Baiard. *vbi supra,n.38* vbi ponit quatuordecim causas, seu excusationes non comparendi; & vltra eas omnes, alias esse posse pro arbitrio Iudicis, vt per Menoch.*in loco præcitato.*

¶ Prima impedimenti iustissima causa, est absentia, *l.1. ff.de diuer. & temp.prascr.* Iod.*in pra.cri.c.25.n.11. & seq.* vbi exemplificat in absẽtia iussu Principis, vel ob patriæ, aut reipublicæ commodum, vel causa ferendi testimonium, in alio tribunali, iurib.ibi per eum allegatis, & ante Iodoc. Alb.*in l. seruũ quoque,§ publicè,n.9.ff.de proc.* vbi arguit pro & contra, & postea testatur se vidisse seruari, vt admittãtur omnes absentiæ, etiam voluntariæ: de quo particulariter etiam dixi ℣. *in ti.de var.ac diuer.quæ. q.99.n.291.* Ioac. *d. obser.57. centur. quarta,* vbi loquitur de absẽte causa reipublicæ; dicitque quòd sententia contra talẽ absentem lata à Iudice, quia absentiam sciebat, est ipso iure nulla; si verò ignorabat, valet sententia, sed datur restitutio. Et licet loquatur in ciuilib. tantò magis debet procedere in criminalib. vbi de maiori tractatur præiudicio. Gram *cõ.1.n.13 post decis.* vbi quòd si reus citatus nõ comparet, debet cõsiderare Iudex, si eius absentia fuerit voluntaria, & metu pœnę delicti; an verò ex alia causa, quia si est absentia iusta & excusabilis, non debet citatus censeri cõtumax, Boss.*in t.de banni nullit.n.6.* vbi quòd si nõ obstãte allegatione absẽtiæ, Iudex processit ad bannũ, tale bãnũ est nullũ, vel ope restitutionis in integrũ annullatur, iuxta *l quæsitũ, ff.de re indicata,* cũ aliis per eũ allegatis, Foll.*in pract.cri. cano. d.c.10.sub n.51.* Bombin.*conf.68.n.12.* vbi quòd allegata iusta absentia, non potest quis bãniri, & foriudicari, Clar.*in pract. q.34.in prin.& in vers.seqq.* vbi quòd si Iudici allegatur absẽtia rei ex causa necessaria & probabili, putà ex causa Principis, seu Reipub. debet à procedẽdo supersedere, donec dicta causa cesset, prout etiã dixi ℣. *in ti.de var.q.q.99.n.292.* & si ea nõ attẽta procedat ad vlteriora, processus est ipso iure nullus, prout pariter dixi *d.q.99.n.294.* ¶ Quòd si allegatur Iudici simpliciter absẽtia, sed nõ ex aliqua causa necessaria, aut probabili, constito de dicta absentia, etiã per leuem aliquam probationẽ, putà per iuramentum; statuit idẽ Iudex cõpetentẽ terminum, iuxta loci distantiam, ad ipsum reum absentem certiorandũ; quo elapso ad vlteriora procedat, aliàs nõ. ¶ Sed si apparet de fraude, de quo etiã dixi ℣. *d.q.99.n.256.* vbi latiùs vide, & quòd malitiosè allegaretur dicta absentia, putà quando in die delicti, vel in die ante, aut post, visus fuisset in ciuitate: tũc absq. alia dilatione Iudex ad vlteriora proceder, vt ibi per eũdẽ Clarũ. qui hęc omnia bene probat, à quo etiã nõ videtur dissẽtire Gigas *de cri.læsæ maiest.lib.1.tit.qualiter in cri læsæ maiest.proced.q.18.n.6.* & nouissimè post hęc scripta visus, Dom.Flam.Cart.*in tra.de exeq.sent.capto bãnito,c.fi.n.213. & 266.* apertè dicẽs, quòd si quis pro reo absente cõparuerit etiã sine mandato, & tanquã vnus de populo, ad allegandum causas absentiæ, Iudex debet illũ audire & admittere, secundũ cõmunem, *de qua post alios per Clar.*in pract.§. fin.q.32. vers.praddicta autem,* de quo etiã particulariter dixi, & declaraui *infrà, in tit.de var.q.q.9.n.278. & seqq.par.2.* vbi vide. Et si dictas causas se probaturum offert, petátque terminum ad probandũ, debet pariter idẽ Iudex petitũ terminum præfigere, prout etiam dixi *infrà, d.q.99.n.293.* Quòd si contemnendo allegatã absentiam ad vlteriora processerit, processus est ipso iure nullus, ex Nello *in suo tract. de bãnitis, in tertia parte primi temporis,q.5.* Affl.*in const. pœnam eorũ,n.22.* cũ aliis ibi per eũ allegatis, & ad hæc vide Bullam Pij IV. registratã per eund.Car.*in d.suo tract.fol.163.vers. & si forte Iuacx.* Ad quam materiam vide omnino *infrà, in tit.de var.quæst.q.99.n. 275 & seqq.* vbi latiùs & magis ordinatè eam explicaui.

¶ Secvnda iusta † causa non comparendi, erit infirmi- 53
tas, *l.quæsitum,* vbi Bar.Pau.de Castr.& Doct.*ff.de re iudic.* per quẽ text. Vant post alios *in ti.de nullit.ex defec.iurisd.& vnde, ac quib.mod.& c.n.161.* dixit, quòd allegato impedimẽto infirmitatis, & de ea quatenus opus sit, oblata fide, suspẽditur Iudicis potestas, & iudicũ tempus bonæ valetudinis defẽditur: & si interim Iudex processerit, processus erit ipso iure nullus, & ideo reuocatione nõ indiget, vt per Gũ.*in tit. vtrũ procurator, & c.n.7.* Iod *in pra.crim.c.25.n. 9. & seq.* vbi declarat, dũmodo morb. & infirmitas sit grauis, secus si leuis. ¶ Quòd si etiã infirmitatis fide non exhibita, Iudex ad vlteriora processerit, licèt processus teneat: succurritur tamen sic ob infirmitatem impedito per restitutionẽ in integrũ, secun. Bar. Ias. & Sforz.Odd.in locis relatis per Baiard.ad Clar. *q.34.n.24.* Ioac.*d.obsern.57.cent.4.* vbi quòd sententia contra infirmum ferri non potest, & aliter à Iudice sciente infirmitatem lata, est ipso iure nulla, Cyrill.*in summa cri. in tit.si reus in ius voc. non ierit.§.1.rub.11 sub n.1.prope finem,* vbi quòd cõtumaciæ pœnam non patitur, quẽ aduersa valetudo, vel maioris causæ occupatio defendit, Boër.*d.dec.63. n.13.* vbi quòd maior cõtumax infirmitate impeditus, si intra annũ ad se purgandũ non venerit, restituitur Bos.*in d.tit.de bãni nullit.n.6.* Clar. *d.q.34.ver.dixi etiã,* vbi quòd infirmus, etiã quòd sit inquisitus de capitali delicto, non tenetur personaliter comparere, sed sufficit producere fidem super infirmitate, secundù cõmunem, *de qua per Gra.*conf.98.n.2.lib.1.* Carauit.*si per viru 267.magnæ Curiæ,n.8.in fi.* & Clarum refert Bonacos. *in com. opin.lib.1.ver.inquisitus si sit inquisitus, pag.mihi 90.col.4.* Frãc. Bec.*conf.140.n.6.lib.1.* Foll.*in pra.cri.ver. audiantur excusatores,n.27.* vbi quòd excusatio infirmitatis est satis iusta & admittenda per quemcunque opponatur, secund. Inno. & post eum Abb *in c.veniens,ext.de accus.per l.si Prætor.§.fi.ff.de iud.* Sal *in l.reos,col.9.ver.& prædictis cõtrariis, C.de accus.* ¶ Quòd enim infirmus citatus comparere nõ teneatur, est text. *in c.si agrotans,5.q.3. c.si Episcopus,18.dist.* & quòd infirmitas excusset à contumacia, est tex.*in c.querelã,de procurat.* & not.Ab.*in c.tenor,n.1.sentent.& re iud.& in cap.2.n.1. de procurato.* Affl. *dec.289.n.17.* & quòd iusta impedimenti causa sit non solùm infirmitas contumacis, sed etiam suorum, tradit Foller. *in pract.crim.canon.capit.10.verbo, non comparentes contumaces repetuntur,fi.b n.51.* vbi quòd multò magis excusat mors patris, propter quam de æquitate debet reo citato dari aliqua alia competens dilatio. Verùm quando infirmitas suorum excuset comparentem, vide Baiard. cum allegatis per eum *in addit.ad Clar.q.34.n.22. & seqq.*

¶ Tertia causa & iustum impedimentum excusabile, erit 54
carceratio: non enim posse citari carceratum, & si citetur, talem citationem non valere, processúmque contra carceratum esse nullum dixerunt Bar.& Sal.*in l.2.ff. de in ius vocan.* vbi Imola, & Alex.dicunt, quòd licèt de hoc non habemus tex.expressum, tamen cõmuniter *ita tenetur, Paul. de Cast.* *
conf.12.incip.visis actis, & actitatis in captura Thomasij, &c. in fine, Bar.*cõs.228.incip.Catharina accusauit Ritã,* Spec.*in tit. de citatio.§.1.vers.Itẽ quòd est detẽtus à Magistratu.* Affl.*dec.182. n.4.& n.7.* Ruin.*conf.24.n.5.libr.4.* vbi loquitur sententia in criminali lata contra illum, qui erat confinatus, & propterea citatus non poterat cõparere. Facit tex.*in l.2. C.quib.ex caus. maior.* vbi quòd detẽto in carcere succurritur, vt sibi non currat tẽpus: quòd si cucurrerit, debet restitui. Cũ enim impossibile sit, quòd carceratus citatus ad personaliter cõparendũ,

possit si est carceratus,comparere:sequitur quòd impossibilium nulla sit obligatio,*l.impossibilium,ff.de reg.iur. l.cùm hæres,§.primo,ff de statuliber. l.si stipuler,§ primo,& secundo,ff.de verb.oblig §.impossibilis. Instit. de hared.§. instituen. cum simil.* Præceptumque Iudicis impossibile,nullius est momenti,*l.finali,ff.quæ sentent.sine appell.rescind.l.si cùm dies,§. antepenult. ff.de arbi.*& in specie etiam, quòd contra absentem procedatur pro crimine læsæ maiestatis, tradit Gig. *in tract. de crim. læsæ maiest.libr.primo,tit.qualiter in crim.læsæ maiest.proceda. quæst.18.n.3.*vbi loquitur tam in carcerato pro delicto,quàm pro debito:vtroque enim casu comparendi impedimentum vrget,Iodoc.*in pract.crim c.25.n.8.*

¶ Et quid si quis non est retentus in strictis carcerib. sed retinetur per ciuitatem sub fideiussione de non discedendo ab ea : An talis retentio præstet iustum impedimentum non comparendi in alio loco,in quo pro alio delicto citatur,vide Anton.de Canar.*in tract.de excusatione,parte secunda, n.* 10. vbi videtur tenere quòd non per hoc excusetur. Quod tamen an verum sit,pro nunc non firmo,& faciunt quę de præcepto superioris,dixi *suprà,n.*52.& vide etiam Carauit.*in loco relato per Baiard.in addit.ad Clar.q.*34.*n.*36.

¶Contrarium,quòd etiã carceratus possit citari, & quòd teneatur isto casu mittere procuratorem , tenuit Bar. *in l. is qui reus,col.fi ff.de publ.iudic.*per gl.fin.ibi *in fi.*vbi dicit, quòd immò carceratus potest citari, & debet comparere per procuratorem,Bald.& Alber.*in l.prima,§.visus autẽ,ff.de procur.* Innoc.*in c.querelam,n.*11.*vers.item dicimus,de procura.*alia gl. *in l.secunda,C.ex quib.caus.maior.*Bald.& Rom.*in l. secunda, ff.de in ius vocan.*idem Bald.*in cap.delicti, in secunda colum de appella.& in l.nemo carcerẽ,C.de exact.trib.lib.*10.*& in l.ab eo, in 2 col.C.quomodo,& quando Iud.* Ang.*cons.*66.*incip.statutum seu ordinamentũ,*Ias.*in dicta l.secunda,ff.de in ius voc.n.*20.vbi tandẽ pro concordia harum opinionum dicit, hanc vltimam opinionem procedere,quando carceratio est iusta,& quando in loco,vbi is est carceratus,adest copia procuratorum. Primam autem opinionem procedere in iniustè carcerato , vel quando in loco carceris non adest procuratorum copia : & cum hac distinctione trãsit etiam Pau de Castro per eum allegatus *in d.l.2.ff.de in ius. vocan.& in l.quæsitum, ff. de re iud.* Franc.de Aret.*cons.*132.*in c.cõsultissime Domine,*Marsi.qui de communi* testatur,*in practi §.attingam,n.*20. Rota Senen. *decis.7.post cons.crim. diuers. in paruis , pag.mihi* 289.*tom.* 2. Vant.*in tit.de nullit.ex defec.iurisd.& vnde ac quib.mod.n.*161. vbi quòd processus factus contra carceratum , est ipso iure nullus,quando causa erat talis,quę non poterat,nec debebat per procuratorem tractari ; secus si talis , quòd in ea poterat procurator interuenire;quia tunc tenetur per procuratorem mittere,nec carcerationis impedimentum excusat.

¶Et si tu arcta hac Vantij declaratione,dicas, quòd prædicta Marsilij & aliorũ distinctio posset etiam procedere in causis ciuilib. vel etiam criminalibus à relegatione infrà ; in quibus quis potest per procuratorem comparere,secus in capitalibus,& vbi contra absentes vti confessos ad pœnã mortis & cõfiscationis bonorum,iuxta terminos præsentis quæstionis proceditur,in quibus procurator non admittitur.Respondè cum eodem Marsilio *in d.§.attingam,in n.*20.*in fi. & in§.sequitur, n.* 31.*& seqq.* quòd quando citatus est carceratus,etiam quòd requiratur de capitalissimo crimine, potest per procuratorẽ audiri,quod & idem affirmauit idem Marsi. *in prac.§.sequitur,n.*31.*& seqq.*vbi propterea docet,cautelam ad hoc , vt in crimine capitali quis audiatur per procuratorem , vt reus faciat cautè se carcerare pro aliquo debito , & delicto; & carceratione notificata Iudici inquirenti, cogetur ipse Iudex aut supersedere in processu,aut procuratorem admittere. Et iste est casus specialis,in quo procurator admittitur in causis criminalibus & capitalibus;& sic etiam stante declaratione Vantij , debebit isto casu reus citatus & monitus in capitali delicto ad comparendum procuratorem mittere,aliàs rectè & ritè poterit condemnari.

¶Sed parcat mihi in hoc D.Marsi.quia in causis criminalibus,& vbi agitur de vita hominum,& sic de grauissimo præiudicio (quicquid forsan secus sit in ciuilibus causis, & non magni præiudicij)credo ipsum loqui contra communes Doctorum propositiones , dicentium in materia, quòd quando citatus nõ potest adesse ex iusta & necessaria causa,procuratorem ad causã mittere non tenetur,& si causa impedimenti ante sententiam iudicij innotescat , sententia postea lata est ipso iure nulla:si autem post sententiam ostendantur huiusmodi exceptiones , per in integrum restitutionem sententia rescindetur. Ita enim concludunt Bar.& Doctores *in l. quæsitum,ff.de re iud.& in l.2.§.fi.ff.de custod.reor.& in ca.2.de procurat.* & de communi* testatur Paris.qui loquitur de impedimento carcerationis,*& in cons.*102.*n.*1.*vol.*4. & loquitur in causa ciuili pecuniaria,& sic in casu magis dubitabili.

¶Moueor secundò contra Marsi. quia vbi aliàs impeditus comparere,tenetur de iure mittere procuratorẽ; non tamen tenetur illũ mittere, quando causa est ardua & maximi præiudicij:ita enim concludunt omnes* *in ca.querelã,de procurator.* Aret.*cons.*16.*col.penul.vers.secundò respondeo* , & de receptissima testatur opinione honorandùs præceptor meus , Iacob.Por.Imol.*cons.*3.*n.*15.*& seqq. vol.* 1. vbi loquitur in terminis carcerationis Principis Lantgrauij,Paris.*d.cons.*101.*n.* 6.*&* 7.vbi ad hoc vt carceratus teneatur mittere procuratorem,non solùm requiritur,secu. Doct. præallegatos , quòd carceratio sit iusta , & quòd in loco carceris non adsit copia procuratorum:verùm etiam,quòd causa non sit ardua ; quia vno istorum deficiente,carceratus non tenetur procuratorẽ mittere,vt ibi per eũ.¶Sed nulla maior,magis ardua, & maioris præiudicij causa reperiri potest, quàm vbi quis in capitali delicto citatur ad comparendum sub pœna corporali & confiscationis omnium bonorum. Ergo dato millies , quòd isto casu procurator carcerati debeat per Iudicem admitti in causis capitalibus,vt per Marsi. *in pra.d.§. sequitur,d.n.*31. *& seqq.* non tamen idem carceratus propterea tenetur mittere procuratorem,quia,vt dixi,causa est ardua.

¶Illa præterea distinctio iustæ , vel iniustæ carcerationis, nec etiam mihi multùm satisfacit.Primò,quia non potest de iniustitia,seu de iustitia tali apparere,nisi causa perfecta & finita.Secundò,quia quando sumus in terminis impossibilitatis & vrgẽtis necessitatis,vincula cuiuscunque iuris sint, dissolui debent,necessitásque,vt aiunt,legem non habet,siue ex iusta,siue ex iniusta causa proueniat, *c.consilium,de obseru.ieiun.c.Odoardus,de solut.c.nemo,de reg.iur. in* 6. cũ aliis in proposito adductis per eundẽ Iac.Port.*d.cons.*3.*n.*46.*& seqq.* vbi quòd si aliter diceremus, esset homini defensionẽ à naturali ratione innatã auferre,impedimentúmque etiam,quòd propria impedimenti culpa proueniat,adhuc tamen impedimẽtum excusabit,secundùm communem,*de qua per Bal.Cranet.Cou.& alios,de quib per Soarez *in com. opin. vers. impedimentum , n.* 10. & in specie in terminis impedimenti prouenientis ex causa carcerationis , bene declarat Anton. de Canar.*in tract.de excusatore , par.*2. *n.* 8.*&* 9. vbi concludit, carcerationem siue iustam , siue iniustam , siue etiam causatam culpa ipsius rei,semper præstare legitimam nõ comparendi causam,dummodo non fuerit præordinata, procurata, & per fraudem affectata ad effectum se excusandi à non cõparitione. ¶ Concludo ego,quòd in causis criminalibus, vbi reus vigore statutorum, volentium contumacem haberi pro confesso citatur & condemnatur in pœnam capitalem , & confiscationis bonorum ; sententia contra talem reum carceratum pro alia causa lata nulla sit, nec contra eum exequi vllo pacto valeat,etiam quòd procuratorem non miserit, ac etiam quòd carceratio sit iusta. Et hanc meam opinionem, quam tutiorem & benigniorem appellat , licèt pro ea nihil alleget,testatur semper seruari vidisse Clar. *in pra.dict.q.*34. *ver.de carcerato autem,*quòd scilicet expectetur,vt possit carceratus exire carceres,nisi carceratio esset affectata.Immò si exceptio carcerationis tempore condemnationis opposita non fuisset , solet semper Senatus , constito de ipsa carceratione,condemnatum admittere ad nouas defensiones, vt ibi per eum. Et sic stantibus nostris motibus propriis , erit isto casu per Iudicem supersedendum in exequutione sententiæ, & Principi consulendum.

¶.QVARTA iusta non comparendi causa erit,si reus citetur ad cõparendũ in loco nõ tuto,quia tunc citatus pariter cõparere non tenetur,*cap.accedens,il 2.vt lite non contestata,c. ex parte,*vbi Doc.& præcipuè Fran.qui bene loquitur in materia de appell.Cle.*pastor.& ibi gl.*de re iud.*l.recusare,§ si quis alio,cum l.sequenti,*vbi Bar.Alex.& alij,*ff. ad Trebel.* Feli. *in c. cùm R. Canonicus , de off. deleg.* vbi hanc conclusionem ampliat sex 55

pliat sex modis,& ipsum videas in materia *c. cùm bellicã, in prin. 34.q.1.*plenè Vant.*in tr.de nullit.ex defect.iurisd.& vnde ac quib.modis,&c.n.165.* vbi ponit plura exẽpla loci non tuti,Marsi.*cons.81.n.43.*Affl.*decis.289.n.20.& seqq.*Boss.*tr. de banni nullit.n.6.*Ferret.*cõs.31.n.22.* vbi quòd nec tenetur mittere procuratorem, & testatur de communi, * sicut illũ
* refert Bonacos. *in cõm. opi.l.1. vers.citatus reus ad locum non tutum.pag.24.col.2.in fin.*plenè Rol.*cons.68.n.18.& seqq.vol.*
* 2.vbi pariter de communi, * dixi *infrà,in tit.de delict.quæst. 18. n. 43.* & plura cõgerit in proposito Ioseph. Masc. post hæc scripta visus,*in tract.de prob.l.2.concl.104.n.11.* & ante eum Menoch.*cons.100.n.183.l.1.* Cephal.*cons.304.n.8.l.3.* vbi pariter,quòd non tenetur mittere excusatorẽ. Ad quod vltimum etiam vide Gand.*in titu.vtrùm procurator,&c.n.8.* vbi dixit, quòd quando locus non est tutus propter insidias malorum hominũ,tunc sicut citatus propter suæ vitæ periculum non audet ipse ad iudiciũ venire;ita etiam non tenetur propter eadem imminentia pericula procuratorẽ mittere, & generaliter ad hanc materiam,vide Baiard.ad Clar. *q. 34. n. 25. & seqq.* vbi quando isto casu processus sit ipso iure nullus, an verò impedito succurratur medio restitutionis in integrum; & an sufficiat allegare locum non esse tutum simpliciter: an verò sit necesse exprimere causam specialem,propter quam locus non dicatur tutus.

¶ Quæ quidẽ conclusio in se verissima est, quando notoriè constat,locum nõ esse tutum:tunc enim cùm citatio ad locum notoriè non tutum sit ipso iure nulla,vt per Affl.*de-cis.389.n.24.*Paris.*cons.28.n.4 l.4* Ias.*cons.86.n.13.vol.3.*Decian. *cons. 18.n.103.l.1.* idcirco non solùm citatus non tenetur comparere absque eo, quòd probet non tutũ accessum,vt per Ruin.*cons.30.n.9.& 10.vol.5.*Alex.Bar.& Imol. *in l. de ætate, ff. ad Treb.* D.Menoch. *cons. 100.n.183.vol.1.* verùm etiã absque eo quod alleget, seu per procuratorem allegari faciat edictum,nõ tutum accessum, sicut respondit Ias.*d.cons.86.n.13.circa finẽ,*tenẽt relati per Dec.*d.cõs.18.n. 16.in fine,& seqq.l.1.*& in iis terminis intelligẽda est communis opinio,de qua testatur Ferret.*d.cons.31.n.22.* [& de qua *suprà in præceden.n.55.*]Secus si non constaret notoriè de non tuto accessu; quia tunc debet & per procuratorem allegari,ac etiam plenè probari,vt per Deciũ *in cons.460. nu.26.* Hercul.*in tract.de negatiua,nu.26. vers.24. infertur.* Plures etiam adducit concordantes Ioseph.Mascar.*in tract. de prob.l.1.cons.17.n.7.& per totam conclusionem, & concl.18.* vbi alia ad materiam probationis loci non tuti simpliciter, & loci notoriè non tuti:& ante eum exactissimè hanc materiam declarat Menoch. *d.cons. 100.n.83.& n.199.& seqq. l.1.* vbi inter alia plures adducit declarationes,quãdo scilicet quis teneatur mittere excusatorem ad protestandum de non tuto accessu;& in eodẽ casu, in quo Menoch.cõsuluit, scripsit etiam Ceph.*cõs.304.n.8.& n.110.l.3.*quem pariter omninò videas in materia,& Dec.*d.cons. 18.n.103.& seqq. l.1.* vbi *n.138.in fin.* videtur tenere,quòd etiã quòd accessus sit notoriè nõ tutus,adhuc citatus teneatur mittere excusatorẽ,& *n.140.*declarat quando locus dicatur notoriè nõ tutus;& vide etiam,quæ generaliter infrà dixi,*n.59.& seq.*

56 ¶Locum autem non esse tutum,† potest pluribus modis cõtingere, de quibus post antiquiores,quos allegãt,videre poteris Vant. vbi *suprà,d.n.156.*Foller.*in pract.cri.canõ.ver. non cõparentes cõtumaces reputẽtur.* Ben.de Plot.*cõs.cri.diuers. 3.n.29.vol.2.in fol.*D.Menoch. *de arb. quæst. l.2.casu 153.n. 6.& seqq.cẽt.2.*& latiùs Ioseph.Masc.*de prob.l.1.cõcl.17.cum trib.seqq.* vbi etiam,quomodo & quib. modis probetur locus non tutus,seu non tutus accessus[de quo etiã vide post hæc scripta habitũ,Hector. Æmil.*in tract.de testib.in verbo, testis non tutum accessum deponens,n.1.& seqq.fol.mihi 21.*vbi an accessus nõ tutus probetur per testes singulares;& quomodo debeant deponere testes super non tuto accessu,]& ante istos vide Aret.*in c.venĩs,n.52.de accu.*vbi quòd locus tutus dicitur,vbi non solùm reo liberè ire, manere & recedere licet,sed etiam testibus,aduocatis, & aliis personis necessariis, ac etiam debet esse pro ipsa causa agenda; prout non est tutus, quando quis propter aduersarij potentiam in illo loco iustè timet nonposse iustitiam consequi.

¶Et inter alios ille præcipuè locus nõ dicitur tutus,in quo reus timet insidias inimicorũ, quos capitales habet in loco vbi citatur,*d.c. cùm R. Canonicus, de off.dele.d.clem.pastoralis, §.notoriũ,de re iud.c. statutum, §. 1. de rescrip.in 6.* Ant.Rub. Alex.*in tr.de potest.proc.& defens.n.322.*Boss.*in tit. de cr.iud. n.12.*vbi testatur de cõmuni*opinione,Menoc.*de arb. quæst.* * *d.casu 153.n.32.lib.2.*Vant.*vbi sup.n.165.* vbi etiam dicit,si in loco,vbi reus citatur,adsint amici inimicorum suorum, non dicitur tutus,secund.Bar.per illum text.*in l.sciendum,§. acceptatio,ff.de leg.*gl.*in d.l.1.§.cum patronus,*& ibi Bald. *ff.de off.præfec.vrb.l.liberi,*vbi Bald.Salic.Ias.& Alex.C.*de inoff.test.* Felin.post Aret.& alios *in c.repellantur,de accusat.* Dec.*dicto cons.18.n.105.li.1.*Masc.*de prob.li.1.concl. 19.n.1.& seq.* vbi de materia plura.

¶Immò isto casu reus non tenetur cõparere, etiam quòd ei offeratur saluus conductus:non enim tali saluo conductui credere tenetur,*c.accedens,il 2.*& ibi Fel.*col.2.vers.tene menti,vt lite non contest.clem.pastoralis,§.nos circa,de sen.& re ind.* Alex.*d.n.322.*Imola *in l.nam quod,§.non omnis, ff.ad Trebel.* Ias.*cons.86.n.13.lib.3.*Franc.Marc.*q.68.par.2.*Vant.*d.n.165.* vbi plures allegat concordantes,Aufr.*dec.289. n.2.& n.23.* Boss.*tit.de citat.nu.37.* vbi testatur de communi*opinione, * quem refert Clar.& sequitur *d.q.34.ver.allegatur etiam,*Ferret.*d.cons.31.n.22.*vbi pariter de communi, plenè Rolan.*d. cons.68.n.23.& seqq.vol.2.*plures adducit concordantes Iose. Masc.*vbi supra,conc.19.n.9.& seqq.li.1.*vbi pariter de cõmuni.*Et dictã cõmunem duob.modis declarat,quos & ibi per * eũ videas,& ante eum Men.*cõs.100.n.186.& 195.vol.1.*vbi plurib. Doctor. authoritatibus hanc comprobat conclusionẽ,sed eam postea pariter declarat,& declarationem videas *ibid.n.216.& 217.*prout etiam eandem ponit declarationẽ Ceph.*cons.304.n.104.li.3.*& bene etiam declarat Tib.Dec.*d. cons.18.n.106.iuncto n.109.& seq.li.1.*qui omnes,Men.Dec. & Ceph.consuluerunt in eadem facti specie.

¶Ad quã materiam,quando scilicet citatus ad locum nõ tutum ex aliqua causa teneatur cõparere,si ei saluus conductus offeratur,vide Imo. post alios *in l.pen.§.ad crimen,n.26. post princ.ver.aduerte tamen,ff.de publ.iud.*Sal.*in l.reos,n.10.in fi.C.de acc.*vbi quòd dicẽti se venire non posse propter timorem insidiarum,Iudex debet offerre saluum conductum; & quòd ita de facto vidi seruari,Anan. *in c.veniens, nu.13.in fi. ext.de acc.*vbi quòd non excusatur citatus ad comparendũ, si isto casu ei offeratur saluus conductus,& quòd ita practicatur,& Salic.& Imol.*in locis præcitatis,*& sic contra prædicta,Aret.*ibid.n.51.*vbi quòd exceptio loci non tuti tollitur per oblationem salui conductus,& securitatis;quando scil. inimicitia est talis, vt dando securitatem illi,Iudex dicatur prouidere;aliter secus,& ibi exemplificat,quando per securitatem non dicatur prouisum citato ad comparendum, quod & idem voluit ibidem Maria.Soc.*nu.163.& seq.*

¶Idẽ si timeret minas Iudicis, qui pũtà esset nimis seue- 57
tus,solitus de facto procedere[de facto carcerare, vel etiam torquere;& multò magis si in specie]minatus esset malè se tractaturum reum,si in manib.habebit, & similia:excusandus enim est is contumax,qui ad Iudicem ire noluit,timens vim pati.[Bar.& alij post eum *in l.de pupillo,§.si quis ipsi Prætori,n.14.& seq.ff.de nouii oper.nũc.*Neuiza.*cons.61.n.36.*]Fol. *in pr.cr.in 3.parte partis 3.principalis, vers.etsi confitebuntur, n.30.*Anc.*cons.409. incip.probata tanta sæuitia.*[Men. *d.cons. 153.n.6.*Osasc.post hæc scripta habitus,*cons.64.n.48.in fin.*

¶Immò ad probandum sæuitiam Iudicis, quòd sit solitus carcerare,& malè tractare conquetentes de eo, sufficit fama,vt per Bar.*in l.de pupillo,§.si quis ipsi,n.17. ff.de oper.noui nunc.*Fel.*in c.veniens,n.9.ext.de test.*Alex.*in addit. ad Bar. in l.de minore,§.plurimum,n.30.incip.vana vox,ff.de q.*idẽ Fel. *in c.afferte,n.11.de præs.in c.de quarta, n.24.de præs.*Alex.*cõs.66. n.9.col.3.*Ias.*in l.admonendi,n.246 ff.de iureiur.*Ruin.*cõs.105. n.7.vol.1.*quos in proposito etiam refert, & sequitur Duen. *reg. 199.in 17.fall.*Mascar.*de prob.li.2.concl.753.n.26.*quem post hæc scripta habui,& immò etiam,]secundùm Bal.*in l. liberi,vers.item considera,C.de fideicom.libert.*Aret.*in l.2.in 2. not.C.de Carb.edic.*vbi etiam Ias.*in 3.not.*contumax non dicitur,qui citatus à Iudice non comparuerit;quia timebat ire ad eum etiam ex leui causa suspicionis,de cuius tamen dicti veritate vide latè eundem Ias.*in l.vnica,§.fi.col.pen. ff.si quis ius dicen.non obtemperau.* Alex.*in l.qui Romæ,§.duo fratres,col. 10.vers.& dicit,quod licet.ff.de verb.oblig.* & eundem Masc.

de prob.lib.2.concluſ.104.n.1. vbi poſt Felin. quem allegat *in cap.cùm ordinem,n.14. verſ.videtur contra, ext. de reſcrip.* requirit, vt iſto caſu citatus ad comparendum coram Iudice ſuſpecto,faciat ſuſpicionem, etiam quòd eſſet notoria, proponere,& allegare;aliàs non excuſatur à contumacia.

58 ¶ Et multò magis,ſi in loco,in quo citatus eſſet bannitus pro aliis delictis:tunc enim videtur quòd comparere nõ teneatur,cùm locus non ſit tutus,per ea quæ ponit Bart.*in l.ſi. col.2. verſic.ſed iuxta hæc quæro,ff:de reſtit.in integ.& in l.2.§. quod diximus,ff.ſi quis cautio.* quẽ & alios in propoſito adducit Vãt.*in loco ſupracitato,n.165.*Boſſ.*in t.de cita.num.35.* vbi quòd aliter dicere,eſſet impiũ;*& in t.de banni.nullit.n.9.* plenè Rol.*d.conſ.68.n.18.& ſeqq.vol.2.vbi plures alios concordãtes allegat.*Pariſ.*conſ.102.n.13.vol.quarto,* And.Gayl. *de pace publ.lib.2.cap.11.n.7.*Et licèt Spec.*ti.de accuſ.§.ſequitur videre,n.23.*dicat bannitum pro vno delicto poſſe de alio delicto accuſari & banniri in eodem loco,quia primũ bannũ ſuo facto,& culpa cauſatum fuit;& ita communiter* Doctores tenere dixerint,Nell.*de banni.in 1. parte primi temp.q.3.* Viui. *in cõmu.opin.31.*Suarez *in cõmu.opin.ver.banni,n.8.*Bonacoſ.*in comm.opin.lib.1.ver.bannit.ſemel,pag.13.col.3.*& ita etiam ſeruari dixerint Io.And.*in addi.ad Spec.vbi ſuprà,*& Alb. *in rub. ff.de his qui not.infam.n.8.verſ.& faciunt prædicta.*Id pluribus exornat And.Gayl.*de pace publ.lib.2.cap.1.n.1.& ſeqq.*vbi & iure & rationib.& Doctorum pluriũ authoritatib. hãc comprobat concluſionem;*& n.21.& ſeqq.* vbi reſpõdet cõtrariis, *& n.12.& ſeq.* vbi ponit effectum & vtilitatem huius ſecũdi banni;& ante iſtos idem Alber.*de ſtatu.par.4.q.26.*poſt Gãdin.*in loco per eum relato:*quia tamen magis attendi debet iuſtitia & æquitas, quã culpa delinquẽtis,*l.Papiniã.ff.de mino.* & tradit Affl.*deciſ.289.n.26.* ideo horum opinio intelligenda eſt, dummodo ipſi bannito cõcedatur ſecuritas & ſaluus conductus pro primo banno;aliàs ſecus, ſecundùm Marian. Soc.*in ca.veniens,n.164.ext.de accuſ.*Blanc.*in pract.cri.§.verũ, quia,n.102.fol.mihi* 28. vbi teſtatur ita apud eum practicari, Boſſ.*dicto tit.de citatio.n.35.ti.de banni nullita.n.9.*Clar. *quæſt. 16.verſ.ſed nũquid bãnitus,q.32.verſ.tu ſcis,quòd bannitus,& q.34.in prin.*nec diſſentit And.Gayl.*de pace publ.li.2.d.cap.11. n.7.& 8.*& dixi *infrà, in t.de carceribus & carceratis,q.29.n.* 85.86.& 88.vbi hoc declaraui,qui quidem ſaluus cõductus debet inſeri in citatione, quæ fit reo ad valuas curiæ, ita quòd cõmodè ab omnibus legi poſſit,ſecundũ Rolãd.*d.conſ.* 68.*n.7.vol.* 2.& ego aliàs obſeruaui. Et iſto caſu not. quòd bannitus citatus ſi non compareat,non poſſit allegare impedimentum, ſeu non tutum acceſſum ex cauſa præcedentis banni,quia credere & confidere omnino debet oblato ſaluo conductui,vt conſuluit Ceph. *conſ.304.n.101.lib.3.* vbi alios adducit concordantes. An autem iſto caſu admittatur procurator, ſeu defenſor ad comparendum pro bannito abſente citato,dixi *in 2.par.tit.de var.quæſt.q.98.n.151.*

59 ¶ SVBLIMITA Hanc nonã limitationem,ſicut ſuprà ampliatã & extenſam(& in hoc aduerte bene, quia in proximè dicẽdis conſiſtit tota veritas omnium eorum, quæ in propoſita dictæ limitationis materia hucuſque tradita ſunt) vt tũc demum procedat,& vera ſit, quãdo reus ex aliqua iuſta cauſa,vt præfertur,impeditus comparere,miſerit tamen non dico procuratorem,ſed excuſatorem ad allegandũ in actis impedimenti cauſam:iſtúdque,ad Iudicis notitiam deducẽdam, & quatenus opus ſit eo ſtante ne procedatur ad vlteriora, proteſtandum(in cauſis enim capitalibus excuſatorẽ ad allegandum cauſas abſentiæ & impedimenti, admitti liberè nemo eſt,qui dubitet)iſto inquam caſu,ſi impedimentum allegatum erit iuſtum & legitimum,proceſſus erit nullus,eo nõ obſtante contra reum fabricatus. At ſi nemo opponit de impedimento,& eo non exiſtente notorio;cùm ſemper Iudex poſſit ignorantiam prętendere,proceſſum eſſe factum,& fabricatam inde ſententiam contra contumacem etiam impeditum compare,relatam valere;& conſequenter contra eundem captum nõ obſtante quacunque ſubſequenti probatione impedimenti exequi poſſe,verius dicendum videtur: cõ-
* munis* enim & generalis eſt regula,proteſtationẽ † eſſe ne-
60 ceſſariam,vt impedito ſaluum ſit ius, Abb.Inn.& Feli.*in cap. ex trãſmiſſa,de præſcrip.*facit tex. *in c.ſciſcitatus,* vbi idẽ Abb. *de reſcrip.*gl.*in c.cupientes,§.quòd ſi per viginti,in verbo,propoſita,de ele.in 6.*itẽ facit tex. *in l.2.§. quod diximus,ff. ſi quis cau.* Boer.*q.40.*Ripa *in tract.de peſte,tit.de priuil.ind.n.22.& 24.* Pariſ.*conſ.101.n.95.& conſ.124.n.3.lib.1.* Soc.iun. *conſ.104. n.26.li.3.*de communi* teſtatur Felin.*in c.venerabilis,n.7.de* * *ind.*Ioac.Miſing.*obſer.59.cent.3.* Nic. Ant. Graua. ad Veſt. *in pract.lib.6.c.ſi.n.24.*Soarez *in comm.opin.verſ.impeditus,n.14.* & in terminis in materia contumacis banniti ſcripſit Do. Menoch.*conſ.100.n.118.lib.1.*& ex ſup.allegatis Doctoribus in hac nona limit. ferè omnes præſupponunt, impedimentũ in actis debere allegari,prout videre eſt apud Gãd.*in tit.vtrũ procurator,n.6.*vbi videtur concludere,quòd ſiue ſimus in caſu,in quo abſens non auditur per procuratorẽ, ſiue etiam in caſu,in quo per procuratorem auditur citatus,ſi ſit infirmus, debet mittere ſaltem excuſatorem ad allegandum infirmitatem,& idem voluit Montic. *reg. crim.13.n.24.& n.25.* vbi declarat procedere,quando infirmus ſciret contra ſe proceſſum fieri;ſecus ſi ignoraret,prout in dubio præſumitur. Vãt. *dicto titulo de nulli.ex defec.iuriſd.& vnde ac quibus modis,&c. n.161.*vbi generaliter loquens,nedum in impedimento carceris & infirmitatis,ſed in quocunque alio impedimento dicit,quòd quando impediměta huiuſmòdi in iudicio allegantur,is qui talia allegat,debet ſuper allegatis probationẽ ſaltẽ offerre;*& n.163.* vbi quòd ſemper,& in omni caſu de impedimento excipi debet,aliàs parti,quæ nõ oppoſuit,imputandum ſit;*& n.166.*vbi quòd ſi impedimenta ſint notoria,probatione non indigent, ſed per quemcũque allegari ſufficiet: ſi verò notoria non fuerint,probari per excuſatorem debebunt,& ſanũ etiam erit proteſtari; & ſic ſemper præſupponit excuſatorem & impedimenti allegationem, prout etiam præſupponit Boſſ.*in alleg.tit.de banni nullita. n.6.* dum dicit, *Et ſemper aduerte an fuerit ſpreta cõparitio alicuius excuſatoris, qui ad iudiciũ veniſſet,allegado aliquod impedimentũ infirmitatis,abſentiæ,vel aliud,quia etiã hoc caſu vel bannũ eſt nullũ, vel ope reſtitutionis in integrũ annullatur.* Et ita etiã vbi cõtumax vult ſe excuſare ex impediměto,quòd ſit neceſſe hunc excuſatorem mittere,clariſſimè ſemper præſupponit Clar.*in d.q. 34.per totã.*& in iis terminis loquitur Port.*d.conſ.3.in prin.in n.15.& in n.27.* imò Rol.*d.conſ.68.n.21.vol.2.in impedimẽto loci non tuti,* poſt Rotã *dec.1.de dolo & cont.* Abb.Fel. Præpoſ. & alios quos allegat,& expreſsè cõcludit,quòd quando non eſt notoriũ,locũ non eſſe tutũ, debet citatus mittere excuſatorem ad id allegandum;& idem dixit Afflict.*deciſ.289.n.2.* & Foll *in pract.crim.canon.c.28. verbo, non comparentes contumaces repetẽtur,n.46.*vbi quòd non ſolùm debet citatus mittere excuſatorem ad certiorandũ Iudicem de impedimento, ſed etiam quòd iſti excuſatores debẽt eſſe perſonæ diſcretæ. Et ibi declarat,quæ dicantur perſonæ diſcretæ, *& n.49.* vbi etiam,quòd talis excuſator debet iurare de calumnia,ſi petatur; *& ſub.n.51.* vbi quòd in caſu, quo excuſator allegat locum non tutum,non auditur ſine mandato;& ſecund. Flam. Car.*in ſuo tract.de exẽqu.ſent.c.ſi.n.266.& ſeq.*vbi non ſolùm videtur requirere impedimenti allegationem, ſed etiam quòd illud allegans offerat ſe probaturum allegatum impedimentum; imò & quòd petat terminum ad probandum, aliàs termino prædicto non petito,non poterit dici proceſſus nullus,vt ibi per eum,qui concordantes adducit.

¶ Quibus tamen nõ obſtantibus, contrariũ credo verius, meáque opinio eſt,quòd etiam quòd citatus reus impeditus aliquo iuſto impedimento,de quibus ſuprà, excuſatorẽ non miſerit ad allegandum dictum impedimentum in actis; adhuc tamen,ſi condemnatus venerit in fortiam curiæ, poſſit nihilominus ad ſententiæ & condẽnationis exequutionem impediendam impedimentum allegare & probare. Eóque probato,Iudex aduersùs ſententiã prædictã reſtituet ſaltem conſulto Principe.Et ad ita tenendũ moueor in primis, quia impedito ex legitima cauſa tempora legis,vel hominis non currunt,*l.1.in fin.de anna.excep.§.ſi quis Epiſcopus,in Auth.de ſanct.Epiſc.c.1.ext.de præſcrip.c.illud,de cõc.prab.*Rota *dec.2.in ſi.de dilat.in nouis.*Nec contumax dici poteſt,qui venire impeditur,*l.contumacia,§. contumacia,ff.de re iud.*Bar.*conſ.228.* Catherin.*l.1.* Gig. *de cri.læſæ maieſt.ti.quom.proce.in crim.læſæ maieſt.q.18.n.4.*& hoc procedit,ſiue fuerit proteſtatum,ſiue nõ,Dec.*conſ.365.in cauſa D.Mariæ,col.2.* Soc.iu.*conſ.104.de duob.reis,col.fi.lib.3.*Corn.Bene.in caſa,*in tr.de paup.q.7.in 2. ſpeciali,n.4.*& de magis communi* teſtatur Vrſi. *in add.ad* * *Affl.deciſ.189.n.11.*Et licèt nonnulli contrariã opinionẽ di-

xerint,

xerint,vt patet ex Ioach.& aliis suprà allegatis:eorum tamen opinio limitanda est,vt nõ procedat in impedimẽtis surgẽtibus ex persona impediti,vt sunt loci non tuti,infirmitatis & carcerationis,de quibus suprà:tũc enim licèt vtile sit protestari,nõ tamen est necessarium,vt per Innoc.*in c.fi.de appell.* Fel.*in d.c.venerabilis,n.7.de iud.*& Ioac.Misi.*d.obser.59.cẽt.3.*

¶ Mouet me secundo loco,quia impedimenti allegatio, & sic deducere ad notitiam Iudicis,quòd citatus non potest comparere,operatur,vt processus factus sit nullus ipso iure. Si verò de impedimento non opponatur, & sic Iudex illud ignorabat,processus non est nullus ipso iure,sed annullatur & rescinditur ope restitutionis in integrũ,Bar.Al. & Doct. *in l.quæsit.ff.de re iud.*idẽ Bar.*in l.1.ff.de in ius voc.*vbi loquitur de impedimẽto carcerationis,de quo & generaliter de omni alio impedimento,Patis.*cons.*102.*n.1.& n.3.vol.*4. vbi testatur de cõmuni,*& alios concordantes adducit Marsi.*in prac. §.sequitur,n.*36.Ioac.Mising.*d.obse.*57.*cent.*4.Affl.*dec.*29.*n.*3. Vnde ad propositũ dico,si citatus bannitus ante sententiã latã excusatorem misit ad allegandum causam impediměti,si ea nõ obstãte Iudex processit, processus erit ipso iure nullus, nec opus est aliqua restitutione.Et ita loquũtur Doct. suprà allegati,*n.*50.*&* 59.¶ Si verò excusator missus non fuit,nec impedimentũ in actis fuit allegatũ, nec impedimentũ erat taliter notorium,vt dici potuisset de eo Iudicem notitiã habuisse,tũc licèt processus,& sentẽtia nõ sint nulli ipso iure, ope tamen restitutionis in integrum impedimento probato erit rescindenda,*per sup.allegata,*& in terminis de cõtumace bannito scripsit Ceph.*cons.*304.*n.*125.*lib.*3.Ex quib.apparet, quòd licèt Iudex sine alio processu nullas alias admittendo probationes debeat contra contumacem bãnitum, & cõdẽnatum suam sententiã exequi, iuxta formam Bullarum Sũmorum Pontificum;nõ tamen poterit reiicere probationes, quas reus offert super impedimento,ex quo dicit se non potuisse comparere,saltem,vt dixi,cõsulto Principe,cui debet isto casu referre statum causæ,qualitatem impedimenti allegati,& interim in sententiæ exequutione supersedere.

¶ Tertiò moueor *ex suprà traditis in 6.lim.n.*45.vbi secũdùm veram & communem*Doctorum opinionem,cõclusum fuit,quòd sententia non potest exequi cõtra bannitum condemnatum, quãdo captus opponit aliquas exceptiones, quas si à principio opposuisset,iudicium non fuisset coactus subire; sed exceptio impedimenti,si à principio fuisset opposita & allegata,siluisset iudicium,nec vlteriùs de iure Iudex potuisset procedere,vt suprà ostensum fuit.Ergo & opposita post sententiam illius exequutionem impediet.

¶ Quibus sic stantibus,non obstat quòd Boss. Clarus, & alij Doctores citati suprà,*n.*59.loquantur semper in casu allegati impedimenti per excusatorẽ;quia non per hoc excludunt, quin etiam sine oppositione impedimentum prosit saltem ad effectum,vt cõsulto Principe concedatur restitutio.Minùs obstat,quòd regulariter impedimentum non reddit saluum ius impedito, nisi præcedente allegatione & protestatione:quia,vt ex præmissis patet,vel id non habebit locum in impedimento respiciente personam impediti,vel procedet tantummodo ad hoc vt processus sit ipso iure nullus,non vt rescindatur ope exceptionis. Et omnia prædicta tu,Lector, tene menti,quia alibi non reperies ita in specie, de qua agitur,disputata.Tu autem Iudex bene serua:nec dura tibi videantur, quia iuris rationi & æquitati conformia sunt. Et tu Aduocate bene in illis insiste, quia & reum, & veritatem ipsam hoc modo defendes.

61 ¶¶ Limita X.Præfatam regulã non procedere,quando sententia esset lata in vno territorio,& bannitus esset captus in alio:Iudex enim vnius territorij nõ potest alterius territorij Iudicis sententiam,nisi ad illius literas & requisitionem, * exequi,secũdùm cõmunem,*de qua per Pau.de Cast.*in l.cũ quedã puella,n.*5.& ibidẽ Sapia *n.*28.*ff.de iurisd.om. ind.* Foll. *in 4.pær.3.pær.principalis,verſ.etsi confitebũtur,n.*23.vbi quòd ficta confessio resultans ex contumacia,& banno prejudicat solùm in eo loco & iudicio,vbi ipsum bannum exequi prętenditur,& vbi contumacia contracta est,non autẽ alibi.Et secundùm hãc limitationem per plures mẽses de anno præterito 1580 fuit saluatus à vita quidã nobilis Gallus,de plurib. capitalibus delictis in Gallia condẽnatus, & in Vrbe ad eius inimicorum instantiam carceratus, qui & banna & cõdemnationes in authentica forma exhibentes, eorum exequutionem petebant:quam cùm nũquam habere potuisset, per præallegatã limitationem,procurarunt literas Christianissimi Regis Gallorũ eius etiã nomine exhibitas per illius Procuratorẽ;quib. cũ requireretur Iudex,vt iustitiã faceret & sententias illas exequeretur,fuit absque alio decapitatus,

¶ Sublimita Hanc decimam limitationẽ non procedere,quando diuersa territoria essent eidem Principi subiecta:potest.n. tunc vnius territorij Iudex absque alia requisitione sententiam alterius Iudicis exequi,non solùm quando sunt Iudices eiusdem ciuitatis,& loci,prout post Barto.bene annotauit Iasi.*in l.à diuo Pio,§.sententia verò,n.decimo.ff. de re iud.*sed etiam quãdo sunt diuersi loci,& territorij:satis enim est,quando sint eidem Principi subiecti,vt per Marsi. *cõs.*86. *& cõs.*120.& est cõmunis,*sicuti testatur Boss. *ti.de foro cõpet.n.*86.quem refert & sequitur Clar. *in pract.q.*96.*verſ.itẽ quæro,* vbi tamen nõ solùm dicit fore necessarium,quòd Iudices sint sub eodem Principe,ad hoc vt vnus possit exequi sententiam alterius;sed etiam quòd sint sub eodem pręside; quod tamen non seruatur in statu ecclesiastico,vt bene animaduertit D Flam.Car.*in tract.de exequu. sent.* post hæc scripta visus,*cap.*1.*n.*237.*& seqq.* vbi generaliter comprobat, quòd siue simus in vna, vel diuersis ciuitatib. ac prouinciis; & sic siue simus coram eodem vel diuerso Præside, semper & indistinctè vnus Iudex potest exequi sententias capitales alterius,quia sufficit loca esse subiecta sedi Apostolicæ, & hoc vigore Bullarum Iulij II.Leonis X.Clementis VII.& Pij IV.& V.contra homicidas bannitos,& contumaces,& alios facinorosos editarum,quibus statutum est, quòd banniti ab vno loco censeantur etiam banniti ab omnibus aliis locis mediatè, vel immediatè subiectis S. R. E. ibidémque capi, carcerari & plecti debeant; & ante ipsum hoc idem sensit Vulpell.quem allegat *cons.*59.*num.*16.*lib.*1.

¶ Limita Rursus præcedentem sublimitationem,quòd nunquam Iudex vnius territorij debet exequi sententiã Iudicis alterius territorij,nisi cũ causæ cognitione, & sic viso, quòd sit lata ritè,& legitimis præcedẽtib.indiciis,Clar.*in q.* 54.*verſ.fi.*vbi quòd ita aliàs Senatus rescripsit Prætori Cremonæ:& propterea nõ sufficeret isto casu producere sentẽtias & bãna solùm,sed erit necesse etiam producere processum ipsum ad hoc,vt cognosci possit de validitate & iustitia dictę sentẽtiæ,prout processus in causa supradicti Galli productus fuit,& latè hanc comprobat declarationem D.Flam. Car.*vbi suprà,ca.fi.n.*1.*& seqq.pluribus,*ex eo præsertim,quia sola sententia sine probationibus fidẽ de crimine non facit quo ad Iudicem diuersi fori,vt per Bal. *in auth. clericus,n.*11. *C.de Episc.& cler.*& per Alb.*de agno.asser.cath.q.*25.*in 4.cõcl. post n.*43.*ver.quamuis,*Bar.Ruin. *cons.*124.*in princ. libr.*5. Et vbi de crimine non constat, tunc sicut vera delicti confessio ad condẽnandũ non sufficeret, multò minùs debet sufficere ad exequendum condemnationem,cũ maioris sit præiudicij exequi sententiam capitalem, quàm capitaliter condemnare,plurésque alias adducit rationes,& Doctorum auctoritates hanc eandem limitationem latè comprobantes. ¶ Sed quid iuris,si processus fuerit deperditus, & non repertatur,vide *ibi.* D.Fla.Car.*n.*37.*& seqq.* & an sententia lata contra contumacem in vno territorio, faciat indicium ad torturam,vel ad inquirendum in alio,vide *infrà,n.*75.

¶¶ Limita XI. Eandem regulam,vt tunc demũ sentẽtia cum pœna in ea contenta exequenda sit absque alio processu contra bannitum condemnatum, qui ad manus curiæ deuenit,quando scilicet pœna in d.sententia cõtẽta est condigna delicto per illum bannitum cõmisso; quòd si grauior sit & nõ æqualis perpetrato crimini,exequi minimè potest, latè Plot.*cõs.crim.diuerso.*72.*n.*31.*& seqq.vol.*2.*in magnis,*vbi ponit exemplum in homicidio nõ doloso,nec appensato,pro quo si Iudex pœnam mortis in sententia contumaciali imponat,talis sententia exequi non poterit,quo ad dictam pœnam mortis;quia si verè reus prẽsẽs fassus fuisset delictũ,pœna mortis imponi non potuisset. ¶ Cur igitur debet imponi absenti fictè confesso:hoc non admittendum, cùm non possit operari plus ficta confessio,quàm vera,vt ibi per Plot.qui propterea,*n.*32.*in fi.* ita dicit tenendũ de iure & in conscientia,aliter Iudex,si plus absentem condemnatũ, quàm si esset præsens,condemnaret,non contumacem, sed animam suam 62

damnat,& ita secundùm prædictã limitationem sæpius obtinui,præsertim in causa cuiusdam Mariani neophytę,qui vt ex processu apparebat,occiderat in pura rixa prouocatus iniuriis quendam birroarium nomine Credonium de Abbatia Ferentilli; & in contumaciam fuerat condemnatus pœna mortis:cùm ad fortiam curiæ veniisset, ipsum saluaui, allegãdo præfatum cons.Ploti,qui plenè loquitur in materia, à pœna mortis,quæ fuit commutata in pœnam triremium, vbi credo etiã ad præsens degat.Et pro hac limitatione facit, quia sententia continens maiorem pœnam,quàm à iure im-
* posita sit,dicitur nulla in totum,secundùm communem,*de qua per Io.de Cane mortuo *in cons. crim.diuer. 33.li.1. in 4. fol.n.2.* quem refert & sequitur Clar. *in pract. §.fi.q.93.vers. quæro si Iudex.* Item facit,quia si Princeps etiã mandaret quẽ puniri maiori pœna,quàm à lege statuta, Iudex lata sententia debet exequutionẽ differre per triginta dies,*l.si vindicari, C.de pœn.* cum aliis in proposito allegatis per Flamin.Cart.*in tract.de exequn.sent.c.fi.n.53.& n.48.& seqq.* vbi plenè eandẽ propositam limitationem cõfirmat, & pro eo allegat Crau. *cons.941.n.23.vol.5.* & Bombin.*cons.34.* vbi latè,dicitque eã procedere non obstantibus Bullis & constitutionib. Pontificum, volentibus contra bannitos & condemnatos sententias absque alio esse exequendas. Addo & Barba. *in con. 23. n.25.& seqq.li. 2.* & post huius libri secundam impressionẽ Baiard.*in addi.ad Clar.q.96.n.10.* allegantẽ Io. Ant.de Nigr. *super ca.Regni 155.rubr.de foriudicat.* Vbi dicit fuisse derisum in illo Regno quendam imperitũ Iudicem, qui pro vulnere contumacem ad mortẽ condemnauit, prout pariter inquit ipse Baiard in statu ecclesiastico esse deridendos illos terrarum Gubernatores & Iudices,qui in pœnam mortis condẽnant contumaces pro simplici alloquutione,seu salutatione bannitorum,aut pro vulnere cum pugione vel gladio.

¶ Ampliа Hanc vndecimam limitationem,vt cũ hodie pœna confiscationis bonorũ regulariter imponi non possit, *per auth.bona damnatorũ,C.de bon.proscr.* malè propterea agũt Iudices, qui contumaci reo pro omni delicto, etiam quòd non mereatur de iure talem confiscationis pœnam, illã tamen passim,& indistinctè imponunt,& exequi mãdãt, latè post alios Plot.*d.cons.72.n.30.& seqq.* Thob.Non.Præceptor meus *cons.104.n.7.& 8.& n.18.& seq.li.1.* vbi loquitur in reo,qui in cõtumaciã cõdẽnatur pro vitio sodomiæ in pœnam confiscationis bonorũ,dicítque talẽ sententiã ipso iure nullam,Ceph.*cons.79.n.11.li.1.* Clar.*in pract.q.44. vers. facta autem,in fine,* vbi quòd apud eum bona non annotantur, nec confiscantur, nisi in delictis, pro quibus de iure imponitur confiscatio bonorum:in aliis autem criminib.bona non sunt ponenda ad manus Curiæ,etiam quòd reus sit contumax,vt ibi per eũ.Et licèt Bar.*in l.1.in 2.q.ff.de bo. dam.* dixerit dictã *auth.bona damnatorũ,* nõ corrigere iura antiqua casu, in quo publicatio bonorum fit contra contumaces annotatos,iuxta tit.*ff.& C.de requir.reis.*& cũ Bar. senserit etiã Bal. *in d. auth.* & Ang.*de malef.d.verbo,& eius bona publicamus,n.32.* verius tamen est,secundũ Sali.*in l.1.n.6.C.de requir.reis,* quòd immò publicatio bonorũ cõtra contumaces,iuxta ti.*de req.reis,* sit sublata *per d.auth.bona damnatorum,* & hanc Sali.opi.bene defendit Cõrad.*li.1.§.3.de off.præt.in cau.crim.tit. de publ.bon. n.20.pag.432.* & faciunt nouissimè post hæc scripta tradita per Fla.Catt.*in trac.de exeq.sẽt.ca.1.n.389.& seq.& n.45.* vbi alios adducit concordantes pro opin.Sali.& faciunt pro hac ampliatione,quæ dixi *infrà in tit.de delic.& pœ.q.18.n.37.*

¶ Sed quicquid sit de iure,apud nos seruatur opi.Bar.quia quãdo delictũ est capitale, per quod imponatur pœna mortis naturalis,vel deportationis, iuxta ea quæ infrà dicam *in r.de delict.& pœnis,quæst. 25.n.7.* etiam quòd de iure forsan vigore auth.*bona damnatorum,C.de bo.proscr.* reo præsẽti nõ possunt bona confiscari;mouetur reus ad comparendum sub pœna excõmunicationis,si Iudex citãs ecclesiasticus sit. Itẽ & sub certa pœna pecuniaria,putà 500.vel mille scutorum. Item sub pœna confiscationis & publicationis omnium bonorum,&c.Item priuationis omnium officiorum & beneficiorum,si qua obtinet. Item sub pœna cõfessatorum criminum.Itẽ sub pœna perpetui exilij ab Vrbe, & toto statu ecclesiastico,& vltimò sub pœna vltimi supplicij, si Iudex citãs nõ sit ecclesiasticus:si verò delictum non sit capitale,nec mereatur pœnam mortis,vel deportationis loco pœnę vltimi supplicij comminatur pœna triremium in perpetuũ,vel ad tempus Iudicis arbitrio;sed præcedẽtes pœnæ,præsertim illa confiscationis,& publicationis bonorũ, etiam quòd delictum non mereatur mortem,solent semper apponi,& reo non comparente Iudex ipsum condemnat in pœnas in monitorio contentas:& quando quis citatur, monetur & condemnatur pro homicidio, quòd tũc in statu ecclesiastico vigore constitutionis Marchiæ, iure possit contumax condemnari etiam in pœnam confiscationis bonorum,vt bene ostendit Flam.Car.*vbi supra,dict.cap.1.n.392.& seqq.* Vide etiam in multis monitoriis additam clausulam, *aliisque pœnis nostro arbitrio infligendis & moderandis.* ¶ Et in prædicta pra.valde miratus sum de eo præsertim,quòd vltra pœnam confiscationis omnium bonorum imponitur etiam certa illa & determinata altera pœna pecuniaria, putà quingentorum,vel mille scutorum,de qua suprà:videtur enim superflua,stante generali bonorum publicatione.Et cur id fieret, quæsiui rationem à plurimis practicis & expertis Iudicibus, qui ita ipsi passim seruarunt; nec tamen sufficientem mihi reddiderunt rationem. Sed à pract.non recedas.

¶ Amplia II. Eandem vndecimam limitationẽ,vt multò magis procedat,quando sententia in totũ contineret pœnam,quæ nullo modo imponi potuisset, vtputà si inquisitio esset formata super nõ delicto,vel super delicto punibili,vel aliàs ex facie processus, vel inquisitionis condemnatum esse absoluendum appareret:tunc enim sententia contra istum bannitum lata multò minùs exequi poterit,vt plurib. comprobat Flam.Car.*in tract.de exequ.senten.cap.fi.n.47.vers. & si de innocentia,& n.54.& seq.* adducẽs inter alios Marc.Asin. *cons.cri.diu.108.n.17.& seq.li.2.* vbi dicit,infinitis vicibus in Ciuitate Florentiæ fuisse consultum,& iudicatum; quòd si ex facie inquisitionis apparet, delictum in ea contentum fuisse excusabile in totum, vel in parte; tunc non obstante contumacia & ficta confessione,vel reus absoluitur,vel mitiùs punitur,iuxta qualitatem in dicta inquisitione cõtentã, cùm non debeat plus operari ficta confessio, quàm vera. [Addo & Marc.Ant.Eug.*cons.31.n.62.64.& seq.* vbi agit de eo,qui est condemnatus de delicto non punibili.]

¶ Et idem,quando condemnatur aliquis,in cuius persona non potest cadere delictum de quo inquiritur:vtputa quando inquiritur vxor de furto facto à marito:furtum.n. non cadit in vxore,*l.manifestissimo,in fi.C.de furt.l.1. & per totum,ff. rerum amot.* Vel quando non subditus inquiritur & condemnatur de crim.lęsę maie.*iuxta clē. Pastoralis,§.rursus,de sen.& re iud.* Vel quãdo inquiritur quis,quòd puellam defloruerit & prægnantem reddiderit;& tamẽ apparet,quòd inquisitus erat castratus,vel quòd illa quæ asseritur defforata, erat mulier,non virgo,iuxta ea quæ scripsit Guliel.de Bene.*in c.Raynutius,in verbo,Mortuo itaq.testatore,n.166.ext. de test.* iis inquam & similibus casibus,in quibus clarè constat delictum, de quo aliquis est condemnatus, non cadere in eo, dubium non est,quòd talis condemnatoria sententia exequi minimè potest,vt bene declarat idem Cartar.*d.ca.fi.n.257.& seqq.*

¶ Et hoc nõ credo quòd habeat difficultatẽ,quia cùm ex eodẽ processu, & ex iisdẽ actis notoriè constat de innocẽtia rei,& consequenter de iniquitate condemnationis, absurdũ videtur,quòd sententia notoriè iniqua exequi debeat;cũ & tunc nec etiam condemnari debuisset, secundùm Boss. *in t. an in crimine iud.n.15.* prout in iis terminis contra contumacem bannitum,& condemnatum, sententia, quæ ex iisdem actis notoriè iniqua apparet,minimè esse exequendam plurib.Doct.auctoritatib.comprobat idem Flam.Cart. *d.ca. fi.n.214.* vbi testatur de communi * Docto. opin. præsertim * ex Bert.*in cons.58.n.16.* Ioan.Cotta *cons.8.n.29.* & Cepha. *cons.535.volum.4.*

¶ Si verò ex eisdẽ actis non constet, delictũ commissum non fuisse punibile,sed reus illud offerat probare,tũc etiam debet audiri in suis defensionibus, prout in eo qui dicit se bannitũ occidisse,plenè consuluit Marc.Ant.Eug. *d.cons.20. & 21.per totũ,in discursu.* nec dissentit Baiar.*in addi.ad Clar. q.96. n.12.* præsertim si illud offerat in continenti probare, cùm per generalem reiectionem defensionis, vel exceptionis non censeatur reiecta illa,quæ incontinenti probatur,vt per Ias.*in l.iurisgentium,§.quod ferè,n.14.* Dec. *cons.424.n.6. & in c.an sit,n.2.de appel.* Abb.*cons.44.ad fi.lib.1.* Aret.*cõs.75. in fine.*

in fine,cum aliis allegatis per eundem Eugen.*d.conſ.*20.*n.*13. *& ſeqq.& conſ.*31.*n.*66.Sed cautiùs dic, quòd iſto caſu reus non debet audiri, niſi conſulto Principe, iuxta ea quæ dixi *ſup.n.*45.*verſ.ſublimita hanc ſextam limitationem*,& ſic debet admitti ad nouas defenſiones à principe, prout fuit admiſſus ille,in cuius caſu conſuluit Eug.*d.conſ.*20.*&* 21.]Nec diſſentit Baiard.*vbi ſuprà*,*n.*13.

63 ¶¶ Limita XII.Vt† ſtatutum volens contumacem vti cõfeſſum condẽnari poſſe,intelligatur quoad delictum principale tãtùm:ſecus quoad qualitates delicti aggrauantes, do quibus ad hoc,vt quoad eas ſententia cõtra cõtumacem lata exequi poſſit,aliter Iudici conſtare debet, quàm per rei cõtumaciã,Anch.*conſ.*408.*incip.probata tanti viri ſauitia*, *n.*5. *verſ.*4.*principaliter motus*,*& cõſ.*292.*incip. In Chriſti nomine, probata certa iuris ſciẽtia*,Ang.*cõſ.*146.*incip ſuper primo dicto*, Alex.*in addi.ad Bart.in l.abſentem,C.de pœn.*Aug.ad Ang.*de mal.in verſ.qui D.Iudex videns dictos inquiſitos non cõparuiſſe*, *n.*38.Marſ.*in pract.*§.*poſtquam*,*n.*62.*& in tract. de bannitis,in verbo,cõtumacia*,*n.*49.*&* 55.Guliel.de Bened.*in repe.c.*Rayn. *in verbo,mortuo itaque teſtatore,parte* 2.*n.*168.*verſ.*5.*aduertere debet Iudex*,*&c.*Thom.Gram.*poſt ſuas deciſ.conſ.*1.*n.*56. Foll. *in pract.in* 4.*parte* 3.*partis,verbo,etſi confitebuntur*,*num.*9.Car. Alban.*in lucubr.ad Bartol.in l.prima.n.* 26.*ff.ſi quis ius dicen. non obtemp.& in l.ſi duo patroni*,§.*ſi quis iurauerit*,*n.*1.*& ſeqq. ff. de iureiuran.*Hiero.Gabriel. *conſil.*170.*n.*26.*lib.*1.

¶ Et licèt Aret.*conſ.*149.*col.*1.quẽ refert & ſequitur Boſſ. *de banni nullita.n.*4.*& in tit.de confeſſ.n.*81.Bar. *in l.quoniam, ff.de his,qui not.infa.& in l.*2.§.*ſi actor*,*C.de iur.cal.* quẽ refert Ber.de Landriano in apoſt.ad Ang. *de malef.in d.verſ. qui D. Iudex*,*n.*28 *lit. A*,Bar. & nonnulli alij relati per Gabr. Saray. *in addi.ad Matth.ſing.*33.*in fine*,Rol.*conſ.*31.*num.*7. *volum.*1. Bertaz.*conſ.*82.*n.*18.*lib.*1.Marc.Ant.Eug.*conſ.*31.*num.*15.*li.* 1.dixerint;quòd immò confeſſio facta ex contumacia reſultans intelligitur etiam reſpectu qualitatum ipſius delicti.

* Prima tamen opinio magis communis* eſt;ſicuti teſtantur Saray *vbi ſuprà*,Cur.ſen.*in l.*2.§. *quod obſeruari,ſub n.* 29. *C.de iur.cal.*pulchre exornat Frãc.Bec.*conſ.*11.*n.*9.*& ſeq.* vbi ex hoc infert,quòd ſententia contumacialis contra aliquem lata ſuper homicidio præmeditato, non eſt exequenda quo ad qualitatem præmeditationis, niſi ab ea plenè & non per contumaciam conſtet: nec ab iſta limitatione diſſentire videtur Fla.Cartar.poſt hæc ſcripta viſus, *in ſuo tract de exequ. ſenten.capto bannito,c.fi.n.*140.*verſ.& prædicta, quæ diximus, num.*261.*& c.*1.*n.*358.*& pluribus ſeq.* vbi eam exornat, & ex ea plures facit illationes, & alios plures concordantes adducit, & optimè declarat dicta Becij, quòd ſcilicet per contumaciam non dicatur probata in homicida qualitas præmeditationis,*vt ibidem*,*n.*367.*& ſeqq.*

¶ Sed certè apud nos hæc cõ munis opinio non ſeruatur: quia ſi de qualitatibus delicti adſunt legitima indicia ad inquirendum, ſicut vigore noſtrarum, & Summorum Pontif. conſtitutionum ad condemnandum contumacem pro principali delicto præcedere debere dixi *ſup.num.*16.*in* 2.*limita.* condemnatur reus, etiã quoad illas qualitates, de quib. præcedũt indicia,& ſi ad manus curiæ deuenerit,exequitur contra eum ſententia totaliter & integrè, etiã quoad qualitates delicti grauantes,quæ ad effectũ condemnandi contumacem & abſentem ſatis probare dicũtur per legitima ad inquirendum vigore dictarum conſtitutionum.Sententiam enim iſto caſu totaliter, & integrè exequendam eſſe expreſsè cauetur in vltima conſtitutione Pij Papæ V. ſub datũ Romæ apud S. Petrũ,idib.Septemb. anno vi.1571. ¶ Si verò de qualitatib. prædictis legitima non præceſſerunt indicia,ſententia quoad eas exequenda non eſt. Et in pluribus locis ſtatus eccleſiaſtici,prout Peruſiæ, & in ciuitate Vrbis veteris teſtatur Flam. Car.*de exeq.ſen.d.ca.*1.*n.*388. adſunt particularia ſtatuta prouidentia,quòd contumax habeatur pro confeſſo, non ſolùm quoad delictum principale, ſed etiam quoad alias omnes qualitates in inquiſitione contentas, prout etiam videtur fuiſſe de mente noſtri ſtatuti Vrbis,de quo *in* 2.*lib.cap.*6.

64 ¶¶ Limita XIII. Propoſitam†regulã non procedere in admiſſo ad nouas defenſiones:vbi enim bannitus, & condẽnatus ſe innocentem videt,banniue iniquitatem,ſeu nullitatem prætendit,ad Principis clementiam ſub fundamento tamen iuſtitiæ recurrit, & vt iterum cauſa cognoſcatur impetrat,iux.*l.Diui fratres*,*ff.de pœ.& l.*1.§ *ſi quis vltrò*, *ff. de quæſt.* Boſſ.*in tit.banniti quid amittant. ſub n.* 20. Aliquando enim narratur Principi,quòd reus eſt iniquè condemnatus,aliquãdo quòd nulliter,& aliquãdo vtroque modo,ſupplicatúrque licentia,vt poſſit ſe defendere, & tunc Princeps mandat Iudicibus,vt banno non obſtante,& ſententia, ſupplicantẽ audiant & admittant ad demonſtrandã ſuam innocentiã,& ſic ad nouas,quas vocant,defenſiones.Item Boſſ.*tit.de remed.cõtra bannum,ſub n.*1.*& ſub n.* 3. vbi quòd admiſſio rei, quam facit Princeps ad nouas defenſiones,non eſt mera gratia, ſed gratia iuſtitiæ;quia ſemper eam Princeps concedit ſub prætextu innocẽtiæ,vt per Ang.& Sali.*in l.fi.C.de ſenten.paſſ.*quę quidem gratia iuſtitiæ operatur,vt innocens non damnetur, quia vigore banni & ſententiæ erat iam damnatus, facitque, vt quicquid abſtulit iniuſtitia,reſtituat iuſtitia, Ang. & Sali. *in d.l.fi.*Boſſ.*in tit.de liter.Princ.n.*2.*& in ti.de ſupplic. aduerſ. rem iud.n.*2.*&* 3. vbi quòd de iure aduersùs rem iudicatam, licèt nec etiam permiſſa ſit ſupplicatio,tamen ex magna cauſa permittitur. Et magna cauſa videtur, quando quis narrando ſe non deliquiſſe, illúdque in carceribus oſtendere offerens, ſupplicat admitti ad nouas defenſiones, quibus addo nouiſſimè D.Flam.Cart.*in dicto c.*1.*n.*270.*& ſeqq.*[& iſto caſu ſic ad nouas defenſiones admiſſum debere audiri in ſuis exceptionibus,probationibus,& allegationibus,dubitandum non eſt, prout poſt hæc ſcripta voluit, etiam conſulendo, Marc.Anton.Eugen.*conſ.*31.*n.*68 *li.*1.]

¶ Amplia Hanc† decimamtertiam limitationem, quia 65
has literas admiſſionis ad nouas defẽſiones Princeps omnino tenetur concedere:quia cùm,vt modo dixi, ſint fundatæ in ipſa iuſtitia, quia narratur rei innocentia vnà cum banni, & ſentẽtiæ iniquitate & nullitate;ſi Princeps eas denegaret, diceretur denegaſſe iuſtitiam; & ſic ſæpe contingeret,vt innocens moreretur:cùm,vt ſuprà iterum dixi, multi in exiliũ mittantur iniuria Iudicum, & odio inimicorum eos perſequentium:multi etiam pecunias non habentes propter egeſtatem ſiſtere non audent in iudicio, ne in carceribus marceſcant;& propterea Principem teneri ad has literas concedendas,propter hanc rationem,expreſsè tradit Boſſ.*in d.ti.de literis Principum*,*n.* 3. vbi ad id ponderat Barto.*in l. penult.* §.*ad crimen*,*col.*3.*verſ.ſed primo quæro*,*ff.de pub.iud.& in l.fin. col.*3.*ver.reintro*,*Gloſ.ff.de fer.& in conſ.*100.*incip. à D.Cyno*, *col.*3.*in prin.*Aret.*in conſ.*147.*col.*3.*ver. illud autem eſt indubitatum*,& Boſſ.refert & ſequitur Roland.*in conſ.*60.*n.*37. *vol.* 2.nec diſſentit Flam.Cartar.*vbi ſuprà,d.c.*1.*n.*270.

¶ Limita Hanc ampliationem,† quia quando Princeps 66
videret has literas calumnioſas peti,non teneretur eas cõcedere,nec etiam concedere ſolet. Calumnioſè autem petitæ dicuntur,quando de nocentia condẽnati ex inſpectione proceſſus,& qualitate rei, & perſonarum viſione apparet, Boſſ. *d.ti.de literis Princip.n.*3.*in fi.*Item quando Princeps ex qualitate indiciorum tutam habet conſcientiam ſuam, quòd bannitus deliquerit,bannum exequi mandat;nec huiuſmodi literas tanquam calumnioſas concedit.Rol. *d. conſ.*60.*n.*38. Pariter quoque Princeps poteſt illas vti calumnioſè petitas denegare, quando videt indicia adeò eſſe vrgentia, vt reus veriſimiliter ſe tueri nõ poſſit,niſi producendo falſos teſtes, ſecund.Clarum *in prac.quæſt.*64.*verſ.eſt etiam alius modus.*

¶ Amplia II. Eandem decimamtertiam principalem limitationem, quia licèt regulariter literæ admiſſionis ad nouas defenſiones petentibus concedãtur,Boſſ. tamen *d. tit. de literis Princ.n.*4.dicit,quòd Prẹſes Marlianus,vir prudentiſsimus & doctiſsimus, tales literas etiam non petentibus reis concedebat,quando cognoſcebat ab eis non peti propter inopiam,& egeſtatẽ,*per l.& ſi nõ defendantur*,*ff.de pœn.*& Clar. *in d.q.*94.*ver.eſt etiam alius modus*,*in fi.*teſtatur ſemel vidiſſe, quòd cùm fuiſſent conceſſæ literæ ad nouas defenſiones cuidam Io. Calmocerdoni, capitaliter condemnato ad furcas pro robaria, qui fuerat deinde captus per Prætorem Varifij, eiúſque agentes,non curarunt eas leuare & præſentare, Senatus iuſsit eas tranſmitti ex officio ad ipſum Prætorem,cui mandauit vt eas exequeretur,etiam illo non petente.

¶ Apud nos autẽ admiſsio ad nouas defenſiones regulari- 67
ter per ſummum Pontificem concedi non ſolet, niſi in eius ſignatura gratiæ,in qua vnus ex Apoſtolicis Referẽdariis, ad quem in ordine ſpectat, ſupplicationem coram Sanctiſsimo

legitimæ cæteriq́ue vouentes Referendarij qui Seniores sunt xij. votum suum super admissione, vel reiectione dictæ supplicationis, liberè dicunt. Deinde Sanctissimus omnium votis auditis supplicationē vel signat, vel reiicit pro eius arbitrio. ideo ponens Referendarius supplicationem nō porrigit, nisi fisco, & interesse habentibus citatis ad informandum signaturam; in qua, vt dixi, non solùm recipitur votum illorum duodecim Referendariorum, sed etiam quatuor Illustris. Cardinalium, qui dictæ signaturæ gratiæ assistunt. Contingit itaque aliquādo, vt carceratus sit ita pauper, & ab amicis derelictus, vt propter eius paupertatem non habeat procuratores, nec Aduocatos, qui rescriptum forment, in iuréque & in facto dictos Referēdarios, & Illustrissimos informent. Consului propterea isto casu pauperi carcerato, & sæpius obtinui, vt per simplex memoriale, in quo facta mentione, quòd propter oratoris paupertatem non potest ad viam signaturæ recurrere, ad nouas defensiones admitti Sanctiss. supplicaret. Quo memoriali per eundem Sanctissimum audito vel lecto sæpissime in eo rescripsit, vt Iudex ad nouas defensiones carceratum admitteret absque eo, quòd ad signaturam veniret. Et ita per hanc viam Romæ pauperibus carceratis absque vlla impensa isto casu Pontificum benignitate succurritur: sed vt aliquis eorum nomine id petat, necesse est. Nec etiam qui id petant (pauperum scilicet carceratorum procuratores de publico salariati) desunt.

68 ¶ Sublimita I. Hanc † decimamtertiam limitationem, quòd Princeps solus, & non alius, reum ad nouas defensiones admittit secundùm Iodoc. *in tract. tit. de contumaciis purgan. n.* 3. vbi testatur de stylo, & inolita consuetudine, de qua etiam apud eum Clar. *d. q.* 94. *vers. est etiam alius modus*, vbi quòd propterea Senatus grauiter reprehendit Commissarium Pontremuli, qui ad nouas defensiones sua authoritate admiserat quendam bannitum pro fratricidio.

¶ Et apud nos si reus sponte compareret infra annum, Iudex absque alia Principis licentia ipsum admittit ad nouas defensiones, idque vigore constitutionum Summorum Pontificum Pij IV. & V. de quibus suprà. Si verò vult post annum comparere, siue sit captus infra annum, non nisi ab eodem Pontifice admissionis ad nouas defensiones gratiam obtinere potest, præsertim vigore constitutionum, quarum memini *suprà, n.* 44. *in fine, vers. sublimita, & notabiliter, & n.* 12. & 14. & bene declarat Do. Flamin. Cartar. *d. cap.... num.* 273. vb i secundùm communem * practicam affirmat, condemnatos non admitti ad nouas defensiones, nisi à solo Principe, & concordantes adducit, quicquid in contrarium affirmauerint Alber. Ias. Natta, & Roland. ibi per eum relati, quorum opinio prorsus confutatur & reiicitur vigore Bullarum supradictarum in statu ecclesiastico.

¶ Bene quidem verū est, quòd si de facto, & fisco, seu parte non opponente, Iudex admitteret condemnatū & bannitum ad nouas defensiones, quarum vigore postea reus relaxaretur vel absolueretur, talis absolutio valeret, & sustineretur, teste Boss. *in ti. si aduers. rem. iudic. restitutio postularetur, n.* 28. *in fine.* idque ex Ias. quē allegat *in repe. l. admonēdi, n.* 16. *ff. de iureiur.* Quo loci plurib. probat, quòd si parte non opponēte fuerint receptæ probationes post rem iudicatam, ex quibus appareat de iustitia sententiæ, talis sententia rescinditur. De quo tamen valde dubitādū dixit Baiard (qui post huius libri secundā impressionē ad manus meas peruenit) *in addi. ad Clar. qu.* 94. *n.* 65. & Baiar. dubitationē statim eo viso satis probabilē credidit: tum ex rationib. ibi per eum adductis, tum etiā quia Bulla Pij V. de qua mentionem feci *sup. n.* 14. expressè aufert Iudicibus potestatem admittendi ad defensiones reos, quandocunque captos, aut post annum comparentes: ideo huiusmodi sententia contra prohibitionem prædictam, tanquam nulla defectu iurisdictionis & potestatis, nō potest in iudicatum trāsire, nec reo absoluto suffragari videtur, prout, ni fallor, expressè cauetur in alia Bulla Pij IV. de qua pariter mentionem feci *suprà, n.* 14. in qua vlteriùs absolutiones in contrarium emanatæ nullius roboris, & momenti declarantur, & iis non obstantibus ad exequutionem condemnationum deueniri mandatur, & quidē est maxima constitutio & multū rigorosa, præsertim si reus ad defensiones admissus, quamuis nulliter suam innocentiam probasset. Quo casu si essem Iudex, nunquā exequerer primam sententiam, sed Principem consulerem; & si Princeps essem, non obstante constitutione prædicta, & nullitate absolutoriæ sententiæ, si de innocentia constaret, reum dimitterem & liberarem: Princeps enim veritati & æquitati inniti debet, non autem iuris apicibus, & suarum constitutionum rigoribus.

¶ Nec aduersùs prædictæ distinctionis primam partem moueant te scripta per Baiar. *in addi. ad Clar. quæst.* 94. *n.* 66. vbi pluribus demōstrare conatur, quòd nec etiā vigore bullarum Apostolicarum possit Iudex ea propria authoritate bannitū sponte comparentem in suis defensionibus audire, tū quia prædictæ Bullæ hoc non dicunt tacitè, nec expressè; tū etiam, quia admittere bānitos ad nouas defensiones, spectat de iure cōmuni ad solum Principem. Nam, ni fallor, ipse Baiard. multùm labitur in reprobatione meæ opinionis, tum quia immò Bullæ hoc expressè dicunt, tum etiā quia etiā de iure cōmuni potest Iudex infra annū cōtumaces condemnatos in suis defensionibus audire. ¶ Quòd Bullæ hoc dicant, probatur ex Bulla Pij IV. in ordine mihi 128. *incip. licèt dudū, ante finē, in prima par. Bullarij, in vers. præterea quoniam, fol. mihi* 870. *in illis verbis, Statuimus quòd rei in cōtumaciā cōdēnati ad suas defensiones faciendas admitti non possunt, nisi infra sex mēses.* Ergo infra sex mēses, Bulla expressè vult, quòd possint admitti. Illa enim dictio, *Nisi*, habet in se implicitam affirmatiuā à præcedēti negatiua cōclusione excepta. Nec hoc negatur à Baiard. *in loco præcitato, in vers. fateor tamē.* Nec obstet, prout ipse dicit, quāuis Bulla velit, admissionē hanc posse fieri infra annum; non tamen dicit, quòd fiat à Iudice. Nā quòd immò Bulla sit intelligenda de admissione facienda à Iudice, probatur manifestè, quia dum generaliter dicit, quòd non possint condemnati in contumaciā admitti ad suas defensiones faciēdas, id vtique intelligēdum est de Iudicibus & non de Principe loquente. Princeps enim isto casu non sibi ipsi, sed Iudicibus voluit hanc facultatem auferre admittendi condemnatos in contumaciam ad defēsiones. Ergo sic etiā de Iudicibus intelligenda sūt illa verba, *Nisi infra sex menses*, ad hoc vt exceptio sit de regula, *Et eo magis pōderādo præcedentia verba Bullæ*: ibi, *Et tunc quærunt cōtumaciā sibi remitti, & super defensionibus audiri, cùm criminis probandi facultas est fisco sublata, causam plerumque, vel coram Iudicibus in ipsos propēsis, vel in loco vbi iura fisci deduci non possum introducētes.* Per quæ quidē verba iam Bulla præsupponit, ab ipsis condēnatis causam coram Iudicibus introductam: propterea subsequēter mandat, *Quòd rei in contumaciam ad suas defensiones faciēdas admitti non possunt, nisi infra sex mēses.* Et sic etiā intelligēdo de Iudicibus ad hoc, vt præcedentia declarēt sequentia. Et ipse est sensus verborū ipsius Bullę Pij IV. Sic etiam & idem probatur ex Bulla Pij V. in ordine mihi 138. *incip. dudum, ver. motu simili, &c. in 2. par Bullarij, folio mihi* 1133. dum ibi dicitur, *Quòd banniti & in contumaciā condemnati in pœnā capitis & vltimi supplicij, si capti ad manus Curiæ deuenerint, per Iudices ad nouas siue alias defensiones faciēdas, etiā intra dictū tēpus nō admittātur.* Ecce quòd Bullę Pij V. volens declarare, quādo intelligātur verba Bullæ Pij IV. de qua *sup. Quòd rei in cōtumaciā condēnati ad suas defensiones faciendas admitti non possunt, nisi infra sex mēses*, vt scilicet intelligātur de spōte comparentibus, & non de captis, iam præsupponit dictā admissionē faciendam esse à Iudice, & non à Principe, per illa verba, *Per Iudices, &c.* Nec ex dictis verbis, ego sumo argumētū à cōtrario sensu, prout credidit Baiar. sed pōdero, quòd Bulla in prædicta declaratione iam præsupponit hāc admissionem à Iudice esse faciēdam; alioquin non dixisset, *Per Iudicem, &c.* Et nihilominus quatenus etiam inde voluisse sumere argumentum à contrario sensu, id vtique optimè procedet; quia non est verum, quòd ex eo sequeretur correctio iuris communis, prout credidit Baiar. cùm etiam de iure cōmuni nedum infra annum, sed etiam quandocunque quoad personam possit Iudex reum contumacem, & condemnatū quo ad personas in suis defensionibus & innocētia audire, *l. 1. & seq. ff. & C. de requir. reis*, Boss. *in ti. de requir. reis, in prin.* cū allegatis aliis per me *suprà hac eadem q. n.* 2. *&* n. 4. vbi propterea etiam probaui hanc facultatem à iure cōmuni Iudicibus concessam à Bullis restrictam, aut nō nisi infra annū, & quoad sponte comparentes tātùm id facere possit. Et cōsequenter ex prædictis etiam patet non esse verū, prout presupponit Baiard. quòd cōdemnatum audire in sua innocētia

post

post sententiam contra eum latam, de iure cómuni spectet ad solum Principem: non autem ad Iudicem ad ea, quæ superiùs dixi *hac eadē quæst. n.* 12. ibi enim per me dicta procedunt in sentētia lata contra præsentē, & ex veris probationibus, vel ex vera probatione; non autem contra absentem cōtumacem ex priuilegiatis probationibus, & ex ficta confessione. Tunc enim non esse necessarium recursum ad Principem, pariter demonstraui *suprà, n.* 13. Et quòd sic, vt præmittitur, apud nos in Vrbe in practica seruatū fuerit, & seruetur, non est ambigendum, cùm de huiusmodi practica multò meliùs ego quā quisque alius testari possim, ex quo in Vrbe in lucem veni, vixi, & viuo. Et nō sunt plures mēses, quòd coram Do. Vrbis Gubernatore obtinui absq; alia signatura, & Papæ rescripto ad nouas defensiones admitti Illustr. Equitem Aldobrandinum Vrsinū in contumaciam capitaliter cōdemnatum pro homicidio commisso in personā Octauij de Maximis. ¶ Quod verò attinet ad id quod de præsenti seruatur extra Vrbem, habui relationem ab integerrimo viro, sacræ Consultæ consultore, quòd hodie tēpore Pontificatus Sanctiss. D.N. Clementis VIII. Gubernatores & Officiales status ecclesiastici indistinctè, absque alia licentia admittunt infra annum bannitos & condemnatos sponte comparentes ad suas faciendas defensiones. Et si forsan aliquis cautiùs agendi licentiam petat, sacra consulta rescribit non esse opus licentia.

69 ¶ SVBLIMITA II.† Quòd in omnē euentum contumax admissus ad nouas defensiones nō auditur, nisi refectis expēsis cōtumacialibus, Tiraq. *in tract. cessan. cau. par.* 1. *n.* 69. Regula enim est, quòd nūquam contumax auditur, nisi refectis expēsis, *l. sancimus, C. de iud.* Bar. *l. edita. col. fi. C. de eden. & in l. si procurator, ff. rē rat. hab. & in l.* 1. §. *hoc iudiciū, ff. si quis ius dicē. non obtēper* §. Spec. *tit. de expen.* §. *si ante, n.* 5. vbi ampliùs, quòd contumax condemnandus est in expensis, siue iustā, siue iniustā causam habuerit, latè Marsil. *in l. de vnoquoque, n.* 230. *de re iud.* vbi *in numeris seqq.* id ampliat etiam in minore contumace, & tam in actore, quàm in reo, Maranta *de ordine iudic. in* 5. *par.* §. *contumacia, n.* 14. Osasc. *decis. Pedem. 9. n.* 2. vbi idem iuris esse tam in fisco, quàm in vero contumace, alibi sæpissimè, & communiter * Doctores.

70 ¶ SVBLIMITA III.† Dictā decimam tertiam limitationē, vt licèt cōtra admissum ad nouas defensiones sentētia exequi nō possit, bene tamē poterit tortura inferri: solam enim contumaciā & bānum absque alio contra contumacem & bannitum facere indicium ad torturam, dixerunt Bald. post Nicol. de Martar. *in l.* 1. *n.* 13. *C. de hære. inst.* idem Bal. *cōs. cri. diuers.* 23. *n.* 26. *vol.* 1. *in par.* Ang. *in l. iniuriarū,* §. *si quis quòd decreto. ff. de iniur.* Amād. *in tract. de syndic. n.* 259. Gram. *cons.* 12. *n.* 21. *& cons.* 32. *n.* 8. *& cons.* 34. *n.* 14. *& in cons.* 45. *n.* 25. *& cōs.* 57. *n.* 5. *& dec.* 11. *n.* 15. *& decis.* 34. 50. Blan. *de indi. n.* 293. Marsil. *in l.* 1. *in prin. n.* 4. *ff. de quæs. & in l. pen. ad finē, ff. eo. & in sing.* 117. *incip. ad torturā, & in pract.* §. *diligēter, n.* 136. Iac. de Belu. *in pract. cri. sub rub. de cri. remis. in princ.* Franc. Bru. *in tract. de indi. & tor. par.* 2. *q.* 5. *n.* 7. Matt. Brū. *cōs. cri. diuers.* 115. *n.* 5. *vol.* 2. *in magnis,* Boss. *in ti. de bānit. sub n.* 4. *& in ti. de indi. & cōsid. ante tor. n.* 134. Carrer. *in pract. ad l. obseruare curabis, C. quorū appel. tract. de indi. & tor.* §. *circa quartū, qualiter, & quādo ad torturā deueniatur, n.* 25. *pag. mihi* 75. [*& in* §. *tertiū indiciū est fuga. n.* 17. *fol.* 44. vbi plures alios adducit cōcordātes.] Io. Mar. Montic. *reg. cri.* 10. *n.* 25. Alc. *de præsūp. reg.* 3. *præsum.* 22. *in fi.* Catel. Cotta *in memorial. verbo, bānitus in contu-*
* *maciā, pag.* 67. de cómuni * testātur Foll. *in prac. cri.* 3. *par.* 3. *par. principalis, ver. etsi confitebūtur, n.* 8. *& n.* 16. Clar. *in prac. q.* 64. *vers. sed nunquid bānitus;* vbi etiā quòd ita plures vidit in practica obseruari. Bonacos. *in cōm. opi. l.* 1. *pag. mihi* 32. *col.* 1. *vers. cōtumacia citati ad respōdendū inquisitioni.* Ios. Mascar. post hæc scripta visus, *in suo tract. de prob. l.* 1. *concl.* 162. *n.* 17. & nouissimè D. Flam. Cartar. *in tract. de exeq. sent. capto bannito, c.* 1. *n.* 215. *n.* 275. *& 452. & seqq.* vbi etiā allegat Vulpel. *consil.* 105. *n.* 2. *& cōsil.* 13. *n.* 1. *l.* 1. & Neuiz. *cōs.* 60. *n.* 1. Addo pro eadem tertia sublimitatione, & Menoch. *in tract. de præsump. l.* 1. *q.* 89. *n.* 41. [& Mascard. *de prob. l.* 3. *cōclu.* 1385. *n.* 8. vbi alios affert concordantes.] quorum tractatus pariter post hæc scripta, dum prælo accingerentur, ad manus meas peruenerūt. Quibus etiā addo Baiar. quem post huius libri secundā impressionem habui, *in add. ad Clar. q.* 64. *n.* 45. vbi ampliat etiam stante statuto, quòd bānitus per contumaciā de aliquo delicto possit comparere, & contumaciam purgare, ex Bald. Mars. & aliis in locis per eum relatis.

¶ Et licèt Gramma. *in prælleg cons.* 45. *n.* 25. *& seqq.* hanc sublimitationem intelligat procedere in vero contumace, & sic in citato personaliter; secus in ficto, putà domi citato: tu tamen etiam in contumace non personaliter citato illam procedere non dubites, per ea quæ suprà tradita, *sub n.* 41. & expressè tradit D. Flam. Car. *vbi suprà, c. fi. n.* 180. *& seq.* vbi de
* communi refert. *

¶ Sed contra hanc communem conclusionem oppono secūdum Boër. *in dict. decis.* 163. *n.* 5. nā, vt suprà vidimus *in* 2. *limita. n.* 16. contumax non potest banniri, nec condemnari, nisi plenè constet, quòd deliquerit: ergo non datur casus, in quo solum bānum & contumacia stent sine indiciis, saltem sufficientib. ad torturam; si, vt dixi, & plenæ debēt præcedere probationes, & forsan Iudex de facto ad bannum & sententiam processerit sine & probationibus, & indiciis, talis sententia erit nulla, & nihil reo nocebit, & non solùm quoad condemnationem, sed nec quoad torturam, *vt infrà, n.* 78.

Respondē cum Claro *in d. q.* 64. *ver. sed nunquid bannitus, & suprà* etiam nos diximus *in d.* 2. *limit. eo. n.* 16. quòd quoad cōdemnandum contumacem tam vigore cōsuetudinis, quàm vigore constitutionum nostrarum Pontificalium, sufficiunt indicia ad inquirendum. quæ cùm (vt suo loco *infrà in secūdo li.* dicetur, in materia indiciorum & torturæ, si Deus dicendi gratiam cōcedet) sint leuiora, quàm indicia ad torturā; ideo optimè datur casus, quo bannum & cōtumacia valida sunt, sine indiciis legitimis præcedentibus ad torturā, præterquam etiam, prout idem Clar. considerauit; multi dantur casus, in quibus formatur inquisitio indiciis non præcedentibus, ille præsertim, quando formatur ex Principis mandato & conscientia. ¶ Sed tunc iterū oppono, quòd adhuc non videtur posse verificari præcedens sublimitatio: nam aut reus est captus, & sic vt venerit in fortiam Curiæ, aut spōte comparet in termino, putà sibi concesso à statuto ad purgandū contumaciam. Si est captus, non videtur disputandum de tortura; quia, vt sæpiùs suprà diximus, præsertim in principio huius quæstionis, sententia sine alio processu contra captū exequitur, nec torturæ locus est, si est admissus ad nouas defēsiones à Principe, pariter sententia absque eo, quòd torqueatur, contra admissum executioni demandatur, nisi suā innocentiam probauerit, prout infrà dicetur, *in vltima sublimitatione huius quæstionis.* Si autem sponte comparuit, & ex processu appareat, quòd contra reum non adsint alia indicia sufficiētia ad torturam, quàm bannum, & contumacia, ex ea sola † nō po- 71
terit contumax sponte comparens torqueri, secundū Cason. *de ind. tract.* 10. *c.* 9. *n.* 7. *&* 8. Boër. *d. dec.* 163. *n.* 5. Villalob. *in commun. opin. sub vers. absens, num.* 10. *paulò ante fin.* qui omnes conclusionem istam, quòd bannum & contumacia sine aliis indiciis faciat indicium ad torturam contra bānitum, intelligunt procedere in vi capto; secus in spōte comparente. Comparitio enim spontanea purgat omne indicium fugæ, & contumaciæ præcedentis, *l.* 1. *(. de requir. reis, l. quid sit fugitiuus,* §. *primo, ff. de ædil. edic.* Bar. *in l.* 1. *C. de ser. fugitiu.* cum aliis per Villalob. ibidem in proposito adductis.

¶ Ad hanc obiectionem respondeo, † quòd immò præfata 72
sublimitatio potest verificari, nedū in capto admisso ad nouas defensiones, sed etiam in sponte cōparente, prout bene aduertit Baiar. *in addi. ad Clar. in q.* 64. *n.* 46. *vers. nec dicatur,* quem post huius libri secūdā editionē præ manibus habui, quod ex solo bāno, & cōtumacia possit torqueri, ex præfatis Doctorib. *sup.* relatis, *n.* 70. expressè loquuti sunt Alciat. Cat. Cotta, Iac. de Beluisio, Blanc. Clar Flam. Cart. & per eū allegati, Baiard ad Clar. *d. q.* 64. *n.* 45. *& seq.* ¶ Et apud nos quādo quis à Principe admittitur ad nouas defēsiones, sēper signatura solet in rescripto apponere citra indicia ex cōtumacia resultantia, & de hoc stylo facit etiā mentionem Dom. Flā. Carrar. *vbi suprà, d. c.* 1. *n.* 275. *in fi.* ¶ Nec obstat, quòd cōtra admissum ad nouas defēsiones sentētia absque alia disputatione torturæ sit exequenda, nisi suam innocentiā probauerit. Nā prout etiā considerauit Clar. in loco *sup.* alleg. datur casus, in quo talis admissus probauit in suis defensionib. tātū quòd omnia indicia cōtra ipsū existētia sint sublata; sed remanēte indicio cōtumaciæ, possit ex ea sola absq; alio torqueri.

¶ In

73 ¶ In sponte etiam comparente,† quòd non obstante spõtanea comparitione possit ex sola contumacia & banno torqueri,ex præfatis Doctoribus *suprà* relatis *eo.n.*70. expressè ita dixerũt Blanch.Bosi.Marsi.Brun. Carrer.Io.Mar.Montic. Dom.Flam.Car.& alij plerique ex præallegatis. Nec obstat, quòd regulariter per spontaneam comparitionem censeatur purgatum indicium fugæ:quia istud est verum, quando absentia est breuis, secus si diuturna: tunc enim præsumitur, quòd quis recesserit animo fugiendi,& non reuertendi,*l.desertorẽ,§.emansor*,& ibi glo.& Bar.*ff.de re mili.* Ideo reuersio nihil operatur, & si citò reuertitur,non animo fugiendi recessisse præsumitur,*l.si quis ita legauerit: Dum vxor mea,ff. de cond.& demonst.*Bart.*in l.aut facta,§.tempus,col.*1 *ff. de pœnis.* Ideò per reuersionem fugæ suspicio tollitur, & citò reuerti non dicetur ille, qui expectat se condemnari, quicquid in contrarium dixerit Ripa *in l. admonendi,n.* 65. *ff. de iureiur.* volens indicium fugæ purgari, si fugiẽs intra annum redeat: eius enim dictum videtur falsum,teste Viuio,qui & prẽmissa omnia bene probat,*in communi opin.ver.fuga,n.* 8. *& seqq.* Minus obstat,quòd contrarium voluerint Casonus,Boër. & Villalob prædicti, quia præcedens opinio magis communi-
* ter* à Doctoribus tenetur:temperanda tamen iudicio meo, nisi sponte comparens esset vir bonæ conditionis & famæ; quia spontanea compatitio iuncta bona fama comparentis, crederem sine dubio, quòd tollat indicium contumaciæ banni,prout etiam infrà dicetur,*n.*76.*&* 77.

¶ Ex præmissis ergo firma remaneat cõclusio, quòd sola contumacia & bannũ etiã non sequuta sententia condẽnatoria,& multò magis si sentẽtia sequuta sit,faciat indiciũ ad torturam contra admissum ad nouas defensiones, vel spõte compare-
* nẽ* tem post terminum banni,aut post sentẽtiam, & in hoc omnes Doctores concurrere, & sic se habere cõmunẽ opinionem testatur Do Flam.Cart.*d.ca.*1 *n.*452. *& seq.*

74 ¶ Limita I.Hanc tertiam sublimitationem † nõ procedere in minore contumace,& bannito,Foller. *d.* 3.*par.tertia partis principalis,vers.etsi confitebuntur,n.*31.*in* 14.*limitatione*, & faciunt ad hoc supra tradita *in quarta limitatione, num.*26. *& seqq.* vbi latè probauimus, quòd statutum volens contumacem haberi pro confesso, non comprehendit de iure communi minorem, licèt vigore constitutionum Pontificalium, secus sit in maiore 14. annorum in crimine homicidij;& cùm à contumacia minores excusentur, ideo ex sola contumacia torqueri non possunt.

75 ¶ Limita II. Eandem tertiam sublimitationẽ,† vt tunc demum ex solo banno,& contumacia contra contumacem oriatur indicium ad torturã;dummodo captus sit ab eodem Iudice,qui eũ contumacẽ & bannitum fecit:secus si ab alio Iudice, quia sententia lata per Iudicem vnius curiæ,non facit indicium ad torturam in alia curia,etiam quòd ambę curiæ sint sub eodem Principe;dummodo vna nõ sit sub alia, putà curia minor sub maiori:hoc enim vltimo casu cõtumacia habet vires suas,aliàs secus, secund. Affl. *in constit.humanitate,in* 3.*not.ab vers.sed iuxta præmissa quæro*,quem refert & sequitur Foll. *in loco supracitato,n.*26. vbi ait, hoc esse bene notandum,quia alibi non inuenietur; nec dissentit Baiard. *in addit.ad Clar.in pract.§.fi.q.*64.*n.* 44. & vide quæ in proposito cõsiderauit Dom.Flam.Cartar.vbi *suprà,cap.*1.*n.*241. *per tot.*vbi declarat, & faciunt ad hanc limitationem suprà tradita,*n.*61.*in* 10.*principali limitatione*, vbi diximus,quòd quando duo Iudices sunt sub eodem Præside, vnus Iudex potest exequi sententiam alterius, absque alia requisitione: secus si essent sub diuersis Præsidibus,licèt sub eodem Principe,& multò minùs si sub diuerso Principe.

¶ Aduerte tamen, quòd etiam quando Curiæ sunt sub diuerso Principe, vel Præside, licèt sententia in vna Curia lata non faciat indiciũ ad torturam in alia per *suprà* allegata, bene tamen faciet indicium ad inquirendum & procedendum super delicto, de quo in sententia secund. Clar. *in practica,quæst.*54.*ver.fi.*vbi propterea testatur,quòd Senatus iussit detineri quendam Io.Ambrosium Plenum, subditum illi Ducatui,ratione originis, ex eo, quia fuit Parisiis condemnatus ad furcas pro vulneribus illatis.

76 ¶ Limita III. Eandẽ hanc sublimitationem † non procedere in viro bonæ conditionis,& famæ, quẽ ex solo banno & cõtumacia minimè torqueri posse,dicit seruari in Ducatu Mediolani,Catellian. Cotta, *dicta pag.*62.*eodem vers.* *bãnitus in contumaciam,in memor.* inquiẽs,quòd decisio Bald. *in l.prima,C.de hared.instituẽ.*nõ seruatur Mediolani,nisi qualitas personæ in id Iudicem inducat. quæ verba Cottæ bene considerauit Dom.Flam.Cartar.*vbi sup.dicto cap.primo,num.* 277.Carrer.*in pract.in materia appellationis*, §.*sept. casus est, n.*57.*&* 58. *pagina mihi decimaquinta*,vbi quòd bãnum facit indicium ad torturam, si in eo & fuga bannitus caperetur, habita tamen discretione personæ,vt per Bald.*in dicta l. prima,C.de hared. instituend.*& paulò infra,quòd nonnulli Iudices, maximè superiores, faciunt contumaciam, & bannum purgare per torturam; non tamen indistinctè,sed in personis diffamatis,& sordidis, & vilibus, & contra quos proceditur ex processu informatiuo.Ad idem Blanch.*in allegato tractatu de indic.dicto n.*293.vbi ait,quòd Bald.*in dict.l.prima,C.de hared.instit.*non simpliciter dicit, quòd cõtumax possit torqueri, sed quòd ex qualitate personæ potest subiici tormentis:& quòd ideo conclusio supra facta non habet fundamentum indistinctè ex dicto Bal. & dura est eius decisio ita generalis, [quod & idem affirmauit Marc.Ant.Eugen.*dicto consi.trigesimoprimo,n.*60.] Addo Parid.de Put.*in tract.de syndicat.in verbo,totius,c.*7.*n.*15.vbi quòd bãnitus ex delicto potest torqueri, quia bannitio propter delictum facit præsumere contra delinquentẽ super delicto,*l. prima,& secũda,ff.de requir.reis*, ideo ex qualitate personæ poterit subiici tormentis, arg. *l. milites ff.de q.*Addo & nouissimè Menoc.post hæc scripta visum,*in tract.de præsump.lib.primo,quæst.*89.*num.*41. vbi quòd quando accusatione & querela proposita, quis in sua libertate existens aufugit, & vocatus ad iudicium non venit, sed in contumacia perseuerauit, oritur ex hac fuga indicium, si modò concurrat leuitas vitæ accusati, vel aliud adminiculum:† communis * enim & generalis Doctorum est con- 77
clusio,de qua per Rolan.à Valle,*in consil.*96.*nu.*33.*vol.*2.*cõsi.* * 73.*nu.*35.*cons.*7.*nu.*51.*consi.*16.*nu.*24.*& seqq.cons.*38.*nu.*39. *cons.*45.*num.*44.*& seqq.vol.*1.*cons.*3.*nu.*51.*vol.*3.Brun. à Sole *in suo vnico cons.cri.*148.*& seqq.*Hippol.Riminald.*consil.*290. *lib.*3 *in discursu*,volentes post alios infinitos Doctores, quos allegant, quòd bona fama rei tollit omnia indicia contra ipsum laborantia,in tantum,quòd qui habet probatam bonam famam sit tutus, quòd non possit torqueri.

¶ In contrarium vrgere videtur, quia quicquid sit de iure, de consuetudine communi* generali, quam sæpius vidi* seruatam, fama bona inquisiti non tollit indicia in specie contra inquisitum laborantia; sed tantummodo indicium malæ famæ,Alexand.*consil.*77.*numer.* 5.*volum.* 1 Marsi.*cõsi.*3. *num.*12.Rom.*consil.*167.*in fi.consi. crimin.diuers.*138. *num.*20. *& seqq.volum.*1.*& cons.*90.*nume.*36.*volum.*2.*in magnis*,Clar. *in pract.quæst.*60.*vers.frequens etiam*,& alibi per nos dicetur, si tempus dicendi à Dei gratia largitum fuerit,*infrà in* 2.*lib. sub titul. de indi. & tortu.quæst.* 47.ideo bona fama contumacis etiam banniti non videtur quòd possit tollere hoc speciale indicium fugæ, & contumaciæ, quod contra ipsum laborat.

¶ Sum huius opinionis,quòd si contumax,& condẽnatus sit captus,possit ex sola contumacia, & banno torqueri,etiã quòd sit bonæ famæ per rationem proximè adductam.Si verò sponte compareat, & tũc aut comparet in termino præfixo ad purgandum contumaciam,qui terminus(vt sæpius dixi) vigore nostrarum constitutionum est vnius anni, & isto casu credo non posse torqueri contumacem, nisi sit malæ vitæ & famæ;quia illud speciale indicium fugæ, & cõtumacię non solùm est sublatum per bonam famam, sed per spontaneam comparitionẽ,iuxta ea quæ suprà tradidi,*n.*76.*& seqq.* & ita credo procedere opinionem *Cottæ,Carrerij,& Blanchi.* de quibus suprà. ¶ Si verò contumax comparet post terminũ sibi à statuto,seu constitutione præfixum ad purgandũ contumaciam;& tunc non erit ineptum dicere, quòd possit torqueri etiam non data alia infamia personæ, nisi aliquod impedimentum allegetur, in terminis Bosi.*in ti.de indi.& considera.ante tortur.nu.*134.*in fi.& sequ.*& post Carrer.quem allegat secundùm Dom.Flam.Cartar.*dict.cc.*1.*nu.*463.*& seqq.*

¶ Nec huic meæ opinioni obstent ea quæ scripsit Baiar. (qui post huius libri secundã impressionem in lucẽ venit)*in addit.ad Clar.q.*64.*n.*34.*& seq.*volens, quòd bannitus & cõdẽnatus in statu ecclesiastico,siue sit malæ famæ,siue etiam bonæ,

bonæ, possit indistinctè torqueri, etiam quòd comparuerit infra annum: attestãs insuper, ita semper se vidisse seruari, ea ratione motus, quia si, prout aliàs ego idem dixi *infrà, hac eadem q. n.* 100. *& seqq.* sententia contumacialis potest etiam exequi contra condemnatum & comparentem infra annũ, si de eius innocentia non docuerit; siue comparens sit bonæ, siue malæ famæ; vtique multò magis, sic etiã indistinctè poterit torqueri, vt ibi per eũ. Nam pro responsione moneo lectorẽ, quòd ipse Baiar. non bene percepit sensum propositæ tertiæ limitationis, ac meæ subsequentis opinionis, quæ loquitur expressè, ac etiã intelligitur in solo bãno & cõtumacia, & condemnatione inde proueniente, nullis aliis existentibus indiciis; vt putà quia iam fuerint elisa. Tunc etiã quando restat solum bannum, & sola cõtumacia, proponitur disputatio: An ex eo possit inferri tortura, & isti sunt termini sublimitationis, de qua *sup. n.* 70. & ita loquuntur Bald. ac alij Doct. ibidem allegati. Ipse autem Baiar. loquitur non in solo banno & contumacia, sed in banno & cõtumacia præcedentibus indiciis, post quam pręsupponit, posse etiam esse locum exequutioni sententiæ. Nisi enim indicia superessent, absurdum esset tractare de ipsius sententiæ exequutione; & sic præsupponendo sine dubio dicit verum, quòd siue reus sit malæ famæ, siue bonæ, vigore sententiæ contumacialis in eum latæ iunctis indiciis, etiã quòd compareat infra annum, potest torqueri. Quia si tunc de iure cõmuni est locus exequutioni, multò magis erit locus torturæ. Et hoc non habet difficultatem in practica, de qua ipse testatur, & secũdùm hos terminos rectè procedit sua argumentatio, & conclusio. Nec ego hîc contrarium affirmo. Verùm vbi reus infra annum comparens indicia contra ipsum laborantia omnino eliserit, vel aliàs detur casus, vt contra ipsum remaneat solum bannum & contumacia sine alio indicio, & tunc etiam, quòd de sua innocentia concludenter non docuerit, sicut de iure verius est, ac etiam magis cõmuniter receptum, nisi sit malæ famæ, eum non posse torqueri, vt patet ex Doctoribus suprà allegatis, *n.* 16. quibus Baiardus nihil respondet, ita etiam & sæpius in pract. seruari vidi, & obtinui.

78 ¶ Limita IV. Præfatam tertiam sublimitationem, †quãdo sententia contra contumacem lata fuisset nullis prorsus probationibus seu indiciis præcedentibus: isto enim casu sententia est nulla, vt latè suprà demonstratum fuit *in 2. limitatione, num.* 16. *& seqq.* ¶ Et ex sententia nulla nec etiam contra contumacem oriri indicium ad torturam, dicetur *infrà, n.* 80. & iste casus non credo quòd habeat difficultatem: nimis enim absurdum esset dicere, quòd bannitus contumax posset torqueri ex sola sententia nulla, & notoriè iniqua contra eum lata nullis prorsus pręcedentibus probationibus. & ideo Foller. *in d. 3. parte, tertiæ partis principalis, vers. etsi constituentur, num.* 21. dixit contra Affl. *in constit. pœnam, eorum, in* 12. *notab.* quòd contumacia non facit indicium ad torturam, nisi saltem præcesserit aliqua informatio sufficiẽs ad transmittendum primam citationem. ¶ Et si tu opponeres, quòd præcedentia probationum, & indiciorum non est necessaria in casu, de quo agitur, quia iam *suprà, in n.* 70. *& sequentib.* firmatum est per communes Doctorum conclusiones, quòd sola contumacia & bannum, etiam circumscriptis omnibus aliis probationibus & indiciis, faciant indicium ad torturam contra contumacem. Respondendo, aduertas, prout etiam suprà dixi *in dicto num.* 70. *& sequentibus*, quòd illa verba, *Circumscriptis omnibus aliis probationibus & indiciis*, debent intelligi de sufficientibus ad torquẽdum, non autem generaliter de omnibus indiciis etiam ad inquirendum. Quia quòd contumax non possit damnari sine indiciis saltem legitimis ad inquirendum, quis de hoc dubitat? Sed indicia ad inquirendum, sunt leuiora quàm quæ ad torquẽdum, ideo dicitur contumaciam solam facere indicium ad torturam sine aliis indiciis, hoc est, non sufficientibus ad torquendum: sed non per hoc excluduntur indicia ad inquirendum, sine quibus reus contumax reddi, & condemnari non potest. Præterea, prout etiam superiùs diximus, conclusio communis præfata potest verificari in admisso ad nouas defensiones, qui omnia & quæcunque indicia per suas defensiones eliserit: sed non per hoc fecit, quin sententia, & bannum ex elisis indiciis latum, contra ipsum indicium ad torturam non faciat, & sic iste est alter casus, in quo sola cõtumacia, & bannum, etiam circumscriptis aliis indiciis, faciunt indicium ad torturam; & tamen bannum non fuit datum, nisi præcedentibus indiciis. Concludo ergo, quòd sententia, & bannum non faciunt contra bannitum, vel comparentem, vel admissum ad nouas defensiones, indicium ad torturam, quando dicta sententia est nulla; quia lata fuit nullis præcedentibus indiciis, seu probationibus. Sed isto casu reus absoluitur, & in pace dimittitur; & aliter dicere esset, dare potestatem iniquo Iudici ponendi reum ad torturam indebitè, & contumaces condemnandi sine indiciis, quod est absurdissimum.

¶ Sublimita Præcedentem limitationem, vt procedat, 79
prout loquitur, videlicet quando nulla prorsus præcesserunt indicia: secus si aliqua præcesserunt indicia, licèt debilia, & non sufficientia. Nam si ista leuia & debilia indicia, licèt non essent sufficientia ad condemnandum; erant tamen sufficiẽtia ad torquendum de per se. Ad condemnandum enim absentem contumacem (non loquor in Vrbe & statu ecclesiastico, in quo vigore constitutionum sufficiunt legitima indicia ad inquirendum; sed in aliis locis, vbi tales vel similes constitutiones, seu consuetudines non reperiuntur) probationes debent esse plenæ, & concludentes delictum. ¶ Nec indicia, aut præsumptiones quamuis vrgentes sufficiunt, secundùm veram & cõmunem sententiam, de qua suprà dixi *in 2. limitat. n.* 16. & tunc licet talis sententia vti nulla, & ex non legitimis probationibus lata, non possit per Iudicẽ exequi; poterit tamen idẽ Iudex reũ condẽnatũ, & bannitũ torquere, non vigore contumaciæ & sentẽtię; quia illa est nulla, & nullum potest operari effectum; sed vigore indiciorum, quæ sunt in processu, & quę de se satis sunt sufficientia & legitima ad torquendum; & quandoque etiam si grauiora, & vrgentiora sunt ad cõmutandum pœnam, secund. Bos. Clarũ, & Plotum, quos *suprà* deduxi & allegaui *sub d. n.* 16. *&* 17.

¶ Rursus si indicia, quæ præcesserunt sentẽtiam, sũt adeò leuia & debilia, vt non solùm non fuerint sufficientia ad condemnationem, sed nec sufficientia ad torturam. Et isto casu Clar. *in q.* 96. *vers. sed nũquid debet Iudex, in fi.* dicit, hoc modo, quòd licèt admissus ad nouas defensiones post admisionem nihil probet, quod releuet; si tamen indicia contra eum existentia fuissent valdè debilia, non fit exequutio sententiæ, sed vel torquetur, vel commutatur pœna, & mitigatur. Boss. autẽ *in tit. de reis requ. sub n.* 1. dicit, quòd Senatus nunquam mandat bannitũ propter contumaciam mori, nisi ex lectura processus tutam habeat conscientiam, quòd delictum patrauerit. ¶ Posteà subdit, & in casu dubio potiùs in eam venit sententiam, vt torqueatur: deinde addit, & interdum ob maximam debilitatem indiciorum absoluatur præcedente gratia, & denuò sententia videatur. Vult tamen Senatus, vt antequam propter debilitatẽ indiciorum bannitus absoluatur, ille demonstret, quare permiserit se banniri. Et sic Boss. clarè tenet, quòd quãdo indicia de se sunt valdè debilia, admissus ad nouas defensiones sit absoluendus, si de causa suæ absentiæ, & contumaciæ docuerit. Vnde etsi cum illis ego sentiendo concludo, quòd quando bannum est latum ex admodum debilibus indiciis, fuerítque propterea bannitus admissus ad nouas defensiones: tunc non torquetur, sed absoluitur, si docuerit de probabili causa, quare permiserit se banniri, & non comparuerit, vt per Boss. *in loco cit.* & faciunt, quæ dixi *inf. n.* 81. at si bannitus non docuerit de aliqua iusta causa suæ absẽtiæ, & cõtumaciæ, si indicia erant debilia, non sufficientia de se ad transmittendum inquisitionem, nedum ad torturam; tunc poterit vigore contumaciæ torqueri, vt per Clar. *in loco prædalleg.* & per Boss. *in d. tit. de confes. per tor. n.* 23. dixi *sup. n.* 16. *vers. immò in casu exequutionis sententiæ, &c. & n.* 17. *vers. aduerte tertiò.* adde & post hæc scripta visum Bertaz. *cons.* 119. *n.* 23. *lib.* 1. *cr. & cons.* 462. *n.* 6. *&* 8. *lib.* 2. Marcobr. de Anguil. *cons.* 50. *col.* 3. *&* 4. & nouissimè Dom Fl. Cartar. *in tract. de exeq. sent. c. fin. n.* 133. *& seqq.* vbi hos postremo loco adductos Doctores refert & sequitur. At vbi nulla prorsus præcessissent indicia, tunc non torquetur reus, sed absoluitur absque alio, vt *sup.* dixi *n.* 78.

¶ Limita V. Dictam tertiam †sublimitationem in nul- 80
liter bannito, ac condemnato: sicut enim sententia nulliter lata non potest contra bannitum quoad eius pœnas exequi, per ea, quæ dixi *suprà, in quinta limitat. n.* 34. *& sequentibus*,

ita pari

ita pariter in terminis de tortura tradiderunt [Carrer. *in pract. §. tertium indicium est fuga, n.18.fol. mihi 44.à tergo,*] Matsil.*in consil.117.n.52.*Matth.Brun.*d.consil.crim.diuers.116. n.52.& seqq.vol.2.in magnis,*Rolan.*cons.94.n.31.vol.4.*Foll. *vbi suprà n.18.& seqq.*vbi etiam idem, quando non constat de corpore delicti, & alios adducit concordantes Ioseph. Mascar. post hæc scripta visus, *in tract.de probat.l.1.conclus. 162.n.17.versic.sed hoc proculdubio.* Quando autem & quomodo sententia contra contumacem dicatur nulla,dixi *sup. in dicta quinta limitatione.*

81 ¶Limita VI.Eandem sublimitationem†non procedere in eo,qui abfuit & non comparuit,non ex causa & metu delicti; sed ex aliqua necessaria, iusta & excusabili causa: putà in mercatore, qui continuè solet accedere per nūdinas huc & illuc; in nobili,vel in dignitate constituto,quē verisimile sit so absentasse ex causa probabili & necessaria;in scholari, qui recessit à studio, vt ad patriā reuerteretur. His inquam & similib.casibus,sicut talis iusta absentiæ causa excusat cōtumacem ab exequutione sententiæ contra eū faciēdæ, per ea quæ sup. diximus *in 9.limitatione principali,n.50.& seqq.* ita pariter excusabit à tortura, prout in terminis in tortura tradiderunt, Blanchus *de indi.d.n.293.* Foller.*in loco sup. citato,n.29.&* 30.vbi idem in eo,qui abfuit timens seueritatem Iudicis minantis illum velle torquere, si in manibus habuisset,Boss. *in tit.de indi. & consider.ante tortu.n.135.* vbi generaliter id obtinet in quolibet alio impedimento;dicitque quālibet impedimenti causam excusare contumacem, ne torqueatur. Addo prō hac eadem limitatione Menoch. post hæc scripta visum,*in suo tract.de præsum.l.1.q.39.n.41. in fin.* vbi post Carrer quem allegat, dixit tunc demum ex contumacia resultare indiciū ad torturam,quādo est legitimè contracta:& sic quando ab ea contumax ob aliquā causam se excusare non potest: aliàs secus. [Addo, & ad idem Marc.Ant.Eug.*in consi.31.n.60.*vbi quòd Baldi sententia, *in l.1.C. de hæred. instit.* est præcipuè temperanda ex modo absentiæ.] ¶ Quæ autem dicantur iustæ causæ excusantes à contumacia,dixi suprà,*d.9.limitat.d.n.50.& seqq.*

82 ¶Limita VII.Præfatam tertiā sublimitationem,†quando admissus ad nouas defensiones docuisset iā de sua innocentia,& per contrarias probationes eliserit nedum alia indicia cōtra ipsum vrgentia:sed etiā indicium contumaciæ, hoc enim casu,quia vna probatio tollit aliā,& fortior tollit debiliorem,ideo bannitus contumax ex banno & sententia torqueri non poterit, Foll.post Bal.& Carrer. *in l.obseruare curabis, C. quorum appell.*quos allegat *in pract.cri.d.3.par.3. partis principalis,versic.etsi confitebuntur,n.22.*& licèt,vt *sup.* dixi ex Claro,*in q.64.versi.sed nunquid bānitus,in fin.* admissus ad nouas defensiones possit torqueri,etiā quòd per suas defensiones eliserit indicia & probationes,quæ erant cōtra ipsum in processu:tamen si ex defensionibus factis, putà si per plenas & cōcludentes contrarias probationes docuerit de sua innocentia, fueritque etiam sublatū indicium ex fuga & contumacia resultans per fortiores probationes, vel præsumptiones:tunc nullatenus illum torqueri posse dubitandum non est,vt ibi per Folleriū, & in specie sic Clarum eo loci declarat D.Flam. Cart. *d.c.1.n.455.& seqq.*quem refert, & sequitur Baiard *in addi. ad Clar.q.64.n.51.& n.53.* vbi ponit exemplum, quando bannitus docuit tempore commissi delicti fuisse in alio loco, ex Bertazzo. quem allegat *in cons.462.num.3.lib.2.*

¶Limita VIII.Præcedentem tertiam limitationem non procedere in eo, qui non solùm simpliciter est admissus ad nouas defensiones, sed etiam cui remissa est per rescriptū à Principe,vel contumacia,vel bannum.Hūc enim ita admissum & restitutum aduersùs bānum & contumaciam minimè ex solo banno & contumacia torqueri posse dubitandū non est:quia cessante indicio & causa torturæ,cessare etiam debet & ipsa tortura,per ea quæ in terminis tradiderūt Affl. *in const.Clemētiæ,in 3.notab.* quē refert Lud.Carrer. *in pract. cri.in tract.de indi.& tort.in 3.indicio,n.19.pag.mihi 44.à tergo,col.1.in parua impressione.* Quj quidem Doctores licèt videantur loqui in fortioribus terminis,quando scilicet Princeps solū remittit bannitum ad Iudicem,vt de iustitia prouideat:horum tamen dictum ita generaliter sumptum non credo verum.Nec eorum opinionem procedere credo, nisi in casu,in quo bannitus non solùm est simpliciter admissus ad nouas defensiones,sed etiam quando expressè ei fuit remissa vel contumacia, vel bannum;aliter secus. Nec à præmissis dissentit Baiard.*in addi.ad Clar.q.64.n.52.*Et propterea ad effugiendas huiusmodi dubitationes non sine causa signatura Sanctissimi consueuit in similib.rescriptis semper apponere clausulam,*Sine tamen præiudicio indiciorum ex contumacia resultantium,*vt suprà dixi.

¶Limita IX.Præfatam tertiam sublimitationem,in qua dixi ex sola contumacia, & ex solo banno bannitum posse torqueri,vt procedat,quando is comparet post secundū bānum,& sic post condemnationem; secus si compareat ante dictum secundum bannum,& ante cōdemnationem,etiam lapso termino ad comparendum præfixo in primo banno. Tunc enim si,vt dixi, bannitus spontè comparet, & non vi captus fuerit,minimè torqueri poterit ex præcedenti cōtumacia,& banno:cùm omnia censeātur resoluta per spontaneam comparitionem,secundùm Baiard. qui pluribus hanc probat limitationem *in addit.ad Clar.q.64.n.40.& seqq. vsque ad n.47.*Et licèt Boss.*in tit.de indi.n.133.& seq.& in tit. de bannit.n.4* contrarium affirmauerit, & hanc contrariam opinionem sequutus etiam fuerit Fl.Cart.*in tra.de exequu. sent.c.1.n.45.*vide tamen Baiar.*vbi suprà,*bene respondentem argumentis;& rationibus Bossij;& insuper attestantem semper ita seruari vidisse, & etiam seruasse in practica: & eius opinio mihi magis placet.

¶Sublimita IV. Eandem decimamtertiam principalem limitationem † nō procedere, quoad bonorum recuperationem:licèt enim contra admissum ad nouas defēsiones sententia exequi non possit,non tamen per hoc bona confiscata recuperabit. Quod quando verum sit,videamus. 83

¶ De iure communi circumscriptis statutis & generali consuetudine procedendi contra absentes contumaces vti confessos ad condemnationem;sed loquendo solùm in terminis *l.1.& 2.ff. & C. de requi.reis.* in simplici annotatione bonorum,iuxta ea quæ in principio huius quæstionis, *nu.2.* dicta sunt;si annotatus comparet post annum, bona non recuperet,etiam quòd sit absolutus, & docuerit de sua innocētia,& hoc non habet difficultatem. Ita enim expressè cauetur *in l.prima,& fi.*vbi communiter * Doctores, *ff. de re-* * *quiren.reis,* Clar.*in pr.q.44.in fi.principij.*

¶Si verò compareat infra annum,& fuerit absolutus, recuperat bona, siquidem suam innocentiam demōstrauit;aliàs secus.Ita probatur in *d.l.fi.*ponderando illa verba ibi, *Si redierint,& se expurgauerint,recuperat, &c.* iuncta gl. *in verb. purgauerit,in fi.* vbi secundùm aliquos dicit,quòd non intelligitur purgata cōtumacia,nisi sequatur absolutio.Et ita tex. illum in proposito pulchre etiā ponderat Boër.omnino videndus,*in dec.65.n.6.*vbi *n.5.& seqq.*latè hanc comprobat opinionem. Et *n.*10.dicit,quòd Dyn.& Alber.de Rosate *in l.1.ff.de requir.reis.*Io.Fab.Ang. & Sal. *in l.1.C.eo.tit.* sequuti sunt illam gl.*in d.l fi.*& ita cōmuniter*seruari,teste Boerio, * *vbi sup.*dixit idem Alb.*in d.l.1 ff & C.de requir.reis.*& Clar. *d.q.44.in pri.*vbi secundùm dispositionem iuris communis, si reus infra annum compareat,& se defendat ab impurationē ipsius criminis,absoluitur,& in pace dimittitur, eidémq; restituuntur bona sua annotata. Nisi ergo absoluatur,& nisi etiam de sua innocentia docuerit, reus de iure communi etiam infra annum comparens bona annotata non recuperat per superiùs allegata.

¶Bene verum est,†quòd si comparens infra annū satisfecerit,etiam nulla expectata sentētia absolutionis,dicta bona annotata recuperat,secundùm gl.*in d.l. fi.in eod.verb.purgauerit,*& communiter*vidisse seruari testatur Alber. *in d.l. 1.n.4 ff.de requir.reis.* & esse satis rationabile credidit Clar. *d.q.44.ver.dixi quòd,*Conr.*in pract.tit.de contumac & bannit. n.4.*vbi allegat Gandinum *in tr.de malef.in ti.quid sit agen.reo absen.& contumace,nu.1.* Practica Papien. *in forma inquisit.in verbo, Hæc est,n.14.& nu.37.*de quo tamen valde dubito,per ea quæ tradit Boer. omnino videndus & considerandus, *in decis.65.n.10.*vbi videtur testari ex eo. Alber.de contraria communi*opinione,nisi forsan dicas,quòd Boerius non loquitur in terminis iuris communis,sed consuetudinis in admisso ad nouas defensiones, iuxta tradita *inf.n.87.* 84 *

¶Et satisdationis prædictæ,† quòd carceratio habeat eādē vim, 85

vim tradiderunt Affl. post Iser. *in consti. Clem.num.* 10.*ver.*2. *quæro,in tit.vt bannito liceat,&c.lib.*2.*rub.*4.Foll.*in pract. crim. verbo,si citati compareant,n.*5. qui loquuntur in terminis earum constitutionum Regni.

86 ¶ De iure autẽ statutorum & generali cõsuetudine,† qua hodie absentes contumaces vti confessi condemnatur diffinitiuè, & iuxta ea, quæ pariter diximus suprà, *in principio huius quæst.n.*3. similis ferè prædictæ conclusioni firmari potest alia conclusio, quòd scilicet si quis admittatur ad nouas defensiones post annum,siue absoluatur,siue non,bona nunquam recuperat:si verò compareat & admittatur infra annũ, tunc demum recuperat, si docto de sua innocentia per contrariam diffinitiuam sententiã fuerit absolutus;aliter secus. Affl.*in constitutione grandis vtilitas,n.*7. vbi quòd contumax recuperat bona, si comparuerit, ostenderit suam innocentiam,& fuerit absolutus.Rota Romana *in vna coram Achille,quæ est vnica,in ti.de absolutio.* cuius tenorẽ infrà describemus,in qua mandauit restitui beneficia cuidam contumaci, qui comparuit,& fuerat absolutus.Iod.*in pract. crim. cap.*29. *tit.de contumac.purgan.n.*5.vbi quòd comparens infra annum de stilo & inolita consuetudine non redit ad bonorum suorũ vsum & possessionẽ,cùm ea sub Principis manib. constituta fuerint:sed ibidem durante lite seu processu conseruantur, donec per sententiam Iudicis è manibus Principis rursus liberanda denuncientur, vel nisi eiusdem Principis speciali gratia,vt plenè Boër.*d.decisio.*65.*n.*5.*& *seqq.* vbi *n.* 10. * secundùm Alb.*in d.l.*1.*ff.& C.de requir. reis.* ita cõmuniter * seruari testatur Clar. *in pract.q.* 44. *vers.facta autem,& vers. dixi quòd, in fi.* vbi quòd apud eum seruatur, quòd si post condemnationem infra annum reus compareat, solet plerumque per Senatum admitti ad se de nouo defendendum: & si defenderit,absoluitur ab ipsa condemnatione, & recuperat bona, non obstante illorum annotatione, seu descriptione,aut quacunque apprehensione facta per fiscum. ¶ Si verò compareat post annum,recuperat bona,sed tantùm absoluitur à pœna corporali, si se defenderit, & bona fisco remanent in pœnam eius contumaciæ. Et hæc practica, vt ipse dicit,est valde conformis iuri communi.

¶ Quib. non obstant ea quæ traduntur per Sigis. Scacciam (qui post huius libri secundã impressionẽ ad meas venit manus)*in tract.de iud.caus.ciuil.cri.& lib.*1.*c.*97.*n.*155.*ver.si post annũ cõparentẽ,& ad nouas defensiones admissum,* etiã cũ clausula,*Sine præiudicio bonorũ fisco incorporatorũ,* adhuc bona ipsa confiscata recuperare,si de sua docuerit innocẽtia,ex Simãc. quẽ allegat *Cathol.inst.tit.*2.*rubr.de absentibus,n.*21.& Franc. Pegna *ad director.inquisit.parte* 3.*comment.*49.*vers.aduenient aute.* Nam vltra quod ipse Scaccia loquitur contra omnium, prout ipse fatetur,communẽ opinionem,& etiã practicam; prout ego,qui magis, quã ipse in criminali foro versatus sũ, de practica prædicta facile testari possũ ¶ Est insuper aduertendũ,quòd Simãc.& Pegna *in locis per ipsum relatis* non loquũtur generaliter in omni delicto,sed specialiter in crimine hæresis,& rationẽ specialitatis adducunt,quia in illo præsertim crimine,quãdocunque absens compareat, audiendus est,iniustaque reputantur Ciuitatũ statuta,quibus cauetur,vt certo tẽpore expleto post latã sententiam reus ampliùs non audiatur.Quæ quidem ratio non militat in aliis delictis, in quib.huiusmodi statuta, & cõstitutiones omnino iustissimas esse dubitandũ non est. Quare quicquid ipse dixerit in iudicando & consulendo, non recedas à proposita distinctione. ¶ Sic etiã ecõtrà,nec obstent tradita per Baiard. (qui pariter post huius libri secundã impressionẽ in lucẽ venit)*in addi.ad Cla.q.*94.*n.*9.*& seq.* vbi dixit,quòd quicquid sit de iure,in statu ecclesiastico seruatur,quod admissus ad nouas defẽsiones, seu cõparens infra annũ,etiã quòd absoluatur,non recuperat bona confiscata,& in alium alienata: & hoc quia,prout dixi *infr.n.*88.statim sequuta condemnatione rei fiscus illius bona apprehendit, ac de illis ad sui libitum disponit, & subsequenter,inquit ipse,capta possessione astringuntur attinẽtes condẽnati, & in eorum defectu communitates ad redimendum bona confiscata vigore constitutionis Marchiæ,*lib.*4.*c.* 19.¶ Ego enim,quòd in practica sic in Vrbe seruetur,prout testatur Baiar. minimè testari possum, & quidẽ non memini contigisse casũ,in quo fuerit dubitatum,An infra annũ cõparẽs,& absolutus recuperet bona alienata: licèt enim, vt dixi *infrà n.*88.ex prauo abusu ac reprobata consuetudine fiscus, quãdoque etiã ante bona confiscata alienet & vendat; id tamen non nisi rarò facit, & tantùm in casu quando delictum est notorium, & nulla spes quòd delinquẽs compareat: alioquin solet semper annum expectare,& postea bona ipsa iam confiscata alienare: sed si casus contigisset, & contingeret, nunquam crederem summum Põtificem pati velle, vt innocens,seu non delinquens in termino sibi à iure communi, & Apostolicis constitutionibus præfixo;videlicet infra annum cõparẽs,indebitè suis bonis spoliatus remaneret, ex eo quia iam fuerint alienata.Et idem credo,quòd etiam in toto statu ecclesiastico esset seruandum; quicquid in contrarium tam animosè atteste tur ipse Baiar. & aliter dicere esset summa iniquitas,& iniqua crudelitas,quam Summi Pontifices, sanctissimi,& æquissimi Principes,maximè abhorrent.

In hoc solùm videtur† differentia inter ius commune, & 87
consuetudinẽ prædictã, quòd cõparens infra annũ in terminis iuris cõmunis,si satisfecerit, vel loco satisfactionis se in carcerib.cõstituerit,recuperat etiã bona, nõ expectata sentẽtia absolutionis,vt dixi *sup.n.*85.Secus de cõsuetudine,& vbi proceditur cõtra contumacẽ vti confessum;quia tunc etiã reo carcerato bona descripta remanent penes fiscum, nec relaxantur nisi crimine purgato à condemnatione per contrariã sententiã sublata;secundũ Clarũ *sub d.ver.dixi quòd*, vbi huius differẽtiæ eã dicit rationẽ, quia primo casu annotatio fit ratione cõtumaciæ,& nõ delicti,meritò omnis eius effectus tollitur reo satisfacte,vel in carcerib.cõstituto.Secũdo verò casu,vbi bonorũ cõfiscatio fit ratione delicti & cõtumaciæ, meritò eius effectus non tollitur,nisi sequuta absolutione,vt pulchre per Boer.*in d.dec.*65.*n* 10.vbi cõcordantes alleg.Bonacos.*in com.opin.li.*1.*ver.contumax absens in crimin.pag.mihi* 42.*col.*2.vbi expresse cõcludit,quòd si reus post condẽnationem compareat,etiam quòd carceres intret,& fideiussorem præstet,non tamen recuperabit bona, nisi priùs se defendat.

¶ Apud nos,in Vrbe scil.& statu ecclesiastico,† antequã 88
quid in proposita quæstione seruetur,dicã, Præmitto, quòd ex nimia diligentia procuratorum fiscalium, siue eorũ substitutorum,inoleuit in confiscandis bonis quidam abusus & praua consuetudo non solũ contra iura cõmunia & omnia alia statuta & consuetudines, sed etiam contra expressã dispositionem summorũ Pontificum, & cõstitutionũ,de quib. suprà mentionẽ fecimus:quib.cauetur,quòd sententię cõtra cõtumaces delinquentes latæ,non nisi post terminũ anni ad purgandũ contumaciã concessi realiter & personaliter exequãtur;& tamẽ fiscus statim lata sententia nõ expectato anno prædicto ad videndũ, an reus velit,an non velit comparere,capit possessionem bonorum descriptorum & annotatorũ in inuentario, dictáque bona vẽdit & alienat suo arbitrio. consideret modò vnusquisque quã difficilẽ habeat causam,quàm acerrimum hostem habeat fiscum; sponte cõparens infra annum,nedum in recuperatione bonorum in tertium alienatorum, sed etiam in negotio principali: quia ad hoc vt illa nõ recuperet,magis habebit oppugnatores & instigatores illarũ rerũ emptores & fisci procuratores, ne pretiũ restituere teneãtur,quàm personas ipsas offẽsas,& interessatas,& quod peius est,in hoc abusu & prana cõsuetudine cõsentiũt etiã iudices ipsi, qui in ipsamet sentẽtia ad fauorẽ fisci decernũt:& relaxãt mandatũ capiendi & apprehẽdendi actualem & rea em possessionem bonorũ ipsius condemnati,quod tamen facere non deberent vigore prædictarum cõstitutionum nisi lapso anno:eo enim tempore sententię sunt re liter præsertim exequendæ,& nõ antea;prout tenuit Rota coram Seraphino in vna Imolen.Castrorum die Veneris 22 Aprilis 1575.cuius decisionis tenorem infrà ponã & iterum tandem Rota,in vna Rom. officij notariatus coram D. Orano die Mercurij 27.Nouẽbris 1591.¶ Et cùm de hac re cum pluribus Romæ expertis Iudicib. sermonem habuissẽ, meámque opinionem patefecissem, omnes vnanimiter mecũ sentiebãt;sed quia ita stilus se habebat, ideo se à tali obseruantia excusabãt.Quæ tamẽ excusatio nullatenus admittenda est, quia talis stilus non est stilus, sed abusus & praua consuetudo contra omnem iuris ciuilis & naturalis rationẽ & æquitatem,contra bonos mores, & contra expressa verba constitutionum prædictarum: quarum vltima illa, scilicet Pij V. nondum sunt lapsi decem anni, quòd publicata fuit:

ideo

ideò nullus potuit induci stilus,seu consuetudo contra eam, Principe præsertim id ignorante.

89 ¶ Supposito igitur,prout de iure supponi debet † sublata in cõtrariũ omni praua & mala cõsuetudine prędicta,quòd bona condemnati infra annum post sententiam remaneant suspẽsa sub deposito,annotatione & inuẽtario, iuxta ea quæ dixi *sup.n.*4. post annum verò fisco relaxentur incorporanda,si reus comparet post annum,& siue etiam captus, & admittatur per signaturam gratiæ ad nouas defensiones; bona tamen non recuperat,siue doceat, siue non doceat de innocẽtia;& siue absoluatur,siue non,idque ex allegatis *sup.n.*86. & etiam, quia eadem signatura in supplicatione semper apponere facit clausulam, *Sine præiudicio bonorũ fisco incorporatorũ*, quicquid in contrariũ & contra cõmunem opinionẽ & practicam tentauerit Sigismũd.Scaccia, *vbi sup.* allegatus,*in tract.de iud.caus.ciuil.& crimi.li.*1.*c.*97.*n.*155 *sub vers.si post annum.* ¶Et idẽ iuris est,quando vi captus est infra annum,quia cùm iste casus à constitutionibus nostris æquiparetur spontaneæ comparitioni post annum, sententia contra talem vi captum infra annum exequitur; sicut contra comparentem post annũ, nisi a dicta signatura admittatur ad nouas defensiones:& isto casu pariter in supplicatione apponi solita est eadem clausula,*Sine præiudicio bonorum fisco incorporatorum.*

¶ Si verò quis sponte cõpareat infrà annum,quo casu vigore earundem constitutionum non est opus recurrere ad signaturam, nec ad Principem:quia idem Iudex illum comparentem admittit ad nouas defensiones. Distinguerem in hũc modum,quòd si delictum, pro quo comparens est bannitus, non meretur de iure bonorum cõfiscationis pœnã:(vt enim suprà vidimus *in n.*62.*in* 11.*limitatione*,quicquid sit de iure, apud nos de consuetudine in quocunque non leui delicto, etiã quòd pœnã confiscationis non mereatur, condemnatur reus sub pœna confiscationis bonorum,quæ postmodum vigore constitutionum,vt modò proximè dixi,lapso anno fisco incorporantur:)bona annotata,&, vt suprà dixi,inuentorizata recuperat,siue sit innocẽs, siue nocens:Iudex enim isto casu exequetur contra ipsum sententiam in contumaciam latam in pœnam condignam delicto,& non in grauiorem,per ea,quę dixi *sup.d.n.*62.Fingamus enim quẽ inquiri de vulnere cũ periculo: curia statim format monitorium ad comparendum sub pœna cõfiscationis bonorum,triremium, & vltimi supplicij, quatenus moriatur: monitus & in prædictis pœnis condemnatus videns omnia bona sua annotata,comparet infra annum,fatetur delictum,& dicit,cõdemnetis me in pœnam condignã delicto, quia libenter eam subire volo. Nónne est absurdum dicere, quòd pro simplici vulnere debeat pati confiscationem omnium suorum bonorum?Recuperabit ergo isto casu bona comparens infra annum, etiam quòd sit delinquens,& patiatur pœnam condignam delicto, prout etiã videtur de mente Clari *in pract.d.q.*44.*sub eo.ver. facta autem.*& in hoc nũquam vidi apud Iudices fieri aliquã difficultatem;& multò magis recuperabit, si fuerit innocens & absolutus. ¶ Immò secund.Sigis.Scac. *in tract.de iud.caus. ciuil.crim.&c.li.*1.*c.*97.*n.*151. comparens, & admissus ad defensiones non solùm infra annum,vt sup. sed etiam post annum bona recuperabit isto casu.Nã si(vt ipse inquit)non debebant bona confiscari. Multò magis confiscata recuperabit. Verùm de hac ampliatione ego valde dubito propter clausulam,*Sine præiudicio bonorum fisco incorporatorum*,quæ in huiusmodi rescriptis admissionis ad nouas defensiones solet à signatura apponi, aduersùs quam clausulam nunquam vidi Iudices in eorum sententiis apposuisse manum in restitutione bonorum fisco incorporatorum. Et ista est veritas.

¶ Quòd si delictũ est tale,quòd vel de iure,vel vigore statutorum,aut constitutionum mereatur pœnam confiscationis bonorum,crederem in omnibus & per omnia esse idem dicendum,quod dixi *sup.n.*83 *&* 86 quòd scil. comparẽs infra annum bona annotata recuperet, si docto de innocentia absoluatur per contrariam sententiam:si verò non doceat de innocentia, sententia contra ipsum lata & realiter & personaliter exequatur,& istam credo esse puram & meram veri-
* tatem,& cum ea concurrere communem* Doctorum, quos viderim,opinionem.¶Hæc autem quæstio, An cõparens infra annum bona annotata per simplicem cõparitionem recuperet,non expectata sentẽtia absolutionis,& siue nocens, siue innocens sit: an verò sequuta absolutione & docto de innocentia, & non aliàs;secundùm suprà tradita, fuit valde controuersa coram diuersis Iudicibus Romæ, & hodie etiã cõtrouertitur,quia sub Iudice lis est,in causa cuiusdam Notarij nomine Franciſci Burgi. Erat hìc Notarius actorum pendẽtium criminalium curiæ Capitolij, & Illustrissimi D. Senatoris Vrbis, qui deliquerat in officio Notariatus incurrendo in crimen concussionis,& legis Iuliæ repetundarũ;ob quod nulli dubiũ,quòd de iure, ipso officio priuandus erat: monitus ad cõparendum, & non cõparens fuit ab ipso Illustrissimo Dom.Senatore condemnatus, iuxta stylum in pœnã priuationis officiorũ,cõfiscationis bonorũ, & triremium: anno pendente ad cõparendum Illustr. DD. Conseruatores Vrbis, ad quos spectabat collatio dicti officij & Notariatus (inter quos eo tẽpore vnus & inter eos vti Iur. V.D. Primus erat q.Marcellus Farinacius, pater meus)contulerũt dictum officiũ & Notariatum tanquã vacantẽ per priuationem Horatio Stanchario,sub conditione,quòd si Franciscus infra annum comparuerit, & se ab imputato crimine expurgauerit, dictũ officium ad eundẽ reuerteretur, non obstante collatione prædicta. Comparuit infra annũ Franciscus,fuit à Iudice admissus ad nouas defensiones,iuxta formam constitutionum: sed cùm ad sui defensionem nihil reuelãs deduxisset, fuit ad triremes trãsmissus ad certum tempus. Quo finito,& ex triremibus liberatus ad Vrbem rediens institit pro recuperatione officij;& sicut etiã & ipso existente in triremibus eius procurator instabat coram dictis Illustrissimis DD. Conseruatoribus,& hoc sub fundamento, quòd per simplicem cõparitionem,infra annum fuerit contumacia purgata,recuperaueritque ob id bona confiscata,etiam quòd non fuerit absolutus. Multa pro eius parte allegabãtur,† sed principaliter 90
pro eo adducebatur vulgaris illa trita,& communis* regula,*
quòd purgata & resoluta contumacia,censentur quoque resolutæ omnes pœnæ cõtumaciales,*l.prima,§.si frater, ver.etsi quidem per contumaciã,ff.de collat.bon.ca ex literis*,vbi late Fel. *de const.* quod enim contumacia abstulit, restituat obedientia.Bald.*in cap.fin.col.*1.*titu.per quos fiat innestitu.* & sententia lata ex contumacia,eius est naturæ, vt tandiu solùm duret, quandiu durat contumacia, vt pluribus demonstrat [Andr. Gayl. *in tract.de pace publ.libro secundo,n.* 4. *versiculo secunda est differentia.*] Bald. *in l.*1.*circa medium,ver.extra opponitur, &c. C. de postul.* vbi ex hoc in specie infert, quòd bannum, quod fertur ex contumacia, bãnito comparente in legitimo tempore,reducitur ad simplicem citationem, vt ibi per eũ, & per Bar. *in l.*1.§.*fi.ff.de requir.reis*, & alios quos ad corroborationẽ huius regulæ refert & sequitur Tiraquel. *in tract. cessan.cau.par.prima,n.*57.*& sequent.*Foller.*in pract cri.canon. c.*33.*n.*86.*& seqq.* vbi dicitur, quòd per simplicem comparitionem contumacia cessat & euanescit:ergo etiam cessare debet per simplicem comparitionem, quia pœna confiscationis bonorum ratione dictæ contumaciæ imposita est.

¶ Nec obstant,dicebant Aduocati Franciſci, rationes per Clar.adductæ *in locis suprà allegatis,n.*86.quòd sc.hodie pœna confiscationis bonorũ in sentẽtiis apponitur,non ratione cõtumaciæ,prout olim fiebat de iure cõmuni (secundũ quod cùm absens non posset cõdemnari bona ratione cõtumaciæ annotabantur)sed ob delictum, quia contra absentes vigore statutorum volentium contumacem haberi pro cõfesso,proceditur ad sententiam diffinitiuam, & ad cõdemnationẽ ob delictum. ideo per simplicẽ comparitionem,licèt sit purgata & sublata contumacia; non tamen est purgata & sublata sententia illa diffinitiua & condemnatoria ob delictum,quia noua & contraria absolutoria, scilicet sententia opus est ad illam tollendam & purgandam. Prædicta enim bene procederent,& procedunt, quando sententia contra contumacem lata esset diffinitiua,& ob delictum, prout Clarus loquitur: at sententiæ quæ hodie in Vrbe contra absentes feruntur, non diffinitiuæ,nec ob delictum, sed interloquutoriæ & ob contumaciam latæ dicuntur: ideo cessante contumacia per comparitionem,debet cessare pœna confiscationis, ratione dictæ contumaciæ imposita,per superiùs allegata.

¶Quòd autem sententiæ prædictæ,† quæ in Vrbe profe- 91
runtur,hodie sint ob contumaciam,& non ob delictũ, patet, quia forma sentẽtiæ ferendæ in absentes vigore statutorum volẽtium,cõtumacem haberi pro cõfesso:& sic ob delictum,

debet

debet expresse cõtinere eos fuisse repertos culpabiles de delicto, de quo fuerũt inquisiti; & quòd propterea vti culpabiles condemnantur, secundùm Clarũ *in pract. q. 44. ver. videamus*, quẽ refert Bonac. *in com. opin. li. 1. pag. 43. ver. contumaciæ sententiæ*. Sed in sententiis Reuerend. Gubernatoris Vrbis & aliorum tribunalium, nõ condemnantur absentes, quia culpabiles, sed quia non paruerũt monitorio, & sic ob cõtumaciã declarantur incidisse in pœnas in eodẽ monitorio cõtentas, ideo nõ diffinitiuæ, sed declaratoriæ, incursus pœnarum, nõ ob delictum, sed ob cõtumaciam dicẽtur latæ, *in terminis Bal. in c. testimoniũ, n. 11. vers. quærit Innoc.* (secundũ vnam impressionẽ, & secundùm aliã, *n. 12. ver. in contrarium videtur*, & ibi etiam Feli. *n. 25. ad mediũ, vers. considerat Bald.*) *ext. de testib. & in l. cõfessis, n. 44. C. de confes.* vbi hoc ampliatur procedere, etiã quòd in sententia dicatur, *Quia tale crimen cõmisisti, & monitus, vt cõpareas & te expurges, non fecisti.* [Sic Andr. Gayl. *in tract. de pace publ. lib. 2. cap. 5. n. 7. & 8.* vbi pluribus probat, quod bannũ latũ pro contumacia non comparentis dicitur sententia interloquutoria. & non diffinitiua; quod &
92 idem affirmauit *in cap. 8. n. 8.* ¶ Et in dubio sententia contra absentes lata præsumitur potiùs ob contumaciam, quàm ob delictũ & malã causam lata, *l. Papinianus, §. meminisse*, & ibi Bart. *ff. de inof. test. l. si ideo.* & ibi idem Bar. *ff. de euictionibus, l. qui repudiantis, in fi. ff. de inoff. test.* Alb. *in tract. stat. 4. par. q. 81.* Cæp. *cons. crim. 58. & cons. 64. n. 210.* Marsi. *sing. 4. incip. quamuis, & in pract. §. postquam, n. 53. & cons. 64. n. 10.* Inn. *in l. si is, ad quem, in fi.* & ibi Rom. *col. 3. ver. ex qua causa. ff. de acq. hære.* cum aliis per Tiraq. *cessan. cau. par. 1. n. 62. & seqq.* Gabr. *lib. 2. t. de sen. concl. 3. n. 1.* Foll. *in pract. crim. canon. c. 33. n. 90.* Th. Non. *cons. 94. n. 4* [And. Gayl. *de pac. publ. li. 2. d. c. n. 9.*]

¶ Et pro premissorum confirmatione iidem Francisci Aduocati adducebant etiam in proposito quatuor Rotæ decisiones, quarũ tenorem cùm non impressæ, sed manuscriptæ circumferantur, hîc exprimere idcirco volui, quia si vera sunt in eis tradita, maximam dant limitationem ac conclusionem suprà per nos & per Clarum firmatam.

Decisio Achillis vnica, in titulo de absolutione.

In manuscriptis, in impressis verò 11. de dolo & contumacia.

ABSOLVTVS fuit quidam, qui propter contumaciam fuerat condemnatus incidisse in pœnas in monitorio contentas, & in monitorio erat pœna priuationis, & post sententiam condemnatoriam impetratum fuerat beneficium Domini in vna Barchonien. coram Dom. Nouato de anno 1548. dixerunt quòd talis absolutus debebat recuperare suum beneficium, tum quia sententia, incidisse in pœnas priuationis, non bene priuat, per Fel. *in c. inquisitionis, n. 2. de accusa.* & Bisignet. *decis. vlt. de re iud.* tum etiam, quia talis absolutio declarauerat omnia esse nulla. Dixerunt etiam DD. esse multum aduertendum, quòd licèt quandoque declaramus aliquem incidisse in pœnas contentas in monitorio, deberemus cancellare pœnam priuationis.

Alia Decisio.

Coram R. P. D. Cotta, Rom. Canonicatus S. Angeli, Veneris vlt. Februarij, 1567.

FVIT resolutũ, quòd per comparitionem Nobilij sit sublata sententia contra eum lata, cum pœnis in ea contẽtis; quia sententia prædicta cum pœnis in ea contentis lata in contumaciã non est lata propter delictum, sed propter solã cõtumaciã, vt patet ex lectura ipsius, ibi, *in pœnis in monitorio contẽtis*, & ibi, *ob non paritionẽ monitorij*. Ideo cùm non sit lata propter crimẽ, sed propter cõtumaciã, nõ dicitur diffinitiua, sed interloquutoria, & potest quadocumq; purgata cõtumacia reuocari. Alex. Soc. & alij *in l. 1. §. hoc iudicium, n. 3. & 7. ff. si quis ius dicẽ. nõ obtemp.* & mulctæ in ea appositæ non sũt perpetuæ, seu irreuocabiles, sed reuocabiles; immò durant solũ durante contumacia. Fel. Dec. & alij *in c. ex literis, n. 12. 17. & 18. de constitu.* ideo priuatio beneficiorum ob contumaciam, seu ob non paritionem monitorij non priuat, quia est reuocabilis: nam quandocunque compare t, etiam post collationem alteri factam, recuperat beneficia alteri collata. Achil. *de absolu. decis. vnica.* Non obstat resolutio in Ro. beneficiatus S. Petri, quia ibi licèt fuisset ille priuatus ob contumaciam, tamen erat priuatus propter homicidium; & aliud est, quòd si priuatus propter solam contumaciam ob non paritionẽ monitorij: aliud autẽ, vt sit priuatus propter delictũ. Nam primo casu sententia est diffinitiua, & priuat irreuocabiliter, vt in illa Rom. Secundo verò casu est interloquutoria, quia durat mulcta durante solùm contumacia: & ita euacuantur ferè omnia per Bernard. adducta, non obstat motus proprius Pij IV. prohibens absolutionem à crimine, & audientiam, & appellationem; quia intelligitur à sententiis, vel aliis dispositionibus super crimine; non autem super contumacia, quia est odiosus & restringendus, ex allegatis per Nobilium. Et quamuis fortè ex stilo soleant peti commissiones in signatura cõtra dictum motum proprium, etiã in sententiis latis in absentem & contumacem; tamen fortè hoc fit in sententiis in absentem contumacem latis propter crimen, sed in latis ob non paritionem monitorij, & sic ob contumaciam non obstat Bald. *in l. ita demum, col. fi. C. de procurat.* quia non loquitur in eo, qui non habetur simpliciter pro confesso; sed ob causam reuocabilem ex sola comparitione, vt est iste, prout dictum fuit. Non obstant verba prægnantia motus proprij denegantia audientiam, etiamsi non sit inquisitus, quia est restrictus super crimine: sed iste non appellat nec auditur super crimine, sed solùm super contumacia, quæ differt à crimine.

Alia Decisio.

Die Lunæ 17. Maij 1567. Ro. Canonicatus S. Angeli, coram D. Cotta pro D. Iulio Nobilio.

FVIT tentum sententiam fuisse latam ob contumaciam tantùm, & non propter delictum; & quod sententia illa non fuerit diffinitiua, sed interloquutoria, expectans post se aliam sententiam; & sic quòd non priuet simpliciter, sed reuocabiliter. Primò, quia dicit per hanc sententiam declaratoriam, & non dicit diffinitiuam. Secundò, quia non habet delictum pro probato. Tertio, quia declarat incidisse in pœnas arbitrio nostro infligẽdas, & tamen non infligit alias pœnas, quàm monitum condemnat, vt in monitorio. Quartò, quia testes informatiui fortè non probant delictum, prout videtur apparere ex absolutione, subsequuta comparitione Nobilij; & in dubio ita videtur prognosticandum, quòd potiùs sit lata ex sola contumacia. Quintò, quia Iudex, qui tulit eam, ita declarauit. Sextò, quia ista sententia non habet delictum pro probato, nec perpetrato, sed pro imputato, & infamato. Non obstet resolutio, & sententia in Romana beneficiatus: quia ibi sententia erat lata propter delictum probatum, & non propter solam contumaciam: & quia habet delictum probatum, & dicit per hanc sententiam nostram diffinitiuam, & non constat de reuocatione illius; adeò quòd Iudex ibi declarauerat, licèt posteà fecerit gratiam. Et licèt Gubernator potuerit ex sola contumacia condemnare diffinitiuè, perinde ac si clarè esset probatum delictum, cùm habeatur contumax pro confesso: tamen Gubernator benè facit abstinendo se ab ista diffinitiua condemnatione passim, nisi quando crimen est notum, vel aliàs benè probatum. Non obstet stilus, quia non percutit casum nostrum, quando quis non condemnatur propter delictum, sed propter solam contumaciam; & non declarat, quando dicatur condemnatus propter delictum, alia bene euacuantur per informationes Nobilij.

Alia Decisio.

Die Veneris 22. Aprilis 1575. Imolen. Castrorum, coram R. P. D. Seraphino.

LICET in beneficialibus, in quibus Papa habet potestatem absolutam, teneat priuatio per eũ facta, etiam sine causa, vt per Mohed. 86. tali casu adhiberetur fides enũciationi ab eo emanatæ: tamẽ in profanis secus est: ideò verificãda est narratiua Clemẽtis in ea parte, in qua asserit Castra

Tossignagni & Fotanæ per priuationem Ricciardi de Aldiosiis ad cameram Apostolicam fuisse legitimè deuoluta;sed ex iis quæ deducuntur non fuisse verificata tenuerunt Domini:nam decreta Cameralia ostendunt priuationem fuisse factam in contumaciam,quo casu nõ poterat veniri ad exequutionem,nisi post annum, *l.fi.ff. de requir.reis.* & latè aliàs fuit decisum in vna Ro.Canonicatus,in foro Piscium,de anno 1567.corã R.P.D. Cotta. Alienatio verò Clementis facta fuit infra hoc tempus, ex quo apparet perperam factam fuisse, & de tempore, quo nondum fuerunt Castra ad Cameram deuoluta. Accedat decretorum nullitas, de qua ex inspectione cõstare videtur,cùm sint sine citatione. ¶ Assertioni autem procuratoris fisci cùm sit pars, non est credendum,*l.nullus,de testibus*, neque pro decretis cameralibus est præsumendum,cùm pro sententia lata contra absentem nihil præsumatur,nisi quatenus constat ex actis,Butr. *cons.*24. Cur.*cons.*103.*n.*5.*lib.*3. maximè quia de iure communi non potest quis ob cõtumaciam priuari bonis suis, vt per Doct. *in l.*1.§.*fi.ff.si quis ius dicen.non obtem.* ideo si vel de stilo, vel de consuetudine, aut vigore statutorum contrarium seruatur,talis probatio ex contumacia resultans dicitur priuilegiata, & sententia vigore eius lata nunquam transit in rem iudicatam,vt ex Innoc.Abb.Ang.Ro.Alex. aliisque tradidit idem Curt. *in allegato cons.* 37. Nec potest dici Ricciardum acquieuisse, cùm postea reclamauerit: cùm etiamsi non reclamasset,data iniustitia sententiæ,nihil ei obesset taciturnitas,cùm sciuerit ius suum sibi saluum esse. Nec obstat sententia vltimò contra contumacem Imolen. & Alidosium data:quia nunc de eius iustitia vel iniustitia quæritur:& si est sententia iniusta, vt ex deductis constare videtur, cùm concessio de feudo non deuoluto sit nulla,*c.*1.*si quis fecer. inuest.* vtique nec transiuit in iudicatum, neque confirmari, vel exequi potest,*c.inter cætera*,& ibi Doct.*de re iud.*

Alia Decisio.

Lunæ 16.*Decembris* 1575.*coram R.P.D. Seraphino Ciuitatis Castelli donationis.*

ILLVSTRISS.D.Alphonsus Vitellius de mense Decẽbris, anno 1562.condidit testamentũ,in quo hæredem instituit bo.me.Illustriss.Cardinalem Vitellium,eius fratrem, eadem die & loco,& eisdem Notario & testamento prefato,& volens versa vice D.Alphonsum recompẽsare, donauit eidem medietatem omnium suorum, mobilium & immobilium: adiecta conditione,quòd in euentum in quem D. Alphõsus mutaret testamentũ, donatio censeatur pariter annullata:& vice versa,si reuocaretur donatio, testamentum quoque reuocatum censeatur,& annullatum ad effectum conseruandi inter fratres paritatem, cúmque eodem tẽpore D.Alphonsus ob prętensa quędam delicta esset per sententiam Reuer. Gubernatoris Vrbis condemnatus ad pœnam excommunicationis, confiscationis omnium bonorum, exilij & vltimi supplicij;fuit dubitatum, an huiusmodi donatio valeret? Pro parte Illustr. D.Vincentij Vitellij hæredis pro medietate Illustr. Cardinalis & rei conuenti,allegabatur,dictã donationem nullius fuisse roboris vel momenti, vtpote quia collata in incapacem, stante dicta sententia,& deducebantur ad hunc effectum Bullæ à diuersis Rom. Pontificib. contra homicidas,bannitos,& alios similes editæ, quæ omnes fuerunt *per fœl.record.Pium V.* renouatæ,quib.conformis est dispositio iuris cõmunis,*l.eius,qui vltimo*,& ibi Bar.*ff.de pœ.* idẽ Bar. *in extrauag.qui sint rebell.verbo,rebellandi.n.*13. Bal.*in l.*1.*n.*15. *C.de sacrosanct.Eccl.* Abb.*in rubr.de testa.n.*4. Corn. *consil.* 63. *n.*13.*cum seq.lib.*2.cum aliis allegatis. ¶ Secundò deducebatur,hanc donationem fuisse correspectiuam ad testamentũ; ideo altero nullo existente, nẽpe testamẽto per proximè allegata,cùm banniti sint intestabiles tam actiuè, quàm passiuè,& tam de iure communi,quàm vigore Bullarum:donatio quoque nullius debet esse roboris & momẽti, cùm ita inter partes actum fuerit,Aym. *cons.* 170.*n.*13. *&* *cons.* 230. *n.*2. *cum simil.lib.* Confirmatur hoc fundamentum ex eo,quòd data huiusmodi correspectiuitate cum testamento D.Alphõsi, semper remansit nullum testamentum, & in cõsequentiam donationem quoque non valuisse. ¶ Tertiò, dicebatur non esse constituendam differentiam inter condẽnatum ob contumaciam, & non paritionem monitorij, & condemnatum propter delictum:tum quia prętendebatur,omnes sententias curiæ Gubernatoris cõtra absentes esse sub vna & eadẽ forma cõceptas,siue sint propter contumaciã, siue propter delictum:tum etiam,quia hæc non fuit lata propter solam cõtumaciam, sed propter delictum per septem testes probatũ, prout in copia,quæ data fuit. ¶ Præterea contumacem durãte contumacia non debere esse melioris conditionis quàm prẹsens pro vero delicto condemnatus,*ad no.in c.ex literis,de constit.* & ideo in simili sentẽtia contumaciali lata cõtra quẽdã de Mãtaco,Rota in vna Romana beneficiatus coram bo.me.Grato,de anno 1563.tenuit beneficiũ,quo priuatus fuerat ille,non potuisse recuperari,non obstãte absolutione subsequuta. ¶ Quartò adducebatur magis in specie,Bulla fœl.record.Iulij III.in qua opponentes se violenter & manu armata ministris iustitiæ, declarantur incurrisse crimen læsæ maiest.& ideo D.Alphonsus, qui pro simili excessu fuerat condemnatus, subiacere debet in omnibus pœnis, quæ à iure irrogãtur iis qui rei sunt læsæ maiest.*ff & C.ad leg.Iul.Maiest.* ¶¶ His tamen non obstantibus, DD. resoluerũt sententiam fuisse cõtumacialẽ, & ideo ea per comparitionem resoluta, euanuisse omnes eius effectus, ideo præfatam donationẽ ex hoc capite inualidam non esse.Moti fuerunt primò,quia in sẽtentia expresè declaratur, D.Alphonsum incidisse in pœnas contẽtas in monitorio ob non paritionem ipsius;ex quo sequitur,nõ propter delictum principaliter,sed propter contumaciam fuisse processum ad huiusmodi declarationem. & in simili fuit decisũ in vna Romana Canonicatus sancti Angeli corã D.Cotta,1567.vltima Februarij. ¶¶.Secũdò,quia an sentẽtia sit lata propter cõtumaciam, an propter delictũ, colligi potest ex actis.Nam vbi tãtummodo cõtra reum adsunt indicia,delictum arguentia, nõ autem clara & cõcludẽs ipsius delicti probatio; cùm sententia recipiat declarationẽ ex actis;dicendum est, condemnationem tali casu esse factã propter cõtumaciam,non propter delictum, sed ex testibus informatiuis curiæ delictum ipsum non probatur verè, cùm testes,qui deponunt D.Alphonsum eripuisse ministris curię quendã,sint de auditu, & sint duo tantùm:nam cæteri testes de visu nihil de eo deponant. ¶ Nec dictum Cardinalis videtur cõcludere,tum quia non erat præsens,tum quia videtur tẽdere ad sui exonerationem.Ne igitur arguatur Iudex iniustitiæ,cõsentaneum est,vt dicamus fuisse sentẽtiam latam in cõtumaciam:qua purgata,vt dictum est,euanescunt eius effectus,Alex.*in l.si mora,ff.sol.matr.* Fel.*in c.ex literis,n.*19.*vers. amplia* 2.*de cons.* Alc.*de præsum.reg.*3.*præsum.*22.& contumacia nõ probat delictum,Bar.*in l.absentem,n.*3.*ff.de pœ.* Cast.*in l.si servus, aut filius familias.n.*3.*ff.de ver.obl.* etiã adsit statutũ, vt contumax habeatur pro confesso:talis enim cõfessio est ficta,vt per Bero.*cõs.*202.*n.*41.*l.*3. Nec vigore Bullarum quicquam respectu condẽnationis in cõtumaciã innouatur, quãtùm ad casum de quo agitur cum DD.qui intelligũt eas procedere in dãnatis propter delictũ,non autẽ propter cõtumaciã;ponderãdo diuersas clausulas,quæ loquũtur de damnatis de delicto,vel de homicidio, & de homicidiis & talia committentib.vt ex lectura eorum colligitur.Neq;obstat incapacitas allegata respectu factionis testamenti,quia est ea intelligenda de criminosis & bannitis condemnatis propter delictũ,non autem propter contumaciam:nam propter contumaciam habent factionem testamenti. Ang. Aret.post Bar.*in* §.*cura autem,n.*8.*in fi.Inst.quib.mod.ius patr.potest solui.* Bossi *in pract.cr.ti.bãniti quid amittan,n.*12.*&* 13. Et ideo cessat argumentum sumptum ex actuũ correspectiuitate,cùm vterque valuerit ab initio,neq; opus sit conualiditate,neque confundendi sunt termini condemnati propter delictum,& condẽnati propter cõtumaciam,ex eo quòd stilus curiæ Gubernatoris sit vniformis in omnibus sentẽtiis: quia dato quòd res ita se habeat,ambiguitas sentẽtiæ declarari & tolli potest ex actis, vt suprà deductum fuit. Nec quicquam obstat decisio facta in causa Roma.Beneficiatus S.Petri, quia ex relatione Dominorum, qui tunc temporis erant in Rota, decisio illa fuit facta,ex eo quòd absolutio erat restricta in illo casu, & excipiebat bona fisco incorporata;& nunquã fuerat purgata contumacia,immò potiùs constabat condẽnationẽ emanasse propter delictum,non propter contumaciam;quamuis id ex sententia non appareat,sed potuit colligi ex actis, quòd etiã

ex copia

ex copia decisionis & forma absolutionis coniicere possum. Quantum ad Bullam fœl.record.Iulij III.si de delicto constaret,DD. censuerũt particulariter negotium esse discutiẽdum: ideo si pars Illustris D. Vincentij intendit super hoc capite audiri, ordinatum fuit vt audiatur.Finis decisionum.

¶Ex prænarratis itaque decisionibus Rotæ,& rationibus in ea expressis,ea in summa colligitur conclusio,quòd sentẽtia cõtra absentem lata, etiam vigore statutorum & consuetudinis,ac Bullarum summorum Pontificum,volentium cõtra ipsos posse procedi vti confessos,non dicatur ob delictũ, nec diffinitiua,quando per eam declaratur, non comparentem ob non paritionem monitorij incidisse in pœnas in ea contentas, sed ad hoc vt dicatur lata ob delictum,& diffinitiua sit,necesse est,quòd de eo constet in actis per testes idoneos de eodem delicto deponentes (& consequenter quòd reus infra annum comparens absque alia sentẽtia absolutoria recuperet bona annotata;nisi de delicto,vt præfertur,adsit in actis concludens probatio) prout etiam bene exemplificant Bald.*in l.1.n.9.ver.quãdoque fit propter delictũ,C.de hæred.inst.*Bero.*conf.*8.*n.*3.*&* *n.*11.*lib.* 2. vbi quòd ita fatentur omnes *in l.2.C.qui test.fac.poss.*Menoch.*cons.*492.*n.*23.*in fi.li.* 5.Quæ si vera sunt,cùm hodie omnes sententiæ in Vrbe ferantur nõ ex plenis & concludentibus probationibus super delicto,sed ex indiciis ad inquirendum sufficientib. vt suprà dixi,*n.*16.*in* 2.*limita.*sempérque in eis rei condemnentur ob non paritionem monitorij(quia talis inoleuit stilus) necessariò etiam dicendum est,quòd hodie apud nos in Vrbe regulariter comparens infra annum bona recuperat, siue nocens,siue innocens sit,& siue absoluatur,siue non:& sic expectata sententia præterquam in casu plenè & concludenter probati delicti.

¶Authoritas Rotæ certè magna est,& adeò apud omnes in excelso reposita,vt nullus Iudex ab ea audeat recedere. Ego tamen,qui contra supradictum Notarium officio priuatum ad fauorem collationis factæ per illustriss.DD.Conseruatores consulebã,non obstantib. prædictis decisionib.ac rationibus in ea expressis,dicebam,ac hodie etiam dico,quòd sententiæ,quę in Vrbe passim contra absentes ferũtur,sunt diffinitiuæ,& ob delictũ,non autem ob cõtumaciam,etiã quòd de delicto plenè in actis nõ constet,ac etiam quòd in eis regulariter reus declaret incidisse in pœnas in monitorio cõtentas ob illius non paritionem,& quòd propterea quando sumus in delicto, quod de iure meretur bonorum confiscationẽ (si enim delictum non est tale,tunc sentio quòd absque alio reus infra annum recuperat bona cõfiscata, vt dixi *sup.n.*89.) comparens infra annũ per simplicem cõparitionem non recuperat bona confiscata, nisi docto de innocẽtia fuerit absolutus,aliter secus.Et ad ita tenendũ mouebar, & moueor,

93 * ¶ Primò † ex communi Doct.conclus. quæ habet,quòd quando sentẽtia fertur cõtra absẽtes vigore statutorum volentiũ cõtumacem haberi pro confesso;ea dicitur lata,nõ ob cõtumaciam,sed ob delictum probatum, per dictam fictam cõfessionẽ,cuius nulla maior reperitur probatio.vt per Foll. qui benè loquitur in materia,*in pract.cr.in* 4.*par.*3.*par.prin. verb.etsi confitebuntur,n.*28.*&* *seqq.*Sed hodie nõ solùm in vrbe,sed de generali ferè totius orbis cõsuetudine,cõtra absentes proceditur vti confessos habitos ex contumacia, & vti * confessi cõdemnãtur, secund.aliam cõmunem,*de qua *sup.* latè dixi *in n.*3.*&*.4.in vrbe præsertim absentes cõdemnantur in pœnam cõfessatorum criminum:ergo sẽtentia contra eos lata non ob contumaciam,sed ob delictum lata dicetur.

¶ Maior huius argumenti propositio vltra trad. per Fol. *vbi sup.*quòd scilicet condẽnatus in contumaciã, tanquam confessus & cõuictus dicatur cõdemnatus ob delictũ,& non ob contumaciam,probatur authoritate eiusdem Bal.*in d.c.testimoniũ, n.*11.[secund.vnam impressionem,& secund. aliam, *n.*12.*ver.&* *nota valdè,*ac ibi etiã Fel.*n.*26.]*ext.de testib.&* *in l.si confessos,n.*44.*col.antep.ver.item vtrùm condẽnatus ex contumacia,C.de confe.&* *in cons.*193.*statuto ciuitatis,n.*1.*&* *seq. lib.* 2.Aret.*de malef.in verb. qui Iudex videns, quòd dicti inquisiti non cõparent.*& ibi Aug.*in add.n.*27.vbi secund Bal.*in l.*1.*ff. de in lit.iur.*colligit ex ea lege argumentum,quòd condẽnatus ex contumacia, non dicitur condemnatus ex maleficio, nisi statutum vltrà procederet, quòd contumax haberetur pro confesso;quoniam tunc dicitur cõdemnatus ex ficto maleficio,nõ ex vero,*per l si tutor,C.de interd.mat.*pulchrè Clar. *in prac.*§.1.*vers.si.incip.quæro etiam nunquid,&* *in q.* 44.*vers. dixi,quòd de iure comm.*ibi. *Sed si quis admitteretur*, & dicam *inf.in tit.de delict.q.* 18.*n.*28. Ioseph Ludou. *in com.op. concl.* 3.*in* 11.*ampliat.* vbi expresè dixit, quòd stante tali statuto cõdemnatus in cõtumaciam, dicitur cõdemnatus ob delictũ,& non ob contumaciã Ad idem latè Bonacos.*in com. op. par.*2.*in extrau.verb.bannum,&* *sententia,n.*13.*pag.mihi* 91. vbi inter alia dicitur, quòd hoc statutum,seu potiùs bannũ, quod Bart. & Doct. vocant *mortale*, & quod fertur contra cõtumaces,& dicitur latum pro crimine probato vigore fictæ confessionis ex contumacia resultantis, secundùm formam statutorum,& non pro cõtumacia:& latè idem etiam docet D.Flam.Car.post hæc scripta visus,*in suo tract.de exequ.sent.capto bannito,c.*1.*n.*37.*&* *seqq.* vbi etiam quòd statutum de vero maleficio,vel malefactore loquens,habet etiam locum in condemnato de maleficio in contumaciam,quando extat statutum, quòd contumax habeatur pro confesso, vt per Alex.*in cons.*164.*n.*8.*vol.* 7. Ruin. *cons.*84.*n.*7.*vol.*4. Gozad.*cons.*61.*n.*19.*&* 20.Bertazzo.*cons.*82.*n.*21.*lib. primo,* cum aliis ibi per eum allegatis.

¶ Secundò moueor,& illatiuè ex præcedẽti fundamento, quia sententia, quæ hodie de generali consuetudine fertur contra contumaces habitos vigore statutorum pro cõfessis, habetur à Doctorib.pro diffinitiua, & non pro interloquutoria,vt per Nattã *in cons.*542.*n.*6.*&* *seqq.*vbi quòd bannum est sententia interloquutoria, si fertur per modum mulctæ; sed vbi fertur in eum, qui vigore statuti habetur pro cõfesso,& conuicto, tunc est sententia diffinitiua, quia transit in condemnationem,& Nattam referendo sequitur D.Ioseph. Ludou.*d.concl.*3.*in pri.*vbi etiam expresè dixit, quòd bãnitus;qui vigore statuti habetur pro confesso, dicitur diffinitiuè bannitus;quia dictum bãnum transit in condẽnationem; & ante istos hoc idem affirmarunt [Bal.*in l.*1.*n.*12.*ante med. ver.&* *sic appar.&* *post n.*13. & ibi etiam Cor.*n.*5.*ante med. ver.quoniã sententia est verè diffinitiua,C.de hær.inst.*]Gand.*in t.quid sit agen.reo absen.n.*3.*vers.sed hodie do cõsuetudine,*Nell. *de bannit.in* 3.*par.primi tẽporis,in pri.&* *in fi.q.vers.potest tamẽ hæc pronũciatio,&* *in* 4.*pa.primi tẽp.q.*2.*prope fi. in discursu,*vbi semper hãc sententiã dicit diffinitiuã:sicut etiã diffinitiuã pariter nominarunt Cæpol.*cons.cri.*63.*n.*13. *in fi.ver. Vnde cõcluditur,*Natta *cõs.*239.*n.*2.*in fi.ver. Cuius vigore,*Cõrad.*in pra.tit.de contu.&* *bannito,n.*37.*in fi.fol.mihi.*449.*col.*2. cũ aliis,quos in proposito allegabo,*in seq.n.*94.*&* 95.*in tertio fũdamẽto,*Clar.*in pra.q.*44.*ver licèt autẽ, &* *ver. dictũ est.*vbi plures allegãtur testãtes etiam hodie de cõsuetudine contra absẽtes procedi posse in quocunque graui crimine ad sententiã diffinitiuam,& ante Clar.Cont.*in prac.tit.de cõtum.&* *bã. sub n.*37.& in terminis habemus vrbis statutũ,*lib.*2.*c.*2.*&* 6. *in nouis reform.*quo expresè cauetur,quòd porrecta querela Iudex citari,seu moneri facit querelatum ad se expurgandũ, & excusandum à querela,cum cõminatione, quòd si nõ cõparuerit,prõ confesso reputabitur & condemnabitur, eóque postea ter citato ad docendũ se paruisse, & non comparẽte, iterum eodem modo citatur ad audiendã sententiam &illius contumacia accusata, ad sententiæ diffinitiuæ probationem,iuxta delicti qualitatẽ proceditur.Ecce ergo,quòd licèt ob non paritionem monitorio reus condemnatur, quia tamen condemnatur tanquam confessus, ideo talis sententia diffinitiua,& ob delictum, non autem interloquutoria, & ob contumaciam reputatur, per prædicta duo fundamenta.

¶ Tertiò moueor ex altera cõ. *Doc.opin.volentiũ,quòd 94* illa propriè dicatur sententia diffinitiua,quæ post se nullam aliã expectat sẽtẽtiam,provt tradũt cõmuniter Doc. *in rub. ext.de re iud.*vbi præsertim Fel.*n.*11.latè Fran.*in c.cũ cessante, n.*36.*&* *seqq. de appel.* vbi plura de hac materia, & expresè etiam id probatur in illa decis.Cottæ *sup.*in cõtrarium allegata,*in prin.videlicet sub* 17.*May,*1567.¶ Sed sic est, quòd sẽtẽtiæ,quæ hodie in vrbe cõtra absẽtes proferũtur,absque alia sẽtẽtia cõtra condẽnatos exequuntur,si ad manus curiæ deuenerint,etiam quòd in eis declaretur monitũ incidisse in pœnas in monitorio cõtentas ob illius non paritionẽ,ac etiã quòd non plenè in actis constet de delicto, ac etiam quod condẽnatus nõ fuerit priùs positus in banno,vt demonstraui

sup.n.44.& inf.n.102.vers.sublimita id,quod dixi. Et hoc negare,prout videtur negari in eadē Cottæ decisione,*pariter in prin.*dū dicit,quòd tales sententiæ expectant post se aliā sentētiā,est pūctualiter negare id, quod quotidie oculis propriis seruari videmus.Ergo tales sententiæ nō interloquutoriæ ob contumaciā,sed ob delictū,& diffinitiuę dicuntur,in terminis,Boss.*in tit.de bannitis,n.3.*vbi quòd bannū dicitur sententia interloquutoria,† & quòd potest reuocari, quando expectatur alia diffinitiua sententia post illud;putà quando vigore alicuius statuti bannū fertur sub conditione ; vt si venerit infra octo dies,intelligatur bānitus ab eo liber;quia tūc post istud primum bannum fertur sententia diffinitiua contra talem contumacem, quæ dicitur secundum bannū:secus si nō expectaretur alia sententia,quia tunc bannum dicitur sentētia diffinitiua,secūd.Maria.Bald.Are.& alios quos ibi allegāt Natta *d.cons.542.n.6.* vbi quòd bannū est sententia interloquutoria,quando fertur sub conditione.¶ Idem,si ante litem contestatam feratur contra eū , qui inobediens est Iudici intendēti ad diffinitiuā peruenire:secus si nulla alia expectatur diffinitiua sententia, putà quando fertur contra contumacē, qui à statuto habetur pro confesso , quia tunc bannū dicitur sententia diffinitiua,& non interloquutoria, vt ibi per eum, *n.7.*qui ad id allegat & ponderat Bart.& Bal.in plurib.locis. Bonacos.*d.par.2.com.opi.in extrauag. eo. n.13. ver. bannum & sententiam,pag.* 93. vbi quòd hodie contra contumaces duo feruntur banna. Primum,quando comminatur Iudex,vt accusati comparere debeant in aliquo termino,quo elapso habebuntur pro confessis;& istud dicetur latum pro contumacia, quæ expectat aliam condemnationem. Aliud est bannum,quando condemnatur ex confessione emanata pro primo banno , & istud dicitur latum pro crimine , & non pro contumacia:faciunt quę suprà scripsi *in anteceden.n.93.in secundo fundamento,*& ad hęc in proposito plures adducit concordantes, & multùm eleganter loquitur Flam. Carta. post hæc scripta visus,*in suo tract.de exeq.senten.capto bannito,c.1. n.438.& seqq.*ex quibus, prout ipse etiam testatur, sic com-
* munitet *à Doctoribus receptum esse,dubitandum non est.
96 ¶ Quartò ad cognoscendum,† an sentētia sit interloquutoria,vel diffinitiua;an ob contumaciam, an ob delictū;crederem maximè inspiciendas esse pœnas in ea contentas,& si pœnæ contentæ in sententia erunt condignę delicto,erit potiùs præsumendum latam ob delictum, quàm ob contumaciam,quia non est præsumendū , quòd Iudex vellet pro contumacia pœnas illi non cōdignas imponere , & sic iniustitiā facere.Non enim esset iusta sententia , quæ pro contumacia pœnam delicti imponeret,cùm ea imponi non possit,vt latè Hippo.*in repet.l.n.130.& seqq C.de rap.virg* Sed sic est,quòd ob contumaciam non potest imponi pœna vltimi supplicij, Bal.*in l.data opera,n.16.C.qui accus.non poss.*Barb.*cōs.23.prope fi.vol.2.*minùs potest imponi pœna cōfessatorum criminum, Are.*cons.146.n.*1.Soc.*in l.1.n.12.& ibi in addit.sub litera A, ff.si quis ius dicen.nō obtempe.*cū aliis suprà relatis,*n.3.*& multò minùs pœna confiscationis bonorum,Doct. *in l.1.§.fi.ff.si quis ius dicen.non obtemp.*& habetur sup.illa decis. Rotæ corā Seraphino,sub die Veneris,22. Aprilis 1575. & latè Natta *cons.149.vol.3.*& dicā *inf.in t.de deli.q.18.sub quinta delictorū distinctione,*& tamen istæ omnes pœnæ in sententiis, quæ in Vrbis tribunalibus feruntur , apponi passim consueuerūt:ergo nō ob contumaciā,sed ob delictū Iudicem absentem condēnare voluisse,omnino præsumendū est,ne Iudex iniustitiæ arguatur; prout hoc eodem argumento ad sui fauorem vtitur Rota *in sup.allegata vltima decisione coram Seraphino.*
97 ¶ Quintò,† quando sententia est contra absentem lata ex præcedentibus probationibus super delicto, ea non ob contumaciam,sed ob delictum lata dicitur. Ita enim præsupponunt Domini de Rota *in suprà allegatis decisionibus,* & est gl. *in l.2.in verbo,absens,*& ibi Bal.*C.de contr.iud.tut.*id.Bal.*in l.2. C.quib.res iud.non noc.& in l.ingenuū,vol.1.vers.sed quæro,quis dicatur,ff.de stat.hom.*Fel.*in c.ex literis,de constit.* & est tex. secundùm eum,*in c.cùm olim,*ibi,*& licèt absenti,cū de susceptione liquidò constet,extr.de re iud.*idem Fel.*in d.c.cùm olim,col.9. & in c.fraternitatis,col.2.de hær.& in c.sicut,colum.9.de re iud.* quos & alios referendo sequuntur Gabr.*d.tit.de sent.concl.3. in 1.limitat.n.2.lib.2.*Tir.*cessan.causa,1.par.n.66.* Natta *cons. 540.n.29.vol.3.*Gul.Bened.*in repet.c.Raynut.verb.mortuo ita-que testatore,il 1.n.175.vers.præmissa intellige,ext.de testam.*Ioseph Ludou.*d.concl.3.in vndecima ampliat.* vbi hoc ampliat, etiam quòd testes examinati pro informatione curiæ non plenè probent ; dummodo Iudex illis fidem adhibuerit, vel adhibuisse potuerit ; quicquid in contrarium sensisse videatur Rol.*cons.29.n.31.vol.3.*[& ita And.Gayl.sup.allegatus *in tr.de pace pub.lib.2.c.5.n.11.& c.8.n.10.in fin.vers.aliud esset.*] Sed sic est,quòd ficta confessio ex contumacia resultans inducit legitimam,concludentem,& liquidissimā delicti probationem,vt per Bar.*in l.absentem,col.3.vers.3.ex gl. in fin.ff. de pœnis,* Ang.*in l.si is,qui,§.si tu Titium , n.4.vers.constare autem potest,ff.de furt.* Ang.*de malef.in verbo, qui dominus Iudex videns,quòd dicti inquisiti non comparent,n.28.* Aret.*cons.crim. diuer.71.n.33,vol.1.in fol.* Guliel.de Bened.*in c.Raynutius, in verbo,mortuo itaque testatore,il primo,n.147.in fin.ver.hodie tamē,ext.de testam.* Foller.*in pract.cri.in 4.par.3.par.principalis, verbo,etsi confitebuntur,num.28.& 34.* Bos.*in tit. banniti quid amittant,n.19.* Bonacos.*post suas com.opin. parte 2.in extrauag. vers.bannum,n.13.* Bertaz.*cons.82.n.16.libr.1.* Ergo in contumaciam tanquam fictè confessus condemnatus non ob contumaciam,sed ob delictum condēnatus dicetur. Quæ enim maior probatio est,quàm confessio?Nulla certè. Nec obstet quòd talis cōfessio inducta à statuto sit ficta vel præsumpta, non autem vera,vt per Ang.*in d.verbo,qui Dominus Iudex,n. 33.* Foll.*in d.verbo,etsi confitebūtur, n.38.* Guliel.*in d.cap. Raynutius,eodē verbo,mortuo itaque testatore,n.158.& 159.in fin & n.174.* Mars.*in pract.§.postquā,n.51* cū aliis relatis per D.Flā. Cartar.*in tract. de exeq.sent.capto bānito,cap.1.n.26.* vbi testatur de cōmuni* opinione,*& c.fi.n.8.* quia satis est,quòd veræ * æquiparetur, saltem quoad effectum : cùm paria sint,quem esse verè & ore proprio confessum in iudicio & solemniter, vel à statuto haberi pro confesso,vt per Bal. *in l.quoniā,col.1. vers.quintò nota.ff.de infam.& in l.si tutor,in pri.ver.item nota. ff.de interd.matr.* Nell.*de bāni.1.par.2.tēp.q.49.in fi.ver. quātū verò,& in 3.par.primi tēpo.q.8.ver.cùm ficta cōfessio,* Foll.*vbi sup.n.29.& 30.* Guliel.Bened.*vbi sup.n.157.in si. ver. hodie tamen,& n.158.* Mars.*in pract.§.postquā,n.35.* Aret.*cons.146. n.1.ver.secūdò est præmittendum,* Natta *cōs.142.n.4.* Cyri. *in sū. cri.t.de q.§.6.n.21.fol.156.à tergo.* sequitur Fla.Car.*d.c.1.n.29. 31.32.33.* Et pro hoc quinto fundamento facit etiam Bulla Pij V. sub datum Romæ idibus Septēbris,anno VI. 1571.in qua declaratur,sufficientes probantes ad condemnandū absentem,esse legitima indicia ad inquirēdum.Et iam certum est,quòd dictæ Bullæ & cōstitutiones Pontificū loquuntur in condēnatis ob delictum & non ob contumaciam. Ergo vbi legitima ad inquirendum indicia sententiam præcesserint, & multò magis in precedente ficta cōfessione ex cōtumacia resultante,concludendum est , eam sententiam dici debere ex legitimis super delicto probationibus , & consequenter ob delictum datam.

¶ Sextò aduertatur , quod omnis exbānitus dicitur exbānitus propter contumaciam,& hoc nō habet difficultatem, nec negatur: quia nisi esset contumax,non exbanniretur,vt notat Bar.*in l.omne delictum,vers.tu dicas,ff.de re mil.* sequitur Nel.*de bānit.2.par.2.tēporis,q.59.ante med.ver.exbannitus.* ¶ Sed an propter solā cōtumaciā,an verò etiā pro delicto quis exbannitus & condēnatus dicatur, attendenda est causa bāni,quia si pro causa ciuili pecuniaria, vel pro testimonio ferendo contumax bannitur ; & si contumaci non opponatur aliud crimen,quā contumaciæ;tunc vtique non dicitur bannitus pro maleficio : secus si accusatus & citatus pro aliquo delicto non cōparuerit,quia tunc sine dubio dicitur bānitus pro maleficio,& non pro contumacia.Sic in specie hāc materiam vltra Bar.*in d.l.omne delictum* , & Nell. *d.q.59.ver. & ideo si quis fuerit citatus,& q.60.* declarat Bal.*in l.si.C.de cr.stellio.* sequitur Ang.*de malef.in verbo,qui D. Iudex vidēs quòd d. inquisiti nō cōparēt, n.24.* Catel Cotta *in suis memor.ver.statutū,quòd bānitus possit impunè offēdi,in fi.ver.obstat tamē prædictis,* vbi testatur secūdū hāc distinctionē,se aliàs iudicasse.[& plurib.ac bene demonstrat And.Gayl.*in tr.de pace pub.li.2.c. 5.n.1.& seqq.*& nouissimè Tib.Dec.*in suis tr.cr.par.1.l.1.c.8.n. 6.*] ¶ Sed sic est,quòd quando hodie rei in Vrbe condemnantur in pœnis in monitorio contentis vocati priùs fuerunt,& citati,non pro cōtumacia,sed pro delicto:ergo & ob delictū cōdemnati dicuntur,licèt contumaces sint:licèt enim cōtumacia

macia de se non sit delictum, & ob id condẽnatum ob contumaciam non dici condemnatũ ob delictũ, affirmauerint Ang. *de malef. in d. verb. qui D. Iudex vidẽs quòd dicti inquisiti nõ cõparent, n. 26.* Alex. *in l. si mora, post n. 13. ff. solu. matr.* vbi * testatur de magis cõmuni* opinione, cum alijs quos refert, sed non sequitur, Iul. Clar. *in pract. §. 1. ver. fin. in princip.* & alios etiã refert D. Flam. Cart. *de exeq. sent. capto bannito, c. 1. n. 37. in fi. & seq.* Horũ tamen opinio intelligenda est, vt procedat in exbannito propter solã contumaciã: secus quando delictũ dat causã banno, vt per prẽallegatos Doct. & in specie per [And. Gayl. *d. c. 5. n. 3. & 4.* vbi alios refert, *& c. 6. n. 3.* & per] Catellian. Cottam *in loco præcitato*, vbi clarè dixit, hoc modo esse modificandam opinionem Doctorum *in d. l. si mora*, ac etiam in specie sic declarat, & concordantes adducit, idem D. Flam. Cart. *d. c. 1. n. 38. 42. & 43.*

98 ¶ Septimò, & vltimò, dato † etiam quòd sententiæ, de quibus loquimur, non ob delictum, sed ob contumaciã latæ dicerentur, prout contrariũ verius est *per supradicta*, adhuc tamen aduertendũ est, quòd non per hoc necessariò sequitur, quòd per simplicem comparitionem recuperat bona confiscata, quia illa regula, de qua *sup. n. 90.* quòd videlicet cessante cõtumacia, cessent etiã omnes pœnæ in eo contentæ, procedit & habet locũ in pœna successiua: secus in momẽtanea, prout est pœna pecuniaria & confiscationis bonorũ, quæ iam ob nõ comparitionem commissa est. Ita Abb. *in d. c. ex literis, n. 10.* & ibid. Fel. *n. 15. de cõst.* facit tex. *in d. c. ad audientiã, ext. de cri. falsi*, not. Archid. & Dom. *in c. 150. dist.* Tiraq. *cessan. cau. de 1. par. n. 68.* Foll. *in pra. cri. Cã. d. c. 33. n. 92.*

¶ Quibus sic stantibus, facilis est responsio ad contraria, licèt. n. in dubio sentẽtia cõtra absentẽ lata prẽsumatur potiùs ob contumaciã, quàm ob malã causam lata, præsertim quãdo in ea reus declaratur ob nõ paritionẽ monitorij incidisse in pœnas in ea cõtentas: hæc tamen conclusio pluribus modis limitatur, de quibus te remitto ad Feli. *in c. cùm Bertoldus, de re iud.* & Gabr. *in suis concl. tit. de sent. concl. 3. l. 2.*

¶ Et inter alias limitationes non habet locũ, vbi contumax condẽnatur tanquam cõfessus: item nec quando post vnam alia nõ expectatur sentẽtia: item nec quando pœnæ in sententia appositæ sunt cõdignæ delicto & non cõtumaciæ: itẽ nec quãdo est lata ex legitimis indiciis ad inquirendũ, quæ in hoc casu cõstitutio aliqua velit haberi pro cõcludẽtibus probationibus, prout hæc omnia sufficiẽter suprà probaui.

¶ Minùs obstat alia conclusio, quòd cessante contumacia per comparitionem debeant etiam cessare pœnæ ob cõtumaciam impositæ: nam præterquã quòd, vt suprà probaui, pœna confiscationis bonorũ hodie non ob contumaciam, sed ob delictum imponitur: adhuc tamẽ dicitur, quòd prædicta conclusio pluribus aliis modis limitatur, de quib. pariter te remitto ad Fel. post alios *in c. ex literis, de const.* Tir. *in trac. cessan. cau. par. 1. n. 57. & seqq.* Foll. *in prac. cri. canon. c. 33. n. 86. & seqq.* & prout suprà probaui inter alias limitationes ea habet locum in pœna successiua, & non in momẽtanea, prout est pecuniaria, & confiscatio bonorum.

¶ Dũ hæc allegaui in causa prædicta officij, & Notariatus actorũ pendentiũ criminaliũ curiæ Capitolij contra ipsum Franciscum dicto officio ob crimen concussionis priuatũ, re maturè discussa, & sæpius Aduocatis & Procuratoribus dicti Frãciſci & in voce & in scriptis auditis, Illustriss. DD. Conseruatores Vrbis huiusmodi causæ de voto triũ excellentium Aduocatorũ consistorialium, videlicet DD. Marij, Gabrielij, Petri, Pauli, Iustini, & Horatij [Burgesij qui post hęc impressa ob insignes animi sui dotes, & virtutes, creatus est Cameræ Apostolicæ Auditor] ac etiã de voto excellẽtis, & multũ in criminalibus iudiciis versati Doctoris, D. Cęsaris Luciani Neapolitani; non obstãtibus prædictis decisionibus Rotæ contra illum Notariũ nunciando declararunt, ipsum per simplicem cõparitionem (cùm nõ fuerit absolutus) minimè dictũ notariatũ recuperasse. Ab hac sententia pro parte ius habentis à Francisco fuit appellatũ ad Dom. Capitaneum appellationum Vrbis, qui suspectus allegatus postmodũ de voto R. P. D. Mutij Passamontij vtriusq; signaturæ Referendarij Consultoris electi iuxta formã statutorũ eiusdem Vrbis, ac etiã habito priùs alio voto à Dom. Bernardino Cotta Illustrissimi & Reuerendiss. D. Vicarij Vrbis in criminalibus Locumtenentis, sententiam Illustrissimorum Conseruatorum reuocando bene appellatum, & malè pronunciatũ iudicauit. Hodie adhuc causa hæc indecisa pendet in sacro Auditorio Rotæ coram Reuerend. D. Francisco Cantucio, nobili Perusino, Auditore, ob cuius assumptionem ad Episcopatum Lauretanum, in eius locum post hęc scripta subrogatus fuit Reuerend. D. Oranus, qui tandem die Mercurij 27. Nouembris 1591. me nõ informante, cũ eo tempore essem Locumtenens in criminalibus Illustr. D. A. C. canonizando decisiones præcitatas, videlicet Achillis, Cottæ, & Seraphini resoluit, per comparitionẽ prędicti Notarij, & eius constitutionem in carcerib. euanuisse sententiam contumacialẽ contra ipsum latã cum omnibus inde sequutis. Verùm cùm informantes contra successores Notarij nõ deduxerint fundamenta, quibus ego adducor ad sustinendũ contrariam opinionem, & ob id Rota non potuit illa ponderare, & in d. decis. Oran. nulla prædictis fundamẽtis datur responsio, ideò eadẽ decisione non obstante nullatenus recedo à mea opinione, de qua *suprà n. 89. & 92. in fi. ver. non obstãtibus prædictis, &c.* cũ qua etiã liberè dicere possum concurrere cõmunem* practicam omniũ tribunaliũ Vrbis. Habeo enim foliũ * subscriptum à tribus versatissimis & antiquissimis Notariis criminalibus, videlicet DD. Claudio de Valle, Notario Sanctiss. officij Inquisitionis, & olim Notarij Reuerend. D. Vrbis Gubernatoris, & Illustriss. D. Vicarij Lælij de Syndicis, & Ioannis Baptistæ Nucetti, qui per viginti annos & plus steterunt in exercitio Notariatus criminalis in Curia Reuer. D. Gubernatoris, necnon DD. Alexandri Baruccij & Pompilij Celij Procuratorum fiscalium substitutorum. Qui omnes in d. folio fidem faciunt, quòd de solito, & inueterato in Vrbe stilo, comparens infra annum per simplicem comparitionem bona non recuperat, nisi sequuta absolutoria sententia, & in casu sc. in quo de iure pro delicto non veniebat bonorũ confiscatio, & nõ aliàs, vt suprà dixi, *n. 89. & 92. in fi.*

¶ Et hæc mea opinio indubitanter procedit extra Vrbẽ, & in statu ecclesiastico, in quo rei non declarantur incidisse in pœnas in monitorio comminatas: sed tanquam culpabiles post primum bannum diffinitiuè condemnantur, quo casu cessant omnes rationes suprà in contrarium consideratæ.

¶ Bene verum est, † quòd si reus compareret ante sententiam, & condemnationem, tunc sine dubio per simplicem comparitionem, non expectata alia absolutione, recuperat bona annotata. Vbi enim non est condemnatio, ibi non est necessaria absolutio, & si qua est commissa contumacia per non comparitionem in termino monitorij, ea prorsus purgata est per comparitionem, iuxta tradita *suprà, num. 3.* & in hoc Doctores non controuertunt. 99

¶ Svblimita V. Principalẽ 13. limitationẽ, † volentem non posse exequi sententiã contra contumacem bannitum & condemnatũ, sed admissum ad nouas defensiones, vt non per hoc talis admissus releuetur ab onere probandi suam innocentiam: habet enim fiscus ex contumacia & confessione inde resultante, ac sentẽtia inde propterea subsequuta, intẽtionem suam adeò plenè fundatam, vt non sufficiat admisso comparenti negare delictum: sed debeat omnino suam innocentiam probare; probando contrarium eius, quod in sententia exponitur, vel elidendo probationes, & indicia, quib. talis sententia lata est, aliàs contra ipsum exequutioni demandata datur non obstante quòd fuerit admissus ad nouas defensiones, secundùm Ang. *in l. si cùm exceptio, §. hac autem actio, ad fi. ff. quod met. cau.* Castr. *cõs. 3. super 1. quæsito, n. 5. 6. & 12.* & ibi *in addi. n. 31. lib. 3. in nouis, aliàs 33. in antiquis.* Guliel. Bene. *in c. Raynut. in verbo, mortuo itaque testatore, il primo, n. 169. vers. sed si vellet reus, & n. 160. de test.* Bos. *in tit. de liter. Prin. n. 5. prope fi. ver. est verum, quòd Senatus*, vbi quòd per admissionẽ ad nouas defensiones Senatus non tollit fictam confessionẽ ex cõtumacia resultantẽ, sed solùm permittit, vt possit admissus se defendere: & ita apud eum seruari testatur, quia semper dicitur hoc casu impetrata restitutione, vt bãnitus possit se defendere, fiscum habere fundatam intentionem, & idem tradit *in tit. de remed. contra bannũ, sub n. 1.* ibi, *& ita demõstrata innocentia absoluuntur: aliàs exequutioni mittitur bannũ, & c. & eod. ti. de liter. Princip. pariter sub n. 1.* ibi, *si fur iste iure admittatur ad nouas defensiones, & doceat innocentiam suam, & cæt. & n. 3. in fi.* ibi, *Princeps tenetur cõcedere, vt possit ostẽdere innocentiam suã, & in tit. de supplicat. aduer. rem iudi. n. 3.* ibi, *& ma-* 1c

*gna causa videtur,quando quis supplicat,se non deliquisse,& paratum hoc ostendere in carcere ib.& c.*Felin.*in c.cùm Bertold.n.24. post med.vers.vbi dicit,& c.ext.de re iudic.* vbi ita aliàs testatur fuisse obseruatum.Blanc.*in tract.de indic.n.293.*ibi,*Item onus probandi innocentiam inducitur contra ipsum.* item Mandel. *cõs.56.n.22.*vbi,quòd ex condemnatione in pœnam mortis, & confiscationis bonorum,quam ob non comparitionẽ patiuntur cõtumaces;oritur tanta præsumptio cõtra eos,quòd quoad effectum iuris habentur pro confessis, & conuictis; adeò quòd si sponte vellent cõparere,id nihil eis prodesset, nisi clarè,& concludẽter probarẽt se omninò innocentes, & esse extra omnem suspicionem eius delicti, Ceph.*cons.140. n.1.& 2.vol.1.* vbi quòd in bãno,& in sententia curia ita habet suam intentionem fundatam,vt oporteat condemnatum liquidò ac manifestè suam innocẽtiam ostendere,ac eius oppositũ docere,de quo quis imputatus,querelatus, bannitus, & condemnatus fuit,Clar.*in pract.quæst.44.versic.quaro quando,& c.* vbi pariter cum Bossio ita apud eum seruari testatur, & quòd in causa cuiusdam Vayrani, qui admissus ad nouas defensiones nihil probare volebat,eò quia in processu nihil, quòd vrgeret,cõtra eum erat, Senatus Prætori Cremonæ in in hęc verba rescripsit:*Non dicat Vayranus sibi nõ opus esse defensionib.eò quòd nulla eũ premãt indicia:satis enim grauatur sẽtentia condemnatoria,quæ contra eum vrget. Quare illi tẽpus ad se defendẽdũ statuetis,& si quas fecerit defensiones,præscribetis;si verò nihil egerit,sententiã contra eum latam exequemini.* Concordat Vrbis statutum *lib.2.c.14.in nouis reformat.* vbi quòd diffidato,seu cõdemnato capitaliter ad mortem, si infra annum sponte se constituerit, terminus cõpetens statuatur ad suam innocentiam,si potuerit,probãdam,&c. Nisi ergo potuerit suã innocentiam probare, sententia contra eum exequatur,Franc.Becius *cons.11.n.1.& seqq.lib.1.*vbi post Bald.*in l.ita demum,ad finem,vers. pone ergo.C.de procur.* Cæp. *in cons. cri.63.n.12.& seqq.* & alios,quos allegat,reprobatis contrariis,ac præsertim Baldo infrà proximè allegando,*in cõs.crim. diuers.23.volu.1.in paruis,* secundùm veriorem & receptiorem *opinionem,concludit,quòd appellans à pronunciatione Iudicis,in qua cõtumax fuit declaratus pro confesso, habeat nihilominus in se onus probandi contrarium eius,quod ex dicta confessione resultat, & quòd per talem appellationem non censeatur sublata intentio fisci fundata super dicta pronunciatione,quòd scil.contumax habeatur pro confesso, & Decium refert & sequitur Bonacos. *in comm. opinio. libr. secundo,pagina mihi* 18.*col.quarta,vers.contumax semel citatus,* nec dissentit Baiard.*in addi.ad Clar.quæstio.44.n.76.* De quo tamen vltimo vide *infrà,n.103.in fine,vers.limita* 11.

¶ Contrariũ tradit gl.*in l.1. verbo, purgarit,Cod.de requir. reis,*vbi tenet,quòd isto casu vtrique accusatori. s. & accusato,incũbat onus probandi,sed quòd accusatore non probante reus absoluatur,quod idem est ac si dixisset, quòd accusatori & non accusato incumbit onus probandi.Albe.*in l.1. n. 5.ff.eod.* vbi quòd ita cõmuniter *practicatur & obseruatur, & est de mente Rolan.*in cons.60.n.30.ver.quando facit, vol.* 2.dicentis, quòd si post terminum banni comparet bãnitus, & negat se commisisse delictum, quod tamen videbatur tacitè confessus ex contumacia,audiendus est,Bald.*cons.cri.diuer.23. vol.1.in paruis,* vbi reprobatis contrariis concludit, quòd appellans à sentẽtia banni sufficit,quòd neget se commisisse delictum, & illud probandi onus isto casu fisco incumbet. Et idem de appellante tradit Boss. *d. tit. de literis Princip. n.* 5. licèt in admisso ad nouas defensiones sit contrariæ opinionis,vt suprà eum allegaui. Cessante enim contumacia, cessare etiam debent omnes effectus ex contumacia resultantes,iuxta superiùs tradita,*n.*90.

¶ Et bãnum per comparitionem resolui in simplicem citationẽ dixerunt Bar.*in l.1.§.si.ff.de requiren.reis.* Ang.*de malef.in verbo, qui dominus Iudex videns, quod dicti inquisiti non cõparent,n.4.in prin.& ibidem in vers.vnde secus,& n.5.in fi. vers.teneas autẽ,*Nell.*de bannit.in 3.par.primi tẽporis,quæstione secunda,prope fin.*Mars.*singul.72.n.secundo,*Boss.*in tit.de bãnit. n.4.vers.ita etiam.*Tiraquel.*cessan.caus. parte prima,num.* 39. Pract. Conrad. *in tit.de contumac. & bannit. n. trigesimonono,* Paul.Cason.*in cons.366.incip.Notandum est primo,vol. secundo, aliàs consilio tertio, n.1. libro 3.secundùm nouam impressionem,* Anch.*consilio 272.plenè,& subtiliter, n.2. & in vers. per. ista conclusio,in fin.* vbi quòd per comparitionem, bannum & contumacia sunt extincti,tanquam essemus à principio causæ,& sic denuò est cognoscenda;grauior etiam ex noua cognitione, seu mitior pœna est imponenda, & ante istos Bal. *in l.1.C.de postulan.& in l.ita demum,n.6.C. de procur.* Feli. *in ca.ex literis,n.35.de constit.*Et pro hac contraria opinione faciunt plures rationes consideratæ & relatæ per Fla Car.post hæc scripta visum,*in tract.de exeq.sent. capto bannito, ca.1.n.* 130.*& seqq.vsque ad n.*147.*iuncto n.*205. vbi etiam refert Doctores,qui dictam contrariam opin.tenent.Pro qua vltra præallegata & considerata ponderata ponderari possunt verba Bullæ Pij IV. datæ sub die 26. Maij 1565. registratæ per Car.*vbi supr.fol.261.*in illis verbis:Expectantes occasionem, vt per temporis diuturnitatem criminis probatio impossibilis reddatur,& tunc quærunt contumaciam remitti,& super defensionibus audiri, cùm probandi facultas est fisco sublata.* Ex iis enim verbis datur intelligi, quando quis admittitur ad nouas defensiones, fisco incumbat onus probandi: & propterea eadem Bulla non nisi sex mensium tempus ad comparendum concessit,ne ob temporis diuturnitatem probatio & probandi facultas sit fisco reddita impossibilis;aliter enim si admissus deberet in se aduersùs sententiam latam onus probandi suam innocentiam assumere,nihil fisci interest,quo tempore bannitus compareret. Vnde quando hodie signatura aliquem admittit ad nouas defensiones,solet semper apponere illam clausulam, *Sine præiudicio indiciorum ex contumacia resultantiũ,*& non dicit,*sine præiudicio probationum,* quasi quòd tacitè inferre velit, sententiam contra admissum facere debere nõ probationem,sed indicia;& sic nõ esse necesse,quòd admissus ad nouas defensiones probet plenè suam innocentiam:sed tantùm,quòd tollat indicia contra ipsum laborãtia.

¶ Prima opinio mihi & verior,& magis cõmunis * videtur,prout & veriorẽ,& magis cõmunem etiã dicit Fla. Cart. post hæc scripta visus,*in suo tra.de exeq.sen.capto bannito,c.1. n.163.ac etiã n.147.& seqq.vsque ad n.168.& n.206.& seqq. vsque ad n.225.in discursu,*vbi latissimè plurib. efficacissimis rationib.hanc comprobat opinionem; & contrariis respondendo demum *ibid.n.211.& seqq.*eam sine dubio procedere affirmat in statu ecclesiastico vigore motus proprij Iulij II. per Pium IV.confirmati,de quo in Bullario,*par.1.fol.743.& const.illius Pontificis in ordine* 68.quo cauetur,quòd bannitus, quando post sententiam in carcere constitutus per Principis rescriptum in suis defensionib.auditur super delicto, de quo fuit ob suam contumaciã habitus pro confesso, debet liquidissimis probationibus suã innocentiam probare ac patefacere;& sic ex delicto motu proprio non solũ requiritur probatio contraria, sed etiam liquidissima probatio. & in proposito bene facit Ang.relatus per Car.*vbi sup.n.206.in l.item si cùm,§.hæc autem,n.5.ff.quod met. cau.* vbi inquit, quòd si ex forma constitutionis bannitus habetur pro confesso, nisi compareat ante sententiam, sicut dicit constitutio Marchiæ, cui ius ipse meminit: quòd si ante primam sententiam non comparuit in causa appellationis, habetur pro confesso;& si pòst comparuit,oportet vt vincat,& quòd constet de sua innocẽtia liquidè, ex quo habetur pro cõfesso;subditque quòd licèt in cõtrariũ facit,quod not.gl.*in l.1.in prin.ff.de act. emp.* quod tamẽ primũ fuit obseruatũ,& quòd pro obseruãtia facit,quod notatur *in l.2.§.sed quia verum,C.de iuram.cal.*& in terminis statuti Perusini, & Tudertini,habentis contumacẽ pro confesso,cõsuluit Corn.*cons.194.vol.1.* & pro hac eadem opinione vide cõprobantem Baiard.*in addi.ad Clar.qu. 44.n.3.& seqq.iuncto n.76.* vbi inter alia dicit, ita obseruari in tribunali Illustr.D.A.C.& latiùs comprobat Sigism. Sca. *in tract.de iudic.caus.ciuil.crim.& c.lib.1.cap.97.74.in princ.& n.161.*vbi inter alia optimè probat,quòd satis dicetur innocentia banniti comparentis patefacta, nedum per contrarias plenas & concludentes probationes, sed etiam si indicia, in quibus sententia fuit fundata,fuerint elisa superabundanter. & ibi ponit exemplũ, quando scilicet ficta confessio censeatur sublata per cõtrarias probationes,vel per euulsionẽ indiciorum.¶ Nec obstent cõtraria,& in primis authoritas gl. *in d.l.1.in verbo,purgauerit,C.de requir.reis.*& Alb.*in d.l.1.n.5.ff. eo.*quia iura illa,vt etiã aduertit Clar.*in sup. alleg.ver. quæro,* quando loquuntur in terminis iuris communis, secundùm quòd absentes non condẽnantur,sed annotantur,Hodie autẽ

non

non agitur de absentibus annotatis, sed de condemnatis vigore statutorum volentium, contumaces haberi pro confessis: ideo licèt admittantur ad nouas defensiones, quia tamen habent contra se sententiam super delicto, quæ facit ius, opus est, vt eam tollant per probationem innocentiæ, quæ ratio cessat in iis, quorum bona simpliciter ex contumacia sunt annotata: comparendo enim contumacia est sublata. Et ita etiam optimè aduertit Clar. *d.c.1.n.127.*

¶ Minùs obstat authoritas Rol. *in d.conf.60.n.30.* & eorũ, quos ipse allegat. Nam dicunt ipsi, quòd comparés post terminum banni, & negans se commisisse delictum, audiendus est in suis defensionibus. Sed quales debent esse hæ defensiones: an scilicet sufficiat negare delictum, an verò debeat ipse suam innocentiam probare, minimè exprimunt.

¶ Multò minùs obstat authoritas Bal. *in d.conf.23.* Primò, quia loquitur contra communem Doctorum opinionem, de qua per Becium, qui illum expressè reprobat, *in d.conf.11. n.1. & seqq.* Secundò, quia loquitur in bannito appellante à sententia banni: nos autem in admisso ad nouas defensiones. Ratio diuersitatis inter casum, & casum ponitur per Boss. *d. titu. de literis Princip.n.5.*

¶ Nec etiam quicquam facit regula illa generalis., quòd cessante contumacia, cessare quoque debeant omnes eius effectus; nam stantibus statutis, quòd contumax habeatur pro confesso, sententia horum statutorum vigore lata, non ob contumaciam, sed ob delictum lata dicetur, ad tradita *suprà, n. 93.*

102 ¶ Pariter quoque nihil facit, quòd bannum per comparitionem resoluatur in vim specialis citationis, vt per Bar. Bal. Anch. Castr. & alios allegatos *suprà n.101.* quia istud est verum in primo banno, antequam contumax pronuncietur pro confesso, secus in secũdo banno, quòd habeatur pro diffinitiua sententia: ideo per simplicẽ cõparitionem non tollitur, ad suprà tradita, *n.95.* & expressè declarat practica Conradi *vbi sup.n.40.* vltra quod Doct. præfati loquuntur, quando bannitus comparet in termino banni sibi ad comparendum assignati, quo casu bannum ipsum resoluitur & extinguitur per simplicem comparitionem, prout bene adnotauit Flam. Car. *d.c.1.n.125.* secus si compareat post terminum banni, vt infrà dicam. Ergo multò magis, si post sententiam diffinitiuam, prout sunt termini quæstionis nostræ.

¶ Ad alias rationes consideratas & adductas per Flami. Car. *vbi suprà* allegatum, *ca.1.n.130. & seqq.* bene idem Car. respondet *ibid.n.159. & seqq.*

¶ Et demum non obstant verba Bullæ Pij IV. ibi, *expectãtes occasionem, &c.* sicuti suprà ponderata. Nam non sequitur, interest fisci, ne probatio fiat difficilis propter temporis lapsũ, ergo admissus ad nouas defẽsiones, nõ tenetur probare suam innocentiam, quia etiam quòd teneatur illam probare, prout tenetur, valde interest fisci delicti probationem non fieri difficilem, quæ isto casu non erit necessaria reo negante delictum, sed ad probandum contrarium, si forsan idem reus suam assertam innocentiam probauerit, valde fisci interest in promptu habere probationes contra probationes rei, & iste est sensus illorum verborum, aliter dicta Bulla esset contraria Bullæ Iulij II. & eiusdem Pij IV. de qua dixi *suprà, n. 101. vers. prima opinio.*

¶ Id autem, quod dicitur de stylo signaturæ, quæ ponit clausulam, *Sine præiudicio indiciorum ex contumacia resultantium*, pariter nihil est, quia signatura voluit prouidere in casu, in quo sola adest contumacia sine aliis probationibus: quo casu, vt infrà dicam, dubium non est, quòd reo non incumbit onus probandi suam innocentiam, licèt bene tantummodo torqueatur, cui quidem torturæ ob contumaciam inferendæ signatura præiudicare noluit: at vbi cũ contumacia alia concurrunt legitima indicia & probationes secus, nec isto casu prouidet signatura, quia iam per dictam Bullam Iulij II. prouisum fuit, quòd scilicet reus probet suam innocentiam liquidissimis probationibus, nec ita torturæ locus est, sed exequutioni sententiæ, nisi sic probet.

¶ Amplia Hanc quintam sublimitationem non solũ in comparente post sententiam, & admisso ad nouas defensiones, prout sunt termini propositæ sublimitationis, sed etiam in comparente ante sententiam post terminum banni: nã & tunc bannitus grauatur onere probandi suam innocentiã, &

ex dicto banno contra eum sequuto, fiscus suam habet intẽtionem fundatam: sic enim post Bart. Bald. Castren. Nattam, Cæpol. & Becium *in locis per eum allegatis* cõcludit Flam. Cart. *d.ca.1.n.156. & seqq. & n.163.* vbi testatur de veriori, & magis cõmuni* opinione, *& n.147. & seqq.* vbi pro hac ampliatione quinque validissimas adducit rationes, *& num.159. & seqq.* vbi respondet contrariis argumentis per eum ibidẽ relatis, *n.130. & seqq.* & inter alias rationes in proposito per Carrer. adductas; & potissimùm stringere videtur, quia quãdo statutum elapso termino banni habet contumaciam pro confesso, iam ab ipso statuto dicitur facta exequutio: vbi subintrat conclusio, quòd post factam exequutionem à iure, vel ab homine, moræ purgatio non admittitur, *l.is, qui ff. de leg. 2. l. qui ob rem non defensam, ff. de cond. inde.* & in terminis Pau. de Cast. *conf.3.n.6. lib.3. secundùm nouam impressionem.* Et licèt bannum ante sequutam diffinitiuam sententiam sit sententia interloquutoria, vt suprà dixi, *n.94. & seqq.* & per consequens reuocabilis, vt per Bald. *in l.1. C. de hared. inst.* isto tamen casu non potest per Iudicem reuocari, quia iam lapso termino banni inducta est à statuto ficta confessio, & sic ficta exequutio, vt per Cæpol. *conf.63.n.17. & 18.*

¶ Verùm ad præmissa vide Baiard. *in addi. ad Clar. q.44.n. 73. & seqq.* vbi cõtra opinionem Carta. *vbi suprà*, & defendẽdo Clar. *in d.q.44. vers. quæro nunc*, ibi, *Tu verò dic*, dixit verius esse, quòd bannito cõparente post terminum banni, ante tamen sententiam diffinitiuã, minimè incumbere onus probãdi suam innocentiam, sed quod satis sit negare delictũ, idque & Doctorum authoritatibus & rationibus comprobare conatur. Et pro hac contraria opinione facit, quia ståte generali consuetudine, de qua *inf. in ver. limita 2.* quòd scilicet cõtumaces nõ declarãtur pro cõfessis, nisi in ipsa sẽtẽtia, necessariò sequitur, quod quãdocũque cõpareãt ante sentẽtiã, nõ teneãtur docere de eorũ innocẽtia, per ea quę dixi *inf. in ver. limita 1.* vbi probaui cõtumacẽ nõ habitũ aut declaratũ pro cõfesso, minimè grauandũ esse onere probandi suã innocentiã.

¶ Limita 1. Præcedentem ampliationem non procedere, quando iam lapso termino banni comparens non fuerat declaratus per Iudicem pro cõfesso, secus si talis declaratio fuit sequuta. Primo enim casu nõ tenetur bãnitus docere de sua innocentia, & propterea, si ante declarationem prædictã cõpareat post terminum banni, & contra ipsum aliud non vrgeat, quàm ficta cõfessio inducta à statuto, si examinatus delictum negauit, absoluẽdus est, vt per Bald. *inter cri. diuer. lib. 1. in 4. folio, conf.23. incip. Titius accusatus*, Cast. *conf.3. col.3. & seq. lib.3. secundùm nouam impressionẽ.* Nell. qui hoc dicit indubitanter esse verum, *in tract. de bãnit. in 4. par. primi tẽporis, q.* 2. Franc Bec. *conf.11.n.1. lib.1.* qui ad hoc allegat etiam Nattã *in clem. sæpe, col.41. vers. an autẽ ille, cui est præfixus terminus, de verb. sig.* quos in proposito refert & sequitur Fla. Car. *de exeq. sent. d. cap.1.n.170. & seqq.* & in iis terminis intelligẽda sunt ea, quæ scripsit Sigismund. Scac. *in trac. de indi. cans. ciuil. cri. & c. cap.97.n.74.* vbi relatis contrariis argumentis, & rationibus hanc sequitur opinionem, & eam bene comprobat.

¶ Licèt enim, quando statutum seu constitutio habet contumacem pro confesso, prout sic illum habet Marchiæ cõstitutio, *lib.1 o.c.4.* non videatur necessaria Iudicis declaratio, cũ illa verba, *habeatur pro confesso*, videãtur importare canon. latæ sententiæ, non autẽ ferendæ, & sic ipso iure, vt per Archid. Io. And. Anch. & Dom. *in c.2. de cõfess. lib.6.* Ab. *in c.fi. col. 3. de iuram. cal.* & propterea quòd dicta declaratio non requiratur, tenuerint Rui. *conf.117. lib.5.* Sylua. *conf.100.n.11. & seq.* Barba. *conf.53.n.10. vol.2.* verius tamen est, quòd ista verba, *habeatur pro confesso*, non importent ipso iure, nec sententiam latã, sed ferendã, prout tenuerunt glo. *in d.cap.2.* post Io Mo. *in d.ca.2. in verbo, pro confesso, de confess. in 6.* item gl. *in ca. si diligenti, in verbo, causam perdant, post princ.* & ibi etiam Abb. *col.2. in pen. notab.* Maria. *in 2. notab. de fo. comp.* Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, n.217. C. de reuo. don.* vbi plures alios adducit concordantes, & magis in terminis Cast. *conf.3.n.13. vol.3. secundùm nouam impressionem*, Marsi. *de bannit. in verbo, contumacia, n.50.* quos in proposito refert & sequitur idem Flam. Cart. *vbi suprà, d.ca.1.n.183. & seqq.*

¶ Et in omnem euentũ, etiam dato, quòd dicta verba, *habeatur pro cõfesso*, importarẽt idẽ, quod ipso iure, adhuc tamẽ & in cõmissis ipso iure reiici declaratoriã Iudicis, tex. est *in l.*

Hospital Real Biblioteca

eius, qui delatorem, & ibi Bat. & ad Bar. Card. Alb. *in suis lucub. n. 1. ff. de iure fisci*, itē & tex. *in ca. cùm secundū*, §. *cōfiscationis*, & ibi Io. And & alij, *de hæret. in 6.* Anch. Dom. & Fran. *in cap. 2. de præscrip. in 6.* Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, n. 400.* vbi alios adducit cōcordātes, *Co. de reuo. dona.* idē Card. Alb. *in lucubra. ad Bar. in l. manifestè, n. 2. ff. de iureiur.* & in terminis Plot. *cons. 52. vol. 1. quod est repetitū inter cons. crim. diu.* * *cons. 72. n. 23. vol. 2. in fo* & hæc est communis* opinio, prout vltra præfatos videre est apud Gab. *concl. 12. n. 1. lib. 7. de crim.* Bursa. *cons. 14. n. 18. vol. 1. & cons. 225. n. 158. vo. 2. & cōs. 135. n. 13. vol. 3.* Tiber. Dec. *cōs. 11. n. 19. lib. 2.* quos pariter in proposito refert & sequitur idem Flam. Cart. *vbi suprà, d. c. 1. n. 187.* licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint.

¶ Secundo autem casu, quando scilicet sequuta est Iudicis declaratio volens contumacem esse habitum pro confesso: & tunc procedat ampliatio, quòd scilicet illi incumbat onus probandi suam innocentiam, si post lapsum termini in bāno præfixum comparuerit, etiam quòd ante sententiam: ex tali enim pronūciatione ius fisco quæsitū dicitur, qui etiam per priuatū acquiritur, gl. *in l. arbiter intra certum, ff. de arbi.* Bart. *in l. 1. ff. de iure fisci*, vnde mora purgari non potest in prēiudiciū fisci, cui iam est ius quæsitum. idē Bar. *in l. si insulā, in 8. q.* * & ibi communiter* omnes, *ff. de verb. obl.* & sic sequuta dicta declaratione, confessio remanet irreuocabilis; ex quo vt aliquid operetur, saltē debet trāsferre onus probandi contrariū in ipsum bannitum; sicut faceret vera confessio, si de illius errore quispiā docere vellet, *l. non fatetur, ff. de confess.* Liquidò igitur isto casu bannitus habitus pro confesso à statuto, & sic à Iudice declaratus, debet suam innocentiā probare, vt post Bald. Cæpo. Nellū, Bos. Cast. Natt. ac Bec. *in locis per eum allegatis*, cōcludit idē Cart. *d. c. 1. n. 178. iūcto n. 140. 164. & seqq. & n. 201.* vbi secundùm propositā limitationē declarat procedere opinionem Iul. Clari *in pract. q. 44. vers. quæro nunc*, simpliciter volentis bannito non incumbere onus probandi suam innocentiam, quando ante sententiam comparet; vt scilicet eius dictum intelligatur, dummodo iam non fuerit declaratus per Iudicem pro confesso; aliàs secus, secundùm præallegata. Et hanc eandē distinctionē latè comprobat Sigism. Scae. *in trac. de ind. cauf. ciuil. crim. & c. lib. 1. cap. 97. n. 74.*

¶ Limita II. Dictam ampliationem propositæ quintæ principalis sublimitationis (& hęc limitatio venit illatiuè ex præcedenti limita.) vt in Vrbe, & statu ecclesiastico bannitus comparens ante sententiam, etiam post terminum banni non teneatur probare suam innocentiā, sed tantū debeat elidere indicia vel probationes contra ipsum in processu laborantia circūscripta cōtumacia & ficta confessione. Et hoc, quia (vt notissimum est) tam in Vrbe, quàm in toto statu ecclesiastico, nunquam contumax declaratur à Iudice pro confesso, nisi in ipsa sentētia diffinitiua & condēnatione sequuta post bannū, dū in ea dici solet; *Habita inquisitio contumacia pro vera, & legitima confessione*, & sic talis declaratoria fertur insimul vnà cū cōdemnatoria, vt per Nell. *de banni. in 3. par. primi temporis, q. 10.* Mars. *in l. de vnoquoque, n. 183. ff. de re iud.* Ang. *de malef. in verbo, qui Iudex videns quòd inquisit. ver. quaritur tamen*, Aret. *in c. at si clerici, in princ. de iud.* Rol. *cons. 9. n. 38. vol. 1.* Clar. Bonac. & alij in proposito relati per Bart. *de exeq. sent. d. cap. 1. n. 179.* vbi etiā quòd per cōdemnationē cōtumacis, etsi in dicta condemnatione ipsum non declaret pro cōfesso expressè; tacitè tamē sic declarasse censetur. *& n. 181. & seq.* vbi in iis terminis declarat constitutionem Marchiæ, *lib. 4. c. 10.* quòd scilicet compatēti quandocunque ante sententiam, etiam post terminum banni, ei non incumbat onus probādi suam innocentiam, si contra se nil aliud habeat quā contumaciam. Et hoc, quia, vt dixi, nondum fuerat declaratus pro cōfesso, licèt teneatur elidere, vt dixi, indicia, vel alias probationes, si quæ contra ipsum aderunt, vltra contumaciam, & Flam. Cart. sic dicentē refert & sequitur Sigis. Scac. *in trac. de iud. cauf. ciuil. crim. & haret. lib. 1. cap. 97. n. 74. in fine.*

¶ Limita III. Eandem ampliationem, vt in casu, in quo comparens ante sententiam & post terminum bāni habitus & declaratus pro confesso, teneatur suam innocentiā demōstrare, si illam non demonstrauerit, non per hoc bannū contra ipsum latum exequi debet, sed noua opus est cōdēnatione. Sicut enim sentētia condemnatoria in contumacem lata nullo præcedente banno exequi non potest contra condemnatum, vt in terminis consuluit Ruin. *cons. 68. n. 5. lib. 5.* & id tam de iure communi, quàm vigore constitutionū Marchiæ verissimum demonstrat Flam. Car. *de exequ. sent. capto bānito, d. c. 1. n. 435. & duobus seqq.* ita pariter & bannum latum contra cōtumacem, nec etiam exequi poterit, si post bannū nulla fuerit sequuta sententia diffinitiua & condēnatoria, vt pariter in terminis concludit Alber. Brun. *in tract. de const. decre. & statu. in verbo, bannitus, ver. statutum nihil dicit*, & communem* testatur ex Bonacos. quē allegat, idem Fla. Car. *vbi* * *supr. n. 438. & seqq.* vbi hoc non solùm verū esse de iure communi, validissimis rationibus demonstrat, sed nullam prorsus habere difficultatem asserit, vigore Bullarum Pij IV. & V. quæ expressè loquuntur de sententiis exequendis, non contra bannitos simpliciter, sed contra condemnatos.

¶ Sublimita id, quod dixi *in principio præcedentis tertiæ limitationis*, vt scilicet non possit contra condemnatum condemnatio exequi, nisi banno præcedente, aliàs secus, vt id procedat in statu ecclesiastico extra Vrbem, in quo vigore constitutionum Marchiæ, vt idem Flam. Car. *in loco præcitato* testatur, non potest ad condemnationem deueniri, nisi prius contumax fuerit positus in banno, & de hac banni solemnitate ante sententiam condemnatoriam, communiter per Italiam receptam esse testantur plures relati per eundē Car. *d. c. 2. n. 426. & seqq.* & dixi *suprà, n. 44. vers. differt autem*, secus in Vrbe, in qua, vt suprà admonui, *n. 44.* non sunt in vsu talia banna: sed reo monito ad comparendū & se defendendū à delictis, de quibus in monitorio & quatuor vicib. citato ad dicendum causam, quare non debeat condēnari in pœnas in monitorio contentas, alia particulari citatione præcedente ad audiendum sententiam condemnatur in dictis pœnis: isto enim casu dubium non est, hanc condemnationem esse exequendā, prout quotidie exequi videmus, etiam quòd condemnatus per prius non fuerit positus in banno.

¶ Limita I. Eandem quintam sublimitationē, sic vt su- 103
prà ampliatam, vt licèt verum sit, quòd admisso ad nouas defensiones, comparentíve bānito post sententiā diffinitiuam, vel postquam est habitus pro confesso ante sententiā incumbat onus probandi innocentiam suam: item licèt pariter verum sit, quòd nisi de ea docuerit, sententia contra ipsum lata exequenda erit: hoc tamen vltimum de exequutione sententię, tunc demum procedet, quando eadem sentētia erit lata, vel ex præcedentibus plenis & concludentib. probationib. super delicto, prout regulariter de iure sententia ferri debet, iuxta superiùs tradita, *n. 16. in 2. limitatione*, vel si ex legitimis præcedentibus indiciis ad inquirendum, iuxta formam motus proprij Pij V. de quo dixi *suprà, eodem, n. 16. vers. Prima tamen, &c.* indicia tamen huiusmodi sint talia & tā grauia, vt verisimiliter inducāt Iudicem ad certò credendū, quòd bannitus deliquerit, aliàs secus: ita enim hāc materiam declarat Boss. *in suprà alleg. tit. de liter. Prin. eod. n. 5. in fine*, vbi firmata cōclusione, quòd admisso ad nouas defensiones incūbat onus probandi innocentiam suam; & quòd nisi illam probauerit, sentētia erit exequēda, subdit postea hęc verba: *Est verū, quòd Iudices referunt Senatui statum causę, & Senatus ipse exequitur confessionē si ex qualitate indiciorū tutā habet conscientiā suam, quòd bannitus deliquerit, & non exequitur, si aliter videt. & aliquādo etiā vt plurimū iubet torqueri*, ad idē Clar. *in dic. qu. 44. eod. vers. quæro, quādo*, vbi quòd in illo Ducatu in admissos ad nouas defēsiones, qui nihil de sua innocētia docuerint, solet exequi sententia & condemnatio: vel saltē torquētur, aut puniuntur aliqua alia pœna extraordinaria arbitrio Iudicis: & hoc arbitriū nō poterit regulari, nisi vt Boss. dicebat ex probationib. quæ sunt in processu; quia si plenè constat de delicto, vel indicia sint tam grauia, vt tutā reddant Iudicis conscientiam, super delicto banniti exequitur sententia: sin minùs torquetur, vel pœna commutatur: facit idem Clar. *in q. 69. vers. sed nūquid*, vbi quòd id, quod dicit Boss. quòd scilicet Senatus non exequitur contra bannitum sententiam, nisi tutā habeat conscientiam de delicto, debet intelligi in admisso ad nouas defensiones, non autē in vi capto, & non admisso. Et demum faciunt pro hac eadem declaratione, quę nouissimè in proposito scripsit Flam. Car. *vbi suprà di. ca. 1. n. 215. & seq.* vbi post Boss. *in locis ibi per eum allegat.* concludit, quòd quando bannitus est condēnatus ex debilibus indiciis, tunc eo casu sufficit probare eiusdem innocentiam minùs plenè:

ad quod

ad quod allegat etiam Bertazzo. *cons.* 146. *nu.* 25. *& cons.* 119. *nu.* 23. *vol.* 1. *& cons.* 223. *post n.* 18. vbi quòd licèt isto casu probatio rei non sit adeò concludens, vt tollat probationem seu præsumptionem sententiæ; satis tamen est, quòd illam dubiam reddat, quia tunc sententia nullo modo exequi potest; sed bene in supplementū reus torquetur, vt ibi per eum: qui propterea testatur, quòd ita quandoque in Ciuitate Ferrariæ seruatum fuit. Et vide etiam in proposito eundē Cart. *d. c.* 1. *n.* 218. *& seqq.* vbi ponderat dicta per Bossium & Clar. *in locis allegatis.* & post huius libri secundam impressionem, vide Sigismun. & Scacciam *in tract. de ind. cauſ. ciuil. crim. & c. lib.* 1. *c.* 97. *n.* 161. *in verſ. quid tenendum, propeſi.* vbi dicit, quòd quando admissus ad nouas defensiones non sufficienter elisit indicia contra ipsum laborantia, tunc vel torquetur, vel condemnatur in pœnam extraordinariam.

¶ Limita II. Dictam quintam principalem sublimitationem, vt non procedat, quando comparens bannitus appellasset à sententia contra ipsum lata: quia tunc cum per appellationem extinguatur pronunciatum, sufficit appellanti postea negare delictum, & fisco incumbet onus probandi dictum delictum, non autem bannito innocentiam suam, vt per Bal. *inter consilia crim. diuerſ. conſ.* 25. *vol.* 1. *in paruis.* Nel. *de bann.* 1. *in* 4. *parte primi temp. q.* 2. Boss. *in tit. de liter. Princ. n.* 5. vbi hanc esse veritatem arbitratur, & horum dicta bene ponderat, & latiùs explicat Flam. Cart. *d. c.* 1. *n.* 204. 207. *& seqq.* vbi tamen, quòd hæc limitatio non seruabitur, nec in vrbe, nec in statu ecclesiastico: ex quo tam vigore constitutionum Marchiæ, quam vigore Bullarum Summorum Pontificum, non admittitur appellatio à sententiis latis contra absentes contumaces, vt sup. à deduximus, *n.* 48. *verſ. apud nos tamen*, & ita eandem limitationem non seruari in Ducatu Mediolani testatur Bossius *in loco praecitato*, cùm in eodem dominio non possit à sententia criminali, nec diffinitiua, nec interloquutoria appellari, vt ibi per eum.

¶ Verùm vbi essemus in casu, in quo de iure bannitus appellare potest, nec appellationi repugnaret aliqua consuetudo, seu constitutio, prout in statu ecclesiastico repugnant, & tunc ex prædallegatis verius crederem, bannito appellanti non esse necesse suam probare innocentiam; quia per appellationem sententia contra ipsum lata saltem dicitur suspensa, quamuis contrarium senserit Baiar. cum allegatis per eum *in add. ad Clar. q.* 94. *n.* 7. *& q.* 44. *n.* 76. Beccius, & alij relati *supra, hac eadem quæſtio. n.* 100. *in fine* 1. *verſic.*

104 ¶ Limita III. Eandē quintam sublimitationem procedere, vel in admisso ad nouas defensiones; & sic in cōparente post sententiam diffinitiuam, vel condemnationem; prout propriè sunt termini dictæ sublimitationis, vel etiam comparente ante sententiam, sed post terminum banni, & postquam fuit habitus & declaratus pro confesso, prout pariter suprà dixi, *n.* 102. *verſ. amplia hāc quintā, & c. & ſeqq. verſiculis.* vnde secus in comparente ante sententiam, & ante lapsum termini in banno ad comparendum præfixi: isto enim casu ridiculum est dicere, quòd ipsi incūbat probare innocentiam suam, quia comparendo in termino banni, bannum extinguit, vt per Bal. Bar. Feli. Castren. & alios allegatos *suprà n.* 101. & extincto banno, remanet comparēs in puris terminis iuris cōmunis, vnde fisco non probāte, reus absoluendus est *vulgata l. qui accuſare. C. de edendo.* Et bannū, quod hodie cōtumacibus datur, succesſit in locum annotationis bonorum, quæ antiquitus fiebat, vt notat Bar. *in conſ.* 107. *n.* 3. Sed de iure communi comparens in termino annotationis bonorum, videlicet infra annum, non tenetur docere de sua innocētia, vt per Guliel. Bened. *in ca. Raynutius, par.* 2. *verbo, morino itaque teſtatore, n.* 152. *de teſt.* Albe. qui ita communiter * seruari attestatur, *in l.* 1. *n.* 5. *ff. de requiren. reis.* Clar. *in pract. §. fi. q* 44. *ver. quando reus, & dixi ſupra, n.* 2. Ita pariter nec docere tenebitur comparens in termino banni, prout ex iis rationibus motus in terminis hanc firmat limitationem idem Car. *de exequ. ſent. capto bannito, dict. c.* 1. *n.* 125. *& ſeqq. & n.* 434. vbi & aliam reddit rationem, quia scilicet ante lapsum termini, contumax non habeatur pro confesso.

¶ Limita IIII. Dictam quintam sublimitationem, quæ sine dubio secundùm rationes, & authoritates Doctorum in ea allegatas, procedit nedum in admisso ad nouas defensiones post annum comparente, vel etiam infra annū capto: sed etiam in sponte infra annum comparente; vt quidquid sit de iure, de facto tamē & in practica solùm procedit, & seruatū in admisso ad nouas defēsiones à Principe ex speciali gratia, putà, vel si compareat post bannum, vel si infra annū fuerit captus: tunc enim tenetur sic admissus suam demonstrare innocentiā, aliàs subiicitur executioni sententiæ; secus in sponte comparente infrà annū, qui non à Principe, sed à solo Iudice recipitur, & auditur: tunc.n. si sentētia fuerit lata ex solis ad inquirendum indiciis, nullatenus executioni demandatur, etiam quòd compareat in termino sibi à cōstitutionib. concesso. Et ita vt verum fatear, semper apud nos seruari vidi, & ita etiam post huius libri primā impressionē fisco contradicente in causa grauissima, me in Vrbe Iudice existente Illustriss. D. Auditoris Cameræ, fuit resolutū, etiā sic sentiente sāctissimo, & sapiētissimo nostro Pontifice, Clemēte VIII. qui huic meæ deliberationi libenter accessit. Secus tamen crederem, quando sententia fuisset lata ex concludentibus probationibus; quia tunc indistinctè erit exequenda etiam in sponte infra annum comparente, nisi de contrario docuerit.

¶ Limita V. Eandem quintam sublimitationē non procedere, quando Princeps expresse contumaciā remisisset, vt putà dicēdo, *fiat iuſtitia nō obſtante contumacia*: tūc enim onus probandi delictū, videtur translatū in fiscum, secundū Bal. *in conſ.* 12. *li.* 1. qui licèt loquatur in ciuilibus, videlicet in terminis statuti volentis contumacem in respondēdo positionib. haberi pro confesso: eius tamen rationes procedunt, etiam in criminalibus. Et Baldum sic dicentem in proposito refert, & sequitur Baiard. *in add. ad Clar. q.* 44. *n.* 17. vbi etiam docet, quid iuris, si Princeps admisit ad nouas defensiones nō obstante condemnatione, dicitque ex hoc non esse elisam sententiam cōtumacialem, ex Vulpell. quem allegat *in conſ.* 105.

¶ Sed hic incidenter quæro, † An testes, qui pro curiæ in- 105
formatione examinati sunt parte non citata, & eorū vigore processum est ad inquisitionē, & deinde ad condemnationē, debeant reo admisso ad nouas defensiones iterū examinari, vel repeti parte citata, iuxta *l. ſi quando C. de teſt.* An verò absque alia repetitione, & citatione in odiū contumacis fidem faciant? Resolutio huius quæstionis traditur per Clar. *pract. in q.* 11. *ver. itē quaro, nūcta q.* 45. *ver. caterū ſi reus, in fi.* vbi dicit, quòd licèt de iure cōmuni reus debeat citari in receptione & examinatione testiū in causa inquisitionis, specialisque cōtra eū formatæ, aliter contra eū fidē nō faciāt: neque ad sēntiā, neque ad torturam, secūdū cōmunē, * de qua testantur * Blan. Ant. de But. Aret. & Ant. Gomez per eū allegati: cōiter * tamē & de generali cōsuetudine practicatur cōtrariū, quia * s. siue super generali, siue super speciali inquisitione, siue etiā super accusatione testes recipiantur, illi sēper examinantur, partis citatione, & ex eorū dictis deuenitur etiā ad sententiā diffinitiuam, de qua generali cōsuetudine Doct. Blāc. Foller. Alex. Cas. Berbet. & Iod. *in locis per Clarū vbi ſuprà allegatis*, apertè testati sunt. Bene verū est, secūdū quod Mediolani idē Clar. seruari dicit, apud nos eodē etiā modo seruatur, quòd si contra absentē non est processum ad condemnationē, vel si antequā condemnaretur, cōparuerit; tunc illi testes informiter pro informatione curiæ recepti nullā, nisi denuo ipso citato formiter repetantur, vel ad eius faciē confrontentur, fidem faciunt: sed si post sententiā comparuerit, & fuerit admissus ad nouas defensiones, absque alia citatione & repetitione plenā fidē faciunt, iuxta præfatam consuetudinē, & in odium cōtumaciæ ipsius comparentis post sententiā, secūd. Clar. *in d. ver. caterū ſi reus*, vbi quòd propterea Senatus valde reprehendit Prætorē Valentiæ, qui in causa Petri Nouati admisi ad nouas defensiones, citauit testes ad repetendū, & ita etiam cōmuniter seruari testatur Clar. *in tract. de exequ. ſent. capto bannito, c. fi. n.* 175. vt & ipse hanc comprobat conclusionem, nec dissentit Masc. qui Clarum, *vbi ſuprà* refert, & sequitur *in tract. de prob. par.* 1. *concl.* 496. *n.* 13. vide tamen quæ dixi *in ti. de oppoſ. contra teſt. examen. q.* 72. *n.* 100. *& ſeqq.*

¶ Limita XIV. & principaliter, propositam huius quæstionis regulā, vt procedat quoad pœnā criminalem, vel corporalē, vel etiā pecuniariā fisco applicandā, quoad quā ficta confessio suum operatur effectum, secus autem quoad pœnam ciuilem parti applicandam, vel quoad eius damna & interesse, quoad quæ sententia in contumaciam lata ex qui non debet, secundùm Anch. *conſ.* 408. Cor. *conſ.* 300. *lib.* 3.

Bernar.de Landr.ad Ang. *de malef. in ver. qui Iudex videns, post n.34.*Foller.*in prac.crim.in ver.etsi confitebuntur, in 4.par. 3.par.n.40.*quos & alios in proposito refert & sequitur Flam. Cart.*de exeq.sent.c.1.n.394.& seqq.*nec dissentit Grat.*cons.72. n.12.li.2.*& fuit doctrina Bal.*in l.qui crimen,n.28.C.de his,qui accus. non poss.* vbi dicit, quòd licèt Iudex criminalis possit reum culpabilem repertum reincidèter condemnare, etiam ad restitutionem rei, seu damna,& interesse;hoc tamen procedit,quando de delicto constat per propriam & veram eiusdem rei confessionem ; secus si per fictam. Et hanc Bal. doctrinam communiter* receptam testatur Rolan. *cons. 30.n. 18.lib. 2.* subdens quòd licèt quando reus est per testes conuictus, aliqui teneant contrarium ; quando tamen is condemnatur ex contumacia,nullus est contradictor, vide alios allegatos *sup.quæst.1.n.66.*

¶ Verùm hanc differentiam inter pœnam criminalem,& ciuilem Doctores communiter*non admittunt,prout testatur Guliel.Bened.*in cap.Raynut.in verbo, mortuo itaque testatore,il 1.n.175.in fine,ext.de testam.* ea ratione, quia si contumacia operatur confessionem, quoad pœnam criminalem, multò magis debet eam operari, quoad ciuilem, & Guliel. refert post alios Ioseph. Lud. *concl. 3. vers. quib. coniecturis,* præsertim quando sententia fuisset lata non ex simplici contumacia,sed etiam ex probationibus præcedentibus, vt ibidem per Lud.*d.3.concl.in 3.& 11.ampl.*& dixi *sup.n.97.* Et hanc contrariam opinionem reprobato Roland.in loco præcitato, defendit Baiar.ad Clar. *q. 2.n. 10.& 11.* vbi alios refert : dicitque esse valde ridiculosum aliter dicere, & idem sensisse videtur *in q.94.n. 39.* vbi dixit, literas Principis admittentes condemnatum ad nouas defensiones, operari etiam quoad interesse tertij, in quo condemnatus extitit, ex Bosi.*in titulo de literis Principis,num.2.*

¶ In hac contrarietate vide Clar.distinguentem *in pra.cri. §.fin.q.2.n.2.sub vers. & hac quidem conclusio. in fin.* vbi dicit, primam opinionem procedere, quando condemnatio restitutionis rei,seu damnorum & interesse prouenerit ex eadem lege,vel statuto puniente criminaliter delinquentem;secundam autem procedere, quando condemnatio ciuilis prouenit ex eadem lege,vel statuto, quo reus de crimine punitur.

¶Et per hęc in hoc vltimo die anni 1581.ad laudem Omnipotentis Dei, & eius gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ sit impositus finis huic tit.*de Inquisitione,*qui fuit primus, quem ex meis iuuenilibus laboribus & Summariis ac Repertoriis in criminali materia in hunc ordinem, & in scriptis redegi. Quibus quidem Omnipotenti Deo,& eius Virgini Matri maiores hac in re, quas possum & ago & debeo gratias: quòd & propter grauem infirmitatem, qua etiam ad præsens laboro (cras enim quartanæ febris impetum solitum, & iam per duos menses post longam antecedentem ęgritudinem consuetum in lecto morans,expectabo)animique infinitas molestias, & ægritudines, quib. per duos continuos annos ob maleuolorum calumnias, & inimicorum me persequentium potentiam, etiam cum maximo vitæ meæ periculo oppressus & grauatus fui : nunquam titulum hunc ad perfectum finem perducere valuissem, nisi Diuina gratia mihi succurrisset ; in qua,hominum spe prorsus derelicta, potissimùm confidendo, ad omnia forti animo sufferendum vires dedit & dabit,vt spero,&c. Laus Deo.

Finis Tituli de Inquisitione.

PROSPERI

PROSPERI FARINACII
IVRISCONSVLTI ROMANI,
VARIARVM QVÆSTIONVM, & communium opinionum criminalium,
LIBER PRIMVS.

De Accusatione, Titulus Secundus.

ARGVMENTVM.

Ad accusandum, quę personæ admittantur, & quę repellantur.

SVMMARIVM.

Inquisitio hodie successit loco accusationis, num. 1.
Querela hodie successit loco accusationis, n. 4.
Accusatio quid sit, n. 2. Quotuplex sit, ibidem.
Accusationis forma, n. 2. In quo differat à denunciatione, ibid.
Accusatio vt sit valida, quæ requirantur, n. 2.
Accusatio, an debeat continere locum & tempus, n. 2.
Accusari qui & quos possint in vno & eodem libello, n. 2.
Accusatio de quo crimine admittatur, n. 2.
Accusationis materia, per quos generaliter tractetur, n. 2.
Querela potest dari etiam ab eo qui accusare non potest, n. 3. 4. 6. vbi declaratur.
Querela quomodo debeat fieri ad hoc vt sit valida, n. 5. 6.
Accusare in priuatis delictis nemo potest, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, n. 7.
Accusare in publicis delictis vnusquisque potest, quia iure in specie prohibitus non reperitur, n. 8.
Accusare in priuatis delictis vnusquisque potest, vbi pœna fisco applicatur, n. 9.
Filiusfamilias in criminali iudicio tam agendo quàm se defendendo potest, sine patris consensu comparere, n. 10.
Forensis potest etiam accusare in delictis publicis, n. 11.
Clericus quando ab accusando repellatur, n. 12.
Laicus non potest clericum accusare. Amplia siue ciuiliter, siue etiam criminaliter agatur. Amplia etiam in patrono Ecclesiæ. Limita primò, in criminibus exceptis. Secundò, in crimine dilapidationis bonorum Ecclesiæ. Tertiò in laico parochiano. Quartò, si suam vel suorum iniuriam prosequatur. Et quid iuris de clerico prima tonsuræ, n. 13.
Milites quando ab accusando repellantur, n. 14.
Minor quando ab accusando repellatur, n. 15.
Mulier quando ab accusando repellatur, n. 16.
Infamis quando ab accusando repellatur, n. 17. & seqq.
Constitutus in peccato mortali, an possit accusare, n. 22.
Accusator, quando possit accusatorem recusare, n. 23.
Excommunicatus ab accusando repellitur, n. 27. & seq. Amplia hoc etiam de iure ciuili, n. 29. & seqq. Amplia etiam quòd prosequatur suam, vel suorum iniuriam, n. 31. Limita in excommunicato excommunicatione minori, n. 22. & seqq.
Excommunicatus æquiparatur mortuo, & bannito, n. 27.
Excommunicatus in iudicio comparere non potest, n. 28. tam de iure canonico, quàm ciuili, & tam in foro ecclesiastico, quàm seculari, n. 29. & seqq. Fallit hoc in excommunicato excommunicatione minori, n. 32. & seqq.
Excommunicatus maiori excommunicatione arcetur non solùm à Sacramentorum perceptione, sed etiam à fidelium communione, n. 32. Excommunicatus autem minori excommunicatione tantùm à Sacramentorum perceptione excluditur, n. 33.
Inimicus ab accusando repellitur, n. 34. Amplia etiam in eo, qui habitat cum inimico, n. 38. Item in criminibus exceptis. Item in inimico reconciliato de recenti, secus si ex interuallo, n. 41. & seqq. Item in Notariis, n. 40. in 2. ampliatione. Amplia etiam quod obiiciatur crimen per viam exceptionis, dict. numero 40. eadem secunda ampliatione. Amplia vt etiam repellatur à denunciando, dict. n. 40. in d. 3. ampliatione. Limita primò, quando inimicus prosequitur suam, vel suorum iniuriam, n. 44. Secundò, si inimicitia sit grauis & capitalis, secus si leuis, n. 45. & seqq.
Accusare non potest, qui à testimonio repellitur, n. 37.
Accusare an quis possit alieno nomine, n. 51. & seqq.
Inimicus regulariter repellitur à testimonio, num. 35. Hoc amplia in habitante in domo inimici, n. 38. Amplia etiam in criminibus exceptis, num. 40. Item in inimico reconciliato de recenti, secus si diu, n. 42. & seq. vbi quando de recenti, vel diu Iudex arbitratur, n. 43. Limita si inimicitia sit capitalis, aliàs secus, n. 46. & seq.
Inimicitia capitalis, quæ dicatur, arbitrio relinquitur, n. 47.
Pauper, qui non habet in bonis aureos 50. repellitur ab accusando, num. 48. Fallit in paupere, qui sit honestæ vitæ, num. 46. & seqq.
Pauper non repellitur à testimonio, quando sit honestæ vitæ, numero 50.
Syndicus vniuersitatis, an possit accusare nomine vniuersitatis, num. 51. & seqq.
Tutor siue curator, an possit accusare nomine pupilli, n. 51. & seq.
Accusator etiam inhabilis admittitur parte non opponente, n. 54.
Accusatoris inhabilitas an debeat opponi ante litem contestatam, n. 55.
Accusatorem inhabilem an Iudex ex officio repellere possit, n. 56.

Accusator

Accusator etiam inhabilis potest suam, vel suorum iniuriam prosequi, n. 57.
Et quando quis dicatur suorum iniuriam prosequi, n. 58.
Accusare etiã inhabiles possũt in quibusdã delictis exceptis, n. 59.
Frater quando possit fratrem accusare, n. 53. in 11. limit.
Filius quando possit patrem accusare, & econtrà, ibid.
Maritus quando possit vxorem accusare, & econtrà, ibid.
Socius criminis quando ab accusando repellatur, n. 25. in quinta conclusione, in fine.
Accusatoris officium an sit laudabile, & an liceat Christiano aliquem accusare, n. 60.
Monachus, seruus, & libertus an possint accusare, n. 60.

QVÆSTIO XII.

ACCVSATIONIS remedium antiquo iure communi, tam ciuili, quàm canonico ordinarium esse, inquisitionis verò extraordinarium reputari, hodie autem stante consuetudine, quòd Iudex in quocunque delicto etiam nemine accusante possit ex officio procedere, vtrumque remedium ordinarium censeri, satis supérque probauimus *suprà, in tit. precedenti, de inquisitione, q. 1. in 2. requisito, n. 7. & seqq.* Vnde
1 cùm inferatur, † quòd hodie pariter accusationis loco successerit inquisitio, *ad l. pen.* cum ibi notat. per Doct. *ff. de publ. iudi. in l. congruit, ff. de offi. præsid.* glo. & Doct. *in l. ea quidem, C. de accusat.* Bart. *in l. 2. §. si publico, n. 12. ff. de adult.* & ibi etiam Bald. *n. 57.* cum aliis per Marsi. *in pract. §. constante, n. 32.* Pract. Conradi *tit. de inquis. n. 3. fol. mihi 245.* Rol. *cons. 30. n. 15. vol. 2.* & cùm de inquisitione, quæ magis in vsu videtur in præcedentibus Quæstionibus disseruerim: nonnulla modò ad accusationis materiam spectantia in hoc loco, seu titulo non inutiliter pertractanda censui.

¶ Ad huius autem materiei cognitionem, & antequam ad particulares quæstiones deueniretur, essent multa generalia præmittenda; quid scil. sit Accusatio, quotuplex sit, quæ sit eius forma, in quo differat à Denunciatione: quæ ad eius validitatem requirantur; An particulariter in ea, sicut in inquisitione requiratur locus & tempus; qui & quot in vno & eodem libello accusare possint: de quo etiam crimine admitta-
2 tur accusatio, & his similia. Quæ omnia, † cùm vltra alios ad saturitatem resoluantur per Iul. Clar. *in pract. §. fi. q. 12. & plurib. seqq.* Conta. *in suo Prætorio Breu. tit. de accus. per totum*, & per Anto. Gom. *in tract. de delict. tit. qualiter formetur accusatio, per totum*, [& nouissimè per Tiber. Decianum, post huius primi libri primam impressionem habitum, *in suis tract. cri. lib. 3. cap. 1. & 2.* vbi multa ad terminorum generalem cognitionem bene præmittit.] & ante istos per Ang. *de malef. in verbo & ad querelam, n. 10. & seqq.* Gand. *in rub. qualiter fiat accusatio.* Bost. *in tit. de accusatore, per totum*, Gig. *de crimine læsæ maiestatis, libro primo, titulo qualiter in crimine læsæ maiestatis proced. quæst. 1. n. 4. & seqq.* vbi præcipuè docetur, quid sit accusatio. Ideo ad magis vtiliora me conferendo, & ne eorum dicta hìc transcribere, & transplantare videar, super prædictis omnibus articulis, & generaliter super tota hac accusationis materia, ad illos amicum lectorem remittendo,

¶ QVÆRO, Quinam ad accusandum admittantur. Ista quæstio prima facie videtur inutilis. Nã si, vt modò dixi, hodie de consuetudine, etiam nemine accusante, in quocunque delicto Iudex potest ex officio procedere, multò magis poterit procedere instãte aliquo accusatore, licèt inhabili: vt. n. quotidie practicari videmus, & apud eũ etiã in pract. seruari
3 testatur Clar. *d. §. fi. q. 14. ver. scias tamen*, dic quòd † querelãtis instantia aperit Iudici viam assumendi informationes, & inquirendi super illo delicto, etiam quòd querela sit porrecta ab eo, qui de iure accusare non potest. Sed vt animaduertit idem Clar. *in d. ver. scias tamen*, dicas, quòd vtilitas quæstionis prædictę non modica erit in illis locis, in quibus tali consuetudine cessante seruatur ius cõmune, vel in quib. adsunt statuta, quòd Iudex nõ possit ex officio procedere; nisi in certis casibus, prout in Vrbe & in Curia Capitolij habemus *in nouis reformationibus* statutũ, *in li. 2. c. 5.* & in aliis plerisq; locis huiusmodi statuta vigere vidi. His enim casibus, quãdo præ-
4 sertim Iudex nõ pót procedere, nisi ad partis querelã, † querela hodie successit loco accusationis, vt per Cl. *in prac. q. 10. ver. scias autẽ*, ad querelãdũ nõ admittẽtur, nisi illi, qui de iure ad accusandũ admittũtur, & nisi habiles fuerint, Iudex procedere nõ poterit. Immò, secundùm Clar. *in d. ver. scias autẽ*, † licèt in querela non requiratur regulariter solemnis ille libellus & inscriptio, seu subscriptio ad pœnã talionis, de qua 5
in l. libellor. & in l. 3. C. qui accus. non poss. † sed bene debeat 6
continere nomen querelãtis, querelati, Iudicis commissi criminis; quo loco, anno & mense commissum fuerit; necnon diem datæ querelæ. & si hæc deficiant, non procedat talis querela, quæ hodie datur loco illius solemnis libelli, & accusationis, vt dicit Gand. *de malef. in rub. qualiter fiat accus. n. sexto*, Aug. ad And. *de malef. in ver. & ad querelam, num. tertio*, Boss. *in titulo de accusatio. numero secundo.* ¶ Hodie autem per rationem suprà positam, quia scilicet etiam nemine querelãte in quocunque delicto Iudex ex officio procedit, nõ disputatur super istis querelis; an scilicet habeãt prędicta requisita, nécne, secund. Boss. *d. tit. de accus. nu. 6.* Nihilominus in casibus, in quibus ex forma prædictorum statutorum Iudex nõ potest procedere, nisi ad querelã partis: proculdubio ea quæ possũt de iure opponi cõtra accusatorem & accusationẽ, poterunt etiã opponi contra querelantem & querelam, & multoties in facto obseruari vidisse testatur Clar. *in d. versic. scias autẽ.* Vtilitas ergo propositæ quęstionis erit respectu illorũ locorũ, in quibus vigore statutorũ Iudex nõ nisi in aliquibus criminib. potest procedere absq; partis querela.

¶¶ REGVLA autẽ sit, † quòd in priuatis delictis ad accu- 7
sandum non admittuntur nisi ij qui suam, vel suorum iniuriam prosequuntur, *l. fi.* vbi glo. ord. & Bar. *ff. de priuat. delict.* *
l. manifestissimi, & ibi communiter * Doctores *C. de furt.* Ang. *in rub. ff. de pub. iud.* Bal. *in l. vnica, col. fin. C. ex delic. defun.* Io. And. *in add. ad Spe. ti. de accusat. ver. fin.* Castr. *in l. 1. C. vbi de cri. agi oport.* Faber. *in §. j. Inst. de pub. iud.* Abb. *in c. cùm P. Mã conella, n. 12.* vbi etiam alij Canonistæ, *de accu.* Ang. *de malef. ver. necnõ ad querelã, ver. quæro, an quilibet.* vbi Aug. *in add.* Bonif. de Vital. *in rub. de publ. iud. & in rub. de priuat. delict.* Conrad. *tit. de accus. n. nono, vers. at in priuatis delictis, pagina 226. col. secũda, & n. decimotertio, ver. 82. vt in priuatis delictis, pag.* 230. *pariter in 2. col.* de cõmuni * testantur Ant. Gom. qui prę- *
fatos omnes Doctor. etiã refert & sequitur, *varia. resol to. 3. c. 1. tit. de delict. n. 9.* Clar. *in pract. §. 1. ver. priuata autẽ delict.*

¶ In publicis autem delictis, † quilibet ad accusandum 8
admittitur, qui expressè prohibitus non reperitur, *l. qui accusare*, vbi Barto. *ff. de accus. l. qui cœtu, §. fin. ff. ad l. Iuli. de vi pub. l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publica. & vectigal.* Spe. *in ti. de accus. in prin.* vbi quòd hoc edictum est prohibitorium, vel melius dicas permissorium, secundùm Clar. *in pract. §. fi. q. 14. in prin.* cùm omnibus permissum sit accusare, qui prohibiti non sunt, Bald. *in addi. ad Spe. d. tit. de accus. vers. 1.* vbi quòd quis legitimus accusator præsumitur, nisi contrarium probetur. Host. *in summa de accus. §. quis possit, in prin.* [glos. & Bal. *in rubr. C. qui accus. nõ poss.*] Conrad. *tit. de accus. eodem n. 9.* & de cõmuni * testatur Ant. Gom. *d. c. 1. ti. de delict. n. 4. & n.* *
trigesimo primo. Ideo enim publica dicuntur delicta, quia eorum actio & accusatio cuilibet de populo competit, *§. 1. Inst. de publi. iud.* Gomez & Clar. *vbi suprà*, idem Clar. *in §. 1. in prin.* Petr. à Placha *in epit. delict. c. 45. n. 8.* [cum aliis relatis per Decian. *vbi suprà*, qui pluribus hanc conclusionem exornat, *d. li. 1. ca. 6. n. 1. & seqq. part. prima.*]

¶ AMPLIA I. Hanc regulam sic bipartitam, † etiã in pri- 9
uatis delictis, in quib. pœna applicatur fisco. Nã & in iis admittuntur etiam illi, qui suam, vel suorum iniuriã non prosequũtur, & sic in hoc æquiparãtur publicis delictis, gl. Dyn. & Bar. *in rubr. ff. de popul. actio.* Aug. ad Ang. *de malef. in ver. & ad querelam, n. nono*, vbi de communi * etiam Hier. Cucha. *
dicens parum esse curandum de Baldo, quem allegat, asserente in contrarium esse communem opinionem; quia est sibi cõtrarius, refert & sequitur Conrad. *d. tit. de accus. ar. eo n. nono, & eodem ver. at in priuatis delictis.* & licèt cum Baldo *in rub. C. qui accus. non pos. n. nono, &* 10. per Hieronymum allegato videatur sentire Anan. *in rub. de furt. n. 10. & seq.* & Bartoli opinionem esse communiter * reprobatam dixerit Rom. *
in cons. 152. n. 2. & opinionem Baldi hodie in pract. seruari dixerit Blanch. *in pract. cri. folio 69. n. 41. in fi.* opinio tamen Bartoli vti magis fauorabilis iustitiæ, est obseruanda; quia etiam magis est communis *, teste Claro, cum quo & ego *
sentio, *in pract. §. q. 17. sed quid si pro aliquo.*

¶ AMPLIA

¶ Amplia II. Quòd † licèt regulariter filiusfamilias nō possit sine patris consensu agere, *ad l. non solùm, §. necessitate, Cod. de bonis, quæ liber.* non tamen sine dicto consensu accusare prohibetur, Bartol. *in l. inter liberos, §. 1. ff. de adulter.* cuius * opinionem vt communem * sequuti sunt Card. Alex. *in c. de accusatione, col. 9. vers. itē secundùm aliquos, 2. q.* 8. Hier. Cuch. *in add. ad Ang. de malef. d. verbo, & ad querelam, post n.* 81. vbi quòd ab ea non est in iudicando recedendū. Carauita *super ritu* 201. *magnæ Curiæ, n.* 5. Aret. *cons.* 138. *in primis verbis,* Villap. *in com. opi. litera F. n.* 133. & licèt gl. *in d. l. non solùm, §. necessitate, in gl. magna,* cōtrarium dixerit, & secundùm illam * gl. magis communiter * à Doctoribus teneri testetur Carrer. *in pract. fol.* 616. *post n.* 108. tamen non per hoc recedas * à prima opinione, quæ non solūm communior * est ex præallegatis; verùm etiam & in pract. seruata. Ego enim nunquā vidi (prout nec vidisse dicit Clarus, qui præallegatos omnes refert & sequitur *in d. q.* 14. *ver. sed quid in filiofamilias*) in practica dubitari in causis criminalibus, An filiusfamilias siue agendo, siue se defendendo, possit stare in iudicio sine consensu patris; sed semper vidi sine dicto consensu procedi, siue de publico, siue de priuato crimine ageretur.

11 ¶ Amplia III. Quòd † in publicis delictis in tantum accusandi ius cuilibet de populo competit, vt ad accusandū admittatur, non solùm ciuilis illius populi, in quo delictum est commissum, sed etiam forensis alterius populi, Ang. *in l. fi. in fi. n.* 6. *ff. de priuat. delict.* Imol. *in l.* 1. *in* 2. *col. in fi. ff. de publ. iud.* Bald. *in l. is, qui reus, n.* 8 *ff. eod. & in l. prouinciali, §. fi. ff. de noui oper. nun.* Ang. *de malef. in verbo, necnon ad querelam, vers. in crimine autem publico,* & ibi Aug. *in addi.* Gig. *de crimine læsæ maiest. lib.* 2. *tit. qui accusare possint in crimine læsæ maiestatis, quæst.* 1. vbi præcipuè loquitur in eo crimine læsæ maiestatis. & tamen prima facie contrarium videbatur dicendū, prout dixit Ang. sibi contrarius *in rub. ff. de publ. iud.* ea quippe ratione; quia licèt quilibet de populo possit nouum opus nunciare, pro rebus publicis, *d. l. in prouinciali, §. fi. cū l. sequen ff. de noui ope. nun. & in l.* 1. *§. nunciatio, il secondo, & in l. de pupillo, ff. eod. titul. & in l.* 2. *§. hoc interdictum perpetuum, ff. ne quid in loco publ.* id tamen debet intelligi de solis ciuibus illius loci, in quo fit nouum opus: non autem de forensibus, secundùm * Bart. Cast. Ias. & cōmuniter * Doct. *in d. l. in prouinciali, eo. §. fin.* ita arguendo à simili videbatur dicendum in iure accusandi; quod licèt cuilibet de populo competere leges statuerint, non tamen de forensibus esset intelligendum *per ſ. suprà dicta*, quæ tamen consideratio nihil obstat in casu nostro, stāte diuersitate rationis, quam optimè posuit Ant. Gomez. *dict. titul. de delict. c.* 1. *n.* 28. *vers. sed ego teneo contrarium:* ideò enim forensis non admittitur ad denunciandū nouum opus, quòd cuilibet de populo cōpetit; quia eo casu ædificium non potest nocere, nisi ciuibus illius loci. Non est propterea honestum, vt admittantur forenses, quibus cūm dictum ædificium nocere nequeat, nullum possunt prætendere interesse: at secus in delictis, in quibus delinquēs potest cuilibet Reipublicæ, & etiam forensibus nocere, & sic omnium interest, vt puniatur, cùm sit vniuersalis vtilitas, & non particularis.

12 ¶ Limitanda autē est præcedens regula plurib. modis, de quibus per Spe. *in tit. de accusatore, per totum, præsertim vers. item repellitur, qui fuit socius, vsque in fi.* Host. *in summa, de accus.* gl. & Doct. *in cap. prohibentur,* 2. *quæst.* 1. Gandin. *in tract. malefi. in* 2. *quæst. principali*, Ang. *de malef. dict. verbo, & ad querelam, n.* 10. *& sequentib. ver. quæro an quilibet possit de crimine publico accusare, & ibi in addi.* Bonifa. de Vitallin. *in tract. malefi. in rubr. de iis, qui accusa. non poss.* Nouel. *in tract. ad defensum, titu. quæ persona accus. non poss.* Conrad. *in pract. titul. de accusatione, n.* 9. *& sequentibus,* apud quos multos alios reperies casus vltra infrascriptos, quibus quis ad accusandum non admittitur, ex quibus nonnullos magis necessarios recolliguntur infrà. Sic

¶ Limita I. vt dixi, dictam regulā in clericis, qui à iure accusare prohibentur, *c. sacerdotem,* 2. *q.* 7. Hæc autē limitatio ita simpliciter, & generaliter intellecta vera non est, ideo pro illius declaratione magistraliter distinguas hoc modo. Aut agitur ad publicam vindictam, aut ad priuatæ iniuriæ prosequutionem: si ad publicam vindictam clericus vult accusare, & tunc indistinctè dicas, clericū non habere authoritatem accusandi, siue imponatur pœna sanguinis, siue non: si autē agit clericus non ad publicā vindictam, sed prosequēdo suam propriam iniuriā, & offensam, vel offensā Ecclesiæ suæ accuset, & tūc iterum distinguas, quòd aut agitur de delicto, pro quo venit imponēda pœna sāguinis, aut pro delicto, pro quo nō imponitur pœna sanguinis: si de delicto, pro quo non imponitur sanguinis pœna, dic, quòd eo casu licitè clericus laicum accusat, secus vbi veniret pro delicto imponēda pœna sāguinis, quia tūc non solùm non potest accusare, sed accusādo efficitur irregularis, nisi in accusatione protestetur, quòd ad vindictā, seu pœnam sāguinis Iudex non procedat: licèt enim isto casu nō obstāte huiusmodi protestatione possit Iudex ordinariā, & competentē etiam sanguinis pœnam imponere, Clericus tamen ita accusando nō efficitur irregularis: sumitur hæc distinctio ex tex. *in d. c. sacerdotem, 2. q. 7. in c. cū sit generale, de for. cōp. in c.* 2. *& in c. postulasti, de homic. lib.* 6. ex Abb. *in c. cū P. Mancon. col.* 2. *n.* 8. *de accus.* Couar. *in clem. si furiosus, de homic. fol.* 312. *vers. tertio eo. & c.* vbi testatur de cōmuni * omnium sentētia. Et licèt circa id, quod dixi de pro- * testatione, idem Didac. *ibi fol.* 314 *vers.* 13. *his omnib. & c.* quē refert Clar. *in prac. q.* 24. *vers. sed quid si clericus, & c.* dixerit, quòd clericus non potest testimonium perhibere in causa, in qua reus veniret pœna sāguinis afficiendus, & perhibendo irregularitatem incurrat; si reus ille pœna mortis, vel mutilationis membri plectatur, non obstante, quòd protestetur, quòd non intendit testimonium perhibere ad hoc, vt reus pœna sanguinis afficiatur: non per hoc tamen recedas à præced. declaratione in materia accusationis, quæ declaratio, vt testatur idem Clar. *in q.* 14. *vers. dixi in primis,* sæpissimè in pract obtetuata fuit: & si aliter diceremus, sequeretur secūd. Ant. Gomez. *d. c.* 1. *tit. de delict. n.* 33. quòd daretur materia delinquendi in clericos, contra tex. *in d. c.* 2. *de homic. in* 6.

¶ Et quatenus attinet ad materiam testium, pleniùs Deo concedente dicetur *in tit. de oppos. contra testes, infr. in* 2. *lib.* Sed, quid de Monacho, vide *in seq. q.* 13.

¶ Limita II. In laicis, † qui vel propter reuerentiam, 13
quam debent clericis præstare, vel propter odium, quo præsumitur clericus prosequi, ab accusando pariter repelluntur, *c. in summa,* vbi gl. vnica, 2. *q.* 7. *c.* 1. 2. *q.* 7. *c. nullus, & c. laico eadem causa, & q. c. clericum cuiuslibet,* 11. *q.* 1. *cum P. de accus.*

¶ Hæc limitatio vt præcedens non est semper vera, ideo pro vera declaratione reassumendo breuiter dicta Doctorū loquentium in materia, distinguas in hunc modum, quòd si laicus, qui clericum accusat, est parochianus ipsius clerici, & potest suum prælatum accusare, siue denunciare: plurimum enim interest, etiam laicum habere bonos prælatos, Aret. *in c. illa, n.* 7. *de accus.* vbi testatur de communi * opinione, Clar. * *in pract. q.* 7. *ver. quæro etiam.*

¶ Si verò non est de parochia illius clerici, & agitur de prosequutione suæ, vel suorum iniurię; & pariter potest clericum accusare, secundùm communem, * de qua testatur * Ferret. *in cons.* 183. *n.* 4. *vers. quintò corroborantur, & c.* sequitur Clar. *in q.* 14. *ver. propter reuerentiam,* facit tex. *in c. omnibus,* 4. *qu.* 6. *& in c. de cætero, de testibus, ca. quod verò,* 2. *q.* 7. vbi Præpositus *col.* 1. *in prin.* post Host. *in d. c. de cætero,* ampliat id procedere etiam quòd criminaliter agatur: sequitur Gig. *lib.* 2. *tit. qui accus. pos. & c. quæst.* 17. *num.* 3.

¶ At si laicus non suam, vel suorum prosequatur iniuriā, simúsque in delictis publicis enormissimis & exceptis, & vt suprà, potest tunc clericū accusare, Conra. *in pract. tit. de accus. n.* 12. *ver.* 38. *laicus, col.* 1. *pag. mihi* 228. *& dicam infra in sublimitationibus, n.* 59. & particulariter in crimine læsæ maiest. quòd laicus clericum accusare possit, ex text. *in c. sanè,* 15. *qu.* 3. *& in c. quod verbo,* vbi gl. Præpo. Arch. Bellā. & alij, 2. *q.* 7. & in crimine hęresis, est tex. *in c. sacerdotes, & in c. oues,* 2. *q.* 7. & in crimine simoniæ, est text. *in c. qui autem,* 17. *q.* 4. Quos omnes casus optimè reassumit Gigas, *d. q.* 17. *n.* 2. *& seqq.* declarans prædicta procedere duobus concurrentibus. Primò, quòd laicus bono zelo accuset, seu denunciet crimen, iuxta tex. *in c. licèt Hely, ext. de simo.* Secundò, quòd clericus accusatus fuerit de crimine accusato suspectus, iuxta tex. *in c. in primis,* 2. *q.* 1. aliter secus, vt ibi per eum.

¶ Si verò non agatur de exceptis criminibus, & tunc (excepto casu dilapidationis bonorum Ecclesię, in qua quilibet extraneus admittitur ad accusandum clericum, secundùm aliam communem, * de qua idem Ferret. *dict. cons.* 183. *n.* 3. *

& est

& est tex. *in capit.non liceat*,7.*q*.2. & exceptis etiã prænarratis in totum sunt quatuor)negatiuè concludas,quòd clericus
* non potest à laico accusari, secundùm communiorem* Doctorum opinionem,de qua per gl.*in d.c.in summa*,2.*q*.5.Foll. *in pract.crim.canon.fol.mihi* 48.*n*.43.& hoc siue ciuiliter,siue criminaliter agatur, vt per Fel.*in ca.ex parte.n*.9. *& seq*. vbi
* etiam de communi: * sequitur Clar. *in d. ver. propter reuerentiam*, *& ver.seq*. vbi hanc negatiuam conclusionem ampliat etiam in patrono laico, qui repellitur ab accusando clericum institutum in Ecclesia, in qua est patronus,secun-
* dùm communem,* de qua per Aret. *in c.dilectus*, *n*. 10. *de accus*. ¶ Quid iuris autem in Clerico primæ tonsuræ, vide Clarum *in d.verb.propter reuerentiam*.

14 ¶ Limita III. In militibus,†qui nisi suã,vel suorũ iniuriam prosequantur,ab accusando repelluntur, *c.prohiberi*,2.*q*.1.*l.qui accusare,ff.de accus.l. prohibẽtur,C.qui accus.nõ poss.& l.crimine,C.de accus*.Ang.*de malef.in verb.& ad querelam Titi,vers.decimò prohibetur*,Gand.*in tit.qui accus.pos.vers.itẽ milites prohibentur accusare*, Bald.*in rub.C.qui accus.nõ poss.in* 1. *col*.Spec.*in tit.de accus.vers.itẽ excipitur,quòd est miles*, cùm.n. milites iurent,se mortẽ non euitaturos pro Republ. quæ ad militiam pro Reipublicæ vtilitate pertinent curare,non autem criminalibus litibus immiscere,& à susceptis signis, & à militia auocari debent,Clar.*in pract.q*.14.*vers.quæro etiam nunquid miles*, Aut.Gom.*d.c.delictorum,tit.de accus.num*.11. *vers*.21.*miles,iuram*.7.*pag.mihi* 228.*col*.1.*in princ*. vbi etiam hanc limitationem declarat non procedere in crimine læsæ maiestatis, & fraudatæ annonæ; prout etiam ita declarant Spec.*in præalleg.versic.item,quòd est miles*. Marsi.*in d.l.minore, in col*. 2.*versic.& subdit etiam,ff.de quæst*. Gand.*in d.versic.item milites prohibentur*,Gig.*de crim.læsæ maiest.lib*.2.*tit.qui accusare possint in crim.læsæ maiest.qu*.10.*n*.3.*&* 4.per text. *in l. nullius*,& ibi Cyn.Odofr.& alij, *C. ad leg. Iul.maiest*. ¶ Sed certè quicquid sit de iure in militibus antiqui temporis, hodie semper vidi indistinctè in quolibet crimine, etiam quòd quis non prosequatur suam, vel suorum iniuriam, milites nostri temporis ad accusandum admitti;provt etiã ita com-
* muniter * concludere Doctores testatur Nouel. *in tract. ad defensam,fo*.73.*n*.32.& refert Cla.*in d.vers.quæro etiam nunquid*. Hæc enim limitatio,vt in eius principio dixi, procedit in militibus antiqui temporis,qui iurant se mortem non euitaturos pro Republica,iuxta *l.pe.ff.ex quibus cau.maio. & l*.2. *ff.de his,qui no.infa*. non autem in militibus nostri temporis, qui sese iuramento prædicto non subiiciunt,secund. Spe. *in d.ver.itẽ quòd est miles*,Aug.de Arim.*in addit.ad Ang.de malef.in dict.verbo,& ad querelam,titu.super vers*.11. *prohibetur*. Sal.*in dict.l.non prohibentur,C.qui accus.non poss*.Gig.*q*.10.*in fi*.

15 ¶ Limita IV.In pupillo seu minore,†qui propter defectum ætatis ab accusando repellitur,*l*.2.§.*pupillus*, vbi Doct. *ff.de accus.c.prohibentur*,2.*q*.1.*cap.inuiti* 4.*qu*.3. Ang. *de malef. in verbo,ad querelam Titij,ver*.12.*prohibetur pusillus*,Gigas *de crim.læsæ maiesta.lib*.2.*tit.qui accus.poss.in crim. læsæ maiest. qu*. 7.*n*.1.Ant.Gomez.*d.tit.de delict.c*.1.*n*.31.

¶ Declaratur hæc limitatio nonnullis modis, quorum vt cognitionem habeas,dicas sic:Si accusator sit minor 25.annorum,maior autem 20.& tunc ipsum posse accusare,nec ab accusando repelli, etiam quòd suam, vel suorum iniuriam
* non prosequatur,& communius * tradunt Doctores, vt videre est apud Bar.*in d.l*.2.§.*pupillus*,*n*.2.Ale.*in l.de pupillo*,§. *si in pub.n*.8.*ff.de noui ope.nun*.Nouel.*in tract.ad defens. fo*.67. *n*.13.Hier.*in addi.ad Ang.de malef.in vers. & ad querelam*,*n*. 29.Saly.*in l.si cautiones non poss*.Viu.*in commu.opi.verbo,accusare regulariter*.

¶ Si verò accusator sit minor xx.annorum,siue pubes,siue impubes sit,in hoc non constituo aliquam differentiã, agatúrq; de criminib. exceptis, vtputà crimine læsæ maiestatis; & isto casu pariter dicas etiam ipsum ab accusando minimè repelli,vt per Spe.*in titu.de accusa*.§.1.*vers. itẽ excipitur quod est pupillus*,Gand. *de malef. in tit.qui accus.pos.col*. 1.*vers.item in crimine læsæ maiestatis*, quod autem intelligas cum auctoritate tutoris, iuxta text. *in l. clarum, Cod. de auct. præstan.* aliàs secus, vt per Gigan.*dicta quæstione* 7.*n*.3.vbi etiam generaliter dicit, quòd in crimine læsæ maiestatis admittuntur ad accusandum,qui aliàs accusare prohibiti sunt, vt per Ange. *suo tract.de malef.in verbo,che hai tradito la tua patria, vers. Quæro quis possit accusare,in prin*.& per Conra.*in pract. dict.tit.de accus.n*.11.*ver*. 20. *pupillus vel impubes*, *pag. mihi* 218.*col*. 1. *in prin*. & dicam generaliter de exceptis criminibus *infrà in sublimitationibus*,*n*.59.

¶ Quòd si non agatur de criminibus exceptis,& tunc facias conclusionem negatiuam,quòd minor 20.annorum ab accusando repellitur, nisi suam,vel suorum iniuriam prosequatur,secundùm communem,* de qua testantur,Hiero. *in addi.ad Ange.dict.verbo,& ad querelam,eo.n*.29.Abb.*in c.f.n*. 10.*de accus*. Villalob.*in comm.opi.verbo,minor,n*. 92. Clar.*in pract.d.q*.14.*ver.dicebam etiam,& ver.sed quid in maiore*.

¶ Hoc autem vltimum intelligas sano modo, vt scil. minor possit accusare,quando suam vel suorum iniuriam prosequitur, non ipse solus, qui ad accusandum & standum in iudicio non habet legitimam personam,*l.ad rempublicam,ff. de mun.& hono.l.spurij*,§.1.*ff.de accus.l*.2.*C.qui legit.perso.hab. l.clarum,C.de auth. præst*. sed vel cum tutoris authoritate, si adultus sit;vel si infans sit, eius nomine tutor accusabit, & non aliàs,*l. cæteris*,§.*pup.llus*,ff.de accus*. & ibi Bart. ac etiam *in l*.2.*C.qui accus.non poss*. Io.And.ad Spec. *ti. de accusa*. §. 1. *vers.quid.de pubere*, Bal. *in rub.C. qui accus. non poss. in* 3. *col*. Bart.*in l*.2.§.*pupillus,& in l.qui accusare,ff.de accusat*. glo.*in l*. 2.& ibi Bald.*n*.19.*C.qui accusa. non poss*. cum aliis per Pet. à Placha *in epit.delictorum,c*.45.*n*. 5. vide tamen in proposito Clar.*in dict.ver.sed quid in maiore, vbi in fin*. vbi dicit, quòd quicquid sit de iure, consuetudo indistinctè admittit minores ad accusandum, dummodo quatuordecim annos excesserint. & ita etiam apud nos indistinctè seruari semper vidi.

¶ Limita V. In muliere,†quę regulariter ab accusando 16
repellitur, *l. qui accusare*, *ff. de accusa. cap. prohibemur* 2. *q*. 1. [cum aliis relatis per Tiber.Decian. *in suis tract. crim. par*. 1.*l*. 3.*c*.7.*n*. 1. *& sequentib*.vbi & iuribus,& rationibus,ac etiam respondendo contrariis, bene hanc quintam limitationem exornat.] Ant.Gomez. *d. cap*.1.*delictorum*, *tit. de delictis,n*.31.Conrad.*in pract.tit.de accus.n*.15.*vers*.19.*mulier.alleg.Spec.in tit.de accus.ver.item quòd est mulier*, vbi enumerat nouem casus, in quibus mulier non repellitur ab accusando,de quibus mox dicam, & ex quibus ille principalis est,& communiter*à Doctorib.receptus,quando scil. suam*
vel suorum iniuriã prosequitur secundùm Clarum *in pract. d.q*.14.*ver.præterea dixi*, per tex. *in l.de cri. Cod.qui accus. non poss.in cap.de cri*.16.*q*.2.*& in l.quoniam sororem,Co.de his,quibus vt indig.l*.1.*C.de his,qui se deferunt.l.fœmina,C. ad Turpil. & in l*.2.*ff.de accusa.& in l.Senatus,Co.qui accusa non poss*. [*& in l.hi tamen omnes*, *ff. de accusa*. & ante Clarum idem tradidêre Sali.& alij *in l.in quæstionib.ff.ad leg. Iul. maiest*. Doct. *in d.l.qui accus*.Gand.*in tr.malef.titul.qui accus.non pos. post prin. vers.item repellitur mulier*, Aret.& Alex.*in l.si filius,qui patri, n*.24.*ff.de vulga.& pupil*.Rom.Barbo.& Alcia.*n*. 194. *in l*.4. §.*Cato,ff.de ver.obl*.idem Rom.Bal.Ang.& Alex. *in l. pro hærede,§.fin.ff.de acqu.hæred*.Boër.*dec*.121.*n*.2.Rom.*in l*.1.§.*potuisse.ff.ad Sylla*.Ludou.Carrer.*in pract.crimin.§. homicidium, n*.380.*in antiqua impressione*.Bald.*in capit*.1.*qui feu.dare poss*. Ang.*cons*.67. quos & alios in proposito referendo sequitur Petr.à Placha.*in epit.delict.cap*.40 *sub n*.2.*pag.mihi* 674.*in fi. ver.cæterùm ex eodem stipite,& n*.11.Dec.*dict.ca*.7.*n*.9. & ante eum Ant.Gomez.*c*.3.*delictorum,tit.de homic.n*. 65. vbi testatur de communi * opinione,ex qua reprobatis contrariis *
optimè defendunt, quòd cùm mulier possit suam, vel suorum iniuriam prosequi, accusandíque ius super nece defuncti etiam ipsi competat:ideo etiam poterit super eadem nece pacem & transactionem inire,de quo specialiùs,& latiùs dicam *infrà q*.14.*n*.25.*& seqq.in quarta ampliatione*.

¶ Sed quatenus attinet ad ius accusandi vltra casũ supradictum,quãdo scilicet mulier suã,vel suorum iniuriam prosequitur, adde nouẽ alios casus,in quibus mulier ab accusãdo nõ repellitur,quos post Speculatorẽ *vbi suprà*,enumerat Gigas *in tit.qui accusare possint in crimin.læsæ maiestatis, quæst. lib*.2.[& post eum Tiber.Decian.*dict.capitulo* 7.*n*.9. *& seqq. omnib.li*.3.*part*.1.]Primò,in crimine læsæ maiestatis,de quo latè ibi per eum.Secundò,in crimine annonæ,*vt in l.fi.in fi.ff. ad l.Iul.de anno*. Tertiò in accusatione suspecti tutoris, *vt in §.cõsequẽs,Inst.de susp.tutor,& in l*.1.§.*cõsequẽs,ff.eod*.Quartò, in accusatione falsi testamẽti,vt per gl.*in l*.2.*in verbo*, *testamentaria*.

mentaria,ff.de accus. Quintò,in crimine hæresis, *vt in l.Manichæos,C.de hæret.& in capit.vergentis,extra eod.tit.* Sextò,in crimine sacrilegij,*vt in l.si quis in hoc genus,C.de Episc. & cle. & in c.in primis,*2.*q.*1.Septimò,in crimine simoniæ, *vt in l. quemquam,C.de Episc.& cler.*Octauò,in dilapidatione bonorum Ecclesiæ,*c.licèt Heli,de simo.* Nonò, in commatre, quæ accusare potest occisorem compatris sui, etiam quòd suorum iniuriam non prosequatur,vt ibi per Gigan.*d.quæst.*2.

17 ¶ Limita VI. In infamibus & criminosis,† quos ab accusando repelli tam de iure ciuili, quàm canonico sunt iura aperta.De iure canonico est tex.*in cap.infames,*6.*q.*1. De iure ciuili id probat *l.qui accusare, C.de acc.& in l.criminis,*ibi, *si tibi integra æstimatio, C.qui accu.non poss.l.popularis actio, ff. de popular.actio.l.infamem,ff.de pub.iud.*& propterea homicidas,maleficos,fures,sacrilegos,raptores,falsarios,sortilegos, concubinarios, & similes criminosos non posse alium accusare,expresè tradit Conrad. *in pract. d. tit. de accusatione,n.* 12.*ver.*48.*repellitur,&c.& n.*13.*ver.*79.*vt concubinarius,&c.*

¶ Hæc limitatio plura habet distinctionum capita, quæ nisi distinctè explicentur, Lectoris mentem facilè inuoluent:& ideo pro faciliori intelligentia circa caput infamiæ facias quatuor conclusiones.

¶ Prima sit, quòd infamis infamia facti de iure canonico repellitur ab accusando;secus de iure ciuili. Et ista est com-
* munis * opinio, testib. Bero. *in ca.* 1.*n.*44.*de accus.*Hiero.*in add. ad Ang. de malef.verbo,& ad querelam,n.*23. Viuiano *in com.opin.verbo,accusare non potest.*

18 ¶ Secunda sit conclusio,† quòd infames infamia iuris tam de iure ciuili,quàm canonico, vt suprà dixi, accusandi munere minimè fungi possunt,*d.l.qui accusare,C. de accusat.*
* *d.cap.infames,*6.*q. prima*, & est pariter communis,* vt per Hieron. *in addit.ad Aret.vbi sup.d.num.*23. sequitur Clar. *in pract.ea.q.*14.*vers.se-cundus est casus.*

19 ¶Tertia sit conclusio,†quòd quãdo infamis prosequitur suam,vel suorum iniuriam,ab accusando non repellitur, *ca. prohibentur*, ibi, *mortem propinquorum defendant,*2.*q.*1.*cap. omnibus*, 2.*quæst.*6.*l. neganda, C.qui accu. non poss.* Petrus à Placha *in epit.delictorum,cap.*41.*n.*28.*lib.*1.Conra. *in prac.ti. de accusa.*11.*vers.*24.*infames, pag.*228.*col.*1.Clar.*d.q.*14.*sub vers. quintus est casus.*

20 ¶Quarta sit conclusio,†quòd in criminib. exceptis, putà hæresis, læsæ maiestatis,simonię,fraudatę annonæ,& similibus,infames ab accusando pariter non repellũtur, *l.famosi,*& ibi Bar.& omnes,*ff. ad l.Iul.maie.* Conr.*vbi sup.de vers.*24.*infames,&c.*ad quod vide gl.*in l.qui iudicio publico,verbo,mortẽ, ff.dè accus.*quæ tenet,quòd damnatus de crimine publico, & ex hoc infamis, nec etiã in criminibus exceptis ad accusandum admittitur.& idẽ tradit Bero.*in d. c.*1. *n.*43.*de accus.*vbi
* de cõmuni,*sequitur Clar.*d.q.*14.*sub ver.quintus est casus.*Sed vide etiam Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.*2. *tit. qui accu.non poss. in crimine læsæ maiest.q.*4.vbi quòd infamis,ac etiã in crimine publico damnatus,admittitur ad accusandũ in eo crimine.

¶ Circa verò personam criminosi facias quinque alias principales conclusiones.

21 ¶ Prima,† quòd criminosus nondum accusatus, seu diffamatus de iure ciuili, ab accusando non repellitur, licèt in foro ecclesiastico repellatur,Car. Alex. *in c.prohibentur,vers. nota,quòd regulariter,secunda quæstio.*1.Bero.*in d.cap.*1. *n.*35.
22 *de accusat.* vbi amplius dicit, † quòd de iure canonico non modò criminosus, sed etiam constitutus in peccato mortali
* repellitur ab accusando,& testatur de communi*opinione, quod sequitur Clar.*in pract.d. q.*14.*vers.dixi quoque, & vers. quinimò de iure Canonico*, inquiens, quòd si peccatores non admitterentur ad excusandum,nullus reperiretur, qui posset accusare.

23 ¶ Secunda sit conclusio,† quòd criminosus nondum cõdemnatus,sed simpliciter accusatus,si eius nomẽ non adhuc inter reos receptũ est,potest tam de minori,quam de maiori crimine,& siue suã aut suorum,siue etiam extranei iniuriam prosequatur,accusatorem suum seu alium recusare:si autem eius nomen receptũ est inter reos,non potest nec accusatorem,nec alium de minori crimine,seu pari accusare.De maiori autẽ crimine potest alium extraneum accusare,non autem accusatorem, nisi suam vel suorũ iniuriã prosequatur,
* secundùm communes * Doctorum opiniones, quas optimè declarat Clarus,ad quem in hac materia te remitto, *in dict. quæst.*14.*vers.tertius est casus,&c.*vbi magistraliter,& subtiliter loquitur; ac etiã ponit,quid si accusatus reaccusat accusatorẽ de falsa accusatione,& calumnia, an tũc possit Iudex procedere super vtraque accusatione? Ad quod vide etiam omnino Hippol.Riminal.*cons.*114.*lib.*9.*per totũ,*& ante eum Cæpo.*cons.cri.*20.*per totum,& ante.*[¶ Sed circa hanc secundam conclusionem,vide Ang.*de malef.in ver.& ad querelam, n.*63.Blanc.*in tract.crim.*§.*datis defensionibus,post n.*6.*& seqq. folio mihi* 32. vbi ponit aliqua perutilia ad declarationẽ tex. *in l.is,qui rem,ff.de pub.iudi.* quæ est clauis huius materiæ,ad quam vide ibi Doctores omnes,*& in l.*1.*& in l.neganda,cod. de his,qui accu.non poss.*& vide etiam latissimè ampliantem,& declarantem Decianum post primam huius libri impressionem habitum, *in suis tract.crim. lib.*3.*cap.*24.*rub. Accusatus quando possit accusare,vel non,per totam,par.*1.Ibi enim ad saturitatem & ordinatè omnia explicat,& pariter *n.*10.*& sequenti, & n.decimoseptimo,& seq.* vbi ponit de accusato reaccusante accusatorem de calumnia.& vide quæ particulariter dixi *infrà,quæst.*16.*num.*30.*& inf.in* 2. *par.tit. de var.quæstio. quæst.*100.*n.*65.*& seq.& n.*68.*& sequen.*]

¶ Tertia sit conclusio,† quòd criminosus condẽnatus de 24
delicto,pro quo non amittitur fama, ab accusando minimè repellitur.Maria.*in ca....n.* 81. *de accus.* vbi quòd ita concludunt Docto.¶Damnatus autem de crimine,ex quo etiam fama amittitur,putà de crimine publico,non potest accusare, secundùm cõmunem,*de qua testatur Bero.*in d.c.*1.*n.*25 & *
reprobatis contrari s sequitur Clar. *in d.qu.*14.*vers. quintus est casus*,vbi id ampliat etiam in criminibus exceptis.

¶Quarta sit conclusio,† quòd inquisitus de crimine post 25
absolutionem obtentam ab accusando, non repellitur, Maria.*in cap.*1.*n.*81. *de mutuis petit.* vbi quòd ita tenent omnes Doctores,*Clar.*in d.quæstione* 14.*ver.quartus est casus.*¶ Ad *
quam conclusionem vide comprobantem, & ampliantem Decian.*d.lib.*3.*eod.c.*24.*n.*24.*& seqq.*

¶Quinta sit conclusio,quòd socius criminis licèt regulariter ad excusandũ tãquam infamis non admittatur, ad tex. *in l.si filium,C.de libera.causa,& in c.memini,*15.*qu.*3.Gand.*de malef.in rub.qui possit accusare,in vers.item quòd est socius,*Spe. *in tit.de accus.*§.j.*vers.item repellitur, qui fuit socius,* Ange. *de malef.in verbo,& ad querelam Titij, vers.*19.*repellitur*, & ibi Aug.*in addit.* In criminibus tamen exceptis,vt putà hæresis, læsæ maiestatis & simoniæ,ab accusando non repellitur, vt per Gigan.*de crim.læsæ maiest. lib.*2.*rub.qui accus. poss. in crim. læsæ,&c.q.*5.vbi concordantes allegat.

¶ Limita VII. In excommunicato, † quẽ ab accusando 26
repelli, receptissima* est omnium Doctorũ sententia tesse *
Placha *li.*j.*delict.c.*44.*n.*10.sequitur Clar. *in pract. q.*14.*ver. Quæro,nũquid excommunicatio.* Ratio huius limitationis duplex est. Prima, † quia excõmunicatus æquiparatur mortuo 27
& bãnito ad gl.fi *in c.pastoralis,de appel.* Spe. *in ti.de arbitr.*§. *differt,vers.quid de bãnito,*& ibi Io.Andr.*in addi.* Ias. *in l.*1.§. *sublata,n.*10.*ad Treb.& in l.Gallus* §.*& quid si tãtũ,n.*3.*ff.de liber.& posth.*ideo sicut bãnitus ab accusãdo repellitur,Bart.*in l.seruos,ff.de accus.*& Bald.*in rub.C.de his,qui accus. nõ poss.* & dicã *inf.in seq.quæst.*ita pariter repelli debet excõmunicatus.

¶ Secunda est ratio, † quia excommunicatus in iudicio 28
esse non potest,ipsique petenti ius denegatur, *c.intelleximus, extra de iud.c.j.eod.tit.li.*6.*c.*1.*de rescr.eod.li.c.pia,de excep. lib.* 6.*cap.dilecti,cap.significauit,& c.cùm inter,extra de excep.cap. decernimus,de sent.excom.lib.*6.*c.excommunicamus,*§.*credentes, de sent.excom.eodem li.*Hier.Gig.*in tract.de pensiõn.quæst. decimaquarta,*Ludo.Gomez.*in c.j.n.*16.*de rescr.in* 6.Tiraq.*de retract.lign.gl.*9.*n.*276.Paris.*in d.c.cùm inter,& in c.fi. de excep.* Soc.*reg.*132.Fel.*in d.c.intelleximus,n.*7. Si igitur excommunicatus in iudicio agere nequit, necessariò sequitur, quòd nec etiam accusare valeat,quia accusator in criminali causa propriè dicitur actor.

¶ Amplia I.Hanc septimam limitationem,vt non † so- 29
lùm procedat de iure canonico,sed etiã de iure ciuili. Ratio enim superiùs adducta, quòd excommunicatus in iudicio agere nõ possit,licèt iure Pontificio introducta fuerit, vẽdicat sibi locum etiam de iure Cæsareo,vt per gl.*in l.j.* quã ibi sequuti sunt Bald.Odofr.Iason,*in fine lecturæ,&* * cõmuniter *
Doctor.*Cod.de iur.& facti ignor.*idẽ Bal.*in l.quoties,C.de iud.*

*& in l.placet,ad finem,C.de sacrof.Eccles.& in c.contigit,col.*10. *de dolo & cõtuma.*facit text.*in cap.postulasti,de homic.*quẽ ad id ponderauit Geminia.*in cap.*1.§.2.*de except.lib.*6.Bald.*in l.fi. col.*1.*C.si nõ à compet.Iudice.* excommunicationisq; exceptio
30 nedum in ecclesiastico foro,† sed etiam in seculari, & allegari & opponi potest,Glo.Bald.& Odofred. *in dicta l.*1. alia glos.*in c.*1.*§.si quis igitur, verbo, opponit*, & ibi Ioan. Andr.
* Host.Domin. Archid. Anchar. Franc. & communiter* Doctores *de except.in* 6.gl.etiam *in cap.præceptum,*22.*q.*5. Spec. *in titu.de except.§ nunc dicendum,vers.& nota quòd Iudex,*vbi Ioan.Andr.& Bald.*in addit.*Guido Papæ *decis.*220.*col.*1.Fel. *in cap.tuæ,col.*2.*extra vt lite non contesta.& in ca. prudentiam, §.sextò prin.*vbi etiam Dec.*in notab.de offic.deleg.* Lap.*allegat.* 92.*inspeximus,col.*3.Roman.*sing.*685. Ias. *in l.eleganter,§.si quis post transactionem,col.*2. *ff. de condictione indebit.* quibus & aliis tam iuris,quàm Doctorum authoritatibus motus Petrus à Placha,*d.libro* 1.*delictorum, cap.*44.*n.*10.*in fin.& sequentibus,*in expresso hanc ampliationem approbauit,quam etiam remisiuè tamen sequutus est Clarus *in pract. d.q.*14. *eod.vers.quæro,nunquid excommunicatus.*

31 ¶ Ampliatio II.Hanc eandem septimam limitationẽ procedere,†etiam quòd excommunicatus vellet accusando suã vel suorum iniuriam prosequi: adhuc enim accusandi ius eidem interdictum fore dixerunt post glo. *in c.omnibus,*3.*q.* *vlt.*Bal.*in sua Margarita,ver.excommunicatus*, Inn.*in c.à nobis,*& ibi Abbas,*n.*4.*de excep.*Feder.de Senis *in cons.* 116. *incipien.Mirandum*, Anchar.*c.*1.*col.*4.*de rescrip.lib.*6. Felin. *in d.cap.a nobis,n.*6.latè Placha *d.c.*44.*n.*10.*& seqq.*motus præsertim,quia rationes superiùs adductæ, repellentes excommunicatum à munere accusandi, militant etiam in casu, in quo ipse suam vel suorum iniuriam prosequitur. Ergo & idem iuris esse debet,& ibi *n.*14.respondet ad contraria.

32 ¶ Sublimita hanc septimam limitationem, †vt procedat in excommunicato excommunicatione maiori, secus in excommunicato minori, quem ab accusando minimè repelli expresè tradit Placha *dicto capite* 44.*sub num.* 12.*& seqq.*ea motus ratione,quia excommunicatio maior,non solùm excludit excommunicatum à perceptione sacramentorum,sed etiam à cõmunione fidelium, *c.excommunicatos* 11. *q.*3.*c.*2.*de excep.cap.nuper,de sent.excommu.ca.ad mensam,*11. *q.*3.Ideo non est mirum,si accusare non possunt,prout in excommunicatis à sacramentorum perceptione, & fidelium communione loquitur tex.*in d.c.intelleximus,extra de iudic. & in d.cap.exceptionem,de exceptione,& in cap.*1.*eod.tit.lib.*6. *& in cap.*1.*de rescrip.eodem libro,& in dicto cap.à nobis, de excep.*longè quidem aliter in excommunicato excommunica-
33 tione minori, † qui licèt à sacramentorum perceptione arceatur,non tamen à fidelium communione excluditur,*capite placuit* 17.*dist.cap.fin. de clerico. excommunic.* Doctores *in capit.præsentium,*5.*quæstione* 2.*& in capit.in loco*, 5.*quæst.*4. &
* tradunt communiter * tam glossæ quàm Doctores teste Ioan.de Anan.*in rubr.de clerico excom.n.*4. quem refert & sequitur Clar.*in pract.q.*77.*in princ.*

¶ Limita VIII. Principalem conclusionem in inimico,
34 †quẽ ab accusando repelli dixit Spec.*in tit.de accusatore, col.* 10.*vers.itẽ,quòd est inimicus.*Bal.& Ang.*in l.is,qui reus,ff.de publi.iud.*Ang.*de malef.in verbo,& ad querelã Titij,vers.* 20. *repellitur,*& ibi Aug.*in addi.*Io.de Turrecremata,*in cap.in primis,col.*3.*n.*82.*qu.*1.facit tex. *in cap.repellantur,in cap.cùm P. Manconella, in cap.meminimus,in cap. cùm oporteat,extra de accus.& in ca. per tuas, de simon. & in §.si verò quis odiosus,in Auth. de testib. & in §.inimicitiæ,Instit.de excusat.tut.& in ca. accusatores,*3.*q.* 5. talis enim præsumitur potiùs accusare ad
35 priuatã vindictã, quàm zelo iustitiæ,prout cõsiderat Clar.*in pract.d.q.*14.*vers.vlteriùs dixi.*Et ideo propter odiũ,quod habet aduersus accusatũ,lex eũ mẽtiri præsumit, prout pariter considerat Rim.*inter cons.matrim.diuersorum,*81.*n.*43.*vol.*1. & sicut inimicus à ferendo testimonio prorsus repellitur,ad
* tex.*in l.*3.ibi cõmuniter* Doctor.*ff.de testib.in l.*1.*§. præterea,*
36 *ff.de quæstionibus,in Auth. de testibus,§ si quis dicat,collat.*7.*& in auth.si testis productus,C.de testibus, & in l.si quis testibus, C. eodem,*& in dictis locis communiter* Doctor. pleniorique manu dicam *in tit.de oppos.contra testes,*si Deo placuerit,*in-*
37 *frà,in* 2.*libro,qu.*53.ita pariter repelli debet ab accusando. † Valet enim argumentum de teste ad accusatorem:quia qui testis esse non potest, nec etiam accusare valet. [*ca. super prudentia* 12.*q.*2.*c.ipsi Apostoli,& c.testes* 2.*q.*7.*c.sane,*15.*q.*3. *l.qui cũ maior,*§.1.*ff.de bon.liber.*Spec.*in titu.de accus.*§.1.*n.*27. 27.*circa med.vers.itẽ quòd est talis,qui nõ potest testis esse,& est:* cũ aliis plenè cumulatis per Tib.Dec. qui bene cõprobat & declarat hãc propositionẽ *in suis tractatibus crim.lib.*3.*c.vigesimo sexto,n.*1.*& seqq.par.*1.]Conrad.*in pract.tit.de accusatione,n.*14.*pag.mihi* 231.*in* 1.*colu.* vbi quòd accusatio & testificatio æquiparantur,*& n.*12.*vers.*40.*repellitur, & c.pag.mihi* 228.*col.*2.*& vers.*43.*qui cum inimico,& c.*vbi propterea inferendo dicit,† quòd ab accusando nõ solum repellitur inimi- 38
cus, sed etiam qui cum inimico cohabitat, quique de eius domo prodit, de quo mox dicam *infrà,sub n.*43.*in* 4.*ampl.* [Et ad cõprobationẽ huius octauę limitationis,ac etiã ad illius ampliat. & declarat. plura quàm ea quæ hîc scripsi videas per Tib.Dec.post huius libri primã impressionẽ habitũ *in suis tractat.cri.lib.*3.*cap.*25.*per totũ, parte* 1. vbi latissimè.]

¶ Huic limitationi fortiter videtur obstare ratio per eundẽ Clarũ cõsiderata *in d.ver.vlteriùs dixi.* Si enim volumus ab accusando inimicum repellere,vtique nullus inuenietur accusator. Amicus enim amicum nõ accusat:solétque semper aliqua animorum offensio accusationem præcedere: & ante Clarum eidem limitationi contradicere videtur Abb. *in c.licèt Heli,col.*2.*vers.vltimò collige,de simon.* vbi dixi,de iure ciuili cautũ nõ reperiri, quòd inimicus accusare non possit.Crimina enim per testes,& non per accusatorem probãtur,facilúsque multò admittitur accusator,quàm testis. Et idem tenuit *in c.*1.*in ver.circa tertiã & vltimã,n.*8.*de accu.*Et opinionẽ Abbatis de iure ciuili, licèt secus de iure canonico veram dixit Imola *in d.l.is qui reus,n.*13.*& seqq.ff.de publ.iudiciis,*& idem dixit Fel.*in c.*1.*col.*2.*vers.vtrum inimicus de accusat.*[nec dissentit Mar.Soc.*in c.repellantur, eodẽ tit.de accusat.n.* 6. imò iure Romano concurrentibus pluribus ad accusandum,is præferebatur,qui inimicitiæ maiorem causam habebat:sicut M.Tullij Ciceronis authoritate in pluribus locis bene demonstrat Decian.*d.cap.*25.*n.*2.

¶ Ideo pro resolutione aduerte,quòd etiam de iure ciuili seruantur in hoc iura canonica repellentia inimicum ab accusando,prout post Ang.*de malef. in verbo, & ad querelam, vers.repellitur,n.*36.testatur idem Decian.*d.ca.*25.*n.*3.non vt in totum repellatur,sed vt ratione odij, & inimicitiæ suspectus reputetur; & sic stabit conclusio,quòd de iure canonico inimicus in totum ab accusando repellitur:de iure autem ciuili admittitur, sed suspectus à iure iudicatur. & istam credo veritatem.]

Ampliatio I.Hãc octauam limitationem, sic vt sup. decla- 39
ratam,†vt licèt in criminib. exceptis etiam inhabiles ad accusandum admittantur,*vt infr.in sublimitationib. dicã,*inimicus tamen nec etiam in iis criminibus,vtputà læsæ maiestatis,simoniæ,& similib.accusare poterit,*c.per tuas,de simonia.* Spec.*in titulo de accusatore,columna* fi.Ang.*in l.qui accusare,ff. de accus.*Albert.*in l.famulosi,in versic. conspiratores tamen,ff.ad leg.Iuliam,de adul.*& ibid. Ang.*in prin.*Aug.de Arm.*ad Ang. de malef.in verbo,ad querelam Titij,in add.quæ incipit,tu autem in hac materia,vers.tene tamen menti,* [*n.*36.*in fine additionis,* Alex.*cons.*12.*in fine,volumin.*4. Mars.*in lege prima,* §.*præterea,num.secundo.ff.de quæstion.*Gramm. *consilio* 46.*numero* 9.*& cons.*64.*nu.*7.*& consil.*15.*n.*12.]Conrad.*in pract. tit.de accus. n.*9.*vers.*3.*vt etiã prohibitus, in fi. pag.mihi* 226.*col.*1.*& n.*12. *vers.XLIII.inimicus,*2.*pa.mihi* 229.*col.*1.*in prin.*Gig.*de crim. læsæ maiest. libro secundo,rub.qui accus.possint,in cri.læsæ maiest. q.*6.*num.* 3.*& num. decimotertio*, vbi secus in crimine hæresis stricto modo sumpto,in quo inimicus ad accusandum admittitur;quia tunc dicitur prosequi suam iniuriã, cùm id, quod in diuinam religionem committitur,in omnium inferatur iniuriã,*l.Manichæos,C.de hæret.* cũ aliis ibi per eũ allegatis.]& per Dec.qui reprobato Carr.*in pract.cri.tit.de hæret. n.*107.hanc & ipse sequitur declarationem *in suis tract.crim. d.l.*3.*eodem capite* 25.*n.septimo.*] Et facit pro hac eadem prima ampliatione ratio;†quia sicut inimicus nec etiam in ex- 40
ceptis & atrocissimis criminibus testis esse potest,ad tex.*ca. per tuas,de simon.*Barto.*in l.in quæstionib.ff.ad legem Iul. maiest.* Rom.*in l.si verò,§.de viro in* 15.*f.allent.ff.solu.matrim.*Mars.*in cons.* 65.*n.*20.Ang.de Perus.*in l.famosi,ff.ad legem Iulia maiest.*Ant.Gomez.*variar.resol.to.*3.*tit.de prob.delict.c.*12.*n.*14.

Clar.

Clar.*in pra.q.*24.*ver.item quæro*,Rol.*conſ.*95.*n.*26.*& ſeq.vol.*
* 4.& alibi paſſim,& communiter*Doctores, nemine quem viderim diſcrepante:[& prout latiùs dixi *in* 2.*li.ti.*2.*de oppoſ. contra teſt.q.*53.*n.*5.*&* 6.]ita pariter nec poterit eſſe accuſator,arguendo,vt ſuprà,de teſte ad accuſatorem.

¶Amplia II. Dictam octauam limitationem, vt inimicus ab accuſando repellatur, etiam in notoriis, ſecundùm Rom.*in conſ.*323.*in propoſita cõſultatione*, prout ipsũ allegat Alex.*in conſ.*127.*viſa inquiſitione formata,col.fi.in fi.vol.*4.facit tex.*in c.nulli Epiſcoporum,*3.*q.*5.[nec diſſentit Dec.*dict.c.*25.*n.*8.*parte* 1.]item repellitur etiam, quòd obiiciatur crimen per viam exceptionis,*c.meminimus, ext. de accuſatorib.* Acc.*in c. accuſatores,il primo,*3.*q.*5.Spec. *in tit. de accuſ.ver. item cum inimico*,cum aliis adductis [per Dec.*dict.c.*25.*n.*15. & ante eum]per Gig.*dict.q.*6.*num.*5.*& ſequentibus*, vbi ampliat etiam in denunciatione,à qua inimicum repelli pariter dicit.

41 ¶Amplia III.Eandem octauam limitationem, vt ad accuſandum nec etiam admittatur inimicus reconciliatus, ſecundũ Spec.*vt ſuprà,dict.tit.de accuſ.col.*10.*verſ.item quòd eſt inimicus*,ſequitur Conr.*cod.tit.dè accuſ.n.duodecimo, verſ.*48. *inimicus,& qui fuit olim inimicus,licèt nunc nõ ſit, p.mihi* 229. *col.*1.*in pri.*& arguendo,*vt ſup.*de teſte ad accuſatorem: facit,quia ſicut inimicus reconciliatus repellitur à teſtimo-
* nio, ſecundũ communem * Doctorum opinionem, de qua præter alios teſtantur Fel.*in c.cùm oporteat,n.*10.*&* 12.*de accuſ.*Couar.*pr.quæſt.q.*18.*n.*3.Plot.*in l.ſi quando,n.*880.*C. vnde vi*,ita etiam repelli debet ab accuſatione:& licèt nonnulli alij Doctores,quos refert Ant.Gom. *d.tit. de prob. delicto. c.*12.*n.*14.*in ver.limita tamen,& intellige prædicta,p.mihi*365. *co.*3.*in fi.*dixerit,quòd imò inimicus reconciliatus admitta-
* tur in teſtem,& ita communiter*teneri per Bart. & alios *in l.*3.*§.fi.& ſeqq.ff.de adimen.lega.*ibi idem Gom.teſtetur:tu ta-
42 men concordia diſtinguas,†quòd prima opinio procedit in inimico de recenti reconciliato. Secunda autem in inimico ex longo tempore reconciliato:ita enim hanc diſtinctionem probat tex.*in c.accuſatores,il primo,*3.*q.*5.quem ad id ponderat Inn.*in d.cùm oporteat,n.*6.*de accuſ.* Marſ.*in l.*1.§.*præterea, n.*4.*ff.de quæſt.*& ita etiam in inimico de recenti reconciliato loquuntur Felin.Couarr.& Plot.modò proximè allegati,
* & eſt communis*diſtinctio,prout poſt alios teſtantur Ant. Gomez.*in d.verſ.limita tamen,&c.*Michaël Craſſ.*in com.opi. li.*2.*c.*17.*quæſt.*32.[& pluribus comprobat Tiber.Dec.*in ſuis tract.crim.lib.*3.*c.*25.*n.*21.*iuncto n.*27.*parte* 1. cum aliis in ſimili per nos adductis,*infrà n.*2.*tit.de oppo.contra teſt.q.*53.*n.*
43 58.*& ſequent.*]Clar.*in pr.q.*24.*verſ.ſed quid ſi ſequuta.* † vbi etiam quòd quando inimicus dicatur de recenti, vel diu reconciliatus,ſtatur arbitrio Iudicis, & ſic circa hanc ampliationem ſecundùm præfatas communes opiniones Doctorum concludo,quòd inimicus de recenti reconciliatus repellitur ab accuſando; ſecus ſi diu & longo tempore, de quo ſtandum eſt arbitrio Iudicis.

¶Amplia IV.Prædictam octauam limitationem,vt ab accuſando repellatur non ſolùm inimicus meus, ſed etiam amicus inimici mei,dummodo aſſiduè cum eo verſetur, vel cohabitet;aliter ſecus.Ita enim per tex.*in c.accedens,il ſecõdo, vt lite non conte.*tradit Io.de Anan.*in c.repellantur, in princ.de accuſ.*Præpoſit.*in c.accuſatores.in fi.*3.*q.*5.Felin. *in c.cum oporteat,col.*4.*verſ.nota ſextò,eod.titu.de accuſat.* Gig.*titul.qui poſſ. accuſ.in crim.læſæ maieſt.qu.*6.*n.*11.*lib.*2.Conrad. *in pract.titu. de accuſatione,p.*228.*col.*2.*verſ.*43.*qui cum inimico,&c.* [facit tex.*in cap.*3.3.*quæſt.*5.ibi,*vel de inimici domo prodeuntes, vel qui cum inimicis morantur.*item tex.*in dict.cap.repellantur*,ibi, *cohabitantes cum inimicis*,&c.item tex. *in d.cap. cùm oporteat*, ibi,*cũ eius hoſtibus conuerſentur*,per quæ iura,iunctis aliis per eum allegatis, hanc quartam ampliationem bene comprobat Tiber.Dec.*d.c.*25.*n.*13. vbi aliam declarat duobus modis.Primò,vt procedat in amicitia frequenti & intrinſeca, non autem in perfunctoria & leui.Secundò, niſi coactus vi, aut metu,quis cum inimico habitaret,& conuerſareturinam tunc is non dicitur inimicus,vt ibi per eum *n.*99. vide quæ in ſimili de teſte inimico dixi *infrà in* 2.*lib.ti.de oppoſ.contra teſt.q.*53.*n.*36.*& ſeq.*]

¶Sublimita I. Hanc octauam principalem limitationem,† non procedere in eo inimico, qui ſuam vel ſuorum 44
iniuriam proſequitur,quo caſu eum ab accuſando nõ repelli,in ſpecie dixit Clar.*in d.q.*14.*d.verſ. vlteriùs dixi*; & hoc credo, quòd nullam habeat difficultatem:quia ſi aliter diceremus,nullus poſſet accuſando proſequi ſuam vel ſuorum iniuriam,cùm omnes illi,qui proſequuntur ſuam iniuriam, vel ſuorum,ſint accuſato inimici ob iniuriam illatam,vt dixi *ſup.poſt n.*38.*verſ.huic limitationi.*

¶Sublimita II.Eãdem†octauam limitationẽ, vt pro- 45
cedat quãdo inimicitia eſt capitalis, ſecus ſi non capitalis, tũc enim inimicus licèt ſit aliqualiter ſuſpectus,nõ tamen in totum ab accuſando repellitur,ſecundũ cõmunem, * de qua *
teſtatur Ang.*de malef.in d.verbo,ad querelam*,& ibi Hieron. *in addit.n.*36.*&* 37.Berous *in cap.*1.*nu.*47. *& ſequentibus de accuſ.*Clar.*in pr.dict.quæſt.*14.*eod. verſ. vlteriùs dixi*, Gigas *d. q.*6.*n.*8.Decian.*d.cap.*25.*n.*26.& facit,† quòd in ſimili dici- 46
mus de teſte inimico, quẽ inimicitia grauis & capitalis repellit à teſtimonio,ſecus ſi leuis,& non capitalis.Bar.& Do. *in l.*3.§.*fi.ff.de adimen.legat.*Inn.*in cap.de teſt.& in l.*3.§.*fin.ff. cùm oporteat,col.fi.*vbi etiam Abb.& alij Canoniſtæ, *de accuſat.*Bal.*in auth.ſi teſtis productus,num.*4.*Cod.de teſtib.& in cap. veniens,in fine,extr.de ureiuran.& in l.penult.§.primo,ff.ſolut. matrim.*De communi*teſtatur Ant.Gomez.*dict.titul.de pro-* *
batio.delict.capite 12. *num.*4.*verſ.intellige tamen quòd inimicus,*2.*pagina mihi* 365.*column.*3.*in princ.* † vbi etiam docet, 47
quòd Iudicis arbitrio relinquitur,quæ dicatur grauis,& quæ leuis inimicitia,& idem traditur per Clarum *in pract. quæſt.* 24.*verſ. item quæro*,& nouiſſimè per D.Ioſeph.Ludo.qui de cõmuni,* poſt alios teſtatur *in* 1.*lib.ſuarum commun.opinio.* *
*concl.*24.*in* 13.*ampliatione, verſ. ſed quoniam non poteſt dari certa regul.*[Vide quæ in ſimili de teſte inimico dixi *in* 2.*lib. q.*53.*n.*52.*& ſequentib.*]

¶Limita IX Eandem principalem huius queſtionis regulam†nõ procedere in paupere,qui ſcilicet in bonis nõ ha- 48
beat quinquaginta aureos,textus eſt clarus *in l.nonnulli, ff.de accuſ.*cuius textus deciſionem gl.ibi,quæ eſt vnica, declarat†nõ procedere in paupere,qui ſit bonæ famæ,& honeſtæ 49
vitæ,quem ab accuſando minimè repelli dixit, & eã ſequũtur omnes Doctores,*teſte Bero.*in dict.c.*1.*n.*54.*de accuſat.* *
vbi ampliùs,quòd in iudicando & conſulendo non eſt ab illa recedendum,refert & ſequitur etiam Clar.*in d.quæſt.*14. *verſ.ſed hic etiã quæro.*& per eandẽ gl.& Doctores inferendo dixerunt,quòd licèt pauper vel à teſtimonio repellatur, vel ſaltem non ſit omni exceptione maior,prout *in tit.de oppoſit. contr.teſt.*& latiùs dicam,Deo permittente,*infr.in* 2.*lib.q.*67.
†Quando tamen eſt pauper bonæ conditionis & famæ,& in 50
teſte admittitur,& omni exceptione maior reputatur,alia gl. *in c.ſi qui teſtium,in gl.fi.extr.de teſtib.* quam pariter cõmuniter*à Doctor.probari teſtantur poſt alios Michael.Craſ.*in* *
*com.opin.lib.*2.*c.*17.*q.*25.Clar.*in pr.q.*24.*verſ.quæro etiam,nũquid pauperes*,D.Menoc.*in tr.de arbitr.q.li.*2.*cent.*1.*caſu* 65. *num.*11.*&* 12.vbi de magis communi.*Ant.Gomez.*dict.tit.* *
*de prob.delict.c.*12.*n.*19.*verſ.*11.*repellitur pauper*,adducens ad id etiam tex.*in l.humilem,Cod.de inceſt.nup.*[& dicam *ſuo loco d.q.*57.*infrà,in* 2.*libro.*]

¶Verùm de hac declaratione, licèt vt præfertur cõmuni, & etiam vera,vt modò dicã,ego aliàs multùm dubitaui.Illa enim regula & cõcluſio,quòd pauper ab accuſando,vel à ferendo teſtimonio repellitur,videtur prima facie intelligẽda de paupere,qui ſit honeſtę vitę & bonæ famæ:nã ſi vellemus eam intelligere de paupere nõ bonæ & laudatæ vitæ,vtique non eſſet neceſſe recurrere ad defectũ paupertatis, quia etiã diues inhoneſtæ vitæ & malæ famę nõ eſt idoneus teſtis:ſed & ſtudendo,& meliùs conſiderando hæc obiectio penitus à me euanuit,quia regula ſuprà dicta nõ intelligitur de paupere,quẽ certũ ſit eſſe bonæ famæ,& honeſtæ vitæ; quia talis, vt dixi,& iure optimè probatur nec ab accusãdo,nec à ferendo teſtimonio repellitur.Minúſque intelligenda eſt de paupere,quẽ certum ſit eſſe inhoneſtæ vitæ & malæ famæ; talẽ enim fateor etiam ſine defectu paupertatis & ab accuſatione,& à teſtimonio repelli,prout in obiectione dicitur. Et ſi regula prædicta non poſſet verificari niſi in duob.prænarratis caſib.& niſi daretur medium aliquod inter caſum,quando conſtat pauperẽ eſſe bonæ famæ;& caſum,quando cõſtat illum

illũ esse inhonestæ vitæ,certè multùm stringeret argumentum.Sed hìc datur medium, quia regula ipsa intelligitur, quando sumus in dubio,& sic vbi non constat, nec apparet de bona fama,nec etiã de inhonesta vita, & sic in dubio regulariter pauperem ab accusando & à ferendo testimonio repelli proculdubio, concludendum est;prout in dubio regulam præfatam procedere expresè dicit Ant.Gomez,*in d. n.19.eodem vers.11.repellitur pauper.* At vbi certum est,eum esse bonæ famæ, non repellitur, sed admittitur, per præallegata ,quibus addo Nattam, qui pulchre loquitur in tali materia,*in cons.66.n.5.* vbi distinguendo tres casus, prout & nos fecimus, dicit, quòd aliquando testis pauper est bonæ famæ,aliquando malæ famæ,aliquando nec bonæ, nec malæ. Primo casu pauper probat: secundo casu nihil prorsus probat:tertio casu probat,sed minus.

51 ¶Limita X.& generaliter,dictã regulam, vt † ad accusandum alieno nomine nemo admittatur, Bar. *in l. 2. C.qui accus.*Sal.*in l.2.qui accus.non poss.*Ias.*in l.post dotem.num.79.ff. sol.matr.*Conr.*in pr.d.tit.de accu.n.12. vers.63.tutor, curator, procurator,&c.* vbi id limitat nõ procedere in illustri perso-
52 na.¶Ideo† syndicus Vniuersitatis non potest aliquẽ accusare nomine syndicatorio & Vniuersitatis,sed debet accusare nomine proprio, ad vtilitatem tamen ipsius Vniuersitatis,
* prout communiter*per Doct.*in c.dil.il secondo*, præsertim Io.And *super gl.pen.*Anch.Henr.Boich. & Anan. *n.16. de simon.*Aug.*de mal.in verb.& ad querelam, n.20.* & ibi Ang.&
53 Hier.*in addit.*¶Sic etiam tutor † non potest tutorio nomine accusare, sed quidem nomine proprio, ad vtilitatem tamen pupilli tenetur se in accusatione inscribere, secundùm
* aliam communem,* de qua per Ana.*in c.2.n.20.ext.de cal.* quẽ refert Clar.*in pract.d.q.14.vers.Item quæro, nunquid*, vbi limitatio cedit de iure communi: secundùm quod cùm sit necesse,quòd accusator se inscribat ad pœnam talionis, & nemo possit se alieno nomine inscribere,ac pœnæ subiicere, ideo etiam ad accusandum alieno nomine nemo admittitur. At cùm hodie inscriptionis ad pœnam talionis solennitas sit de consuetudine sublata,vt infrà dixi q.16.*n.3.* poterit vnusquisque etiã alieno nomine accusare.Et ita cõsuetudo seruat,vt ibi per eum qui ad id allegat Bal.*in l.1. n.35.C. de accus.*indistinctè tenentem, quòd syndicus Vniuersitatis possit in iudicio capitali comparere pro ipsa Vniuersitate, tam accusando quàm defendendo; testantémque, quòd ita
* etiam tenent omnes*Doctores & in tutore & curatore. De quo etiam vide quæ dixi *inf.in titul. de var. ac diuer. quæstio. q.99.num.18.*Item,An ius accusandi cedi possit, vide latè disputantem Petrum à Placha *in epit.delict.cap.46.per tot.*& alibi,Deo dante,dicam in materia iniuriarum.

¶Limita XI.Eandem regulã,vt non procedat in sanguine coniunctis,quorũ vnus alterum accusare non potest, vt in fratre,cui fratrem regulariter accusare non permittitur, *vt in l.magnũ, C.qui accus.non pos.* quod tamẽ fallit in tribus casibus.Primò,in leuibus delictis.Secũdo,quãdo quis suã vel suorum iniuriam prosequitur.Tertiò,in crimine læsæ maiestatis,de quibus per Gigan. *ti. qui accusare possunt in crimine læsæ maiestatis,q.3.li.2.*¶Item potest poni exemplum in filiis & parentibus,quorum vnus pariter non potest alium accusare,*l.iniquũ.C.de his,qui accus.non pos.l.qui accusare.ff.de accusat.*cũ aliis per Gig.*vbi sup.q.8.& 9.*vbi declarat id non procedere in crimine læsæ maiestatis: & *q.15.*vbi etiam docet, quid iuris in vxore, an possit maritum accusare:& è contrà.
54 ¶Sublimita I.Generaliter præcedẽtes omnes limitationes,† vt non procedant, quando pars non opponit:vbi.n. non est oppositum, valet processus agitatus ab accusatore, etiam inhabili,Bar.*in l.j. §. accusationẽ,ff.ad Turpil.* de com-
* muni*testatur Aret. *in c.1.de accus.* quem refert Hieron. *in addit.ad Ang.de malef.d.verbo,ad querelam,n.4.* quos omnes
55 sequitur Conrad.*in pr.d.tit.de accusatio.n.14.* vbi ampliùs,† quòd quando accusatoris inhabilitas prouenit de iure ciuili,tunc de ea opponi debet ante litem contestatam: si verò prouenit de iure gentium,vel naturali,& tunc potest etiam post litem contestatam opponi,secun.Bal.*in rub. C.qui accus. non poss.col.3.nu.6.* [Addo & Tiber. Decian.*in suis tract.crim. par.1.lib.3.c.7.n.30.*]
56 ¶Sed †an parte nõ opponẽte,Iudex possit ex officio inhabilem accusatorem repellere:Conr.*vbi sup.d.n.14.* arguẽdo de teste ad accusatorem:cùm accusatio & testificatio æquiparentur,vt ibi per eũ distinguit,quòd si accusator sit omnino & prorsus inhabilis,puta Iudæus, hæreticus, infamis,& similis;quæ personæ repelluntur odio ipsius personæ,& hos etiam parte non opponente Iudex repellere potest ex officio:secus si nõ sint omnino inhabiles,vt putà quia possit expresso vel tacito partium consensu habilitari,quia contra tales non opponente parte non opponit etiam Iudex:[sed in muliere,quòd Iudex ex officio, & etiam parte non opponente possit eam repellere, probat Sal.*in l.non ignorat, n.4. C.qui accus.non poss.*& sequitur Dec.*d.c.7.n.30.*]

¶Sublimita II.Easdem omnes præcedentes limitationes†non procedere in casu, in quo quis suam vel suorum 57
iniuriam prosequitur;quia tunc ad accusandum etiam inhabiles admittuntur.*l.hi tamen omnes.ff.de accus l.non prohibentur,l.non ignorat,l si crimen,& l.de crimine,C.qui accus.non pos. l.vxor tua,& l.negãda, C.eo.tit.c.prohibẽt*,ibi,*mortẽ propinquorũ defendant,2.q.1.c.omnib.4.q.6.* Spec. *d.tit.de accus. col.pen. vers.in sũma nota*,Plac.*in tract.de accus.tit.2.n.26.*Conr.*in pr. d.tit.de accusatio.n.9.vers.4.vt personæ prohibitæ, p.mihi 227. col.1.in fi.*Ant.Gom.*dict.c.1. tit. de delict.n.32.* Petr.à Placha *in epit.delict.lib.1.c.44.n.14.* de communi* testatur Villap.* *super l.22.c.52.post n.4.* refert,& sequitur Clar.*in pr.d.quæst. 14.vers.volo etiam*,vbi quòd hæc sublimitatio debet in materia semper præsupponi pro absoluta. Pro qua etiam facit quod dixi *sup.nu.13.14.15.16.& 19.* vbi probaui secundùm communes Doctorum opiniones; quòd licèt laici contra clericum,milites,minores,mulieres, & infames regulariter accusare nõ possint;ab accusãdo tamẽ nõ repellũtur, quãdo suam vel suorum iniuriã prosequuntur. Quo casu, vt dixi, omnes etiam inhabiles admittuntur,dummodo sint iudicij capaces:quia si incapaces,non admittuntur ad accusandum, etiam quòd prosequantur suam vel suorum iniuriam,vt per Car.*in rub.C.qui acc.non pos.n.3.* sequitur Plach. *in d.n.4.* inferens ad excommunicatum,de quo dixi *sup.n.31.* [adde & Tiber.Dec.*in suis tract.cr.par.1.lib.3.c.5.n.2.& seqq.* vbi bene inde demonstrat, quando fauorabilior aliis sit prosequutio iniuriæ suæ vel suorum;& quot habeat specialia.]

¶Sed†quando quis dicatur suorum iniuriam prosequi,Pe. 58
trus à Placha *in epit.delict.lib.1.c.39.n.13.*duas in proposito refert Doctorum opiniones.Primam,quòd suorum appellatione veniant in hac accusationis materia consanguinei vsq; ad 10 gradũ:alterã,cũ qua & ipse residere videtur,quòd non veniant cõsanguinei,nisi vsque ad septimũ gradũ.Verũ Ant. Gom.*d.c.1.d.nu.34.* vltra præfatas opiniones, duas alias refert:tertiam sc.quòd suorum appellatione non veniant consanguinei,nisi vsq; ad quartum gradũ.Quartam quòd vsque ad sextum gradũ,& hoc quia inf.hunc gradum consanguineus non cogitur contra cõsanguineũ ferre testimoniũ,argumento textus,quem dicit formalem & expressum *in l.2. ff. de accus.*& cum ista quarta opinione,quam dicit veram, & communem,*ipse pertransit:sed Clar. *in pr.d.q.14.eod. vers.* *
volo etiam,dicit,quòd in proposito appellatione suorum,veniunt parentes & descendentes omnes.Itẽ patroni & pattonę,& eorum liberi;frater,soror,vxor,socer,socrus,gener,nurus,vitricus,nouerca,& priuignus:& ita post Ab.*in c. de cætero,n.7.de test.*Fel.*in c.cum dilectus,n.9.de accu.* Mar.& Cata. in locis per eũ alleg.& de cõmuni opinione* testatur. [Duas *
alias opiniones vltra præfatos refert Tiber.Dec. *d.c.5.n.10.* quas ibi per te videre poteris,& deinde subdit, quòd in terminis nostris omnes prædictæ opiniones possũt bene procedere.Et vltra personas per Clarum enumeratas,addit ipse patruũ,amitam,nepotem ex fratre,sobrinum, sobrinam,vel ex sobrino aut sobrina natũ:ex quib.sine dubio apparet,rem satis esse controuersam.]Quid igitur dicendũ? Dicta & cõclusiones Clari & Tiberij Deciani sunt in se veræ,& de illarum singulis latiùs dicam *inf.quæst.*....sed non generaliter definiunt propositam quæstionem, vsque sc.ad quem gradum consanguinei dicantur prosequi suorum iniuriam. Ideo non recedas ab vltima opinione relata per Ant. Gomez. *vbi sup.* quòd videlicet intelligatur vsque ad sextum gradum, vltra quem gradum consanguinei reputantur pro extraneis, nec dicentur prosequi suorum iniuriam,per præallegata.

¶Svbli

59 ¶ Sublimita II. In exceptis delictis, in quibus propter eorum enormitatẽ, vt putà hæresis, læsę maiestatis, simonię, fraudatæ annonæ, fraudati census, dilapidationis, & similib. inhabiles accusatores, excepto tamẽ inimico, de quo dixi suprà, *n.* 39. admitti dixit Spe. *d.tit. de accusatore, n.* 7. & 8. Bal. *in l. iubemus, col. fi. C. de prob.* Host. *in summa, de accu. §. quis possit, vers. admittuntur, &c.* Hier. Gigas *de cri. læsæ mniest. lib. 3 in rub. quom. & per quos crim. læsæ maiest. probetur, q.* 15. Conr. *in pr. tit. de accus. n.* 9. *vers. Amplia* 1. & *ver. Amplia* 3. & faciunt quæ dixi *sup. num.* 12. 14. 15. 16. 20. 25. vbi quòd licèt clericus, miles, minor, mulier, socius criminis, & infamis ad accusandum non admittantur, admittuntur tamen in prædictis exceptis criminibus.

60 ¶ Et his paucis contentus, finem impono propositæ quæstioni, in qua si plura alia quàm quæ hic scripsi & ad saturitatem habere volueris, adeas latissimè declarantem Decian. post huius primi libri primam impressionem habitum *in suis tr. cr. par.* 1 *lib.* 3. *per totum, in discursu, & præsertim c.* 4. vbi an Christiano liceat accusare, & an accusationis officium dici possit laudabile, de quo & *ibi. c.* 5. *n.* 1. & *c.* 8. vbi an, & quando seruus, monachus, & libertus possint accusare.

ARGVMENTVM.

Ad accusandum super nece defuncti, & prosequendum suorum iniuriam, qui præferantur.

SVMMARIVM.

Pax super nece defuncti habenda est ab iis, quibus ius accusandi competit, num. 1.

Accusandi ius super nece defuncti competit proximioribus, exclusis remotioribus, n. 2.

Accusandi & transgrediendi ius competit filiis & nepotibus aliis exclusis, etiam quòd fuerint emancipati, ac etiam quòd non sint hæredes, n. 3. & *seqq.*

Accusandi ius competit proximioribus, etiam quòd remotiores in accusando præuenerint, n. 6.

Hæres quàm primùm potest, tenetur vlcisci mortem defuncti, aliàs priuatur hæreditate & fructibus perceptis, n. 7. *Limita* 1. *in hærede minore, n.* 9. *Limita* 2. *quando est institutus hæres filius occisoris, n.* 10. *Limita* 3. *quia si accusauit & succubuit, non tenetur appellare, n.* 11. *Limita* 4. *in hærede, qui occisorem ignorat, vel non habet super delicto probationes, nu.* 12. *Limita* 5. *de consuetudine, n.* 13.

Accusandi ius competit proximioribus etiam scripto hærede excluso, n. 8.

Accusandi ius competit parentibus & aliis ascendentibus vsque in infinitum, n. 3.

Accusandi ius cõpetit etiam affinibus, putà socero, socrui, genero, nurui, vitrico, nouercæ, & priuigno, n. 13. *vbi de materia.*

Accusandi ius super nece viri competit vxori. Amplia 1. *in sponsa de presenti. Amplia* 2. *etiam quòd sit hæres. Amplia* 3. *vt præferatur consanguineis, n.* 14. & 15. *Sed quid si transit ad secunda vota, vel luxuriosè viuat, n.* 16. & 17.

Pax in primis habenda ab vxore occisi, aliis consanguineis exclusis, quibus ipsa in hoc præferenda est, n. 14. & 15. *declara, vt in n.* 16. & 17. & *quid iuris occisa vxore, dict. n.* 15.

Accusandi ius super nece defuncti competit compatri, commatri, ac filiæ spirituali; sed non ad exclusionem aliorum consanguineorum, n. 18.

Accusandi & transigendi, ac pacem ineũdi ius, an competat monacho seu monasterio sup. iniuria monacho illata. Et quid sup. nece monachi vel patris ipsius monachi, n. 19. & *seqq.* & 22. & 25. & *in casu in quo iniuria est illata monacho, & habenda est ab eo pax, an sufficiat illam habere à monacho solo, an à Prælato solo, an verò vtriusque cõsensus requiratur: an etiam requiratur consensus capituli, n.* 26. *vers.* Nec prætermittendum est.

Monachus an amittat iura agnationis, & patriam potestatem, n. 20. & 25. *in fin.*

Monasterium succedit loco filij, nu. 21. *quod procedit in vltimis voluntatibus, secus in contractibus, & aliis casibus, n.* 26.

Monachus ante professionem non desinit esse de populo, nec propriè dicitur monachus, aut religiosus, n. 23.

Monachus æquiparatur mortuo & seruo, n. 24.

Accusandi ius pluribus consanguineis in eodem gradu existentibus omnibus competit, nec vnus excludit alium, n. 27. *Fallit, quia qui primò præuenit contestando litem, aliis præfertur etiã eiusdem gradus, n.* 28. *fallit* 2. *in coniuncto defuncti maximo amico, qui præfertur coniuncto non ita amico, n.* 30.

Accusandi ius competit fratri vtrinque coniuncto, excluso fratre vterino tantùm, n. 29.

Pax habita ab amico maxima amicitia coniuncto valet, n. 31. & *seqq. vbi declaratur materia.*

Accusandi ius competit defuncti amico super illius nece, nu. 31. *Amplia etiam ad exclusionẽ hæredis scripti, n.* 35. *Limit. quia non cõpetit amico tale ius ad exclusionẽ consanguineorũ, n.* 35. *Limita* 2. *in simplici & non inueterato amico, n.* 33. & *seqq.*

Amicitia æquiparatur coniunctioni, n. 32.

Suorum appellatione venit singularis amicus, n. 33.

Amicus quis dicatur simplex, & quis singularis & maximus, num. 34.

Accusandi ius non competit filio adoptiuo, n. 34. & *seqq. Limita in adoptato ab aliquo ascendente, item in filio adoptiuo, etiamsi sit hæres, n.* 46.

Adoptiuus filius non dicitur patri coniunctus, n. 38. *item nec suus hæres, n.* 39. *Nec venit appellatione filiorum, n.* 40. *sed contrà, n.* 41. 42. 43. *distingue, vt in n.* 44.

Adoptiuus filius non potest patrẽ sine venia in ius vocare, n. 41.

Adoptiuus filius patri succedit ab intestato, n. 42.

Verba sunt naturaliter, & non ciuiliter intelligenda, n. 45.

Accusandi & transigendi ius super nece patris non competit posthumo, nec eius tutori, n. 48. & *seq.*

Posthumus non dicitur in rerũ natura, nec in terra; nec homo, nec animal; nec patri suus, nec hæres; nec in eius potestate, n. 49.

Posthumus habetur pro nato in iis quæ sunt ad sui fauorem: secus in aliis. Item habetur pro nato ciuiliter & impropriè, secus propriè, & naturaliter, n. 50.

Accusandi ius super nece patris, spuriis non competit, nu. 51. *sed contrà, n.* 57. *Distingue, quòd spurij non possunt accusare; secus autem naturales, n.* 61. 62. & 68. *Amplia, vt nec possint accusare nepotes legitimi ex filio spurio, nu.* 64. *Limita in spuriis, qui certum patrem habent, n.* 63. *Limita* 2. *quia licèt spurij non possint accusare tanquam filij, possunt tamen tamquam extranei, n.* 65. *Limita* 3. *quia ad accusandum super nece matris spurij admittuntur, etiam quòd sint nati ex coitu damnato, n.* 66. & 67. *si tamen concurrunt in accusando spurij & legitimi, præferentur legitimi, n.* 69.

Pax à filiis illegitimis habita super nece patris, quando valeat, num. 69.

Spurij etiam legitimati sunt infames, n. 52. *sed contrà, n.* 70. *Distingue, quia sunt infames infamia facti; secus infamia iuris, d. n.* 70. *Item distingue inter spurios & naturales, n.* 71.

Spurius nõ venit appellatione filiorum, nec dicitur de agnatione, nec de domo patris, nec illius gaudet dignitatibus, ac nobilitate, nec dicitur consanguineus, nec coniunctus, nec suus, & his similia, n. 53. & 54. *Sed contrà, n.* 73. *distingue, vt prima opinio procedat ciuiliter, & secundũ ciuiles sanctiones: secunda autẽ naturaliter & secundũ ius nature, n.* 58. 73. & 75.

Argumentum de successione ad accusationem valet, n. 55.

Spurij nec ex testamento, nec ab intestato patri succedunt, n. 56. *sed contrà, n.* 74. *Distingue inter spurios & naturales, d. n.* 74.

Illegitimorum filiorum alij spurij, alij bastardi, alij nothi, alij naturales, & alij manseres; & qui dicantur spurij, & qui naturales, n. 59. & *seq.*

QVÆSTIO XIII.

ACcvsatio aliquando fit ob publicam vindictam, & aliquando ob priuatam iniuriam, vel sibi, vel suis illatam: vtroque casu quinam ad accusandum admittantur, & qui ab accusando repellantur, dictum est sup. *in antecedenti Quæst.* Aliquando autem occurrit, vt in vindicando, & prosequendo iniuriam suis illatam, in iudicio ad accusandũ cõcurrant plures iniuriati consanguinei, ex quib. quando vnus alteri præferatur in accusando super nece defuncti, congruè hîc quærendum puto. quæst. vtilitas non modica erit. Aliquãdo enim, vt suprà vidimus *in ti. de Inquisitione, q.* 4. *in* 1. *Amplia.* 6. *limitationis principalis, n.* 32. vel vigore statutorũ, quæ in plurib. Italiæ locis vigent; vel consuetudinis, propter pacem habitã, delicti pœna minuitur. Quod sanè intelligẽdum

est mortuo offenso(si enim offensus viuit, nulli dubiũ quòd ab eo haberi debet)dummodo pax ita habeatur ab iis,à quibus de iure haberi debet. ¶ De iure autẽ †super nece defuncti ad faciendum pacem,ij præferuntur,qui & in accusando præferuntur,vt latè post alios per Ant.Gom.*var.resol.tom.3. c.3.tit.de homicid.n.61.& seqq.præsertim sub n.65.* Et per Petrum à Plach.*in epit.delic.lib.1.c.39.& seqq.in discursu*, Clar. *in pr.quæ.*38.Petrin.Bel.*l.de re militari,pag.*136.*n.*50.*& seqq.* vbi latè examinando hanc materiam semper in hoc æquiparant ius faciendi pacem,& ius accusandi.Ideo ad faciendum à quib.pax sit obtinenda ad pœnæ diminutionem, de quo particulariter dicam *in sequenti Quæstione*, est in primis videndum, quibus magis ius accusandi competat. Qua in re

¶¶ Regvla sit,† quòd ius accusandi super nece defuncti cõpetit cõsanguineis proximiorib. exclusis remotiorib. *l.si plures,ff.de accus.l.2.§.si simul.* vbi Bar.Ang. & Doct.*de adulter.* Guliel.à Cuneo,& Alb.*in l.penu.§.fi.ff.nauta,caupo.stabula.* Bald.*in l.fin.col.2.* & ibi Sal.& Ang.*ff.de verbo.signif.* Sal.Iacob.Butr.& alij *in l.1.C.vnde vir,& vxor*, & Sal.Alexan.& Docto.*in l.viduæ,C.de nupt.& in l.fin.C.de test.milita.* Castr.*in l.si cum dote.§.si patri,& in §.hoc autem tempore*, vbi Alex.*ff. sol.matrimonio*,Ias.*in l.non solùm, nu.3.ff. de noui oper.nunci.* quorum plerique,ex iure accusandi inferunt ad ius faciendi pacem,& transactionem:de quo particulariter dicam *in seq. quæstione*, eosdem referendo sequitur Petrus à Placha *in epi. delictor.lib.1.c.39.n.17.* & hanc regulam communem* dicit Ant.Gom.*d.c.1.delictorum,tit.de delictis, nu.35.sub vers.item etiam intellige.*

¶ Amplia I. Et illatiuè præcedentem regulam,† quòd cùm filij sint omnib.aliis consanguineis defuncto in gradu proximiores;ita etiam & in accusando,& transigendo super illius nece omnib.aliis præferri,secun.Petrum à Placha,qui id optimè probat,*d.lib.1.c.40.n.2.in fi.* vbi idem in ascendentib.& descendentib.omnib.vsque ad infinitum, & melius *in c.45.n.2.* vbi ampliat† particulariter,etiam in nepotib.ac etiam *in* filiis † emancipatis, ad quos paterna hæreditas non peruenit,per tex.*in l.si filius,qui patri,ff.de vulg.& pupill.* definiens,quòd licèt filius se abstineat à paterna hæreditate, remanet tamen in eo existentia suitatis,quæ ius vindicãdi tribuit;& cũ vindicare offensã, & iniuriã nõ sit quid hæreditarium,sed extra hæreditaté,*l.pro hæred.§.fi.ff.de acq.hæred.l.pe.* * *ff.de sepulchro violato*,& communis* teste Rui.*in l.4.§. Cato, n.102.ff.de verb.oblig.* ideo non est mirum,si etiam emancipatus filius,vel qui à paterna hæreditate se abstinuit,dictum vindicandi ius habet:vide *infrà,in seq.q.14.n.19.& seq.*

¶ Amplia II.Eandem regulam,† vt in tantum proximiorib.competat ius accusandi super nece defuncti, exclusis remotiorib.vt si remotiores præuenerint proximiores in accusando:non tamẽ per hoc illos excludũt;quia proximiores erunt præferendi remotioribus,etiã quòd in accusando diligentiores fuerint,secundùm Petrum à Placha *in epit. delict. dict.capitu.39.n.18.* qui licèt loquatur semper in terminis legis Regiæ,de qua ibi:ex rationibus tamen per eum adductis,quæ generales sunt, ego idem puto dicendum de iure communi; eo præsertim,quòd iura proximioribus consanguineis nullum constituunt tempus ad vindicandã defuncti necem;ideo sine requisitione nullam incurrunt morã,*l.lecta, § pen.ff.si cer.pet.* vnde si non sunt in mora,cur per accusationẽ remotiorũ,quib.ipsi præferũtur,excludi debẽt ? Hoc certè videtur absurdum,arg.tex.*in l.cùm solus,ff.de acq.hæred.* ex qua diffinitur.Cùm plurib.aliquod ius defertur in solidum, vel in partes, is qui in primo gradu sẽper est, admittitur intra tẽpora legis diffinita:tametsi præuentũ sit ab vlteriorib. hæredib.& in gradu remotiorib.ad idem tex. *in l. maritus.§. vlt.ff.de adul* facit etiã tex.*in l.si filius,qui,§.cùm filius,ff.de bonis liber.* ibi,*& sine dubio qui sequẽtis gradus sunt,non admittãtur interim.* itẽ & tex.*in l. 3. ff.de acq.hær.& in l.si plures,ff.de iure deliber.* vbi quòd non admittuntur ad defuncti hæreditatẽ remotiores in gradu, nisi priùs proximiorib. assignatum tempus ad deliberandũ,per quæ & alia iura optimè iudicio meo idem Plach.*in loco citato,num.*19. non solùm concludit proximiores isto casu per remotiores,non excludi:verũ etiã quòd si dicti remotiores,dũ præuenerunt in accusando,fecerunt aliquas expensas,si postea à proximiorib. excluduntur, non tenẽtur ipsi proximiores illis dictas expensas resarcire; quia debuerant cogitare antequam accusarent,quod hoc accusandi ius priùs competebat proximioribus quàm ipsis, arg tex.*in l.si demum,§.idem quærit ff.loc.& l.quibus diebus, §. 1.ff.de cond.& demonst.*

¶ Amplia III.Quòd†licèt hæres teneatur defuncti mortẽ vindicare,& nõ vindicãdo eius priuetur hæreditate, quæ fisco applicatur, *ad l.hæreditatem, & l.portiones, ff.de his,quib. vt indig.l.1.C.eo.ti.l.cùm mortis, & l.1.ff.de iure fisci, l.1.C.de prec.Imp.offeren.* & est communis,* vt per Ant.Gom.*d.c.3 ti.* * *de homi.n.*53.vbi ampliùs,quòd etiam tenetur restituere isto casu hæres fructus medio tempore perceptos,per tex. *in d.l. hæredem,ff.de his,quib.vt indign.& in l.1.C.eo.ti.* & vtrobique communiter* Doctores,& quos etiam sequitur Petr.à Plac. * *in epit.del.c. 39.n.23.* quibus sanè constat, quòd accusationẽ super dicta nece debeat hæres proponere quàm primũ poterit,secundùm gl. *in d.l.1.C.de his,quib.vt indign.* quam ibi sequuti sunt Bart.Bal.Castr.Sal.Alex.Ias.&* cõmuniter Do- * ctores,prout testãtur Ant.Gom.& Petr.à Plach.*in locis præcitatis*,quæ omnia habeant locum,& procedant nõ solũ in hęrede scripto consanguineo,sed etiã extraneo,*l.1.l.minoribus, l.quoniam sororem,C.de his,quib.vt indign.l.1.C.de precib.Imper.offer.l.1.§.omnium,& §.si fortè,ff.de iniur.* Alex. ad Bar. *in l.2.ff.de prob.* Plach.*d.n.23.vers.caterùm & illud obuium erit.*

¶ Si tamen†in accusando cũ dicto hærede cõcurrat aliquis consanguineus, ille præferendus est, etiamsi nõ sit hæres. Cùm.n.iniuria illata defuncto, censeatur etiam consanguineis illata,*ad l.2.§.fi.ff.ad l.Iul. ff.de adult. l.quamuis indubitati,* & ibi Bar.Bal.& Doct.*C.eo.l.lex Cornelia, ff.de iniur.l.1. ff.de liber.cau.* & ob id propensior dolor sit cõsanguineis,quã alteri extraneo etiam hæredi; cùm nemo vnquam carnem suam odio habuerit,& meritò cùm maiori affligantur mœrore ob iniuriam illatam omnibus aliis, & sic etiam hæredi præferendi sunt, arg.tex. *in l.sororem, C.de his,quib.vt indig.* & de magis communi* testatur Petr.à Placha,*d.c.36.n.4.* *

¶ Nec obstat,quòd hæres scriptus teneatur vlcisci mortẽ testatoris,aliàs hæreditate priuetur:quia si fuerit præuentus à consanguineis,ab ea pœna immunis erit, vt adnotauit Ias. *in d.l.1.in 2.limitat.C.de his, quib.vt indig.* per text. *in d.l.sororem,* & cùm hoc munus accusandi ratione sanguinis competat,ab aliquo tolli non potest,*l.abdicatio,* vbi gl.*C.de patr. potest.l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.* & ideo proximior sanguine licèt hæres non sit,omnibus aliis præferendus est,*l.si verò, §.hæc actio,ff.de his,qui deiecer.* & faciunt *infrà* tradita *in seq. q.14.n.21.& seqq.* vbi videas.

¶ Limita I.Id† quod modò dixi in hac tertia ampliatione(hæredem scilicet defuncti hæreditate priuari, nisi quam primùm poterit eius mortem via iuris vindicauerit. Dixi autem via iuris;quia manualiter & armis hæres non tenetur, nec debet defuncti mortem vindicare,ad gl.*in d. l.1. in gl.1.* & ibi Bar.Ang.Sal.Castr.Ias.& communiter Doct.*ff.de his, * *quib.vt indig.*)vt non sit semper verum.talis.n.pœna,[vltra quòd consuetudine receptum est prorsus ab aula,vt post Foll.quẽ allegat,testatur Cla.*in pr.§...q.79.ver. pen.adhuc etiã de iure*]primo nõ habebit locũ in minore hærede, *l.minoribus,* ibi gl.& Doct.*C.de his,quib.vt ind.* Plach.*d.c.39.n.24.ver.2.fi.* *licitur casus.* De communi* testatur Ant.Gom. *d. c.3. delictorum,eod.n.53.* hoc.n. videtur delictum in omittendo, à quo & eius pœna minorem prorsus excusari probatur *in l.2. C.si aduer.del.in auth.si captiui,C.de Epis.& cl.* Bar.*in l.si ex causa, §.nunc videndum,num.2.& Illustris.Card.Alban. in suis lucubra.ff.de minoribus,* Clar. *in pr.qu.60.in pri.* immò, quod plus est,isto casu si minor efficiatur maior,non tenetur, nec etiã in maiori ætate accusare,nec vllam incurrit pœnam,non accusando;quia semel tale ius accusãdi in eius persona fuit extinctum,& est gl.expressa,*in d.l.minoribus,in gl.pen.* Plach.& Ant.Gom.*in locis proximè citatis,* vbi Gomez.de communi** testatur.

¶ Limita II.Tradita in præfata tertia ampliatione, † vt non procedãt,quãdo est institutus hæres filius occisoris,qui cùm non teneatur patrem accusare, arg.text. *in l. filius,ff.de condit.instit.& in l.si adulteriũ cum incestu,§.liberto, ff.ad l.Iul. de adult.* ideo non accusando, nullam incurrit pœnam. Fuit originale dictum Pil.*in suis quæst.q.2.* quẽ sequuti sunt Alber. *in rub.C.de his,quib.vt indig.* Ias.*in l.1.n.4.C.eod.tit.* Ioa.And. ad Spe.*in rubr.de succes.ab intestato,col.1. ver.sed incidit quæstio,* quos

stio,quos referendo sequitur Ant.Gom.*d.c.3. delictorum,t.de homic.sub cod.n.53.* & post eum Petr. à Placha *d.c.39.nn.24. ver.ab hac tamen sententia.*

11 ¶ LIMITA III. Eadem tradita *in d. 3. amplia.* †. quia si hæres accusauit occisorem,& ex defectu probationum succubuit,& sententiam cõtra reportauerit,non tenetur postea ampliùs appellare,*l.propter veneni quæstionem,§.fin.* vbi Bart. & alij,*ff.ad Syllan.*idem Bart.& Doct.*in dict.minoribus, C.de his,quib.vt ind.*Plach.*vbi sup.dict.c.39.n.24.ver.præter hos,*& alius subiicitur casus. Ant.Gom.*dict.tit. de homic. n.53.prope fi.* vbi testatur de communi*, & reddit rationem,quia scilicet in dubio sententia præsumitur iusta. *l.Herennius,§.Caia. ff.de cuictio.*

12 ¶LIMITA IV.Vt hęres non teneatur accusare occisorem, quem licèt certò sciat occidisse,nõ tamẽ habet desuper probationes,& multò minùs debet aliquem accusare , quando ignorat interfectorem,tex.expressus *in l.si ideo,C.de his,quib. vt indig.*Plach.*d.n.24.vers.4.casus est,*Ant.Gom.*d.n.53.in fi. tit.de homicid.*vbi de communi*.

13 ¶ AMPLIA IV.Principalem huius quæstionis regulam,† quia ad accusandum defunctinecem,non solùm admittũtur proximiores consanguinei,sed etiam affines ; putà socer,socrus,gener,nurus, vitricus, nouerca, priuignus & priuigna, qui enumerantur *in l.1.ad fi.ff.de postu.l.in lege Iul.ff.de testib. iuncta l.2.ff.de accus.*Bald.*in l.2.qui accus.non poss.*Abb.*in c.de cætero,n.7.de testib.*Fel.*in c.dilectus,num.9.de accusatio.*vbi de communi,*Carauita *super ritu mag.Cur.192.n.2.*Clar.*in pr. dict.q.14.eod.ver.volo etiam, vt præsupponat,* & latè comprobat Petr.à Plach.*in epit.c.40. n.1.& 2.* vbi tandem admonet in horum accusatione super nece defuncti tria esse consideranda tempora. Primum,quando iniuria est facta ante contractam affinitatem. Secundum,quando affinitate contracta & durante. Tertium,quando post dissolutam affinitatem.

¶In primo casu affines effecti post iniuriam illatã ius accusandi non habent.In secundo casu affinibus,vt præfertur, ius accusandi competit;& hoc procedit,etiam quòd tempore accusationis dissoluta sit affinitas:non enim per hoc desinit offensa,neque ius vindicandi,*l.quia parentis,ff. sol.matri. §.sacram.Instit.de nupt.*Alex.*in dict.l.generaliter , in prin.ff.de in ius vocan.*In tertio verò casu affini non competit ius vindicandi necem defuncti,nec ius accusandi,argu.text.*in l.sed hoc ita,*& ibi gl.*ff.de re iud.* cessante enim affinitatis vinculo debet etiam cessare affinitatis priuilegium.*l.quod ait,ff.de diuor.l.cui eorum,§.affinitatis,ff.de postul.*

14 ¶ AMPLIA V.Eandem regulam , † etiam in vxore,cui ius accusandi super nece defuncti mariti competere [licèt non habeamus legem expressè decidentem:attamen Bart. *in l.2. n.2.ff.de accus.*id probat,sumpto argumento à maiori,nam si potest accusare de morte soceri,*vt in dict.l.2.iuncta l.lege Iulia,ff.de testibus,*qui socer sibi coniungitur mediante persona mariti,multò magis poterit accusare pro nece ipsius mariti,] Bar.Bald.Cyn.Faber,& Ang.& Alb.*in l.de crimine, C.qui accusare non poss.*facit tex.*in l.3.§.cũ verò.ff.de liber.causa,*Alex. *in l.1.§.fin.ff.de iniur.*Odof. *in l.sororem, ff.de his,quibus vt indig.*Bald.*in l.1.col.12. vers.super tertio,C.qui accusar. non poss.* Alber.*in l.1.ff.eod.*vbi id ampliat procedere etiam in sponsa de præsenti [quod & voluit Tiber.Dec. *in suis tract. crimin. part.1.lib.3.cap.7.num.10.*]Iacob.Rauen.*dict.l.de crimine,*vbi pariter ampliat,etiam quòd vxor non sit mariti hæres, Roman.*in l.1.§.potuisse.ff.ad Syllan.*Aret.Alexand. & Roman.*in l.pro hærede.ff.de acquiren.hæred.*Boer.*decisio.233.num.3.*Carrer.*in pract.crimin.§.homicidium,num.381.*Ant.Gomez, *dict.* * *cap.primo,delictorum,nu.32.*de communi*,post Abb. Fel. & alios,quos allegat,testatur Clar.*in prac.dict.q.14.eo.ver.volo etiam vt præsupponas, & in ver.præterea dixi.* de magis com- * muni*,& magis seruata opinione testatur Petr.à Placha *in epit.delict.cap.40.num.2.& cap.45.num.1.*Nec dissentit Vulpel.*in suo tra.de pace,q.15.*vbi ex hoc infert, quod etiam poterit facere pacem super nece viri sui, de quo dicam *inf.in seq.num.15.*

¶Ratio huius ampliationis est,quia si ius vindicandi necẽ defuncti competit affinibus,putà nurui,& aliis *sup. numeratis in antecedenti ampliatione*,multò magis debet competere vxori,quæ dicitur caput affinitatis,gl.*in l.non facile,ff.de gradib.*Bald.*in l.affinitatis, Cod.commun.de succes.in 1. col.* & non solùm dicitur viro coniuncta, *ad fin.§. cum autem in consinio, vers.si in personas ita sibi coniunctas ,* vbi Bald.Aret. Salic.& alij,*Cod.de fur.*verùm etiam dicitur vna,& eadem caro cum eodem viro , *cap.gaudemus, §.quia verò,extr.de diuor. cum similib.*

¶ AMPLIA Hanc quintam ampliationem , † vt vxori ne- 15
dum competat ius accusandi super nece viri ; sed si ex vna parte concurrat vxor ipsius occisi,& ex alia concurrant hæredes,vel consanguinei , ipsa vxor non solùm in iure accusandi,sed etiam transigendi & faciendi pacem , præferenda est dictis hæredib.& consanguineis ; cùm in ea maior coniunctio,& affectio cõcurrat.Ita expressè dixit Ant.Gomez *in loco præcitato,c.1.& c.2.n.32.c.61.in fin.* sequitur Placha *in d.c.45.n.1.&n.2.*vbi amplius asserere videtur,eam esse præferendam propriis filiis occisi:de quo tamen vltimo , s.quo ad filios,multùm dubito in vxore , sed in viro , quòd etiam propriis filiis communib.præferatur in faciendo pacem super nece suæ vxoris occisæ,consuluit Tiber.Dec. *cons.53.nu. 27.lib.1.* quem refert, & sequitur Ioseph. Ludou. *in comm. opi.lib.1.concl.41.in 3.ampliatione:*in quo vide Octau.Vulpel. *in tra.de pace,q.24.* vbi tenet quòd occisa vxore pax sit habenda copulatiuè ab eius marito, patre , ac etiam filiis propter vnitatem personarum,& offensæ,quæ omnibus pariter illata censetur.

LIMITA Hanc quintam ampliationem †, vt nõ procedat 16
in vxore,quæ post viri necem transiit ad secunda vota : per talem enim transitũ ius prælationis , quod habet in iure accusandi,amittit:cũ enim,vt suprà dixi , dictum ius vxori cõpetat ex eo,quòd principalis dolor eam tangat propter mutuum amorem,qui inter maritum & vxorem esse debet.*d.c. gaudemus,§.quia verò,de diuor.l.1.§.fi.& l quamuis indubitati, C.de adult.*¶Et transeundo ad secunda vota , cessat in vxore dictus mutuus amor.*l.lex,quæ tutores,C.de administra.tut.*cessare etiã debet prælationis priuilegium in accusando, quod ratione dicti mutui amoris iura sibi concesserunt. Ita in specie arguit Petrus à Placha *d.cap.45.eod.nn.1.*vbi per hanc rationem idem concludit in vidua luxuriosè viuente , *ex l.iis solis,C.de reuocan.donatio.*& ex gl.*in auth.sacramenta,C.quando mulier off.tutelæ fungi possit,*ac etiam idem in marito transeunte ad secunda vota, quem pari ratione necem defuncti vindicare non posse,ante eum dixerunt Aret. *cons.62. col.2.* Rom.*cons.182.*& Oldr.*cons.33.*

¶ SVBLIMITA & † declara præcedentem limitationem 17
tribus modis,de quibus Petr.à Plach.*in loco nuper citato,cod. n.1.cap.45.*Primò scilicet,vt licèt mulier transeundo ad secundas nuptias amittat in accusando ius prælationis , illud debeat intelligi quoad filios , quib.si secundò nupserit, non præfertur in accusando mortem patris;vbi tamen aliàs præferrentur,vt dixi *sup.n.15.* Sed non quoad alios consanguineos,quibus omnino præferenda est,etiam quòd adsecundas cõuolauerit nuptias. ¶Secundò dictum est, quòd ius prælationis non amittit vxor,quando secundò nupserit de licentia occisi viri,ex Bal.*in l.filium quem habentem , C.famil.ercis. & in l.1.C.de his,quæ pœnæ nomine,& in l.1.C.de nup.* Tertiò illud idem ius pariter non amittet vxor, si de licentia filiorum occisi nupserit,ex Bal.*in locis præcitatis,*cum plenè congestis per Roland.*cons.81.num.10.& seqq.vol.3.& cons.62.n. 26.& seqq.vol.1.*

¶ AMPLIA VI.Dictam principalem regulam etiam in cõ- 18
patre,vel filio spirituali,quos ad accusandum admitti pro iniuria, & offensa facta eius compatri , vel patri spirituali ; & econtrà,& sic super eorundem nece,dicit Clar. *in pr.d.q.14. ver.quæro,an compater,*Alleg.Bal. *in l.1. num.55. C.qui accus. non poss.*& Placham *lib.1.delict.c.40.n.11.in fi.*dicentẽ, quòd nemo vnquam Doctorum*huic ampliationi refragatus est. * Pro qua addo ex eodem Placha *ibidem,* Anan. *in c.cùm dilectus,col.pen.ver.quid de compatre,de accus.*Ias.*in l. apertissimi, col.2.vers.2.facit,quod singulariter,C.de iud.& in l.generaliter, colu.1.*vbi etiam Alex.*n.4.ff.de in ius voc.* Cotta *in suis memoralib.vers.commater,*Boer.*decis.233.num.4.*Bertran. *cons.278. viso processu , num.14. volum. 2.* communiter * diffinientes, * commatrem posse accusare occisorem compatris,seu commatris suæ,[quos & alios referendo sequitur Tiber.Decian. *in suis tracta.crim.parte 1.lib.3.cap.7.n.11.& seq.*]Ergo idem de compatre,& multò magis de filio spirituali , qui patrem suum

suum spiritualem non minùs,immò plus quàm carnalem diligere debet,*c.1.& in prin.& c.ita diligenter,30.q.3. ca.si dormierit,17.q.2.* ¶ Et sicut parricidium cõmittitur per filiũ occidẽtem patrem suum carnalem,ita & per filium spirituale, Alex.ad Bar.*in l.diuus*,& ibi Hippol.*ad fin.ff.de parricidio.* & latiùs dicam in suo particulari loco,vbi de parricidio & eius pœna tractabo,*inf.in 3.lib.sub tit.de homic.* ¶ Stante ergo eadem dilectione inter filium , & patrẽ spiritualem,ac ea quæ est inter filium,& patrem carnalem,sequitur quòd idem sit dolor propter mortem patris spititualis eius,qui sit propter mortem patris carnalis;ideo sicut filio carnali ius accusandi super nece defuncti patris competit;ita etiam competere debet filio spirituali super nece patris spiritualis , cũ præsertim cognatio spiritualis maior sit quàm carnalis.

¶ Contrariam sententiam, quòd imò filio præsertim spirituali nõ competat ius accusandi super nece defuncti patris spiritualis,& consequenter multò minùs compatri, seu cõmatri,dixit verissimã Iac. Villap.*in interpr.l.22.tit.1.par.7.§.36.ad fin.* & Plach.*d.c.40.n.11.& 12.* post longã disputationem ad partes per eum habitam;licèt dicat rem esse ambiguã,& disputatione dignam propter plures, & varias rationes,quas ipse hinc inde adducit:huic tamen vltimæ sententiæ cum Villap.accedere magis videtur , ea potissimùm ratione motus,quia iura,quæ de coniuncto faciunt mentionẽ, intelliguntur de cõiunctione carnali, nõ autẽ de spirituali, Fel.*in c.nonnulli,§.sunt & alij,n.55.ext.de rescri.* Ias.*in l.exigẽdi,n.10.Cod.de procur.* ¶ Hinc est,quòd licèt iure cautum sit, coniunctum posse regulariter etiam sine mandato pro coniuncto in iudicio agere;non tamen poterit coniunctus cognatione spirituali,Arch.*in c.statutum , §.cùm autem de rescri.li.6.* Ias.*in l.1.C.de procur.col.4.* latè Fel.*in c.cũ M.Ferrariẽsis, col.7.extr.de const.* Vnde si in ciuilibus pertractãdis causis,cõiunctorum appellatione non veniunt coniuncti cognatione spirituali,multò minùs debẽt venire in criminali iudicio ad accusandum necem defuncti,ad quod non nisi illius defuncti consanguinei admittuntur.

¶ Quid igitur dicendum ? nam vtraque opinio vera est, & prima opinio vltra Doctorum rationes præallegatas maximè hoc alio fundamento corroboratur.Si enim(vt paulò infra videbimus)accusãdi ius super nece defũcti cõceditur,nõ solùm ipsius defuncti coniunctis & consanguineis , sed etiã amicis:ergo multò magis cõcedi debet cõpatri,cõmatri,patri seu filio spirituali,qui non solùm dicuntur cõiuncti maxima amicitia,verùm etiam & spirituali cognatione.

¶ Secunda etiam opinio vera est:non enim credo prænarratis cõiunctis cognatione spirituali ius accusãdi competere ad exclusionem scil.aliorum coniunctorum per sanguinis coniunctionẽ,immò hos præferendos indubitãter affirmo,tum quia dolor necis defũcti magis ipsos cruciat,quam coniunctos cognatione spirituali:tum etiam quia iniuria defuncto illata,& offensa magis ipsos tangit, quàm filiũ spirituale,compatrem,& similes;prout hæc omnia patent ad sensum.Et idem dicetur infrà de amicis , quibus licèt super nece defuncti amici ad accusandum ius competat , non tamen aliis consanguineis præferendi sunt. Ideo stante prædicta declaratione vera est,& prima,& secunda opinio.

19 ¶ Amplia VII.Principalem regulam† in tantum proximiorib.consanguineis cõpetere ius vindicandi & accusandi super nece defuncti,vt si monachus sit interfectus,non monasterio,sed dicti monachi filiis & consanguineis,monasterio excluso,tale ius competat.Rursus si monachi putà pater occidatur,non monacho filio,nec monasterio, sed aliis filiis & consanguineis defuncti pariter idem accusandi ius à lege conceditur,excluso & monasterio,& monacho filio , & se-
* cundùm cõmuniorem * Doctorum opinionẽ, de qua post Boer.*in decis.121.n.9.* Fed.de Senis *in cons.174.* Aret.*in l.pro hærede,§.fin.in 2.not.vers. Per hæc iura consuluit Federicus , ff. de acquir.hær.* & alios quos allegat testatur & latissimè comprobat Petrus à Placha *in epit.delict.c.42.n.13.& omnibus sequentibus*,vbi multa dicit in materia, sed confuso (ni fallor) ordine.

¶ Hæc ampliatio, vt ex eodem Placha ibidem colligitur,
* licèt,vt præfertur,magis cõmunis* sit,non transit sine difficultate:multa enim illi obstãt,& plura adduci possunt, quæ
20 satis dubiam eam reddunt.Et primò,nam per monachatum agnationis , & suitatis iura non amittuntur, tex.est. *in l.Deo nobis,C.de Epis.& cler.* Bar.*in §.nullam,*& ibi gl.*in vers.huius in Auth.de sanctiss.Episc.collat.9.& in auth.si qua mulier , col. 2.vers.cùm autem minuatur,C.de sacros.Eccl.* Bal.*in l.3.n.6. C. de hæred instit.& in l.cùm adoptiuus , C.de adop.* idem Bal.& Ang.*in l.nepotes,ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iur.* Ias.*in l.qui se patris,col.3.Cod.vnde liberi,& in l. Gallus , §.si eius,ff.de libe. & posthu.& in l.patre furioso,col.penul.ff.de his,qui sunt sui vel alieni iur.*& de consuetudine monachos dici de agnatione & parentela,testatur Steph.Lamberten. *in tract.de contract. gl.17.n.13.* sicut ergo proximioribus agnatis ius accusandi super nece defuncti à lege conceditur;ita etiam concedi debet & monachis,qui & defuncto agnati sunt,& sui dicuntur per *suprà* allegata.

¶ Secundò contra eandẽ communẽ facit , † quia mona- 21
sterium quo ad monachũ succedit loco filij,secundùm glo. *in l.si ita quis promiserit,§.ea lege,in verbo, interest, ff. de verb. oblig.* quã pro singulari refert & sequitur Anch.*cons.420.quidam Anthonius col.3.vers.hoc præmisso,* Bal.*in c.pen.col.1.ext. de præscrip.& in c.cùm in magistrum,de elect.* notant communiter * Doctores *in c. in præsentia, de probat. in auth.ingressi,* * *Codice de sacros.Ecc.* Spe.*in titulo de locato,§.nunc aliqua,vers. 153.* Sic si monasterium succedit loco filij, & filij,vt suprà dixi,aliis consanguineis, in iure accusandi præferuntur , ita etiã in nece monachi defuncti præferri debet monasteriũ. Et per hanc eandẽ rationem,quia scilicet monasterium succedit loco filij,fitq; verus hæres tam respectu patris quàm ipsius monachi:idcirco occiso patre ipsius monachi , quòd sufficiat habere pacẽ ab ipso monasterio, etiã in casu statuti requirẽtis pacẽ ab hæred. defuncti alio non existẽte filio, vel hærede,tradit D.Octan. Vulpel *in suo tr.de pace , q.12.*

¶ Tertiò & magis in specie fortiter stringit tex.*in c.cùm desideres, §.fi.* iuncta gl.*in ver.quam offendit,de sent.excomm.*
† Vbi probatur iniuriã monacho factã,censeri monasterio, 22
& Ecclesiæ illatã,& pro ea monasterium agere posse,Abb. *in c.parochianus,& in c.non dubiũ,& in c.cõtingit,de sent. excom.* Alex.ad Bart.*in lege prima,§.fin.& in l.sed vnius,§ filius-familias,ff.de iniur.* Ant.Gom.*var.resolu.to.tertio, capit.sexto, titulo de iniur.nu.6. ver.item etiam est dubium,* Placha,*d.c.42. n.15.& 16.& c.6.nu.18.* Si potest agere & accusare,ergo & transigere & pacẽ facere,per ea quæ dixi *suprà in principio quæstionis,n.1.* & expressè tradunt Bal.*in l.præses,ad fin. C. de transac.* & Alex.*in l.pactum curatoris,vers.de offensa illata monacho, off.de pac.* Dec.*in c.in præsentia,n.57. de proba.* Rom. *consil.450.* qui etiã dicunt,quòd pecunia exacta ex pace,seu transactione inita super nece monachi,nõ eiusdem monachi patri , seu consanguineis , sed monasterio soluenda est, Boss.*in titulo de pace nu.decimooctauo,& 25.* Petrin.*de re milit.folio 138.n.6.* Bal. *in l.in personam,ff.de pac.* Boër.*in sing. vers.remissio,num.sexto,* Clemens,*in tract.de patr.potest. effectu 8.n.4.* D.Ioseph.Ludou.*in suis commun.opin.lib.1.concl.41. in 1.amplia.* & horum opinionẽ dicit magis cõmunẽ * Al- *
ciat.*in l.4.§ Cato,n.175.ff.de verbo.obli.* quem refert Ant. de Padilla,*in lege transigere,nu.38.C.de transact.* sequitur Petrin. Pel.*de re mili.pag.mihi.138.n.61.* & plurib. comprobat Carauita,*super ritu magnæ Curiæ,275.n.27 & omnibus seqq.*

¶¶ Ad hæc igitur vitanda contraria, quæ non modicam faciunt difficultatem, facias infrà scriptas conclusiones.

¶ Prima sit conclusio,quòd monachus ante factam professionẽ potest accusare,transigere,ac pacem facere,tam de iniuria,& offensa sibi illata, quàm etiam suis: monachatus enim isto casu nihil ad id præstat impedimenti, † cùm ante 23
professionẽ factã , cùm est nouitius, non solùm non desinit esse de populo,sed nec religiosus,nec monachus propriè dicatur,*cap.ad Apostolicã,& c.1.* vbi gl. cõmuniter * recepta, *
de religios.dom.c.si seruus scientia, & ibi Dom. *54.dist.c.1.17. q.2.* Bar.*in auth.si qua mulier,col.fi.C.de sacros. Eccl.* Alex.*in l. substitutione, col.fi.ff.de vulga.& pupil.* Barbat.*in clem.1.col.7. de elect.& in cons.38.Difficile,colũna quinta, volumine 1.* Cæpol.*caut.69.incip. Quidã clericus,* Franc.& Domin.*in c.1.in 1. notab.de regular.in 6.* cum aliis per Pet.à Placha *distin. c.42. n.25.& seqq.* vbi comprobando hanc conclusionem contrariis respondet, quam sequitur Clar. *in pract. q.58. ver.vlteriùs quæro,in fi.* vbi quòd ita aliàs Senatus declarauit.

¶ Secunda sit conclusio,quòd post factam professionem 24

monachus

monachus non admittitur ad accusandũ, nec pro offensa sibi facta, nec pro iniuria suis illata, Plac. *d.c.42.nu.17.in fi. & n.* 18. Ratio est, quia monachus habetur pro mortuo, *c.placuit,* 16.*q.*1.*c.in præsentia*, cũ ibi not. *de probat.* Abb. Fel. & alij *in c. cũ delicta, de rescri.* Itẽ & seruo æquiparatur, *l.Deo nobis,* §.1. *C.de Ep.& cle.* At seruus in iudicio esse non potest, *l.quod attinet, ff.de reg.iur.l.seruus, C.de iud.* ergo nec monachus *auth. causa, quæ sit cum monacho, C.de Epi.& cler.* [prout has, & alias rationes bene in proposito deducit Tib.Dec. *in suis tract.cri. par.*1.*lib.*3.*c.*8.*n.*15.*&* 16. vbi declarat hanc secundam conclusionem non procedere, quando monachus accusaret pro beneficio Ecclesiæ, & de consensu sui Abbatis, secundùm * gl, quam omnes* sequuntur, vt ibi per eum *in c.ex parte, in verb.licèt, ext.de accus.*]

¶ Tertia sit cõclusio, quòd monacho interfecto, vel patre monachi, licèt inter Doctor. sit cõtrouersia, An iis casib. accusandi ius cõpetat monasterio, & eius nomine Abbati: an * verò filiis & consanguineis interfecti? Et vna sit cõmunis* 25 opinio, quòd competat monasterio & eius Abbati; † qui etiã isto casu & trãsigere, & pacem inire posset, vt patet ex suprà relatis, *n.*21.*&* 22. Contraria tamen opinio est communior,* testib. Carauita *super ritu magnæ Curiæ* 275. *n.*33. licèt hanc communem ipse non sequatur à Boer. Plac. & aliis per Placham relatis *d.c.*42.*n.*13.*& omnib.seqq.* vbi propterea *in n.*22. inferendo concludit, quòd ex quo id, quod quis consequitur ex pace super nece defuncti inita non cẽsetur pœna, sed pretium vindictæ, *c.itẽ apud Labeonem,* §. *si quis seruo, ff.de iniu.* monasterio autem sanguinis vindicta non competit, *c. sententiam sanguinis, ne cle.vel mo.* ideo talis pecunia non monasterio, sed defuncti filiis, etiam sanguinis, applicanda est, vide *inf.n.*26.*in ver.ideo pro vlteriori,& seq.*

¶¶ Quibus sic in iure firmatis conclusionibus, non obstãt ea, quæ in contrariam partẽ suprà adducebantur: illud enim quòd per monachatum agnationis iura non amittantur, nihil est: nam præterquam quòd contrarium tenuerint plures relati per eund. Lambert. *de contrac.eorũ, gl.*17.*d.n.*13. vbi ex * Ias. & aliis, quos allegat, testatur de communi* opinione, per originale dictum gl. *in l.si ex causa,* §. *Pomponius, ff.de min.* adhuc tamen respondetur, quòd ad hoc, vt quis possit accusare, non sufficit quòd sit agnatus, nisi etiam habeat habilitatem cõparendi in iudicio: & si monachus ab accusando repellitur, non eo quòd non sit agnatus; sed quia, vt dixi, cùm & seruo & mortuo æquiparetur, non potest in iudicio ex se comparere.

26 ¶ Alterum, † quòd monasterium succedat loco filij, præterquam quòd id non est ita in iure absolutum; cùm multi per Plach. relati *in d.c.*42.*n.*16. contratium constanter affirmauerint, quod non est præsentis speculationis; omissis tamen aliis responsionibus, facilè tollitur ex eo, quia monasteriũ succedit loco filij in vltimis voluntatibus, prout iura ad id per Doct. allegata loquuntur: secus in cõtractibus, & aliis casib. non expressis, vt per Sal. Bal. Ias. Butr. Ang. & alios ibi. per Plach. allegatos, *n.*17. quibus addo plures alios concordantes adductos per Tiraq. *de reuoc.do.verb.susceperit liberos, n.*40.*& seqq.* Osas. *in decis.Ped.*126.*n.*20. *N.in cons.vlt.volun.* * *diu.*161.*n.*24. Natta *cons.*282.*n.*13.& est communis,* vt per Viuium *in comm.opi.verb. substitutus sub conditione.*

¶ Vltimum, quòd iniuria monacho illata censeatur facta ipsi monasterio, pariter tollitur ex eo, quia dicimus monasterium fore priuatũ iure accusandi super nece monachi interfecti, non ex eo, quòd ipsi nõ sit illata iniuria, sed quia ad sãguinis vindictam agere non potest, *d.c.sententiam sanguinis.*

¶ Verùm ex prædictis circa hanc tertiam cõclusionem nõ adhuc bene mihi ipsi satisfacio: nam si, vt considerauit Clar. *in pract.d.q.*58.*cod.ver.vlteriùs quæro*, per iniuriam illatam, seu infflictam mortem monacho nedum monachi cõsanguinei, sed & ipsum monasterium iniuria lacessitum dicitur, & propterea eius nomine Abbatem & agere & accusare posse dixi *suprà, num.*22. ex tex. *in c.cùm desideres,* §. *fi.de sent.excom.* necessariò sequitur, quod & pacem quoque inire possit, per * ea quæ pariter dixi *sup.in prin.quæstionis, n.*1. vbi ius accusandi & ineundi pacem, communiter* à Doctoribus æquiparari supposui.

¶ Ideo pro vlteriori declaratione dictæ tertiæ cõclusionis distinguo sic. Si quæritur, an Abbas, seu monasteriũ possint accusare, & pacem inire super nece patris ipsius monachi: & in hoc sum cum Plach. *in loco præcitato* pro negatiua opinione, quam etiam amplecti videtur Bos. *in tit.de pace, n.*24. talis enim iniuria non dicitur illata monasterio, & propterea nec agere, nec transigere poterit; quicquid in contrariũ sensetit D.Octau.Vulpell. *vbi suprà allegato n.*21. cum quo in hoc capite minimè sentio. Minùs etiam poterit accusare monachus filius occisi: quia licet occiso proximior sit, non tamen habet legitimam personam standiin iudicio, vt suprà firmaui 2.*concl. n.*24.

¶ Si verò agitur de nece ipsius monachi, & tunc secundũ Cla. *in d.q.*58. *eod.ver.vlterius quæro*, videtur dicendũ, quòd si iniuria sit facta monacho intuitu Ecclesię, & monasterij, debet idem monasterium, tã in accusando, quã in transigendo, & faciendo pacẽ aliis ipsius monachi cõsanguineis præferri. Contrarium, si iniuria sit illata monacho intuitu personæ ipsius Monachi, & non monasterij: si autem sumus in dubio, & sic non appareat, cuius intuitu iniuria illata sit, tutius est ab vtroque pacem habere, scilicet & à monasterio, & à filio monachi: cùm enim vterque ad accusandum permittatur pro suo interesse, merito ab vtroque pax haberi debet, & ita in Parlamento Burdegalensi iudicatum fuisse testatur Pap. quem refert Clar. *d.ver.vlteriùs quæro, in lib.*24.*tit.*2. *Arresto* 4. & cum Claro pertransire videtur Carau. *d.ritu* 275. *num.*34.

¶ Sed certè in hoc secundo capite probabilior mihi videtur distinctio Dom.Octau.Vulpell. *in dict.tractat.de pace, qu.* 13. vbi dicit, quòd si agitur de pœna exigenda ab homicida hæredibus occisi applicanda; & isto respectu monacho interfecto pax debet haberi à monasterio, si sit capax illius pœnæ; secus si incapax, vt disputando tradit Fed. de Sen. *in suo consil.*35. Si verò agitur de obtinenda pace vigore statuti minuentis pœnam propter pacem, quod fundatum est in quiete Reipu. ad hoc, vt propter pacem extinguantur inimicitiæ, & isto casu siue offensa facta monacho sit facta intuitu monasterij, siue intuitu ipsius monachi, semper indistinctè est requirenda pax à consanguineis ipsius monachi, iuxta superiùs tradita, *n.*19.*&* 25. potiùs quàm à monasterio, cuius arma, lacrymę & orationes esse debent, non autem vindicta, quam facilè possent facere proximiores monachi etiam pace habita à monasterio: ideo vt plenè satisfiat rationi ipsius statuti non à monasterio, sed à proximioribus monachi, habenda est pax, vt ibi per eum, qui iudicio meo bene loquitur in materia.

¶ Vnum tamen in proposito nota, quòd si iniuria est facta monacho, vel eius pater occisus sit ante ingressum religionis; tunc de tali morte patris monachi, vel iniuria eidem monacho facta ante dictum ingressum, nec monachus, nec monasterium poterunt facere pacem: monachus enim non potest, quia, vt dixi *sup.n.*24. habetur pro mortuo: minùs potest monasterium, quia tali casu ipsi iniuria illata non est; ideò tale ius remanet penes filios, seu consanguineos proximos offensi & interfecti, secund. Boss. *in tit.de pace, n.*25. vbi etiam quòd deficientib. filiis, seu consanguineis illius offensi, adhuc tale ius faciendi pacem translatum est in monasterium, etiam quòd iniuria sit facta ante ingressum.

¶ Nec prætermittendum est in proposita materia, quòd in casu, in quo propter offensam, vel iniuriã monacho illatã requirẽda est pax ab ipso monacho, vel monasterio, sufficit illã habere à solo monacho, quia nec solus monachus ad eãdem iniuriã agere potest; sed Abb. pro eo, & agere, & accusare, & pacem facere poterit, ad gl. quã ibi sequitur Abb. & Fel. *in c. parochianus, in gl.* 1.*ext.de sent.excom.* & tamen nec solus Abb. ei poterit sine monacho iniuriã remittere, sed insimul cũ monacho benè remittere poterit, vt per Bald. *in rub. de treug.& pace, n.*1.& Ant. *in cõmen.*190. sicut hos allegat, & sequitur Carau. *super ritu mag.Cur.*275.*n.*27.*&* 28.*& rursus n.*30.*& seqq.iuncto n.*7.*&* 8. vbi ampliùs, quòd ex quo (vt suprà dixi *n.*22.) iniuria facta monacho, censetur etiam facta Ecclesiæ. Idcircò licèt pax habita ab Abbate insimul cũ monacho valeat quoad remissionem iniuriæ illatæ ipsi monacho; non tamen valebit quoad remissionem iniuriæ illatæ Ecclesiæ: & ideò ad hunc effectum debet pax haberi ab ipso Abbate, vel Episcopo, cum consensu Capituli, vt per Bald. *in l.præses, n.*11.*vers.septimò quæro, C.de trãsact.* Alex. *in l.pactum*

curatoris, num. 9. in fi. Cod. de pac. & sic habita pax præiudicat
* ipsi Ecclesiæ, secundùm cõmunem, * de qua testatur Felinus *in capite contingit. num. 8. de sent. excomm.* refert & sequitur Clar. *in pract. q. 58. vers. præterea quæro etiam quòd non adsit consensus monachi*, vt per eundem Carau. *ibid. num. 32.* At sine consensu capituli, nullatenus potest Prælatus iniuriam Ecclesiæ illatam remittere, vt per gl. *in cap. 1. in vers. punire de pœnis, in 6. & in d. c. contingit, de sent. excom. & in c. si is, qui, vers. possumus*, ibi, *Sed nunquid, & cap. 23. quæst. 4.* & est com-
* munis, * *vt per* Boër. *dec. 20. n. 5.* & per Petr. à Placha *in epit. delict. cap. 6. n. 21. ver. præ cæteris*, & per Clar. *in d. vers. præterea quæro*, quam etiam referendo sequitur Carau. *dict. ritu 275. num. 8.*

27 ¶ Amplia VIII. Principalem regulam, † vt in tantum pariter exclusis remotioribus defuncti consanguineis; accusãdi ius super eius nece proximioribus deferatur, vt si ad accusãdum plures concurrant in eodem gradu defuncto attinentes; tunc omnes simul admittuntur, & vnus non excludit alium, nec Iudex potest vnũ eorum eligere. Ita probat tex. *in l. 3. §. ad plures ff. de sepul. viol.* vbi gl Alb. Ang. & alij. Bar. *in l. plures, in 1. oppositione, ff. de accus.* Sal. *in l. accusationis, col. 2. C. de accus.* Ang. *de malef. verbo, necnon ad querelam, col. 4. vers. quæro an plures*, facit etiam tex. *in lege, apud Labeonem, §. fi. ff. de iniur. & in lege si in re communi, ff. de noxal.* sequitur Ant. Gom. *c. 30. delictorum, ti. de homicidio, n. 61. & c. 1. ti. de delictis,*
* *n. 35. sub vers. item etiam intellige*, vbi testatur de communi, * Placha *c. 36. n. 15.*

28 ¶ Limita I. Hanc † octauam ampliationem non procedere, quando ex pluribus consanguineis existentibus in eodem gradu, vnus fuit diligentior in accusando, & alios præueniendo, litem priùs contestatus fuerit, alius enim postea superueniens, licet sit in eodem gradu, non debet admitti, Sal. *in l. qui de crimine, in 7. oppos. C. de accus.* refert, & sequitur Ant. Gom. *d. c. 1. eod. n. 35. prope fi.*

29 ¶ Limita II. Eandem ampliationem, † vt non procedat, quando in vindicanda fratris nece concurret cũ fratre vtrinque coniuncto frater vterinus tantùm vtrinq; enim coniunctum fratrem vterino tantùm præferendum esse, suadetur ea ratione, quia duplici vinculo munitus est, *l. re coniuncti, vers. præfertur.* & ibi Ias. *n. 17. ff. de lega. §. affinitatis, Instit. de nupt.* atque ideo maiori dolore affectus diligentiùs defuncti necé vindicabit, ex ratione text. *in l. 2. §. fi. ff. ad l. Iul. de adult.* & ita per hanc rationem in expresso hanc limitationem tenet Petr. à Placha, *c. 45. in epit. delictorum, n. 4.*

¶ Limita III. Dictam octauam ampliationem, ex eodem
30 Plach. *ca. 45. eod. n. 4.* & illatiuè ex præcedenti limitatione, † quòd si in accusando super nece defuncti concurrant plures consanguinei in eodem existentes gradu, quorum vnus vltra consanguinitatem erat defuncto maiori amicitia astrictus, ille aliis anteponendus est, per prædictam rationem: in ea enim concurrit duplex vinculum, vnum consanguinitatis, alterum amicitiæ, ex qua sola amicitia ius accusandi super nece defuncti amici oriri dicetur in sequenti limitatione. Item præsumendum est, quòd maiori dolore afficitur ille cõsanguineus, qui defuncto erat maxima astrictus amicitia, quam alij, qui non erant ita amici, licèt in eodem essent gradu: & ideo pariter præsumendum est, quòd ille coniunctus amicus maiori dolore affectus diligentiùs aliis defuncti coniunctis & non ita amicis mortem vindicabit: ergo & in accusando præferendus est, ad ea quæ in simili notat Bal. *in l. parentes, ad fi. C. de testibus*, & faciunt tradita per eundem Placham, *c. 43. n. 3.*

31 ¶ Amplia IX. Principalem regulã † vt accusandi ius nedum proximioribus coniunctis, sed etiam amicis ipsius defuncti competat. Ita in specie Bald. *in l. 1. nu. 49. vers. quid de singulari amico, C. qui accus. nõ poss.* cuius opinionem latissimè pluribus argumentis & rationibus tam ex ciuilis, quàm canonici iuris Doctorum & Theologorum authoritatibus sumptis comprobat Petr. à Plach. *in epit. delictorum, capit. 43. per totum*, vbi ex hoc ipsum & transigere, & pacem facere posse infert super nece defuncti amici, & inter argumenta & rationes per eum adductas, quas hìc breuitatis causa referre nolui, illa potissimùm affertur aliis iudicio meo &
32 principalior, & vrgentior; † quia scilicet regulariter & generaliter amicitia & coniunctio à iure æquiparantur, prout vlra plura exempla ibi per eundem Placham relata id optimè probatur *in lege Theopompus*, ibi, *amici mei & cognati, ff. de dote præleg. l. affectionis*, ibi, *amicos, vel necessarios, ff. de dona.* Immò plus ponderis habere amicitiam, quàm coniunctionem, tradidit Alb. *in l. sed & hæ personæ, ff. de procur.* cum aliis per Tiraq. *de retractu, in præfatione, num. 24.* † & propterea 33
suorum appellatione, & amicos contineri dixi gl. *in capitulo requisiuisti, extra de testibus.* Alia gl. *in lege latæ culpæ, §. amicos, ff. de verbo. sing.* iunctis iis, quæ notat Alex. ad Bar. *l. non solùm, §. qui alieno. ff. de probat.* Barbat. *in lege cùm acutissimi, columna quadragesimaoctaua, C. de fideicom.* facit tex. *in l. 2. versiculo amici, ff. qui petant. tutor. & l. cùm alleg. 5, C. de castre. peculio, libro duodecimo*, de magis communi * testatur idem Placha *
capitulo quadragesimotertio, n. 7. in fin. & ca. 28. num. 24. [Quibus addo Tiberium Decianum latissimè hanc ampliationem comprobantem *in suis tract. crim. par. e prima, lib. 3. c. 5. n. 13. & seqq.*]

¶ Limitando I. Hanc nonam ampliationem aduertas, quòd illi multùm obstat text. *in l. 3. ff. de alien. leg.* qua probatur non eandem esse ratione amicitiæ & cõiunctionis, cùm amicitia facilè tollatur, vt ibi: sanguinis autẽ coniunctio minimè tolli possit, *l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.* ideo pro huius contrarij resolutione limitando, vt dixi, præcedentem ampliationem distinguas inter amicitiam & amicitiã: simplex enim amicitia & non singularis, de qua loquitur Bal. suprà allegatus, & de qua intelligenda est præsens ampliatio, nulli dubium, quòd facilius tollitur, quàm coniunctio, *vt in d. l. 3.* & tali simplici, & non singulari amico hoc accusandi munus non competit: secus in amico astricto maxima & singulari amicitia, ex qua maxima & singulari amicitia difficilius tollitur beneuolentia, quàm ex propinquitate: quo fit, illum, in quo beneuolentia necessariò permanet, anteponendum esse ei, à quo beneuolentia remoueri potest. Ita distinguendum declarat Placha *in præallegato c. 43. sub num. 2. pag. mihi 738. in pri. & n. 7. ver. quod ipse intelligendum opin. pag. 745.* [Nec dissentit Dec. *d. cap. 5. n. 14. in fi. ver. quod tamen intelligendum.*]

¶ Et in proposito, † eum crederem dici simplicem amicum
34 quem recens detinet conuersatio; singularis autem & magnus is erit amicus, in quo propter longam & inueteratam conuersationem beneuolentia magis aucta est: sicut enim ex sola animorum coniunctione contrahitur amicitia, *l. 3. ff. de dona. inter vir. & vxo.* ita ea nimia, seu potiùs continua cõuersatione augetur, *d. l. cùm allegat, C. de castren. pecul. lib. 12.*

¶ Limita II. Hanc eandem nonam ampliationem, † quia
35 licèt secund. Plach. *in d. c. 43. n. 7. in fi.* singularis amicus in accusando defuncti amici necem, præferatur scripto hæredi, non tamen præfertur aliis consanguineis; & sic tale ius ipsi competit in defectum consanguineorum, & non aliàs, secund. eund. Plach. *in loco præcitato, c. 45. nu. 3.*

¶ Limita I. Regulam & conclusionem huius quæstio-
36 nis principalem suprà positam, *n. 2.* † vt licèt accusandi ius super defuncti nece proximioribus concedatur; id tamen intelligi debet non de proximioribus vsque in infinitum, sed solùm vsque in septimum gradum, secundùm gl. *in l. si fœmina, C. ad Turp.* quam ad id in proposito post alios quos allegat, referendo sequitur Petr. à Plach. *in epit. delict. c. 39. n. 13. ver. cæterùm in ea specie*, licèt alij ibid. relati *in ver. adhuc oportet*, dixerint vsque ad decimum gradum. Dependet autem veritas huius limitationis ab iis, quæ latiùs deduxi *in præced. q. n. 58.* ideo quæ ibi dixi videas, & secundùm ibi tradita resoluas etiam hanc limitationem.

¶ Limita II. Eandem regulam † non procedere in filiis
37 adoptiuis, quibus nec accusandi ius competit, nec vindicandi mortem patris adoptantis; sicut nec etiam adoptanti patri, seu eius consanguineis competere ius vindicandi necem adoptiui filij, tradidit post Villalp. quem allegat, *in l. 22. tit. 1. par. 7. §. 35. num. 2. fol. 82.* Petr. à Placha *in epit. delicto. c. 40. num. 3. & seqq.* Idque potissimùm tribus rationibus motus.

Primò, per tex. *in l. qui adoptionem, ff. de adoptio.* quia diffini-
38 tum est, † quòd licèt ius agnationis originem ducat ex adoptione, nulla tamẽ inter patrem & filium adoptiuum est sanguinis coniunctio: & si non dicuntur coniuncti, ergo vni non competit ius accusandi super nece alterius: cùm, vt suprà dixi

prà dixi *in principio huius quæstionis, num.* 2. tale ius non nisi proximioribus coniunctis à lege concedatur.

¶ Secundò, ad idem facit, quia ius vindicandi necem defuncti non conceditur illi, qui defuncto suus non est: isto enim casu accusans dicitur suorum iniuriam prosequi, vt sæpius dixi *in discursu præcedentis quæst. præsertim nu.* 57. &
39 *seqq.* † Sed sic est, quòd filius adoptiuus adoptanti patri suus non dicitur; ergo nec super illius nece ius accusandi habet. Minor propositio probatur ex tex. *in §. cùm autem, & in §. at hi, Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* vbi inter suos, filij adoptiui non connumerantur, vt tradunt Doctores, *in l. adoptiuũ, ff. de in ius vocan.* & propterea nec in feudo illos succedere, nec etiã in emphyteosi, probat tex. *in c. 1. §. adoptiuus, si de feudo fuer. c trouer. int. dom. & agna. l. filio quẽ pater, ff. de liber. & posthum.* Bald. *in l. fideicommissum, ff. de condit. & demonst.* Affli. *in d. §. adoptiuus, num. 3.*

¶ Tertiò, † pro hac eadẽ limitatione adduci possunt plura iura, ex quorũ decisione apparet, tam in dispositione legis,
40 quàm hominis, filiorũ appellatione non comprehendi adoptiuos, tex. scil. *in l. si ita quis, §. fi. ff. de legat. 2. in l. fideicommiss. ff. de condit. & demonst. in l. ex ea, §. insulam, ff. de ver. oblig. in l. secũda, §. adoptiui, ff. de vacat. muner. in l. 2. §. 1. & ibi gl. ff. de excusat. tut. in §. sed adoptiui, Instit. eod. tit. in l. 2. in princip. ff. ad Syllan.* & pluribus id comprobat exemplis Placha, *d. cap. 40. n. 4. & seqq.* quæ hîc breuitatis causa transcribere nolui: sufficit enim, tantummodo principales huius limitationis rationes adduxisse.

¶ Contrarium, si quis attentare voluerit, & dicere, quod imò etiam adoptiuo filio, sicut legitimo & naturali cõpetat ius accusandi super nece patris adoptantis, recurrere in primis debet ad tex. *in l. 4. §. Prætor, & in l. adoptiuũ, & in l. sed si hac, §. parẽtes ff. de in ius vocan.* quibus diffinitũ est, appellatione patris & filij, etiã filium adoptiuum & patrem ado-
41 ptantem venire, † Et per illa iura Doctor. propterea *in d. l. adoptiuũ*, ex pressè dixerunt, quòd sicut filius naturalis non potest sine venia patrẽ in ius vocare, ita nec poterit filius adoptiuus, prout & idẽ dixit gl. *§. sed ea omnia, Inst. de hæred. quæ ab intest. deferunt.* Syl. Aldobran. *in §. sed hodie, n. 3. Instit. de actio.* Gom. *in §. pœnales, n. 24. Instit. eod.* Gulielm. Benedic. *in repet. c. Raynut. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 742. de testam.* Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, n. 21. C. de reuoc. donat.*

¶ Secundò, pro eadem contraria opinione adduci potest tex. *in l. cùm adoptiuum, C. de Decuriõ. l. 10. & in l. Senatoris filiũ, ff. de Senator.* quibus constat, quòd sicut naturales & legitimi dicuntur filij Regis, Decurionis, Senatoris, ita etiam & eorum filij dicũtur adoptati, ac iisdem fruuntur priuilegiis, & prærogatiuis. † Et propterea, sicut patri in regno
42 succedit filius naturalis, ita etiam & succedit filius adoptiuus, cui adoptantis patris hæreditas ab intestato defertur, *l. si tẽ parens, C. de suis & legit. hæred. l. pen. §. si quidẽ, C. de adopt.*

¶ Tertiò, & magis in specie adduci potest tex. *in l. arrogato, §. fin. ff. de adopt. & in l. cũ adopt.* ibi, *sui iuris habere iura,* & ibi Bald. *C. de adop. & in l. 1. §. sui hæredes, ff. de suis & legit. hæred. & in §. intestatorum, Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* quibus iuribus optimè probatur, † filium adoptiuum dici
43 adoptanti patri suum hæredem; ergo illius mortem vindicando, dicitur suorum iniuriam prosequi, & consequenter ius accusandi ei competere debet.

¶ His tamen non obstantibus, non crederem recedendũ à prima opiniõne, & sustinendo propositam limitationem, & ad contraria omnia vnico tantùm modo respondẽdo dico, quòd filius adoptiuus adoptanti patri dicitur filius. Item quòd & filiorum appellatione continetur, necnõ ad paternam hæreditatẽ, sicut & naturalis admittitur, admissus pa-
44 tri dicitur suus hæres, *vt in iuribus ex diuerso allegatis,* † non verè, propriè, & naturaliter, sed ciuiliter, abusiuè, impropriè, ac imaginariè. Ita mihi probat tex. *in l. filiũ eum diffinimus, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. in l. tutela, in princip.* & ibi Bart. *ff. de c. diminu.* & clariùs *in l. filio quem, in princip.* ibi, *ne imagine naturæ, ff. de libe. & posth. ũ.* & meliùs *in l. adopt.* ibi, *perinde qꝛasi ex vero filio, &c.* & rursus ibi, *videatur, &c. ff. de adop. & in l. mulierẽ, in ver. perinde, C. eod. tit.* quæ dictiones, *perinde, & videatur*, improprietatis & fictionis notæ sunt, prout de dictione *perinde*, est gl. *in l. sacrilegij, §. 1.* vbi etiã Bart. *ff. ad l. Iul. pecul.* & facit tex. *in l. qui à patre,* & ibi etiam Bart. *ff. de confirm. tut.* Et de verbo, *videatur*, est etiã gl. *in l. si duo, ad finem, ff. de acq. hær. & in l. naturaliter, in prin. ff. de acquir. poss.* not. Bart. *in l. 1. §. deiecisse videtur, ff. de vi armat.* ideo dum iura & Doctores supra *in regula, n. 2.* allegati dicunt, coniunctis proximioribus, ac præsertim filiis competere ius accusandi super nece defuncti, intelligi debent de filiis & coniunctis non abusiuè, fictè, & impropriè; sed verè & propriè: item non de filiis & suis hæredibus ciuiliter, prout sunt adoptiui, sed naturaliter: † verba enim 45
quæ naturaliter & ciuiliter possunt intelligi, in dubio debẽt accipi naturaliter potiùs, quàm ciuiliter, *l. ex ea parte, §. insulam,* vbi Bart. & alij, *de ver. oblig. l. Statius Florus, §. Cornelio Fœlici, ff. de iure fisci,* gl. *in c. plæcuit, in ver. mortuus, il secondo, 16. quæst. 1. & in cap. susceptum, in verbo, non morte,* vbi Dom. *in 3. notab.* & Philip. Fran. *de rescript. in 6.*

¶ Svblimita Hanc secundam principalem limitatio- 46
nem † non procedere in filio adoptato seu arrogato ab aliquo ex ascendentibus: quo casu cùm in potestatẽ adoptantis transeat, eique propriè dicatur suus, prout *in d. l. cum in adoptiuis,* sup. pro affirmatiua opinione allegata, *C. de adopt. & in §. hosti, de adop. & in l. filio quẽ pater, ff. de liber. & posthũ.* ideo super nece defuncti patris adoptantis ei accusandi ius competit, & in isto casu posset procedere suprà relata affirmatiua opinio, vt per Plach. *d. c. 40. n. 20.* vbi in specie dixi, quòd adoptiui filij possunt necem patris vindicare, & accusare in duobus casibus. Primò, quando in eis vltra adoptionis vinculũ ius sanguinis concurreret. Secundò, quando patri ab intestato successissent, *vt in d. l. cùm sit in adoptiuis, ff. de adopt.* Et isto vltimo casu ius accusandi competit, nó vti filiis, sed vti hæredibus; qui etiam quòd filij non sint, accusare possunt, vt supra dixi, *n. 7.* non tamen aliis consanguineis sunt præferendi, vt pariter dixi *suprà num. 8.*

¶ Limita III. Principalem regulam in minoribus 25. 47
annorum, qui etiam quòd defuncto proximiores sint; non tamen ad accusandum super nece defuncti admittuntur, nisi cum tutoris authoritate, per ea quæ *suprà* dixi *in antecedenti quæstione, num. 15 in quarta limitatione,* quæ iam dicta hîc non repeto.

¶ Ampliа Hanc tertiam limitationem, vt multò magis 48
procedat in posthumo, pro quo donec in vtero sit, nec etiã tutor eius nomine admitti debet ad accusandũ super nece defuncti patris, nec ad transigendum, nec ad ineundum pacem cum occisoribus, secundùm Petr. à Placha, qui post Ias. *in l. pactum curatoris, ad finem, Cod. de pact.* id latissimè comprobat *in epit. delictorũ, c. 42. n. 1. & seqq.* ea potissimùm ratione deductus, † quia infantes, donec in vtero sunt, in 49
rerum natura nec vtique censentur, *l. quod in rerũ, ff. de leg. 1. l. interdũ, ff. de verb. oblig. l. vbicunque, in prin. ff. de ventre in possess. mitten. l. pater, ff. de solut. l. sed & si plures, §. si plures, ff. de vulga. & pup.* Bald. *in l. si pater, C. de instit. & substit. & in l. 2. in prin. C. de posthũ. hære. instit.* vbi quòd qui in vtero est, nondũ homo est; etiam quòd animam rationalem infusam habeat: sola enim anima non facit hominem sine corporis perfectione & organizatione, vt per Io. And. *c. sicut ex literarum, col. 2. de homicid.* & non solùm homo non est, sed nec etiam animal, glos. *in l. qui in vtero, in prin. ff. de statu homin.* per tex. *in dict. l. 1. §. si quis proximior, ff. vnde cognati,* & donec infantes in vtero sunt, super terram esse non censentur, *l. 3. C. de posthum. hære. instit. l. interdum, ff. de verbor. obl. l. quod in eorum, ff. de leg. 1.* & propterea posthumũ nec suum, nec patris hæredẽ, nec in eius potestate esse probat tex. *in l. 1. §. toties,* ibi, *inter suos hæredes futurũ erit.* Et in *§. sed & si,* ibi, *suus futurus sit, ff. de vẽtre in possess. mittẽ. l. posthũ.* ibi. *qui sui futuri essent, si viuo patre nati essent, C. de collat. l. fin. ff. eodẽ, l. fin. ff. de assignat. libert. l. vtrũ, in princip.* ibi, *vt quis hæres non sit, ff. de reb. dub. l. antiqui, ff. si pars hære. peta. & lege si hæres, ff. famil. ercis.* Si igitur infans donec in vtero est, nec in terra, nec in rerũ natura, nec homo, nec animal, nec hæres, nec in patris potestate, nec suus censetur, metitò nec ipsi, nec alteri eius nomine super nece defuncti cõpetit accusandi ius, quòd, vt suprà sæpius dixi, non nisi existentibus hæredibus, seu proximioribus coniunctis, & ita suis iura concedunt.

¶ Obstat † autem huic limitationi & eius rationi tex. *in l.* 50
vel viuo, ff. de suis & legit. hæred. & in l. qui in vtero, in prima,

& secunda, ff. de statu hom. quibus definitur eũ, qui in vtero est, perinde esse, ac si in rebus humanis esset. Item & tex. *in l. intelligend. ff. de verb. sign.* vbi intelligẽdus est mortis tẽpore fuisse, qui in vtero relictus est. Quibus & aliis iuribus, quæ in proposito adduci possent, respõde cũ Placha *d. c. 42. n. 1. ver. Quarò & suffragari videtur*, quòd posthumus habetur pro iam nato, in iis tantũmodo, quæ eius fauorẽ respiciunt; secus si alterius, *l. quod diximus, ff. de verb. sign.* & hoc etiam quòd agatur de fauore proprij parentis, *l. 2. §. remittit, ver. qui autem in ventre est*, & ibi Bal. *ff. de excus. tut.* & tamen etiam in casu, in quo posthumus habetur pro iam nato, id intelligendum est impropriè & ciuiliter, non autẽ propriè, & naturaliter, prout regulariter verba intelligenda sunt, vt dixi *suprà num.* 45. Et iura concedunt ius accusandi proximioribus, non iis, qui ciuiliter, seu impropriè sunt coniuncti, sed iis qui naturaliter & propriè.

51 ¶ Limita IV. Principalem regulam† in filiis illegitimis, quos vulgò spurios seu bastardos nuncupamus: hos inquã ad defuncti patris necem vindicandam ad accusandũ minimè admitti, dixerunt Bal. *in l. id, quod pauperib. C. de Episcop. & clerie. in l. cùm acutissimi, C. de fideicom. in l. prima, & in l. neganda, C. qui accus. non poss. in l. quisquis, C. ad legẽ Iul. maiest.* Ioan. de Imola, *in l. ex facto, §. si quis rogatus*, & ibi Alexand. *n. 39. ff. ad Trebel.* Ang. *de malef. verbo, comparent dicti inquisitii, & in termino defensionis, col. 5. vers. quid si statuto dicitur.* * De cõmuni* testatur Felin. *in cap. nonnulli, §. sunt & alij, nu. 58. de rescript.* nec dissentit Dom. Octau. Vulpel. *in tract. de pace, quæst. 16. & 17.* vbi econtrà, quòd nec pariter potest pacem facere super nece filij spurij.

¶ Prima huius limitationis ratio esse potest, quia ad accusandũ nemo admittitur, nisi integræ opinionis & æstimationis sit, *l. criminis*, ibi, *si tibi integ. æstimat. C. qui ac. n. non poss. l. popularis actio, ff. de popular. actio.* & latiùs dixi *in anteced. q. n. 17. & seqq.* at spurius non est talis: ergo, &c. Minor proba-
52 tur, † quia receptissima est apud Doct. * sentẽtia, spurios
* infames esse, vt patet per *l. ex complexu, C. de incest. nup.* ex Azo. *in summa. C. de infa.* Bald. & Sali. *in l. fi. C. de verbor. signific.* Host. *in summa, tit. de filiis presbyter. §. quæ in causa prohibit.* Bal. *in l. 1. col. 1. C. de iure aureor. annulor. & in l. generaliter, §. cùm autẽ, C. de instit. & substit. sub cond. facti.* Marsil. *sing. 273.* Duen. *regu. 69.* vbi plura de hac materia, Affl. *decis. 204. in 1. dubio*, Curt. iun. *consil. 36. circa controuersiam, col. 1. versi. præmissis tamen*, Neuiz. *in sylua, parte 3. n. 15.* Alex. *consil. 70. vol. 2.* Ias. post alios, *in l. fratris, n. 11. C. de inof. test.* cum aliis concordantibus adductis per Tiraq. *in tract. de nobilit. cap. 15. n. 14. & seq.* Roland. *cons. 87. n. 2. & 3. vol. 3. & cons. 79. nu. 45. vol. 2. & cons. 74. n. 30. & n. 37. vol. 1. cons. 67. n. 73. vol. 3.* vbi quòd spurij non sunt Deo amabiles, nec hominibus honorabiles, nec in bello fortes, nec in fide constantes, & his similia, Plot. *in l. si quando, nu. 801. C. vnde vi*, secundùm antiquam impressionem, Arnal. Albert. *in tract. de agnosc. assert. cathol. quæst. 34. n. 5.* Herculan. *in tract. de cau. de non offenden. c. 32.* vbi ampliat etiam in spurio legitimato, & plura tradit in detestationem spuriorum, Natta *consil. 621. n. 7.* vbi quòd legitimatus spurius assimilatur medicato remanente cicatrice, Cagn. *in l. si qua illustris, nu. 8. C. ad Orfician. & in l. 1. volum. quar. versic. quarta difficultas, C. de inof. testam.* & alibi sæpe Doctores.

52 ¶ Secunda eiusdem limitationis est ratio, † quia spurius nõ potest dici nec nominari filius, sed in omnibus habetur plusquã extraneus, *vt in auth. quibus mod. natural. effician. sui: §. pẽ. versic. vltima si quidẽ, collat. 7.* ibi, *Iste nec naturalis nominatur, nec alẽdus est à parẽtibus, nec habet quoddã ad præsentẽ legem participiũ.* Facit etiã tex. *in auth. ex cõplexu, Cod. de incest. nupt. item & tex. in auth. licèt, in fin. C. de natural. liber.* latè Hercul. *de caut. de non offend. d. c. 32.* vbi quòd spurius nõ venit nec appellatione filiorum, nec consanguineorum, nec coniunctorum, seu cognatorũ, nec attinentium, nec etiam illorũ de casata aut parentela; prout & idẽ traditur per Stephan. Lambert. *in tract. de contract. eor.* & glo. 16. *n. 1.* qui id
54 latissimè cõprobat. Et propterea † cùm non sit de domo seu agnatione patris, illius nobilitate ac dignitatibus eum non gaudere, dixerũt Bar. & Io. de Platea *in l. 1. C. de dignit. l. 12.* Bart. *in l. pronunciatio. ff. de ver. sign. & in l. fi.* vbi alij Doct. *C. eo. & in l. tutelas, ff. de cap. diminut.* gl. *in clem. vnica, de baptis.* aliàs gl. *in princ. Inst. de seruili cognat.* vbi Faber, Aret. & communiter* Doctores, Bal. *in l. generaliter, §. cũ autẽ, Cod. de inst.* * *& substit. sub condit. facta, & in l. ex libera, Cod. de suis & legit. hared. & in l. cùm legitimi, ff. de statu hom. & in l. cùm antiquioribus, n. 8. quæst. 8. Cod. de iure deliberan. & in cap. innotuit, n. 15. de elect.* cum aliis, de quib. per Tiraquell. *in tract. de nobilit. ca. 15. n. 10.* Si ergo spurius filiorum consanguineorum, aut coniunctorum appellatione non venit; item si non est de agnatione patris, sed pro extraneo reputatur; necessariò sequitur illi nullo pacto competere ius accusandi, quod, vt sæpius suprà retuli, non nisi proximioribus defuncti consanguineis & coniunctis, non autem extraneis iura concedunt.

¶ Tertia afferri ad idem potest ratio, † quia valet argumen- 55
tum de successione ad accusationẽ, secundùm Imo. & Alex. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebel.* quos in proposito referendo sequitur Petrus à Placha *in epit. deli. lib. 1. cap. 41. n. 29. in fi.* sed sic est, quòd † spurij de bonis eorum patris nec 56
ex testamento, nec ab intestato aliquid capere possunt, *auth. licet, C. de natura. liber. § sui, in fi. Authent. quibus mod. natura. efficia. sui, collat. septima, item auth. ex complexu, Cod. de nup. l. si pater*, & ibi glo. *& l. nec apud, Cod. de hared. instit. l. si spurius, ff. vnde cogna.* de communi* Michaël Crass. *in cõmun. opin. lib.* * *1. capite 5. quæstione 13. tomo secundo*, latè item Placha *d. cap. 41. num. 11. & sequentibus*, ergo nec etiam accusare super eius nece.

† Contrarium, quòd immò spurij & illegitimi filij ad- 57
mittantur ad accusandum super nece eorum patris, tradiderunt Bart. *in l. hos accusare, §. omnibus, de accusat.* Ang. *in l. 1 ff. de accus.* Bald. *in l. 1. num. 50. C. qui accusare non poss. in versic. quoad secundum articulum. & in l. neganda, C. eodem, & in l. 2.* vbi etiam Bart. *in secunda q. vers. quæro quid de filia, & in d. l. hos accusare, eo. §. in omnibus, ff. de accusat.* Innocent. *in d. c. nonnulli, §. sunt & alij, ext. de rescript.* Ant. Gomez. *d. c. 3. delict. tit. de homic. n. 66. in fine*, Stephan. Lamber. *in tracta. de contract. dict. glo. 19. sub n. primo.* Nec dissentit Tiber. Decian. *in suis tract. criminal. parte 1. lib. 3. cap. quinto, n. 12.*]

¶ Ratio huius affirmatiuæ opinionis fortissima illa est, 58
quia secundùm ius naturæ, nulla datur differentia inter filium spurium & legitimum, *§. si quis ergo filios, in Auth. quibus modis natur. effician. legitimi, l. adoptiuus, §. seruilis, versi. vnde nec vulgò, ff. de ritu nup.* paternúsque amor idem est erga filios illegitimos, ac erga legitimos, Bal. *in cap. quæ in Ecclesiarum, colum. fin. de const. & in l. 1. colum. 5. vers. expedita est, C. vnde vi*, & naturale fœdus prolem illegitimorum & naturalium habet pro legitima, Ancha. *cons. 225. incip. Videtur prima facie, colum. penul.* Nec potest aliqua constitutio naturales stimulos coërcere, *l. amicissimos, §. Lucius, ff. de excusat. tuto. l. 2. & 3. ff. de libera. cau.* Et ista verba pater, mater, & filius, sunt nomina naturæ, non iuris ciuilis, *dict. l. 2. ff. de accusat.* ergo non ciuiliter, sed naturaliter intelligenda sunt, prout iterum dixi *suprà, num. 45.* & consequenter etiam illegitimis accusandi ius competere super nece eorum patris omnino concludendum est per prædicta, iunctis iis, quæ infrà dicentur *n. 73.*

¶ Quid autem dicendum? † Distingue illegitimorum fi- 59
liorum species, & concordabis prædictas contrarias opiniones: illegitimorum enim liberorum aliqui in iure nominantur spurij, aliqui bastardi, aliqui nothi, aliqui naturales, & aliqui manzeres; quorum omnium significationis si particularem scientiam habere volueris, cùm ea non sit præsentis speculationis, remitto te post antiquiores ad Placham & per eum allegatos, *dict. capit. 41. n. 1. & seqq.* Duen. *regu. 348. in pr.* Cagnol. *in l. si qua illustris, n. 1. & seqq.* Cod. *ad Orficia.* Hercula. *de cau. de non offend. d. cap. 32. n. 2. & seqq.* & Sarmien. *select. interp. lib. 1. cap. 7.*

¶ Quatenus autem ad præsentis indagationis veritatẽ attinet, dicas quòd hoc verbum *Spurius*, potest dupliciter accipi: vno modo in genere, alio modo in specie. In genere spurij appellatione omnes illegitimi veniũt, *l. spurij, ff. de decurio.* Placha *dict. c. 41. n. 2. in fi.* In specie spurij illi dicuntur, qui patrem non agnoscunt; & prout Doctores dicunt, incertũ habent patrem, & quasi sine patre nati, spurij ideo nuncupati. Qui igitur nati sunt ex publica meretrice, cũ qua plures die noctúque

noctúque commerciũ habent, & cuius incerta est proles, hi inquam spurij propriè nominantur, vt scribit Theophil. *in §. aduersus, Inst. de nup.* Plutarch. *in problem. c.* 103. Bud. *in l. vulgo, ff. de statu homin.* Ioan. Baptista de sancto Seuerino *in l. si qua illustris, col.* 1. *ad Orfician.* cum aliis relatis per Catel. Cottã *in memor. verbo, spur.* quem pariter refert & sequitur Placha *dict. c.* 41. *n.* 1. *versic. & primò, non intempestiuè.* Item qui nati sunt ex adultetio, incestu, vel aliis parentibus, qui nec tempore natiuitatis, nec conceptionis matrimonium contrahere poterãt, & sic ex damnato coitu, hi pariter spurij nuncupantur: licèt enim patrem ostendere possint, patrem tamen præ infamia nominare non audent: ideo sine patre censentur, secund. Bald. *consil.* 457. *n.* 7. *l.* 5. Soc. sen. *consil.* 148. *n.* 6. *l.* 1. Alex. *consil.* 60. *n.* 8. *&* 16. *l.* 2. Ripa *in l. ex facto, §. si quis rogatus, n.* 3. *ff. ad Trebell.* Alciat. *l.* 4. *Parergon, c.* 5. Ang. Politian. *l. Miscellan. c.* 18. Ang. Aret. *in §. nouissimè, Instit. ad Orfician.* Placha *d. c.* 41. *n.* 2. & Paleott. *de noth. & spur. c.* 16. *n.* 5. Honded. *consi.* 95. *num.* 51. *& seq.* vbi ampliùs, quòd quando constat aliquem esse illegitimum, tunc magis præsumitur spurius, quàm naturalis ex Alciat. quem allegat *de præsumpt. reg. secunda, præsumpt.* 5. *n.* 4. *& seq. & consi.* 296. *n.* 3. Ceph. *consil.* 368. *n.* 1. *lib.* 3. *& consil.* 593. *n.* 12. *l.* 4. Menoch. *consi.* 285. *n.* 11. *lib.* 3.

60 ¶ Iis contraria est eorum illegitimorum species, quos † iura naturales appellant. Naturales enim dicuntur filij ij, quos sola natura genuit, non honestas coniugij, *c. fin.* 32. *quæst.* 4. Qui ergo ex his parentibus natus est, qui natiuitatis, vel conceptionis tempore matrimonium contrahere poterant, is inquam naturalis nuncupatur, *cap. tanta, qui filij sint legitimi, c. innotuit, de elect.* & in huius nominis significatione, ea est differentia inter ius canonicum & ciuile, quòd iure ciuili ij naturales existimãtur, qui ex vnica concubina, eáque domi habitante nascuntur, *l. si quis officium, ff. de ritu nup. l. pen. & fin.* vbi etiam Bart. *ff. de concubin. §. si quis autẽ, in Auth. quib. mod. natura. effic. sui.* Iure autem canonico filij naturales dicuntur, vt præfertur, nati ex parẽtibus, inter quos poterat esse coniugium, etiã quòd ex concubina domi habitante originem nõ duxerint, secund. Bart. *in consil.* 206. *col. fin. vol.* 3. *& consi.* 129. *vol.* 1. Aym. *consi.* 166. *col.* 3. Ias. *consi.* 51. *vol.* 3. vtcunque tamẽ sit, satis est in proposito vtroque iure admitti, quòd naturales dicuntur, qui certũ patrem habẽt.

¶¶ His præmissis pro resolutione præsentis difficultatis facias infrà scriptas conclusiones.

61 ¶ Prima sit cõclusio, † quòd ius accusandi necem p tris nõ competit spuriis, iis scilicet ex publico scorto natis: patrem enim nominare non possunt, cùm illũ ignorent, iuxta superiùs dicta *n.* 59. & in iis terminis loquuntur, & intelligendi sunt Doctores suprà allegati, *num.* 51. & si ita intelli-
* gantur, eorum vera est, & communis * opinio, prout testantur Feli. *in dict. c. nonnulli, §. sunt, & alij n.* 58. *de rescrip.* Villapan. *in l.* 22. §. 42. *num. septimo,* Petrus à Placha *dict. capit.* 41. *num septimo. versic. hos tamen, num.* 10. *& num.* 26. *in fin. item & num.* 27. *in princ.* sequitur Clar. *in pract. quæst.* 14. *versic. quaro, an filij illegitimi,* [& declarat idem Decian. *dicto capit.* 5. *num.* 12. *in fine.*]

62 ¶ Secunda sit cõclusio, † quòd spurij, qui licèt non sint nati ex publica meretrice, sunt tamẽ nati ex illicito & dãnato coitu, & ex parentibus, inter quos poterat tempore conceptionis seu natiuitatis adesse cõiugium, iuxta ea, quæ suprà dixi, *eodem n.* 59. vt putà adulterini & incestuosi, ij inquam pariter ab accusando super nece eorũ patris repelluntur: ita enim est de mente Doctorũ, quos suprà retuli *in antecedenti n.* 61. qui generaliter & indistinctè in spuriis loquuntur.
* Et hæc pariter non solũ cõmunis, * sed & vera est opinio: cùm enim tales spurij patrem habeant incertum, vel si habeant certum, illum præ infamia, vt superius dixi, nominare non audent, frustra disputatur, an iis ius accusandi super nece eorum parentum competat, postquam quos habeant parentes, vel ignorant, vel non nominant.

63 ¶ Tertia est conclusio præcedentium declaratiua, quòd † vbi spurij tã nati ex meretrice, quàm ex dãnato coitu, & sic adulterini & incestuosi, vel ex personis, cũ quibus non poterat esse matrimoniũ, patrem certum habẽt & nominant: tunc vtique possunt super eius nece accusare, & vindictam sumere, Placha *dict. c.* 41. *n.* 7. *versic. hos tamen,* quilo quitur in spuriis vulgò quæsitis, & ex scorto natis. De cõmuni * te- *
statur Petrin. *de re milit. fol.* 139. *num.* 64. vbi generaliter loquitur in omnibus spuriis, qui patrem agnoscunt, sequitur Clarus *in dict. quæst.* 14. *eodem versic. quæro, an filij illegitimi, in fin. & quæst.* 58. *vers. scias autem,* vbi pariter generaliter loquitur etiam in spuriis natis ex damnato coitu, qui de eorum parentibus certi sunt. Et licèt ipse Clar. *in præcitatis locis,* dubitatiuè per verbum *fortè,* loquatur: eius tamen opinio tenenda est, non solùm quia, vt dixi, est communis: sed etiam quia vera & rationabilis. Ratio enim principalis denegans & prohibens spuriis potestatem accusandi, ea est, quia patrem non agnoscunt, cùm certum patrem non habeant: & ideò frustra de vindicando eius necem tractatur. At vbi certũ agnoscunt patrem, cessat ratio prædicta prohibitionis; ideo cessare etiam debet prohibitio, vulgata *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron.*

¶ Quarta sit conclusio, quòd in iis casibus, in quibus 64
spurij non admittuntur ad accusandum super nece eorum patris, in iisdem casibus nec etiam spuriorum filij legitimi & nepotes admittuntur ad accusandũ super nece aui. Pau. de Cast. *consi.* 181. *in causa, qua vertitur coram Vicario, col.* 4. Feli. *in c. nonnulli, §. sunt & alij, & n.* 56. *de rescr.* Ludou. Bolognin. *in add. ad Matheslan. in tract. de succes. ab intest. §. secundum membrum,* Petrus à Placha *dict. c.* 41. *n.* 27. vbi ad id adducit tex. *in §. diuerso, in Auth. de hæred. ab intest. venien.* ibi, *radice infect. & omnimodo maculata, non possunt popular. rami exinde prouenientes succedere.* Et facit viua ratio, quia si filij spurij non admittuntur ad accusandũ super nece eorum patris, quia non habent certum patrem, nec illum agnoscunt, multò minùs debent admitti nepotes, cùm ipsi multò minùs eum agnoscere possint.

¶ Quinta sit conclusio, † quòd licèt, vt præfertur, spurij 65
non possint accusare necem eorum patris, & in hoc cæteri defuncti consanguinei illis præferendi sint; si tamen iidem spurij accusare voluerint occisorem, non tanquam prosequentes suorum iniuriam, sed tanquam extranei, & de populo, vtique non solũ possunt, sed aliis extraneis præferendi sunt: licèt enim defunctũ patrem certum dicere non possint, negari tamen non potest, cùm illũ pro patre reputauerint, quin ob eius mortẽ maiori & propensiori dolore commoti & effecti fuerint, quàm quilibet extraneus. Ergo & omnibus extraneis iure accusandi præferẽdos hos esse dicendum est, argumento tex. *l. quamuis, in verbo, verus dolor, C. ad legẽ Iul. de adult. l. amicissimos, §. Lucius,* ibi, *naturalis stimulus, ff. de excus. tuto. l.* 2. *§. fi. ff. de adult.* Et si, vt suprà probauimus, *n.* 31. *& seqq.* in accusando necẽ defuncti amici singulares sunt aliis extraneis nõ ita amicis præferẽdi, quãtò magis præferendi erunt filij spurij, qui à die eorũ natiuitatis vsque ad mortẽ occisi, semper cũ eo versati sunt, & illũ vti patrem reputarunt? & in expresso per has rationes hanc conclusionem tradidêre Imola & Alex. *in dict. l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell.* quos referẽdo sequitur, & contrariis respondet Placha *in sapiùs allegato c.* 41. *n.* 28. *&* 29.

¶ Sexta sit conclusio, † quòd licèt spurij non admittantur 66
ad accusandũ super nece patris, quia, vt dixi, quis sit eorum pater, ignorant; bene tamen admittentur ad accusandũ super nece eorũ matris, quæ semper certa, est Bal. *in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest. & in l.* 1. *versi. quoad secũdum articulũ, C. qui accus. non pos.* Alex. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, nu.* 41. *ff. ad Trebell.* Iacob. Villapan. *in l.* 22. *ti.* 1. *particula* 7. §. 44. *num.* 8. Placha *d. c.* 41. *n.* 29. *ver. insignis est admodum,* vbi testatur de
receptissima * sententia; sequitur Clarus *d. q.* 14. *vers. fin.* *
nec dissentit D. Octau. Vulpell. *in tract. de pace, d. q.* 16.

¶ Septima sit cõclusio præcedentis declaratiua, † quòd spu- 67
rij nati ex damnato coitu, nec etiam eorum matris mortem accusare non possunt, nec de ea cõqueri, vt latè per Plachã *d. c.* 41. *n.* 29. *ver. verissimum esse, &c. & numeris seqq.* vbi etiã in proposito plenè tãgit, quis dicatur damnatus coitus, & Plachã refert, & sequitur D. Octau. Vulp. *d. q.* 16. Et secundùm hanc septimam conclusionẽ in Senatu Mediolanensi aliàs resolutum fuisse testatur Clar. *in pract. q.* 58. *ver. scias autẽ in hoc proposito, & in d. q.* 14. *ver. fi.* qui tamẽ Clar. *in d. vers. scias autem,* dicit, quòd circũscripta obseruantia Senatus, contrariũ fortè esset de iure dicendũ, quòd spurij possint accusare, & pacem facere pro morte eorũ matris, etiã quòd nati sint ex

* sint ex damnato coitu, secundùm cõmunem * iterum suprà allegatam sententiam, de qua per Petrin. Bel. *de re milit dicto fol.* 139. *eod. nu.* 64. & hanc Clari opinionem ego etiam veriorem credo per superiùs tradita, *n.* 63. *in* 3. *conclusione*, eo præsertim quia Placha in contrarium allegatus *in d. ver. verissimum, &c.* non videtur loqui de iure communi, sed secundùm terminos particularis *l.* 9. *Tauri*, de qua ibi per eum.

68 ¶ Octaua sit conclusio, † quòd filij naturales, qui certum patrem agnoscũt, & qui nati sunt ex parentibus, inter quos & tempore cõceptionis, & tempore natiuitatis poterat esse matrimonium, & de quibus suprà dixi, *n.* 60. ij, inquam, non solùm possunt super nece eorũ patris accusare, verùm etiam in accusando cæteris aliis consanguineis præferuntur, se-
* cundùm receptissimã * Doctorũ opinionem, de qua testatur Placha *d. c.* 41. *n.* 5. *& seqq.* vbi latè hanc comprobat conclusionem, refert & sequitur Clar. *d. q.* 14. *eodem ver. quæro, an filij illegitimi*, & ante istos Petri. Bel *de re milit. d. fol.* 139. *n.* 64. vbi de communi, & pro ea facit ratio superiùs adducta, *n.* 58. & secundùm huius conclusionis terminos intelligendi sunt, vt loquuntur Doctores supracitati, *n.* 57.

69 ¶ Nona & vltima sit conclusio, † quòd in omnib. casibus, in quib. ius accusandi super nece patris competit filio spurio, in iisdem etiã casibus competit ius faciendi pacem; & è contrà, cùm pax & accusatio in materia, de qua agimus, in iure æquiparentur, vt dixi *sup. in hac eadẽ quæst. n.* 1. & in specie tam in accusando, quàm in faciendo pacẽ & transigendo, indifferenter loquũtur Placha, *d. c.* 41. *in discursu*, D. Octauia Vulpel. *dict. q.* 16. Clar. *d. q.* 58. *eodẽ vers. scias autem*, & Petrin. *de re milit. d. par.* 139. *fol.* 64. Vbi tamen in proposito dicit ad duo esse aduertendũ. Primò, quòd quãdo adsunt etiam filij legitimi defuncti, tunc tam in accusando, quàm in faciendo pacem illi præferũtur naturalibus; quod & ego puto verissimũ, & expressè etiam sentit D. Vulpel. *d. q.* 16. quia duo vincula magis stringunt, quàm vnum, vt dixi in simili *sup. in præcedenti quæst. n.* 29. *&* 30. Secundò dicit, quòd si filij naturales non sunt hæredes, adsintque defuncto consanguinei multum honesti, valde dubitat, an dictis consanguineis in faciendo pacem spurij præferantur; sed potiùs credit, saluo Lectoris iudicio, quòd licet isto casu naturales præferantur consanguineis in accusando, non tamen præferantur in faciendo pacem. quod tamen vltimum non puto verũ, quia, vt sup. toties dixi, pax & accusatio in iure æquiparantur, etsi in accusando aliis consanguineis sunt præferendi, prout idem Petrinus ibi fatetur, pariter etiam erunt præferendi in faciẽdo pacem. Ideo vt suprà cõcludas, quòd filij illegitimi possunt facere pacem super nece eorum patris in omnibus casibus, in quibus ipsi possunt accusare; & è contrà in casibus in quibus non possunt accusare, in eisdẽ nec etiam poterunt facere pacem.

¶ Quibus sic in iure firmatis conclusionibus, non obstãt
70 cõtraria superiùs hinc inde adducta. † Ad id enim quod dicitur *in n.* 52. in prima ratione, spurium vti infamem prorsus & indistincte fore ab accusando repellẽdum, triplíciter respondetur. Primò, non esse ita absolutè veram eorũ opinionem, qui dixerunt spurios infames, quia contrarium & optimis rationibus omissis antiquioribus per Illustrissimũ ac maiori expectatum dignitati Card. Paleotum *in tract. de spuriis & nothis*, & alios pleroſque, quos allegant, voluerunt Alex. Stiatic. Bononien. *in sua pract. iudic. nuper edita, c.* 20. *n.* 42. & D. Menoch. *in sæpius alleg. tract. de arbitr. q. l.* 2. *cent.* 5. *casu* 464. *n.* 18. Eo casu, quo eos infames admittamus, intelligendum id erit, non de infamia iuris, sed facti, prout consi. derarunt Rol. *in alleg. cons.* 87. *n.* 2. *&* 3. *vol.* 3. alij plerique ante Doctores in materia loquentes; quæ quidem facti infamia ad repellendum accusatorem non sufficit, secundùm
* communem, * de qua *suprà, in* 12. *quæst. num.* 17.

71 ¶ Rursus & sic secundo loco respondendo dicitur, † quòd communis illa Doctorũ opinio irrogans spuriis infamiam, intelligi debet sano modo de illis sc. illegitimis, qui sine patre nati dicũtur, prout sũt ex publico scorto & dãnato coitu geniti, iuxta ea, quæ sup. dixi, *n.* 59. qui propriè spurij nuncupantur, & quos ad accusandũ admitti nos quoq; negamus: secus in iis, qui certũ habẽt patrem, vel nati ex soluto & soluta, nõ publica meretrice, sed cõcubina, qui non spurij, sed naturales nominantur, prout pariter declaraui *suprà, num.* 60. ij, inquam, non sunt ita infames, & odiosi, prout regulariter sunt spurij, secundùm Rolandum post alios, quos allegat *in ex aduerso allegato cons.* 67. *n.* 73 *vol.* 3. & Steph. Lamberten. *de contract. gl.* 19. *n.* 3. vbi quòd contra Azonem contrarium indistincte tenentem opinio ista distinguens naturales à spuriis verior est saltem iure ciuili inspecto: ideóque ad accusandum admittendi sunt.

¶ Tertiò respondetur, † quòd etiam infames admittun- 72
tur ad accusandum, quando suam, vel suorum iniuriam prosequuntur, vt dixi *sup. in d. q.* 12. *n.* 19. *in* 3. *concl.* & in iis terminis nos propriè loquimur. Et licet etiam ad accusandum super nece patris spurius non solùm admittatur tanquam extraneus non prosequendo suorum iniuriam; sed etiam cæteris aliis extraneis accusare volentibus ob maiorem, quem sentit dolorem, præferendus sit, per ea, quæ *sup.* dixi *in n.* 65. *in* 5. *concluſ.* hoc tamen non videtur absurdum: quia, cùm, vt dixi *in prima responsione*, spurij non iuris, sed facti infamia notati dicantur, nihil impedit, quin etiam vti extranei saltem de iure ciuili accusare possint.

¶ Minùs obstant deducta *sup. n.* 53. *&* 54. *in secunda ra-* 73
tione. † Dato enim, quòd secundùm ciuiles sanctiones filiorum appellatione non veniant filij illegitimi, & naturales; & quòd iidem non dicantur patri nec coniuncti, nec consanguinei, nec de illius domo & familia (prout forsan contrariũ attentari posset *ex l. tertia*, §. *Prætor*, *& l. parentes*, *ff. de in ius vocã. & l.* 3. *ff. de liberali causa*, cũ notatis per Fel. *in c. in præsẽtia, n.* 21. *de prob.* vbi pleniori manu explicat, appellatione filiorum, etiam naturales venire, tam in contractib. & vltimis voluntatib. quàm etiam in sententiis, priuilegiis, & delictis, ac dispositione legis, & statuti) adhuc tamẽ aduertatur, quòd secundùm ius naturæ negari non potest, quin filius naturalis propriè filius sit: ius enim naturæ naturales filios habet pro legitimis per ea, quæ dixi *sup. n.* 58. Et in materia accusationis verba non ciuiliter, sed naturaliter intelligenda sunt, vt pariter dixi *sup. n.* 45. imò quòd quando lex vtitur verbis naturæ, provt est verbum, *filius*, & verbum, *parens*, naturales quoque & illegitimi sub illa lege comprehenduntur, vt post Bar. *in l. fin. col.* 1. & ibi Bal. *circa fin. vers. quærit hîc Bar.* & Iaſ. *col.* 2. *vers. iuxta prædictum notabile, C. de verb. sign.* eund. Bart. *in l. tutelas. in princ. ff. de c. diminut. & in l. pronunciatio*, §. *familia, ff. de verb. sig. & in l.* 2. *col.* 1. *vers. quæro, quid de filia, de accuſ.* Bald. *in c. innotuit, col. fin. vers. per hoc patet*, *ext. de elect. & in l. generaliter*, §. *cùm autem, circa fin. vers. & si statutum. C. de instit. & substit.* Ang. *cons.* 191 *super puncto, col.* 2. *circa fin. vers. descendo igitur*, Butrig. *cons.* 54. *incip. videtur primo dictum spurium, per tot.* Guid. Pap *sing.* 580. *an bastardus, circa prin.* Ruin. *cons.* 9. *q.* 1. *lib.* 4. expressè tradit Steph. Lamber. qui hos omnes refert, & sequitur *in d. tract. de contract. gl.* 19. *n.* 1.

¶ Multò minùs obstat argumentum de successione ad accusationem, de quo *sup. n.* 55 *in tertia ratione negatiuæ opinionis.* Dato enim, † quòd illud sit validum, de quo tamen in- 74
distinctè loquendo valdè dubito, non tamen refragatur suprà firmatis conclusionibus. Id enim, quod dicitur spurios esse incapaces successionis, tam ab intestato, quàm ex testamento, intelligendum est de iis spuriis, qui sine patre nati certum patrem non habent, de quibus *sup. n.* 59. & hos ab accusando repelli nos quoque libenter affirmauimus *suprà, n.* 61. *&* 62. at secùs in filiis naturalibus, & certum patrem habentibus, qui cùm propriè spurij non dicantur, ideò non solùm ex testamento possunt patri succedere in toto eo, quod eis relinquitur, sed etiam ab intestato ei succedunt in duas vncias, *auth. licet, C. de natural. liber.* §. *si quis autem defunctus, &* §. *fin. in auth. quib. mod. natur. effic. sui*, Placha *in epit. delict. c.* 41. *n.* 19. latè Ceph. *cons.* 48. *vol.* 1. Cagnol. *in l. si qua illustris, n.* 5. *ad Orfician.* Roland. *cons.* 67. *n.* 76. *& seqq. vol.* 3. vbi de materia. Retorquendo igitur argumentum, dico, quòd sicut filius naturalis potest tam ab intestato, quàm ex testamento patri succedere; ita etiam super illius nece poterit accusationem instituere.

¶ Nec etiã vltima ratio superiùs adducta pro affirmati- 75
ua opinione, *n.* 58. obstat primæ, & secundæ conclusioni per nos pariter *sup.* firmatæ *n.* 61. *&* 62. vbi ab accusãdo necem patris, exclusimus spurios ex public. scorto, seu dãnato coitu natos. Ex sæpiùs. n. sup. repetitis, & in iure probatis, clara resultat responsio: scilicet, quòd licèt de iure naturæ naturales

filij

filij in totum legitimis æquiparentur, id ideo est, quia certũ agnoscunt patrem, cùm naturales sint; & hos ab accusando minimè repelli etiam probauimus *suprà, in 8. conclusione.* Non autem sic est in dictis spuriis & nothis, qui cùm incertum habeant patrem, nec quis sit eorum pater, agnoscant, frustrà disputatur, an eius necem vindicare possint. Et sic vides, quòd per distinctionem filiorum illegitimorum suprà præmissam, *n. 59. & 60.* omnia cessant contraria; atque ita sit huic quæstioni finis ad laudem Dei.

ARGVMENTVM.

Pax à quibus habenda sit, stante statuto, quòd pacem habens mitiùs puniatur.

SVMMARIVM.

Pax habita à proximioribus occisi, valet remotioribus exclusis, num. 1.

Pax habita à maiori parte cõsanguineorũ etiã minori cõtradicẽte valet, n. 2. 3. 4. & 5. Limita primò, vt valeat quoad diminutionẽ pœnæ, secus quoad totalẽ remissionẽ, n. 6. & 7. Secundò, dummodo omnes consanguinei fuerint in vno congregati, seu saltẽ citati, aliter secus, n. 8. & 9. Tertiò, dũmodo lucrũ ex pace proueniẽs sit etiã cõmune minori parti, aliàs secus, n. 10.

Factum à maiori parte, ab omnibus factum censetur, n. 3.

Pax habita à filiis communibus per patrem de nece vxoris valet, num. 47. 48.

Creditorum maior pars in remittendo debitori debitum potest minori præiudicare, n. 6. Limita primò, in remittendo partem debiti, secus in remittendo totum. d. n. 6. Secundò, dummodo omnes creditores fuerint citati, requisiti, & in vnũ congregati, aliàs secus, n. 8. & 9. Tertiò, dummodo lucrum & commodum proueniens ex remissione sit commune etiam minori parti, aliàs secus, n. 10. Quartò, vt maior pars intelligatur respectu summæ debitæ, non autem personarum, num. 18.

Metus reuerentialis non inducitur ex sola reuerentia sine minis, num. 48.

Pax habita ab alumnis super morte nutricis vel nutritoris non valet, num. 49.

Statutũ imponens pro homicidio pœnã pecuniariã nõ valet, n. 7.

Pax habita à maiori parte hæredum valet etiam minori contradicente, num. 11. & seqq. vbi etiam recitantur aliæ opiniones: quod declara, vt in num. 17. & 18.

Pax habita à filiis, seu consanguineis, qui non sint hæredes, adhuc valet, num. 19.

Pacem faciendi ius non est quid hæreditarium, sed competit ratione sanguinis, num. 20.

Pax debet haberi ab hærede sanguinis, & non bonorum, n. 21. & seqq. vbi refutantur contraria.

Pax habita à fœmina super nece defuncti valet, n. 25. Sed quid si sit exclusa à statuto, vel à patre non instituta, n. 26. Et an in faciendo pacem masculi præferantur fœminis, n. 27.

Pax habita de vulnere nõ trahitur ad casũ mortis, n. 28. Limita primò, quando vulnus est mortale, n. 29. Secundo, quando fuit facta expressa mẽtio mortis, n. 30. Tertiò, quando vulneratus fecit procuratorẽ ad faciendũ pacem de morte, n. 31. Sed quid seruetur de consuetudine, vide in n. 32. Itẽ quid iuris, si statutum mandet pacem debere haberi ab hæredibus occisi, n. 33.

Doctori testanti de consuetudine creditur de loco, vbi ipse versatus est, secus extra illum locum, n. 32.

Statuta sunt intelligenda secundùm ius commune, n. 33.

Pater pro iniuria facta filio pacem facit, n. 34. etiã filio inuito, si iniuria nõ est personalis, secus si personalis, n. 36. & 37. & sine patre filius pacẽ facere nõ potest, n. 38. Limita in iniuria illata à coniunctа persona, n. 39. Itẽ in filio emãcipato, n. 40. Item in matre, n. 41. Item in patre vili & abiecto, n. 42. Item in patre furioso, n. 43. Item in iniuria violati thori, n. 44. Item in patre absente, n. 45. Item quando statutum minuens pœnam propter pacem loqueretur in personam, num. 46.

Iniuria illata filio censetur facta patri, num. 35.

Pax habita à patre super nece filij, an sufficiat absque pace fratrum occisi, num. 20. in fine.

QVÆSTIO XIV.

1 ACcusandi ius† quibus competit, iisdem & faciendi pacem super nece defuncti potestatem iure conc essam esse dixi sup. *q. 13. n. 1.* Accusare enim & pacem facere, à iure æquiparantur. Ideo ad propositæ Quæstionis resolutionem multùm conferunt ea, quæ *in d. q. 13.* per nos tradita fuêre, specialiùs tamen modo aliquantulum hanc particularem materiam reassumendo,

¶¶ REGVLAM constituo, quòd sicut accusandi ius super nece defuncti proximioribus cõsanguineis cõpetit, exclusis remotioribus, *l. si plures, ff. de accusat. l. 2. §. si simul.* vbi cõmuniter* Doct. *ff. de adult.* cũ aliis allegatis *in antecedenti quæstione, n. 2.* ita pariter in casu statuti minuẽtis pœnã propter pacẽ habitã exclusis & cõtradicentibus remotioribus, proximiores defuncti, super eiusdem nece pacẽ inire poterunt; secundũ Alb. post Guliel. à Cuneo *in l. pen. §. fi. ff. naut. caupo. stabul.* Ant. Gom. *c. delict. 3. tit. de homic. sub n. 61.* Pet. à Placha *in epit. delict. c. 39. n. 15. & seqq.* Clar. *in prac. q. 58. vers. visum est*; ea potissimùm ad ita concludendum ratione ducti: quia vbi lege, vel statuto aliquid committitur consanguineis alicuius, debet id intelligi gradatim, vt scilicet semper proximiores præferantur, cùm ad eos magis videatur negotium pertinere secundùm ordinem charitatis & coniunctionis quàm ad remotiores, prout fuit doctrina Bal. *in l. fin. in 2. notab.* quã ibi Ang. Sali. & cõmuniter* alij Doctores sequuti * sunt, *ff. de verb. sign.* Iacob. Butrigar. Sali. & alij *in l. 1. C. vnde vir, & vxor.* Idem Sali. Alex. & Doct. *in l. vidua, Cod. de nupt. & in l. si. C. de test. milit.* Paul. de Cast. *in l. si cùm dotem, §. si patri,* & ibidẽ Alex. *in §. hoc autem tempore, ff. solut mat.* Ias. *in l. non solum, n. 3. ff. de noui oper. nunciat. & in l. si. C. de verb. sign.*

¶ AMPLIA 1. Hanc† regulam, vt si in eodem gradu sint 2
plures occisi proximiores, sufficiat pacem habere à maiori eorum parte, secundùm Petrum à Placha *in epit. delict. c. 46. n. 1. & seq.* vbi post alios, quos allegat, late hanc ampliationem comprobando, illam ad id principaliorem adducit rationem†; quia scilicet regulariter factũ à maiori parte, ab 3
omnibus factum esse censetur, *l. rescriptum,* vbi Alex. & Ias. *ff. de pact. l. quicunque,* & ibi gl. *in verbo, omnium, Cod. de omni agro deserto, l. 11. l. quod maior, ff. ad municipal. l. aliud, §. refertur, ff. de reg. iur. l. nullit. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, c. quapropter, c. auditis, de elect. c. 1. de his quæ fiunt à maiori parte capitu. glo. in c. pastoralis, in verbo, plures, de rescrip. in c. 1. in ver. tractatus, de reb. Eccl. non alie. l. 6.* gl. Feli. & alij *in ca. cùm omnes, de cõst. & in l. vbi absunt, ff. de tutor. & curat. dat. ab his.* Et propterea sicut creditorum maior pars potest minori parti præiudicare in remittendo partem debiti, *ad tex. in l. maiorem ff. de pact. & l. & suum hæredem, §. hodie tamen, ff. eodem, in l. fin. Cod. qui bo. cede. poss.* ita & ineundo pacem, & per eam remittendo partem pœnæ delinquenti maior proximiorum pars debet sufficere, & minori prævalere.

¶ Contrarium, †quòd imò pax debeat haberi ab omnibus 4
proximioribus cõsanguineis, & quòd nõ sufficiat cõsensus maioris partis, tradiderũt Bar. *in l. si plures, in 1. oppos. ff. de accus.* expressè definiens, quòd plures filij occisi, quos omnes iniuria tangit, pro vno accusatore existimantur; & cùm hi omnes repræsentent defunctum in eodem gradu, eadem conditio in partes scindi non potest, *l. cui fundus, ff. de cõdit. & demonstrat.* Nell. *de bannit. 3. parte 2. tẽporis, q. 39.* expressè pariter concludens; quòd vbi per plures fit repræsentatio defuncti, tunc omnium, vt iniri possit pax, consensus exigitur, nec vnius sufficeret, nec etiam maioris partis illorum; arg. tex. *in l. cùm à matre, Cod. de rei vend.* & magis in terminis Ant. Gom. *c. delict. 1. n. 35. sub vers. item etiam intellige, & c. 3. sub n. 61.* resolutiuè dicens, quòd si in vno & eodẽ gradu sint plures proximiores, consanguinei de iis, qui accusando possunt suam, vel suorũ iniuriam accusare, omnes debebunt consentire in concordia & transactione, & remittere mortem offensam defuncti, vt reo non possit imponi pœna corporalis vigore statuti. Ratio est, inquit ipse: quia sicut isto casu omnes in eodem gradu existentes ad accusandum admittũtur, nec vnus alteri præfertur, *l. 3. §. si ad plures,* vbi gl. Barto. Alber. Ang. & alij, *ff. de sepulchro viola.* & dixi *sup. in anteced. q. n. 27.* ita pariter & omnes debent esse concordes in ineundo pacem, arguendo de accusatione ad pacem, iuxta superiùs tradita, *quæst. 13. num. 2.*

¶ Prima opinio magis mihi placet, & vti verior & æquior 5
magis amplectẽda est.† Si. n. ex plurib. consanguineis maior pars minori cõtradicẽte pacẽ dederit occisori, & æquius, &

sanctius

sanctius est, dicere talem pacē valere potiùs quàm illi præferre pauciorum vindictæ desiderium. Nō enim insicior, vt contrariis respondeā, quòd sicut in accusando omnes proximiores (absq; eo quòd vnus alteri prę ferat)admittūtur: ita etiam & eorundem omniū absque aliqua prælatione in ineundo pacem sit requirēdus consensus, prout mox subiiciā, sed bene dico, quòd si ex proximiorib. requisitis noluerint aliqui pauci cōsētire, & inter eos desuper oriatur cōtrouersia, quòd præferēda est pluriū volūtas volūtati pauciorū; sicut è cōuerso idem etiā erit in accusando, quòd si ex dictis proximiorib. plures noluerint accusare, pauciores autē pacē inire, accusantium volūtas erit præferenda volūtati ineuntiū pacē, & sic cessat argumentū de accusatione ad pacem.

6 ¶ Limita I. Hanc † primam ampliationē non procedere, quando statutum mandaret, quòd pace habita delinquens prorsus pœnā euaderet: tali enim casu sicut creditorū maior pars non potest minori præiudicare in remittendo totū debitū, ad tradita per Imolā, & cōmuniter * alios *in l.4.§.Cato, ff.de ver.obli.* Rom. *sing.99.incip.creditores possunt*, Stracca, qui concordantes allegat, *in tract.de mercat.tit.de decoctor.6. par.n.12.* ita nec etiā pax habita, à maiori parte proximiorū consanguineorū, minori contradicēte, occisori proficiet in remittendo totā pœnā, secund. Petrū à Placha, qui hoc proprio vtitur argumēto, *d.c.46.n.1.prope fin.* & hoc credo quod nullam habeat difficultatem, quia nec etiam statutū potest facere, vt homicida nulla pœna puniatur, per ea, quæ in fortioribus tradiderūt Anania *in c.final.n.1.de delict.pueror.* Decian. *in c.2.n.2.de constit.* Couarr. *var.resol.l.2.c.9.n.2.* Ign. *in lege Cornelia, §. ex hoc dicto, n.62. & seqq.ff.ad Syll.* Clar. *in pract. §. homicidium, vers.sed nunquid valet statutum*, Capra *concl.12.n.15.* Plot. *consil.tri. diuers.133.n.7.vol.1.in magnis*,

7 Battendier. *reg.cri.88.* † omnes communiter * concludentes * tes, Statutum non posse pro homicidio imponere pœnam pecuniariam. Ergo multò minùs poterit omnem pœnā remittere. Quorum tamen opinionem non intelligas procedere, quādo statutum id mandaret occasione pacis habitæ: tūc enim licèt non possit in totū pœnā adimere per sup. allegatos Doctores; bene tamen potest illam minuendo reducere ad pecuniariam, per ea quæ superiùs dixi, *q.4.n.35.*

8 ¶ Limita II. Eandem primam ampliationem, vt † tunc demum valeat pax habita à maiori parte consanguineorum in eodem gradu existentiū, minori parte contradicente; dummodo omnes insimul ad ineundum pacem in aliquo loco fuerint conuocati & congregati: secus si separatim & particulariter pax huiusmodi data fuerit, quia tunc non valet, etiam quòd fuerit habita à maiori parte, secundùm Villapan. *in l.22.2.par.§.53.num.1.* refert, & sequitur Placha *dict.cap.46.n.14.& seqq.*

¶ Ad hoc enim, vt in actibus tangentibus plures, vt singulos, nō vt vniuersos (vt in specie, de qua agimus) maior pars aliis præiudicet, necesse est omnes in vnum conuocādos & congregādos. Et hoc, quia facilè cōtingere potest, quòd minor pars in suam sententiā maiorē trahat, *c.2.* & ibi Doct. *de arbitr.l.6.l.si tres, ff.de recept.arbitr.c.in Geneſi, de elec.* Bar. *in l.2.C.de decurio.l.10.& in l. omnes populi, n.18.ff.de iustit. & iure, gl.in c.cùm omnes*, vbi Abbas, *n.8.* & alij, *de constit.*

¶ Et in simili in plurib. patronis præsentantibus ad beneficia, quòd omnes debeāt in tali præsentatione resoluēda cōuocari & congregari, ad hoc vt plurium volūtas pauciorum volūtati præferatur, est tex. *in c.3.* vbi Abb. & alij, *de iure patronat.* Feli. *in d.c.cùm omnes, n.19.* Roch. de Curte *in tract.de iure patron.q.93.vers.contraria opi.&c.* quidquid in contrariū dixerit gl. *in c.1. de reb.Eccl.non alien.* quæ tanquā in erroré lapsa cōmuniter * dānatur per Doct. *in d.c.cùm omnes.*

9 ¶ Et magis † in simili in maiori creditorum parte ad hoc vt in remittendo partē debiti, debitori minori præiudicet; sicut pariter requiritur omnes citari & conuocari, ac in vnum coadunari, *l.suū hæredē, §.fi.* vbi Bar. Alex. & Sali. *ff.de pact.* ibi, *Hodie tamē ita demū pactio huiusmodi creditoribus obstet, si conuenerint in vnum, & communi consensu declarauerint, quota parte debiti contenti sunt, l.si.* vbi etiam Bellam. *C. qui bon. cedere possint*, in illis verbis, *vt omnibus in vnum coadunatis, &c.* Ias. *in l. rescriptum, ff. de pact.* cum aliis per Straccam, *d.tit.de decoctor.6.par.n.9.& 19.*

¶ Ita & dicta requisitio & coadunatio necessaria est in remissione pœnæ, & in ineundo pacem cum occisore per occisi proximiores, vt per Placham *in loco nuper cit.* vbi subsequenter declarando materiam subdit, quòd dicti proximiores consanguinei requirantur, & citentur: si enim citati & requisiti noluerint venire, hoc non impedit, quin valeat pax facta ab eorum maiori parte in vnum congregatorum ex Bart. & Baldo *in lectura antiq.in d.l.rescriptum, ff.de pact.* arg. textus *in l.cùm quidam, la seconda, ad fin.& l.seq.ff.de leg.2.*

10 Limita III. Vt † prædicta prima ampliatio procedat, dummodo commodum & lucrum ex parte proueniens sit æqualiter commune omnib. consanguineis proximioribus, vtputà quando pecunia ex pace & transactione redigenda æquali portione inter omnes distribuenda sit. ¶ Idem, quando concederetur pax, vt pro defuncti anima sacrificia occisoris expensis celebrentur, vel filiabus mortuis certa quantitas pecuniæ constituatur, vt se nuptui tradere possint: iis inquam casibus, & similibus valet pax inita per maiorem partem proximiorum minori contradicente.

¶ At secùs vbi dictum lucrum & commodum sibi dicti consanguinei consentientes detulissent exclusis aliis; vel & aliis quoque detulissent, sed inæqualiter: tunc enim maior pars in præiudicium minoris non potest pacem inire, secundùm Petrum à Placha *d.c.46.n.1.in fin.& n.16. vers.His sanè præmissis*, arg. eorum, quæ in simili de consensu maioris partis creditorum in remittendo debitum debitori tradiderunt Guil. de Cuneo, Alb. & Bald. *in d.l.& suum hæredem, §. fi.ff.de pact.* cum aliis ibi per eum allegatis.

11 ¶ Limita IIII. Vt † quæ superiùs *in hac prima limit.* dicta sunt, procedant, vt ex præcedentium lectura apparet, quando sumus in casu, in quo proximiores cōsanguinei ineunt pacem & transactionem. Sed quid erit, quando pax veniret exigenda ab hæredibus occisi; putà in casu vel deficientium cōsanguineorum, vel statuti mandantis pacem habendā ab hæredib. occisi: An tūc valeat dicta pax habita ab vno hærede, an sufficiat à maiori parte hæredum, an verò omniū requiratur cōsensus? Materia huius particularis quæst. de hęredib. occisi in specie tractans multùm conuenit cum præcedenti, in qua de consanguineis proximiorib. agitur. Et ex suprà deductis declarationibus colligi quoque videtur eiusdem propositæ quæstionis decisio: tamē illam Doctores separatim controuertūt. Ego quoque in ea separatim, & resolutiuè loquendo omissis rationib. & argumentis hinc inde adductis ex altercantib. Doctoribus, quos particulariter videre poteris apud Nell. *in tract.de bannit.in 3.par.2.temporis, q.39.per tot.* vbi plenè & magistraliter loquitur, & ad quem in occurrenti casu te remitto; tres principales diuersas, ac inter se contrarias & pugnantes reperio opiniones.

12 ¶ Prima † enim fuit eorum opinio, qui dixerunt, ex plurib. hæredib. pacem habitam ab vno eorum sufficere, quam sententiam originaliter tenuit Oldr. *in l.si plures.* vbi etiam Rayner. & Alb. *ff.de leg.3.* sequitur Paul. de Cast. *in l.4.§.Cato.col.fin.ff.de verb.oblig.* Bald. *in l.2.col.3.in fin.C. de libert.& eor.lib.& in l.1.col.2.de pact.& in c.cùm omnes, n.3.de constit.* idem Alb. *in 3.statutor.par.q.23.inc.item quæro de alia vili q.*

Et hæc opinio, licèt fulcita videatur tribus coloratis rationib. quas reassumendo referunt Ant. Gom. *c.3. delict. tit.de homic.n.63.* & post eū Petrus à Placha *d.c.46. n.4* ea tamen communiter * reprobatur, testib. Alciat. *in d.§.Cato, n.168.* * & ibi Crot. *n.81.* Clar. *in pr.q.58. vers.frequēter solet dub.in pr.*

¶ Secunda est aliorum opinio, † qui dixerunt, sufficere pacem habitam à maiori parte hæredum, quam post Alber. Oldrad. & Cyn. tenuit Bart. *in d.l.4.§.Cato, n.33.ff. de verbor. oblig.* & eum sequuti sunt plures relati per Ant. Gom. *d.c.3. delictor. tit.de homic. eod.n.63.* & illam magis communem * * testatur Aret. *in l.pro hærede, §.fin.col.2.in medio, num.11.ff.de acqu. hæred.* Boër. *dec.121.num.3.* Viu. *in commun.opin. vers.c. statutum disponens, quòd bannitus non possit, &c.* Boss. *in tit. de pace, num.21.* Hier. Buttigella *in dict.§. Cato, num.175.* & ibidem Bologn. *num.199.* & Crot. *in prima repet.num.151.* vbi enumerat authoritates. *& in secunda repet.num.82.* Alexand. *cons.134.lib.5.* vbi testatur de magis communi * & æquiori * opinione, *& cons.447.* Io. de Amic. *cons.88.n.6.* vbi pariter docet, quòd hæc opinio non solùm vti magis communis *, * sed vti æquior in iudicando tenenda est, Iacob. Villapan. *in repet.l.22.c.52.n.9.* Pet. à Placha *d.c.46.num.7.*

¶ Tertia

14 ¶ Tertia est contra Bar.opinio,†quòd nisi omnes hæredes pacem dederint,illa prorsus irritualida sit,quā post Raphaël. Cuma.Rō. & Alex.*in d.l.4.§.Cato.ff.de verb.obl.*& alios plerosq; quinque validissimis rationibus comprobando tenet Ant.Gom.*d.c.3.delict.tit. de homic.sub eo. n.163.* aliam non insulsam affert rationem Petr. à Placha *d.c.46.n.7.versi.& præter alios*, Bartolique opinionem suprà relatam communiter * damnari testati sunt Feli.*in c.cum omnes, num.27. de constit.*Ias.*in d.§.Cato,n.57.*Alci.*nu.172.*Soc.iun.*nu.273.* Et propterea hanc tertiam opinionem cōmuniter * à Doctoribus teneri dixerunt Io. Arno. *dialogo 14. fuit interfectius*, Ripa *in d.§.Cato, n.103.* Petrin.Bel.*de re milit.fol.137.n.54.* Menchiaca *controuer.vsu frequentium,c.30.n.39.*ac de magis communi * testati sunt Alciat.*in l.in vsu,ff.de ver.sign.* Couarr.*variar.resol.l.1.c.13.n.8.verſ. quartò hinc*; & ita in Ducatu Mediolani seruari dixit Clar.qui & hanc sequitur opinionem, *in d.q.58. eo. versi. frequenter solet dubitari, in fine.* Octau.Vulpell. *in tract.de pace,quæst.19. & 20.* vbi ampliat etiam quòd statutum loquatur in singulari numero; putà quòd requirat pacem ab hærede,quia isto casu indeterminata loquutio plurali significationi æquipollet; quamuis contra ampliationem senserit Boër.*dec.121.n.3.*

15 ¶Quid igitur dicendum?†Prima Oldradi opinio nullatenus tenēda est:quia nec rationabilis,nec cōmunis est.Quo ad secundam & tertiā opinionē, Doctores, & quidem magnæ authoritatis,adeò inter se cōtrariis rationib. dimicantes video,vt rem valde dubiam esse negari non possit:& in dubio,opinioni Bart.adhærendum esse existimo: illa enim primo loco mihi magis communis * videtur,& aliis etiam ita videbitur,si Doctores hinc inde cōtraria sentientes enumerabis,prout fecit Crot.*in prima repet.d.§.C.ito,d.n.15.*

¶ Secundò,ni fallor,eadem opinio etiam æquior videtur, prout de æquiori opinione particulariter testati sunt, Ioan. de Amic.*d.cons.88.n 6* & Placha *d.c.46 sub eo.n.6.* inquiens opinionem contra Bart.esse nimis durā & rigidā; & in dubio æquiori opinioni standum esse tradit post alios Illustris Doctor,& dum vixit,in Perusino gymnasio mihi præceptor obseruandissimus,D.Thob.Non.*in cons.94.n.11.& cons.31. pariter in n.11.* ¶Tertiò, dicta Bart.opinio non solū æquior & cōmunior,sed etiā magis rationabilis apparet,ex eo præsertim quod cōsiderauit idē Placha *in d.n.6.*vbi dixit,quòd si omniū hæredum esset in pace habēdus consensus, perrarò,aut nunquam statutum minuēs pœnam propter pacem habitam ab hæredibus locū haberet;cùm difficile sit omnes hæredes esse eiusdē volūtatis stante peculiari humanæ naturæ varietate,qua cōstat homines ab hominib. dissentire; & quot capita, tot sensus;variæq; sint hominū voluntates, *c.quia diuersitatē*,vbi glo.*de conceſſ.præben.*alia glo.*in proœm. Decretaliū,in verbo,noua litigia,l.quia poterat,ff. ad Trebel.l. itē si vnus,§.principaliter,ff.de arbit.c.sicut in sacram.de consec. dist.4.* Vnde sicut ex pluribus consanguineis in eodē gradu existentibus, sufficit à maiori eorum parte pacē haberi, vt suprà dixi,*nu.5.*ita etiam sufficiet ex pluribus hæredibus.

16 ¶Et si hæc tibi placet opinio,prout mihi certè magis placet,aduerte circa eā ad duo.Primò,quòd omnes limitationes *sup.n.6.& seqq.vsque ad n.10.*in simili datæ,de pace habita à maiori parte consanguineorum in eodem gradu existentiū,applicantur etiam præcedenti conclusioni de pace habita à maiori parte hæredum, & propterea secundùm declarationes expositas in dictis limitationibus, declarabis etiam hanc suprà modò firmatam conclusionem.

17 ¶ Aduerte secundò,† quòd maior pars hæredū non intelligitur respectu personarū numeri,sed quotę hæreditatis,in qua succedūt:ideo si duo hæredes succedant in duab.tertiis partib. hæreditatis,quinque autē putà alij hæredes sint instituti in tertia remanēte parte,pax habita ab illis duob.hæredib. dicetur habita à maiori parte:numerus autē personarum ad cōstituēdū maiorē partē,tūc demū attēditur,quādo hæreditariæ portiones,in quib.hæredes succedūt,sūt æquales;aliter secus.Hāc declarat.post antiquiores,quos allegat, in specie tradidit An.Go.*d.c.3.delict.de hō.sub eo.n.63.*eamq;

18 sequutus est Pet. à Plac.*d.c.46.n.7.*† moti per id,quod in simili tradūt Doct.in remissione partis debiti faciēd debitori per creditores, quorū maior pars consideratur nō respectu personarū,sed quātitatis debitę,vt pariter post alios cōcludunt Affl.*dec.288.*Strac.*de mercat.ti.de decoc.par.6.n.9.verſi. isē adde.*Men.*in suo tra.de arb.q.l.2.cas.245.n.10.& seq.cēt.3.*

¶Ampliа II.Propositam regulam,† vt in tantum ius faciendi pacē proximioribus consanguineis cōpetat, vt illud procedat,etiam quòd nō sint hæredes,& propterea valebit pax habita à filio, etiā quòd à paterna hæreditate se abstinuerit,Bart. *in l.filius,qui patri,n.8.ff.de vulga.& pupilla.* & ibidem Bal.Imola,Comen.& Alex.Dec.*in c.in præsentia,n.63.de prob.* De cōmuni*testantur Ias. *in d.l.filius, n.21.* Villapan.*super l.22.c.41.n.7.* Boër.*dec.121.in fin.* Don.Ant. de Padilla *in l. transigere,n.62.Cod.de transſ.* Crot.*in l.4.§.Cato, n.150.in l.repeti,ff.de verb.obl.*Hippol.Rimin. *in l. qui se patris,n.82.C.vnde liberi,* Nouell.*in pract. c.fin.n.93.*Pettin.*de re milit.fol.137.n.52.* † Ius enim faciendi pacē non est hæreditariū,nec competit ratione hæreditatis,sed sanguinis,*l. pro hærede,§.fin.ff.de acq.hæredi.l. pen. ff.de sepul.viol.* Placha *c.45.n.2.in fi.*De communi * Ruin.*in l.4.§.Cato,n.102.ff.de ver.obl.*Clar.*in pract.q.58.verſi.quæro nunc pone*, iura autem suitatis & sāguinis filius nō amittit ex eo quòd se abstineat à paterna hæreditate, *dict. l.filius qui patri,ff.de vulgari,* vel quòd fuerit à patre exhæredatus, *l.fin.ff.vnde legit.*Ergo nec etiam amittet ius faciendi pacem. Et sicut filio etiā nō hæredi ratione sanguinis & propensioris doloris,quem sentit, cōpetit super nece defuncti ius accusandi, vt sup. probaui *in antecedenti qu.13.nu.3.& seqq.in 1.ampliatione:*ita pariter cōpetere debet ius faciēdi pacem,quod regulatur à iure accusandi,vt sup.sæpius dixi,& in specie ponit Clar.*dict.q.58. ver.visum est,&c.* licèt contrarium sensisse videātur Nell. *in tract.de bannit.3.par.2.temp.q.35.* Aret. & Alc.*in dict.l.si filius.ff.de vulg.& pupil.*non tamē recedas à præcedenti communi*ampl. quam etiam sic testatur & sequitur D.Octau. * Vulpell.*in tract.de pace,q.11.*vbi illam ampliat,etiam quòd statutum requirat pacem ab hæredibus defuncti: nam isto casu intelligendum est de hærede sanguinis,& non bonorum,vt ibi per eum,qui alia deducit in proposito,*dict.q.11. & q.23.*vbi etiam econtrà, An pater,qui non sit hæres filij, possit facere pacem pro nece sui filij an verò ea requirenda sit etiam à fratribus occisi insimul & patre.

¶Ampliа III. Eandem regulam,& illatiuè ex præcedentibus,quòd si ex vna parte concurrant hæredes extranei interfecti & occisi, ex alia autem consanguinei eiusdem defuncti,non hæredes,sed dicti consanguinei præferēdi erūt. Et hoc affirmari posse credo per rationes deductas in antecedenti ampliatione; tum scilicet,quia ius faciendi pacem non est hæreditarium, nec ratione hæreditatis cōpetit, sed sanguinis:tū etiā, quia sicut proximiores cōsanguinei præferuntur extraneis hæredibus in iure accusandi, secundùm magis communem, * de qua *suprà in anteced, q.13.n.8.* ita * etiam præferri debent maximè in iure faciendi pacem.

¶ Contra hanc ampliationē † sentit Ripa *in l.4.§.Cato,in antepenul.col.ff.de verb.oblig.*cuius opinionem notabilem in pract. asserit Ant.Gom.qui Ripæ assentit,*d.c.3. delict.tit.de homic.n.64.* ideo dicit tam in accusando,quàm in faciendo pacem hæredes esse præferendos consanguineis, quia scilicet in eis cōcurrit duplex ratio & causa. Prima siquidē est, quia hæres repræsentat defunctū in omnibus & per omnia, *l.2.§.fi.*vbi gl.& cōmuniter*Doctores *ff.de prætor.stipul.* Secūda,quia de iuris necessitate tenetur accusare & vindicare illius necem,*l.1.ff.de his, quibus vt indig.l.1.& per totū,C.eo. tit.*& secundū hanc Ripæ & Antonij opinionē pluries fuisse seruatum per Senatū Mediolani testatur Clar.*in d.q.58. eod.verſ.quæro nunc,*pone inquiēs in eo Ducatu non esse solitū admittere remissionē ab hærede sanguinis, nisi etiam habita esset pax ab hærede bonorū,nec à tali obseruantia dissentit ibi Clarus, quia dicit semper bonum esse pacem habere ab hærede bonorum,vbi de eo appareret.

¶His nō obstantibus,† non recedo à proposita ampliatione,quæ per prædictas rationes verior mihi videtur, & per easdē rationes soluuntur rationes per Ant.Gom.in contrarium cōsideratæ;licèt enim hæres repræsentet personā defuncti,non tamen per hoc sequitur,quòd in ineundo pacē super illius nece debeat aliis cōsāguineis præferri:quia, vt dixi, ius faciēdi pacē nō ratione hæreditatis,sed sanguinis cōpetit. Ideo ab aliquo tolli nō potest, *l.abdicat.*vbi gl.*C.de patr.potest.l.iura sanguinis,ff.de reg.iur.*Itē licèt etiā teneatur hæres de iuris necessitate testatoris mortē vindicare, aliàs illius hæreditate priuetur,*toto tit.ff.& C.de his,quib.vt indig.*

si tamen

si tamen in accusando fuerit à consanguineis defuncti præuentus, ab ea pœna immunis erit, nec accusare tenetur, vt per Ias. *in l.1.in 2.limit.C.de his, quibus vt indign.* per tex. *in l. sororem, C.eodem.* Et ita huic argumento in terminis satisfacit Petrus à Placha *c.45.num.3.versi.Hinc apparet.*

24 ¶ Nec me etiam mouet authoritas doctissimi Iulij Clari *in d.q.58.versic. Quæro nũc pono,*† vbi inquit bonũ esse semper etiam ab hærede bonorum pacem habere: id enim ego quoque & verum credo, bonũ scilicet & tutius esse ad effugiendas disputationes, ab vtroque hærede & sanguinis & bonorũ pacem accipere: sed non credo necessariũ per suprà allegata, nisi fortè in casu, in quo statutũ minuens pœnam propter pacem expressè disponeret ipsam pacem habendam esse ab hæredibus: hoc enim casu posset forsan procedere opinio Ripæ, & Ant. Gom. volentium hæredes fore in ineundo pacem super nece defuncti consanguineis præferendos (licèt & in hoc etiam casu contrarium videatur sensisse D. Octau. Vulpel. *vbi sup.* allegatus, *in tract. de pace, q.11.*) at secus, vt dixi, circumscripta expressa dispositione statuti. Et licèt Mediolani Senatus, teste eodem Claro, *ibid.* contrarium pluries seruauerit, talis tamen obseruantia extra illum statutum non debet iuri communi detrahere.

25 ¶ AMPLIA IV. Propositam regulam, †vt ius faciendi pacem (quod, vt dixi, proximioribus cõsanguineis competit) competat nedum masculis, sed etiã fœminis, quæ si proximiores erũt, poterunt super defuncti nece transigere, & dare pacẽ occisori, talisque pax valida prorsus erit, vt per Bal. *in l. pro hærede, §.fi.* & ibi clariùs Rõ. *post princ. versi. dixit tamẽ hîc Ang. & Alex. circa mediũ, ff. de acq. hær.* idẽ Roma. *in l.1. §. potuisse, circa mediũ, versi. ex quo* Ang. inferebat *ff. ad Senatusc̃os. Syll. & in l.4.§. Cato, col. pe. versi. itẽ dicitur quod mulier, & ibidẽ Claud. Aquẽ. col. fi. in princ. ver. itẽ prædic. etiã intelligit, ff. de verb. oblig.* Alex. *in l. filius qui patri, col. pẽ. versi. limitat tamẽ,* Ang. *ff. de vulg. & pupil.* Ias. *in l. cũ filio fam. n.100. versi. quintò facit, ff. de leg. primo.* Bart. *in l.2. in princ. col.1. ff. de accu.* vbi ampliùs loquitur in filia fœmina spuria, quem sequitur Ant. Gõ. qui contrariis respondet, *d.c.3. delict. tit. de homic. n.51.* Petr. à Plac. *in epit. delict. c.46. n.11. & seqq.* Boss, *in tit. de* * *pace, n.8.* de cõmuni* testantur Ripa *in d.§. Cato, n.105. col. fi. versi. dubitatur,* Petrin. Bel. *de re milit. par.10. ti.2. fol.138. n.58.* Viu. *in cõm. opi. ver. statutũ disponens, quod bãnitus non possit, pag. mihi 203. à tergo.* Et ita apud eum per Senatum indistinctè obseruari testatur Clar. *in prac. q.58. versi. sed si inter,* & ante eũ in eodem Ducatu Mediolani pariter idẽ obseruari testatur Steph. Lãberteng. qui latè hanc defendit opinionem, *in tract. de contract. eorũ, & c. gl.1. n.339. in fin.* & de stilo curiæ Frãciæ idẽ pariter testatur Boër. *dec.121. incip. sed dubium fuit, n.2. &* 3. Nam, vt pluries in hac materia dixi, ius accusandi & ius faciendi pacem, in iure æquiparantur, sed fœmina non repellitur ab accusando, quando prosequitur * suam vel suorum iniuriam, secũdùm communem,* de qua dixi *sup. q.12. nu.16.* ergo nec etiam repelli debet à iure faciendi pacem. Et licèt multi relati per Tiraq. *de leg. connub. l.1. n.61. incip. Hinc quoque prodiit,* & per Steph. Lãbert. *vbi suprà, d. gl.1. n.136.* contrarium affirmauerint: isti tamen loquuntur iure Lõgobardo, quod quidẽ est locale, & in Longobardis solùm viget, statutáque minuentia pœnã propter pacem, non à tali iure, sed à iure Romano interpretationem sumere debent. *l. si serui vestri, C. de noxa. actio.*

26 ¶ LIMITA I. Hanc quartam ampliationem non procedere, †quando extaret statutũ excludens fœminas, putà dotatas, à successione patris: tali enim casu pax & remissio ab ea habita nihil valet, secundùm Clar *in d.q.58. codẽ versi. sed qui inter,* vbi idem iuris esse dicit, quando filia fœmina non fuisset instituta hæres, sed tantũmodo ei relictum legatum. Et ita Mediolani Senatus pluries seruauit, teste ibid. Clar. ad quod optimè facit argumentum de successione ad accusationem, de quo per Imo. & Alex. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell.* & Petr. à Placha *in epit. delict. c.41. nu.29. in fin. vt dixi suprà in anteced. quæst.55.* Cùm enim his duobus casibus fœmina non succedat defuncto, pariter quoque nec pacem super illius nece faciet.

¶ Verum de hac Clari & illius Senatus limitat. valde dubito, prout etiã dubitauit Baiar. ad eundẽ Clar. *dicta q.58. n.62.* quia, vt superiùs dixi, *n.20.* ius faciẽdi pacem, nõ est hæreditariũ, nec ratione hæreditatis cõpetit, sed ratione sãguinis; ideò nihil videtur referre, an fœmina sit hæres, nécne.

¶ Et sicut filio emancipato, seu paternam hæreditatem repudianti competit dictum ius faciendi pacem; non video ex hoc rationem diuersitatis, cur etiam filiæ fœminæ id non debeat competere, etiam quòd non sit hæres; cùm inter masculos, & fœminas nulla sit iure constituta differentia in iure accusandi, & transigendi super suorum iniuria, secundùm communem,* de qua *sup. n.25.* & propterea extra Mediolani Ducatum, vbi secundùm Clarum viget ista contraria obseruantia, etiam in his duobus casibus fœminam facere posse pacem, multò veriùs crediderim. *

27 ¶ LIMITA II. Hanc eandem quartam ampliationem,† vt, licèt fœmina defuncto proximior possit pacem inire super illius nece: si tamen in eodem gradu consanguinitatis adsint masculi, & fœminæ, & inter eos circà id controuersia oriatur, voluntas masculorum præferenda erit voluntati fœminarum, etiam quòd fœminæ sint plures, quàm masculi, secundùm Pet. à Placha *d.c.46. n.8. & seq.* & ante eum Ang. *in l.4.§. Cato, n.18. ff. de verb. obl.* Paris de Put. *in tract. de syndic. verb. compositio, versi. vlt.* Bald. *in l. cùm veteres, C. de fideic. liber. & in l. Titia 1. §. Lucius 2. ff. de leg.2. & in c.1.§. & quia, n.14.* & ibi Barbat. *in addit. qui feud. dare pos.* Ang. *in l. pro hæred. §. fi. ff. de acqu. hæred.* Ias. *in l. cùm filio fam. n.100. ff. de leg.2.* Dec. *in c. in præsentia, n.63. de prob.* & plura congerit Tiraqu. *in l.1. connub. n.50.* & Carrer. *in pract. crim. §. homic. n.380.* cum aliis remissiuè relatis per Steph. Lambert. *de contr. eor. d. gl.1. n.340.* à quorum sententia nec etiam ipse dissentire videtur, arg. tex. *in l. fin. ff. de fide instr.* Cùm enim fœmina non possit vindicare mortem defuncti, &, vt dicunt Doctor. faydam, id est, inimicitiam leuare, ad gl. & Doct. *in tit. qui feud. dare pos. c.1. §. quia autem, & in c. an mut. vel aliàs imperfect. in gl. fin.* & ibi Aluar. *col.3. versi. nota rationem.* Card. Alex. *col.1. in fi.* Mat. de Afflict. *ante fin. versi. in gl. fin.* Bald. *in d. l. Titia, §. Lucius Titius, 2. in fi. ff. de leg.2.* Ang. *cons.401.* Pet. Paul. *circ. med. ver. & pro hoc facit, & in l.4. §. Cato, n.18. ff. de verb. ob.* Corn. *cons.55. pro decis. col.4. versi. & hoc modo testatur, lib.1.* Ang. *de malef. in verb. cõparent dicti inquisiti, & in term. defens. sub versi. quid autẽ sit statutũ,* Ias. *in d. §. Cat. col. antep. ver. nisi in maiori,* & ibid. Ruin. *col. pen. versi.3. fallit.* Iac. Nouel. *in pract. c. fin incip. quoniã vt docet, n.101.* Talem autem vindictam benè possint sumere masculi, ideò etiã in faciendo pacẽ fœminis præferẽdos esse, iuri consonum videtur, secundùm Pet. à Placha, & præallegatos Doctores, qui ex præcedenti ratione non solùm in pacis concessione fœminas masculis postponunt, verùm etiam illis faciendi pacem potestatem prorsus auferunt.

¶ Verùm sicut de præced. limitat. dubitaui, de hac quoque pariter dubito: stante enim cõmuni* & vera opinione, quòd * ius faciendi pacẽ competat fœminis, sicut masculis, de qua *sup. n.25.* nescio etenim videre concludentem rationem, cur in concursu masculi sint fœminis preferendi: licèt enim masculorum consilium præsumatur vtilius, quàm consilium fœminarum; non tamen ex hoc debet fœminis à masculis auferri ius faciendi pacem, quod, vt superiùs dixi, non ratione consilij, in quo masculi fœminis antecellunt, à iure conceditur, sed ratione sãguinis, cuius respectu nulla est inter masculos, & fœminas differentia. Et ideò optimè dixit Petr. *de re milit. d. fol.128. n.58.* quòd gl. *in d. §. quia autem.* communiter* reprobatur, tenetúrque, quòd fœmina possit pacem * facere, siue sola, siue cum masculo, & siue etiam cum eo concurrat, vt per Bald. *ibi, n.14.* & latiùs prosequitur Alex. *in d. l. si filius, qui patri, col. fin. ff. de vulg. & pup.* cum aliis *sup.* relatis *d.n.25.* Et quod dicitur, ad fœminas ius vindictæ super morte occisi non pertinet, intelligi debet non de vindicta iudiciali, sed de extraiudiciali, & manuali cum armis, quã manualem & extraiudicialem vindictam, licèt non possint fœminæ ratione debilitatis sexus sumere, non prohibentur tamen occisorem in iudicio pro sua, suorúmque iniuria accusãdo iudicialem sumere vindictam, secundùm communem, de qua dixi *sup. q.12. n.16.* Ideò, si possunt accusare, possunt etiam facere pacem: cùm, vt pluries *sup.* dictum est, ius accusandi, & ius faciendi pacem, à pari procedant. Ita in terminis prædictæ rationi respondendo, concludunt Ang. *cons. 289. viso facto, & statutis, col.1. post princ. & in add. ad Bart. in l.1. in fin. C. de his, qui se defer. lib.10.* Aret. *in l. pro hærede. §. fin.*

columna.

col.2.vers.extra gl.inducit hic Ang.ff.de acquiren.har.& in l. filius qui patri,col.penul.ver.addit tamen Ang.ff.de vulg.& pup. Fel.*in c.cùm oporteat,col.5. vers.nunquid autem inimicitia, de accusat.* Dec.*cons.531.Accuratè & diligenter, col.2.in princ. vers.& ex his comprobatur,* Boer.*d.decis.151.n.3.* Foll. *in prac. cr.in verb.audiantur exceptiones proponendæ per reos, num.23.* quos omnes referendo sequitur Stephan.Lambert.*d.tract.de contract.eor.glos.1.num.338.*Nec dissentit D.Octau.Vulpell.*in tract.de pace,quæstio.14.*inquiens ampliùs,quòd licèt statuentes minuentes pœnam propter pacem habitam, videantur habuisse intentionem ad obuiandum potiùs vindictæ extraiudiciali pro quiete Reipublicæ,quàm iudiciali, vt per Ias.*in dict.l.cum filiofamilias,num.100.ff.de leg.2.*fœminæque propriis manibus vindictam facere non soleant propter sexus debilitatem:non est tamen,quòd homicidam patris,vel fratris ad patriam restitutum videtes, sanguinis ardore, atque ira percitæ alios consanguineos masculos ad vindicandum excitare, vel pecunia vindictã fieri mandare nõ queãt; cùm suapte natura mulieres vindictam appetãt. Ideo quando fœmina occisi hæres,est ipsius occisi consanguinea, tunc & eo casu nedum à masculis,sed etiam ab ipsa fore expetendam pacem apertè tenuit,licèt forsan secus sit in fœmina affine, in qua non militat sic ardor, & desiderium vindictæ, sicut in consanguinea.

28 ¶Ampliа V.Principalem regulã, † vt ad hoc vt locus sit statuto minuenti pœnam propter pacem,adeò verum sit,pacem debere haberi à proximioribus occisi, vt si dictus defũctus vulneratus pacẽ vulnerãti dederit,ac deinde moriatur, talis pax in nihilo prodest occisori,qui si ex statuto se iuuare voluerit,adhuc à dictis proximiorib.pacem exquirere debebit.Pax enim simpliciter facta à vulnerato non trahitur ad casum mortis,Cæp.*cons.cr.41.col.4.*Signorol.*cons.174.*Boer. *decis.323.n.5.par.2.*Ant.Gom.*c.3.delict.tit. de homic.nu.67.* Petr.à Plach.*cap.12.delict.n.15.*Nouell. *in practica,c.fi.n.49.*

* De communi*testantur Gandin. *in tit.de malef.n.15.*Rom. *in l.4.§.Cato,ff.de verb.oblig.*Boss.*in tit.de pace,num.13.* Ant. de Padilla, *in l.transigere,n.28.Cod.de transact.* Villapan.*super l.22.cap.56.num.4.*Clar.*in practica,q.58.ver.vnum tamẽ.* Ratio est,quia quando finis habet necessariam causam cum principio,tunc in delictis attẽdimus principium, & non finem, *l.damni infecti*, §. *Sabini sententia,* vbi Bart. & Doct. *ff.de dãno infecto.* & licèt Nellus *in tractat. de bannitis in tertia part. secundi temporis, quæstio.41.* item & Bald. Marsil. & alij relati per Nouellum *dict. capit. final. numero 111.* contrarium senserint,non per hoc tamen recedas à prædicta ampliatione,quæ non solùm,vt præfertur,communis ac

* etiam magis cõmunis*est,vt testatur D.Octau.Vulpel.*in tr. de pace,q.22.*sed & apud nos,ac etiam Mediolani in Senatu quotidie seruata est,teste Boss.*vbi sup.eod.n.13.*

29 ¶Limita I.Hanc quintã ampliationẽ procedere,†quando vulnus nõ esset mortale, nec verisimiliter vulnerati sperabatur mors;tunc enim pax à non lethaliter vulnerato data,ad mortem non extenditur,quia de ea cogitatum non videtur,argumẽto tex.*in l.si vulnerato,ff.ad l. Aquil.& in l.qui eum tutoribus,ff.de transac.& in l.tres fratres,* cum ibi nota.*ff. de pact.*& in iis terminis intelligenda est præcedens ampliatio:secus si vulnus erat mortale,& verisimiliter de eo sperabatur mors, tũc enim talis pax à lethaliter vulnerato præstita,etiã ad casum mortis extenditur ex ratione eiusdem *l. damni infecti,§.Sabini,ff.de damno infecto,*& in expresso hanc distinctionẽ tradidere Bart.Alex.Ang. Castr.Imol.Cumã.& alij *in d.§.Sabini,*Spec.*in tit.de accusat.col.4.ver.sed pone,si accusauit,*Florian.*in dict.l.si vulnerato,n.2.ff.ad l.Aquil.* Ang.*de malef.verb.comparent dicti inquisiti, & in termino defensionis, col.3.vers.quid autem,*Gom.*dict.cap.3.delict. tit. de homicid.n.*

* 67.vbi testatur ita communiter*tenere Doctores *in dicto* §. *Sabini.*& ab hac opinione in iudicando, & consulendo non esse recedendum,tenet Petr.à Plach.*dicto cap.12.n.15.* & faciunt in simili tradita *suprà in tit.de inquisitione, quæst.1. num.* 70.*&* 71.*in* 10.*requisito,*vbi probauimus,quòd inquisitio facta de vulnere lethali, trahitur etiam ad casum mortis, etiam quòd de ea expressa mentio facta non sit. Sequitur Dominus Octauianus Vulpell.*in tractat.de pace, quæstio.21.* & 22.

¶ Sublimita Hanc primam limitationem,vt procedat, quando statutum simpliciter loqueretur, quòd per pacem habitam pœna minuatur;vnde secus,si diceret, propter pacem habitam ab hæredibus:tunc enim non sufficiet pax habita à vulnerato de vulnere,non facta mentione mortis, etiam quòd vulnus sit lethale,vt per Bar.*in l.dãni infecti,* §.*Sabini,n.2.ff.de damno infec.*cuius opinionem communem*ibi- *
dem dicit Rom. & Crot.*in l.4.§.Cato,nu.161.ff.de verb.obl.* & consuetudinem seruari testatur Alc.*d.cons.134.li.5.* prout eos refert,& sequitur Doct.Octau.Vulpell.*d.q.22.* vbi reddit rationem,quicquid in contrarium senserint Bal.Castr.& Nell.ibi per eum allegati,vide *inf.n.33.*

¶Limita II.Hanc eandem quintam limitationem,quan- 30
do vulneratus expresè dedisset pacem, etiam in casu,quo mors sequeretur:tunc enim procul dubio etiam morte sequuta,non est alia pax requirenda à consanguineis defuncti, secundùm Bar.& alios *in d.§.Sabini,*Gomez.Vulpellium,& Plach.*in locis præcitatis,*Clar.*d.q.58.vers.quæro,pone,in princ.* clarissimi enim iuris est,quòd ius faciendi pacem primò cõpetit offenso, quando est viuus;& eo mortuo secundo loco consanguineis.Vnde qui ab offenso pacem habuit, tutus est absque alia consanguineorum pace, vt per eundem Clar.*d. q.58.vers.visum est.*Nec dissentit Baiard.*d.q.28.n.51.* vbi hoc ampliat & extendit non solùm quando est facta expressa mentio de morte, sed etiam quando aliquo modo deprehendi potest,quòd paciscentes mortis casum præcogitauerunt.

¶Limita III.Dictam quintam limitationem non procedere,†quando vulneratus non dedisset pacem expresè de 31
morte,sed constituisset procuratorem ad faciendum pacem in casu mortis:tunc enim si post vulnerati mortem pax habeatur ab illo procuratore,non erit alia remissio perquirenda à cõsanguineis defuncti,& hac cautela quotidie nos vtimur in Vrbe.Regula enim illa, quòd mandatum morte mãdantis expirat,de qua *in l.inter causas,in pri.ff.mãdanti.& in l.eius,qui in prouincia,ff.si cert.peta.& in l.mandatum, C.mandati,*particulariter limitatur,vt non habeat locum in mãdato ad faciendũ pacem, Bal. *in addit.ad Spe. in tit. de homic.in vlt.addit.in fi.vers.percussus.per l.2.ff.ad Syllan.*Marsil. *sing.44. incip.mandatum,*Ias.*in d.l.eius, qui in prouincia, in ver.placebat,in 4.fall.*Corset.*in tra.de priuileg.pacis,vers.93.num.28.* Nouel.*in pra.crim.c.fi.n.119.*Catel.Cotta. *in memoral. verbo, pax seruari debet,ver.inter quæ nota,*Hercul. *de caut.de non offenden.c.28.p.133.n.4.*D.Octa.Vulpell.*in suo tr.de pace,in 5. q.*hanc tertiam limitationem minimè tutam credat, ab ea tanquam communiter* recepta, & etiam fauorabiliori *
& benigniori, in iudicando minimè recedendum crederem.

¶ Sublimita I. Præcedentes tres limitationes, † vt 32
quicquid sit de iure,contrarium tamen seruetur de consuetudine,secundùm quam tales remissiones habitæ ab occisis, non attenduntur,nec admittuntur,etiam quòd vulnus fuerit lethale,ac etiam quòd expresè fuerit facta mentio mortis, testib.Ale.*in cons.477.n.1.*Clar.*in pract.d.q.58.eod. vers.quæro,pone,*quem refert Cara.*super ritu magnæ Curiæ, 272.nu.1. in fi.vers.& quòd remissio habita,*& ante eum Boss.*in tit.de pace,n.13.*ideo iterum ab hæredibus defuncti,seu illius consãguineis requirendæ sunt,vt per prædictos, quib.omnino testantibus de dicta consuetudine credendum est;idque quatenus attinet ad Ducatum & statum Mediolani, in quo ipsi versati sunt;secus extra illum statum & Ducatum, ad tradita post Antiquiores per Stepha.Lambert.*in tr.de contr.gl.11. & n.26.& seqq.*Straccã *in tr.de mercatura, ti.de decoctor.par. 5.n.6.*Franc.Hercul.*in tr.de negatiua, nu.302.vers.quinto restringerem,*Ant.Mar.Corat.*in tract.de commun.opin. pag. mihi 115.a tergo,n.6.in paruis,*Roland.*cons.94.numer.22.volum.4.* Hippol.Rimin.*cons.245.num.41.& seqq.l.3.* Vbi igitur talis consuetudo non vigebit,non recedas à præcedentibus limitationibus.

¶Sublimita II. Easdem limitationes†non procedere, 33
quando statutum minuens pœnam propter pacem vlteriùs disponeret,pacem fore habendam ab hæredib.seu consanguineis defuncti:tali enim casu pax habita à defuncto non prodest,secundùm Bart.*in d.l.dãni infecti,& §.Sabini, n.2.ff. de damno infec.*vbi Rom.*simili n.2.in fi.*dicit, quòd hanc Bartoli opinionem Doctores communiter*sequuntur, & refert

Augustinus *ad Ang. de malef. verbo, comparent dicti, & produxerunt instrumentum pacis, n. 6. in fi.* Crot. *in l. 4. §. Cato, in 1. repeti. n. 16 1. ff. de verb. oblig.* & horum opinionem proculdubio tenendam esse stante consuetudine, de qua in præcedenti sublimitatione, dixit Clar. *d. q. 58. eod. vers. quæro, pone, in fin.* & faciunt, quæ scripsi *sup. n. 29. vers. sublimita hanc primam limitationem.*

¶ Verùm circumscripta consuetudine, de qua testatur Clarus *eo loci*, & in loco, vbi talis consuetudo non viget, ego dubito de hac sublimitatione per ea, quæ dixi *sup. n. 32.* Certũ enim est de iure, vt etiã dixi *sup. n. 30.* quòd ius faciẽdi pacẽ, primò spectat ad offensum, & deinde ad consanguineos; ideo si ab offenso expressa etiam mortis mentione facta pax habita fuit, vel ab eius procuratore speciale habente mandatum de faciente pacem in casu mortis, cur iterum requirenda ab hæredibus, seu consanguineis? Nec obstare videtur statutum prædictum loquens de pace habita ab hæredibus seu consanguineis, quia illud debet intelligi, nisi primò fuerit legitimè habita à defuncto. Et hoc quia Statuta semper interpretantur secundùm ius commune, & vt illi non derogent, ad communiter* tradita *in l. 3. C. de noxal.* & post Antiquiores per Cephal. *in cons. 25. n. 17. & seqq.* Rolan. *cons. 37. num. 2. & cons. 72. numer. 28. 32. & seqq. volum. 3.* & hoc cogita.

34 ¶ Ampliа VI. Principalem regulam † in tantum proximioribus consanguineis ius faciendi pacem competere, vt cùm filio nemo sit magis proximus quàm pater, ideo pro iniuria & offensa ipsi filio facta, pax habita à dicto patre valeat & teneat, etiã quòd filius viuat, *l. 1. §. vsque adeò. & §. fi. l. sed si vnius, §. filiofam.* vbi Bart. *n. 2.* Alex. & Alb. *ff. de iniur.* idẽ Bar. & Scrib. *in l. in personã, in pri. de pact. c. Quintauallis,* ibi, *pro offensa, quam filij ipsius,* & ibi Bald. *de iureiur.* Ias. *in l. cõtra iuris regulas, §. fi. in 6. not. n. 15 ff de pact.* Ang. *in l. inter liberos, §. filiofamilias,* & ibi Alex. ad Bar. *ff ad l. Iul. de adu.* Boër. *cons. 68. visa transactione, col. pen.* Alb. *in l. licèt § fin. colum. 2. ff. nauta, caupo. & st. bul.* cum aliis per Clemen. *in tr. de patr. pot. est effectu 8. n. 1. & seqq.* vbi plura de hac materia, de qua etiã per Ioseph. Ludouic. *in commun. opin. lib. 1. conclus. 41. per tot.* Petrin. Bel. *de re militari, part. 10. tit. 2. nu. 59. fol. 138. à tergo,* Alcia. *cons. 13. li. 5.* Catald. *de syndic. n. 128.* Franc. Marc. *decis.* * *Delphina. 677.* Bost. *in tit. de pace, n. 16.* De communi* testantur Boër. *decis. 120. n. 1. & seqq.* quem refert Menchiaca *contro. Illust. c. 15. n. 8.* Villap. *super l. 22. c. 26. n. 2. in fi.* Petr. à Plac. *in Epit. deli. c. 6. n. 22.* Arius Pinell *in l. 1. in 3. part. num. 105.*

35 *C. de bon. mater.* Clar. *in pract. quæ. 58. quæro, nũquid.* † Cùm. n. iniuria facta filio censeatur facta patri, imò ex iniuria filij magis offendatur pater quàm filius, *dict. l. in personã,* vbi * gl. Bart. Castr. Ang. Fulg. Ias. & communiter* Doct. *ff. de pact.* propterea q; possit pater agere, & accusare eum, qui filio in- * iuriam intulit, Alb. Iac. de Are. & pariter cõmuniter* Doct. *in d. l. sed si vnius, §. filiofamilias, ff. de iniur.* necessariò etiã sequitur, quòd pacem facere possit, cùm ius accusandi, & ius transigendi, à iure æquiparentur, vt suprà dixi, *q. 13. n. 1.*

36 ¶ Ampliа I. Hanc sextam ampliationem, † vt pater possit pacem facere pro iniuria facta filio, etiam ipso filio inuito; argumento tex. *in d. l. sed si vnius, §. filiofamilias, ff. de iniur.* latè Maran. *in Spec. de ord. iud. 6. parte, vers. 2. principalis q. n. 63. ear. 125.* Capella Tholos. *dec. 261.* vbi Auffer. testatur ita * aliàs fuisse in ea curia iudicatum. De communi* testatur Pinell. *in d. l. 1. in tertia parte, nu. 105. C. de bo. matern.* prout illũ refert Ioseph Ludou. *d. concl. 41. in prima ampliatione,* Clem. *in d. trac. de patr. potest. effectu 8. post principium,* Catal. *de synd. d. n. 128.* Bost. *d. tit. de pace, n. 16.* Franc. Marc. *d. decis. 677.* Nõ n. est credendum patronum velle in causa filij calumniari, & absque causa iniuriã remittere, *l. mater. C. de cal. l. fi. ff. de pub. iud.* imò potiùs præsumendum est, quòd pater prudẽtiùs & consultiùs multò sit ad pacem accessurus, quàm filius, secũd. Cast. *in d. l. in personam,* quam legit cum *l. contra iuris regulã. §. filiofamilias ff. eod. d. ti ff. de pact.* Idémque refert, & sequitur Petrin. *de re milit. d. par. 10. tit. 2. n. 59.*

¶ Contrarium, quòd sc. filio inuito, in eius præiudiciũ pater iniuriam illi factam remittere nequeat, tenuerunt, Azor. *in summa, ti. de iniur. § datur actio iniuriarum, ad fi.* per tex. *in d. l. 1. C. de bon. mater. & in l. fi. C. de bon. quæ liber.* & Hostie. pariter *in summa dict. tit. de iniuria. col. 3.* Sicut enim pater filio inuito legatum eidem relictum repudiare non potest, *l. remittente,* al. *renitente, C. de iure deliberan. l. ex repudiatione, C. de fideicom. l. 2. Cod. de repud. bonorum poss.* ita etiam videtur dicendũ, quòd nec filio inuito possit iniuriam remittere, prout hoc argumento ad Azonis opinionem fulciendam vtitur Plach. *d. c. 6. n. 19. ver. quorum sententia.*

¶ Et certè, vt vtar verbis Clar. *in d. q. 58. vers. quæro nunquid,* quidquid in iure dubitari posset in practica, † quando sc. in- 37
iuria illata filio est personalis & non verbalis, nunquam vidi in Romana curia recipi inuitis filiis paternam pacem; imò nec solã patris pacem in aliquo suffragari, quotidie apud nos seruatur; nisi etiã & filij offensi cõsensus interuenerit, & qui paterno solum consensu contenti sunt, absque eo, quòd cũ personaliter offenso filio se recõciliarent, nec cõsultò, nec prudẽter iudicio meo agunt; & si à filiis in casu sequutæ iniuriæ personalis pax per patrem facta rumperetur, ego, si Iudex essem, nunquam dictos filios, vti pacis fractores cõdemnarem, licèt bene si pacem à patre factam sciuissent, aliquãtulùm principali delicto pœnam augerem, propter paternã inobedientiam. Et ita in Senatu Mediolani in remissionibus iniuriarum personalium, vbi vulnera, vel cædes interuenerunt, vtriusque, patris scilicet & filij consensum requiri, seruari testatur Clar. *d. ver. quæro nunquid,* licèt secus quando dicta vulnera vel cædes non interuenerunt, vt ibi per eum.

¶ Et post hæc à me sic scripta, inueni D. Octau. Vulpell. *in suo tr. de pace, q. 8. & 9.* sic in summa in prædictis mecũ concordantẽ. Quòd si quærimus, An pater possit facere pacem pro filio, quoad dimissionem rancoris & odij ipso filio inuito, & tunc haud dubiè respondẽdum est negatiuè; quia non potest filij rancor & odium dimitti sine voluntate ipsius filij, nec possunt parentes filiorum honori quicquam detrahere, prout nec etiam in concernentib. honorem filiorum filij tenentur obedire parentibus, vt probatur *in l. inter liberos, 5. filiusfamilias. ff. de adult.* & est communis*, vt per Bost. *in tr.* *
de honore, lib. 1. fol. 42. & propterea si isto casu filius offendit eum, cum quo eius nomine pater fecit pacem, non dicitur, nec punitur, vt pacis violator.

¶ Si verò quæritur, An pater possit pro filio inuito pacem facere respectu exercitij actionis, vel accusationis, & tunc dicas, quòd sic in leuibus, putà iniuriis, quæ descendunt ex edicto prætoris, dan nis datis & similibus, secus in atrocibus, & iniuriis, quæ descendunt ex lege Cornelia ex crimine publico: nam iis pater potest filio inuito impedire exercitium actionis ipso viuente, eidem non concedendo veniam agendi & accusandi; sed non potest iniuriam in totũ remittere, arg. *l. 2. §. cæterum ff. solu. matr. in l. lex Cornelia, §. illud. ff. de iniu.* iniuria enim dicitur principaliter facta filio, & nõ patri, ideóq; sine eius consensu æquum non est, vt remittatur à patre, vt per Alci. *in l. cùm filiusfamilias, n. 30. ff. si cer. peta.*

¶ Ampliа II. Eãdem sextam principalem ampliationem, 38
† vt pax habita à patre non solùm fortior & validior sit, quã habita à filio; verùm etiam habita à filio sine patris consensu nihil offendenti proderit in casu statuti minutis pœnã propter pacẽ; iam enim patri actio iniuriarũ quæsita est, quã ipsi insscio filius auferre minimè potest, Cast. *in d. l. in personã, ff. de pact.* Petrin Bel. *de re milit. d. par. 10. tit. 2. n. 59.* Iac. Nou. *in pr. cr. c. fi. n. 100.* licèt secus sit quoad odium & rancorem, quem solus filius etiam inuito patre remittere potest, vt per Dom. Oct. Vulpel. *vbi suprà, q. 20.*

¶ Limita I. Hanc sextam ampliationem † non procedere, 39
quando iniuria est illata ab aliqua coniuncta persona ipsius filij: tunc enim patrem iniuriam pro filio remittere nõ posse dixerunt Bart. & Alex. *in l. Lucius, ff. solu. matri.* Rom. *sing. 93. incip. Tu habes.* Bero. *q. famil. 75. n. 2. & cons. 76. num. 23. vol. 1.* Ber. *d. dec. 120.* Petrin *de re milit. d. par. 10. tit. 2. eod. nu. 59. fol. 138. à tergo,* vbi ponit exemplũ de vxore ipsius minoris, iuxta *d. l. Lucius,* vel in eius ascẽdentibus, *vt in l. Papinianus, in pri. ff. de inoffic. testam.* de quo vltimo exemplo ponit etiam Plach. *in epit. delict. d. c. 6. n. 22. ver. tertius subiicitur casus,* D. Vulpell. *dict. quæst. 8. sub n. 1.* De communi* testatur Pinell. *in d. l. 1. C.* * *de bon. matern. dict. n. 105. in 3. parte,* licèt ipse hanc limitationem non sequatur, vt dicit Clar. *d. q. 58. sub eodem vers. quæro nunquid,* Clem. *de patr. potest. dict. effectu 8. nu. 6. in 2. limit.* Ioseph. *in comm. opin. lib. 1. dict. conclus. 41. in 1. limitat.* vbi eam reddit huius conclusionis rationem, quia scilicet iniuria illata à

illata à coniuncta persona,grauior reputatur,quàm facta ab extraneo,*l. cum oportet,§.granius, C.de bonis, quæ lib.* Ay.*cons.* 168.*n.*11.Mars*ing.*577.

40 ¶Limita II.Vt†eadem sexta ampliatio procedat in filio existente in patris potestate:secus in emancipato,à quo etiã sine patris consensu remissionem & pacem habitam sufficere aliàs in Senatu Mediolani conclusum fuisse testatur

41 Clar.*d.q.*58.*d.ver.quaro nunquid,in fi.* ¶ Et † propterea matrem,quæ etiam in potestate non habet,minimè etiam posse iniuriam filio factam remittere,dixit pariter Guido Papæ *decis.*464.quem refert,& sequitur D.Ioseph.Ludou. *d.concl.* 41.*in vltima limitatione.*

42 ¶Limita III.Eandem sextam ampliationẽ, †vt nec etiã procedat,quando pater esset vilis,& abiectæ infimæque cõditionis:filius autem esset persona honesta,aliisve titulis decorata:cessat enim isto casu ratio, quòd scilicet pater sit ad pacem consultiùs,vel prudentiùs accessurus,quã filius, ideo cessare etiam debet dispositio & regula prædicta,*d.le.sed si vnius*, §.*filiusfamilias,in ver.interdũ.* vbi etiã Bart.*ff.de iniur.* Ang.*in l.cùm possit,ff.eod.*Petr.à Placha *d.c.*6.*n.*22. Petrin.*de re milit.d.par.*10.*tit.*2.*n.*59.*fol.*138.*à tergo*,Bero.*dict.q.*75.*n.* 3.latè Maran.*de ord.iur.in* 6.*part.vers.*2.*principalis quæstio,n.* 68.Ioseph.Ludou.*d.concl.*41.*in* 2.*limitatione*,nec dissentit D. Octau.Vulpell.*d.q.*8.*sub n.*1.*&* 2.

43 ¶Limita IV. Dictam † ampliationem in patre furioso, qui cùm consensum non habeat,nec quid agat,sciat, *vt in l.* ōrationis,*C.de curat.furiosi*, ideo pacem, quæ consensum requirit,facere minimè potest,præsertim pro filio sani & integri intellectus,qui cũ propterea præsumẽdũ sit,quòd multò prudentiùs & consultiùs ad remissionẽ iniuriæ sibi illatæ accessurus sit,quã eius pater sanę mentis:ideo cessãte ratione, de qua sup.dixi *n.*36.cessare etiam debet regula,& cõclusio, de qua *sup.n.*35.prout in specie hanc limitationem tradunt Bart.*in dict.l.Lucius ff.solut.matr.*Tiraq.*de l.connub.gl.*8.*n.*34. Bero.*qq.famil.dict.q.*75.*n.*3.*&* n.5. vbi ampliùs dicit, quòd isto casu pater pro filio pacem facere nequit, etiam mediante curatore:idémque refert,& sequitur D.Ioseph.*d.concl.*41. *in* 3.*limitatione.*

44 ¶Limita V.In†iniuria violati thori,quæ cùm adhæreat personæ filij,ideo eam pater absque eius consensu & reconciliatione remittere non potest,*l.inter liberas.*§.*filiusfamilias*, & ibi Alex.ad Bart.*ff.ad leg.Iul.de adulter.& in l.qui cœtu,*§.*fi. ff.ad leg.Iul.de vi publi.*Bald.Nouel.*in tr.de dote, quarta par. ver.trigesimum priuilegium,* Petr.Rauen. *in suo iuris Alphab. vers.iniuria,*Bar.Bal.Imola,Alex.Rom.Lud.Bologn.& communiter Doct.*in d.l. Lucius,ff.soluto matrim.* Rom.*d.sing.*93. *incip.tu habes,*Mars*ing.*573.*incip.granior est.* Placha qui hos omnes referendo sequitur,*d.c.*6.*n.*22.*ver.alius etiam subiicitur casus,*Boër.*decis.*338.*n.*12.D.Ioseph.Ludou. *d.concl.*41. *in* 4.*limitatione.*

45 ¶Limita VI.In patre absente,†quem non posse filij iniuriam remittere,probat tex.*l.si longiùs,*§.1.& ibi Iacob.de S. Georgio,*ff.de iudic.*gl.*in c.cùm illorum, in verb.passim*, & ibi Doctor.*de sentent.excommunicatio.*Ioan.de Plat.*in* §. *patitur, Inst.de iniur.*Masuer.*in sua pract.tit.de iniur.fol.*39. *column.*2. Doc.*in d.l. Lucius, ff.soluto matr.*Boer.*dict.cons.*68.*visa transactione,col.*1.quos refert & sequitur Plach.*d.cap.*6.*n.*22.*ver. quartus subiicitur casu.*Nec dissentit D.Octau.Vulpell.*d.qu.* 8.*sub n.*2.*in fi.*

46 ¶Limita VII.Dictam sextam ampliationem:†quia licèt pater possit pro filio pacẽ facere,talis tamẽ pax habita à patre nõ prodest ei,qui filio iniuriam intulit in casu statuti minuentis pacem propter pacẽ ab offenso;& sic quando loquitur nõ in rem,sed in personam:licèt enim patris, & filij persona à iure fingatur vna & eadẽ;tamẽ re vera alia est persona patris,& alia est persona filij; & statuta requirunt veritatẽ, non autem fictionem.Ita per hanc rationem post Ang.*in d.l. sed si vnius,*§.*filiusfamilias, ff.de iniur.* concludit Petrin. *de re milit.par.*10.*d.tit.*2.*eod.n.*59.*p.*138.*à tergo.* Nec dissentit D. Octau.Vulpell.*d.q.*8.*sub n.*2.*&* sub n.5.*in fine.*

47 ¶Limita I.Principalẽ regulã huius quæstionis, †volentem proximiores defuncti cõsanguineos in iure faciẽdi pacem esse præferendos remotioribus,non habere locum,quãdo puta maritus interfecisset vxorẽ:pax enim isto casu habita à communib.filiis vxoricidæ,& vxoris occisæ,occisori nõ prodest, nisi eam habeat ab aliis filiis occisæ, putà ex alio matrimonio,& si filios nõ habeat,ab eius cõsanguineis, sec. Boss.*in ti.de pace,n.*21.vbi dicit,quòd pendente de facto hac quæstione in Senatu,multùm idem Senatus se difficilẽ reddit in admittenda huiusmodi pace habita à communibus filiis propter timorem & ob debitam reuerentiam, de qua *in l.*1.§.*quæ oneranda,ff.quar.rer.act.non datur*, & ita etiam secundùm hanc limitationem in facti contingentia aliàs seruasse eundem Senatum testatur Clar. *in dict.quæst.*58.*vers. contingit etiam aliquando*, vbi tamen ex eadem obseruantia Senatus videtur contrarium decidere, quando vxor occideret maritum,cùm non ita præsumatur metus reuerentialis filiorum erga matrem, sicut erga patrem. Et ideo occisa vxore in terminis præsentis limitationis, pacem habitam à communibus filiis per occisorem,non nisi cum Iudicis decreto valere propter præsumptum metum reuerentialem, dixit D.Octau.Vulpell.*in tr.de pace,q.*25.

¶Contrarium in hac limitatione posset attentari, † eo 48
quia ratio metus reuerentialis per Boss.& Clarum adducta, non est in proposito concludens;& dicere quòd pax per filium patri data, præsumatur metu data, & alio non docto, non videtur in iure sustentabile, quia ex sola reuerentia & superioritate,nisi præcedant minæ, vel verbera, metus non præsumitur,Alex.*cons.*83.*n.*9.*vol.*6. Paris.*cons.*135.*num.*10. *volum.*4.*& cons.*5.*num.*170.*&* 172.*eod.vol.*Capic.*decis*159. *n.*32.*& multis seqq.*quod etiam est de communi* Doct. sententia,& ita Fel.*in c.causam,col.*3.*de offi.dele.*Plot.*in l.si quando,n.*78.vbi pariter de cons.*C.vnde vi,*Cep.*cons.*91.*n.*45.*vol.* 1.Boër.*decis.*100.*n.*111.*pa.*vbi similiter de communi.Rol. *cons.*83.*n.*5.*vol.*3.*& cons.*95.*n.*27.*& seqq.vol.*1 Non ergo videns aliquam rationem huius limitationis, illi libenter non accedo.

¶Nec ab hac contraria opinione mouet me ratiõ nouissimè per Baiar. considerata *in additio.ad Clar.d.q.*58.*n.*35. *& seqq.*quia scilicet imò præsumatur metus ex sola reuerentia paterna,iuncta læsione ex Capic.Gram.Neuizza & aliis per eum allegatis.

Hæc enim iuris propositio licèt verissima sit, non tamen applicatur casui nostro.Dicere enim,prout ipse dicit, quòd ex pace,quam filij faciunt patri de nece matris,oriatur enormis læsio, repugnat omnino veritati, prout latè probaui *in seq.q.n.*11.26.*&* 57.& ibi tradita hìc repetere opus non est, quòd nec isto casu læsio consideranda est, prout ipse considerat ex nece matris à patre causata; sed ex actu patris, in quo prætenditur metus. Et sic non iure credo hoc reprehendi ab illo consummatissimo Iurisconsulto.

¶Limita II. Eandem regulam, † vt ista proximiorum 49
consanguineorum appellatione non veniant alumni: licèt enim Ang Aret.*in* §.*eadem lege,in vers.iuste autem, Inst.quib. manumittere non licet*,dixerit,alumnum sanguine coniunctis æquiparari,& illum de familia nutricis & nutritoris esse, videatur probari *in l si quis alumnam,C.de nup.* Et appellatione patris & matris,nutricem & educatorẽ venire dixerit Alci. per illum tex.*in l.*1.*ff.de obseq.à lib.& liber.præstan.* in pluribúsque casibus leges æquiparent filiis alumnos, de quibus per Petr.à Plach.*in epit.delict.ca.*42.*n.*6.*&* seqq. quia tamen verè,propriè & naturaliter alũnus nõ est filius,nec coniunctus,nec consanguineus,sed impropriè, quia leges aliquando eum loco filij habent,vt probat tex.*in d.le. si quis alumnã*, ibi,*loco filiæ habuit,&c.*Et vt sæpe superiùs dixi, regula huius quæstionis de coniunctis & consanguineis loquens intelligenda est de coniunctis propriè & naturaliter, non autem ciuiliter & impropriè.Ideo ius faciendi pacem alumnis vti coniunctis consanguineis,minimè competere, cum Placha *in loco antè citato*,verius credo.

ARGVMENTVM.

Pax habita à minore,seu ab eius tutore & curatore,quando valeat.

SVMMARIVM.

*Infans nec solus nec cũ tutore indistinctè pacẽ facere potest,n.*1.

Maior infante potest facere pacem cum interuentu tutoris, secus sine illius authoritate, n.2.

Vbi minor non potest facere pacem, nec etiam potest alicui pro eo facienti pacem consentire, n.3.4.

Minor prohibitus alienare, nec etiam potest alienanti consentire, num.4.

Decretum Iudicis non est necessarium in pace minoris, nu.5.& seqq. vbi respondetur ad contraria.

Honor cunctis rebus præferendus, n.6.

Decretum Iudicis requiritur in transactione minoris, n.8.

Declara, quando in ea aliquid remittitur, secus si nihil remittitur, n.10.

Decretum Iudicis, in quibus casibus requiratur, n.9.

Pax semper est minori vtilis, & de materia plura, n.11.& n.26. vbi ampliatur, etiam quòd in ea remittantur damna, vel interesse, n.57. vbi ampliat etiam quòd tutor pro habenda pace donet res pupilli.

Decretum Iudicis requiritur in alienatione rerum minoris, ne ipsa decipiatur propter intellectus imbecillitatem, n.12.

Homicida tenetur etiam heredibus occisi ad damna & interesse, num.13.

Decretum Iudicis non requiritur in cessione actionis facta per minorem ad rem mobilem, n.14.

Minor potest facere pacem etiam sine statutariis solemnitatibus, n.15. Maximè si pax sit iurata, n.16.& seqq. Sed quid si statutum præsumat contractum, vel iuramentum dolo extortum, num.19.20.& 21. Amplia, quòd dicta solemnitates non requiruntur, etiam quòd statutum loquatur de renunciationibus, seu remissionibus, numer. 22. & seqq. vbi respondetur contrariis.

Statutum requirens solemnitates in contractibus minorum, non procedit in contractibus vtilibus, n.24.

Iuramentum non firmat contractum inualidum, quem statutum præsumit dolosum, numero decimo, quod declara, vt in numero 20.

Mulier tutrix potest filiorum nomine dare pacem sine statutariis solemnitatibus, n.27.& 28.

Minor non restituitur aduersùs pacem, num.28. in quarta ampliatione. Amplia etiam quoad damna, & interesse, numero 29.

Minor non restituitur sine læsione, d.n.29.

Minor in delictis mitius punitur, n.49.

Minor non comprehenditur sub statutis pœnalibus exorbitantibus, n.51.& casu quo comprehendatur, & id vt minùs puniatur.

Opinio communis non attenditur, quando contraria est rationabilior & verior, n.56.

Tutor potest pro pupillo facere pacem, si ei expediat, & vtilis sit: alias secus, n.8.ver.4.facit, sed contrà, n.12.ver. & expeditis, & plura de materia, n.63.

Minoris pax facta sine tutoris interuentu valet, quando eam iurat, n.31.& seqq. Amplia etiam in iuramento impuberis, numer.34.& seq.

Iuramentum firmat minoris contractum inualidum, num.31.& sequentib. Amplia etiam in iuramento impuberis, num.34.& sequent.

Minor potest facere pacem sine tutoris authoritate, si Iudicis decretum interueniat, n.36.& seq.

Tutorem habenti tutor dari non potest, secus curatorem habenti: & hoc declara, vt in n.38.

Decretum Iudicis an suppleat defectum authoritatis tutoris, disputatur in n.37. Dic, quòd non supplet in actu, in quo vltra tutoris interuentum, etiã decretum requiritur, n.40.& 41. vbi agitur etiam de forma interponendi tale decretum suppletorium.

Tutor potest facere pacem pro minore infante, vel impubere, num. 42.

Minor ob ruptam pacem punitur tanquam pacis violator, numer.43. Limita, si pax sit valida, secus si nulla, numero 44. & sequentib. Limita, si eam rumpat in maiori ætate, secus si in minori, numero 48. & seqq. Limita, quoad pœnam conuentionalem, numero 53. sed contrà numero 54. & seqq.

Nullum quid esse, & non esse, æquiparatur, n.45.

Nullum quod est, rumpi non dicitur, n.46.

Nullum quod est, non facit committere pœnam, n.47.

Pœna adiecta in contractu nullo, eo irrito euanescit, n.47.

Tutor non potest bona pupilli donare, nu.47. fallit in pace, cuius fauore potest donare, cum Iudicis tamen decreto, secus sine eo, num.57.

Tutor potest pro pupillo facere pacem, tam cum incerto, quàm cum certo patris occisore, n.58.

Tutor, qui inuentarium non confecit, non potest facere pacem pro pupillo, n.59. sed contrà, n.60.

Tutor ante confectum inuentarium, & decretam administrationem bona pupilli administrare non potest, n.59. fallit primò in iis, quæ sunt pupillo vtilia: fallit secundò in iis, quæ dilationem non recipiunt, n.60.

Tutor siue curator specialis potest pro pupillo facere pacem, n.61.

Decretum Iudicis semel in actis interpositum, non est amplius necessarium in executione illius actus, n.62.

Tutor potest pro pupillo facere pacẽ ei vtilẽ, putà quando ob aduersarij potentiã inimicitia esset periculosa: secus pacem damnosam seu ignominiosam, n.63. vbi etiã plura de hac materia.

QVÆSTIO XV.

ACCVSARE quando possit minor tam ob publicã vindictam, quàm prosequendo suam, vel suorum iniuriã, dixi *sup.q.12.in 4.limit.n.15.* Videndum modò est, quando & quomodo possit idem minor pacẽ facere. In qua quidem quæstione nõ multùm distincto ordine procedũt Doct. qui confusè quodãmodo materiam pertractando Lectoris mẽtem facile inuoluunt, idcirco, vt in quantum fieri potest, res clara reddatur, duas puto pro illius declaratione constituendas inspectiones. Prima erit inspectio, quando valeat pax facta per minorẽ. Secunda, quando valeat facta per tutorem minoris. In prima inspectione duos pariter figurabo casus. Primum in minore infante, secundum in maiore infante.

¶¶ REGVLA prima sit in primo casu primę inspectionis,† quòd infans pacem facere non potest, neque ipse solus, neq; cum interuentu tutoris, Spec. *t.de homi.in prin.* & post alios antiquiores, quos allegat, & non solùm id esse communiter** receptum, sed omnes concordare testantur, Nell. *in tr. de bãnit. in 3 parte 2.temporis, q.32. vers. videamus ergo*, Brun *de võst. verbo, pax, ver. item quæritur*, Cara. *super ritu mag. Cur. 275. n.19.* Crot. *in l.4.§. Cato in 1.repet.n.167. ff. de verb.oblig.* Clar. *in pr.q.58. sub ver. quæro, an tutor*, vbi quòd hoc est expeditũ in iure, & nouissimè D. Octau. Simonc. *in tr. de decre. li.2.ti.6. n.135.* hæc etiam prima regula indistinctè & absque vlla restrictione procedit. Cùm enim infantis nullus sit consensus, *l. in negotiis, ff. de reg. iur. l.1.* cum ibi not. *ff. de nouat.* meritò faciendi pacem potestas, quæ consensum requirit, sibi prorsus à iure sublata est. 1

¶¶ REGVLA secunda sit in secundo casu eiusdẽ primæ inspectionis,† quòd maior infante potest cũ authoritate tutoris, vel curatoris facere pacem, & sine tali authoritate non potest. Iac. de Are. Cyn. Bal. & alij *in l.1.C. de in integ. restitut. minor.* Spec. *in tit. de homic. in prin. col.2. ver. illud autem quæritur.* Alber. Salic. Pau. de Castr. & alij *in l. pactum curatoris, C. de pact.* idem Alber. *in l. clarũ, C. de auth. præst. quæst. fi.* alios adducit concordantes, Ant. Gom. *var. resol. tom.3. in tractatu delictorum, t. de homic. cap.3.n.66.* Petr. à Plach. *in epit. delict. cap. 45.n.6.* Petrin. Bel. *in tract. de re milit. par.10. tit.2.n.56.* Step. Lamb. *in tr. de contract. eorũ, gl.1.n.374.* de communi* testãtur Brun. *in d. lib. constit. verbo, pax, eod. ver. item quæritur*, Nell. *in d.3.part.2.temporis, in trac. de bannit.* vbi quòd in hoc omnes concordant, Clar. *in pract. crim. d.q.58. sub eodem ver. quæro, an tutor*, Ioa. de Amic. *cons.88. Redemptoris Domini nostri, col.1.& 2.* vbi testatur de magis communi, prout illũ refert, & sequitur præceptor meus Tho. Non. Perusinus, *in suo cons. 108.n.4.& n.11.* quod consilium est repetitum *in cons. crim. diuersorum Ziletti, 152. vol.1.* & sic collegium aduocatorum curialium prouinciæ Marchiæ in simili *cons. cr. diuer. 150. n.6.& seqq. eo. l.* 2

¶ AMPLIA I. Hanc secundam regulã,†, vt sicut minor sine tutoris authoritate pacẽ facere non potest; ita nec etiã possit sine eadẽ authoritate alteri pro eo pacem facienti consentire. Et ita in propriis terminis pacis reperio concludentẽ D. Octauia. Simoncel. *d. tract. de decre. d. l.2. tit.6. inspect.16. num. 141.& seqq.* vbi hanc ampliationem rationibus comprobã- 3

do ge

4 do generaliter dicit,† quòd quãdo est eadem ratio prohibitionis,prout in casu nostro,imbecillitatis,s.consilij,& intellectus,tunc prohibitus aliquid simpliciter facere;neq; etiam alteri facienti consentire poterit,gl.*in l.cùm pater,§. libertis, in ver.alioquin.*,vbi etiam Bar.*ff.de leg.*2. Bart.*in l.iubemus,n.6.C.ad Velleian.& in l.si fundus,n.3.*vbi etiam Salic.*ff.de pign.* idẽ Sal.*in l.2.n.2.ff.eod.*Bal.*in l.2.circa pri.C.si aduer.don.*Dec. & Cagnol.*in l.aliud est,ff.de reg.iur.*Bertac.*in tr.de Epis.part.4.q.45.*cum concordantib.relatis per Hippol.Rim. *cons.56.n.22.lib.1.*& latiùs per Guliel.Rodoan.*in tr.de alien.re.&cclc.vnb.de significatione verbi alienatio, fol.11.nu.1. & seq.* Ideo si aliter diceremus,minorique tam in pace,quàm in alio actu sibi ratione imbecillitatis intellectus à lege prohibito,quod per se non potest permitti, alteri consentiendo permitteretur;facillima adinuenta esset dictam legem fraudandi via & occasio,contra *l.magis puto,§.si pupillus stipulanti,ff.de reb.eor.*

5 ¶ Amplia II.Eandem regulam,vt in pace per minorem præstanda cum tutoris authoritate Iudicis decretum minimè necessariũ sit:ita enim authoritatem tutoris solã sufficere,nulla facta mentione de Iudicis decreto, tradiderunt Bal. *in l.pactum curatoris,n.3.C.de pact.& in l.1.n.4.C.de in integr. rest.min.*Cast.*in d.l.pactum,& in l.rescriptum,§.plerũque. n.6. ff.de pact.*Crot.*in l.4.§.Cato,in prima lectura,n.*108. *& seq.ff. de verb.oblig.*Nell.*in tr.de bann.in 3.par.secundi tẽporis, q.32. n.32.& seq.*Nicol.Moron.*in tr.de treuga,& pace,q.48.per tot.* Ant.Gom.*tit.de hom.n.66.Illustriss.Card.Albanus in lucubrat. ad Bar.in l.congrui,ff.de offi.præsid.*vbi plura de hac materia,
¶ His non obstantibus, non recedo à prima opinione,& ampliatione prædicta,quam vltra præfatos vti veriorem & magis communem,* recitatis in proposito quatuor Doctorum opinionibus, amplectitur Steph. Lambert. *de contract. eor.in fin.q.9. n. 38. & seqq.* eámque pariter vti communiorem a contrariis defendit,& sequitur D.Octauianus Simoncel.*d.tr.de decret.lib.3.tit.8.inspect.18.n.139.*Cui non obstat textus ex aduerso adductus *in d.c.1.in princ.de pac. iuram.fir.* quia ad illum respondet Lambert.*vbi sup.gl.1.n.358.* quòd scilicet solùm in ea disponatur, qua ætate teneatur quis iurare Imperatori de obseruanda ei generali pace,& propterea non habet locum in iuramento pacis specialis cum inimico ipsius minoris factæ,vt ibi per eum,&c.

¶ Limita II. Principaliter eandem secundam regulam 36
in eo,†quòd pariter dicit,minorem non posse facere pacem sine authoritate tutoris,non procedere,quando loco authoritatis tutoris interuenisset Iudicis decretum, quod in pace minoris supplere tutoris authoritatem, in specie dicit Petrin.Bel.*in tract.de re milit.par.10.tit.2.n.56.in fine.*

¶ Veritas autem huius limitat.dependet à generali illa inspectione, de qua per Doct. *in l.si curatorem habens. C. de in integ.rest.min.*† An scilicet, & quando Iudicis decretum in 37
cõtractib.minorum suppleat tutoris, vel curatoris authoritatem?In qua re, vna fuit opinio affirmatiua,quòd suppleat, quã videtur tenere gl.*in d.l.si curatorẽ.*sequitur Corn.*cõs.36. in prin.incip.videtur prima facie,li.1.*ampliãs id etiã procedere in cõtractu mulieris,in quo Iudex valeat supplere defectũ consanguineorum à statuto requisitorum,vt ibi per eum.Idque clarissimè probari videtur *ex l.ait Prætor,§.permittitur,ff. ae minor.& l.bonorum,C.qui admitti.* Altera, & negatiua fuit opinio,quòd non suppleat,quã tenuit Accurs.*in l.fi.C.si propter publ.pensit.& in l.vlt.in verbo,Præsidis,C.de fideiuss.mino.* Signorol.de Homod.*consi.214.in causa vertente, n.5.* qui ad cõciliandas has contrarias opiniones,Bar. quem cõmuniter *Doct.sequuntur *in d.l.si curatorem habens,*distinguit ; quòd * aut sumus in actu necessario,vtputà in solutione faciẽda,& sic in actu obligatorio,& volũtario.Primo casu, quòd decretũ suppleat defectũ nõ interuenientis tutoris, vel curatoris, & ita procedat,& loquatur tex.*in d.l.ait Prætor, §.permittitur.* Secundo casu subdistinguit : Aut sumus in curatore,aut in tutore : si in curatore,& Iudicis authoritas supplet curatoris authoritatem. Si in tutore, & tunc iterum distinguit: Aut pupillus tutorem nõ habet,vel si habet,eius præsentia haberi non potest,& Iudex tunc illius præsentiam supplet. Si verò tutorem habeat,qui interuenire possit,& tunc Iudicis decretum defectum illius interuentus non supplet.Ratio differentiæ inter tutorem,& curatorem ea per Bal. & Doct. *in d.l.si curatorem,*affertur:† quia scilicet habẽti tutorem tu- 38
tor dari non potest,*l.cũ iure,C.qui pet.tut.pos.§.interdũ, Inst. de curat.*habenti verò curatorem curator dari potest, *l.vẽtri, ff.de tut.& curat.dat.ab his.*& sic cùm possit Iudex alium curatorem dare,potest etiam officium curatoris sibi assumere: secùs in tutore. Hæc distinctio Bar.& differentia cõsiderata inter tutorem,& curatorem, non placet Fulgosio, Salic.& Alexandro *in d.l.si curatorem.* Nam,quemadmodum habẽti curatorem curator dari potest,causa tamen cognita,*l.curatorẽ,*cũ ibi not.*ff.de curat.dat.ab his,*& notatur etiã *in d.l.vẽtri,*

ita

ita etiam habenti tutorem, ex causa potest dari curator, *d. l.curatorem*, cum ibi notatis.

39 ¶ Quid igitur dicendum? † Libentissimè concurro in distinctionem, quã sicut sup. Doctorũ opinionibus & controuersiis relatis tradidit D. Octau. Simoncell. *in tract. de decret. l. 3. tit. 7. inspec. 2. nu. 25. & seqq.* quòd scil. si sumus in actu, qui vltra tutoris, & curatoris authoritatẽ, requirit etiã Iudicis decretũ, vtputà in alienationibus mobilium minoris; *l. 1. & toto ti. ff. de reb. eorũ, l. 1. & per totũ, C. de præd. mino.* & tũc vtique cõcludi debet, quòd Iudex nec tutoris, nec curatoris defectum supplere possit, ita loquitur tex. *in d. l. vltima, C. si propter publ. pensitat.* tex. *in l. cũ hi, §. Prætor, ff. de transact.* & ita etiã procedat gl. *in d. l. si curatorẽ habens*, dum arguit pro parte negatiua, & istum casum firmarũt expresse Bar. Bald. * Castr. Sali. Alex. & cæteri Doctor. omnes communiter * *in d. l. si curatorẽ habẽs*, Bal. *in rub. de contrah. empt. q. 24.* Sali. *in l. bonor. sub n. 3. C. qui admitti ad bonor. poss. poss. & in l. dubiũ, in fi. C. de contrah. empt.* inquiens hoc casu esse cautelam, vt duo adhibeantur Iudices, vnus qui interponat decretũ; alter, qui suppleat tutorum & curatorũ defectũ, Io. de Plat. *in §. neque, vers. Itẽ habet locũ.* & ibi Ang. Aret. *sub n. 3. Inst. de auth. tutor.* Tira. *de leg. connub. gl. 8. n. 53.* Aliter enim Iudex fungeretur

40 duplici officio, quod esse non debet. Secus autẽ, † vbi sumus in actu, qui per solũ tutorem seu curatorẽ absq; Iudicis decreto expediri potest, tunc inquam potest Iudex defectũ tutoris, vel curatoris supplere, siue sumus in actu necessario; vtputà liberationis, & sic in solutione faciẽda, *d. l. ait Prætor, §. permittitur, ff. de mino.* siue etiã in actu volũtario, *d. l. bonor. C. d. tit. qui admitti. l. si infãti, in fi. C. de iure deliber.* & ita procedat dictũ gl. *in d. l. si curator. habẽs*, quã post alios antiquiores ibidẽ sequuti sunt Bart. & Sali. Maran. *in repet. l. is potest, n. 150. ff. de acq. hære.* Tiraq. *de legib. cõnub. d. gl. 8. n. 66. & seqq.*

41 ¶ Vnde ad propositam limitationem redeundo, † quòd ex quo, vt sup. probaui *in 2. ampl. n. 55. & seqq.* Iudicis decretũ non requiritur in pace per minorem facienda, ideo poterit in ea tutoris, seu curatoris authoritatẽ non interueniẽtem supplere. Quod tamen intelligas procedere, dummodo hac lege decretũ interponatur non simpliciter, sed vt dicti tutoris, seu curatoris non interuentũ suppleat, secundùm practicam, quam docet Bart. quem cõmuniter * omnes Doct. * sequuntur *d. l. si curatorem habens*, Aret. & cæteri, *in §. neque, Insti. de auth. tut.* Corn. *consi. 36. in princ. videtur prima facie, l. 1.* Ioan. Sicar. *in d. l. si curatorem habens, n. 14. tomo 1. & in l. si. in fi. C. de iure deliber. tomo 2.* vt scilicet Notarius faciat expressam mentionem in actis, qualiter D. Iudex sciens & cognoscens eum esse minorem, & prædicta sine tutoris authoritate facere non posse; ideo ad illius authoritatem & præsentiam supplendam, suum interponit decretum.

¶¶ Regvla III. Sit in secunda inspectione propositæ
42 quæstionis, † quòd licèt solus tutor nõ possit facere pacẽ sine minoris interuentu, quãdo ipse minor est adultus; quia tunc, vbi sup. probaui, *in 2. reg. n. 2.* minor ipse facit pacẽ cũ interuentu tutoris. At licèt etiam, quando minor est maior infante, & impubes possit ipse idem cũ dicta tutoris authoritate pacẽ facere, vt pariter probaui *in d. 2. regula*, quã generaliter procedere firmaui in omni minore non infante: quando tamen minor infans est, tunc cùm ei sit prohibitũ pacem inire, vt dixi *in 1. regula*, tutor solus pro eo pacem facit: & quãdo etiam minor maior est infante, dummodo impubes, etiam quòd, vt dixi, possit ipsemet cum interuẽtu tutoris pacem facere: non tamẽ prohibetur etiam solus tutor pro eo impubere pacẽ inire. Cùm enim istis casibus solus tutor pupilli nomine possit accusationẽ proponere ad text. *in l. Polla quidẽ, C. de his, quibus vt indig. & in l. tutorẽ, ff. eo. tit.* cũ traditis per Io. And. ad Spec. *tit. de accus. §. 1. vers. quid de pub.* Bald. *in rub. C. qui accus. non poss. col. 3.* Bart. *in l. 2. §. pupil. & in l. qui accusare, ff. de accus.* cum aliis per Pet. à Placha, *in epit. delict. c. 45. n. 5. in medio, vers. 1. casu, cùm & ipse iudicium non habeat, &c.* necessariò etiã sequitur, quod & in iisdem casib. pacem facere solus possit, arg. tex. *in l. is potest. de acq. hær. in l. eius est nolle, ff. de reg. iu.* & in specie dixi *sup. in q. 13. n.* * 1. vbi in iure & cõmuniter * per Doct. ius accusandi, & ius faciendi pacẽ æquiparari probaui. Et cùm rursus tutor in prædictis casib. possit solus iusiurandũ deferre, ac etiã subire, *l. tutor, ff. de iureiur. l. videamus, §. si tamẽ, eo. tit. l. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum.* pari quoque modo etiam solus transigere, & pacẽ inire poterit super iniuria pupillo irrogata; cùm trãsactio, & iuramentum in iure æquiparentur, *l. insiurandũ, ff. de iureiur. l. si parẽs, C. de transac. l. inter, §. qui tutelã, ff. de furt.* vbi propterea diffinitur, tutorem posse transigere cũ fure, qui rem pupilli sui subtraxit. Ita prædictis iuribus, & rationibus moti hanc secundam regulã firmarunt Gand. *in tit. de transact. n. 22.* Pet. à Placha *d. c. 45. n. 6.* Petrin. Bel. *de re milit. par. 10. tit. 2. sub n. 56.* Ant. Gõ. *de delict. tit. de homic. sub n. 66.* Bossi. *in ti. de pace, n. 14.* vbi quòd ita quotidie obseruatur. Nell. *de bãnit. in 3. par. 2. temporis, n. 32. & seqq.* Carrer. *in pract. in materia homicid. §. 29. excusatur, n. 34. pag. mihi 224.* Clar. *in prac. cri. q. 58. sub vers. quæro, an tutor*, & ante istos Spe. *in tit. de homic. col. 2. vers. illud autẽ quæritur. n. 6.* Alb. Bal. & Guido de Suzar. *in l. pact. curator. C. de pact.* Bald. Sali. Dec. & cõmuniter * Doct. *in l. clarum, C. de author. præst.* * Bal. *in l. iuris gentiũ, §. paciscar. ff. de pac. & in rubr. de treug. & pace.* Et licèt Clar. *sub d. vers. quæro, an tutor*, videatur sentire, quòd quando pupillus est maior infante, licèt impubes, debeat & ipse quoq; in pace tutorẽ condonanda interuenire, & ita sæpius Senatũ Mediolani seruasse testetur; hoc tamẽ de iure cõmuni, circumscripta locali obseruantia illius status, nõ putarem necessariũ, sed tantũ vtile: quia, vt ex prædictis patet, non solũ maior infante impubes potest cũ interuentu tutoris facere pacem, vt dixi *in 2. regula*, sed etiam solus tutor absque illius interuentu potest eandem pacem facere, prout in solo tutore, vt plurimùm Doct. præallegati, & præsertim Ant. Gom. & Placha, expresse loquuntur, & ita communiter * Doct. tenere testatur Carauita *super ritu magnæ Curiæ, 275. n. 19. vers. Primo casu, & vers. Secũdo casu.* *

¶ Ampliatio I. Hanc tertiam regulam (& hæc ampliatio 43
erit cõmunis secundæ regulæ) † quòd minor nõ solùm tenetur seruare pacẽ legitimè factã ab ipso, vel eius nomine ab eius tutore: verùm etiã illam non seruãdo, & rumpẽdo, puniri debet pœna fractæ pacis, vt latè cõsuluit Collegium Maceratẽse, *d. cõsi. cri. diuer. 150. per tot. præsertim n. 41. & 42. l. 1.* vbi respondet Castrensi & Marsilio in contrarium allegatis, *in eo. consi. n. 2.* Dicitque fore isto casu puniendum minorem pacis fractorem etiam in pœnam sacrarũ constitutionum Marchiæ. Et potuit esse ratio; quia, vt sup. vidimus, si minor potest pacẽ facere, vel eius nomine tutor, talisque potestas eisdem à iure cõcessa est, videtur etiã quòd iisdem minor & tutor possint eadem authoritate legis in eadem pace se subiicere omnibus pœnis à lege introductis contra illam rumpẽtes: cui enim conceditur principale, & id quod consequens est, concessum videtur, Dyn. *in regula, cùm quid prohibetur, de reg. iur. in 6.* & ibi Boër. *in addit. ad Bar. in l. ambitiosa, ff. de decr. ab ord. facien. cum sim.*

¶ Limita I. Hanc primam ampliationem huius tertiæ 44
regulæ: † quia, vt suprà dixi, minor tenetur seruare pacem ab eo legitimè factam. Vnde si pax fuerit nulla, & nõ legitimè facta, illã non seruans pœna pacis ruptæ non tenetur, prout in specie pacis nulliter factæ à minore consuluerũt Thob. Non. *in cõs. 152.* Philip. de Vbal. *cõs. 153.* Lud. Sensius *cons. 155.* Raynal. Rodulp. *cons. 156. omnes, in 1. vol. consiliorũ cri. diuer. Zileti*, & est ratio, † quia pax nulla, pacis nomẽ nõ 45
meretur, *l. 4. §. condemnatũ ff. de re iud. l. quoties, ff. qui satisd. cog. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bon. poss. cõtra tab. l. sancimus, in prin.* ibi. *Sed hoc nõ præscripto, C. de donat.* cum aliis per Alex. *cons. 14. vol. 3.* Grã. *cons. 58. n. 9.* Grat. *resp. 80. n. 6. par. 2.* Vinc. Paleot. *cons. cri. diuer. 85. n. 1. ver. sed sic est, l. 1.* Rol. *cons. 73. n. 28. vol. 2. & cons. 41. n. 5. & 6. vol. 1.* † Et quod nullũ est, tum- 46
pi non dicitur, *l. nã etsi conditione, §. 1. ff. de iniusto, rupto que testam.* Paris. *cons. 168. vol. 4.* Marsi. *cons. 121. n. 45.* † Et quod 47
nullũ est, pœnam cõmittere non facit, Ripa *in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. obligat.* Rolan. *cons. 38. n. 19. & seqq. vol. 1.* & vbi principalis contractus est irritus & nullus, pœnæ quoque adiectio euanescit, Couarr. qui plura congerit in hac materia, *in secunda parte relectionis, §. 4. sub n. 4.*

¶ Limita II. Hanc eandem primam ampliationem, † vt 48
procedat in minore rumpẽte pacem, postquam fuerit effectus maior: tali enim casu maior effectus rumpẽs pacem, ab eo, vel ab eius tutore in minori ætate legitimè factam, vti pacis fractor puniri potest, secundũ facti speciẽ, in qua consuluit Collegiũ Maceraten. *d. cons. cri. 105.* At si minor etiã

in minori

in minori ætate constitutus pacé rũpat, an vti pacis violator puniẽdus sit? Res difficultate non caret. Et in hoc crederem distinguenda pœnarum genera: nam, vt suo loco *infrà, in materia pacis ruptæ*, Deo id concedente, dicam, qui pacem violat vltra ordinariam pœnam principalis delicti per violatorẽ cõmissi in pacis violatione, putà vulneris, insultus, mortis, & similiũ; particulariter etiam tanquam pacis violator poterit puniri, maximè pœna conuentionali, si ea in pacis contractu stipulata fuerit, item & pœna legali, de qua per gl. & Andr. de Iser. *in c. 1. de pace tenen.* Alber. *in tract. statuto. in 3. par. q. 18. in fi. n. 7.* Nouel. *in pract. cri. c. fi. n. 107.* ac etiam pœna statutorũ, constitutionum, seu bannimentorũ illius loci, in quo pax fuit rupta. Itẽ quoad pœnam conuentionalem an ea sit commissa, quando minor rũpit pacem, dicam *infrà, in 4. limit. huius primæ ampliationis.* Quo verò ad pœnam constitutionũ, statutorum, seu bãnimentorum, dicam pariter *infrà, in seq. 3. limit.* sed quoad pœnam legalem, crederem, quòd in illam minor inciderit; cum aliquali tamen temperamento, & minoratione per generalẽ illam
49 regulam.† Quòd licèt minor in delictis non excusetur, nec restituatur; mitiùs tamen puniendus est, *l. auxiliũ, §. in delictis, ff. de minor. l. si adulteriũ cum incestu, §. Imperiales, & l. aut facta, §. ex persona, ff. de pœn. l. ferè, ff. de reg. iu.* cũ latè traditis, & cumulatis per Hipp. Rimi. *cons. cri. diuer. 135. per totum, vol. 1.* Ant. Gomez. *de delict. c. 1. n. 62.* Iac. Meno. *in suo tract. de de arbi. iud. casu 329. cent. 4. l. 2. per totũ.* plenè Rol. *cõs. 77. vol. 3.* Duen. *reg. 258.* Tiraq. *de pœn. tẽper. in causa 7. n. 1. & omnib. seqq.* Pet. à Plac. *in epit. delic. c. 32. in discursu,* nouissimè D. Ioseph. Ludo. *decis. Lucen. 17. n. 65. & seqq. 1. par.* quib. in locis id etiam in atrocissimis procedere audacter affirmãt, & nos Deo pariter dãte, latius differemus *in ti. de pœn. tẽp. ĩ. in 2. l.*
50 ¶ Limita III. Prædictam primam ampliationem, † vt licèt Collegiũ Maceratense *in sepius allegato cons. cri. diuer. 150. n. 42. n. 1.* expressè firmauerit in violatione pacis factæ per minorẽ, locum habere etiam pœnam sacrarum constitutionũ Marchiæ; mortis scilicet & confiscationis bonorũ; id tamen intelligi & regulari debet, secundũ facti speciem *in eius consilij principio* propositã, quãdo scil. dicta pax facta in minori ætate rumpatur illinc ad plures annos ab effecto maiore. Si enim rũpatur à minore, & in minori ætate constituto; & tunc contrarium videtur dicendum, quia constitutiones præfatæ, ac etiam omnia particularia statuta, vel Gubernatorũ Ciuitatum bannimenta, pro violatione pacis imponentia pœnã mortis, sunt exorbitantia à iure communi, secundũ quod pacis violator non punitur pœna mortis.
51 †¶ Si verò exorbitãtia, ergo minores cõprehendunt, secun-
* dùm cõmunem* opi. de qua per Doct. *in c. 2. de delict. puero.* Rõ. *sing. 816. tu audisti, & ibi in addi. & cõs. 120. inci. circa primũ, in 1. dubio,* Bal. *in l. si ex causa, §. fi. ff. de minor.* Frãc. Cremẽ. *sing. 20.* Affl. *in cõstit. Sicil. in ti. de restit. mino. 2. par. rubr. 38. n. 10.* Pet. à Plac. *in epit. delict. c. 32. n. 9.* D. Ioseph. Lud. *dec. Lucen. 71. 1. par.* ¶ Et casu† quo eum cõprehendat, adhuc tamẽ
52 minor semper mitiùs puniẽdus est, nedum pœna legali, sed etiã statutaria, secund. Hippol. Rimin. *d. cõs. cri. diuer. 135. n. 25. & seqq. l. 1.* Iac. Mẽ. *d. casu 329.* Rol. *cõs. 77. n. 9. vers. Nonò,* Are. *vol. 3.* plenè Cacci. *in simili cõs. cri. diu. 92. n. 1. & seq. eo. l. 1.*
53 ¶ Limita IV. Dictam primam ampliationem † non procedere quoad pœnã conuẽtionalem, quam cùm vti pupillo damnosam tutor in pace apponere nequeat, & apposita non valeat: necessariò etiã sequitur, quòd in casu pacis ruptæ, nec etiam ea exigi possit, secũdùm Bal. *in d. l. pactum curatoris, circa fin.* & ibid. Sal. *ante finem, n. 2. vers. & ex hoc inferunt quidã, C. de pact.* Bal. *in l. iurisiurandi gratiã, circa prin. ff. de iureiur.* Abb. *in cõs. 108. circa fi. vers. fateor tamẽ, l. 2.* Guido de Suza. *in l. si minor,* Corset. *in tract. de priu. pacis, priuile. 88.* Nouel. *in pract. cri. c. fin. inci. quoniã, vt experientia docet, n. 88.* Ferret. *in tit. de feriis, n. 54. & 56.* Petr. Bel. *de re milit. par. 10. tit. 2. n. 56.* Lamberten. *de contract. eorum, glo. 1. n. 344. 345.* D. Octau. Simoncel. *de decretis, l. 2. tit. 6. inspect. 16. n. 136.* & in casu pacis ruptæ, etiam à maiore consuluerunt Thob. Non. *d. cons. crim. diuer. 152. n. 11.* & Ludo. Sen. *cons. 155. n. 9. l. 1.*
54 ¶ Hæc limitatio displicuit Aduocatis curialib. Prouinciæ Marchiæ, † qui propterea *in sepius allegato cons. cri. diuer. 150. n. 33. & seqq.* expressè hanc limitat. reprobando dixerunt, & pœnam cõuentionalem in pacis contractu per minorem, vel per eius tutorem celebrando adiici posse & adiectam in casu contrauentionis exigi: & quod qui contrarium afferunt, loquuntur contra communem* doctrinam, de qua * dixi *sup. n. 29. in quarta ampliatione secundæ regulæ,* quòd scilicet minor aduersùs pacis cõpositionẽ via restitutionis audiẽdus non est; ea ratione, quia in exequutionib. pœnarum non restituitur: per hanc enim rationem communiter* receptam * inquiunt ipsi Doctores; tacitè etiam sensisse videntur valere pacem pœnali stipulatione firmatam, & in terminis per hãc eandem rationem denegatæ, scilicet restitutionis, minorem teneri ad pœnam pacis ruptæ, firmauit etiam Nico. Moron. Gualden. *in tract. de fide, trenga, & pace, q. 48. n. 3. & seqq. 2. par.* & idem, quod collegiũ Maceratense, consuluit Ludo. de Alpher. *d. cons. cri. diuer. 151. n. 44. vol. 1.* à quibus nec dissentire videtur Dec. *in d. l. pactũ curatoris. ad fi. C. de pact. per doctrinã Ang. in l. 2. post prin. vers. potest etiam aliter, ff. de iurisd. omn. Iudi.* vbi dixit, quòd habens à principe potestatem vendendi bona fiscalia, potest etiam in tali venditione omnia pœnalia pacta, iuxta morem regionis apponere. Ita pariter tutor, qui à lege potestatem habet faciendi pacem pro pupillo, censetur etiam & eandem potestatem habere in ipsa pace apponendi pœnalem stipulationem: quæ, vt omnibus notum est, per Notarios de generali & vniformi consuetudine apud nos in similibus contractibus pacis semper apponi solet; licèt forsan apud Lamber. prout ipse testatur *in d. gl. 1. eo. num. 345.* consuetudo prædicta non ita vniformis vigeat.

¶ Nec obstat ratio per Doctores in contrarium suprà allegatos considerata; † ea scilicet, quòd pœnalis obligatio sit 55
minori damnosa; & propterea tutor non possit illum in sibi damnosis obligare, *ad l. si minor. ff. de mino.* quia imò si verum fateri volumus, talis pœnæ adiectio, est potiùs iudicãda pupillo vtilis, quã damnosa: per eã enim rãtò magis consulitur, & saluti & honori & patrimonio suo: timor enim incursus conuentæ pœnæ vltra ordinariam delicti & pacis ruptæ pœnam, maximè remouebit pacisc entes ab iniuriis, quas forsan hinc inde inuicé illaturi essent, si talis pœna nõ incurreretur metus enim amissionis partis bonorum æquiparatur metui amissionis vitę, Butr. Ab. & alij *in c. sacris cano. de iis, quæ vi, metúsve causa,* Io. And. *in c. si vero, ext. de iureiur.* Ias. *in l. interpositas, C. de trãs.* Prouidere igitur, vt pax cũ minore facta, nec per minorẽ, nec per aduersariũ ita de facili rũpatur, maximè ipsi minori vtile esse negari nõ potest; si enim cõtingat, quòd aduersarius ei pacem rũpat, minoris vitæ salus in discrimine reperitur: si verò euenerit, quòd è contrà minor sit ille, qui pacem violat, & infamiam incurrit, quia proditor nuncupatur à Bart. *in l. respiciendum, & §. delinquunt, ff. de pœn.* & inimicitias subit, quæ aliquando integras familias & domus funditus euertunt, & ob ruptam pacem etiã circumscripta conuentionali pœna acriter, etiam forsan corporaliter, iuxta facti qualitatem punitur: ideo quò magis consulitur vt seruetur, eò magis dicitur geri negotium pacisc entibus vtile.

¶ Quid itaque dicendum? Prima opinio magis videtur à Doctoribus* recepta; hæc autẽ secũda verior & rationabi- *
lior, & quieti reipublicæ, & minorib. ipsis vtilior est, † ideo 56
si Iudex essem, ab hac vltima opinione, licèt contra cõmunem, nunquam in iudicando recederem; communis enim opinio non est præferẽda illi opinioni, quæ validioribus & meliorib. rationib. fũdata est, Matthes. *sing. 103. in addit. pag. mihi 311. col. 2. & sing. 110. pariter in addi. pa. 314. col. 4. in parua impres.* Alc. *de præs. reg. 1. præsũ. 51. n. 3.* & ibi etiã in addi. Neuiz. *cõs. 2. n. 13. & seq.* Gom. *in præ. reg. Cãcel. q. 2. n. 10.* Ferr. Garg. *cõs. cri. diuer. 126. n. 19. & 20. vol. 2.* plenè Rol. *cõs. vlt. n. 40. & seqq. vol. 2.* Osasc. *in præfat. decis. Pedẽ. n. 12.* Hier. de Mõt. *q. 1. n. 37.* & de cõi* testatur Io. Bapt. Villalob. *in suis * cõm. opi. ver. comm. opi. n. 107.* & quod sit rationabilior, vltra alias rationes consideratas per Coll. Macer. *in d. cons. cr. 150. num. 33. & seqq.* vbi videas, quia & subtiliter & doctè procedit; hãc aliam considero rationẽ, quòd scilicet, si aliter dicceremus, sequeretur inter contrahentes & pacisc entes maxima inæqualitas, cùm aduersarius minoris rumpẽdo pacẽ, teneretur ad pœnã conuentionalẽ, minor autem non: quod maximè videtur absurdum, præsertim in eo, qui postquam est effectus maior, & reperitur completæ ætatis, rumpit pacem celebratam in minori sua ætate à tutore eius nomine celebratam; & tamen inter contrahentes æqualitatem

semper

semper seruandam, omnia iura clamant, ad tradita per Roland. *consil.* 100. *num.* 5. & *seqq. vol.* 3.

¶ Et licèt D. Oddus Perus. *in suo tract. de restit. in integ. par.* 2. *q.* 85. *art.* 7. *n.* 58. mediam quodammodo viam eligendo, concludat valere hanc pacem etiam pœnali probatione vallatam, dari tamen ipsi minori aduersùs eam restitutionem in integrum, quando minor probauerit, talem adiectionem pœnæ sibi fore damnosam: ego tamen nedum pacem valere, sed nec contra eam dari restitutionem, verius crederem; eo quia nunquam minor probabit pœnæ adiectionem in contractu pacis appositam sibi posse esse damnosam, vt sup. probaui. Et in omnem euentum, quando pax est iurata, tunc nec etiam isto casu aduersùs eam dari in integrum restitutionem, admittit etiam ipse Oddus *ibidem, num.* 59. & faciunt, quæ scripsi *supra, num.* 31. & *seq.*

57 ¶ Ampliа II. Propositam tertiam regulam, † quòd licèt regulariter tutor etiam accedẽte Iudicis decreto, non possit bona minoris donare, *l. si. §. cùm autẽ*, & ibi Bar. Salic. & cõ-
* muniter* omnes, *C. si maior fact. aliena. rat. l. ab agnato, & l. fi. ff. de curat. furio. l.* 1. *§. sed si non mortis, ff. de tutel. & rat. distrah.* Ancha. *cõs.* 96. *contra donationẽ facta, col.* 1. cũ aliis post antiquiores, quos allegãt, plenè cumulatis per Ruin. *consil.* 214. *n.* 1. *l.* 1. Ripa *l.* 3. *respon.* 615. *n.* 13. Natta *cons.* 162. *n.* 17. & *consil.* 173. *per tot. l.* 1. Neuiz. *cons.* 8. *n.* 40. Aym. *in cons. pro genero, n.* 421. Roland. *cons.* 54. *n.* 29. *l.* 2. Menoch. *consil.* 29. *n.* 14. *l.* 1. & *in* 15. *remedio recuperan. possessio. n.* 162. latè Dom. Simoncel. *de decret. l.* 1. *tit.* 2. *inspect.* 1. *n.* 1. Et quòd ad huiusmodi regulam firmãdam ea ratione moti fuerint, quia scilicet donare, nihil aliud est, quàm perdere, *l. contra iuris, §. vltimo, ff. de pact. l. prohibere, §. plane, ff. quod vi, aut clam, l. filius famil. ff. de donat.* Iodoc. Damhouder. *in pupillorum patrocinio, tit. de tutor. & curator. muner. c.* 1. *n.* 56. quia tamen minor faciendo pacem, nõ perdere, sed lucrari dicitur, vt latè supra deduxi, *n.* 11. & *seqq.* ideo pro habenda pace ad fauorem pupilli, poterit tutor etiam de bonis pupilli aliquid donare, secundum Ang. *in l. Imperator, ff. de pact.* & Ias. *in d. l. contra iuris ff. eod.* refert, & sequitur Pet. à Placha *in epit. delict. c.* 45. *sub nu.* 6. Barbat. *consil.* 7. *vol.* 3. & *cons.* 41. *col.* 14. *vol.* 1. quem pariter sic referendo sequitur Collegium Maceratens. *d. consil. cri. diuers.* 150. *nu.* 25. *vol.* 1. Quod tu intelligas Iudicis decreto accedente, & non aliàs, per ea quæ in simili plenè congerit Simoncell. *vbi sup. n.* 17. & *seqq.* vbi probat, quòd in casibus specialibus, vt putà fauore piæ causæ, & aliis, in quibus valet donatio de re minoris facta à tutore, Iudicis tamen decretũ semper interuenire debet. Ergo idem in casu nostro.

58 ¶ Ampliа III. Eandem regulam, † quæ absque vlla difficultate procedit in pace per minorẽ facta cum incerto de-
* linquente, seu occisore patris pupilli, secundũ cõmunem, * de qua testantur Collegium Maceraten. *d. cons. cri.* 150. *n.* 6. & 8. & Lud. de Alpher. *simili cons. cri.* 151. *n.* 18. & 27. *vol.* 1. vt procedat etiam in pace facta cum certo delinquente, & occisore, secundùm aliam, nedum communem, sed vt te-
* stantur Doctores, magis communem * sententiam, de qua fidem faciunt Io. de Amic. *cõs.* 88. *post n.* 4. Thob. Non. præceptor meus, *in consil. cri. diuers.* 152. *n.* 4. *l.* 1. Clar. *in pract. d. q.* 58. *sub vers. quæro, an tutor*, Lambert. *de contract. eorum, gl.* 1. *n.* 342. à quibus nec dissentire videtur Hispanus Ant. Gom. *de delict. c.* 3. *tit. de homicid. n.* 66. *vers. sed his non obstantibus*, quicquid in contrarium dixerint Gandin. Bonifa. de Vitallinis, & Guido de Suzaria *ibid.* per Clarum, & Gomez. relati.

59 ¶ Limita I. Hanc tertiam regulam, † vt non procedat in pace facta à tutore, qui vel inuentarium non confecerit, vel administratio à Iudice sibi decreta nõ fuerit: cùm enim tutor ante decretã administrationem, & inuentarij confectionem bona pupilli administrare non possit, in doloq; ob non confectionẽ inuentarij præsumatur, & ab eo propterea gesta sint isto casu nulla, & inualida ipso iure, *l. tutor, qui repertorium, ff. de admi. tut. l. fin. C. arb. tuto. l. legitimus, ff. de leg. tut.*
* & vbique communiter Doctor. prout etiã de communi * Socin. iun. *cons.* 22. *ista consultatio, l.* 2. Corn. *l.* 164. *n.* 3. *vol.* 4. Rol. *cons.* 48. *n.* 9. *vol.* 3. & *cons.* 72. *n.* 6. & *seqq. vol.* 4. ideo pacem à tutore, qui inuentarium non confecit, minimè valere consuluerunt Thob. Non. *d. cons. cri. diuers.* 152. *n.* 10. Lud. Sens. *pari cons. cri.* 155. *n.* 6. *l.* 1. nec dissentit Clar. *in d. q.* 58. *sub eo. ver. quæro, an tutor, prope finem.*

¶ Contraria opinio iudicio meo (*ni fallor*) † verior latè 60
deciditur per Collegium Maceraten. *d. cons. cri.* 150. *n.* 62. & *seqq.* & per Ludo. de Alpher. *d. cons.* 151. *n.* 39. & *seq. col. l.* 1. Regula enim illa, quòd tutor ante inuentarij confectionem, & decretam à Iudice administrationem bona pupilli administrare non potest, duplici modo limitatur. Primò, vt nõ procedat in actu ipsi pupillo vtili (prout est pax) secundũ Bar. *in d. l. legitimus, n.* 9. *ff. de legit. tutò.* per tex. *in l. fi. C. de tuto. & curat. qui satis non dede.* & latiùs in simili dixi *sup. n.* 24. Secũdò, eadem regula limitatur, vt non procedat in iis, quæ dilationem non recipiũt, *d. l. tutor, qui repertorium, in fi. principij*, & ibi Bar. *ff. de admin. tut.* Neuiz. *cõs.* 17. *n.* 33. Bero. *q.* 68. Roland. *cons.* 50. *n.* 15. & *seqq. vol.* 3. & *d. cons.* 49. *n.* 9. *col. l.* Quòd autẽ pax sit talis, quæ dilationẽ non recipiat, apparet; quia donec minor stetisset obstinatus in nõ faciẽdo pacẽ, semper permansisset illaqueatus in odio & rãcore, & propterea incurrisset pericula, pœnas, & censuras, de quibus *in c. placuit, 90. distin.* Præterea ratio, quare tutori ante inuentarij cõfectionem sit à iure interdicta bonorũ administratio, ea communiter per Doctores recipitur, quia scilicet præsumitur in dolo; & ideo vti suspectus remoueri potest, ad plenè tradita per Menoch *de arb. iud. casu* 174. *cent.* 2. *l.* 2. Quæ quidẽ doli præsũptio in actu pacis, quæ semper pupillo affert vtilitatem, prorsus cessat: ideo cessante causa prohibitionis, debet etiam cessare & ipsa prohibitio: alioquin sequeretur, quòd inducta in fauorem pupillorum, in eorum odium retorquerentur, contra plenè in simili tradita per Tiraq. *de legibus connubialibus, glo.* 8. *q.* 8. *per totam.* Et pro hac contraria opinione addo Carauit. *super ritu magnæ Curiæ*, 275. *nu.* 23. & *seqq.* vbi aliis rationibus illam bene comprobat.

¶ Limita II. Eandem tertiam regulam, * vt procedat in 61
pace facta à tutore generali, vel datiuo, vel testamẽtario, secus si à speciali tutore secund. Clarũ *in pract. d. q.* 58. *co. ver. quæro, an tutor, in fi.* vbi dicit, quòd licèt aliquãdo Mediolani Senatus admiserit remissiones factas per speciales tutores, fuit tamẽ postmodũ de anno 1558. in eodẽ Senatu resolutũ, quòd huiusmodi remissiones nõ esset ampliùs admittẽdæ; & ità semper in posterum fuit obseruatũ. Bossius autem *in ti. de pace, sub n.* 14. testatur tẽpore suo seruatũ, quòd dentur curatores speciales ad hũc actũ, & valeãt paces; & quidem potuit esse, prout etiã Clarus nõ inficiatur, quòd tempore Bossij pax facta ab huiusmodi specialib. curatorib. valida reputaretur in Senatu: tempore autem Clari contrariũ fuerit seruatum. Ego autẽ crederẽ de iure valere huiusmodi paces etiã à specialibus curatorib. datas: certũ enim est, quòd pax facta à minore etiã sine tutoris seu curatoris interuẽtu, valida reputatur, quãdo Iudicis decretum interceßit, vt suprà probaui, *n.* 36. & *seqq.* quia tale decretũ supplet tutoris authoritatẽ: sed pax facta per minorẽ cũ authoritate specialis curatoris, seu per specialẽ curatorẽ nomine minoris, dicitur facta cum Iudicis decreto; quia nõ potest ad illũ actũ deputari curator, nisi à Iudice, & cũ illius decreto, *l.* 3. *ff. de autho. tut. l.* 2. *C. quãdo mul. tut. offi. l. fi. C. arb. tut.* Ergo in isto casu pax pariter valida reputari debet. Nec refert, quòd decretũ interpositũ in deputatione specialis curatoris ad pacẽ, re vera nõ dicatur interpositũ in ipsa pace; quia paria sunt, quòd Iudex interponat decretũ in aliquo actu, vel in deputatione curatoris ad illũ actũ, tex. est notabilis *in l. sine generalis, vers. sed vt expediatur q. ff. de iure dot.* vbi si fuerit cõstitutus curator ad dandã dotẽ, quãdo dos constituitur, nihil aliud quærendũ esse Terẽtius ibi rescripsit: facit etiã tex. *in l. tutor rerum*, & ibi Bart. *ff. de administrat. tuto.* vbi si mandato minoris ad contrahendum, vel alienandũ, Iudicis decretum cum debitis solemnitatibus interceßerit, non requiritur postea aliud decretũ in actu procuratoris, quãdo nomine minoris contraxit. Sic in proposito, si in deputatione curatoris ad faciendum pacẽ pro minore Iudex suum interposuit decretum, non est opus alio decreto, quando ipse curator pacem facit. † Generale enim, quòd decretũ semel in actu interpo- 62
situm, non est ampliùs necessariũ in illius actus exequutione, gl. *in l. Lucius Titius in glos.* 2. *ff. de administrat. tuto.* Bald. *in l. fi. §. sin autem in secunda, in fin. C. de bonis, quæ liber.* Affl. *in const. Siciliæ, incip. constitut. col.* 12. *ver.* 10. *quæro*, Imo. & Ro. *in l. vsufr. ff. sol. mat.* Capic. *dec.* 182. *n.* 11. cũ aliis cumulatis, & inductis per Do. Oct. Simõc. *de decr. l.* 2. *ti.* 5. *n.* 43. & *seqq.*

¶ Limita

¶ LIMITA III. Tertiam hanc regulam,† vt tunc demum tutor possit pro suo pupillo facere pacem, quando scil. talis pax est eidem vtilis & expediens: vtputà (vt exemplificant Doctores) quando ob potentiam aduersarij, inimicitia esset ipsi periculosa: secus si pax non vtilis, sed ignominiosa est: traditur hæc distinctio per Spec. *in tit. de homicid. col. 2. versi. illud autẽ quæritur*, & ibi Io. And. & Bald. *in addit. circa fin.* Bald. *in l. 1. col. 2. vers. de minore, ff. de pact. & in rubr. extr. de treuga, & pace, ante fin. vers. quæritur, vtrum pupillus, & in l. iurisiurãdi gratiã*, & ibi Alex. & Ias. *ff. de iureiurã. & in l. minoribus 25. annis, in 1. lectura, circa medium, ver. per hoc dicunt quida. ff. de minor.* Iacob. Butrig. *in l. tutoris*, & ibi Ang. & Castren. qui illam legem legit *cum §. plerũque legis rescriptum, circa fin. versic. Iacob. Butrig. inducit. ff. de pac.* Butrigar. Bal. Alber. Sali. Castr. Alex. Aret. Ias. Dec. Aquen. & omnes *in l. pact. curatoris, C. de pact.* Ang. *in l. Imperat. circa fi. ff. eo. in l. si non conuity, in fin. C. de iniur. in l. personã, circa fin. tit. de pactis.* Abb. *d. consi. 108. in fin. l. 2.* Alex. *in l. præsens, col. 1. in fin. versi. pro quo facit conclusio, C. de transact.* Paris de Put. *in tract. de syndic. in verb. cõpositio, versi. vlt. circa prædicta, col. 2. versi. & quando ipsi hæredes*, Carret. *in pract. in materia homicid. §. 29. excusatur, pag. mihi 224. n. 34.* Pet. Bal. *de re milit. parte 10. ti. 2. sub n. 56.* Nou. *in pract. cri. c. fin. incipiẽ. quoniam vt experientia docet, n. 48.* Octau. Simõcel. *in tract. de decr. l. 2. tit. 6. n. 138. in fi.* Thob. Non. præceptor meus *in consi. cri. diuer. 152. n. 3.* Carauita *super ritu magnæ Curiæ 275. n. 19. in princip.* vbi testatur de cõmuni Doctor. opinione, prout etiam & de communi, & magis communi* testantur Alex. *in d. l. pactum curatoris, ante fin. versi. vlt. facit hæc lex, n. 7.* Nell. *in tract. de bannit. d. q. 32. & seqq.* Villapã. *super l. 21. c. 29. n. 5.* Pet. à Placha *in epit. delict. c. 45. n. 7.* Curt. iun. *in d. l. pactum curatoris, n. 17.* Crot. *in l. 4. §. Cato, in prima repetit. n. 169. ff. de verb. obligat.* Carauita *super ritu magnæ Curiæ, 275. post n. 16.* Collegium Macerat. *in consil. cri. diuers. 150. n. 7. & 8. l. 1.* Steph. Lamberten. *in tract. de contract. eorũ, gl. 1. n. 343. in fin. & n. 347. pariter in fi.* Octau. Vulpel. *in trac. de pace, quæst. 18. n. 4.* Clar. *in prac. d. quæst. 58 versi. quæro, an tutor, prope finem*, nec dissentit Odd. Perusin. *de restitut. in integ. par. 2. q. 85. art. 7. n. 44.* dixi *sup. n. 8. ad fin. ver. quarto facit.*

¶ Sed certè, quidquid sit de iure, contrarium seruatur de consuetudine, secundũ Clar. *in d. versic. quæro, an tutor. ad fin.* vbi testatur quòd in eo Ducatu Mediol. indistinctè admittitur pax facta à tutore pro pupillo absq; alia causæ cognitione: An scilicet talis pax sit vtilis, vel non vtilis, & idem ante eum testari videtur Bossi. *in tit. de pace, n. 14.* Et, ni fallor, talis obseruantia, licèt, vt præfertur, sit contra communem præcedentẽ distinctionem, nec placeat D. Vulpellio *in loco citato*, satis tamẽ iuridica & rationabilis mihi videtur: quia, vt sup. probaui *nu. 11. & seqq.* nunquam crederem reuera posse, quòd pax pupillo sit futura dãnosa, vel ignominiosa; ideo nec etiam apud nos vidi vnquam per Iudices fieri aliquam difficultatem & perquisitionem in similibus pacibus per tutores nomine pupillorum factis, an scilicet sint vtiles, nécne, quia semper vtiles præsumuntur, & vide quæ dixi suprà, *num. 12. versic. & ex prædictis.*

ARGVMENTVM.

Accusator falsus, quando, & quomodo puniatur.

SVMMARIVM.

Clericus calumniator quomodo puniatur, num. 7. in fi.

Calumniator de iure punitur pœna talionis, num. 1. & ideò vigore Bullæ Pij V. num. 5. ver. sed in proposito.

Calumniatoris crimen graue est, num. 2.

Imò ad pœnam talionis accusator se in accusationis libello subscribere debet, d. n. 1. vbi remissiuè ampliatur & limitatur hæc conclusio pluribus modis.

Quæ talionis pœna erat de iure diuino, d. num. 2.

Accusator an debeat se subscribere in principio accusatorij libelli, an verò in fine, num. 1. in fine.

Sed quia hodie talionis hæc pœna recessit ab aula, n. 3. & n. 5. in fine, vbi quid de impetrante beneficium per priuationem alterius; An debeat se ad talionis pœnam subscribere, & quid obseruetur etiam in Regno Neapolitano.

Ideò calumniator non tenetur ad pœnã falsi, præterquàm in casibus, de quibus num. 4. & num. 7. in fine. Et vt pœna arbitraria puniendus, num. 5. 6. & 7. Intellige de iure communi; sed vigore Bullæ Pij V. pœna talionis fuit innouata, num. 5. vers. secà in proposito.

Quæ arbitraria pœna augeatur in solito calumniari, n. 6.

Item augetur in calumniante Officiales, n. 7.

Et insuper calumniator tenetur ad damna, expensas, & interesse, num. 8.

Item ex statuto vrbis in curia Capitolij, quomodo puniatur calumniator, num. 9.

Accusator si se subscripserit ad pœnam talionis, cùm se subscribere non debuisset, non tenetur ad eam pœnam, n. 3. in fine.

Calumniator etiam præsumptus condemnatur in expensis, num. 11. contrarium seruatur de consuetudine, num. 12. declara. in num. 13.

Et quis dicatur calumniator verus, n. 10.

Quis autem præsumptus, d. n. 11.

Instigator calumniosus quando puniatur, n. 14.

Denunciator calumniosus tenetur pœna falsi, & ad damna, & interesse, n. 15. & 19. limita, quando est in vera calumnia; secus si in præsumpta, n. 19. sublimita in denunciatore voluntario, qui punitur etiam, quòd sit in præsumpta calumnia, n. 17.

Explorator falsus quomodo puniatur, n. 17.

Denunciator non se inscribit ad pœnam talionis, n. 18.

Denunciator nõ tenetur probare contenta in denũciatione, n. 19.

Denunciatores eliguntur per singula castra ad denunciandum maleficia, num. 16.

Fiscus per calumniam instigans tenetur ad damna, & interesse, num. 20. item punitur pœna ignis, n. 22. dummodo sit vera calumnia, secus si in præsumpta, à qua necessitas officij eum excusat, n. 22. 23. vbi de materia.

Fiscus non iurat de calumnia, n. 22. in fin.

Fiscus nunquam à reo condemnato repetit expensas, n. 24.

Iudex per calumniam inquirens tenetur ad damna & interesse, ac etiam criminaliter punitur, n. 25. dummodo sit in vera calumnia: secus si in præsumpta, à qua necessitas officij eum excusat, n. 26. & in vera calumnia tunc Iudex dicitur, quando inquirit non legitimis indiciis præcedentibus, n. 27.

Iuramentum calumniæ etiam in criminalibus præstatur, n. 28.

Non tamen excusat ab expensarum condemnatione, & à præsumpta calumnia, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, n. 29.

Calumniator potest condemnari: & in eadem sententia in qua reus absoluitur, & post sententiã per viã principalis actionis, n. 30.

Accusatus potest pendente accusatione accusatorem suum de calumnia accusare, n. 30.

Calumniator carceratur & legitimis præcedentibus indiciis torquetur, n. 31. & 32.

Calumniator punitur, etiam quòd calumniam proponat non agendo, sed excipiendo, n. 11. in fin.

Iusta causa excusat à calumnia tam in ciuili quàm in criminali causa, n. 33. & 35.

Calumniator, qui vltra calumniosam accusationẽ producit falsos testes, aut aliã immiscet falsitatẽ, quomodo puniatur, n. 7. in fi.

Coniunctio sanguinis probat iustam causam excusandi à calũnia, n. 36. & ibi etiam, quid econtrà de accusante coniunctum.

Item iusta causa excusat ab omni pœna iuris & conuentionali, n. 35. 36. & 37.

In dubio tamen iusta causa non præsumitur nisi probetur, n. 38.

Et propterea accusatori ad eã probãdã debet statui terminus, n. 39.

Causa autem iusta quæ sit, remittitur Iudicis arbitrio, n. 40.

Semiplena probatio excusat accusatorem à calumnia, n. 41. vbi idem etiam in causa ciuili. fallit 1. in casu, in quo iuramentum in supplementum non defertur, n. 42. & seqq. vbi de materia huius limitationis. fallit 2. in accusatore soluto calumniari, n. 47. fallit 3. quando illa accusatoris semiplena probatio fuit elisa per contrariam rei probationem, n. 48.

Iuramentum in supplementum non defertur in causa criminali, num. 43.

Accusator excusatur à calumnia, si à testibus fuit deceptus, n. 49.

Item si credidit viro fide digno, n. 50. & seqq.

Dictum viri fide digni excusat credentem à dolo & pœna, n. 51.

Necessitas officij excusat à præsumpta calumnia: secus à vera, n. 52. & seqq.

Tutor excusatur à præsumpta calumnia, n. 53.

Hæres

Hæres accusando super morte occisi excusatur à præsumpta calumnia, num. 54.
Barbitonsores excusantur à præsumpta calumnia, num. 55.
Barbitonsores tenentur pœna falsi, si in eorum relationibus minuunt, aut aggrauant qualitates delicti, num. 55.
Immensus dolor est iusta causa excusandi à calumnia, n. 56.
Alia iusta causa est atrocitas delicti, num. 57.
Item mulier excusatur à præsumpta calumnia, num. 58.
Si accusator probauit accusationem per testes, licèt inhabiles sint, excusatur à calumnia, num. 69.
Inculpatio occisi est iusta causa excusandi à calumnia, numer. 60.
Item fama, num. 61.
Item quælibet indicia tribuunt accusatori iustam causam, num. 61.
Et licèt iusta causa excuset à calumnia, non tamen excusat fatua & iniusta, num. 63. & seqq.
Causa enim fatua & iniusta, licèt regulariter excuset delinquentem, vt in num. 64. id tamen procedit in extraiudicialibus, secus in iudicialibus, num. 65.
Item iusta causa non excusat accusatorem, quin possit actione iniuriarum conueniri, num. 66. sed contrà, num. 67. & seqq.
Iniuria sine dolo non committitur, num. 67.
A quo dolo causa iusta & iniusta excuset in crimine iniuriarum, num. 68. & seqq.
Iusta causa licèt excuset à pœna calumniæ, non tamen excusat ab expensis, num. 70. sed contrà, num. 71.
Item iusta causa non excusat stante statuto, quòd victus victori, &c. num. 72. sed contrà, num. 73.
Item iusta causa etsi excuset à præsumpta calumnia, non tamen excusat à vera, num. 74.
Calumniator punitur etiam quòd sit persona nobilis, calumniatus autem persona vilis, num. 11. in fi.
Qualitas personæ excusat à calumnia, num. 58. in fi.

QVÆSTIO XVI.

ACCVSATIONIS materiam prosequendo, † pro illius complemento, quærendum in hoc titulo vltimo loco duxi, Qua pœna puniatur calumniator, seu falsus accusator. Resolutiuè dicas, quòd de iure est pœna talionis ad similitudinem supplicij, ea scilicet, quam merebatur accusatus, si delictum, de quo accusabatur, commisisset, & ad hanc pœnam accusator ipse etiam cum promissione de prosequendo accusationem vsque ad finem causæ in accusationis libello se subscribendo adstringere debet, in tantùm quòd ex falsa accusatione ordinarij criminis, ordinaria eiusdem criminis pœna puniendus est; ex falsa autem accusatione extraordinarij criminis extraordinaria pariter pœna, iuxta illius qualitatem arbitrio Iudicis plectendus venit. Probatur hæc omnia *in l. 1. §. calũniatores, ff. ad Senatus. Turp. in l. fin. §. 1. C. de accusat. in l. fin. C. de cal. in l. libellorũ, & in l. 3. Cod. qui accus. non possunt, auth. sed nouo iure, C. de adult. c. 1. & 2. 2. q. 3. c. 1. 2. 3. 4. & 5. quæst. 6. c. qui crimen, secunda, quæst. 8.* glos. *in dicta l. 1. §. sed non vtique,* & ibid. Bart. *ff. ad Turpill.* Alber. *in l. fin. ff. de priuat. delict.* Bartol. *in l. si cui, in princip. num. 2. ff. de accusat.* Alexand. *consil. 11. num. 7. volum. 1.* Rube. Alexan. *in l. penul. §. ad crimen, ff. de publ. iudic.* Paul. Ghirlan. *in tract. de relaxat. carcerat. titulo de calumniato, cap. 2. n. 3. in fin. & num. 9. pariter in fin. & seqq.* Boss. *in tit. de accus. n. 17.* Diaz *in practica crim. canon. cap. 59. in prin. secundùm antiquam impressionem, & secundùm nouam, c. 65. n. 2.* Laurent. Tennin. *caut. 1. n. 1. & 2.* Menoc. *de arbit. iud. quæst. casu 322. n. 1. & seqq. lib. 2. cent. quarta,* Iul. Clarus *in practica, §. fin. quæst. 12. versic. dixi quoque, & seq. & quæst. 81. in princ.* Conrad. *in pract. tit. de accusat. num. 15. in fin. pag. 231.* De communi * testantur Doctores *in c. super hu,* Aretin. videlicet, *num. 21. & 33.* Abb. *n. 8.* Marian. *n. 17. & 19. de accusat.* Bertran. *cons. 267. in prin. l. 4.* Duen. *reg. 27. princip.* Card. Alex. *in c. libellorum, circa fin. 2. quæst. 8.* Et propterea accusans aliquem de capitali crimine, si in accusatione tanquam calumniator succumbat, capitali etiam pœna puniendus est, *l. vni, §. sane,* & ibi gl. *in verbo, capitali, Cod. de fam. libell. & in l. omnes, in fin.* & ibi etiam gl. fin. *C. de delat. l. 10.* Et de hac talionis pœna, ac illius subscriptione, vide nouissime Sigism. Scaccia *in tract. de iud. cauf. ciuil. crim. & c. c. 51. n. 7. & seqq.* vbi facit regulam, quòd in accusatione de iure communi, etiam necessaria est talis subscriptio, eámque ampliat vno modo, & limitat quatuor modis, & *n. 17.* vbi an talis subscriptio debeat fieri in fine libelli accusatorij, an verò antea.

¶ Fuit autem † talionis hæc pœna ad accusatorum temeritatem refrenandam propter delicti grauitatem iure ciuili indulta, teste Iulio Claro post alios *in prac. crim. dict. quæst. 12. sub versic. dixi quoque*; nulla enim est (teste Marco Iulio *in Orat. 9. ad Delium, quæ Diuinatio dicitur*) salus Reipublicæ maior, quàm eos, qui alterũ accusant, non minùs de laude & honore ac de fama sua, quàm illos, qui accusantur de capite & fortunis suis pertimescere. Et, vt inquit Paul. Ghirlan. *in d. tract. de relaxat. carcerat. tit. de calumniat. c. 2. n. 4.* Si hodie calumniatores hac graui talionis pœna plecterẽtur, non vtique orirentur quotidie tot pauperum innocentũ clamores, & querelæ, qui post multa opprobria grauésque iniurias, quas sæpius patiuntur, non cogerentur indebitè, tam multas expẽsas, & quàm plurima damna indebitè sustinere: sed cautiùs discerent viri maligni aliorum crimina, tum falsa, tum simulata, in iudicio proponere, & in alienis calamitatibus gloriari, iuxta illud Prouerb. 17. c. *Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtẽperat labiis mendacibus. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius, & qui ruina latatur alterius, non erit impunitus.* Immò secũdùm Domi. Coto. *in tract. de iustit. & iure, l. 5. artic. 4.* non solùm naturali iure, sed etiam diuino talionis hanc pœnam probari, dicendum est, vt legitur *Exod. c. 21. & Deuteronom. c. 19.* & sequitur Duen. *d. reg. 27. in fine princip.* & vt refert Dom. Menoch. *in præallegat tract. de arbit. iud. quæst. casu 322. l. 3. cẽt. 4. n. 12.* Item legitur Esther *c. 8.* Aman calumniatorem laqueo suspensum fuisse, quòd innocentem Mardochæum suspendi calumniosè curauerat. Et Aristot. *l. 6. Polit. c. 5.* censuit in bene instituta Republica calumniatores esse graviter puniendos, & Demosthenes *in oratione prima contra Aristog.* calũniatores crudeles appellari, ipsósque velut viperinam habentes naturam puniendos esse admonet. Et, vt adnotauit Nicol Ant. Grauat. *in addit. ad Vestr. in pract. l. 6. cap. vltimo, n. 22.* Agesilaus maiori odio calumniatores, quàm fures insectabatur; prout hæc omnia refert idem Menoch. *d. casu 322. numero 9. & seqq.* Plura autem ad huius criminis detestationem, ac plures pœnas antiquis iuribus, & temporibus imponi solitas, videas per Ignat. Lopez. ad Diaz. *in practica crimin. canon. capite 65. litera B, versic. illud autem,* & per Laurent. Tennin. *caut. 1. ante numer. & 1. dicto numero primo.* Stante igitur grauitate delicti, meritò fuit à iure imposita talionis hæc pœna, & ad modum delicto commensurata, prout antiquorum & recentiorum authoritatibus bene demonstrat Sigism. Scaccia *in tract. de iud. huiusmodi ciuil. crim. & c. cap. 51. n. 12.*

¶ Verùm † cùm, vt experientia docuit, propter grauitatem pœnæ prædictæ multi ab accusando se continebãt, nolẽtes se supplicij similitudini & talionis pœnæ propriæ manus subscriptione submittere: ideò quicquid sit de iure, hodie, vt omnes * sciũt, & talionis pœna, & inscriptio prædicta ab * aula secesserunt de generali consuetudine, de qua testantur Spec. *in tit. de accus. §. primo, n. 4. in fin.* Bart. *in l. si cui, in princ. num. 2. in fine, ff. de accusat.* Salicet. *in l. qui crimine, num. 4. C. qui accusare non poss. & in l. non ideo minus, n. 3. C. de accus.* Alber. *in l. eum quem tenere, num. 2. in fi. ff. de iud. & in l. seruum, §. publicè, n. 23. ff. de procurat.* Ang. & Salic. *in authen. sed nouo iure, C. de accus.* Felin. *in c. super his, n. 5. de accus.* Marsil. *in prac. crim. §. sequens, num. 21.* Card. Alex. *in c. de accus. col. 4. in fine, 2. quæst. 8.* Gandin. *de malefi. rubr. qui poss. accus. num. 38. & in rubr. qualiter fiat accusatio, n. 6.* Angel. *de malefic. in verbo, & ad querelam, n. 5.* & ibi August. *in addit.* Practica Papiensis, *in forma inquisitionis, in versic. hæc est quædam inquisitio, n. 1. in fi. apostilla ad Vital. de malefi. in rubr. quid sit accusatio, n. 12. in verbo, inscribere,* Millius *in suo repertorio, verbo, accusator.* Conrad. *in pract. tit. de accusat. n. 4. pag. 224.* Dec. *in l. fugitiui, nu. 22. Cod. de seru. fugiti.* Nicol. Bellon. *consil. 43. n. 12.* Duen. *reg. 27. prope fin. versicul. est tamen notandum,* Affli. *l. 1. constit. rub. 12. n. 16. & rub. 51. §. præsenti, in princip. & lib. 2. rubr. 13. n. 7.* Carauita *super ritu magnæ Curiæ, 199. n. 2.* Siman. *in trac. de her. c. 62. n. 35.* Gram. *super const. Regni, fol. 61. n. 11.* Franc. Marc.

Marc.*decis.*683.*num.*4. Rube. Alexandrin. *in lib.penul.*§. *ad crimen,n.*5.*de public.iudic.* Gig. *de crimine læsæ maiest.fol.* 58. *quæst.*1.*num.*6.*lib.*1.*in tit. qualiter in crim. læsæ maiest. proced.* Boss.*in tit.de inquisitione,post num.*14.*& in tit.de accusat. nu.* 17.*in fin.* Didac. *lib.*2.*var.resol.cap.*9.*n.*1. Alc.*lib.*8.*Parergon.* c.8. Clar.*in pract.dict.q.*12.*versic. cæterùm hodie,& q.*18.*versi.* 1.*& seqq.in discursu,& q.*81.*versi.sed quæro, nũquid,* Menoc. *præalleg.casu* 322.*n.*3. Honded.*cons.* 112.*n.*10. & nouissimè Sigism. Scac.*in tract.de iud.caus.crim.c.*51.*n.*13. vbi quòd talis pœna recessit ab aula,etiam in curia Romana,non solùm de consuetudine, sed etiam de iure communi,per tex. *in* §. *pœna, Institut. de iniur.*& Menoch.& Andr. Guid.*in locis per eum relatis,& n.*14. vbi latè disputat de ratione,propter quã dictæ pœnæ fuit derogatum,vel à iure, vel à consuetudine, *& num.*16. vbi docet, quid iuris, si accusator se subscripserit in accusatione ad pœnam talionis, cùm se subscribere non debuisset, an adhuc veniat puniendus pœna talionis, & concludit quòd non.

4 ¶ Ideo hodie † licèt nonnulli dixerint falsam accusationem pœna falsi teneri, quos refert, & reprobat Laurent. Tennin.*caut.*1.*n.*6.*& seqq.* vbi latè & ante eum Bossius,qui concordantes pro sua opinione adducit,*dict.tit.de accus.nu.* 17.*per tot.*& Boss. sequitur idem Menoc.*d.casu* 322.*n.*5.*& post hos* Hip.Rimin.*cons.*303.*n.*1.*iuncto n.*20.*vol.*3. Baiard.ad Clar.*in pract* §.*fi.quæst.*62.*n.*32. præterquam in casu, in quo accusator interrogatus respõdet,se velle vti querela & probationib.superinde factis,vt per eund.Boss.*ibi n.*24.*& seqq.* & Clar.*q.*62.*versi.sed quid si accusator,in fin.* ac etiam quãdo accusator vti testis medio iuramento examinatus deponit, vt per eund. Boss.*ibid.sub d.n.*17.& est de mẽte Petri Duen. *d.reg.*27.*prope fin.versic.quod tamẽ in testibus.* in quibus duobus casibus calũniator pœna falsi tenetur,extra tamen prædictos casus,& addit alium casum,in quo calũniator etiam pœna falsi tenetur, quando scil. ad accusationis probationem falsos testes introduxerit, aut aliquam falsitatem immiscuerit vltra accusationem, vt dixi *infrà n.*7.*in fin.*

5 ¶ Calumniatoris autem pœna,† siue accusatio,si sit facta de crimine extraordinario,siue etiam de ordinario,semper tamẽ erit extraordinaria, & iuxta obiecti criminis & accusatorum qualitates, aliásque debitas circunstantias Iudici arbitraria,vt post alios,quos citat,concludit ex mente Doctorum D.Menoc.*d.casu* 322.*n.*3.& ante eum Boss.*in tit. de præuaric.n.*8. Ignat.Lop.*in pract.cri.canõ.c.*65.*litera B.* Et licèt idem Boss.*d.tit.de accus. n.*17.*in fin.* calũniatoris pœnam tanquam à iure non determinatã pecuniariã fore ex communi * obseruantia apud eũ asserat,Clar. tamen *in d.q.*81. *versic.sed quæro nunquid,prope fi.* dicit,quòd etiã quòd hodie sit sublata pœna talionis, si tamen aliquis faceret capi aliũ, qui esset innocens,& appareat, quòd id per calũniam fecerit,vt illum decapitari faceret,fortè ipse non euitaret similẽ decapitationis pœnã,prout eã non euitasse,sed fuisse quemdam Perusij decapitatum, testatur Bald. *in l.*2.*n.*4.*C.de his, qui latrones.* Refértque idem Clar. *in d.loco,* quòd aliàs apud eum 26.Augusti,1558.fuit ad catenam infamem condemnata quædam Angelina Corbetta, quæ falsò accusauerat quosdam, quòd illã per vim & præpostera Venere cognouissent,& nisi fuisset prægnans,vix vltimi supplicij pœnam euasisset:& aliàs etiã 13.Septemb.1560.quendam Christophorum Adornum pro falsa notificatione per triennium fuisse ad triremes cõdemnatum. Et hæc Clari exempla refert & etiam comprobat Laur. Tennin. *caut.*1.*n.*11.*per tot.* vbi pluribus demonstrat isto casu Iudicis arbitriũ, si ita ex circumstantiis, & qualitatibus aggrauantibus iuri consonũ iudicauerit, etiam ad mortis pœnã inclusiuè extendi posse: nec dissentit Sigism. Scaccia *in tract. de iudic.caus.ciuil.crim. & c.c.*51.*post n.*18. ¶ Verùm ego, si Iudex essem,nunquã falsum accusatorem ad mortẽ condemnarem,si ex falsa accusatione nullus mortuus fuerit,quãuis accusatio esset de capitali crimine;quicquid aliàs in contrarium seruatum fuisse testetur Bal.*vbi sup.citatus*:satis enim erit isto casu eũ transmittere ad triremes (prout dicit Clar.)in quib.singulis diebus mille patiũtur mortes.Nisi forsã cum falsa accusatione aliquam magnã falsitatem immiscuisset accusator ille:quia tunc si agatur de capitali crimine,& de calũnia,hac falsitate in personas egregias cõmissa, prout in casu quem recensẽt Gigas *in loco relato infrà,n.*7.*in fin.* non erit vtique inconueniens,calumniæ pœnam etiam vsque ad mortem inclusiuè extendere *ex præallegatis*;aliàs secùs.

[¶ Sed in proposito vide Bullam Pij V.*in ordine quintam in Bullar.part,*2.*fol.mihi* 926.*vers.monemus præterea.* vbi per calumniam denunciantes ad pœnam talionis teneri voluit & mandauit: & sic,licèt inscriptio ad hanc talionis pœnam non sit ampliùs in vsu, vt suprà probaui; ipsa tamẽ pœna videtur innouata vigore dictæ Bullæ. Ideò concludendo dicere possumus,] calumniatoris pœnam de iure communi, hodie arbitrariam esse,modò scilicet pecuniariam,& modò etiam corporalem, iuxta facti, & personarum qualitatem: [vigore autem d. Bullæ Pij V. esse pœnam talionis.] Huiusmodi enim constitutiones renouantes antiquam talionis pœnam,ac subscriptionem seruandas esse, & valere, dubitandum non est; provt in simili curia Neapolitana adesse ritum in ordine sextum,quo cauetur,vt nemo ad accusandum admittatur; nisi se obligauerit ad probandum sub certa pœna,refert Baiard.ad Clar.*in pract.crim.& qu.*81.*n.*4. *& seqq.* vbi etiam,quid de impetrante beneficium per priuationem ex aliquo crimine,an ad hanc talionis pœnam se subscribere debeat,antequam ad agendum admittatur,de quo vltimo vide Sigismund.Scacciam *vbi sup.d.cap.*51.*n.*13.*vers.limita modò,* cum allegatis per eos.

¶ Et si aliquis reperiatur calumniator, qui consueuerit 6
alias falsas proponere accusationes, acriùs puniendus est, quàm qui semel tantùm calumniatus est,Boss.*d.tit.de accusat.num.*17.*in fin.* & faciunt,quæ infrà,& generaliter scripsi *in tit.de delict.& pœn.q.*23. Imò & posset isto casu puniri in linguæ & capitis amputationem, si credendum est Franc. Marc.*dec.*738.*part.*1.quem refert Laurent. Tennin.*cau.*1.*n.* 9.& 10.& hos etiam referendo sequitur Baiard.ad Clar. *qu.* 81.*n.*7.*& q.*62.*n.*33. motus authoritate Baldi,quem allegat *in l.data opera,circa finem,C.de accusat.* per tex.*in l.omnes,C.de delat.lib.*10. De quo tamen dicto Bal. valdè dubito. Primò, quia illum sic dicentem, in libro meo non inueni, imò nec tex. *in d.l. data opera*, positus est sub titulo *de accusat.* provt præfati Doctores præsupponunt,imò sub tit.*de his,qui accusare non pos.* Secundò,quia tex.*in d.l.delatores*, tale quid nec etiam dicit. Quamuis ibi glo. fina. *in Cod. Theodosiano*, pœnam illam amputationis linguæ & capitis scriptam esse asseruerit, eámque imponi posse stante calumniandi consuetudine affirmauerit. Tertiò, quia quicquid sit de iure, hodie est de consuetudine: namque pœna non capitalis efficitur capitalis propter delicti iterationem, prout dixi *infrà,quæst.* 23.*num.septimo.*& hoc est quod voluisse videtur Boss.*in d.titu.de accusa.n.*17.*in fin.* dum etiam loquens per verbum *fortè*, dixit, quòd quando quis ita facere consueuisset, fortè arbitrium Iudicis esset acrius punire, quàm pœna pecuniaria: non autem dixit in pœnam linguæ seu capitis amputationis; & ita teneas quicquid præfati Doctores, vnus post alium parum accuratè loquentes, affirmare ausi fuerint.

¶ Item † qui officiales & Iudices falsò querelatur,multò 7
grauiùs pariter puniri debet, quàm qui priuatos accusat, ad plenè tradita per Paridem de Put. *in trac.de Syndic. in verbo, iniuria Officialis,c.*1.*per totum.* Rondinell.*de syndic. pag. mihi* 123.*n.*67.*& sequent.* Amad.*in simili tract.de syndic.pag.*10.*col. quarta,vers.quæ autem,* Boss.*in ti. de offi.corrupt.n.*35.*& n.*37. quibus in locis licèt præfati Doctores,& præsertim Boss. falsò Officiales querelãtibus de publico,& capitali crimine,capitalem quoque mortis pœnam vti parẽtum homicidis imponendam fore existimẽt,ad tex.*in* §.*ex aduerso,*& ibi glo.*in Auth.vt Iudi.sine quoquo suffrag.* aduerte tamẽ,ne erres, quia loquũtur secundùm terminos iuris communis, quo talionis pœna ad supplicij similitudinem calumniatoribus statuta est. At secus hodie de consuetudine, secũdùm quam cùm(vt modò dixi)pœna sit arbitraria,nũquã falso accusatori mortis pœna infligitur; sed vel pecuniaria, vel corporalis pro motu Iudicis,& in specie, quod falsò inculpans Officialem de barattaria,in causa ciuili puniatur amissione, vel æstimatione litis:in causa verò criminali confiscatione bonorũ, tradit Amade.*in loco nuper citato,*& Boss.*d.n.*37.*in ti.de accus.& in ti.de præuaric.n.*8.*in fi.* vbi refert, quòd Mediolani quidam Aduocatus,qui fuerat instigator, vt plures querelæ contra bonum

Officialem

Officialem erigerentur, & non probauerat eas, iussus est exulare perpetuò ab illius status dominio, & ad omnia damna, expensas, & interesse per Officialem passa damnatus.

¶ Et rursus, quando quis alterum calumniando carcerari facit ob illicitam causam; putà vt aliquid turpe faciat accusato existente in carcere, prout sæpe contingit temporibus nostris in iis, qui vt cum aliqua muliere liberam habere possint conuersationem, eius virum carcerari procurant, & dum is in carceribus detinetur, tori matrimonia violant, quòd talis falsus accusator, instigator & calumniator sit multò acriùs puniendus, quam qui suam, vel suorum propriam iniuriam calumniosè prosequitur. Testis est vir ille nobilis (cuius nomen taceo) qui non multi sunt menses, ob similem calumniosam instigationem transmissus ad triremes fuit. Reuerendissim. D. Vrbis Gubernator de mandato Sanctiss. D. N. Gregorij XIII. ampliùs Iudicem illum, qui ad calumniatoris instigationem (licèt ignoranter, & inscius) maritum pulchræ mulieris occasione prædicta carcerari fecit, ab officio remoueri iussit. Sic itaque circa mortem naturalem pœnam prædictam arbitrariam esse concludas, & ita semper seruari vidi.

¶ Aliquando tamen, si cum falsa accusatione, & calumnia immisceat falsus accusator falsitatem alicuius scripturæ, vel testium, prout de anno 1551. Gigas *in tractat. de crimin. læsæ maiest. li. primo, tit. qualiter in crim. læsæ maiest. q. 16. n. 2.* cõtigisse testatur in illo sceleratissimo presbytero Veronense, qui falsas fabricauit literas, vt falsò de crim. læsæ maiestatis contra Venetorum Rempublicam accusaret quosdam fratres nobiles Comites Veronenses. Hoc enim & simili casu non erit absurdum dicere hunc calumniatorem non solùm teneri pœna falsi, vt per Laurent. Tennin. *caut. 1. n. 9.* & per Baiard. ad Clar. *in pract. §. fina. quæst. 62. num. 32.* quæ falsi pœna, vt suo loco dixi, arbitraria est, sed etiam quòd talis pœna arbitraria possit vsque ad mortem extendi, prout in eodem presbytero idem Gigas extensam fuisse dicto loco testatur, qui propterea ad geminas columnas laqueo suspensus fuit. Et faciunt scripta per Lauren. Tennin. *cautel. 3. num. 10.* quem & refert Baiard. ad Clar. *q. 81. n. 7.*

¶ Verùm quod attinet ad clericum calumniatorem, vide omnino Diaz *in pract. crim. canon. ca. 65. n. 3.* secundùm nouam impressionem, vbi ponit quatuor casus, in quibus potest calumniari, videlicet accusando, denunciando, excipiendo, & contra electorum crimen obiiciendo; & in vnoquoque casu ponit qua pœna secundùm canones clericus calumniator puniri debeat, & bene declarat materiam.

8 ¶ Tenetur † insuper vltra prædictam pecuniariã, seu corporalem pœnam calumniator ad omnia damna, expensas, & interesse per accusatum & calumniatum passa: sicut enim in ciuilibus victus victori in expensis condemnatur, ita etiã in criminalibus, *l. fin. 1.* & ibi Bart. *C. de fruct. & lit. expens.* glossa magna *in cap. sinè litibus, extr. de dolo & contumac.* Idem Bart. *in l. cum quidã, n. 6. dicto tit. C. de fruct. & lit. expens. & in l. prima, in princip. n. decimotertio, ff. ad Turpillian. & in l. si postulauerit, §. si reus,* & ibi etiã Ang. *ff. de adul.* idẽ Ang. *in l. interdũ, §. qui purè, n. 2. ff. de furt.* Iac. de Arena *in tract. de expens. col. 3. num. decimotertio, versi. Sed nunquid in criminalibus,* Paul. de Castro *in l. non ignorat, n. 8.* & ibi etiam Corn. *n. 4. C. de fruct. & lit. expens.* Cyn. & post eum Bald. *in l. scueriter, C. de excusatio. tutor.* idem Bal. *in ca. cùm dilecti, & in cap. finem litibus, num. 5. extr. de dolo & contumac. in l. sancimus, col. 3. Cod. de iud.* Cataldin. *in tractat. de syndicat. quæst. 108.* Albe. *in l. properandum, num. decimotertio, Cod. de iudic.* Ioan. de Amic. *cons. 51. n. 1.* Ias. *in dict. l. properandum, §. sin autem alterutra, numero vigesimoprimo, & vigesimosecundo, Cod. de iudic. & in cons. secundo num. tertio, & 9. lib. primo,* Abb. post gloss. *in dicto cap. cùm dilecti, num. decimoseptimo,* & ibi Imola *num. 18. de dolo & contumac.* Fel. *in capit. accedens, numero septimo extr. de accus.* Salicet. *in dict. l. fina. n. secundo, Cod. de fruct. & lit. expens. & in l. qui crimen, n. vndecimo, C. qui accusare non possunt, & in d. l. properandum, §. sin autem alterutra, colum. fina. ver. quæro, an expensæ ratione victoriæ, &c. Cod de iud.* Iacob. de Beluiso *in pract. iud. n. 10.* Innocent. *in capit. cùm oporteat. de accusatio.* Spec. *in tit. de expens. §. fin. vers. ex præmissis,* Grammatic. *dec. 39.* Paul. Ghirl. *in tract. de relaxat. carcerato. tit. de expens. damn. & inter. num. 1. & seqq.* Capell. Tholos. *decis. 7.* Diaz *reg. 20.* And. *de malefic. in verbo, & ad querelam,* & ibi Augu. *in addit. in princip. num. 1. & seqq.* & latiùs *in num. 73.* vbi etiam Hieronym. Cucchal. *pariter in addit.* Mill. *in pra. glo. conquerũtur, n. 37. & sequent. pagina mihi 21.* Mars. *in consil. 44. n. vigesimoquinto, & seqq.* Boër. *decis. 224. n. primo,* Boss. *in titul. de accusat. num. 27.* Aret. *in §. hæc autem omnia, col. secunda, Institut. de pœna temerè litigan.* De communi* testantur Bartol. *in authen. de mand. princip. §. deinde, n. tertio, & in l. 1. in prin. circa finem, ff. ad Turpillian.* Socin. iun. *cons. 36. n. 14. lib. secun.* Aret. *in cap. accedens, n. 13. de accus.* Nicel. *in concor. gl. cap. 47.* Grat. *cons. 97. n. 1. lib. 1.* Cardin. Alexandrin. *in cap. in primis, colu. 4. versic. & quia, gloss. secunda, q. 1. & in cap. libellorum, colum. secunda, in fine, 2. quæst.* Hieronym. Cucchal. Ang. *de malef. in verbo, & ad querelam, numero 73.* Marsil. *in pract. crimin. §. superest, num. primo, & in l. patre, vel marito, num. decimoquarto, ff. de qu. & cons. 36. num. primo, in fine,* Diaz *in pract. crim. canon. c. 144.* Conra. *in pract. tit. de accusat. num. 18. pag. 231. & tit. de sentent. diffinit. crim. num. quinto, pag. 310.* Viu. *in lib. primo, comm. opin. verbo, Iudex tenetur condemnare,* Alba. *cons. 5. in princ.* Anton. de Padilla. *in leg. transigere, nu. quarto, Cod. de transact.* Didac. *pract. quæst. cap. 27. n. secundo,* Alber. *in l. cum quem temerè, in princip. nu. tertio, in fine. ff. de iud.* Iul. Clar. qui & hos refert & sequitur *in pract. crim. §. fin. quæst. 62. vers. sed nunquid in istis causis,* Asin. *in pract. iud. §. 32. in 1. ampliatione,* Fran. Marc. *decis. 776. par. 1.* D. Ioseph. Masc. *de prob. concl. 25. num. 4. lib. 1.* & latissimè D. Hippol. Rimi. *cons. 303. per tot. vol. 3.* Lauren. Tennin. *caut. 1. numer. ...* Baiard. ad Clar. *in pract. §. fin. q. 62. num. 15.* vbi ampliùs, quòd ista actio ad expensas, damna & interesse datur etiam contra hæredes calumniatoris defuncti, lite non contestata, ex Bertazz. *cons. 362. per totum.*

¶ Et in Vrbe nos Romani † habemus in curia Capitolij, 9
in nouis reformationibus statutum, *lib. 2. cap. 3.* quo cauetur, quòd accusator non auditur, antequàm vltra damna, & interesse accusato soluenda per idoneos fideiussores cauerit in casu succumbentiæ de stando in carceribus tot diebus, quot reus steterit: ac de soluendo fisco, vbi agitur de pœna corporali, & non mortis, aureos centum: & vbi agitur de pœna pecuniaria, medietatem dictæ pœnæ. Quod quidem statutum, provt nuper obtinui, locum non habet extra illàm curiam Capitolij in alio Vrbis tribunali, vbi præsertim ex officio proceditur ad alicuius non apertam instigationem; provt nec etiam locum habet in eadem Capitolij curia, in qua nunquam scio talem fideiussorem præstitum fuisse. Quod credo euenire, quia hodie omnes Senatores habent particularem facultatem procedendi in causis criminalib. adinstar Gubernatoris Vrbis: & sic in causis Tribunalis tales fideiussiones non præstantur. Et in proposito vide quæ scripsit Sigismun. Scaccia *de iud. cau. crim. c. 51. n. 19.*

¶¶ Regvla igitur ex præmissis firma remanet, quòd calumniator, seu falsus accusator, extraordinaria pœna Iudicis arbitrio puniendus est, necnon ad damna, expensas & interesse per accusatum passa condemnari debet; [& vigore Bullæ Pij V. potest etiam pœna talionis.]

Amplia I. Hanc † regulam procedere nedum in eo ac- 10
cusatore, qui per malitiam & scienter falsa crimina intendit, quem verum calumniatorem esse tradunt gl. & communiter* Scribentes *in l. prima, §. calumniari,* per illum text. *ff. ad Turpil. & in cap. si quem, §. notandum, quæst. 3.* Bart. *in l. athletas, §. calumniator, versic. quæro, qualiter, ff. de infam. num. 2.* Imol. & Felin. *in rubr. de calumniator. extr.* Alciat. *in l. si calumnientur, ff. de verbor. significat.* Diaz *in pract. crim. cap. 56. in princ.* secundùm antiquam impressionem, & secundùm nouam, *cap. 65. num. 1.* Paul. Ghirland. *in tract. de relaxat. carcerat. tit. de calumniat. cap. 1. num. 3.* Duen. *reg. 27. versic. & dicitur ille calumniator,* Conrad. *in pract. tit. de accusat. num. decimoseptimo, pagina 231.* Boss. *in eodem tit. de accusat. num. 24.* Clar. *in pract. quæst. 62. versic. sed nunquid in istis,* ibi, *vera calumnia dicitur, &c.* item Dom. Menoch. *de arbitrar. iudic. quæst. casu 321. num. 1. & sequent. lib. 2. cent. 4.* Claud. *in addit. ad Bertaz. consil. 212. litera A, in princip. vers. Dum verò idem Bald.* vbi de communi. Laurent. Tennin. *caut. 1. num.*

num.decimoquarto,Menoch.*cons.*145.*num.*10.*lib.*2.

11 ¶ Verùm etiam & in præsumpto,†eo scilicet, qui vel accusationem non probauit,vel ab ea destitit.Hunc enim propriè dici præsumptum calumniatorem affirmarunt communiter*omnes Doctores allegati *in præcedenti num.decimo*, * & infrà mox allegandi, quibus addo etiam alios relatos per per Claud.ad Bertaz.*in cons.*212.*litera A*,*n.*1.*vers.qui testantur de communi*:illúmque Laurent.Tennin.*caut.*1.*num. decimoquarto*.posse de calumnia condemnari,probat text.*in l.*1.§.*primo*,*C.de aduocat.diuers.iudic.*& post glo.*in ca.secundo*,*in verbo*,*calumniandi*,*de calumniat. & in l.athletas*,§.*calumniator*,*in glo.in verbo extráque*,*ff.de his*,*qui notan. infam.* tradiderunt Bart.*in l.*1.*in princip.n.* 6.*ff.* ad Senatusconsul. Turpill. Doct.*in c.*1.*de electio.in* 6.*& in l.non ignorat*,*C.de fruct. & lit. expen.*Host.*in summa*,*in rub.de dolo & contum. in c. qua pœna*,§.*sed si petatur*,*vers.Alij verò dicunt*,Præpositi.*in c.qui nõ probauerit*,*& in c.quemquã*,*col.*1.*in fi.vers.in ea glo.*ibi,*iustus dolor*,*&c.secunda qu.*3.Ang.*in l.athletas*,§.*calumniator*,*ff. de infam.* Fel. *in cap.primo*,*n.* 4.*& in cap. secundo*, *n.* 1.*de calumniato.* Aymo.*cons.*262.*in fin.*Ang.*de maleficiis*,*in verbo*,*& ad querelam*,*in princip.n.*2.& latiùs *in num.septuagesimo*,*& septuagesimotertio*,Hieronym.Cucchal.*in additio.*Steph. Aufre.*in additio.ad Capell.Tholos.decis.septima*,*num.*1.*in l.*2.*C.de calumn.* Benintend.*decis.Bonon.*46.Diaz.*regu.*67.*& in pract.crim.can. cap.*59.*prope fin.*secundùm antiquam impressionẽ,& secundùm nouam, *cap.* 65. & ibi Ignat.Lopez.*in addit litera A*, vbi aliis relatis testatur de communi,Gramma.*dec.*39.*per totam*,*in discursu*, Marsi. *cons.*36.*n.*2.*in fine*, *n.*5.*& cons.* 44.*n.* 25.*in fine*,Paul.Ghirland.qui contrariis respondet *in tract.de relaxat.carcerat.ti.de calumniato. c.*2.*n.* 1.*& seqq.* Conrad. *in pract.tit.de accusa.n.*16.*pagina* 231.*& tit. de sent.diffin.crim.* * *sub n.*5.*pagina* 310.*col.*2.de communi * testatur Hieronym. Cucchal.*in addition.ad Angel. de malef.in verbo*,*& ad querelam*,*post num.septimum*,*& num.*70.*in fine*, *& n.*73. vbi declarat,Abb.*in cap.calumniam, num. secundo*, *de pœnis*, Cardin. Alex. *in cap qui non probauerit*,*vers.sed an præsumatur*,2.*q.*3.*& in cap.si quem*, §. *notandum*,*num.*7.2.*quæstio.*1. Villalob. *in suis commu.opin.litera C*,*num. secundo*, Doct. *in cap.*2. Abbas scilicet,*num.quinto*,*in fine*,Marian.*n.*7.Anan.*n.* 19. Felin.*n.*6. *de colum.*Aret.*in capitu. super his*,*n.*27.*in fine*,*de accusat.*Gigas *lib.* 2. *qui accusa. possunt in crimi.læsæ maiest. quæst.* 19.*num. secundo*,vbi quòd ita communiter * tenetur,Boss. *in tit. de accusat.num.*19.*& in tit.de præuarica.num.*8.Clar.*in pract.*§.*fin. quæst.*62.*vers.dixi supra*,Menoc.*de arbitr. qu. casu* 321.*n.*4, & post hæc scripta visus D.Ioseph. Masca. *de prob.lib.*1. *concl.*254.*n.* 1.*& seqq.* vbi *n.* 6.*& seqq.* vltra infrà scriptas ampliationes dicit conclusionem procedere etiam quòd excipiendo proponatur calumnia: quod & idem voluit & probauit Diaz *in pra.cri.c.*65. secundùm nouam impressionem, *n.*3.*ad fin.*ac etiam quòd accusator esset bono genere natus; accusatus verò obscuris parentibus ortus, quod & idem pariter voluit & probauit Laurent. Tennin. *cau.* 1.*n.*3.*& seqq.* & ibi ad hæc concordantes allegat, & latiùs *in concl.* 25. *n. primo*,*& secundo*, vbi plures adducit concordantes, *vt suprà* * de communi * testantes,*& concl.*24.*n.*1.*& seqq.eod.li.*1.latè etiam Hippol.Rimina.*cons.*303.*vol.*3.Laurent. Tennin.*caut.* 1.*n.*17.*ad fin.*

¶ Limitatvr secundùm aliquos,præcedẽs prima am-12 pliatio,† vt nõ procedat de consuetudine,quia quicquid sit de iure,de facto tamen rarò,aut nunquã accusatores, qui in probationib. deficiunt, vel in accusatione desistunt, solent in expensis condemnari,vt per Bal.*in l.qui crimen*,*post n.* 23. *vers.sed per experientiam*,*& per practicam*,*C.qui accusare non* * *possu.*vbi ita à praxi & vsu communi,* receptum esse testatur,& Baldum refert Ioan.de Anan.*in ca. accedens*,*post n.vndecimum*,*de accusat.*Alber.*in l.athletas*,§.*calumniator*,*in fi.ff.de* * *his*, *qui notan. infa.* vbi quòd ita tenent communiter * Doctores,sequitur Clarus *in practica*,*dic.quæst.*62.*vers.sed nunquid in istis*,ibi,*Dic ergo quod agitur*, *&c.* & refert Gramm.*in decis.trigesimanona*,*in fine principij*, Regis Consiliariis nouũ videri querelantes in expensis condemnari,stante fide illius Regni Scribarum fiscalium, dicentiũ se nunquam recordari fuisse querelantem aliquem in expensis condemnatum. ¶Et ego etiam in Vrbe plures in facto saluaui querelãtes ab expensarum condemnatione, ex extraiudiciali fide, quam Iudicibus fieri procuraui per criminales Notarios,testantes de generali consuetudine & stilo nunquam tales accusantes solere in expensis condemnari. ¶ Et cum hac opinione, ne delatores ab accusationibus recedant, & delicta remaneant impunita,respondendo contrariis,& distinguendo inter verum & præsumptum calumniatorem, nouissimè pertransire videtur Dom.Iosephus Mascardus,*de probationib.dict.concl.vigesimaquinta*,*num.*3.5.*&* 6,Honded.*dicto cons.*112.*num. quadragesimotertio*,Bertaz.*cons.*212.*num.primo*,vbi pariter testatur de obseruantia omnium curiarum,& ibi Claud.*in additio. litera A*, testatur de communi opinione, reprobatis Doctoribus ibi per eum relatis, ac præsertim Hippolyt.Riminal.(quem mox iuxta allegaui) *in consil.* 303. contrarium tenentibus,quorum opinio, vt ipse inquit, potest saluari in vero calumniatore. An in præsumpto,mox sentiunt credentes debere in expensis condemnari, quia de consuetudine non cõdemnaretur,vt ibi per eum:& ita etiam voluit Baiar. ad Clar.*in practica quæstion.*63. attestans se nunquam in statu eccelesiastico vidisse condemnari querelantes in expensis, non constito de calumnia.

¶ [Nec erit forsan admodum inconueniens dicere hanc consuetudinem & à iure comprobatam:nempe per tex. *in l. prima*,§.*calumniatorib. iuncto* §.*seq.ff.ad Turpillian.* ibi apertè dicitur,quòd deprehensus in euidenti calumnia,ac is,quem Iudex calumniatorem pronunciauerit, sine dubio legitima pœna afficiendus est. Is autem qui non probauit, & qui temerè accusauit,& quem Iudex non probasse,aut temerè accusasse pronunciauerit; is,inquam, & veniam meretur, & nullam pœnam subire oportet, & sic ex eo text. apertè colligitur,quòd excusabilis est temeritas in accusando sine probationibus.]

¶ Sed vt ingenuè veritatem fatear,†hæc limitatio quoad 13 expensarum condemnationem,nullatenus tenenda est, quia non vera : & eam expressè reprobat,& contrarium apud eũ seruari testatur Boss.*in titul.de præuaricat.num.*octauo,*& in titul.de accusat.num.decimonono*,*in fine*,*& num. vigesimoseptimo*, vbi dicit,quòd in accusatore deficiente in probatione, nunquam vidi seruari ius commune, nisi quoad expensarũ cõdemnationem.Et sic secundùm eum præsumptus calumniator licèt de consuetudine non soleat condemnari in pœnam Turpilliani,de qua dixi *suprà*,*n.quinto*,*sexto*,*& septimo*, quod & ego etiam credo verum, & optimè probat text. *in dicta l.prima*,§.*calumniatoribus*,*iuncto* §.*seq. qui incipit*,*quæri possit*, *ff.ad Turpillian.*& in specie post Cynum *in l.prima*,*C. de aduocat.diuers.Indic.* defendit Hieronym.Cucchal. *in addit. ad Angel.de malef.in verbo*,*& ad querelam*, *n. septuagesimotertio.* In expensis tamen condemnari potest,vt multis comprobat reprobando Baldum,Ananiam,& Albericum *in locis supracitatis*,Dom.Hippol,Riminal.*d.cons.*303.*per totum*,*in discursu*,*vol.tertio*,*præsertim n.sexto*,7.11.22.23.24.vbi sæpius testatur de receptissima * opinione. Et licèt plures Doctores, ac * etiam Notarij,vt suprà,fidem faciant, nunquam aut rarò vidisse accusatores in probatione deficientes condemnari; est tamen aduertendum, prout etiam optimè aduertit idem Boss. *dicto num. decimonono*,*in fine*, quòd id euenit non ex eo quòd de consuetudine id introductum sit, sed quia rarò aut nunquam Iudex ad alicuius accusationem procedit, nisi aliquibus indiciis, aut saltem fama præcedentibus; ex quibus cùm iusta causa oriatur,quæ,vt infrà dicetur,non de cõsuetudine, sed de iure communi querelantem à præsumpta calumnia excuset,ideo mirũ non est, si tales accusatores in expensis non condemnantur. At vbi prædicta iusta causa cessaret,tunc crederem hunc accusatorem omnino esse in expẽsis condemnandum. Et ita pluries pariter in facto obtinui, & seruari vidi cõtra multos, quia ex simplici eorum querela,cùm apud Iudices querelatorũ carcerationem procurassent, fuerunt tandem reo absoluto in expensis condemnati: ex eo quòd vltra querelam nil aliud curiæ subministrarunt, prout etiam in Regio Consilio aliàs iudicatum,& seruatum fuisse testatur Gramm. *d. decis.* 39. vbi insuper in fine principij illius decisionis, dicit, quòd vsus in contrarium attendendus non est;quia allegare inconueniens, non est soluere,nec attendendum est, quod fieri solet, sed quod fieri debet.

bet. Et licèt Sigism. Scaccia. *in tract. de iudic. cau. ciuil. crim. capit. 51. post n. 18.* hanc vltimam opinionem admittat, quando sumus in casu, in quo procedi non potest ex attendendo: sed solùm ad instantiam partis; secus autem quando etiam parte non instante, aut accusante, Iudex potest ex officio procedere in tantum, vt primo casu etiam de consuetudine præsumpti calumniatores in expensis condemnentur, iuxta sententiam Bossij *in loco præcitato*, secundo autem casu non: testentúrque Baldi opinionem *in d. l. qui crimen, C. qui accus. non poss.* in practica seruari. Tu tamé reiecta prędicta distinctione, indistinctè teneas, præsumptum calumniatorem esse in expensis condemnandum, quia non video rationem diuersitatis inter primum & secundum casum. Immò vtroque casu sit in accusatore eadem temeritas, quę condemnationem expensarum producit. Tum etiam, quia hodie in omnibus delictis potest etiam nemine accusante procedi ex officio, vt dixi suprà, *quæst. 1. num. decimo.* Et propterea tantum est dicere, prout dicit Sigismund. quòd pręsumptus calumniator non debeat in expensis condemnari, quando sine accusatore Iudex potest ex officio procedere, quātum si diceret, quòd nunquam præsumptus calumniator in expensis condemnatur. Cùm, vt prædixi, semper ex officio procedi possit nemine instante aut accusante. Quod ab omni ratione alienum est: si aliter diceremus, esset apta via temerariis calumniatoribus quoscunque indebitè vexare, postquam scirent in pœnam eorum temeritatis non posse in expensis condemnari. Et testatur quicquid velit Scaccia in contrariū, ita vt prædixi apud nos practicatur, & practicari vidi.

14 ¶ Amplia II. Eandem regulam † etiā in instigatore, sollicitatore, fisco adhærente, vel (vt alij dicūt) promotore, quos de calumnia teneri, & vti tales ad damna, expēsas, & interesse, ac etiā stellionatus crimine extraordinaria pœna Iudicis arbitrio plectēdos fore, per tex. *in l. 1. §. incipit*, & ibi gloss. & Bart. *ff. ad Turpil. & in l. Senatus, §. an ad eius, in princip.* vbi etiā gloss. & Bart. *ff. eod. & in l. ob hæc verba*, vbi Bald. & Ang. *ff. de his, qui not. infam.* apertè dixerunt idem Ang. *in l. 3. ff. de cri. stellion.* Catald. *in tract. de synd. q. 165.* Ioā. Faber *in l. ea quidē, C. de accus.* Aret. *in tract. malefi. in verbo, & ad querelam, in princ.* & ibi Aug. *in addit. n. 1. & seqq.* Hier. Cucchal. *in addit. ad eund. Aret. in d. verbo, & ad querelam, n. 73. in fi.* Capella Tholosa. *decis. 7.* & ibi Aufrer. *in addi.* Alber. *in l. properandū, n. 13.* & ibi etiā Ias. *n. 21. & seqq. de iudi.* idē Ias. *in cons. 2. n. 3. & n. 9. li. 1.* Marsi. *in l. patre, vel marito, n. 14. & seqq. ff. de quæst. & cons. 36. n. 1. & seqq. & cons. 44. n. 25. & seqq.* Diaz *in practica cri. canon. cap. 144. n. 3.* Pau. Ghirl. *in tra. de relax. carcera. tit. de calum. ca. 1. n. in fine.* vbi ampliat etiā in secreto instigatore, *& ca. 2. n. 5.* Grāmat. *decis. 39. n. 3. & n. 8.* vbi post Guliel. de Laud. *in clem. sæpe, de verb. sign.* generaliter ampliat in quolibet ministrāte testes cōtra inquisitū, etiā quòd fuerit protestatus, quòd nō intēdit facere partē, quem pariter refert & sequitur Hēri. Boic. *in ca. cū clamor, in fine, n. 7. ext. de test.* Guid. Papæ *deci. 269. incip. Denunciator. n. primo*, Boss. *in tit. de accus. sub n. 28. & in tit. de offi. corrup. n. 37. in fi.* Conrad. *in practica, tit. de accus. n. 18. in tertia ampliatione, pag. 232. in prima col. & in tit. de sent. diffinit. crim. n. 5. vers. & propterea infert, pag. 310. in 2. colum.* Asin. *in pract. §. 32. in 1. ampliatione, per totam, in discursu, pagina mihi 196.* Clar. *in pract. §. fi. quæst. 7. sub ver. sic. sed nunquid, & quæst. 10. vers. quæro nunquid, in fine*, vbi loquitur in aperto instigatore, *& quæst. 62. ver. sed nunquid in istis, prope fin.* Hippol. Riminal. *d. cons. 303. per tot. vol. præsertim n.* * 6. 9. 10. 18. *& 25.* vbi sæpius testatur de communi, * & receptissima opinione. Baiard. ad Clar. *in pract. quæst. 62. n. 37.* de instigatore seu denunciatore.

15 ¶ Amplia III. Etiam † in denunciatore: siue enim per viā accusationis, siue per viam denūciationis procedatur, expēsarum condemnationem semper in criminalibus faciēdam esse, falsúmque denunciatorem puniendum fore, colligitur ex traditis per glo. *in cap. cùm dilecti*, vbi Bald. & alij *de dolo & cōtum.* facit tex. *in l. delatores*, & ibi gl. *fin. de delat. lib. decimo, & in l. ab accusatione, §. nunciator, ff. ad Turpil.* Cyn. *in l. seueriter, C. de excus. tutor. in fi.* Bal. *in l. sancimus, col. 3.* & ibi etiā Alb. *pariter 3. col. n. 6. C. de iudi.* Marsi. *in pract. §. supereſt, num. 1. & seqq. & in l. patre vel marito, sub n. 14. & seq. ff. de quæstio. & in cons. 36. n. 3. & seqq. & cons. 45. n. 25. & seq.* Amad. *in tra. de synd. dic. in rubr. qua pœna puniatur Officialis de negligētia*, Io. And. ad Spec. *in ti. de denunciat.* Henric. Boss. *sing. suo 6. incip. qui malè denunciauit*, Catal. *in tr. de synd. ver. 85. unde quòd quādo Iudex.* latè Gramma. *decis. 39. per totam*, Diaz *in pra. crim. canon. vbi de clerico denunciatore*, Guid. Papæ *decis. 269. incip. denunciator, n. 1.* De communi * testatur Bald. *in l. seueriter, C. * de excusat. tut.* quem post alios refert Asin. *in pra. §. 31. in prima ampli.* Grammat. *d. decis. 39. in fine*, Hieron. Cucchal. *in addit. ad Ang. de malefi. d. verbo, & ad querelam, d. n. 73.* Albe. *in d. l. sancimus, d. num. 6.* Grat. *consil. 97. n. 2. lib. primo*, Clar. *in pract. q. 7. vers. sed nunquid si reus*, D. Ioseph. Masc. post hæc scripta visus, *in tra. de probationib. lib. primo, concl. 505. n. 1.* vbi & alios adducit concordantes.

¶ Limitando I. Prędecedentem ampliationem aduertas, 15 quòd licèt in præallegatis Doctorib. aliqui loquantur, nedū in denunciatore; qui sit in vera calumnia, iuxta superiùs tradita, *sub n. 10.* verùm etiam & in eo, qui deficiendo in probationib. præsumptus est calumniator, iuxta pariter superiùs tradita, *n. vndecimo.* Et pro horum opinione stringit tex. *in l. diuus, & in d. l. ab accus. §. denunciatores, ff. ad Turpil.* quib. iuribus cauetur, denunciatorem teneri probare, vera esse omnia ea, quæ in denunciatione continentur, prout post alios optimè adnotauit D. Ioseph. Masc. *de probatio. lib. primo, d. concl. 505. eod. n. 1.* Isti tamen loquuntur in denunciatore criminis priuato, & sponte crimina denunciante; vel ob priuatum interesse, vel alia particula causa: vnde secus in publico, & eo qui necessitate officij coactus, crimina denunciat: vt enim post alios refert Clarus *in pract. §. fina. quæst. 7. vers. scias autem*, antiquis tēporibus Magistratus deputabant Officiales, qui eis delicta denunciarent: hodie verò constituuntur Syndici, seu, vt alij vocant, Antiani per Parochias, seu Castra, qui loco illorum Officialium delicta denunciant. Et ita hodie communiter * per Italiam seruari testatur Mari. *in c. qualiter, & quando, n. 30. accus.* Hi igitur denunciatores, qui ex necessitate officij denunciant, cùm non teneantur probare denunciationem; sed tantummodo testes de delicto verisimiliter informatos nominare, vt post Angel. *de malef. in verbo, necnō ad denunciationē, n. 20.* Sal. *in l. ea quidē, n. 23. C. de accusat.* Card. Alex. *in c. de accusatione, col. 68. vers. quæro, an isti, ext. de accus.* Maria. *in d. c. qualiter & quando, n. 179. in fin.* Conr. *in pra. tit. de denunciat. n. vndecimo, pag. 236. col. 2.* Boss. *in tit. de denunc. n. 14.* concludit Iul. Clar. *d. q. 7. vers. quæro nunc*, & post Clar. D. Ioseph. Masca. *d. concl. 505. n. 3.* ideo licèt puniantur, si sint in vera calumnia, denunciando scilicet eos, quos non delinquētes sciunt, vt in specie adnotauit Paul. Ghirl. *in tra. de relaxa. carcer. tit. de calu. §. quæro, an eo ipso, n. 7. ver. quandoque proceditur*, non tamen puniuntur ex præsumpta calumnia, si probationib. deficiunt; quia necessitas officij eos excusat, secund. Ange. Aret. *in tra. de malefi. d. verbo, Necnon ad denunciationem*, & ibi Aug. *in addit. d. n. 20.* Paul Ghirl. *in tra. de relaxa. carcer. d. titu. de calumniato. capi. secundo, incip. quæro, an eo ipso, n. septimo*, Boss. *in tit. de denunciat. n. 15.* Conr. *d. tit. de denunciat. eod. n. 11.* & ita de facto seruari testantur Alber. *in l. ea quidem, n. 9. in fi. C. de accus.* & Amad. *in tra. de synd. n. 85.* quos refert, & sequitur Clar. *d. q. 7. eod. vers. sed nunquid, si reus*, Boss. *in tit. de præuaricat. n. 6. in fi.* Menoc. *de arb. iud. q. casu 321. n. 21. lib. secundo*, D. Ioseph. Masc. *d. concl. 505. n. secundo*, Clau. ad Bertaz. *cons. 212. litera D, libr. 1.* vbi quòd hoc est certissimum, & faciunt quæ infrà dixi, *n. 52.*

¶ Sublimitando prædecedentē limitationē pariter ad- uertas, † quòd vbi quis non ex necessitate officij, sed sponte 17 ad denunciandum siue in actis iudicialiter, siue etiam ad Iudicis aures extraiudicialiter accederet, prout hodie faciūt delatores, seu explo atores, quos in Vrbe *spias* nuncupamus; & hos siue in vera, siue in præsumpta sint calumnia, semper iuxta præallegata, fore condēnandos de iure verius crediderim, per text. *in l. eum patro. §. 1. de iure patron.* vbi expressè cauetur, quòd qui nomen detulit, accusasse videtur. ¶ Accusationis enim & delationis effectus quoad delicti punitionē, vnus & idē est *l. 1. in fi. ff. quod quisque iuris, & in l. 1. §. docetur, ff. ne quis eum, qui in ius.* & propterea idē iudicandum de tali denunciatore; sicut de accusatore dixit Clar. *in d. q. 7. in fin.* & ante eum And. de Iser. *in consti. ei qui*, Luc. de Penna *in rubr. de delato. libro decimo*, quos refert Grammat. *d. decis. 39. num.*

6.9.& 10.vbi etiam,quòd cùm pœna fal.declaratoris nõ reperiatur à lege distincta,ideo erit arbitraria,prout etiam arbitrariam esse in voluntario denunciatore expressè etiam dixit Ang.*de malefic.in d.verbo,necnon ad denunciationem,eod. n.vigesimo*,Ang.de Perusio *in l.ob hæc verba,ff.de his, qui nota. infa.* vbi tales delatores, qui accedunt ad auriculam Iudicis in secreto,& diffamant alios de criminibus & maleficiis susurrones appellat,& curiæ vituperatores, & propterea eos incurrere in crimen stellionatus, & extra ordinem puniri cum refectione damnorum passorum per reum absolutum, Angelúmque refert & sequitur Hipp.Rim.*d.cons.* 303.*n.*18. *vol.*3. quicquid contrarium sensisse videatur Claud. Bertaz. *in consi.*212.*litera B.* Vbi dixit,priuatos denunciatores crimẽ deferentes cum indiciis, quæ habent aduersus aliquem, excusari sicut publicos & ordinarios. Quãuis delatum crimen non probauerint; cum Iudicis sit munus inspicere, An delata sint sufficientia ad capturam, vel ad torturam. Potest enim hæc Claudij sententia procedere,quãdo subministrata indicia sunt talia, quæ denunciatorem induxerint ad renunciãdum istam causam, prout in eam in quo cõsulti Bertazo. *dicto consil.*212. Verùm iusta causa cessante,hos priuatos delatores sic teneri, sicut alios accusatores ex prædictis occultos, veriùs crediderim de iure. Dixi autem de iure, quia de consuetudine apud nos nunquam vidi tales exploratores, delatores,seu spias, ex præsumpta calumnia condemnatos; sed bene ex vera: pro qua & alios fustigatos,& alios ad triremes missos aliquando fuisse testari possum.

18 ¶ Limita II.Hanc eandem tertiã ampliationem,† quia etiam in casu, in quo falsus denunciator pro vera calumnia puniendus est;non erit tamen puniendus pœna falsi accusatoris: quæ,vt suprà dixi,*n.*1. de iure est pœna talionis: cùm enim denunciator non teneatur in denunciatione se subscribere ad dictam talionis pœnam, sicut accusator in accusatione,*ad l.ea quidem*,& ibi Sali.*in ver.quæro,an denuncians*; & Angel.*n.*3.*C.de accusat.*Barto.*in l.Diuus. vers.quæro vtrùm ille,qui denunciauit.ff.de custod.& exhib.reor.* Angel. *de malefi. in vers.necnon denunciationem,n.*12.*&* 20.Diaz *in pract. crim. canon.cap.*59.*n.*4.Gram. *decis.* 39.*n.*1. Clar. *in pract.*§.*fi.q.*7. *vers.vlteriùs quæro.*

19 ¶ Ideo†licèt,vt etiam suprà dixi,*n.*4.falsus accusator falsi pœna non teneatur;falsus tamen denunciator,qui arbitrariè puniendus est, poterit ex qualitatibus & circũstantiis calumniæ & idoli aliquando seueriùs etiam in pœna falsi cõdemnari,*l.lege Cornelia*,§.*qui delatorem*,vbi Bart.*ff.de falsi.* Salic.*in d.l.ea quidem,in* 12.*quæst. in fine*, Bald.*in l.*2.*C. de erro. aduoc.* Ang.*de malef.d.verb.necnon ad denunciationem,n.*20.& ibi Ang.*in addit.* Conrad.*in pr.tit. de denunciat. n.*11.*p.*236. Boss.*in tit.de denunciatio. num.*15.*&* 16. vbi pulchre reddit rationẽ diuersitatis, inter accusatorem & denunciatorem; cur scilicet falsus accusator non teneatur pœna falsi, falsus autem denunciator sic.

¶ Amplia IV. Regulam in hac quæstione propositam,
20 procederet†etiã in fisco,seu procuratore fiscali,indebitè aliquem vexante:qui si per calumniam Iudicem ad inquirendum instigauerit,nedum tenetur inquisito actione iniuriarum,vt plenè per Aym.*in cons.*158.*num.*7.*&* *sequent.* ad dãna,expensas,& interesse de suo proprio resarcienda,arg.tex. *in l.succurritur,ff.de excusatio.tutor.l.non est ignotum.* vbi Ioan. Fab.*C.in quib.cau.tutor.haben.*Bauer.*singul.* 23.*incipien.procuratores fiscales*,Bartol.*in l.si postulauerit*, § *final. ff. de adulter.* Bald.Ioan.Faber,& Barbat.*in addit.ad Bald.in l.seueriter, C. de excusation.tutor.*Bertaz.*cons.*361.*num.secundo,lib.*2.*&* *cons.* 390.*num.*11.*eod.lib.*2.sed etiam concremari debet ex constitutione Imperatoris,*in l.vniuersi,C.vbi cau.fis.*vbi Sal.reddit rationẽ†quia scilicet delicta à familiarib.Principis com-
21 missa,prout sunt fiscales procuratores; cùm in eiusdẽ Principis ignominiam redeant,præ cæteris graniùs puniẽda sũt, & eum præfata Imperatoris cõstitutione cõcordat Propheta Dauid in Psalm.139.*Labor labiorũ suorum operiet eos: cadãt super eos carbones,in ignẽ deiicies eos.*Et Ps.119.*Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam:sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis.* Grammati. qui hæc omnia refert *in decis.*60.*n.*21.Addo nouissimè Franc.Personal.*in tr. de ind.& tortur.n.*107.& D.Ant.Peregri.*in tract.de iure fisci, libro* 7.*tit.secundo,de aduocat.fisc.numero* 7.quos post hæc impressa præ manibus habui,]& D.Ioseph.Lud *in decis. Luc.*1. *n.* 34.*&* *seqq.*1.*par.* vbi propterea multùm exclamat contra istos fiscales procuratores,qui recipiendo ab instigatoribus & munera & pecuniam, indebitè pauperes innocẽtes vexãt, quod licèt dicta pœna ignis de facto non seruetur cõtra eos in foro fori, nõ tamen in foro conscientiæ excusabuntur ab ea,& in alio sæculo. [vt facit Bulla Pij IV.*super reformatione ordinariorũ tribunaliũ Vrbis*,de qua *in* 1.*par.Bullarij,fol.*776. *&* *est in ordine illius Pontificis Bulla* 85.*in ver.fisci aduocatus*, *&* *in ver.seq.* vbi cauetur,fisci procuratorem pro veritate, & iustitia teneri causam defendere,nullámque causam promouere debere,quam calumniosam cognouerit, & cùm primũ de calumnia post litem cœptam, vel de rei innocentia constiterit, ab illa debeat desistere,etiam non expectata sententia.] Etob id non immeritò in prouinciali Concilio Toletano anno 1561.celebrato,*act.*2.*cap.*12.diffinitum esse refert, Ignat. Lopez *in addit.ad Diaz in pract.crim.canon.*65.*lit.B, sub* 1.*ver.*cùm procuratorem fiscalem,quem alium apud Iudicem ecclesiasticum temerè accusasse constiterit, non solũ expensarum solutione,sed alia pœna Iudicis arbitrio propter accusationis temeritatem puniendum esse.

¶ Limita Hanc quartam ampliationem,†vt procedat, 22
quando fiscalis procurator est in vera calũnia: [vtputà quãdo scienter & dolosè cõtra aliquẽ instigat,vt in casu,in quo cõsuluit Aym.*d.cõs.*168.]secus si in præsumpta,à qua necessitas officij eum excusat,secundùm Milleum, qui ita distinguendo pulchre loquitur in materia,*in sua praxi crim. persequen.in denunciationis formula, n.*117. vbi quòd si procurator regis seu fiscalis solus litem prosequatur aduersùs reum criminaliter,& reus vincat,non tenetur dictus fiscus ad expensas,damna & interesse erga reum præfatum:nã qui iure publico vtitur,nemini iniuriam facit;cùm iuris exequutio iniuriam in se non habeat,*l.iniuriarum,* § *is qui iure,ff.de iureiur.* subuenitúrque alicui ratione officij in eo, quod non illicitè fit,*l.qui restituere,ff.de rei vẽdica.l.*cõtinet.*ff.quod metus cau.leg. quemadmodum.*§.*pen.ad l.Aquil.*Si tamẽ esset dolus,fraus,calumnia aut concussio in procuratore fiscali, tunc tenetur in expensis, damnis & interesse, nominéq; proprio & non fiscali condemnandus erit,*ca.fi.ext.de calũniato.l.*1.*C.de sumpt. recupe.lib.decimo,l.qui fundum,*§.*si tutor, iunct.gl. ff. pro empt.* Hæc eadẽ affirmat idem Milleus *in d.praxi,in formula accusatio.in prin.n.*37.vbi quòd si solus fiscus,litẽ,seu accusationẽ prosequatur,licèt non probauerit,quod intendebat, sed succubuerit; non tamen in aliquo tenetur, dummodo absit dolus,fraus,vel calumnia euidẽs: quia officiũ excusat à calumnia præsumpta, quæ potest velari prætextu officij;sed non à calumnia manifesta;vt ecce,*Si publicanus pecus meum abduxerit, dum putat cõtra legem vectigalis aliquid à me factũ, quãuis errauerit; agi tamen cum eo vi bon. rapt. nõ potest, maximè si dolo caret,l.*2.§.*si publicanus,ff.vi bonor. raptor. l.*2. & ibi Bal.*C.qui accus.nõ poss.* Et licèt regulariter actor siue accusator præsumatur in dolo calũniari,quando nõ probat accusationem per eum propositam, per quã alteri obiicitur dolus: tamẽ hoc fallit in officiali, quem officium vrget:nã cura & sollicitudo præsumitur potius eum sollicitasse, quàm odiũ aduersarij.ad idem Paul.Ghirl.*in tra.de relax.carcer.tit.de calumniato.c.*2.*incip.quæro,an eo ipso,n.*6. vbi quòd quãdo proceditur ad instantiã fisci, vel illius procuratoris, in dubio idẽ procurator excusatur à præsumpta calumnia propter necessitatẽ officij: sicut tutor & alij similes,de quibus *in l.*2.*C.qui accusa.nõ poss.* Sed si appareret de illius calumnia,quòd dolosè & calumniosè egerit,non euitabit pœnas calumniatoris, de quibus *in l.Senatus*,§.*an ad eos*,& ibi Bar. *ff.eod.* cõcordat Boer.*decis.*324.*n.*1.vbi post Baldum, Io.Fabr. Barba.& alios quos allegat,expressè tenet,quòd fiscus non condemnatur in expensis,si succumbat, nisi fuisset in euidenti calumnia.

¶ Háncque limitationẽ de consuetudine in practica seruari testatur Card.Alex.relatus per Clarũ *in pract. q.*62.*sub ver.sed nunquid in istis causis*, asserẽs in sacro palatio rarò vidisse condemnari fiscũ in expensis, neque procuratorem fiscalem:& si vnquam fuit condemnatus in expensis, nunquã meminisse talẽ condemnationem exigi. Nec dissensit Clar. *in loco citato,prope fi.*inquiens, quòd si Iudex procedit simpliciter ex officio,& sic solummodo instante fisco, non debet fisci procurator in expensis condemnari, quia de ipsis Officialibus

cialibus lex bene præsumit. [Addo pro hac eadem limitatione And.Gayl.*lib.1.obserua.90.per totam*, vbi & ipse pluribus probat, quòd necessitas officij excusat procuratorem fiscalē à prę̄sumpta calumnia,& quòd propterea quicquid sit de iure, de consuetudine fiscus nō iurat de calumnia,cū nomine Cæsaris agat.*l.1.de offi. procur. Cæsar.* Cæsarem autem tali iuramento grauari debere,absurdum est,vt ibi per eum qui bene loquitur in materia.] & ita Peregrin. *de iure fisci, lib.7.tit.4.n.14.* vbi pariter quòd ita apud eū seruatur, Laurent.Tenni.*caut.5.n.17. in fin.* vbi testatur se pluries vidisse seruari in fisci procuratore, quòd non fuit in expensis condemnatus ob nō probatum crimen,Baiard. ad Clar.*in pract. §.fi.q.62.n.17.* vbi testatur non solùm in practica non obseruari,quòd fiscus in aliquo condemnetur propter indebitas vexationes:sed quòd immò indebitè molestati, si à molestiis liberari volunt, necesse est, vt eidem fisco aliquid de suo largiantur; quòd ridiculosum esset petere in iudicio isto casu fiscum condemnari.

23 ¶ Caueant tamē fiscales procuratores,† ne pauperes carceratos,quos innocentes credunt,indebitè vexent. Vt enim ex præmissis apparet,licèt à præsumpta calumnia & de iure & de consuetudine excusentur:nō tamē excusantur ab euidenti:nullúsque Doctor affirmat,nec etiam de iure affirmari potest fiscalem non puniri ob veram calumniam.Et quàm graue à iure reputatum sit delictū in Cæsaris procuratore, innocentes per calumniam vexare,grauitatem pœnę,in quā incidunt *ex prædallegata l. vniuersi,C. vbi caus. fiscal.* considerent: quæ licèt de consuetudine forsan non seruetur, prout certè non seruatur, cùm nunquam visum, nec auditum sit, procuratores fiscales propter calumniam combustos; & ob id si in hoc mundo talem pœnam ignis de consuetudine effugiant: non tamen effugient illam æterni ignis in alio seculo apud Deum: cuius iudicia cùm plura & occulta sint, nullúmque malum impunitū relinquat, vidi ego propterea multos fiscales substitutos procuratores, qui passim mediāte pecunia,quā ab instigatoribus recipiebant,innocentes inquiri,carcerari,torqueri,ac etiam condemnari procurabant, & deperditos & annihilatos fuisse;eorúmque aliquos officio & cingulo priuatos,aliquos bānitos,aliquos pecuniaria pœna mulctatos,aliquos fugatos & fustigatos,aliquos ad triremes transmissos,aliquos etiā miserè trucidatos, testari possum;quæ iis euenisse non aliunde credo,nisi propter eorum peccata, & indebitas vexationes pauperibus carceratis innocentibus odio,prece & prę̄mio factas.¶Et non multi sunt anni,quòd temporibus nostris Romæ tempore sanctiss.memor.Pij V.quendam,qui bis fuerat fiscalis procurator, & in Vrbe postmodū, ac etiam in Prouincia Marchiæ Gubernator (nomen taceo) publicè decapitatum omnes viderunt: quod sibi forsan non contigisset, si erga innocētes pauperésque carceratos magis pius,nec ita vt erat visu,verbo & opere crudelis extitisset.¶Vidi etiā econtrà multos alios procuratores fiscales,qui[iuxta formam dictæ Bullæ Pij IV.]indebitis vexationibus minimè assentientes,eorum præsentiam, vel, vt aiunt,assistentiam ac instantiam denegarunt,& quotidie etiam denegant Iudicibus illis, qui innocentes persequuntur, & hos & à Deo & ab hominib. exaltari ac remunerari propriis oculis cernimus,prout hodie & post hęc scripta exemplum habemus in integerrimo ac sapientissimo viro D.Ioanne Iacobo Panico, Nobili Maceratense, ac Sanctissimi D.nostri, & Cameræ Apostolicæ procuratore fiscali, qui propter eius exemplarem bonitatem & doctrinam, ad munus hoc electus,prædicta omnia & bene nouit,& meliùs obseruat. Sicut enim nullum malum impunitum, ita etiam nullum bonum irremuneratum.

excusat in crimine iniuriarũ,secundùm glo.paruam *in d.* §.*si quis astrologos,in verbo,si quis,*Oldrad. *cons.*53.*n.*3.*vers.immò quandoque,*Castr.*cons.*275.*col.fi.* Ias.*cons.*153.*vol.*2.Alber. *in l.si non conuitij,col.*4.*in prin.C.de iniur.* Misinger. *cons.*19.n.2. Ergo sicut ex iusta causa accusator non probans suã accusationem,de calumnia nõ tenetur:ita pariter nec teneri debet actione iniuriarum. Et ita dum per istam rationẽ de præcedenti sublimitatione dubitabam,reperi Bossium *in ti.de iniu. num.*4.vbi non simpliciter referendo Doctores, provt facit *in tit.de accus.n.*20.*& in tit de præuaric.num.*8.*in fine,* sed latiùs disputando hanc materiam,multa more suo aliquantulùm cõfusè congerens,concludendo dicit, quòd licèt communis * sit opinio,quòd accusator in probatione deficiens * possit iniuriarum actione condemnari: hoc tamen dictũ limitatur non procedere,quando accusator nõ probat ex eo, quòd fuit deceptus à testibus,vel impeditus potẽtia aduersarij,vel alia iusta causa nõ potuisset probare. ¶ Non enim, *secundùm eũ,*ad hoc,vt accusator actione iniuriarum teneatur,vel non,cõsiderari debet,an probauerit,vel non probauerit;sed an habuerit animum faciendi,vel non faciendi iniuriã,& ab isto dolo,& prauo animo non solùm iusta,sed etiam iniusta causa excusat. Ergo multò magis iusta causa excusabit,provt etiam plurib.hanc eandem conclusionẽ,& sententiam cõprobat Hond.*d.cõs.*112.*n.*18.*& n.*21.*& seqq. & n.*30.*& seq.*& ante eũ Bertaz.*cõs.*212.*n.*2.*& 7.vers.stante itaque hac sententia,& n.*8.*&* 10.*& seq.*vbi reprobantur Soc. Alex.& Bos. *sup.*in contrarium allegati,tanquam loquentes cotra communem Doctorum sententiam;præsertim quando non sumus in accusatore,sed in denunciatore. Sed

tu dicas,

tu dicas, idem esse etiam in accusatore rationibus ibi suprà deductis, prout etiam generaliter hanc eandem sententiam amplectitur Claud. ad Bertaz. *vbi suprà, litera B, in fine.*

70 ¶ Sublimita III. Vt † licèt iusta causa, ac omnes præallegatæ excusent accusatorem à calumnia, & eius pœna, nõ tamen excusabunt ab expensis & earum cõdemnatione. Ita post Abb. *in cons. 78. col. fi. lib. 1.* concludit Boss. *in tit. de accus. n. 28. & seqq.* inquiens, quòd in his expensis non sufficit color querelantis ad eum excusandum; sed vbi succũbat, etiam propter legitimas defensiones, vel penuriam probationum, vel alia causa, adhuc tenebitur, vt per Catald. *in suo tract. de syndic pag. 3. col. 3. vers. Adde, quòd quãdo Iudex,* vbi propterea non immeritò dixit, quòd semper is, ad cuius querelam, seu instigationem formata est inquisitio, in expensis damnatur, vbi inquisitio non probatur: licèt enim ex fama, indiciis, vel aliter ex causa excusetur quis à calumnia, non tamen debet ab expẽsis excusari, ex quo perseuerauit in procedẽdo, cùm debuerit priùs considerare, & peritiores consulere, an per illum factum probaretur accusatio instituenda, quod cũ non fecerit, deprehẽditur in temeritate, quæ sola ad hoc sufficit, *capit. calumnia,* cùm ibi no. *de pœn. c. sinẽ litibus, de dolo, & cõtu.* Hæc in summa recenset Boss. quẽ refert & sequitur Menoc. *de arb. q. casu 321. n. 9. & n. 34. lib. 2. cent. 4.* vbi ex eodem Bossio *in loco præcitato,* hæc declarat non procedere, quando causa esset magna & plusquam iusta; quia tunc excusabit etiam ab expensis. & Boss. & Menochium *vbi suprà* refert pariter, & sequitur D. Ioseph. Mascard. *d. concl. 254. n. 15. & 16.* Hippol. Rimin. *d. cons. 303. n. 8. vol. 3.* Honded. *cons. 112. n. 33.* Igna. Lopez *in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. capit. 65. litera C. in fine.* Laurent. Tennin. *caut. 1. n. 17. ad finem, ver. Non autem,* Baiar. ad Clar. *in pract. §. fi. cons. 62. n. 28. & 36.* Menoc. *cons. 145. num. 1. & seqq. lib. 2.*

¶ Contrarium, & rectiùs, ni fallor, tradit Aymo. *in sapius allegato suo cons. 178. n. 10.* vbi expressè dixit, † quòd causa
71 iusta excusat à condemnatione expensarũ, tã in causa ciuili, quàm in causa criminali. Et si in causa ciuili iusta causa tollit expensarum condemnationẽ, multò magis id debet operari in causa criminali, in qua maius erat dubium, an accusator teneatur ad expensas, si succũbat, vt per Bar. *in l. non ignorat, C. de fruct. & lit. expẽs.* & per Bal. *in auth. generaliter, col. pen. C. de Epis. & cle.* & Doctores omnes in hac materia loquentes, quòd causa iusta excusat ab expensis, generaliter & indistinctè loquũtur, nõ distinguẽdo inter causã criminalẽ & ciuilẽ: idẽ Boss. qui ad id in contrariũ allegatur, *d. ti. de accu. n. 28.* ad hoc, vt accusator effugiat expensarum condemnationem, non requirit causam plusquam iustam & magnã, sed etiam ipse fatetur, quòd quando color esset tã magnus, quòd præbuerit iustam causam litigandi; & tunc sicut in ciuilibus, excusat ab expẽsis, *iuxta l. properandũ, §. sin autem alterutra, C. de iud.* ita etiã excusat in criminalib. quia in effectu res redigitur ad pares terminos. ¶ Nec obstat ratio, quòd sc. accusator debebat præuidere, quòd probatio, quam habebat, non erat sufficiens ad condemnandũ reum; quia ad eam credo, rectè sit suprà responsum, *n. 42. & 46.* & certè si perscrutemur dicta omnium Doctorum suprà pariter relatorum, *n. 33. 41. 49. 50. 56. & seqq.* vbi plura retulimus exempla accusatorũ habentiũ iustam causam litigandi, vtique reperiemus, quòd ipsi indistinctè loquuntur etiam in expensis. Et si aliter diceremus, sequeretur, prout considerauit Aym. *d. n. 10. in fi.* maximum Reipublicæ præiudicium. Si enim ab expensis non excusarentur, nisi qui perfectas habẽt in manu probationes, pauci reperirentur, qui ob expensarũ periculum & interesse, non deterrerentur ab accusando. Et sic nõ obstãte vrgentia indiciorum, delicta remanerent impunita cõtra *l. ita vulneratu. in fi. ff. ad l. Aquil.* & nihilominus sæpissimè videmus, & experientia docet, quæ est rerum magistra, quòd ex simplicibus indiciis ab accusatore seu instigatore submin istratis, curia nonnunquam deuenit in perfectam notitiam & probationẽ delicti. Vnde quòd iusta causa etiam ab expensis excusat, dubitandum non est. Et ita quotidie practicatur
* communiter.* Et addo pro hac opinione Bertaz. *cons. 212. post n. 12. ver. & licèt sciam, li. 1.* vbi quòd iusta causa excusat nedum à calũnia, sed etiã à temeritate, & ab expensis, quicquid in contrarium senserit Abb. *in d. cons. 178.* nec dissentit Claud. *in addi.* ibi *litera A, ver. rursus,* dicens, quòd accusator nõ excusatur à temeritate & illius pœna: & sic ab expensarũ condemnatione, quando scil. est in culpa & temeritate, quæ omnino aliquo modo compescenda est, ne temere homines molestẽtur, licèt etiam sit in dolo. ergo secus videtur credere, quando ob iustam causam excusatur & à culpa & temeritate. Et ista est veritas, quam meliùs explicat Men. *in d. cõs. 145. n. 8. & seqq. & n. 14. & seqq. iuncto n. 23. & seqq. plurib.* vbi facta priùs cõclusione, Quòd iusta causa excusat à calumnia & illius pœna, non autem à temeritate & condemnatione expensarum: subdit deinde plures causas, quibus quis excusatur non solùm à calumnia, sed etiam à temeritate: & sic non solùm à dolo, qui inest in calumnia, sed etiam à culpa, quæ inest in temeritate, & emergenter à condemnatione expensarum. Ergo si causa est tantùm iusta vt excuset nõ solùm à dolo, sed etiam à culpa: tunc sine dubio eadem causa excusat non solùm à pœna calumniæ, sed etiam ab expensis: & secundùm istos terminos potest procedere hæc contraria opinio. Nec dissentit Boss. & qui eum sequuntur allegati suprà pro prima opinione, dum dicũt. Quòd quandoque causa potest esse tam magna, quòd excusabit etiam ab expensis. Quod ego tunc credo propriè esse, quando per eam excluditur non solùm dolus, sed etiam culpa, ex prẽallegatis; secus autem quando causa excusat tantùm à dolo, non autem à culpa; quia tunc poterit procedere prima opinio. Et cum hac distinctione condemnatur contraria.

¶ Sublimita IV. † Quòd nec iusta accusandi causa ab 72
expensis excusabit, quando extat statutum, quòd victus victori in expensis condẽnatur. Ad hoc n. vt hoc statutum aliquid vltra ius commune operetur, interpretandum est, vt etiam iustam litigandi causam includat, secundùm glo. reputatam singularẽ *in Auth. de exhib. reis, in §. Sancimus,* quã ibi summè ponderat Ang. eam referunt & sequuntur Alexand. *in cõs. 257. incip. viso processu, in fi. & cõs. 183. incip viso pũcto, pa. iter in fi. vol. 5.* Cremen. *sing. 120. inci. habẽs iustam causam,* Ang. *in l. non solũ. ff. de rei vend.* Sal. *in l. 1. in 3. col. C. quãdo pronoc. nõ est necesse* Fel. *in c. inter monasteriũ, in fi. extr. de iud.* Marsil. *sing. 207. incip. victus victori, & in l. patre vel marito, n. 29. ff. de qu. & in rub. de fideiuss. n. 30. & in prac. cri. §. opportunè, n. 43. & cons. 44. n. 27. li. 1.* vbi in specie loquitur in accusatore, seu instigatore, prout etiam loquitur Iul. Scarlati. *cons. crim. diuer. 118. n. 46. vers. vnum tamen, vol. 2.* & latiùs idem Marsil. *in cons. 19. n. 1. & seqq. & cons. 37. n. 9.* Alb. *in l. properandũ, § sin autẽ alterutra, C. de iud.* Old. Laud. *in 2. par. stat. qu. 191. incip. quid si statuto cauetur, vt victus victori, &c.* Bar. *in l. 3. § si rẽ, ff. de legat. 3.* Abb *in c. vnico, col. 3. de plus petit.* Corset. *sing. sito, in verbo, pœna 1.* vbi de communi, * Lud. Gomez. *in c. 1. n. 218. de* *
const. in 6. Barb. *in c. sicut Romana, cõs. 62. extr. de rescri. & in ca. ca sam, qua. n. 12. co. ii.* vbi tamen loquitur in modicis impensis, *& cons. 12. col. 7. vers. ideo,* Ang. *in l. nõ solũ, col. 1. & c. & cõs. 3. col. 9. in fi. vers. facit, quod voluit Angelus, vol. 4.* Gomez. *in reg. Cancel. de iure quæsito non toll. n. q. 1. n. 20.* Castr. *in l. terminato, n. 2. vers. & plus dicit quod tunc, &c. C. de fruct. & lit. expens.* & de magis communi, * ac relatis contrariis, & aliis concor- *
dantibus test tur Gabriel. *concl. 1. ti. de expens. li. 2.*

¶ Contrarium & verius, vt credo, † quòd imò stante etiã 73
huiusmodi statuto accusator, & litigãs ex iusta causa ab expensarum condemnat one absoluatur, tenuerunt Bald. *in d. l. terminato, col. fi. C. de fruc & lit. expens. & in l. eos, §. cautione, col. 2. in prin. C. de appe.* sequitur Alex. *in d. § sin autẽ alterutra,* vbi testatur de æquiori & magis iusta opinione, Fulg. *cons. 5. in c. præsu positis duobus statutis Verone, col fi.* vbi ita aliàs & cõsultum & iudicatum fuisse testatur Placentiæ Matthes. *sing. 80. vbi est ampla additio ad cons. 182.* Alex. *in fi. li. 5.* qui inquit ita obseruari, & ita sentire Alex. quia *in cons. 54. in fi.* cõsulere pro alia opinione ausus non fuit, idẽ Alex *in l. fi. §. in cõputatione, C. de iure deliber. & in l. 1. col. pen. ff. ad l. Falci.* Anch. *cons. 182.* Corn. *cons. 275. li. 3.* Couar. qui tametsi distinctionis fœdere vtrãque opinionẽ cõcordare nititur, *pract. q. c. 27. vers. sed & in specie,* vbi testatur de veriori opinione, Castr. *in l. 3. §. si nõ rem. n. 5. in fin. ff. de leg. 3.* vbi pariter distinguit, *& cõs. 16. si põderẽtur, n. 9. ver. præterea statutũ. li. 1.* Crot. *in l. omnes populi, n. 126. ver. Hinc est quòd si statutũ, ff. de iusti. & iure.* Hier. Buttige. *in l. 1. n. 28. ff. si cer. pet.* Io. de Amic. *cõs. 11. n. 16.* Rol. à Valle *in trac. de lucro dot. q. 26. n. 17.* Io. Bapt. Asin. *in sua prac. iud. §. 32. c. 2. in 3. sublimitat. 1. principalis limitationis, num. 8. ver. præterea quòd*

terea quòd secunda conclusio, pag. 211. col. 2. vbi testatur de ma-
* gis recepta* opinione, secundùm quam ita etiam ego pluries vidi iudicari per assertamentum in curia Capitolij: in qua licèt vigeat statutum, quòd victus victori debeat per Iudicem in expensis condemnari; sæpissime tamen victum & succumbentem tam in ciuili causa, quàm in criminali, ob iustam causam Iudicis arbitrio fuisse absolutum vidi. Addo Bertaz *consil. 212. n. 13. lib. 2.* vbi quòd iusta causa excusat ab expensis, etiam stante statuto, quòd accusator soluat expensas, quicquid in contrariũ dixerit Iul. Scarl. *in præall. cons. 118.* & hoc quia omnia statuta recipiunt interpretationem à iure communi: nec dissentit Baiar. ad Clar, *in pract. q. 62. n. 35.*

74 SVBLIMITA V. † Vt iusta causa accusatorem excuset à præsumpta calumnia, ex eo scilicet solùm, quòd accusationem non probauit: secus à vera, quando sciens quem non deliquisse, illum tamen de delicto accusauit: à vera enim calumnia nemo excusatur, *l. 2. C. qui accus. non poss.* Bart. *in l. Senatus, §. eos, ff. ad Turpill.* Aret. *consil. 80. col. 4.* Boss. *in tit. de accus. n. 21.* D. Menoc. *de arb. quæst. d. casu 321. n. 23. lib. 2. cent. 4.* & ita in præsumpta calumnia, & non in vera, expressè loquuntur Doctores suprà adducti, *n. 22.* vbi de fiscali instigante, *& n. 26. & 22.* vbi de Iudice ex necessitate officij inquirente, & pulchre declarat Ang. *in l. mater, C. de calum.* quem refert August. ad Ang. *de malefi. in verbo, & ad querelã, n. 70.* vbi particulariter de fama & indiciis loquente dixit, quòd fama & indicia non excusant accusantem de facto in se commisso, cuius non potest, nec debet ignorantiam prætendere: nam si scio me non esse vulneratum & iniuriatum à te, & fama seu indicia sint in contrarium, illa fama falsa & indicia non excusant me, per tex. *in l. fallaciter, C. de calum.* qui dicit, quòd vbi constat de calumnia accusantis, nullus color excusat. Ideo nec debet excusare, nec fama, nec indicia, nec præsumptio, nec semiplena probatio, nec Principis rescriptum, nec alia similis causa, vt ibi per Augustinum: excusabunt enim similes causæ, vbi qui accusat de facto non in se commisso, sed in res suas, putà de rebus sublatis accusatori de domo noctis tempore, vel de adulterio commisso in vxorem eo absente, vel aliis similibus; & sic à præsumpta, secus à vera calumnia: & idem sensit Masc. post hæc scripta visus, *in tract. de prob. lib. 1. conclus. 254. n. 40.* Addo ad comprobationem huius v. sublimitationis, Laurent. Tennin. *caut. 1. n. 14. & n. 18.*

¶ Et his paucis contentus hodie, qui est primus dies mensis Maij, anni 1583. solitas in primis gratias Omnipotenti Deo referendo, & huic titulo, *De accusatione*, finem imponendo, amicum Lectorem rogo, ne miretur, si per totum præteritum annum 1582. in cuius principio huic Accusationis materiei manum apponere cœpi, non nisi vsque in præsentem diem vix eam absoluere potui. Grauia enim infortunia post infirmitates passa, quæ præ nimio cordis dolore exprimere nequeo, fuerunt in causa, vt studio minimè, vt cupiebam, vacare potuerim. Faxit idem Omnipotens Deus, vt pro communi legentium vtilitate, ad quæ sequuntur magis placato animo & corporis salubritate me applicare possim, quàm hucusque licuit, prout eum ad id humiliter supplico & exoro.

Finis Tituli de Accusatione.

PROSPERI

PROSPERI FARINACII
IVRISCONSVLTI
ROMANI,
VARIARVM QVÆSTIONVM,
& communium opinionum criminalium,
LIBER PRIMVS.

De Delictis, & Pœnis, , Titulus Tertius.

ARGVMENTVM.

Delicta punienda sunt: sed quanta sit Iudicis potestas in pœnis arbitrandis, ex infrascriptis bene Lector percipiet.

SVMMARIVM.

Inquisitio non potest formari super delicto non punibili, n.1.
Delicta ratione publicæ vtilitatis non debent remanere impunita, num.2.
Delicta sunt cum rigore, & sine misericordia castiganda, n.3. sed contrà, num.4.
Iudex sine causa non potest minuere pœnas à lege, statuto, seu consuetudine inductas, num.5.
Iudex minùs debito puniens malefactorem, punitur pluribus pœnis, de quibus in num.6.
Iudex ex causa potest delinquentibus augere, minuere & immutare pœnas, n.7.8.& 9.
Pœna est commensuranda delicto, num.9.
Pœna ex quibus causis possit alterari, augeri, seu minui, n.10.
Iudex ex causa potest commutare etiam pœnas statutarias, n.12. & seqq.
Statuta non secundùm corticem verborum, sed secundùm rationem sunt intelligenda, n.13.
Statuta recipiunt interpretationẽ passiuam à iure cõmuni, n.14.
Iudex potest augere & minuere pœnas, etiam quòd iurasset seruare statuta, n.15.& seqq.
Iuramentum est præcisè seruandum, n.15.
In iuramento semper censetur excepta authoritas legis, & Principis, num.16.
Iuramenta Officialium sunt ad æquitatem reducenda, n.17.
Iudex potest cõmutare ex causa etiã pœnas cõsuetudinarias, n.18.
Iudex in imponendis pœnis debet sequi consuetudinem, n.18.
Iudex ex causa potest etiã cõmutare pœnas extraordinarias, n.19.
Iudex ex causa potest delinquenti reseruare in sententia infamiam, n.20.
Iudex ex causa potest Notario condemnato de falso reseruare famam, & exercitium, n.21.
Iudex ex causa etiam in crimine hæresis potest recedere à pœna ordinaria, num.22.
Idem in pœnis impositis ipso iure, n.23.
Idem etiam quòd lex seu statutum vtatur dictionibus præcisis, num.24.
Idem etiam in iudicibus non habentibus potestatem dispensandi, num.25.
Idem etiam quòd index procedat per accusationem, n.26.
Appellatio non datur in arbitrariis, n.27. sed contra, n.28. declara, vt in n.29.
Appellatio non datur à sententia Iudicis habentis liberum arbitrium, n.30.
Appellatio datur etiam in arbitrariis, & à sententia Iudicis habentis liberum arbitrium, vbi appellans est enormiter læsus, & agitur de graui præiudicio, n.31.
Appellatio licèt non detur in arbitrariis, tamen datur recursus ad Principem, n.32.& 33.
Iudex in quibus casibus habeat arbitriũ, tam in omittendo, quam in committendo, n.29. in fi. vbi remissiuè.
Pœna arbitraria potest ad mortem extendi, n.34. vbi etiam referuntur Doctores, qui dixerunt non extendi.
Pœna arbitraria extenditur ad mortem, quando delictum est atrox & qualificatum, aliter secus, n.35.
Officiali dans alapam punitur pœna mortis, n.36.& seq.
Iniuria illata Magistratui dicitur atrox, n.37.
Officiali dãs alapã punitur pœna mortis, etiã quòd maneat in syndicatu, n.36.& 38. vbi etiam referuntur contrarium sentientes.
Officiali dans alapam punitur pœna mortis, si id fecit ratione officij; secus si propter odium particulare, n.39.40.
Crimen læsæ maiest. non committitur per eum, qui odio particulari motus Principis Consiliarium occidit, n.40.
Officiali an iniuria sit facta contemplatione officij nécne, recurritur ad coniecturas, n.41.
Et ratione officij dicitur iniuria facta Officiali, si facta est sedente pro tribunali, vel in actu iudiciario, n.42.
In dubio autem offensa præsumitur potiùs facta odio particulari, quàm ratione officij, n.43.
Officialis de iniuria sibi facta non est competens Iudex, quando pœna est arbitraria, n.44.
Officialis est competens Iudex de offensa notoria sibi facta, n.45.
Item in iniuria sibi facta contemplatione officij, secus si ex odio particulari. n.46.& 47.
Sed in omni casu parte petente superior debet hanc causam alteri quàm Officiali offenso committere, n.47.
Pœna arbitraria non potest extendi ad mortem, quãdo delictũ nõ

est consummatum,n.48.& sequent.

Affectus non sequuto effectu non punitur eadem pœna de generali consuetudine etiam in atrocissimis,n.49.

Pœna arbitraria non potest extendi ad mortem,quando statutum imponit pœnam pecuniariam,vel aliã Iudicis arbitrio, n.50. & seqq.

Alius,alia,aliud,*pronomen est implicatiuum similium,n.51.*

Pœna arbitraria non extenditur ad mortem , quando in simili delicto non est consuetum pœnam mortis imponi ; secus si ita consuetum sit,n.53.& seqq.

Iudex in arbitrandis pœnis sequitur quod solitum & consuetum est,n. 54.

Pœna arbitraria extẽditur ad mortẽ,si ita expresè lex seu statutum permittat , & econtrà non extenditur , si ita expresè vetat, n. 55.

Pœna arbitraria non extenditur ad mortem in pœnis à iure non expressis , n. 56.

Idẽ quãdo lex,seu statutũ dat arbitrium moderãdi pœnas,n.57.

Idem in Iudicibus inferioribus;secus in superioribus,n.58.

Quid iuris in Iudice habente absolutum arbitrium,num.59.

Pœnæ omnes sunt arbitrariæ in Principe,& possũt extendi etiam ad mortem ipso consulto,num.60.

Iudex post sentẽtiã nõ potest minuere , seu augere pœnas inflictas in sententia,n.61.præterquam in crimine hæresis,vel consulto Principe, ibidem.

Iudex ex causa augens , seu minuens pœnas , debet in sententia causam exprimere,num.62.63.

Iudex vbicũque recedit ex causa à iure communi, debet semper causam exprimere,num.63.

Iudex satis dicitur in sententia causam expressisse,si dixit, iustis de causis,*n.65.*

Iudex recedens à iure communi tenetur in sententia causam exprimere,non ad illius validitatem,sed ad eius excusationem, ne teneatur in syndicatu,num.64.

Iudex delegatus an possit ex causa augere vel minuere pœnas, num.66.

Iudex inferior & pedaneus non potest ex causa augere vel minuere pœnas,nisi consulto Principe,vel nisi causa sit intrinseca & cohærens delicto,num.67.

Iudex non potest ex causa pœnas augere vel minuere , quando statutum id expresè prohibet,num.68.

Idẽ quãdo verba statuti sint imperatiua directa in Iudicẽ, n.69.

Idẽ quando statuta sunt intelligẽda ad literã prout iacent,n.70.

Iudex non potest minuere pœnam parti applicandam,n. 71. vbi quòd nec potest Princeps.

Pœna mortis vbi ex causa commutatur in aliam , non potest imponi alia corporis afflictiua,n. 72. fallit de consuetudine, nu. 73.declara,vt in num.74.

QVÆSTIO XVII.

1 DElictum vbi nõ est,† ibi nec pœna cadit, *l.aliud fraus est.ff.de verb.signi.* nec accusatio procedit,nec inquisitio formari potest,Bart.& alij *in l.vbi pactum, C.de transact.* Bald.*in l.decuriones,C. de infa.* idẽ Bart.*in l. si seruus,C.de iis, qui ad Eccles.confug.* Ias.*in rub. C.vt ne.priua.in prin, & in l. nam & postea,pariter in princ.in 2.col.ff.de iureiur.* Dec.*cons.* 256.*n.*2. Marsi. *cons.*128.*n.*25.*& in pract.cri. §.constante.nu.* 110.cum aliis nouissimè per Hipp.Rimin.adductis *in cons.* 327.*n.*29.*vol.*3. ¶ Postquam igitur suprà in præcedentibus titulis de Inquisitione & Accusatione tractaui , non extra rem existimaui in præsenti titulo aliqua in genere de Delictis, & eorum Pœnis quærere. Et vt particulariter in hac prima Quæstione,pariter in genere dignoscamus,quomodo punienda sint delicta , † quæ ratione publicæ vtilitatis
2 * omnes Doct.cõmuniter * & vno ore impunita minimè remanere debere exclamant,per tex.*in l. ita vulneratus, in 1. respon,in fi.ff.ad l. Aquil.in l. licitatio, §. quòd illicitè,ff.de publicis.& vectig.in l.Stichum,§. tameti,ff.de solut. in l.si longius, §.1.ff.de iud.in l.capitalium,§. famosos ff.de pœn. in l. congruit, ff.de offi.præsid.in lib.si operis, C.de pœn.& in c.vt famæ, ext.de sent. exc.* cum aliis perbellè deductis per Pet.à Plac. *in epit. delict.cap.21.in prin.*

¶ QVÆRO, An † delicta sint cũ misericordia castiganda,
3 an verò seueriter, & ad iuris rigorẽ ? Videtur quòd sine venia coërcenda sint per tex. *in c.vt cler.ext.de vita & hõ. cler.* vbi quòd facilitas veniæ incentiuũ tribuit delinquẽdi. Item per tex.*in c.loci,§.proinde,*35.*q.*9.*& c.peruenit,*90.*di.* vbi quòd si ea quæ malè vsurpantur,omittimus,excessus viam aliis aperimus.itẽ & per tex.*in l.*1.*C.ad l.Iul.repet.& in d.l. capitaliũ,§.famosos,ff.de pœnis,* vbi quòd delicta sũt acriter puniẽda, vt vnius pœna,metus possit esse multorũ:quos enim ad vitæ decora domesticæ laudis exẽpla nõ prouocãt,correctionis saltem medicina cõpellit,*l.vnica,C.de emẽd.prop.*& delictorum punitio iniquitatis & malorum medicina est,secũd. Arist.*in* 2.*Ethico.* sic in proposito relatum per Lucã de Pẽna *in l.omnes,C.de ann. & trib.li.*10.*& in l.*1*col.*10.*C.de exact.lib.* 12.itẽ & secũd. Platonẽ *in lib. de rep.* sic pariter in proposito relatum per Iodoc. *in pract.cri.in proœm.n.*5.*&* 6. vbi etiã dixit,quòd dare pœnas,proximi mali euitatio est;quia facit alibi prudẽtiores & iustiores;& castigare noxam oportet,nõ ob præteritum delictum,cùm id corrigi nequeat,neque fieri,vt furtum non sit,sed ne iterum delinquens peccet , & ne ipsius exemplo cæteri quoque peccent.& vt exorditur Grãma.*in sua illa pulchra decisio.*36.*in prin.* quãdo delinquentes nõpuniũtur,publica turbatur lætitia,*l.nemo,*& ibi Bald. *C. de Episc.Iud.* & ira Dei in nos prouocatur,à quo pro delictorũ punitione venia speratur,& populi incolumitas procuratur. Et secund. Senec.*in tragœd.* quẽ refert Pau.de Cast.*in l.nemo, C.de Episco.* & Mille.*in pract.cri.pag.mihi* 44.*n.*29.*&* 30.non potest Deo pinguior victima mactari,quã homo iniquus,vt in sacris literis scriptũ est,*Non permittas viuere maleficũ super terrã.*Nec crudelis est,qui maleficos occidit,*c. nõ est crudelis,&c.qui homicida* 23.*qu.*5.& dicit Bald.*in c.olim , col.pen. de rescr.* quod cõtra malos nõ est vtendũ malua,seu ẽplastro,-sed gladio.& dicit Pã.*in c.*1.*in pen.notab.* per illum tex.*de postula.præla.* quod peccatũ est parcere delinquẽtib. sine causa, facit gl.3.*in verbo,dispẽsationũ.de pace Constã.* inquiens,quòd qui parcit malo,intelligitur nocere bono.& Ambr.*in* 1. *officiorũ,* dicit,quòd si quis filiis deprecantib.motus,& lacrymis cõiugis eius inflexus latronẽ absoluendũ duxerit,innocẽtes tradit exitio.Pius Papa *epist.*5.*circa fi.& epist.* 6.*ca.* 2.refert, quòd nõ immeritò Saul cõtraxit offẽsã Dei , quia misertus est Agab,quẽ diuina sẽtẽtia prohibuerat saluari.& S.Aug.*li.* 12.*de ciuitate Dei,c.*4.*& li.*13.*de Trinit.* dicit , Iudices nõ habere potestatẽ extra limites iustitiæ legalis. & Hier. *super epist.Pauli ad Philemonẽ* dicit quòd Iudices ita violant leges absoluẽdo reos,sicut cõdẽnando innocẽtes Et facit etiã illud Psalmistæ,*Lætabitur iustus,cũ viderit vindictã,manus suas lauabit.in sãguine peccatorũ.*& dicit B.Gregorius *in expositione illius Psalmi,* Iudicẽ esse pestẽ reipublic. qui reos cum rigore non corrigit. & secũd.Io.de Mõteferrato, *ante repet.l.si quis pro ẽptore,ff.de vsucap.ad Card. Papiẽ.* post plura exẽpla ibi per eũ relata,optime concludit, quòd sũma pietas est in delinquẽtes sæuire:quia cũ vni indulgetur indigno , ad prolapsionis contagiũ prouocãtur vniuersi,*ca. est inhibendũ,de cohab.cler.&mul.* Et id quod vltra leges agitur,dicitur seueritas, nõ autẽ id quod secundũ leges,*c. circũcelliones,*24.*q.*5.*& clẽ.* 1.*§.quia not.de sta.monac.*& in enormib.præsertim,quòd Iudex debeat vti seueritate & nõ benignitate probat tex. *in l. si præses,ff.de pœnis,& in l.Diuus in verbo,seuerè vendi,ff.de re iud.* Delicta ergo nõ cũ pietate,sed cũ seueritate castiganda sũt secũdũ præfatos,quos & alios sic in proposito vltra Iod. *in loco suprà citato* refert fidelis & doctus relator Neuiz. *in Sylua nupt.in §.nõ est nubendum,n.*71.*& seq.* Fab.à Montel. *in praxi arb.in* 5.*par.princ.in* 3.*partic.n.*1.*& seqq.vsq; ad n.* 16. *pag.*361.Grã.*vot.*35.*n.*3.*& seqq.* Alex.de Neu.*cõs.*60.*in prin. & in fi.cõs.* Tiraq.*de pœn.tẽp.caus.*29.*n.*6.*& de ll.cõ.l.*9. *n.*224. & ante istos Paris de Put.*in tract.de syndi. in verbo, cõpos.c.*1. *n.*3.*& c.*2.*n.*2.& nouissimè Hip..Ri.*in cons.*245.*n.*13.*li.*3.

¶ Contrarium,† quòd immò in puniendis delictis non seue- 4
ritate,sed clemẽtia,& benignitate vtẽdum sit, suaderi in primis potest ex tex.*in l.respiciendũ,§.primo,& in l.hodie,ff.de pœn.* quibus probatur, quòd in leuioribus delictis Iudices ad lenitatẽ promptiores esse debent:in grauioribus verò seueritatem legum cum aliquo benignitatis temperamẽto subsequi.Item & ex tex.*in c.disciplinã,& c.nanque,*45.*di.& c. quid faciat* 23.*q.*3. vbi etiã generaliter probatur,quòd seueritas semper cum benignitate tẽperanda est. item & tex. *in c.vera iustitia,*45.*dist.* vbi quòd vera iustitia est misereri delinquẽtibus. Itẽ & tex.*in c.licèt.d.*45.*dist.* vbi quòd plus erga corrigẽdos agat beneuolẽtia,quã seueritas,plus cohortatio,

quàm

quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas; cùm nemo nostrũ sine reprehẽsione, & sine peccato viuat. & ibi glos. dixit, quòd scientia, quæ misericordiã vetet, fugienda est. Item & tex. *in c. serpens, de pœn. dist.* 1. vbi quòd quis non debet esse nimis iustus, *& in cap. nisi cũ pridem, ante med.* & ibi gl. *de renun.* dicit, quòd nimis iustus quãdoq; in sua iustitia perit, *per cap. de his, 2. q. 7. & per d. cap. serpẽs.* Et ait Seneca *ad Neronẽ, in fi.* quòd in puniendis delictis venia & clementia attẽduntur. Venia illicita & iniusta est; quia ignoscendo malis, necessariò perduntur boni, *cap. est iniusta, 23. q. 4.* clemẽtia autẽ iustissima est, & attendi debet, per iura præallegata, & multò mèliùs est, Iudicem reprehendi de misericordia, quàm de seueritate, *ca. alligãt. 26. q. 7.* Spec. *in tit. de sent.* §. 6. *ver. igitur, & ver. si autem,* Corn. *cons. 296. inci. circa, litera B,* vbi subdit, quòd misericordia & pietas sunt virtutes, quæ laudes & fauores merentur, Iudicésque propter nimiam sæuitiam ab officio repelli probat tex. *in l. fi. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris,* & tradit Bal. *in l. 2. de cust. reo.* inquiens, quòd sæuientib. Iudicibus debet fræni tẽperies imponi, vt latè prosequitur Paris de Put. *in trac. de syndi. verbo, crudelitas Officialis, in discursu,* vbi propterea *post n. 5.* multũ reprehẽdit Iudices Marchianos & Aprutinos, qui in effusione sanguinis humani anhelantes & sitiẽtes, quęrũt hominẽ iugulare, nõ animo medẽdi, & terrẽdi, sed pro eorũ gloria, qui propterea homicidæ sunt censendi, vt ibi per eũ: qui adhuc refert tẽporib. suis fuisse quẽdã Iudicẽ, quẽ ipse ferocissimã bestiã appellat, qui licèt natura esset melãcholicus: in illa tamẽ die, qua homines trucidabat; aut trucidare curabat, omnib. alacer, iucundus, gaudẽs, blandus, & beneuolus apparebat. Et Dec. *in cons. 175. col. fi.* post Anc. quẽ allegat, maximè inuehit cõtra Iudices maleficiorũ, qui anhelãt ad cõdemnationẽ, quãdo procedũt per viam inquisitionis. & Iod. *in tract. de nobilitate, c. 14.* refert, quòd Iulius Cæsar adeò sãguinis humani effusionẽ exhorruit, quòd mortẽ meritos exilio damnabat: & Paulus Venetus Papa II. rarò vel nũquã pro quãtolibet enormi delicto homines ad mortẽ damnari permittebat. Licèt ergo delicta punienda sint, id tamen intelligendũ est, vt nõ cũ seueritate, sed cũ benignitate puniantur: quia, quantũ potest, Iudex debet tẽperare & mitigare pœnã, secũd. Beluis. *in pract. iud. sub rub. de pœna capitali, n. 2.* & Placentin. *in tract. de accus. in rub de diuis. cri. n. 3.* quos refert & sequitur Cõra *in pract. tit. de homic. n. 15. in fin. pa. mihi 321.* & plura alia in proposito, vltra Parid. de Put. & alios sup. allegatos adducũt Ferrat. *cau. 26. in prin.* Th. Mor. *in trac. de optimo reipub. statu, lib. 1. car. 8. & plurib. seqq.* Florian. *in disput. incip. varia. diuersa, col. 5.* Petr. Rauẽnas *in suo Alphabeto iuris, q. fin.* Lup. *de donat. inter vir. & vxor. in fine, in allegatione hæresis,* Iodoc. *in tract. de nobilitate, d. ca. 14.* Neuiz. qui omnes etiã refert, *in Sylua nup. §. nõ est nubẽdũ, n. 69. & seq.* Tiraq. *de pœ. causa 24. n. 2.* Hipp. Rimi. *in d. cons. 245. n. 14. & seq. 48. & seq. li. 3.* vbi respõdet cõtrariis, & nouissimè D. Ioseph. Lud. *in sua decis. Lucẽ. 15. n. 82. & seqq. 1. parte,* latissimè Mars. *in pract. §. fi. occurrũt, & c. n. 5 & omnib. seqq.* vbi post plures iurisũ, canonũ, & Doctorũ authoritates, & nõnulla etiã exẽpla proposita concludit, quòd quando non sumus in famoso delinquente, non semper Iudex debet reũ morti tradere, sed mitiùs secũ agere, etiam quòd de iure esset pœna mortis puniendus. Nec dissentit Boss. licèt in Principe loquatur, *in tit. de Principe, & eius priuileg. n. 33.* vbi multùm magistri aliter dixit, quòd licèt proprium Principis sit facere iudicium & iustitiã, *c. rex, & c. Regnum, 21. q. 5.* hæc tamẽn iustitia debet esse dulcedine misericordiæ temperata, *capit. disciplinam, 45. dist.* quia iustitia sine misericordia vertit verum Principem in Tyrannum.

¶ Quid igitur dicendum? † Dic quòd sine causa Iudex nõ 5
potest minuere pœnas à lege, statuto, seu cõsuetudine inductas; & sic sine causa debet merum rigorem in puniẽdis delictis seruare, non autẽ clementiam, misericordiam, seu veniã. tex. est expressus, quem ad id ponderat ibi, & mirabilem dicit Accurs. *in §. oportet, in Auth. de Iudi.* vbi Iudex nõ debet esse clemẽtior lege. itẽ & text. *in l. 1. §. in fine, ff. ad S. C. Turpil. in ca. de causis,* vbi etiã Doct. *de offi. deleg. & in c. licèt, & ibi gl. in verbo, pœnã pecuniariam, ext. de pœn.* quib iurib. expressè probatur, quòd vbi certa est pœna à lege vel consuetudine statuta, eã nõ potest Iudex remittere, minuere, augere, aut aliter mutare, & arbitrari. Facti enim quæstio in arbitrio iudicantis est: pœnæ verò persequutio non eius voluntati mãdatur, sed legis authoritati reseruatur, *d. l. 1. §. fi. ff. ad Turp. l. ordine, ff. ad mun. l. si operis, C. de pœn. & c. iudicet, 3. q. 7.* & quę pœna à iure statuta est retractari non potest, *l. si qua pœna ff. de verb. sign.* & hanc sententiam etiam D. Thom. 2. 2. *q.* 67. *art.*.... amplectens scribit, quòd duplici ratione Iudex impeditur reũ à pœna iure statuta liberare. Primò, ex parte accusatoris, cuius plerunque interest, vt reus puniatur. Secundò, ex parte reip. cuius etiam interest, vt *sup.* dixi, puniri maleficia. Et ideò in iis, quæ sunt determinata secund. legẽ diuinã, vel humanã, nõ est Iudicis misericordiam facere, vt ibi per eũ, & ex nostris (omissis aliorũ authoritatib. ex quib. ita communiter * teneri apertè dignoscitur) ex professo latè * comprobat Tiraq. *de pœn. in præf. n. 1. & seqq.* Ghirlan. *in trac. de relax. carcer. tit. de sent. & pœnarum exeq. q. 6. in prin.* Viu. *in comm. op. lib. 1. verb. Iudex vbicunq. & c. n. 1.* Iac. Nouel. *in trac. ad defens. in §. His hactenus, & c. n. 44. fol. 69.* D. Menoc. *de arbit. q. lib. 1. q. 96. n. 10. & seqq.* Cont. *in pract. tit. de homic. n. 15. pag. mihi 321.* Sarm. *select. interpr. lib. 1. c. 1. s. 6 n. 3.* vbi nihil adeò reip. perniciosum esse dicit, quàm vt Iudices arbitraria efficiant ea, quæ à lege certa, & constituta sunt.

¶ Immò Iudex, † qui sine causa delinquenti pœnã minuit, 6
vel remittit (paria .n isto casu esse remittere, vel minuere pœnã, probat tex. *in l. seruos, in fi. C. de vi pub.* & per illum tex. voluit Luc. de Pen. *in l. 1. col. 8. in verb. distulerit, in princ. C. de deser. lib. 12.*) plures incurrit pœnas, de quib. forsã plèniùs alio in loco, si Dei benignitas id largietur, dicemus. Primò. n. se consciũ criminis ostẽdit, *l. fin.* vbi Bal. *C. de cõmerc. & merc. c. sicut, ante fin. & c. negligere, & c. 2. 2. q. 7. c. error, 83. dist.* quæ iura in id optimè põderat Tiraq. *d. tr. de pœn. in præf. n. 8.* Secundò punitur eadem pœna, qua delinquens puniri debet, *l. nulli, in fin. C. ne fac. bapt. reit. l. 1. in fin. & l. christianis, etiam in fin. C. de pagan. l. 2. C. de sepulc. violat l. fin. C. ad l. Iul. de vi pub. l. præcepit, C. de can. larg. lib. 10. c. vt clericor. de vit. & hon. cleric.* quæ iura in id etiam põderat Tiraq. *vbi sup. n. 9. & 10.* sequitur Clar. *in pr. q. 85. vers. vlterius quæro, prope fin.* Men. *de arb. q. lib. 1. d. q. 96. n. 11.* Hip. Rimin. iun. *d. cons. 245. n. 22. & 23. lib. 3.* vbi post Fab. Luc. de Pen. And. de Isern. Cast. Anan. Rom. Fel. Bal. Barb. Io. de Plat. Par. de Put. Affl. Chassan. Carr. & alios plures, quos allegãt concordantes, ex quib. apparet ita communiter, * nemine contradicente, esse à Doc. * receptum, & referunt Regem Carolum I. fecisse suspendi quendã Iudicem, qui reum de iure condemnandum in amputatione capitis, condemnauit tantummodo in amputatione manus. Tertiò efficitur infamis, *l. seruos, in fin. C. de vi publ.* Rom. *sing. 77.* Dec. *in c. de causis, col. fi. de off. deleg.* Neuiz. *in Sylua nupt. §. non est nubendum, n. 71.* Rimin. *vbi sup. n. 21.* [Gayl. *de pace publ. lib. 2. c. 9. n. 25.*] Quartò punitur amissione bonorum, *l. 1. C. de desert. lib. 12.* sicuti per illum tex. voluerunt Panor. & alij *in d. c. de causis,* Rom. *in l. si verò, §. de viro, in 26. fallent. ff. solut. mat.* Item punitur ex lio, & decem libris auri. Item & pœna criminis læsæ maiestatis, & aliis pœnis, de quibus remissiuè per Tiraq. *vbi sup. n. 14.*

¶ Cũ causa autẽ, † quòd Iudex possit pœnas à legib. in- 7
ductas nõ solũ minuere, sed etiã pro suo arbitrio augere, & quòd hodie omnes pœnæ iuxta facti, & personarũ qualitates sint in arbitrio iudicãtis, apertè probat tex. *in l. & si seuerior,* vbi gl. & Doc. *C. ex quib. ca. inf. irr. l. hodie,* vbi etiã Bar. & Doct. *ff. de pœn. l. quid ergo, §. pœna grauior.* vbi pariter gl. & Doc. *ff. de his, qui not. inf. l. 2. in verb & si persona, C. vt inf. cert. tẽp. l. in metallũ, ff. de pœn. l. nõ omnes, ff. de re mil. c. quoniam frequẽter, § fin. vt lite nõ cõtest. c. de caus. ext de offic. deleg. c fin. de trãsact. c. at si clerici, §. de adulter. de iud.* & per iura prædicta ita senserũt Bal. *in cõs. 34. casus talis est, ante fin. lib. 1.* Archid. *in c. qui bona, col. 6. vers. & hæc vera sũt, 17. q. 1.* Innoc. & alij *in c. 1. de const.* Pau. de Cast. *cõs. 328. col. 2. vol. 2.* Bal. Rom. & alij *in l. quod seruus, ff. de cõd. ob caus.* idem Bal. *in l. milites, in fi. C. de test. milit. & in l. clari, C. de fi. dei. & in l. obseruare, § proficisci, col. 6. in 11. q. ff. de off. proc. & leg. & in c. 1. in 6. col qui feu. dare possunt, & in c. 1. § iniuria, de pace iuram. firmand. in vsib. feud. & in c. 3. in fin. de re iud.* Rom. *cons. 429. incip. considero in proposita consultatione, & rub. C. qui admitti, col. 2. & rub. de arbit. in 6. colum. & l. si quis in graui, §. vtrùm, in vlt. col. ff. ad Sylla.* Abb. *in c. nisi de offic. deleg. & in cap. 3. de pœn. & in c. 2. de delict. puer.* Ioan. And. Host. & Doctores *in cap. qualiter, & quãdo, il secõdo, de accus.* Gand. *in tract. de malef. sub rub.*

vtrùm

vtrùm pœna possit augeri,&c. Doct.*in l.1.de precibus Imp.offer.* itē Doct.*in cap.1.ext.de const.* Iac.de Beluiso *in suo pract. ind. in rub.de quæst.& qualit.torm.fol.75.in 1.col.* Bart.*in l.fi.in fin.de receptat.* Fulg.*cōs.124.incip.præsuppositis,col.fi.ver.caterū, &c.* Are.*in tract.malef.verbo,quas si nō soluerit infra decē dies,col.4. vers.quid autē si simpliciter,*& ibi Aug.in add.Paris de Put. *de synd.ver.si Iudex,fo.14.* Castr.& Aret.*in auth.ad hac,C.de ind.* Alex.*cons.65.habita super contentis,col.pen. ver.accedit, vol.1.* Fel.*in c.inquisitionis,col.5.de accus.* Ias.*in l.omnes populi,col.fi.de iust.& iure,* Tiraq. qui plura similia in idē cōgerit,*in tract.de pœ.in præfa.n.16.& plurib seqq.* Guindisal.*in tract.de hære.q.17. in prin.* Maran.*in tract.iudiciorū,in 4.part.principali,n.65.&* 82.Mod.Tholos.*in suis regulis cri.in 1.vol.cōmu.opin.pag.mihi* 346.*col.1.ver.incip.in crimin.certa doctrina,&c.* Marsi.*sing.*182. *& in l.1.§ sed & si quis,col.2.ad leg.Corn.de fal.* Nouel.*reg.41. & in tract.ad defens.p.74.n.42.& seqq.in pr.* Pet.à Plac.*in ep. del.c.33.n.5.* Diaz *reg.*371.vbi etiā de materia, Soc.*reg.*293. *vbi pariter de materia,* Hippo.Rim.*cōs.245.n.5.& 16.& cōs.* 327.*n.7.lib.3.* Ioach.Mising.*obseru.30. cent.2.* Couar. *var.res. li.2.ca.9.n.8.* Men.*de arbitr.q.lib.2.d.q.96.n.14.& seqq.* & de
* cōi *Doctorū opinione testati sūt Dec.*in c.de causis,n.18.de offi.deleg.* Ghirl.qui etiā contrariis respōdet, *in tract.de relax. carcera.tit.de sent.& pœ.exequutio.q.6.n.3.* Viui.*in commun.op. lib.1.verbo,Iudex vbicunque,&c. n.2.* Blanch. *in pract. crim.§. postquā vidimus,quæ iudicia sunt ciuilia,&c.n.77.& 96.in fin. pag.mihi* 73. Aret.*in d.c.qualiter,& quādo,n.*24.Grāmat.*voto* 23.*n.*18.Soarez *in comm.opin.ver.pœna,n.*157. Capra *reg.*18. *n.*23.Bonacos.*in commu.opin.1.par.pag.*132.*col.1.vers.pen.& col.2.vers.2.& in 2.par.pag.42.à tergo.vers.fi.incip. Iudex non debet esse clementior,* Clar.*in pract.q.*85.*vers.vlteriùs quæro,* Ioseph Lud.*decis.Lucē.*15.*n.*58.*& seqq.*1.*par.* Ferran.Vasq.*contro.Illust.c.*14.*n.*4.& Andr.Gayl.*de pace publ.li.2.c.9.n.22.

8 ¶Ratio†istius arbitrij sic à iure Iudicib.cōcessi potuit esse,secund.Doct.prēcitatos,ex circumstantiis & qualitatibus personarum delinquentium & locorum, vbi delicta perpetrantur, ex quibus crimen ipsum quandoque fit excusabile, quandoque autē magis atrox,& odiosum habendum, *c.sicut dignū,in princ.ext.de homicid.l.Gracchus,C.ad l.Iul.de adul.l.si adulteriū,§.Imperatores,ff.eo.* dictasque omnes circūstantias, & qualitates cū lex ipsa exprimere non potuerit, sed quasdā tātummodo expresserit,*vt in d.l.aut facta,* §.1. *cū duab. seqq.* ideo dedit Iudici hanc facultatē & arbitriū, vt secundū facti contingētiam pœnas ipsas arbitrio suo ex causa augeret, minueret,vel mutaret,*d.l.aut facta,§.fin.& d.§. pœna grauior,*& per hoc non dicitur Iudex esse benignior lege,nec contra legem venire,vel ab eius dispositione recedere, sed potiùs legem seruare; quæ ita vult atque disponit,non solùm in specie per iura superiùs allegata,*n.*7.sed etiam in genere,per il-
9 lam regulam,†quòd pœna est cōmensurāda delicto, de qua *in l.sancimus,C.de pœn.in c.sicut dignum,ext.de homi.& in c.vt clericorū,de vita & hone.clerico.*& vt præcipuè inquiūt Mod. Tholos.*in loco supra citato.* cùm in criminalib. certa doctrina dari non possit,pœnatúmque constitutio ex qualitate rei delinquentis, & delictorum circumstantiis pendeat;ideo optimo iure Iudicis prudentiæ & discretioni relinquitur, *d.l.aut facta,& l.respiciendum,ff.de pœn.l.1.& l.militis,ff. de cust.reor. l.3.vers.tu magis,ff.de testibus,capitulo studeat,*10.*distinctione,* & vt inquit Aristot.*lib.5. Ethic. cap.* 5. Iudex debet esse clementior lege scripta, quando eiusdem legis & iustitiæ ratio ita fert, & patitur.

¶¶ Regvla igitur ex præmissis firma remanet vera &
10 communis,† quod in imponēdis pœnis Iudex habet à iure concessum arbitrium illas iuxta delictorum qualitates & circumstantias minuendi,augendi & immutandi.

¶ Sed quæ im sint istæ qualitates,circūstantiæ & causæ, quibus Iudex ad ita arbitrandū moueri debeat,ponuntur per Lucā de Penna *in l.1.C.de colonis Illyricanis,lib.*11. Fel.*in cap. qualiter,& quādo,il f.cōdo,n.37.de accus.& in ca.1.ext.de cōst.* Bart.*in l denunciasse,§.quid tamen,*& ibi etiā Sali. *ff. de adult.* Clar.*in pract.q.*60.Carter.*in pract.in tract.de homic.& assassi. in §.circa itaque secūdū ex quib.causis,&c.pag.*243.*& pag.*248. §.circa igitur tertiū,quib.ex causis,&c.* Guin.*in tract.de hæret.q. q.17.n.*2.[Assl.*in c.1.§.si quis hominē,n.2.& seq. de pace tenē.in vsib.feu.* [Fab.à Montel. *in sua praxi arbi.in vlt.par.5. partis princ.q.*12.*n.*1.*& seqq.p.mihi* 448.Blāch.*in pract.cri.d.§.post-quam vidimus,quæ iudicia sint ciuilia,n.*83.*& seqq.* Bart.Tæg. *in tract.cri.par.*13.*& omnib. seqq.* latissimè post omnes alios Tir.*in pr.de pœ.tēp.* And.Gay.*d.c.9.n.*4.& nos etiā paulò inferiùs,dāte Deo,illas,saltē principaliores explicabimus *in simili tit.de pœn.temp.*ĩ *in 2.li.* & aliquid etiā de pœnis augēdis dixi *hoc eo.ti.in seq.q.*18.*n.*61.*& seqq.in 7.delictor.distinct.*

¶ Amplia I.Hanc regulam,†vt procedat nedum in pœ- 11
nis legalibus,sed etiā statutariis, quas ex iusta causa Iudices posse augere,minuere & commutare,dixerūt Bar.*in d.l.quid ergo,§.pœna grauior,in fi.ff.de his,qui not.infā.& in l.fin.ff.de re. cepta.* Bal.*in d.l.& si seuerior,col.2.ver.ex prædictis,*& ibi Sali. & Paul.de Castr.*C.ex quibus causis infam.irroge.* idē Bald.*in l. clari,in princ.C.de fideicō.* Abb.*in c.fi.col.fi.vers. quæda est adiectio.de const.& in c.nisi,col.fi.de offi.deleg.& in cap.fi.in 2.not.ab. de trans.& in c.vt mēsuræ,in fin.& ibid.* Ant.Burg. *de empt.& vend.& in c.2.de delictis puer.* Castr.*cons.*277.*in causa carcera. torū,col.3.vers.ex his sequitur,li.2.& cons.*328.*incip. Clarū est in iure,in nouis,circa med.d.libro* 2.Fulg.*cōs.*124.*col.fi.ver.caterū eorū,*Rō.*cōs.*429.*incip.cōsidero in proposita,* Io. de Plat.*in l. omnes delatores,in 4.not.ab.C.de delat.li.*10.Aret.*cōs.*130.*cōsul. tissime Domine collateralis,in fine,& in c.at si clerici,col.4. in fi.* & ibi etiā Dec.*col.8.ver.2.limitatur,&c. de ind.* idē Deciā. *in dict.capitulo de causis.col.fi.n.97.de offi.deleg.* Tiraq. qui *hos fere omnes refert,& sequitur,*& de veriori & magis cōi*opinio- *
ne testatur *in tract.de pœnis,in præfat.n.*22. Ghirl. *in tract. de relaxa.carcera.titulo de sent.& pœnarū exequutione,q.6.n.7.& seqq.*vbi pariter de cōi,Marsi.*sub sing.*182.*incip. Iudex non debet esse,&c. & sub sing.*244.*tu scis,* Viui.*in cōm. opin.d.verbo, Iudex vbicūque,n.6.* Blāc.*in pract.cri.§ postquā vidimus,quæ iudicia sint ciuilia,n.*71.*& seqq.pag.mihi* 73.vbi etiā de cōi.Bar. Tæg.*in pr.cr.c.*13.*n.*17.Iul.Clar.*in pr.§.fi.q.*87.*sub.d.ver.vlterius quæro,* Zuccar.*rubr.C.qui admit.n.*13.Bost.*tit.de pœn.n.* 10. D.Men.*de arb.iud.q.q.*99.*n.*16.*li.*1.D.Ios.Lud. *in sua dec.Luc.* 15.*n.*58.*& seq.*1.*par.*[And.Gayl.*vbi suprà d.c.*9.*n.*22.]

¶ Et licèt Bal.ineonstanter † contrariū asseruerit post Ia- 12
cobū de Buttrigarió *in l.prima,C. si aduer. delic.& in l.eū qui, in fi.C.de fur.& in d.l.quid ergo,§.pœna grauior,col.3.ver. iuxta hoc,ff.de his,qui no.infa.*hac vna ratione motus,quia.s. vt ipse dicit statuta sunt præcisè obseruanda. Non tamē per hoc recedas à præcedenti ampliatione, quæ non solùm, vt vides, magis cōis*est,sed etiam verior,& rationabilior,eámq; am- *
plexi sunt omnes ferè Doctores *supra allegati,n.*7.qui etiā in pœnis statutariis in specie loquuntur:eadem enim ratio augendi & minuēdi pœnas legales(ea scil. quia delicta ex qualitatibus,& circumstantiis, quas omnes non potuit lex exprimere & cogitare,cùm fiant & grauiora, & leuiora, ideo eorum punitio Iudicis arbitrio commissa est,vt dixi *supra,n. abhinc* 4.)militat nō solùm in dictis pœnis legalibus,sed etiā in pœnis statutariis:vnde stāte identitate rationis debet etiā succedere eadē iuris dispositio, † cùm statùta,vt ad motiuū 13
Baldi respondeatur,non secundùm corticem verborum, sed secūdùm rationem intelligenda & interpretanda sint, vt dixit idem Bal.*in l.quicūque,col.penult.vers.*4.*casus,in fi.C.de seruis fugit.& in l.omnes populi,co.* 9. *vers.in contrarium videtur. ff.de iustitia,& iure,& cons.*294. *ad euidentiam præmittendum est.in fi.li.*1.Castren.*cons.*325.*col.secunda,lib.*2.Anan. *in capitulo sicut,col.fi.de Iudais,* Alex.*cons.* 83. *visa facti narratione, col.2.vers.& statuta,& cons.*144.*incip. post redditum primum consilium,col.2.vers. Non obstat,quòd statutum,in fine,lib.*2.*& cons.*59.*viso titulo quæstionis præmissæ,col.penul.vers. Nec enim statuta,li.*4 Barb.*cons.*81.*præclare & luculenter,col.*4.*vers.item quia statuta,in fi.li.*4.& est gl.cōmuniter * ad id ab omnibus *
recepta,*in l.damni,§ si is,qui,in verbo,aliquas,ff de dā. infecto.* Et propterea sicut in pœnis legalibus Iudex habet arbitriū augendi, minuendi & cōmutādi,illud idem arbitrium debet etiam habere in pœnis statutariis,† cùm statuta semper reci- 14
piant declarationem à iure communi,*l.2. C.de noxal. c. cùm dilectus,§.quia nobis,ext.de consuet.* Bart.*in l.omnes populi,in* 4. *q.principali,ff.de iustitia,& iure,* Bal.*in l.terminatio,in fi. C. de fruct.& lit.expē.& cōs.*58.*in restitutione dotis,col.fi.lib.*2. Alex. *cons.*50.*visis,col.fi.li.*1.*& cons.*217.*in lib.secundo,* Corn.*cons.*1. *pro decisione,col.fin.lib.*2.*& cons.*11.*stantibus dictis statutis, in fi.libro primo,* idem Alex.*in l.inter cætera.col. penul. ad finem,& col.seq.ff.deliber.& posthum.* Ias.*in auth.nouissima,col.*5. *ad fi.& seq.C.de inoffi.testam.*

¶ Amplia

15 ¶ AMPLIA II Eandem regulam illatiuè ex præcedenti ampliatione, † vt procedat, etiam quòd Iudex seu Officialis iurasset seruare statuta: licèt enim iuramenta regulariter sint ad vnguem, & præcisè seruanda, *l. pecuniam*, vbi latè Ias. *n. 23. ff. de cond. ob c.* latè etiã Brun. *cons. 89. n. 4.* Gomez. *in §. item si quis postulãte, n. 7. Inst. de actio.* Aym. *cons. 12.* Rol. *cons. 6. n. 31. li. 1.* Dida. Cou. *in c. quamuis, par. 1. §. 4. n. 6. de pact. in 6.* Cep. * *cõs. 41. n. 10. & seqq. vol. 1. & cõs. 118. n. 23. eo. vol.* cõmunẽ* dicit Ias. *in cõs. 4. vol. 3.* prout illũ refert Io. Bapt. Villa *in suis cõ-*
16 *mun. opi. verb. iuramentũ, n. 1222.* † quia tamẽ in quolibet iuramento semper censetur excepta authoritas legis & Prin-
17 cipis, *l. fi. ff. qui satisdare cog.* † Et iuramentũ Magistratus debet semper ad æquitatem reduci, arg. *§. & equus, in Auth. vt iusiurandũ, quod præst. ab his.* Et sicut Iudices statuta, ita etiã & leges seruare iurant, *l. rem non nouã, C. de iud. & in d. Auth. vt iusiuran quod præst. ab his, &c.* Nec propterea incurrit Iudex periuriũ vbicũq; à statutis recedit ex aliqua causa, *l. si hominẽ ff. mandat.* Bal. *in rub. C qui admitti, in 1. c. ver. quandoque, &c.* cũ aliis relatis per Co sett. *in sing. ver. iuramentũ, incip. tẽpore pacis, &c.* & per Catel. Cott. *in suis memor. verb. armoriũ offedibiliũ, prope fi.* Ideo per has rationes arbitriũ augẽdi, minuẽdi, & cõmutandi pœnas iisdem Iudicib. à iure tributum extẽdi, etiã si iurauerint seruare statuta, vt in specie censuerũt Bal. Aret. Cast. & Sal. *in d. l. & si seuerior, C. ex quib. caus. infa. irrog.* Rom. *in rub. ff. de arbitr. col. 5. ver. item quia quamuis iurauerit, & cons. 429. (considero in proposita consideratione,* Aret. *in c. at si clerici, §. de adu. de iud.* Gui. Pap. *dec. 206. in hac ciuitate,* Laud. *in add. ad Gand. in tr. male. in tit. vtrùm pœna possit augeri, &c.* Ioa. de Arn *sing. 8. inc. tu habes constitutionẽ,* vbi etiam de materia. Ghirl. *de relax. carcer. d. i. de sent. & pœ. exeq. q. 6. n. 7. 9. &* 10. Blanc. *in pr. cr. §. postquam vidimus quæ iudicia sunt ciuilia,*
* *n. 71. & seqq. p. 73.* vbi de communi.* Tiraq. *de pœn. tẽper. in præf. n. 3.* Ioach. *obser. 54. cent. 2.* D. Iosep. Lud. *d. dec. Lucen. 15. n. 59. 1. par.*

18 ¶ AMPLIA III. Regulam † procedere nedum in pœnis legalibus & statutariis, vt suprà præmissum est, verum etiam & in consuetudinariis (vt ita dicam.) Nam sicut non minus in imponendis pœnis Iudex seruare debet loci consuetudinem quàm leges seu statuta, ad tex. *in l. si quis reum, ff. de cust. reor. & in l. in illis verbis, (*ℂ*plecti cõsuetudo, &* ibi Io de Pla. *in 2. not. C. de pet. & in auth. iubemus,* vbi Bal *in vlt. not. C. de iud. & in l. sacculariy, §. sunt quadã, de extr cr. & in §. Inst. de offi. iud.* gl. *in l. hodie ff. de pœ. & in l. si Barsatoram, C. de fideiuss.* idẽ Bal. *in c. cùm omnes, col. 3. ver. eodẽ modo, de cons. & in rub. de delat. ante fi. & in d. l. & si seuerior, col. 1. ver. 3. oppono quòd Iudex, C. ex quibus caus. infa. irrog. & in l. reos, col. 2. ver. quæro, quid in pœna, &* ibi etiã Sal. *col. 1. & 2. ver. Ad quartum, C. de accus. & in l. si quis non dicã, col. 2. ver. iuxta hoc incidẽter, C. de Epis. & cl.*
¶Limita IX. Dictam duodecimam ampliationem, † procedere in arbitrio dato Magistratib. & Iudicib.superiorib.secus in dato Iudicibus pedaneis inferiorib. Cùm enim arbitrium intelligatur datum secundùm dignitatem eius, cum conceditur;ideo Iudicem inferiorem non posse isto casu pœnam mortis arbitrari,cùm nec etiam possit bonorum confiscationem,seu aliam corporalem pœnam,quod est minus,imponere, dixerunt Bald.*in l.prima,C.ne sine iussu Princip.*Io.Anan.*in c.super his, col.5.vers.item adde,de accus.* Barbat.*cons.11.* Hippol.*singul. 297. incip. Arbitrium*, Carrer.*in pract.in tract.de homic.§.circa igitur tertium,quib.ex caus.pœna augeatur,num.31.pag.mihi 250.* Roland. à Valle *consil. 99.n. 28.vol.1.*Menoc.*de arbit.qu.d.q.86.n.3.lib.1.*Cæpol.*in l.si fugitiui.n.52.C.de seru.fugit.* vbi loquitur, † quando Iudici est datum liberum,& absolutum arbitrium:& dicit isto casu sine dubio illum posse mortis pœnam arbitrari. 58 59

¶Sublimita Hanc nonam limitationem, ac etiam omnes alias præcedentes † non procedere, quando Iudex arbitratur pœnam mortis,consulto Principe: licèt enim aliquib. casib. pœna arbitraria non posset extendi ad mortem, vt suprà vidimus:in Principe tamen omnes pœnæ sunt arbitrariæ,etiam vsque ad mortem,si ita sibi visum fuerit ex facti,& personarum qualitatib. Aug.ad Ang.*de malef.verb.& caput à spatulis,vers.quando aliqua l.*prout illum refert Ioan. Mar.Monticel.*in pract.crim.reg.2.num.8.vers.quod autem dictum est sup.&c.*Carrer.*vbi sup.d.pag.250.à tergo n.31.& 32.* 60

¶Limita modò regulam in hac quæst.propositam *sup. n.10.*plurib.modis.† Et primò illam procedere ante sententiam, secùs post sententiam, postquàm cùm dicatur Iudex functus officio suo,ideò non potest nec augere,nec minuere pœnam in dicta sententia inflictam, *l.mortis,§.isto ferè,ff. de pœn.l.1.§.fin.ff.de q.l.prima,§.sin autem,ff.ad Turpil.l.Iudex postquàm, ff.de re iud.* & ita ante sententiam, & non post loquitur gl.*in l.quid ergo,§.pœna grauior,in vers.oneraßet, circa prin.ff.de his,qui not.inf.*quam gl.communiter * receptam * testatur Didac.*pra.q.c.35.circ.fin.*provt illum refert Clar. *in pr.§.fi.q.85.sub vers.vlterius quæro*, & ita cõmuniter * etiam * notari per Doc.*in l.& si seuerior, (.ex quib. cau. infa. irrog.* testatur Blanch.*in pract.crimin.§.postquam vidimus, quæ iudicia sunt ciuilia,numero 96.pagina mihi 75.*Ghirl.*in tract.de relax.* 61

carcerat,

carcerat. tit. de pœnarum, & sent. exeq. q. 6. sub n. 3. Ant. de Butr. in c. nisi specialis, de offi. deleg. Carrer. in pr. crim. in tra. de homicid. §. circa quartum & vltimum, &c. n. 19. f. mihi 253. vbi sublimitat, nisi consulto Principe, per tex. in l. Dini fratres, ff. de pœn. Card. & Abb. in c. 3. ext. de pœn. Cou. var. resol. li. 2. c. 9. n. 8. Petr. à Plach. in epit. delict. c. 33. nu. 5. in fin. lib. 1. Guind. de hære. q. 17. n. 5. vbi pariter sublimitat in crimine hæresis, in quo reo vel ad fidem reuerso, vel vti suspecto, ad carceres damnato, potest Iudex etiam post sententiam pœnam mitigare, per tex. in c. commissi, §. necnon, de hære. in 6.

62 ¶ LIMITA II. Dictam regulã, † vt licèt regulariter in sententia Iudex non habeat necesse causam exprimere, ad tex. in c. sicut, & in c. cùm Bertoldus, de re iudic. quinimò fatuus sit Iudex, qui causam in sententia expresserit, vtpote, quia eam exprimendo, viam aperiat suæ impugnandæ sententiæ, vt dicit Imol. in l. si is, ad quẽ, ff. de acq. hæred. quando tamen Iudex ex causa recedit à pœna legali, statutaria, seu consuetudinaria illam augẽdo, seu minuendo, debet in sententia causam auctæ vel diminutæ pœnę exprimere, sic Bal. in rep. l. quid ergo, §. pœna grauior, col. 6. ver. istorum opinio, in fi. ff. de his qui notan. infam. & in l. data, col. 2. vers. & ex hoc infero, C. qui accus. non poss. Salic. in l. properandum, §. illud proculdubio, col. secunda, vers. aut quæritur, quo ad ipsius, Cod. de iud. Pau. de Castr. cons. 328. Clarum est in iure, ad finem, lib. secundo. Ioa. de Plat. in l. vltim. C. de mun. li. 12. Ang. de malef. in verb. quas si non soluit infra decem dies, col. 5. vers. & aduertas, in fin. Mar. Monticel. in pr. crim. reg. 2. n. 9. Ghirlan. de relax. carcerat. in tit. de senten. & pœnar. exequ. quæstio. 6. n. quarto. Ferran. Vasqu. controuer. Illust. cap. 14. num. quinto, Viui. in com. opin. verbo, Iudex, vbicunque lex imponit pœnam, &c. num. 5. Iacobus de Beluiso in prac. cri. tit. de fuga reorum, num. 26. fol. 46. Clar. in prac. qu. 85. vers. vlteriùs quæro, Carrer. in prac. in trac. de homic. §. circa quartum

63 & vltimum, primò quæro, n. 26. & 27. p. mihi 253. † Generale enim est, quòd vbicunque Iudex ex causa recedit à iure cõmuni, debet eam causam in sua sententia adscribere, l. sciendum, de appel. recipi. d. prima, C. de prad. decurio. li. 10. l. si adulte-
* rium cum incestu, §. idem Pollio, ff. de adult. Doct. communiter* in d. c. sicut, vbi præsertim Abb. col. 2. vers. 4. & Fel. col. 9. vers. dum Doctores ponunt, de re iud. Ioan. And. in add. ad Spec. tit. de sent. & quæ ipsam seq. §. qualiter, vers. vtrùm si rationes, Imo. in c. præterea, in fine, de dilat. Oldrad. cons. 326. quod artic. dati, col. 2. vers. Item non sufficit, vbi ampliat etiam in Papa, qui ex causa aliquid contra ius concernens vniuersalem statum Ecclesiæ rescribẽs, debet in rescripto exprimere causam, Rom. cons. 485. dubitatur primò, vtrùm electio, col. penult. vers. 2. respõdeo, & cons. 499. in præmissa consultatione, col. 1. Dec. cons. 8. viso puncto, & diligenter examinatis omnibus, in pri. Ang. in l. vtique, in fi. ff. de rer. vend. & latè exornat & infert Tir. de pœnis temp. in præf. n. 54. & seqq.

64 ¶ SVB LIMITA I. Hanc secundam limitationem, † vt cũ pœna augetur, vel minuitur, causa sit in sententia exprimẽda ad excusationem Iudicis, ne teneatur in syndicatu, non ad ipsius sententiæ validitatem & substãtiam: nam si sine causa hoc facit, lex supplet id quod deest, l. quarta, §. si quis, ff. de re iud. sic Bald. in d. §. pœna grauior, in loco nuper citato, Sal. in l. properandum, §. illo proculdubio, vbi etiam Alex. C. de iud. Bar. in l. relegatorum, §. ad tempus, in fin. ff. de interd. & releg. & in d. §. pœna grauior, col. ..... in ver. item similiter, & vers. 3. est videndum, & in l. quod ad statũ, ff. de pœn. latè Fel. in d. c. sicut. col. 10. ver. cæterùm dixi, de re iud. Tiraq. de pœn. temperan. in præfat. n. 70. Ghirl. vbi sup. d. n. 4. Vasq. controu. illust. d. c. 14. nu. 5. vbi
* de communi*.

65 ¶ SVB LIMITA II. Vt † isto casu sufficiat in sententia causam exprimere in genere; vt putà dicere, iustis de causis animum nostrum mouentibus. Sic Tiraq. in loco proximè citato, dist. num 70. vbi apud ipsum ita in iudiciis obseruari testatur Ghirl. vbi suprà, d. nu. quarto, Vasq. controu. illustr. dict. cap. 14.
* nu. 5. vbi de communi*, prout illum refert Clar. dic. q. 85. sub eodem versicul. vlterius quæro, Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. qu. 96. num. 17. quicquid in contrarium dixerit Carrer. vbi suprà, nu. 28. pag. 253. [& cum hac sublimitatione concurrere communem Doctorum opinionẽ, testatur And. Gayl. de pace publ. lib. 2. ca. 9. n. 25. & 26. vbi etiam quòd in dubio, pro Iudice præsumendum est, quòd non sine causa pœnam commutauerit, idque in praxi diligenter fore obseruandum admonet.]

¶ LIMITA III. † Eandem regulam in Iudice delegato, quẽ 66 non posse pœnam à lege, statuto seu consuetudine statutam augere & minuere, dixerunt Arch. & Gemin. in c. notandum, 1. quæst. 1. Ioan. Andr. & Ant. de Butr. in c. quoniam frequenter, §. si. vt lite non contest. prout illos refert & sequitur Carrer. vbi sup. n. 15. p. 252. à tergo. A quorum opinione cùm dissentire videantur Spe. in tit. de legat. §. generaliter, idem Arch. in cap. omnis 45. dist. Dec. in c. de causis, n. 18. & 19. & ibid. Bero. n. 80. de offi. deleg. relati per D. Menoch. de arbit. q. li. 1. q. 96. n. 20. & 21. ideo pro concordia, secundùm eundem Menoc. distinguere poteris in hunc modum, quòd sine causa nec delegatus Principis, nec delegatus inferioris potest pœnas statutas augere vel minuere: cum causa autẽ potest id facere delegatus Principis, secus delegatus inferioris, nisi ipso Principe consulto, vel nisi delegans sit ex maiorib. Magistratibus, & delegato suum arbitrium tribuerit. Delegatus enim à minori Magistratu, quòd non habeat authoritatem commutandi pœnas ordinarias, dubitandum non est, cùm, vt mox dicam, eam nec etiam habeat ipse Iudex delegans.

¶ LIMITA IV. Regulam † procedere in maioribus Magi- 67 stratibus, secus in minoribus, qui nec etiam ex causa possunt ordinarias pœnas alterare, nisi vel consulto Principe, vel nisi causa cohæreat delicto, secundùm Bal. in auth. sed nouo iure, col. pen. (. de seruis fugit. Rom. in l. si verò, §. de viro, in limit. 46. ff. sol. matr. Ias. in l. 1. n. 8. C. de precib. Imper. offer. Dec. in d. ca. de causis, n. 8. de offic. deleg. Blanch. videndus, in pract. cr. §. postquã vidimus, quæ indicia sunt ciuilia, n. 82. & 90. p. mihi 74. & seqq. Carrer. in pract. crim. vbi suprà, p. 252. n. 16. Clar. in prac. q. 85. sub vers. vlterius quæro, ibi, Sed hæc quidem conclusio, &c. Rol. cons. 70. n. 26. vol. 1. Conrad. in pra. pag. 10. n. 9. Mars. sing. 244. incip. tu scis, &c. Hipp. Rimin. cons. 327. nu. 24. & 25. lib. 3. D. Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. qu. 96. nu. 18. & 19. vbi tamen, quòd ad hoc, vt inferior Iudex possit pœnas alterare, dicit vtrumque requiri, scilicet & quòd causa sit intrinseca & cohærens delicto, & quòd Princeps consulatur, sed quòd vnum ex his sufficiat, verius & communius * teneri credo, vt te- *
stantur Blanch. & Clar. in locis citatis.

¶ LIMITA V. † Quando statutum expresse prohiberet Iu- 68 dici, ne pœnam alteraret, vel minueret, prout fecit Imperator in l. fi. C. ne sanct. baptis. Blanch. in prac. cr. §. postquam vidimus, quæ indicia sunt ciuilia, &c. sub nu. 96. ver. non obstat quartum, p. 75. à tergo.

¶ Et idem, † quando verba statuti pœnalis diriguntur im- 69 peratiuè ad Iudicem, vt per Affl. in constitu. Rapinas, in 1. not. refert, & sequitur Carrer. in pr. cr. in tr. de homic. §. fi. n. 31. pag. mihi 253.

¶ Ac etiam idem, † quando adesset aliquod aliud statutum 70 mandans statutorum verba intelligi debere ad literam, & prout iacent: tunc enim Iudicem non posse remittere pœnã, dixit Bald. in l. fin. in fine, (. de sacrosan. Eccles. & Bald. refert, & sequitur Iac. Nouell. reg. 41. in prima fallent. & Nouell. pariter refert, & sequitur Bonac. in comm. opin. par. 1. p. 102. col. .... vers. si incip. Iudex ex caus.

¶ LIMITA VI. In pœnis parti applicandis: † exẽpli gratia, 71 Mandat statutum vulnerantem puniri pœna ducentorum: quorum centum fisco, alia verò centum vulnerato applicentur. Iudex non poterit isto casu pœnam dicto vulnerato debitam remittere vel minuere gl. in l. venia, & ibi communiter* notant omnes, præsertim Decius, n. 9. C. de in ius vocã. *
Isern. Paris de Put. Bal. & alij, quos refert & sequitur Gram. cons. 34. num. primo, & 2. & voto finali, col. finali, Barbat. cons. 11. columna penul. lib. 4. Dec. cons. 520. num. 2. Ruin. cons. 167. num. 2. lib. 1. & cons. 13. num. 2. & cons. 60. num. 7. & cons. 153. n. 2. lib. 5. Gomez. in §. pœnales, n. 29. Inst. de actio. Paris. cons. 1. n. 42. lib. 4. quos omnes recensẽt, & sequitur Dominus Men. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 96. num. 1. & 2. vbi hoc ampliat etiam in Principe, dicítque, quòd si Princeps de plenitudine potestatis pœnam hanc remiserit, tenetur illam de suo proprio parti læsæ restituere, & aliter faciendo peccat mortaliter, vt per Gram. dict. consilio 34. nu. 2. & Domin. Soto, in tr. de iusti. & iure, libro 4. quæstio. 5. articulo 4. Qua de re in eo quod attinet ad Principem, vide quæ in simili in materia

gratiæ concedendæ per Principem dixi *suprà*, *in tit.de inquisitione,q.6.n.22.& seqq.*

72 ¶ LIMITA VII. Vt † licèt Iudex ex causa possit pœnam mortis ordinariam in aliam mitiorē cōmutare; non tamen per hoc potest imponere aliam pœnam mortis; vtputà minus ignominiosam,vel mēbri mutilationis, aut aliā corporalem;sed debet imponere pœnā pecuniariam,vel exilij,vel carceris,vel aliam eius arbitrio;dummodo non sit corporis afflictiua:sic enim sæpius in legibus obseruatū fuit, *vt in l.si adulterium,§.Imperatores.ff.ad l.Iul.de adulter.* vbi si maritus vxorem deprehensam in adulterio necauerit,vltimū suppliciū remittitur ex causa iusti doloris,& si honestior est,in insulam relegatur,*vt in l. Gracchus, C.eod.* vbi adulterū noctu deprehēsum occidēs,non occiditur,sed in exiliū mittitur.*& in l.lege Cornelia,§.cùm quidā,ff.ad l.Corn.de sicar.* vbi pro homicidio culpa cōmissō,quis relegatus fuit in quinquenniū. *& in l.3.§.sed ex S.C.ff.eod.* vbi mulier relegata fuit,quæ medicamentū dedit,ex quo mors fuit sequuta.Ita per prædicta iura tradunt Marsi.*in l.1.§.diuus Adrianus,n.29.& in l.frater tuus,num.61.& seqq.ad l.Corn.de sicar.& cons.* 24.*num.*36.*& cons.*30.*n.*19.*& cons.*39.*n.*58.*& cons.*47.*n.*13.*& consil.*132.*nu.*29.Arn.*soliloquio* 23.Gramm.*cons.*36.*nu.*23. vbi *in princ. & in fine decisionis*,ita seruatū aliàs testatur per magnos Iudices Vicariæ in quodam Camillo ad triremes condēnato per quinquēniū,quia particeps fuit veneni propinandi cuidam nobili Isabellæ de Scorciatis, quē postea ne talis condemnatio retractaretur,in causa appellationis illū iidem Iudices admiserunt ad compositionem ducatorum 25.*& consil.*39.*n* 12 *& voto* 23.*n.*19.vbi pariter *in princ. & in fi.voti*, testatur aliàs,quòd quędā D.Lauinia de Anichino,quę iusto dolore mota baculo & verberibus occiderat Argentinam eius alumnam,ob id,quòd eam inuenit redditam prægnantem à nobili Antonio Carnago eius viro, fuit per Iudicem magnæ curiæ Regio Collaterali consilio coram Illustris. Prorege assistente,& nemine discrepante, per septenniū in insulā deportata,*& decis.*8.*n.*10.*& decis.*96.*n.*7. Ant.Rosel. *inter consilia Cæpol.crim.cons.*38.vbi generaliter infert, quòd homicidium culposum,& nō dolosum,nō mortis,sed exilij, vel alia simili pœna puniri debet,*per d.§.Imperatores*,Carrer. *in pr.crim.in tract.de homicid.§.finali,incip. circa quartum, & vltimū,n.6.&* 7.vbi etiam, quòd si fortè Iudex nolit pecuniariā pœnam imponere,non debet pœnam imponere vltra relegationē per quinquenniū,ar.supradictorum iurium,Capic.*de ci.*27.*n.*14.Foller.*in practic.crimin.par.secunda secundæ partis,verbo,vel carcerentur,nu.*18.*pagina mihi* 158. Bartho. Bertuzzo.*cons.crimin.diuers.*70.*num.*37.*volum.*2.*in fol.* Paul. Meren.*eod.cons.crim.diuer.*89.*n.*75.*eod.volum. secundo*, Ioan. Mar.Monticel.*in pract.crim.regula* 2.*num. vndecimo*, & latè hanc comprobat limitationem Dominus Hipp. Rimin.iun. *cons.*245.*n.*17.*& sequent.* vbi *nu.quadragesimonono*, testatur per Conseruatores sanitatis Ferrariæ fuisse condemnatū in pœnā trecētorū ducatorum quendā Veronensem, qui tempore pestis falsificauerat fidē,siue,vt ita dicā, bolettinū sanitatis, vt Raquēnā ingredi posset....& sic inciderat in capitale edictum Sereniſſimi Ducis Ferrariæ desuper editū. Ex quibus apparet ita communiter*à Doctoribus receptum esse.

73 ¶ SVBLIMITA Hanc septimam limitationem,† vt quicquid sit de iure,de facto,& de consuetudine contrariū seruetur,vt videre est apud Gramm.*d.voto* 39.*in fi.& voto quinto, pariter in fine,& dicta decis.*8.*in prin.& in fin.& decis.*96.*etiā in fin.* quibus in locis testatur sæpius per Iudices illius regni reos isto casu fuisse condemnatos in pœnam triremium aliquādo ad tempus, & aliquando etiā in perpetuum:triremiū tamen pœnā inter corporalem connumerari certum est, vt per Clar.*in pract.crim.§.fin. quæst.*70. *in prin. iuncto vers. frequens est hodie,& seq.* Addo Petr.de Sonceno, *cons.crimin.diuers.*98.*n.*15.vbi quòd Iudex ex causa recedens à pœna ordinaria mortis,si reus sit vilis & pauper,potest eum in pœnā fustigationis condēnare:quæ tamen fustigationis pœna corporalis est, Clar.*dicto §.fin.quæst.*85.*vers. vlteriùs quæro, in fine*,vbi quòd præcedens limitatio de consuetudine non seruatur,vt testatur Ninius *de los Corregidoros, folio* 105. *colum. quarta,in princ.*& quòd Senatus Mediolani minuendo pœnā ordinariā mortis,sæpius trāsmittit delinquētes ad triremes.

¶ Et quidem,vt veritatem fatear, licèt sæpius viderim in Vrbe,& apud nos in statu ecclesiastico delinquentes, quib. ex causa fuit remissa pœna mortis ordinaria, aliquando exilij, aliquando relegationis & aliquando pecuniaria pœna mulctatos,eos prætertim,qui vel sunt honestæ famæ,vel familiæ,nec consueti delinquere: vidi tamen aliquando alios ad triremes,vel in perpetuum,vel ad tempus damnatos, eos præsertim,qui vel erant impotentes ad soluendum pecuniariam pœnam,vel viles,vel aliàs non bonæ famæ.Et sic id totum Iudicis optimi & prudentis arbitrio, qui iuxta facti & personarum qualitatem modò vnam, & modò aliam arbitretur pœnam,remissum esse & seruatum testari possum.

¶ Hoc tamen vnum admonitum velim Lectorem,† quòd 74
vbi consuetudo prædicta non vigebit, prout apud eos vigere testatur Clar.Gram.& Ninius præcitati, & apud nos, vt suprà etiam de eadem consuetudine me testari posse credo, nullo pacto recedendum est à iure communi,& à limitatione prædicta,per ea quæ in proposito optimè considerat dictus D.Hippol.Rim.*in dicto consil.*245.*num.*12.*iuncto nu.*14. *& seqq.lib.*3.

ARGVMENTVM.

Delictum quid,& quotuplex sit:in quo differat à crimine & maleficio: quibus ex causis delicti pœna augeatur:& an contumacia sit delictum, & quomodo puniatur.

SVMMARIVM.

*Delictum generale nomen est comprehendens crimen, & maleficium, n.*1.2.3.

*Delictum aliquando fit cum dolo,& malo animo, aliquando sine dolo,n.*1

*Crimen propriè dicitur committi, quando dolo malo & animo committitur,n.*2.

*Maleficium non dicitur si sine dolo & praue animo committatur,n.*3.

*Maleficium dicitur etiam delictum verbo commissum, puta iniuria verbali,vel blasphemia,n.*4.

Delictum aliquando capitur pro maleficio,& aliquando pro crimine, & è contrà secundùm subiectam materiam, numero quinto.

*Pœna non imponitur pro omni illicito,sed tantùm pro eo quod lex statuit esse delictum,n.*6.

*Delictum non est vbi pœna non cadit, etiam quòd quid illicitum sit,n.*6.

*Pœna non habet locum nisi in casu à iure expresso,n.*7.

*Delicta alia sunt publica,alia autem priuata,n.*8.

*Infamis non est damnatus de crimine priuato, secus de publico. n.*9.

*Delicta commissa in offensam Dei dicuntur publica,n.*11.

*Delicta publica sunt læsæ maiestatis, adulterij, homicidij, parricidij,peculatus,falsi testamenti,vis publicæ vel priuatæ, ambitus,repetundarum,& annonæ,n.*12.

*Delictum publicum est etiam accusatio falsi instrumenti,n.*13.

*Delicta commissa in priuatam personam in dubio sunt priuata, nisi lege caueatur quòd sint publica,n.*14.

*Delicta publica sunt illa, quorum accusatio cuilibet de populo competit. Priuata autem delicta sunt ea,quorum accusatio non nisi parti læsæ competit,n.*8.*&* 15.

*Delicta priuata sunt iniuria, damnum, furtum, bonorum raptorum,arborum furtim cæsarum,& simil.n.*15.

*Delicta omnia de iure canonico sunt publica,n.*16.

*Delicta an sint publica vel priuata,regulariter à consuetudine, num.*17.

Delicta ecclesiastica quæ sint,quæ secularia, & quæ mixta, numero 18.

*Delicta innominata quæ sint,& quæ nominata,n.*19.

*Pœna imposita ipso iure venit in consequentiam in sententia, etiam quòd non sit expressa,n.*20.*vbi quòd hoc procedit in delictis nominatis,secus in innominatis.*

Delicta

Delicta ordinaria quæ sint, & quæ extraordinaria, num.21.
Delicta aliqua consistunt in committendo, & aliqua in omittendo, num.22.
Delictum in committendo est grauius, quàm in omittendo, num.23.
Culpa in committendo est grauior, quàm in omittendo, num.24.
Contumacia est delictum, num.26.
Contumax punitur & mulctatur criminaliter, num.27.
Contumacia non est proprie delictum, num.28.
Condemnatus ex contumacia non dicitur condemnatus de delicto, num.28.
Contumax, qua pœna, & in quibus casibus puniatur, & in quibus non, num.59. vbi remissiuè.
Mulctandi modus antiquitùs qualis erat, num.59.
Mulctæ materia generaliter per quos ponatur, num.59.
Mulcta excessiua & immoderata non potest exigi, n.29. & seqq. vbi etiam docet, quæ dicatur mulcta excessiua & immoderata.
Mulcta de iure quanta esse potest, num.30.
Mulcta hodie imponitur Iudicis arbitrio, num.31.
Contumax mulctari non potest in amissione causæ, num.32.
Contumax mulctari non potest in pœnam vltimi supplicij, numero 34.
Contumax mulctari non potest in pœnam corporalem, num.35.
Contumax mulctari non potest in pœnam confessatorum criminum, num.36.
Contumax mulctari non potest in pœnam confiscationis bonorum, num.37.
Mulcta insolita & non consueta dicitur iniusta, num.38.
Contumax potest cogi ad comparendum sub pœna carcerationis, exilij, ac etiam dirutæ domus, num.39.
Contumax non comparendo potest excommunicari, & si in excommunicatione per annum steterit, est suspectus de hæresi, & potest beneficiis priuari, num.39.
Contumax excusatur ex qualibet iusta causa, seu impedimento, num.40.
Causa iusta excusans contumacem à comparendo, quæ sit, remittitur Iudicis arbitrio, num.41.
Causa qualibet leuis & colorata excusat à contumacia, numero 42.
Contumax non tenetur comparere ad locum non tutum, num.43. vbi etiam ostendit, qualiter dicatur locus non tutus.
Contumax non potest mulctari, nisi sibi præfixo termino ad se defendendum, num.44.
Contumax non potest mulctari, nisi sit peremptoriè citatus ad videndum se condemnari, num.44.
Contumax non potest mulctari, nisi præceptum seu monitorium fuerit iustum, num.45.
Contumax non potest mulctari, nisi præcedente aliqua suspicione, num.45.
Mulctare non potest nisi Iudex habens iurisdictionem, Magistratum & merum imperium, num.46.
Arbiter mulctare non potest, num.47.
Mulctare non potest procurator fisci, nec communitas, vel eius Officiales, num.48.
Delegatus inferioris mulctare non potest, secus delegatus Principis, num.49.
Contumax fictus mulctari nõ potest, verus autẽ sic, n.50. & seqq.
Mulcta, crudelis & seuera nuncupatur, num.51.
Contumax alius verus, alius fictus, & quis dicatur verus, & quis fictus, num.52.
Monitoria de comparendo sine causa non valent, num.63.
Contumax non mulctatur, quando monitorium emanauit sine causa, num.53.
Monitoria & præcepta de comparendo, de iure sunt prohibita, num.54.
Contumax citatus generaliter ad comparendum per interesse curiæ, an teneatur comparere, num.55.
Mulcta remittitur propter paupertatem, num.56. & seq. vbi propterea quòd contumax non luit in corpore.
Mulcta remittitur propter numerum 12. filiorum, num.57.
Appellare quis potest ab excessiua & indebita mulcta, num.58.
Delicta alia sunt excepta, & alia non excepta, & quæ dicantur excepta, num.60.
Delicta aliqua dicũtur leuia, grauia, enormia seu atrocia: aliqua verò grauiora, atrociora & magis enormia, & aliqua grauissima, enormissima, vel atrocissima, vbi latè de materia huius distinctionis, num.61. & seqq.
Delictorum grauitas, vel leuitas remittitur arbitrio Iudicis, num.62.
Delicti grauitas cognoscitur ex qualitatibus & circumstantiis, & quæ sint istæ qualitates & circumstantiæ, num.63. & sequentibus.
Delictum graue vel leue reputatur vel ratione personæ offensæ & offendentis, vel armorum, vel partis corporis læsæ, vel loci, vel temporis, vel euentus, num.64.
Delictum, quod est mali exempli, grauius reputatur, & grauiùs punitur, num.65.
Delicta clàm commissa, an grauiùs puniantur, quàm palàm commissa, num.67. & seqq.
Dolus præsumitur ex actu clandestino, num.68.
Delictum factum sub specie boni & per hypocrisim, grauius est, & grauiùs punitur, quàm delictum non sic commissum, n.72.
Proditoriè occidens acriùs punitur, quàm occidens sine proditione, num.73.
Proditorius homicida dicitur is, qui veneno aliquem necat, num.74. in princ.
Proditorius homicida dicitur is, qui occidit eum, qui suus inimicus non est, & cui se amicum fingit, sub num.74.
Proditor dicitur, qui per insidias hominem occidit, num.74. Declara, vt in num.76.
Proditorius homicida dicitur is, qui sine difida incautum occidit, num.77.
Proditor dicitur quis multis modis, de quibus generaliter & particulariter, num.78. & 79.
Consuetudo delinquendi facit delictum magis atrox, & pœnam auget, num.80.
Clericus si occidat vel occidatur, homicidium dicitur magis atrox, num.81. & 82.
Delictum commissum à persona existente in aliquo gradu, vel dignitate, dicitur grauius, & grauiùs puniendum est, nu. 82.
Delictum graue vel leue reputatur ex qualitate pœnæ, num. 82. Declara, vt num.84. & seqq.
Pœna furcarum est grauior pœna capitis, quia magis ignominiosa, num.85.
Delicta pro quibus imponitur pœna pecuniaria, dicuntur leuia, num.88.
Delicta pro quibus imponitur pœna vltra tertiam partem bonorum, dicuntur grauia, num.88.
Delicta pro quibus imponitur pœna mortis similis, vtputà triremium, dicuntur grauiora & atrociora, num. 88. sed vide ibidem, num.89.
Delicta pro quibus imponitur pœna mortis naturalis, dicuntur atrocissima, & grauissima, n.88. & hoc declara, vt num.89.
Delicta atrocia, atrocissima, plura enumerãtur, n.90.91. & 92.
Delicta commissa sine dolo, & culpa, vel temeritate, dicuntur leuia, num.93.
Delicta commissa ex dolo, & in magnum præiudicium alterius, vel reipublicæ, dicuntur grauia, secus si in paruum damnum, & in modica re, num.95.
Furtum commissum in magna re, dicitur graue delictum, secus si in parua re, num.95.
Iniuria verbalis dicitur leue delictum, non sic personalis. Declara, vt in num.96.
Delictum, per quod graniter laditur corpus offensi, dicitur graue, & non leue, num.96.
Delictum leue est baculo percutere, num.96.
Vulnus in facie illatum, dicitur graue delictum, & grauiter puniendum, & de materia, num.97. & seqq.
Cicatrix & deformitas, an possit æstimari, tam in viro, quàm in muliere, num.98. & seqq.
Oculum eruens, vel aliter offendens, dicitur grauiter delinquere, & grauiter puniendus, num.100.
Delicta grauia, & enormia, de iure canonico, vel diuino quæ sint, num.101.
Delicta quæ infamiam irrogant, dicuntur grauia, num.102.
Delicta carnis dicuntur grauia delicta, num.103.
Delicta alia notoria, & alia occulta, num.104.
Notoria delicta quæ dicantur, num. 104.
Delicta occulta, & difficilis probationis enumerantur, num.105.

QVÆSTIO XVIII.

1 DELICTVM generale nomen est, teste gl. *in l. 1. si aduer. delictum*, & ideo differt à crimine, & maleficio, sicut genus à suis speciebus, hoc modo: quia secundùm Grammaticos & etiam Legistas, delinquere nihil aliud est, quàm peccare, & aliquando delictum fit dolo malo, & mala intentione: aliquando autem per ignorantiam, vel non mala intentione, sic mihi probat tex. *in l. respiciendum*, §. *delinquunt, ff. de pœnis*, ibi, *aut proposito, aut impetu, aut casu, &c.* & ibi, *Si tamen delictum non ex animo, sed extra venit, &c. & in l. 1. ff. de legibus*, ibi, *delictorum, quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, & in l. prima, C. si aduers. delictum*, vbi notant omnes, *& in l. 2. ff. de termi. mo. in fi.* ibi *mente vel ignorantia. & in l. absentem, in fin. de penult.* ibi, *consulto, aut caste.*

2 ¶ CRIMEN autem tunc † propriè dicitur, quando quis dolo malo, & praua intentione delinquit: sine enim dolo & malo animo, non videtur propriè dici crimen, secund. gl. *in d. l. 1. & si aduers. delict.* & ibi notat omnes Scribentes, & probat tex. *in c. vnum*, §. *cri. appellat. 25. d.* vbi criminis appellatio est omne peccatū, quod ex deliberatione procedit, *in l. 1. C. de sica.* ibi, *crimen contrahitur animo, &c. & in l. 1. ff. de extraord. cri. l. in cri. ff. de adult.* adulterium vocatur crimen, quia dolo & animo, non autem per errorem committitur, *l. penul.* §. 1. *ff. de adult. & in l. vim passam*, §. *penult. ff. de adulter. & l. si adulter.* §. *idem Pollioni, ff. de adulter.* & facit tex. *in l. cùm falsi, ff. de fal.* vbi falsi crimen vocatur, quia sine malo animo, & dolo non committitur, *l. 1. ff. de falsi.* Et propterea crimen in hoc differt à delicto, quia, vt dixi, delictum dicitur, siue dolo, siue sine dolo fiat; crimen autem non nisi cum dolo.

3 ¶ MALEFICIVM † accipitur pro damno, iniuria, & pro facinore, *l. ex malefic. ff. de actio. & obligatio. & Instit. de actio. quæ ex delic. nascun.* §. 1. & pariter nō nisi cum dolo, & malo animo contrahitur, *l. aut facta, in princ. ff. de pœn.* & no. gl. *in d. l. ex malefic.* Et in hoc pariter sicut crimē differt à delicto, quia illud etiam non cōmittitur, si non prauo animo, & per errorē, vt dixi. A crimine pariter differt, quia crimen dicitur omne id, quod per cōtentionē obiicitur: vnde *Criminatio & Contentio.* Et ideo crimē requirit non solùm dolum, & malum animū; sed etiam contentionem: maleficium verò sine contētione dicitur. Sic inuenio declaratam istam materiam per Dominum Iustinianū Bondenarium Ferrariensem, relatum per Bonacossam *post secūdam partem suarum com. opi. in extrauagan. in fin. pag. mihi 133. & seqq.* & ante eum per Blanch. *in prac. cri.* §. *visis indiciis per reum, pag. mihi 47. n. 35. & seqq.* [in qua non multùm insistere curo, cùm non sit (vt dicitur) de pane lucrādo. Sed si plura, quā quæ hic scripsi, apud alios scripta perquirere volueris, de hisce, & similibus vocibus delictum significātibus ad eos post Bart. Thegæum *in sua pract. cri. par. 1. n. 2. & seqq.* declarātem, vbi latè Thob. Dec. *in suis tract. cri. par. 1. l. 2. c. 1. 2. & 3. pass.* vbi agit de delicto, crimine, maleficio, peccato, iniquitate, vitio, malitia, excessu, facinore, scelere, flagitio, nequitia, improbitate, & similibus, ibi plura de eorū verborū significatione, proprietate, diffinitione, diuisione, differētiis, & generaliter de tota materia apud eū bene explorata reperies, nec hìc trāscribere volui, aut potui, cùm huius doctissimi viri tractatus post huius libri primā impressionē, ad manus peruenerit meas.]

4 ¶ ADVERTE I. Et † circa nomen maleficij, secund. Clar. *in pract. §. 1. vers. sed quæro nunquid*, quòd licèt inspecta etymologia videatur prima facie dicendū, quòd illius appellatione non cōprehendatur delictū, quod committitur verbo, prout est blasphemia, iniuria verbalis, & huiusmodi, secund Bart. *in l. aut facta, in princ. ff. de pœn. & in l. omne delictū, ff. de re mili. & consil. 32. incip. factū tale, vol. 2.* vbi tenuit, quòd ex quo maleficiū dicitur à malefaciendo; ideo non comprehendit male dictum, vel scriptū, & ibi infert ad statuta, quæ duplicant pœnas maleficiorū commissorū de nocte, vt non habeant locum in blasphemātibus, vel dicentibus verba iniuriosa, & hanc Bart. opinionem cùm sequutus sit etiā Ang. *de malefic. in verbo, verba iniuriosa, n. 5. & 11.* & eā dicat frequentiùs * proba i Alciat. *in l. verbū facere, ff. de ver. sig.* Contraria tamen opinio, quòd etiā delicta, quæ verbis committuntur, dicantur maleficia, est verior & tenenda, sicut eā tenuit Bald. *in l. finali, Cod. de cri. stellio. & super Instit. de obligat. quæ ex delict. nascun. in prin c.* vbi dicit, quòd cùm quadam vice in officio practicasset opinionem Bart. fuit sibi oppositum tempore syndicatus, & quòd vix euasit: & hanc opinionem contra Bart. dicit esse communem * Alex. *in apostil. ad eundem Bart. in d. l. aut facta, in verb. verbis iniuriosis*, dicens quòd ita communiter * practicatur. Id refert, & sequitur Bl. *in pr. cr. in §. visis indiciis per reum, fol. mihi 48. num. 51. & seqq.* vbi allegat glos. §. 1. *Institut de oblig. quæ ex delict. nascun.* & aliam glos. *in l. ex maleficiis, ff. de actione & obligatione*, volentes, quòd maleficium committatur literis, vel verbis. Item ponderat tex *in d. l. ex maleficiis, & in d. §. 1. Inst. de oblig. quæ ex delictis nascun.* in quibus dicitur, ex maleficiis nasci actionem, vtputà, ex furto, damno, & iniuria; & tamen iniuria non solùm facto, sed etiam verbis contrahitur, *l. 1. ff. de iniur.* & Blanchum pariter refert, & sequitur Clar. *in loco suprà citato*, vbi ampliùs, quòd non solùm qui malè dicit, malè facit; sed etiam qui malè cogitat, dicitur quandoque malè facere, & ex mala cogitatione punitur, vt per eundem Clarum *in §. finali, qu. 91.* Nec dissentio, quia, vt pulchrè annotauit Blanc. *vbi suprà, num. 54.* maleficium non dicitur quasi malefactum, sed potiùs quasi malum officium, & officium fuit dictum ab efficiendo, mutata litera *e*, in *o*, vt dicit D. Ambrosius *in libro 1. Offic.* & tradit Calepinus *in verb. officium.* Malum autem officium dicitur, non solùm, quod facto, sed & quod verbis fit. [Addo & pro hac eadem opinione nouissimè Decian. *in suis tract. crim. parte 1. lib. 1. cap. 8. n. 6. & 10. & par. 2. lib. 6. c. 1. n. 3.* vbi pluribus illam comprobat, & benè loquitur in materia.]

¶ ADVERTE II. Quòd licèt † differentia prædicta inter delictum, crimē, & maleficium sit in se vera de stricto iure, eámque sequantur Bal. Alber. Paul. de Cast. Iacobus de sancto Georgio, Aret & alij cōmuniter * *in d. l. 1. C. si aduer. delict.* non per hoc tamen credas prohiberi, quòd vnū quandoque capiatur pro alio, secundum eosdem Doctores, & per Blanch. *in prac. cr. vbi sup. pag. 47. à tergo, num. 38.* Idque vel secundùm identitatem, aut diuersitatem rationis, quæ regulariter omnes dispositiones regulat, ampliat, & restringit, vt per Ceph. *in cons. 16. n. 7. & cons. 30. n. 35. & cons. 134. nu. 33. & seqq. vol. 1.* & latè per Catel. Cottam *in suis memoral. p. mihi 730. & seqq. in paruis*, vel secundùm subiectam materiam, vnde regulariter omnis interpretatio primò sumenda est, vt per Menoc. *de arbitr. q. casu 199. n. 2. li. 2.* vel aliis modis, de quibus (faxit Deus vt id possim) latiùs pertractabo in Quæstionibus ciuilibus, *in ti. de verb. signif. & interpret.*

5

6 ¶ ADVERTE III. Quòd sicut vbi non est delictum, ibi non cadit pœna, vt supra dixi *in antecedēn. quæst. 17. n. 1.* ita pariter, vbi pœna non cadit à iure expressa, delictum non dicitur, etiam quòd quid illicitum sit, *l. 1. §. 1. ff. vt quis eū qui*, vbi Alexan. & alij, Blanc. *in pract. cri. pag. 47. nu. 42.* vbi hoc declarat esse verum interpretatione iuris, sed non quoad bonos mores. Non enim omne illicitum punitur, sed illud demum, quod lex statuit esse delictum, Bal. *cons. 14. filiusfamilias, vol. 1.* Alex. *cons. 104. col. 2. vol. 1. & cons. 92. numer. 17. & cons. 212. num. 5. volum. 6.* Dec. *cons. 90. colum. 2. & cons. 581. col. 4.* Abb. post gl. *in c. fin. de iurepat.* Roland. à valle *cons. 85. num. 22. vol. 2.* & Natta *cons. 595. n. 10. cons. 597. n. 9.* Hippol. Riminal. *cons. 327. n. 29. vol. 3.* ¶ Nec † in omni casu, nisi in expresso pœna legis, aut statuti, locū habet. *l. at si quis*, §. *Diuus, ff. de relig.* §. *cùm igitur, in Auth. de non eligen. secundo nuben.* Bal. *in l. 3. C. de sacrosanct. Eccles. in princ.* Dec. *in l. factū*, §. *in pœnal. n. 11 ff. de reg. iur.* idem Bal. *in auth. ex testamento, col. 2. C. de secund. nup.* Felin. *in c. 2. ext. de rescript.* Rolan. *cons. 27. n. 14. vol. 1.* Hippol. Riminal. *d. cons. 327. n. 28.* Hercul. *in trac. de negat. n. 9. & n. 130. in fi.* vbi latè infert & exornat, Menoch. *de arbitr. q. l. 2. casu 27. per totum, cent. 3.* 7

¶¶ His paucis præmissis de proprietate & significatione dictorum verborum, deuenio ad delictorum distinctiones.

8 PRIMA delictorum † distinctio est, quòd alia sunt publica, & alia priuata. Quæ autē sint publica delicta, & quæ priuata, & quot modis delicta dicantur publica, & quot modis priuata, vltra infrascripta, vide omnino Doct. omnes *in l. pē. §. ad cri. ff. de publ. iud. & in c. veniēs*, & ibi præsertim Matiā. Soc. *n. 39. & seqq. ext. de accusat.* Bero. *ibid. n. 20.* Et vt id benè cognoscatur, cōstituēdæ sunt aliquæ regulæ, præmisso prius

secundùm

secundùm Clar. *in prac.* §. 1. *vers. priuata autẽ delict.* quòd hæc differentia est maximæ vtilitati s in multis, præsertim quia in crimine priuato non admittitur ad accusandum, nisi ille, cuius interest; in crimine autem publico, vnusquisq; ad accusandum admittitur, vt dixi *sup. in tit. de accus. q.* 12. *n.* 7. & 9 8. & ad ibi tradita me remitto. † Item, quia damnatus de crimine publico, est infamis, *l. infamẽ, ff. de publ. iud.* siue agatur per viam accusationis, siue etiã per viam inquisitionis, * secund. communem,* de qua per Ant. *in l. ea quidem, num.* 28. *C. de accus.* nõ sic est in dãnato de crimine priuato, Clar. *in pract. d.* §. 1. *eod. vers. priuata autem delict. & q.* 72. *vers. dãnatus,* [& dixi ꝫ, *in 2. l. tit. de oppo. cõtra test. q.* 56. *n.* 8. *& 9.*]

10 ¶¶ Regvla I. Sit in hac prima delictorum distinctione, † quòd omne delictum, quod principaliter respicit offensam Dei, dicitur publicum; & consequenter, vt prædixi, quilibet de populo potest accusare duplici ratione. Primò, quia illud quod fit in offensam Dei, dicitur fieri in omnium iniuriam. Secundò, quia si non esset publicum, & quilibet de populo non posset accusare, tale delictum remaneret impunitũ; ex quo nulla priuata persona est offensa particulariter. Ita probat tex. *in l. Manichæos,* & ibi Iacob. But. Odofred. Cyn. Bald. & Sali. *C. de hæret. & in l. quod Senatus, ff. de iniur.* Bart. *in l. 1. col. 2.* Imo. *col. fi.* & alij Doctor. *ff. de publ. iud.* Bald. *in l. reos, col. 4. C. de accus.* Anan. *in c. 2. col. 14. de maled.* Ang. Aret. * *in §. 1. col. fin. Instit. de publ. iud.* & est communis, * vt per Ant. Gom. *var. resol. tomo 3. tit. de delict. c. 1. n. 1.* refert & sequitur Clar. *in pract. cri. §. 1. vers. item omne delictum,* vbi ponit exemplum in blasphemia, deturpatione Ecclesiarum, vel imaginum, & similibus.

11 ¶ Regvla II. Sit, † quòd omne delictum in offensam Principis cõmissum, dicitur publicũ. Ita probat tex. *in d. l. 1.* * vbi Bart. & communiter* Doct. *ff. de publ. iudic.* teste Ant. Gom. *d. tit. de delict. c. 1. n. 4.* refert pariter & sequitur Clar. *in d. §. 1. vers. præterea etiã,* ea motus ratione, quia scil. Princeps à Deo positus est, vt pater & dominus subditorum: sic meritò eius offensio etiam ad omnes eius subditos pertinet.

12 ¶ Regvla III. Sit, † quòd publica delicta sint læsæ maiestatis, adulterij, homicidij, parricidij, peculatus, falsi testamenti, vis publicæ, vel priuatæ, ambitus, repetundarum, & annonæ, quæ enumerantur *in lib. 1. ff. de publ. iud.* eademque reassumit Clar. *in pract. d. §. 1. in princ.*

13 ¶ Regvla IV. Sit † quòd non solùm accusatio falsi testamenti, de qua *in d. l. 1. ff. de publ. iudic.* & de qua *paulò antè* dixi *in præcedenti n.* 12. sed etiam accusatio cuiuslibet alterius publici instrumenti de falso, dicitur publici iudicij: secundũ * Bar. *in d. l. 1. n. 2. ff. de publ. iudi.* & est cõmunis, * vt testantur Aret. *in §. item lex Cornel. ante n. 1. Instit. de publ. iudi.* Rubeus *consil. 12. nu. 7.* Conrad. *in pract. fol. mihi 401. nu. 36.* Clar. pariter *in pract. d. §. 1. versic. sed nunquid accusatio falsi.*

14 ¶ Regvla V. Sit in hac eadem prima distinctione, † quòd omne delictum commissum in priuatam personam, dicitur priuatum, nisi lege cõtrarium caueatur, quòd sit publicum, tex. est singularis *in l. 3. §. fin. ff. de prævaric.* per quem tex. ita tenent Bart. & Imo. *in d. l. 1. ff. de publ. iudi.* Bald. *in rubr. C. qui accus. non poss. col. 3. & in l. transigere, n. 22.* vbi etiam alij *C. de transact.* Ang. *de malef. in verb. Necnõ ad querelã, vers. Quæritur, &c.* Anan. *in c. 1. col. 4. de colluss. detegen.* & est glos. etiam singularis & vnica *in l. penult. in glos. 3.* quam ibi ad id commendat Bal. & Pau. de Castro, *ff. de condic. cau. data,* vbi ampliat id verum esse, etiãsi pro tali delicto imponatur à iure pœna mortis, sequitur eum Bal. *in c. at si clerici, col. 4. n. 17. de iudic.* Ant. Gom. *d. tit. de delict. c. 2. n. 4. in fin. & sub n. 9. versic. & adde, quòd in dubio,* Conrad. *in pract. pag. mihi 226. col. 2.*

15 ¶ Regvla VI. Sit, quòd priuata delicta sunt illa, pro quibus tantũ potest accusare is, qui iniuriam, vel offensam passus est, nõ verò quilibet de populo; modò ciuiliter, & modò criminaliter agatur, prout dixi *sup. in tit. de accus. q.* 12. *n.* 7. & prout est crimen iniuriarum, furti, damni arborum furtim cæsarum, bonorum raptorum, & similium. Sic mihi probat tex. & ibi gl. ordinaria, & Bart. *in l. fin. ff. de priuat. delict. & in* * *l. manifestissimi,* vbi etiam communiter * Doctor. *C. de furt.* Ang. *in rubr. ff. de publ. iud.* Imo. *in l. 1. ff. eod.* Bald. *in l. vnica, col. fin. Cod. de delict. defun.* Ioan. And. *in addit. ad Spec. in tit. de accus. versic. fin.* Paul. de Cast. *in l. 1. C. vbi de cri. agi opor.* Fab. *in §. 1. Instit. de publi. iudi.* Abb. *in c. cùm P. Manconel. col. 3. n.* 12. & ibi Canonistæ, *de accus.* Ang. *de malefi. d. verbo, necnon ad querelam, vers. quæro, an quilibet,* & ibi Ang. *in addit.* Bonifa. de Vitallin. *in tract. malef. in rubr. de public. iudic. & in rubr. de priuat. delict.* Ant. Gomez. *tit. de delict. c. 1. n. 9.*

¶ Regvla VII. Sit, † quòd de iure canonico omnia crimina sunt publica, secundùm glo. *in c. infames, in verbo, fures, q. 1.* Bald. *in rubr. C. qui accu. non poss. n. 10. in fi.* Anan. *in c. statuimus, n. 19. de maled.* vbi de communi,* refert & sequi- * tur Clar. *in pract. d. §. 1. ver. hæc tamen omnia,* Conrad. pariter *in pract. pag. mihi 227. col. 1. in prin.* & propterea etiam in priuatis delictis Iudicem posse, sicut in publicis ex officio procedere, dixi *suprà, in tit. de inquisit. q. 1.* 16

¶ Regvla VIII. Sit † in materia huius primæ distinctionis delictorũ, quòd delictum, an sit publicũ, vel priuatum, regulatur à loci consuetudine, quæ non obstante iuris dispositione potest facere delictum de publico, priuatum & è contrà, secundùm Clar. *in pract. d. §. 1. ver. hæc tamen omnia, in fi.* vbi refert Milleum *in pract. folio 147. n. 32.* dicentem, quòd hodie titulus de priuatis delictis non est in vsu. Et verum dicit; quia, vt pariter ego dixi *in tit. de inquisit. quæst. 1.* hodie de consuetudine Iudex in omnibus delictis etiã priuatis, ex officio procedit, sicut in publicis, & Maran. *in suo Spe. fol. 43. n. 48.* testatur, quòd in Regno Neapolitano non admittitur aliquis ad accusandũ, nisi suam, vel suorũ iniuriam prosequatur; & sic in eo loco omnia crimina possunt dici priuata. Quare in hoc attenditur locorum consuetudo. 17

¶¶ Secvnda distinctio delictorum ea est, secund Clar. *in pract. d. § 1. vers. præmittendũ est etiã,* † quia aliqua sunt merè ecclesiastica, aliqua merè secularia, & aliqua merè communia, seu mixta. Merè ecclesiastica sunt illa, quorum cognitio reseruata est tantũmodo Iudicibus ecclesiasticis, etiãsi cõmissa sint per laicos. Merè secularia sunt ea, de quibus si à laico cõmittantur, soli Iudices seculares cognoscũt. Cõmunia autem vel mixta sunt ea, de quibus si à laicis cõmittantur, vterque Iudex cognoscere potest, ecclesiasticus scilicet & secularis. De quibus omnibus cùm latiùs disseruerim *in ti. de inquisi. sup. q. 8. n. 125. & seq.* ideo hìc amplius nõ insisto. 18

¶ Tertia est delictorum distinctio, † quòd quædã sunt nominata, quædã autem innominata. Nominata sunt delicta, quæ à iure habẽt particulare & determinatũ nomen, vt furtum, adulteriũ, & similia, ex animo enim lucrandi & rei alienæ contrectatione resultat delictũ, quod appellatur furtũ, & ex percussione sequuta exanimatione resultat delictũ, quod vocatur homicidiũ: & ex fornicatione cũ cõiugata resultat delictũ, quod vocatur adulteriũ, & sic de singulis. ¶ Innominata autẽ sunt delicta, vt putà verberare, domũ ingredi, & similia: sunt enim hæc nomina actus, & nõ delicti, cũ possim percutere & ingredi domũ sine delicto. Furtum autem & adulteriũ non possunt cõmitti sine delicto. Et hæc est propria differentia inter nominata & innominata delicta, secund. quod ita declarat Bart. *in l. nunquã plura, n. 4.* & Bartolũ sequitur Foller. *in prac. cri. verb. capiat informationẽ, n. 8. pa. mihi* 14. vbi propterea infert, quòd in delictis nominatis, quæ non possunt cõmitti sine delicto, probatis prædictis actibus, vnde delicta nomẽ sumpsêre, probata resultãt in genere delicta cõmissa; secus in delictis nominatis, quia vltra probationẽ dictorum actuum, debẽt probari qualitates inferentes ad delictũ; aliàs non dicetur constare de delicto in genere commisso. Et Bartoli hãc doctrinam communiter* receptã testatur Blãc. *in prac. cri. §. visis indiciis perreũ, num. 100. & n. 101. & seqq.* vbi vltra alias illationes particulariter infert, † quòd regula illa, de qua *in l. 1. §. 1.* & ibi Bar. *in ver. venio ad tertiã, ff. ad Turpil.* volẽs, quòd si Iudex pronũciat super delicto, pœna veniat ex dispositione legis in cõsequentiam; quia lex tacitè videtur super illa pronũciare, & habet locum in delictis nominatis, secus in innominatis: Iudex enim in innominatis delictis, simpliciter pronunciando Titiũ percussisse Caiũ, vel Titiũ incidisse arbores Caij (nisi adiiciat *dolo malo*) nõ censetur pronunciare Titiũ delinquẽtem: quia ista sunt magis nomina facti quã delicti, ideo nec succedit tacita legis pronunciatio super pœna, & Blanc. pariter refert & sequitur Iul. Clar. *in præd. §. 1. ver. ab eis etiam.* * 19 20

¶ Qvarta succedit distinctio non multũ à præcedenti dissimilis, † quia delictorum aliqua dicuntur ordinaria, aliqua verò extraordinaria. Ordinaria sunt ea delicta, quæ à 21

lege

lege certam & determinatam habent pœnam: extraordinaria verò, quæ non habent certã & determinatam pœnã, sed modò vna, & modò alia citra ordinẽ Iudicis arbitrio, iuxta delictorũ variationes imponitur, arg. tex. *in l. 1. ff. de effract. in l. 1. & seq. ff. de fur. balnear. in l. 1. ff. de extraord. cri. in l. annonam, ff. cod. l. sacrilegij, la prima & la seconda, ff. ad l. Iul. pecul.* cum aliis relatis per Bonac. qui sic prædicta declarat *in suis com. opi. extrauag. post secundam partem, pag. mihi 133. in fi. & seqq.* Sed meliùs in materia huius distinctionis videas Barthol. Thæg. *in sua pract. cri. par. 6. n. 27.* Rube. *in l. penul. §. ad crimen, ff. de publ. iudi. n. 20. & seqq. in tract. de potest. procur. & defensor. in caus. cri.* & omnino etiam Boss. *in tit. de extraord. cri. in princ.* vbi contra propositã declarationem dicit, quòd ordinaria crimina sunt illa, quæ habent à iure certum nomen, vtputà stuprum, adulteriũ, homicidium, & similia. Extraordinaria verò, quæ certũ nomẽ nõ habent, sed extra ordinem puniũtur; non tamẽ ex eo dicta extraordinaria; quia extra ordinem puniuntur, quia etiam aliquando delicta ordinariè puniuntur, aliquando extra ordinem, & sic secundùm Bossium ibi, hæc quarta delictorum distinctio non differt à præcedenti. Vide etiam *infrà, in sequenti quæst. num. 33.*

22 ¶ Quinta est delictorum distinctio, † quia aliqua consistunt in committendo, aliqua verò in omittendo. Plura autem exempla delictorũ in omittendo, videas in Barthol.

23 Thæg. *in pract. crim. parte 5. per totam.* † Et quòd delictum in committendo sit multò grauius quàm delictum in omittendo, fuit originale dictum gl. *in l. si mora, in verb. ne facto,*

* per illum tex. & ibi cõmuniter * omnes, & præsertim Ias. *n. 22. & seqq. ff. soluto matrim.* item gl. *in l. 2. ff. ad S. C. Syllã.* item gl. *in l. lege Cornel. in prin. ff. ad l. Corneliã, de falsi.* item gl. *in l. si seruum, in gl. 2. ff. de verb. obligat.* facit optimè tex. *in l. qui vas, §. 1. ff. de fur. & in l. 1 ff. de iure patrona. & in c. sup. literis, de re-*

* *script.* & ita communiter * ab omnibus receptum esse testatur Tiraq. *in tract. de pœn. temperan. causa 44. n. 23. & 30. & per totam causam,* vbi latè relatis & reprobatis contrariis hanc comprobat conclusionem & iuribus & rationibus & Doctorum etiam Theologorum authoritatibus, & post Tiraquel. idem etiam testatur Iul. Clar. *in pract. d. §. 1. vers. est etiam com. regula,* & Clarum refert & sequitur Bonacos. *in com. opi. pag. 49. à tergo, col. 1. vers. 2. parte* 1. Rolan. *cons. 64. n.*

24 4. *& seqq. vol. 3.* vbi etiã, † quòd culpa, quæ consistit in committendo, est multò grauior ea, quę incurritur in omittẽdo, de quo etiam latè per eundem Tiraq. *vbi suprà n. 31. & seqq.*

¶¶ Quæro in materia huius quintæ distinctionis (aliquantulùm enim extra hãc terminorum declarationẽ, non

25 tamen sine vtilitate, & proposito vagari decreui,) An † contumacia, quæ vt vides consistit in non cõparendo, & sic in omittẽdo, dicatur delictũ? Et si delictũ, quomodo, & quãdo contumax possit mulctari & puniri? De qua quidẽ materia licèt plura nõ multùm dissimilia suprà cumulauerim *in tit. de inquisit. in vlt. quæst.* vbi tractaui, An & quãdo contumax condẽnari, & banniri, & bannitus decapitari possit; quia tamen ibi tradita propriè loquũtur de contumace condẽnato propter imputationem delicti post formatã inquisitionẽ, nõ autem propter contemptũ Iudicis, vel ante accusationem, seu inquisitionẽ; sicut ea de re hîc particulariter sum verba facturus; ideo vltra ibidem scripta, quæ etiam multùm conferre poterunt ad cognitionem præsentis quæstionis,

26 ¶ Regvlam propono affirmatiuam, † quòd contumacia est delictum, *l. omne delictum, §. contumacia, ff. de re milit.* gl. *in l. 1. §. fi.* vbi Alex. *n. 17.* & Ias. *n. 39. ff. si quis ius dic. non obtemp.* idẽ Alex. *in l. si mora, n. 13. ff. sol. matrim. & in l. non hoc, n. 5. C. vnde legit.* Pau. de Cas. *in l. plerique, n. 9. ff. de in ius vocan.* Dec. *in l. in actionib. n. 3. ff. de in lit. iuran.* Cor. *cons. 97. n. 3. & cõsil. 198. n. 9. vol. 4.* Matthes. *sing. 17. n. 7.* & ibi Gabr. Saray. *in addit.* Marsi. *in prac. cri. §. postquã, n. 63. & 64.* vbi etiã, quòd cõtumacia dicitur vitiũ, *per l. sancimus,* vbi latè Ias. *C. de iud.* itẽ quòd dicitur peccatũ mortale, secund. Abb. *in c. 1. in 3. col. ext. de iudi.* Itẽ, quòd contumax dicitur infidelis, per tex. *in c. si qui sunt presbyteri, 81. dist.* Menoc. *de arbit. quæst. casu 153. l. 2.* vbi quòd contumacia dicitur graue delictum, Rol. *cõsil. 47. nu. 2. & seqq. vol. 2.* vbi ampliùs, quòd inobedientia est, delictum adeò grauissimum, quòd hæresi quodãmodo comparatur, *per c. sciendũ,* vbi Doctor. *8. q. 1.* & quòd cõtra cõtumacem omnia iura clamẽt, omnes Doctores vna & cõmuni* voce pariter clamãt. Et licèt Bald. *in l. si. de crim. stell.* dixerit nulla lege caueri, quòd contumacia sit maleficium; non per hoc tamen recedas à regula prædicta, quia quòd immò sit maleficium, & delictum, sed in omittẽdo, optimè defendit Foll. *in pract. crim. can. c. 10. verb. nõ comparentes, contumaces reputentur. n. 8. & 23.* [nec dissentit And. Gayl. *in tract. de pac. publ. lib. 2. c. 5. n. 8.* vbi etiam testatur de comm. * opin.] *

¶ Et propterea † quòd contumax mulctari possit (pœna 27 enim, quæ contumaci ratione contumaciæ infertur, mulcta appellatur;) & quòd ne ius dicentiũ tribunalia cõtemnãtur, & eorum authoritas eludatur; datũ sit illis pœnali iudicio propriã iurisdictionẽ tueri, probat optimè tex. & ibi omnes, *in l. vnic. ff. si quis ius dic. non obt. & in l. 2. ff. si quis in ius voc. nõ ier.* Maran. in Spec. *in 2. membr. iudic. 6. par. n. 9. pag. mihi 147. à tergo,* Rolan. *cõs. 47. n. 1. vol. 2.* vbi quòd de hoc nemini est dubium, *& ibid. n. 8.* vbi ampliat etiam, quòd actor nullũ ius habeat, ac etiam quòd cõtumax sit citatus à Iudice incõpetente, Mars. *in l. de vnoquoque, n. 123. de re iud.* Boss. *in tit. de mulct. n. 17.* vbi quòd mulcta est vnum remedium, vt contumax pareat. Menoc. *de arbit. q. cas. 280. n. 1. lib. 1.* & ita vbique passim, & cõmuniter * Doct. vbi enim Iudex contemnitur per cõtumacem, tunc quòd contumax possit criminaliter puniri, est gl. *in d. l. vnic. in gl. magna, §. fin. in fin.* quã dicit esse cõmuniter * approbatã, Claud. *in d. l. si mora, n. 19. ff. sol. matr.* refert, & sequitur Iul. Clar. *in pract. crim. §. 1. vers. fin. in fin.* & Clarũ pariter sequitur Bonac. *in comm. opin. part. 1. pag. 41. à tergo, col. 2. ver. fin. incip. contumacia dicitur delictum.* Fol. *in prac. crim. can. verb. non comparentes, contumaces reputẽtur, c. 10. n. 24.* vbi hoc ampliat etiam in foro Eccleſiæ, in quo eccleſiasticũ Iudicẽ posse nõ cõparẽtẽ mulctare, & mulctã exigere per eccleſiasticas cenſuras, locis tamẽ piis applicandã, probat tex. *in c. quærenti, de verb. sign.* Host. *in sum. in tit. de sent. & re iud. in tr. quem fecit de mulcta, in §. quis possit.* Archid. *in c. certum, 11. q. 3.* Goffr. *in c. tuæ, ext. vt lite non contest.* Pan. Præpos. Ant. de But. & alij ibi per Foll allegati [quibus addo Marc. Ant. Eug. post hæc scripta habitum *in cõs. 31. n. 11. & 22. & seqq. lib. 1.* vbi benè hanc comprobat concluſ. & *n. 37.* vbi declarat And. Gayl. *de pace publ. lib. 2. c. 5. n. 2.*]

¶ Limita I. Hanc regulam in hac quinta distinctione positam; † quòd licèt contumacia appelletur delictũ, & cõ- 28 tumax propter eam mulctetur; non tamen propriè est de se delictum, nec condemnatus ex cõtumacia, dicitur condemnatus ex delicto, Bal. *in l. 1. in fi. C. de falsi.* Bar. *in l. 2. ff. si ex nox. cau. agat. & in l. omne delictum, ff. de re mil.* Alb. *sing. 61.* de cõmuni * testantur Fel. *in c. ex literis, n. 27. de constit.* prout illũ * refert Foller. *in pract. crim. can. fol. 147. n. 7. in verb. non comparentes, cõtumaces reputentur, c. 10.* Bald. *cons. 193. lib. 2.* Alex. *in l. si mora, n. 13.* & ibid. Claud. *n. 18. ff. sol. matr.* Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, qui dominus Iudex videns, &c. num. 26.* [And. Gayl. *in tract. de pace publ. lib. 2. c. 5. post n. 8.*] Rolan. *cons. 45. n. 65. & seqq. vol. 1.* vbi particulariter infert ad occidentem bannitum ex contumacia, quòd non gaudet priuilegio statuti concedentis impunitatem bannitos occidentibus, de quo particulariter dicam *infrà in 3. lib. sub tit. de var. qu. quæst. 103.* Alciat. *consil. 362. post n. 6.* Bonacos. *in commun. opin. parte 2. pagina 20. à tergo, col. 1. vers. 2. incip. contumacia est delictum, &c.* Clar. *in prac. §. 1. vers. fin.* qui tamen dicit, quòd licèt hæc limitatio, vt præfertur, sit communis; cum difficultate tamen posset obtineri in practica: & quòd contrarium vidit pluries iudicari, sicut & ipse, si casus contingeret, contrarium iudicaret, stantibus statutis, vel generali consuetudine, quòd contumaces habeantur pro confessis: quo casu condemnati dicuntur, non ex sola contumacia, sed ex delicto, & delicti probatione resultante ex prædicta dicta confessione, quæ isto casu verè comparatur, vt latiùs suprà deduxi *in tit. de inquisit. quæst. 12. num. 93. & seqq.* & ad ibi tradita te remitto.

¶ Limita II. Eandem regulam, quòd † licèt, vt dixi, cõ- 29 tumax puniri, & mulctari possit; id tamen sanè intelligẽdum est, dũmodo pœna, & mulcta non sit immoderata, & excessiua: quia si talis est, etiam ipso iure nulla est, vt *in add. ad Abb. in c. de causis, n. 12. lit. H, de off. deleg.* Bonacos. *in commun. opin. par. 1. pag. mihi 116. & seqq.* vbi etiã, quòd isto casu exceptio nullitatis mulctæ quãdoque opponi potest, & opposita exequutionem impedit, secũdùm communem, * de qua *

testatur

testatur Gallus *in consil.* 21. *num.* 4.

¶¶ Quando autem in isto casu mulcta seu pœna in contumace dicatur excessiua, & sic iniusta: quando autem iusta & moderata, vt distinctam habeas cognitionem, facias infrà scriptas conclusiones.

30 ¶ Prima sit conclusio, † quòd de iure ordinario moderantes & gubernantes prouincias vel ciuitates, nō possunt culpæ obnoxios & cōtumaces mulctare vltra summā duarum vnciarū auri: proconsules verò non possunt pariter vltra summam senarum vnciarum auri: spectabiles etiam Iudices non vltra tres vncias. Et si hanc summā in mulctādo excesserint, nō solū mulcta erit nulla & inualida, sed Iudex mulctans & excedēs tenetur parti læsæ ad dupli restitutionem, & ad exbursandū fisco eam quantitatem, quam mulctæ nomine inflixit, præterquam in prædationibus, concussionibus, furtis, vel aliis flagitiis, quæ coërceri seueriùs conuenit; in quibus possunt Iudices contumaces vltra dictam summam mulctare, & etiam præterquā in Illustri præfecto prætorio, in quo speciale est propter eius dignitatem, vt vsque ad 50. libras auri mulctare possit: sic enim apertè probatur *in l. eos, & in l. Illustres, C. de modo mulctarum.*

31 ¶ Secvnda sit cōclusio, † quòd hodie de consuetudine, *d. l. eos, C. de modo mulct.* de facto nō seruatur per Iudices, qui propterea indistinctè nulla habita ratione quantitatis in ea lege, expresse mulctam eius arbitrio pro facti & personarū qualitate indicūt & inferūt secund. Spec. *in tit. de sentētia prola. §. species, vers. sed nunquid,* Alex. *consil.* 35. *col. pen. vol.* 2. Ias. *in l.* 1. *in prin. col.* 2. *in* 2. *notab.* & ibid. Cagno. *n.* 19. *ff. si quis ius dicen. non obtēper.* idem Ias. *in l.* 3. *§. quod prætor, in fin. ff. ne quis eum qui,* Maran. in Spec. *n.* 4. 5. *principal. n.* 69. Oldrad. *consi.* 15. Barba. *consil.* 23. *in fi. l.* 2. Curt. iun. *in d. l.* 1. *in prin. n.* 4. *& in §. fi. n.* 9. Affl. *in c.* 1. *n.* 21. *in fin. ex quib. cau. feud. amitta.* Alcia. *in l. si qua pœna, n.* 5. *ff. de verb. sign.* Boss. *in tit. de mulct. n.* 8. *in fi. & seqq.* Menoc. *de arbitr. quæst. l.* 2. *casu* 280. *n.* 2. Rolan. *cons.* 47. *n.* 13. *& 14. vol.* 2. vbi *n.* 15. post Oldrad. quem allegat, Iasonē & Bossium *vbi sup.* dicit, quòd dispositio *d. l. eos,* procedit, quando in præcepto nō est taxata per Iudicē certa pœna; secus si certa & determinata sit pœna. ¶ Quomodo autem Iudex arbitrium suum in imponendis mulctis regulare debeat, ex sequentibus conclusionibus facilè percipies.

32 ¶ Tertia sit conclusio, † quòd cùm cōtumax nō possit mulctari amissione totius causæ, vt est tex. *in l. properandū, §. cùm autē, C. de iudic. & in l. post edictum, ff. eod. & in l. Diui fratres, §.* 1. *ad finē, ff. de libera. cau.* gl. & Doctor. *in l. cōtumacia, ff. de re iud.* item gl. & pariter cōmuniter * omnes *in d. l.* 1. *§. fi.* vbi præcipuè Curt. iun. *ver.* 13. *ff. si quis ius dicē. non obtemper.* Dec. *in l.* 2. *n.* 30. & ibid. Curt. *n.* 25. *C. de edendo,* Barba. *cons.* 3. *vol.* 4. *l.* 2. Aret. *cons.* 126. *n.* 1. Aym. *cons.* 103. *n.* 8. Alex. *in l.* 1. *§. in operis, ff. de noui oper. nunc.* Bald. *in l. mulct. Cod. de appellat.* Cagno. *in d. l.* 1. *in princ. n.* 90. *& 93. & in §. fin. n.* 14. Duen. *reg.* 152. vbi etiam latè de materia, Menoch. *de arbitr. quæst. l.* 2. *casu* 280. *n.* 4. Royzius *dec.* 2. *n.* 55. *& 63.* Boss. *tit. quomodo proced. per præcep. sub n.* 3. vbi de cōmuni. * Rolan.

33 *d. cons.* 47. *n.* 73. *vol.* 2. vbi etiā de cōm. † Ideo pariter nec poterit contumax mulctari in eo, quod valet causa. *d. l.* 1. *§. si* vbi gl. *in verb. quod interest,* ibi, *& datur interesse, scil. totius causæ, & c. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Bened. de Plot. *cons. cri. diuer.* 3. *n.* 7. *vol.* 2. *in fol.* 10. Sal. *in l.* 2. *C. de spor.* cuius dictum

34 tanquam singulare refert Bos. *in tit de mulct. n.* 10. † Multò minùs poterit mulctari & cōdemnari in pœnam vitæ & vltimi supplicij, secund. Bald. *in l. data opera, n.* 16. *C. qui accus. non poss.* Barba. *cons.* 23. *prope fin. vol.* 2. Bos. *in tit. quomodo proceda. per præcep. sub n.* 3. vbi etiā, † quòd nec potest mulctari

35 36 in pœnā corporalem. † Item nec poterit mulctari in pœnā confessatorū criminū, *vt per Aret. in consil.* 146. *n.* 1. Soc. *in d. l.* 1. *n.* 12. *& ibi in addit. sub litera A,* Boss. *in tit. quomodo proced. per præcep. sub n.* 3. *in fin. vers. Quod tamen videtur cessare, & n.* 12. *vers. concludo tamē, & n.* 13. quibus in locis videtur hanc conclusionem declarare, vt non procedat, quādo post accusationem seu inquisitionem contumax condemnatur pro delicto vigore statutorum volentium, cōtumacem haberi pro confesso: tunc enim ipsum cōtumacem posse mulctari in pœnam confessatorū criminum, ac etiā vltimi supplicij, dūmodo hæ pœnæ sint condignæ delicto, satis deduxi *supra, in tit. de inquisi. quæst.* 11. *n.* 3. 62. *& 96.* Habebit ergo locum præsens conclusio solùm, quando contumax mulctatur, vel non propter delictum, vel si ob delictum, ante formatam inquisitionem.

¶ Qvarta sit conclusio, † quòd contumax non potest 37 mulctari in pœnam confiscationis bonorum, secund. And. de Isern. *in c.* 1. *§. contrahentium, in* 2. *addit. tit. quæ sint regal.* vbi propterea monet Iudices, vt cessent à persuasionibus, quas faciunt principi, vt capiāt bona subditorum, & Isern. sequitur Affl. *in d. c.* 1. *in verb. condemnatorum, n.* 33. Claud. *in dict. l.* 1. *in prin. col. fi.* & ibidem Cur. iun. *n.* 27. *& in §.* 1. *n.* 28. *& §. fi. n.* 16. & Cagno. *in princ. n.* 74. *& 90. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Roland. *d. cons.* 47. *n.* 46. *& seq. vol.* 2. Bonacos. *in com. opi.* 1. *par. pag. mihi* 116. *à tergo, col.* 2. *sub ver. Mulctari quis illico nō debet,* Natta *cons.* 594. vbi etiā plura in materia. Et licèt contrariū de directo tenuerint Azo *in sum. C. vt nemi. lice. sine iud. auct.* Bald. *in c.* 2. *de testib. cogen.* Ias. *in dict. l.* 1. *in princ. col. pen. ver. Adde tu alia duo, & in §. is videtur, col. fin. vers. extra gl.* relati per Roland. *in dict. cons.* 47. *n.* 9. *&* 19. *vol.* 2. *& consil.* 39. *n.* 7. *vol.* 1. præsertim in causa graui, & atroci, in qua cōtumacem in pœnam confiscationis bonorū mulctari posse, expresse tradiderunt Iser. & Affl. *in locis supracitatis,* Boss. *in tit. de mulctis, n.* 10. Nec dissentit Roland. *d. cons.* 47. *n.* 50. *&* 71. non tamē per hoc recedas à præcedenti opi- * nione, quæ & verior, & cōmunior * est, vt patet ex præallegatis Doctoribus, qui expresse reprobant Bal. Azonē, & Iasonē. Et id, quod dicitur in causa graui & atroci posse loco mulctæ imponi confiscationem bonorū, vt per Iser. & Affl. & alios supracitatos, intelligas procedere, non quādo contumax citatur ante inquisitionē, vel accusationē, prout sunt termini nostræ quæstionis, sed quando citatur & damnatur post accusationem vti cōfessus vigore statutorū: tunc enim posse talem pœnam imponi cōtumaci sic condemnato, dummodo sit condigna delicto, pro quo inquiritur, dixi *supra in tit. de inquisit. q.* 11. *n.* 62. vbi videas, & in specie decla at Rolan. *d. cons.* 47. *n.* 71. vbi de communi. * *

¶ Qvinta sit conclusio, † quòd mulcta insolita & non 38 cōsueta de stilo curiæ dicitur iniusta, *l. fi.* vbi Ang. *C. de canō. largit. l.* 10. Feli. *in c.* 2. *in verb. stilus curiæ, col.* 1. *vers. similiter, & c. de rescript. & in c. causam, l'vltimo, col.* 2. *de testib. & in ca. quoniam contra, col.* 7. *in fi. de probat.* Ias. *in l.* 1. *col.* 5. *ver. adde fortius, ff. si quis ius dicen. nō obtemp.* Mars. *in l. de vnoquoque, n.* 175. *de re iud.* Boër. *in repet. l. primæ, n.* 189. *C. de sent. quæ pro eo, quod inter.* Bald. *in l. fideicommissa, §. si decem, ff. de leg.* 3. Bonacos. *in com. opi par.* 1. *pag.* 116. *à tergo, col.* 2. *sub vers. Mulctari quis illico non debet,* Boss. *in tit. de mulctis, n.* 13. Bened. de Plot. *d. cons. cri. diuers.* 3. *n.* 36. Roland. *d. cons.* 47. *n.* 51. *& seqq. vol.* 2. & generaliter in pœnis imponendis Iudicem debere sequi quod solitum & consuetum est, dixi *supra, in antecedē. q.* 16. *n.* 18. præsertim ex Tiraq. *in tract. de pœnis, in præfat. n.* 19. *& infrà in tit. de carcerib. & carcerat. q.* 34. *n.* 4. vbi tradita multùm etiam conferunt ad comprobationem præsentis limitationis.

¶ Sexta sit conclusio, † quòd contumax potest citari ad 39 comparendum sub pœna carcerationis, vel banni, si Iudex comminans pœnam laicus est, & non comparens potest carcerari ac etiam banniri, *l. consentaneum,* vbi glo. & Bar. *C. quom. & quando Iudex, §. si verò etiam quidam, in Auth. de exhib. reis,* Andr. de Isern. *in const. si quis post litem, in princip.* Maran. in Spec. 6. *parte, in secundo membro iudicij, tit. de contumacia, n.* 18. Royzius *dec. secūda, n.* 52. Boss. *in tit. de mulct. nu.* 17. vbi etiam quòd potest citari sub pœna diruendæ domus. [And. Gayl. *in tract. de pace publica, l.* 2. *c.* 5. *n.* 2.]

¶ Sed si Iudex sit ecclesiasticus, potest comminari pœnam excommunicationis, *c.* 1. *de iudic. c. querenti, de verb. signific.* gl. *in c.* 1. *de dolo & contumacia, l.* 6. *& in c. constitutis, de sentēt. excommunic. in* 6. Bald. *in l.* 3. *in vers. Nota, & c. C. de proc.* Feli. *in cap.* 1. *col.* 5. *versic. vtrùm excommunicatio, ext. de iudic.* Maranta *vbi sup. n.* 21. facit tex. *in c.* 1. vbi Abb. *n.* 10. *de iudic. c. certum,* 11. *quæst.* 3. *capit. constitutis, de procurat. c. commissa, de elect. in* 6. Foller. *in pract. cri. can. c.* 10. *verbo, non comparentes, contumaces reputentur, n.* 10. *&* 11. vbi ampliat & declarat, sicut etiam declarat *in num.* 23. *& num.* 59. *&* 60. vbi etiam, quòd si non sufficit remedium ecclesiasticum excommunicationis, potest contra contumacem inuocari brachium seculare, Duen. *reg.* 158. *in prin.*

¶ Etsi

¶ Et si contumax Clericus in excommunicatione & contumacia perstiterit per annum, si fuerit sic redditus contumax & excommunicatus, non pro causa ciuili, sed pro crimine, poterit beneficiis priuari, tanquam suspectus de hæresi, per tex. *in c. rursus, & in c. quicunque, 11. quæst. 3.* Diaz *in pract. cri. canon. c. 124.* Panorm. *in c. 1. nu. 24. & in c. contingit, nu. 7. de dolo & contumacia.* Ripa *in d. c. 1. nu. 77. de iudic.* Maran. *in loco suprà citato, n. 35. pag. 149.* Foller. *in pract. canon. d. cap. 10. nu. 25. 34. & seqq.* vbi declarat. *& nu. 59.* Duen. *d. reg. 153. in 4. ampliatione;* & sic pœna priuationis beneficiorum veniet in consequentiam excommunicationis in præcepto & monitorio comminante, non autem principaliter: de quo tamen vide declarantem eundem Foller. *in d. loco, nu. 36. versi. est tamen aduertendum.*

40 ¶ Limita III. Dictam propositam regulam in hac quinta delictorum distinctione non procedere, quando contumax non potuit cõparere ex aliqua iusta causa, seu impedimento: tũc enim excusatur, & mulcta exigi non potest, *l. satisque pœna,* vbi gl. *ff. de in ius vocan.* alia gl. *in leg. 1. § fi. in gl. magna, in fin. in verb. quod interest,* & ibi Bar. *col. fi. vers. ad primum,*
* & cæteri cõmuniter* Doctor. *ff. si quis ius dicen. non obtemper.* item Doct. *in l. sancimus,* vbi præcipuè Ias. *col. 3. vers. 2. limita, C. de iud.* Neuiz. *cõsil. 51. n. 19.* Aym. *cons. 271.* latè Tiraq. *de retra. consanguin. § 12. gl. 2.* Bened. de Plot. *d. cons. crim. diuers. 3. n. 6. sub n. 18. vol. 2. in fol. 10.* Menoch. *de arbitr. quæst.*
41 *l. 2. casu 153. n. 2. & seqq. cent.* vbi *n. 14.* causam, † quæ sit, dixit esse à iure Iudicis arbitrio remissam, & Alex. *in d. l. 1. § fi. n. 14 ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Ias. *in d. l. sancimus, col. 3. eo. vo. s. 2. limit.* & Marsil. *in l. quæstionis modum, n. 29. ff. de quæst.*

42 ¶ Si † enim à contumacia quælibet causa etiã iniusta, & leuis credulitas excusat, vt per Bald. *in l. ea quæ, circa fin. C. quom. & quan. Iud. & in c. plerunque, col. pen. vers. quæro, quare negligentia, extra de rescrip.* Gtã. *decis. 5. n. 25.* Bos. *in tit. de carcerat. 6. fideiuss. n. 47.* Menoc. *in 5. remed. recuper. poss. n. 56.* Bene. de Plot. *dict. cons. crim. diuer. 3. nu. 6. & 29. & vol. 2. in fol.* vbi exornat, & infert: &, si summa Dei benignitas tẽpus dabit, alibi suo loco, in quo plenè agetur, quando causa iniusta excusat à dolo & delicto, erit, ni fallor, *sub tit. de pœnis tẽperandis, inf. in 3. l. q. 90. n. 8.* latiùs explicabimus: multò magis debet ea excusare causa iusta, & legitima, prout etiam hac de re scripsi *sup. in tit. de inquisit. q. 11. n. 50. & seqq. & ad ibi tradita,* vbi ne bis idem repetam, te remitto.

43 ¶ Limita IV. Illatiuè ex præcedenti limitatione, † quando contumax fuit citatus ad comparẽdum in loco sibi non tuto: tunc enim quia non tenetur comparere, ad tex. *in c. accedens, il secundo, vt lite non contesta. & c. ex parte,* vbi Doctor. & præcipuè Fran. qui bene loquitur in materia, *de appellat. clemen. pastoral. de re iud. l. recusare, § si quis alio, cum l. seq.* vbi Bar. Alex. & alij, *ff. ad Trebell.* cum aliis per Felin. *in c. cùm R. Canonicus, de offi. deleg.* & plenè per Van. *in tit. de nullit. & defectu iurisd. & vnde, ac quibus modis, n. 165.* ideo non comparens non mulctatur, secund. Ruyn. *in consil. 48. n. 6. l. 4. & cons. 30. n. 10. l. 5.* Marsil. *sing. 261. incipien. excep.* Boër. *q. 40. col. fin.* Menoc. *de arbitr. q. l. 2. casu 153. n. 6. & seqq. cent. 2.* vbi inter casus loci non tuti ponit metum Iudicis minantis, inimicorum, belli, pestis, tempestatis maritimæ, & similia, de quibus per Foller. *in pract. cri. canon. c. 10. in verb. non comparentes contumaces repuentur, n. 51.* & per Bened. de Plot. *d. cons. crim. diu. 3. n. 29.* vbi ampliat, quòd sufficit etiam qualisqualis timor paruæ tempestatis, parui incursus hostium, & quælibet parua causa, seu paruum impedimentum, de quibus latiùs dixi *in tit. de inquisit. d. q. 11. n. 55. & seqq.* & ad ibi tradita Lectorem iterum remitto.

44 ¶ Limita V. Vt † contumax non possit mulctari, nisi præfixo sibi priùs termino ad se defendendum, eóque vltra terminum contumaciæ iterum citato ad allegandum & dicendum causam, quare propter incursam contumaciam, & non comparitionem mulctari non debeat, Bart. *in l. 1. col. 2. n. 13. vers. sed quæro,* vbi etiam Cagnol. *n. 23. ff. si quis ius dic. non obtemp. & in l. 2.* vbi etiam Ias. *in 3. notab. ff. de in ius voc.* Bal. *in c. 2. de testib. cog.* Ang. Aret. *in § fin. col. fin. Instit. de satisdat. tut.* Alex. *cons. 212. col. 2. in fin. vol. 6.* Soc. *in tract. citationis, in 7. art. principali, vers. 27.* Marsil. *in pract. §. examinanda, in fin. n. 34. & in l. vnoquoque, n. 191. alias 123. de re iud.* Roland. *cons. 39. n. 33. vol. 1. & cons. 47. n. 6. & 43. vol. 2.* Bologn. *in l. si finita, §. Iulianus, num. 96. & 98. ff. de damno infecto,* de communi * testatur Nicel. *in tract. de concord. gloss. not. 325.* * Boss. *in tit. de mulct. n. 6.* Bonac. *in comm. opin. par. 1. pag. 116. à tergo, col. 1. ver. fi. incip. mulctari quis possit, illicò non debet,* Laur. Kirchou. *in comm. opin. lib. 2. cen. 5. concl. 70.* latè comprobat Bened. Plot. *cons. cr. diu. 3. n. 16. & seqq. vol. 2. in fol.* vbi *n. 18.* hoc ampliat procedere, etiam quòd in monitorio sit dictum, quòd reo non comparente, vel non obediente, perueniretur contra eum ad mulctam, eo ampliùs non citato, nec vocato; adhuc tamen debet denuò citari, & eidem statui nouus terminus ad faciendum suas defensiones super impositione mulctæ, vt ibi per eum: qui item *n. 19.* iterum ampliando dicit, quòd vltra terminum prædictum debet peremptoriè reus contumax citari ad sententiam, & ad videndum se cõdemnari in comminatam mulctam: aliàs hac peremptoria citatione omissa, condemnatio est nulla, & iniqua, ad generaliter tradita *in l. ad peremptorium.* vbi gl. & Doctor. *ff. de iud. & in l. properandum, C. eod.* Et secundùm prædicta inoleuit in Vrbe iutidica practica mulctandi, & cõdemnandi cõtumaces, vt elapso termino in monitorio reo præfixo ad cõparendum, citetur per tres vices, & etiam quarta vice pro peremptoria, & vltima ad dicendũ causã, quare non debeat cõdemnari in pœnis, & mulctis in monitorio contentis, & nihil, quod releuet in dictis quatuor citationibus docto citatur ad sententiam, & loco sententiæ videndum se in dictis pœnis condemnari, vide quæ non multùm ab iis dissimilia dixi *sup. in tit. de inquis. q. 11. n. 47.*

¶ Limita VI. Vt † tunc demũ cõtumax ad paritionem 45
monitorij, seu præcepti de comparendo possit mulctari, dummodo dictum monitorium, seu præceptum, sit iustum: secus si iniustum, & sine causa emanatum, tex. & Doct. *in l. 2. & 3. ff. ne quis eum, qui.* gl. & pariter Doct. *in l. non videtur, §. qui iussu, ff. de reg. iur.* Bart. *in l. 1. §. is videtur, col. fin. post med. in 2. oppos. ff. si quis ius dic. non obtemp.* Bened. de Plot. *cons. cr. diu. 3. n. 31. & seqq. vol. 2. in fol.* Iniustum autem & sine causa dicetur præceptum, & monitorium de comparendo, si nulla præcedente suspicione contra reum emanauerit: causa enim legitima monendi reum ad comparendum est, vt se examini subiiciat, arg. tex *in l. de minore, § tormenta, ff. de qq. & l. vbicunque, ff. de interrog. actio.* at nulla suspicione præcedente Iudex pessimè facit, si reus se ad examinandum citat: tum, quia regulariter probationes nõ sunt sumẽdæ de domo rei; tum etiam, quia Iudex ad aliquẽ actũ deuenire nõ potest, nisi præcedente indicio, vel suspicione, vt per Ang. *
de malef. in gl. fama public. in prin. & in proposito not. Boss. *in tit. quom. proc. per præcepta, n. 9. 10. & 11.* vbi propterea ponit practicam procedẽdi per viam mulctæ cõtra contumaces; quia, scilicet, si contra reũ adsunt indicia sufficientia, vel ad capturã, vel ad formãdam inquisitionem, Iudex mãdat eum capi, & format contra reũ inquisitionẽ; si verò non potest eũ capere, & non subsunt indicia sufficientia ad inquisitionem (quæ qualia sint, dixi *sup. in tit. de inquis. sub 1. qu.*) tunc procedit per viam mulctæ, reúmque moneri mandat, vt sub comminata mulcta compareat; & eo comparente, si ex eius examine recipiuntur indicia sufficientia pro inquisitione proceditur contra eũ ad inquisitionem: si verò non compareat, proceditur ad mulctæ executionem, quæ, vt idem Boss. optimè ibi animaduertit, aliquando solet esse multò vtilior fisco, quàm bonorum confiscatio: non tamen propter vtilitatem fisci debet Iudex deuenire ad talia monitoria, & præcepta, sed ex causa eruendæ veritatis, & ne delicta remaneant impunita: aliàs, vt ipse dicit, esset minister diaboli, & non iustitiæ. Et quòd reus non possit ad se subiiciendum vocari, nisi aliqua præcedant indicia, vel suspiciones, dixi *infrà, in 2. part. tit. de reo confess. & conuict. qu. 81. num. 10.*

¶ Limita VII. Quòd ex quo mulctare, iurisdictionis 46
est, secundùm communem *opinionẽ Legistarum & Cano- *
nistarũ, de qua per Ias. *in l. 1. n. 16 ff. de iurisd. omn. iud.* prout illũ refert Bonacos. *in commu. opin. 1. par. pag. 117. col. 2. ver. 1. incip. mulctare iurisdictionis est;* ideò qui iurisdictionem non habet, mulctare nõ poterit, *l. 2. §. fi. ff. de iud.* & est cõmunis, * *
secund. eund. Ias. *in l. 1. in princ. ff. de in ius vocan.* Riminal. *cons. 270. n. 17.* prout illos refert id. Bonac. *vbi sup. n. 116. à tergo, col. 2. vers. mulctari quis illicò non debet:* immò non omnis Iudex iurisdictionem habẽs mulctare poterit, & per

eundem

eundem Ias. *in l.1.ff.si quis ius dicen.non obtemper.col.pen.* vbi ponit regulam, & fallentias, & Ias. refert & Boss. *d. tit. de mulctis, n.*15. sed tantùm ille qui est in Magistratu & mero imperio, non autem alius, *l.aliud est fraus, §. inter mulctam, ff. de verb.signific.* Bart. *in l.imperiũ, n.*12. *ff.de iurisdic.omn.Iudic.* & ibi Rimin. *n.*27. Cur. iun. *n.*99. Vallasc. *n.*118. Purpurat. *n.* 269. vbi de cõmuni, * Menoc. *de arbitr.q.l.1.q.*74. *n.*9. *& seq.*

47 ¶ Et hinc est, † quòd cùm arbiter iurisdictionem non habeat, ideo mulctare nó poterit, nisi ei à partibus expressè sit concessa potestas. glo. Bart. & alij *in l.non ex omnibus, ff.de arbitr.* Bened. Plot. *consil. crim. diuers.3.nu.*40. *in fin. vol. secundo, in folio.* Curt. iun. *in l. imperium, num.*99. & ibidem Bolognin. *num.*82. *ff.de iurisdict. omn. iudic.* Menoch. *de arbit. q. lib.* 1. *d. quæst.*74. *num.*13.

48 ¶ Item † nec poterit mulctare procurator Cæsaris & fisci, *l.*2. *& 3. C. de modo mulct.* Benedict. de Plot. *d. consil. cri. 3. n.*2. *& 3. vol.*2. *in fol.* vbi etiam idem in deputatis à communitate, ciuitate, vel vniuersitate vrbis, Bonacos. *in comm. opin.*1. *par. pag.*117. *col.*1. *sub versi. mulctari quis illico non debet.*

49 ¶ Et cùm delegatus inferioris Magistratus habere non dicatur, vt per Corasi. *in l.*2. *§. eo tempore. ff. de origin. iur. & in l. si aliqua, §. fin. ff. de offic. proconsul.* ideo nec mulctandi potestatẽ pariter habebit secũd. gl. *in l. eos, C. de modo mulct.* facit tex. *in d. l. secunda, §. fin. ff. de iudi.* Alex. *in l. à diuo Pio, in princip. n.*6. *in fi. ff. de re iud.* quem latè à contrariis defendit idem D. Menoc. *de arbit. q. l.*1. *d. q.*47. *n.*7. *& seqq.* Ias. *in l.*1. *n.*18. *ff. si quis ius dicen. non obtemper.* vbi declarat, nisi suam iurisdictionem defendere possit, Bened. de Plot. *d. consi. cri. diuer. 3. n.*40. *vol.*2. *in fol.* licèt secus in delegato Principis: quia cùm in causa delegata maior sit quocunque Iudice ordinario, *cap. sanè, extr. de offi. deleg.* ideo non mirum est, si & ipsi sicut ordinarij Iudices mulctandi potestatem habẽt, secundùm communem * Doctorũ opinionem, de qua per Doctores *in c. de causis*, vbi præsertim Abb. *n.*12. Felin. *n.*9. Dec. *n.* 13. *ext. de offic. deleg. & in d. l. vnica*, vbi præcipuè Alex. *n.*13. *&* 14. Ias. *n.*20. Cagnol. *n.* 58. *ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Gasp. Valasc. *in l. Imperium, n.*221. *versic. vlt. pro complemento, ff. de iurisd. omn. iud.* Rolan. à Valle *cõsi.*47. *n.*11. 12. *&* 74. *vol.*2. Laurent. Kirchou. *in com. opi. l.*2. *cent.*5. *epi.*37. vbi ampliat, id procedere tam de iure ciuili, quàm canonico, licèt Decius ibi per eum allegatus contrarium dixerit.

50 ¶ Limita VIII. Vt † mulctari possit cõtumax, si sit verus contumax, secus si fictus, Bart. Alex. Ias. & Doct. *in d. l.*1. *§. fin. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Ang. *cons.*8. *incip. regulares introitus, col. si. versic.* 4. *quia sententiæ mulctæ, &c.* Bald. *in l. & in mulctis, C. de appellat.* item Alex. *in l.*4. *§. prætor. col.*2. *in fin. ff. de damno infecto*, Andr. de Isern. *in const. citat. col.*2. *in fine, & in consit. rei vendicat.* vbi etiã gl. Maran. in Spec. *in 6 par. in 2. membro iudicij, pag. mihi* 147. *n.*9. vbi quòd ita communiter * tenẽt Doctor. *in d. l.*1. *& in 2. actu principali, in tit. de appell. pag. mihi* 232. *n.*288. *in fin.* Alex. & Ias. *in l. plerique. ff. de in ius vocã.* Rol. *cons.*47. *n.*16. *& seqq. vol.*2. Io. And. & alij *in c.*1. *ext. de dolo, & contum.* Bened. de Plot. *d. cons. cri. diuers.*3. *n.*5. *vol. in fol.* Boss. *in tit. de mulct. n.*6. Bertaz. *cons.*200. *n.*13. *l.* 1. vbi alios refert: & facit tex. *in d. l.*1. *§. si procurator, ff. si quis ius dicen. non obtemper.* vbi si ficta contumacia sufficeret ad mulctandum aliquem ex contumacia procuratoris, posset

51 mulctari dominus, cuius contrarium deciditur. † Omnis enim mulcta, crudelis & seuera est, cùm ob solã contumaciam inferatur, *l. mulctarum, Cod. de modo mulct.* Alex. *cons.* 216. *n.*10. *vol.*2. Ang. *consi.*186. *col.*2. idẽ Alex. *in d. l. plerique, col.*3. *versic. ex lege*, & ibi Ias. *col.*1. *ff. de in ius vocan.* Dec. *cons.* 34. *n.*4. ideo ad fictum contumacem extendenda non est; vt per Rolã. & alios præallegatos, qui propterea verum contumacem eum dicunt esse in proposito, qui vel fuit perso-

52 naliter citatus, vel dixit se nolle venire: † contumax enim alius verus, & alius fictus dicitur Et si vis scire, quis dicatur verus cõtumax, & quis fictus, remitto te ad Bart. *in l. si. ff. de in integ. restit.* Bart. & Alex. *in l. ex consensu, §. fin. ff. de appellat.* Alex. *in l. properandum, §. fin autem reus, C. de iudic.* Masuer. *in pract. in tit. de contuma. in princip.* Rota *de dolo & contum. decis.*2. *aliàs* 49. *in addit. n.*2. Octau. Vestr. *in præl. l.*7. *c.*3. *nu.* 21. *& seqq.* & ibi Nic. Grau. *in addit. n.*52. *& seq.* Foll. *in pract. cri. verb. & si confitebuntur, n.*3. Maran. in Spec. *vbi suprà, d. fol.* 147. *n.*8. & ibi Pet. Foll. *in addit. & in fol.*232. *n.*285. *&* 288. vbi quòd contumax verus, seu fictus dicitur tribus modis, existenter scil. & apparenter simul, existenter tantùm, vel apparenter tantùm; & de singulis ibi videas exempla. Hæc enim inspectio non est præsentis speculationis, de ea (vtinã vita duret, vt id possim) latiùs dicam in Quæstionibus ciuilibus, & vt credo erit in fragmentis, verbo, *Contumax.*

¶ Limita IX. Eandem regulã in hac quinta distinctione 53
positam, † quòd tunc demum cõtumax non cõparendo potest mulctari, dũmodo in præcepto seu monitorio sit inserta causa, qua monitus seu citatus requiritur ad comparẽdum: secus si nulla causa inseritur: † cũ enim regulariter de iure 54
à præceptis & comminationibus non liceat incipere, *l.....C. de exeq. rei iud. toto tit. C. comminat. vel epistol. gl.* Bart. & Doct. *in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de oper. noui nũciat.* ideo talia præcepta cũ causa iusta sustinentur: secus sine causa, *l. fin.* & ibi Doct. *C. de procur. lib filiusfamil. ff. de legat. primo*, Gand. *in tit. de citat. in fi.* & faciunt in simili sup. tradita *in tit. de inquisit. q.*1. *n.*11. *in requisito, & quæst.*11. *n.*40. Sed an sufficiat causa generalis; putà pro homicidio: † & an generalissima, putà 55
ad informandũ Curiam, vel pro nonnullis concernentibus interesse Curiæ, & fisci; an verò debeat exprimi causa specialis: puta pro homicidio commisso in personam Titij, vide Alex. *in dict. l. filiusfamil §. Diui col. fin ff. de leg. primo*, Roland. *dict. cons.*47. *n.*44. *vol.*2. & Boss. *in tit. quomodo proced. per præcept. n.*6. 7. 8. *&* 12. Ex quorũ dictis videtur posse colligi conclusionem, quòd post formatam inquisitionem, seu accusationem, reus potest moneri ad comparendum pro nonnullis concernentibus interesse Cameræ & fisci, etiam sub pœna confessi & conuicti criminis, aliter non expressa specie criminis. Ante verò accusationem & inquisitionem, sic citari & moneri non potest, nisi sub pœna pecuniaria.

¶ Limita X. Vt † etiã in casu, in quo mulcta ritè & rectè 56
indicta sit, si tamen mulctatus sit pauper, potest remitti ex causa paupertatis: Iudex enim mulctã vel minuere, vel etiã remittere valet, si ita sibi visum fuerit, tex. est *in l. illicitas, in fi.* & ibi Bart. *ff. de offic. præsid. & in l. eius, in fi. C. de mod. mulct.* Alex. *in l. imperium, col.*7. *ff. de iurisdic. omnium Iudicum*, Ang. *de malef. verb. qui Iudex videns, quòd inquisiti non comparent, col.*5. *circa fin.* Boss. *in tit. de mulctis, n.*14. Brun. *de cessio. bonor. in quarta quæst. principali, n.*5. *in fine.* † Vbi propterea infert, 57
quòd non debet luere in corpus, & sic regula, quòd nõ habens in bonis luat in corpus, de qua *in l. si. ff. de in ius vocan.* & de qua latiùs infrà dicetur, *hoc eodem tit. q.*26. quòd non habebit locum in mulcta, prout & idem repetit idem Brun. *in* 17. *quæst. eiusdem quartæ principalis quæst. n.*3. tenet Fernã. * Vas. *controuer. Illustr. c.*24. *n.*15. vbi testatur de communi * 58
opinione. Clar. *in pract. q.*95. *Hæc autem omnia*, vbi quòd ita sæpenumero per Senatum obseruari vidit, Ias. *in l. si quis id, quod. n.*28. *ver.*4. *limit. ff. de iurisd. omn. Iudic.* Menoch. *de arbitr. iudi. q. l.*2. *cent.*5. *casu* 447. *n.*9. vbi licèt in casu paupertatis videatur tenere, quòd Iudex non solùm possit remittere mulctam, sed etiã eam in pœnã corporalem commutare: contrarium tamen, quòd scil. in corporalem commutare nequeat, licèt (vt benè dixi) eam remittere vel minuere valeat, multò verius crediderim, vt per Brun. Iasonẽ, Vasquiũ & Clarum præcitatos, quibus addo Benedictum de Plot. *in sæpius allegato suo cons. crim. diuers. 3. n.*21. vbi infert ad illum pauperem. qui habet plures liberos, maximè duodecim; cui sicut dãnato bona nõ confiscãtur, sed liberis conceduntur, *ad l. cũ ratio, §. si plures liberos, ff. de bon. damnat.* ita pariter dicendũ est in mulcta; alioquin si illa exigeretur, esset tollere panem filiorũ, qui ex bonis paternis ali debent, *toto tit. ff. de alend. liberis*, & consequenter esset eos necare, *l. necare, ff. eo.*

¶ Limita XI. (Et hæc limitatio est generalis ad omnes 59
præcedẽtes limitationes) vt in omni casu, in quo mulcta indebitè, nulliter, & iniustè indicta est, possit mulctatus ab ea appellare, *l. & in mulct. C. de appellat. l. si qua pœna. ff. de verb. signifi.* Bened. de Plot. *d. cõs. cri. diuers. 3. n.*22. *vol.*2. *in fol.* Boss. *in tit. de mulctis, nu.*2. *& seqq.* [Bertaz. *cons. cri.*81. *nu.*17. *in* 1. *vol.*] Generale enim est in criminalibus à qualibet impositione pœnæ, siue capitali, siue etiam non capitali, dari appellationem, *c. liceat, 2. q.* 6. *l. non tantùm, ff. de appellat.* Bart. *in l.*1. *col.*2. *in fi. versq. quæro, an ab impositione, ff. si quis ius dicen. non obtemper.* cum latè congestis per Brun. à Sole *in suo cons. crim. n.*203. *& seqq.* & latiùs per Robertum Lancellot. *in sue*

tract.

tract. de attent. c. 12. in 4. ampliatione, per totum. Ergo idem in mulcta: immò quando mulcta est excessiua, cùm sit ipso iure nulla, *vt in addit. ad Abb. in cap. de causis, num. 12. litera H, de offic. delegati,* & dixi *sup. n. 29.* potest de nullitate dici etiam absque appellatione, vt per Cagnol. *in d. l. 1. n. 21.* & per Nattam *consi. 594. n. 4.* quos refert & sequitur Bonacos. *in comm. opin. par. 1. pag. 117. col. 1. sub versic. mulctari quis illicò non debet.* Et dixi etiam hac de re *infrà in 2. par. tit. de var. quæst. q. 101. num. 17.*

¶ Et his paucis contentus, vlteriùs non progredior in hac
59 materia mulctæ: † in qua si plura desideraueris, vide Nattam *d. consi. 594. per totum,* Doctores *in c. 1. de iudic. & in d. l. vnica. ff. si quis ius dicen. non obtemper. & in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit.* Hostien. *in summa, in tit. de sentent. & re iudica.* vbi facit particularem titulum de mulcta. Matth. de Affl. *in tit. quæ sint regalia, in versic. mulctar.* vbi latè Chass. *in consuetud. Burg. in ti.* des iustices, *rub. 1. §. 1. fol. 73. col. 4. n. 7. & seqq.* vbi generaliter, qua pœna cõtumax puniatur. Rober. Mara. *in tract. de ordin. iudic. in 6. part. rubr. de contumacia, per totam,* vbi ponit quinque casus, in quibus contumacia non punitus, & vigintiquatuor, in quibus punitur. Viginti etiam casus, in quibus contumax punitur, & totidem, in quibus non punitur, ponit Ioan. Bassian. *in consuet. Aluerniæ, c. 9. artic. 12.* Et qualis esset antiquitus mulctandi modus, declarant Alciat. & Brecch. *in l. aliud est fraus, §. inter mulctam, ff. de verb. significa.* & præter eos Petr. Crinit. *de honest. disciplin. l. 25. c. 8.* Baldus. *in commentariis ad l. 12. tabularum, in princ.* Duaren. *l. 1. disput. vniuer. c. 50.* Robert. Aurel. *l. 4. senten. iuris, c. 21.* qui omnes ad saturitatem ponunt materiam mulctæ, de qua *in d. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* & plura de contumacibus mulctandis, quando & quibus pœnis, traduntur per Foller. *in pract. crim. canon. c. 10. verbo, non comparentes, contumaces reputentur, per totum, in discursu.*

¶ Sexta delictorum distinctio est (vt quò vnde digressi
60 fuimus, redeamus) † quòd alia dicuntur excepta, alia verò non excepta dicuntur crimina, quæ sub generali legis dispositione non continentur, sed semper excepta censentur; putà hæresis, læsæ maiestatis, falsæ monetæ, simoniæ, fraudatæ annonæ, fraudati census, dilapidationis, sodomiæ, famosi furis, sacrilegij, maleficij, & similium, de quibus per glo. & Doct. *in l. fin. C. de accusat.* Hostien. *in summa, de accus. §. si quis possit, versi. admittuntur,* Spec. *in tit. de accusat. col. fin. n. 7. &* 8. Ang. *de malef. in verbo, præsente d. Caio, & c. n. 15. præterea tria sunt,* Gig. *de crimin. læsæ maiest. rubr. quomodo & per quos crimen læsæ maiest. probet. quæst. 15. n. 6.* Conrad. *in pract. tit. de accus. sub num. 9. ver. amplia 3. pag. mihi 226. col. 1.* Ant. Gomez. *de delict. tit. de probat. delict. n. 16. versic. adde tamen.* Non excepta autem sunt illa, quæ veniunt in generali dispositione legis.

61 ¶ Septima est delictorum distinctio, † quòd aliqua dicũtur leuia, aliqua grauia, enormia seu atrocia; aliqua verò grauiora, atrociora & magis enormia, & demũ aliqua grauissima, enormissima, vel atrocissima. Quæ autem dicãtur delicta leuia, grauiora, & grauissima, vltra ea quæ in seqq. conclusionibus tradentur, vide in occurrenti casu, Bart. *in l. non solùm, §. si mandato, ff. de iniur. & famos. libell. & in l. leuia,* vbi etiam Alex. *ff. de accus.* Aretin. *cons. 116. n. 4.* Ant. de Butr. *in c. quæsitum, ext. de temp. ordinan.* Hostien. *in summa, de sent. excommunic. §. si quis post,* & Innocent. *in c. 1. de constit.* Marsi. *in l. vnius, §. cognituram, n. 70. ff. de qu.* Ias. *in l. cùm seruus, n. 7. ff. de cõdic. cau. data.* Abb. *in c. tuæ discretioni, ext. de pœn.* Alex. & Doctor. *in l. prætor, §. præterea. ff. de iniur.* item Doctor. *in cap. sedes, de rescr. & in c. at si clerici, de iudic.* Guliel. Magner. *in l. ad ea quæ, n. 2. ff. de reg. iu.* Idem Ias. *in consi. 136. ad med. l. 1.* Cæpol. *consi. 11.* item Doct. *in §. atrox, Instit. de iniur.* Et faciunt quæ dicam in materia iniuriarum, vbi agetur, quando iniuria dicatur leuis, & quando atrox. Barthol. Thæg. *in sua tract. cri. part. 1. per totam, in discursu,* item Doctor. *in l. liber homo, la seconda,* & ibi præcipuè Florian. de S. Petro *nu. 7. ad l. Aquil. & in l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. & in l. ferè in omnibus, & in l. ad ea, ff. de reg. iur. & in l. aut facta, ff. de pœn.* Carter. *in pract. in tract. de homic. & assassin. § sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius, n. 2. & seqq. pag. mihi 151, à tergo.* Foller. *in pract. crim. canon. verbo, omnibúsque diligenter pensatis, n. 8. pag. mihi 193.* Clar. *in pr. §. 1. versic. sunt etiam,* Brunus *de iudic. & tort. 2. par. q. 3. n. 4.* Aymon *de antiqu. temp. par. 4. sect. videamus modò de aliquibus limitationib.* Hier. de Monte *q. 16. nu. 14.* Conrad. *in pract. tit. de iniur. n. 8.* Fab. à Monte Leone *in sua praxi arbit. pag. 401. n. 15. & seqq.* D. Menoc. *in tract. de arbit. qu. lib. 2. casu 266.* Sforz. Od. *in tract. de restit. in integr. part. 2. q. 80. n. 1. & seqq.* Ex quorum dictis pro plena huius materiei cognitione facio infrà scriptas conclusiones principaliores.

¶ Prima † sit conclusio in hac septima delictorum di- 62
stinctione, quòd grauitas & leuitas delicti remittitur Iudicis arbitrio, secund. gl. *in l. in verb. parte, ff. de custod. reor. & in c. peruenit, ext. de sent. excõmun. in c. cùm illorum, in verb. membrorum, de sent. excomm.* Bald. *in cap. proposuit, num. 2. de appellat. in l. quæstionis modum. n. 3. ff. de quæst.* Barbat. *cons. 51. col. 2. lib. 1. & consil. 21. colum. penult. lib. 2. & cons. 80. in fin. lib. 3. & cons. 45. colum. penult. lib. 4. & in cap. sedes, num. 82. de rescript.* Felin. *in cap. at si clerici, col. 13. de iudic.* Alexand. *cons. 203. colum. 1. lib. 2.* Conrad. *in sua pract. tit. de iniuriantib. num. 7. in fine, pag. 404. col. 1.* Diaz *in pract. crimin. canon. cap. 11. num. 2.* Menoch. *de arbitr. quæst. libr. 2. casu 266. num. 2.* Beral. *in cap. quoniam contra, num. 27. de probat.* Ioan. Lopez *in rub. extr. de donat. inter vir. & vxor. §. 2. num. 13.* Innocent. *in cap. cùm illorum, de sentent. excommun.* Cæpol. *cons. crim. 11. num. 26.* Fabian. à Monte Leone *in sua praxi arbit. pag. 405. num. 16.* Brun. *de indic. 2. part. quæst. num. 4.* Hier. de Monte *quæst. 16. num. 14.* de communi * testantur Alciat. *in cap. cùm non ab homine, post num. 28. de iudic.* Villalob. *in commun. opin. lit. D, n. 56.* Iul. Clar. *in pr. cr. §. 1. vers. sunt etiam, in princ.* Suarez *in commun. opin. verbo, delicta, num. 48.* Sforz. Odd. *dicta quæst. 80. num. 1.* Quomodo autem Iudex isto casu arbitrium suum regulare debeat, ex sequentibus conclusionibus facilè perspiciet. *

¶ Secunda sit conclusio, quòd delicti grauitas, vel le- 63
uitas cognoscitur ex illius qualitatibus, & circumstantiis, quæ illud idem & graue, & leue, iuxta facti, & personarum qualitatem reddunt, sic mihi probat text. *in l. aut facta, §. pœna grauior, ff. de pœn. & in l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult. & in l. si adulterium, §. Imperatores, ff. cod. & in c. sicut dignum, in princ. extr. de homicid.* & dixi *sup. qu. 17. num. 10.*

¶ Delictum † enim & leue & graue reputatur ex qualita- 64
tibus, quæ considerãtur vel ratione personæ offensæ, vel offendentis, vel armorũ, vel partis corporis læsæ, vel ca usæ, vel loci, vel temporis, vel euentus; vel ex aliis circũstantiis, de quibus *in dicta l. aut facta, §. pœn. grauior,* & ibi Doct. Bart. *in l. denunciasse, §. quid tamen,* & ibi etiam Sali. *ff. de adulter.* vbi etiam ostenditur quæ dicatur qualitas alterans, siue etiã diuersificans delictũ, Luc. de Penna *in l. vnica. C. de colon. Illyrica, l. 11.* vbi latè Bart. Thæg. *in suo tract. cri. par. 13. & omnibus seqq.* vbi etiam latè Sarmien. *Select. interp. l. 1. c. 1. sub n. 5.* latè etiam per Carter. *in pract. cri. in tract. de homic. §. circa igitur tertium, quibus ex causis pœna augeatur, n. 1. & seqq. per totum, pag. 248. & seqq.* & alibi sæpissimè Doctores.

¶ Hinc infertur primò, † quod delictum, quod est mali 65
exempli, tanquam reipublicæ pernicioſius, grauiùs multò, quàm cætera reputari debet, *l. 3. §. sed & ex Senatusconsulto, ff. ad l. Corn. de sicar. l. si quis, §. abortionis, ff. de pœn. cap. præcipuè, vndecima, quæst. 3.* glo. *in c. nemo, 32. qu. quarta,* Tiraq. *de pœnis temperan. causa 44. n. 52.* Carter. *in pract. vbi sub n. 27. pag. 250.* Menoch. *de arbit. q. casu 558. n. 4. lib. 2.*

¶ Hinc etiam infertur secundò, † quòd delictum de no- 66
cte commissum, cùm eo tempore tranquillitas & pax populi magis procuranda sit, grauius etiam reputatur, quàm delictũ de die commissum, Bal. *in l. non minorẽ, C. de transact.* facit tex. *in l.... ff. de effracto. & in l. 1. & 2. ff. de furt. balnear.* Cyrill. *in summa crim. 2. par. §. 5. num. secundo, & seq.* Gram. *consi. 17. num. 3. & 4. in princip. & num. 67. & seqq.* Barthol. Thæg. *in tract. crim. part. 16. num. 3. & seqq. & parte 17. num. 6.* vbi de materia statutorum punientium, delicta facta de nocte, Tiraquel. *de pœn. temperan. causa 57. sub num. quarto.* Tempus enim noctis facit indicium præcogitationis, cùm malè agat, qui odit lucem; & lex malè præsumat contra ea, quæ fiunt de nocte, glos. *in l. furem, ff. de sicar.* Alex. *cons. 103. videtur prima consideratione, col. 4. versic. non obstat, volum. 1.* Bald. *cons. 427. in 5. vol.*

¶ Hinc quoque infertur tertiò, † quòd delictum clam 67
commissum

cõmissum acriùs multò pariter reputatur, quàm quòd palàm,*c.cum ex iniuncto,de hæret.l.palam,ff.de ritu nupt.l.fin.ff.de effracto,l.non existimo,ff.de administrat.tuto,l.1.C. de mal.* vbi quod grauius est,quem veneno occidere,quàm gladio,*l.1.§. fin.ff.de seruo corrupt.*vbi quod grauius est persuadere,quàm compellere,*l.Officiales*,& ibi gl.*in verb.clãdestinis.C.de Episcopis,& clericis*, vbi quòd plus punitur clandestinum delictum,quàm publicum.†Ex actu enim clandestino dolus & malus animus agentis magis præsumitur,quàm ex actu palàm facto,*l.non existimo,ff.de ritu nuptia.*

68

¶ Contrarium in hac tertia illatione suaderi videtur ex tex.*in c.nemo,32.q.4.*†vbi quòd tolerabilior est culpa, si lateat,quàm si leuis vsurpetur authoritas, & ibi Gloss.interpretatur, vt maius peccatum sit manifestè peccare,quàm occultè,de quo etiam videtur tex.*in c.ex tenore,de tempor. ord.* vbi publicus peccator magis punitur,quàm occultus,*& ca. 1.in fin.de voto,lib.6.*vbi etiam gl. concordantes adducit, §. *ex maleficiis,Instit.de actio.*vbi furtum non manifestum mitiùs punitur,quàm manifestum;quia leuius peccatum est;& quòd manifestè,& palàm delinquentes grauiùs ob id peccare dicantur,quia pluribus præbent exemplum peccandi, quod non faciunt clàm & occultè delinquentes,dixit gl. *in dicto c.nemo,32.q.4.*dixi *sup.n.65.*& tradit Foller.*in pr.cr. canon.c.16.n.12.*

69

¶ Quid autem dicendum?†Tiraquel.*in tr.de pœnis temperan.causa 75.*has contrarietates inspiciens,nihil resoluendo remittit te ad notata post gl.per Bal.Io Fabr.Plateam,Ang. & cæteros,*in d.§.ex maleficiis,Inst.de actio.*ad gl.*in c.clericus,* 81 *distin.& in d.c.nemo,32.q.4.*ad glos.& Doct.*in c. de nomine,de celebra. Missarum,& in l.nemo,C.de summa Trinit.& in l.prætor,§.& generaliter,ff.vi bon.rapt.*Io.Fab.*in §. sequens diuisio,Inst.de act.* Fel.*in cap.cum quidam,n.8.& seq. de iureiur.* Idem Fel.*in c.fi.col.....vers.nota,quòd grauius,de accusat.* apud quos generaliter tractatur materia ista brocardica, an scilicet grauiùs puniẽdus sit,qui palàm delinquit,quàm qui clã; vel ecõtrà.Et ex prædictis vide præcipuè *in d.l.nemo,* Petr. de Bellapert,*col.1.in princ.*Iacob. Butr. *col.1. in quarto not.ab. & col.2.vers.Item oppono,*Capr.*n.4.*Alber.*n.2.& 3.*Fulg.*n.4.* & Sal.*n.1.*

70

¶ Tu verò resolutiuè dicas pro prædictorum iurium concordia,secund.Iac.But.*in d.l.nemo,*†cuius distinctionẽ communiter*sequnti sunt cæteri Doctores,teste Arn.Alb. *in tr. de hæret.q.23.sub n.79.ver.si verò tractamus,*quòd aut agitur de causa delicti, & sic de animo delinquentis : aut de euentu, & effectu ipsius delicti. Si de animo delinquentis, & tunc iterum subdistinguendum est,quòd aut sumus in iis, quę sunt de genere prohibitorum,prout est furtum,rapina, homicidium,& similia:aut in iis, quæ sunt de genere permissorum,sed aliquo casu prohibitorum, prout est contrahere matrimonium & nuptias,quod generaliter & regulariter est permissum;est tamen prohibitum in aliquib.casib. putà inter consanguineos,in binis nuptiis & similibus.

71 *

¶ Primo casu,quando scilicet sumus in iis,quæ sunt de genere prohibitorum:& tunc non magis animo delinquit,qui clàm delinquit,quàm qui palàm,vel ècontrà : omnes enim puniuntur pœna naturali ipsius delicti,*cap.1.de præsump.* Et in iis,quæ sunt de genere prohibitorũ, sẽper pariter & malus animus præsumitur,*l.1.C.de sicar.l.si quis sũmo,C.ad l. Aquil.*& liçèt,vt deduxi *sup.n.67.*magis puniatur hominẽ veneno.& sic clàm occidẽs,quàm gladio & palàm,*l.1.C.de malef.& mathem.*illud non ideò est,quòd crimen maius sit regulariter delictum clandestinum, quàm quod palàm committitur;sed quia veneni crimen habet in se proditionem, quæ,vt modò dicã, de per se aggrauat, & facit maius delictum.Et licèt è contrà rapina magis puniatur, quàm furtũ, illud pariter nõ est,quia palàm fiat,sed quia habet in se violentiam,*l.1.ff.vi bono.raptor,l.si quis in tantam,C.vnde vi.*

¶ Secundo casu,quando scilicet sumus in iis, quæ sunt de genere permissorum,& tunc magis dicitur delinquere,qui clàm delinquit,quàm qui palàm;quia isto casu ex actu clãdestino magis præsumitur dolus,quàm ex actu palàm facto, *dic.l.nõ existimo,ff.de administr.tut.& in d.l.fi.ff. de ritu nupt.* Si verò agitur de effectu ipsius delicti, & tunc ratione exẽpli,vt dixi *sup.n.65.*quod ex delicto palàm commisso magis sequitur,quàm ex clandestino, peius est peccare & delinquere palàm quàm clàm.Et ita procedat tex.*in c. nemo 32.q. 4.in c.ex tenore,de tempor.ordin.*cum aliis suprà allegat.*n.69.* & consequenter minùs puniendi sunt, qui clã delinquunt, quàm palàm delinquentes, qui propterea magis offendunt rempublicam,magísque tribuunt aliis scandalum, & magis contemnunt iudicialem authoritatem, magísq; correctioné paruipendunt ; & magis exhibent aliis malum exemplum, quàm qui clàm delinquunt,secundùm glos. *in dict.l.nemo,in verbo,publicè,*& ibi,Iac.But.Alber.Cast.Sal.&,vt dixi,communiter* omnes,*c.de summ.Trin.& fide Cath.*cum allegatis per Arnal.Alb.*in tr.de agnosc.asser.cath.& hæret.dict.q.23.nu. 79.& seqq.omnibus vsque ad finem quæstionis.* *

¶ Hinc infertur quartò,†quòd delinquens per hypocrisim,& sic faciens malum sub specie boni (prout tempotib. nostris contigit in illo nobili Florentino,cuius nomẽ taceo, qui sub specie boni & voti dictauit & fecit libellum famosum cõtra quẽdam Abbatẽ,illúmq; affixit in Eccleśia, vt ab omnibus legeretur)magis delinquens,& punibilis est, quàm qui nulla simulatione & fictione delinquit,*c.certè,*& ibi gl.*in verbo,malum,12.q.1.* imò diabolicum est facere malum sub specie boni:cùm diabolus bonum agere dicatur seductoriè, vt est gl.*in c.si enim,inquit,in verbo,dæmones, de pœn. distin.2.* valdéque pernicioſum est sub specie pietatis, impietatem operari,*c.nosse,30.q.1.cap.non putanda,1.qu.1.c.neque enim si agris,14.q.15.cap.excommunicamus,§.quia verò, de hæret.c.ad Apostolicam,de simon.clem.1.in prin.& clem.fi.ver.nulla,de hæret.cum simili.* Hinc Cicero *in li.1.de Off.*dixit,Totius iniustitiæ nullam capitaliorem esse, quã eorum , qui cùm maximè fallãt,id agunt,vt boni viri videãtur;& quòd simulata æquitas duplex sit iniquitas;vna,quòd facit malum;& alia,quòd abutitur bono,dixit gl.*in cle.1.in verb.sanctitatis, de relig.domib.*& Diuus Hieronymus *ad Isaiam,c.12.*dixit,quòd in cõparatione duorum malorum,leuius est apertè peccare, quã sanctitatem simulare.Et Plutarchus *in li.de sera numinũ vindicta,*refert Thespesium quendam , qui à morte surrexerat, asserere,apud inferos eos,qui manifestè peccauerãt,palámq; flagitia perpetrauerant,non tam acerbè plecti,quàm qui iniustè vixerant prætextu virtutis:tristes enim hypocritæ nũcupantur,qui tanquam lupi rapaces sub ouium habitu delitescunt,& in propatulo apparent impeccabiles,intercutibus verò vitiis madescunt.Cuius generis hominum nostra tẽpestate tãtam video copiam,vt periculosum arbitrer iudicare, probúsne sit quispiam,vel improbus. Quot enim hodie video,qui in maximum Reipublicæ præiudicium barba , oculis,& habitu nomen sanctitatis vsurpant:sed vtinam re vera non sint impostores nequissimi.

72

¶ Hinc infertur quintò,†quòd offendens seu occidẽs aliquem proditoriè,grauiùs puniendus est,quia grauiùs delinquit,quam qui sine proditione occidit vel offendit. *l.propter insidias,C.qui accus.non poss.l.4.ad l.Iul.maiest.l.fin.*& ibi Luc. de Penna,*C.de delato.lib.10.c.si cupis,16. quæst.1.c.si clericus, 46.distinct.*cum aliis per Ant.Gomez.*de delict.c.3.tit.de hom. n.5.* vbi propterea infert,quòd sic proditoriè occidens, punitur aliqua pœna mortis qualificata Iudicis arbitrio.supplet vtputa furcatum , vel alia ignominiosa;sicut fures,vt per Bar.*in l.desertorem,*§.1.*ff.de re milit.*Bald.*in cap.1.§.si quis rusticus,de pace tenẽ.& in l.capitalium.ff.famosos,ff.de pœn.* Affl.*in const.terminum vitæ,in 7.not.*Carr.*in pr.pag.115.n.32.* Clar.*in pr.q.68.vers.proditor,*vbi quòd proditor punitur pœna capitis tanquam reus læsę maiestatis,per tex.*in l.fallaciter,*vbi gl. *in verbo,proditor, C.de abolit.* & idem traditur per Gig.*de cr. læsæ maiestatis, libr.3.rub. de proditor.qu.6.* vbi de materia,& per Fab.à Monteleone *in sua praxi arb.p.288. n.918.& seqq.* proditoriè enim hominem occidere,est plusquam ex proposito occidere;quia ab inimico cauere possumus, à proditore autem impossibile est præcauere. Et proditio vtrũque cõtinet,nempe & animum deliberatum,& qualitatem proditionis:simplex verò animus deliberatus potest stare sine qualitate proditionis,secun.Menoc.*de arb.q.casu 361.nu.25.lib.2.* ante eum eundem Gigan. qui bene loquitur in materia hac proditionis,*trac.de crim.læsæ maiest.lib.1.rub.1.de origine legis læsæ maiest.q.19.nu.19.& lib.3. in d.rub. de proditorib. quæst.1. num.1.* vbi etiam quòd qualitas proditionis facit maius delictũ tribus respectibus.Primò,ex parte personæ ipsius proditoris,iuxta text.*in c.sacerdos,& in capit.clericus,46.distin.*Secundò,

73

cundò,ex parte personæ proditę,vtputa in eo,qui prodit dominum suum, qui acriùs punitur, quàm proditor alterius personæ,iux.text.*in c.de forma*,22.*q.*5. Tertiò,ex modo proditionis.

74 ¶ Proditorius† autem homicida dicitur is, vel qui hominem veneno necat,vt per Iacob.Butrig.& Bald.*in l.neme*,*C. de sum.Trin.& fide cath.*Bald.& Sal.*in l.cùm fratrem*,*C.de his, quib.vt indign.*Anan.& Fel.*in c.de homic.* Carter.*in pra.pag. mihi* 115.*n.*34.Gig *in rub.de crimin.læsæ maiest. tit.de proditoribus*,*qu.*1.*nu.*6.*& lib.*2.*rubr.qualiter & à quibus cr.læsæ maiest. committ.q.*10.*n.*23.*& seqq.*Couar.*var.resol.lib.*2.*c.finali*,*nu.* 7.*sub vers.tandem his prænotatis*, Petr.à Plach.*in epit.delict.c.* 21.*in fine principij.*

¶ Vel qui eum occidit qui suus inimicus non est, nihil tale præcauentem:quia nulla præcauēdi causa præcesserat;putà fingens se illi amicum,vel socium itineris, & aliud in pectore & corde,aliud verò in ore habens,sic per tex. *in d.l fi.* vbi præsertim Lucas de Penna *n.*7.*ver.item nota mores proditoris*,*C.de delat.li.*10.& post alia iura *in præcedenti n.*73. per nos allegata concludit post alios Couarru. *var.resol.li.*2.*c.fi. n.*7.*ver.tandem his prænotatis*, Ant.Gom.*dict.tit.de homic.c.*3. *n.*5.sequitur Pet.à Plach.*in epit.delict.c.*21.*n.*1.& de communi* post Igneū *in l & si certus*,§ *si vnus*,*n.*14.*ad Senat.Syll.* testantur Menoc.*de arb.quæst.c.*ista 361.*n.*24.Iul.de Clar.*in pr.* §.*homicidium*,*vers.proditorie verò*,& ante istos Bar.*in l.respiciendū*,§.*delinquunt*,*ff.de pœn.*Bal.*in c.*1.*in pri.c.*4.*quib mod.feu. amittit.& in arth.item nulla communitas*,*C.de Epis.& cler.*Io. And.*in clem.*1.§.*quia verò*,*de statu monach.* idē Bar *in extrau. ad reprimend.in verbo*,*Rebellis.* & istius proditorij homicidij multa ex sacris literis refert exempla Petr.à Plach. *dict.nu.*1. Gigas *de crim.læsæ maiest.dict.rub.de proditoribus*, *n.*16.& 17. vbi propterea valde inuehit contra Cæsarem Borgiam, filiū Alexandri VI.Pontif.Max.Ducem nuncupatum Valentium, qui fingens se amicum Guid.Bald. Feltrij, eius nominis primi Ducis Vrbini, quæsiuit illum interimere, quē propterea proditorem nuncupauit, consuluit Ias. *in suo cons.*86. *in causa Reuer.Domini Gentilis*,*in* 3.*vol.* Addo pro hac eadem conclusione Bursat.*cons.*147.*n.*22.*lib.*1.Carrer.*in pr.* §.20.*est casus*,*n.*7.Bero.*cons.*165.*num.*12.*lib.*3.Afflict.*decis.*265.*num.* 64.Vulpel.*cons.*59.*num.primo*, & ante istos Card.*sing.*14.*numer.*6.

75 ¶ Licèt ergo qui pariter industriam & insidias, hoc est,per industriam insidiosam(sic enim verba text.*in dict. c.*1.*de homicid.* Doctores communi* consensu interpretari testatur Petr.à Plach.*d.cap.*21.*sub num.*1.)aliquem occidit, proditor reputetur *in dict.c.*1. vbi etiam Felin. & communiter* Doctores,& post Alexand. ad Bart.*in l. proditores*,*ff de pœn.* & Bald.*in l.fi.C.de sum.Trin.* Affl *in constitut.Priuilegia*, Ang. *de mal.in verbo*,*fecit insultum*,expressè tradit idē Hlacha,qui hos refert & sequitur *dict num.*1.*vers.in quo loco*, *& sub n.*2. *vers. ipse tamen non possum*,*& cæt.*Couar.*var. resol. lib.*2.*dict.capit. fin.numero* 7.*sub versic.tandem his prænotatis*, Meno. *dict.casu* 361.*num.*26.& consequenter,qui aliquem occidit retrò, & incautum,&(vt vulgò dicitur)non de bono ad bonum,dicatur pariter secundùm prædictos, proditoriè occidere,prout

76 etiam voluit Vulpellus *cons.*59.*n.*1.† ¶ Istud tamen non procedit,nisi in occidente eum,qui non erat inimicus, vel cui occidens se amicum fingebat,vt modò dixi;secus in occidēte suum inimicum,qui non propterea diciturproditor,quòd eum occiderit per insidias,vel retrò,quia debebat præcauere à suo inimico.Sic enim placuit Bart. *in dict.l.respiciendū*, §.*delinquunt*, *ff.de pœn.* & Bar. sequuti sunt Gerard *sing.*14. *num.*5.*&* 6.Bald.*dict.c.*1.*colum.*4.*quibus mod.feud.amittu.* Ancha.*in dict.cap.*1.*de homicid.* Ang.Aret.*in* §.*interdum*, *num.*4. *Instit.de hæred.quæ ab intest.deferunt.& in tract.malef d.verbo*, *fecit insultum*,*ver.& bene nota.*& post hos Ant.Gomez,*d.cap.* 3.*tit.de homic.n.*5.Ign.*in l & si certus*,§ *si vnus ex dominis*, *nu.* * 14.*ff.ad Syll.*& est communis,*vt per Emanuel. Suarez.*addit.ad Gomezium vbi suprà sub litera B*,Cephal.*cons.*57.*n.*13. *lib.*1. quorum tamen opinio nullatenus tenenda est; tum quia videtur contra textū *in d.c.*1.*de hom.*quo probatur,solā insidiosam industriam efficere crimen proditorium:cùm talem homicidam ab altari diuelli permittat:tum etiam quia * contra aliam cōmunem*,de qua *sup.* per Coua.Plach. Men. & alios volentes,quòd qui per insidias alium occidunt, proditores dicuntur,& propterea eam expressè reprobāt Coua. & Pla.*in locis supracitatis*,& videtur de Mente Hier. Gig.*in tra.de crimine læsæ maiestat.dict.rub.de prodito.quæst.nu.*16.vbi post Affl.quem allegat *in decisio.*265.*n.*46.† dicit illud pro- 77 ditorium homicidium,quod sine disfida,vel disfidatione factum est. ergo multò magis erit illud, quod est commissum per insidias.

¶ Dicitur etiam † proditor multis modis, de quibus per 78 gl.*in c.clericus*,*qui adulationis*,& ibi Io.de Turrecrema.*col.*2. *in fin.*46.*distinct.*Bart.Alexan.& alij *in l.respiciendum* §.*de inquunt.ff.de pœn.*Affl.*in const.Priuilegia*,*in discursu*,*per tot.*Bald. *in l.fin.C.de summa Trin.& fide cath.& in c.*1.*quibus mod feu. amis.*Doct.*in l.proditores.ff.de pœ.*Fab.à Monteleo.*in sua praxi arbi.p.*405.*n.*17,*& seqq.Ceph.cons.*57.*n.*8.9.13.*& seqq.*vbi ponit proditionis species,Bal.*in cons.*361.*n.*3.*in* 4.*vol.*vbi triplicem ponit proditionis speciem. Primam in eo, qui prodit Principem,vel Rem pub.Secundam in eo, qui prodit socium,vel amicum,eum occidendo, offendendo, vel vulnerando.Tertiam in eo,qui prodit illum, quem in fide susceptit.Et ad has tres proditionis species omnes casus,quib.tam in iure ciuili,quàm canonico,quis proditor reputatur, posse facilè reduci;ex sequentibus facilè dignosces.

¶ Primò† enim proditor est,qui propter timorē tacet, & 79 veritatem non defendit. Secundò,is proditor dicitur, qui alterius crimen sibi solum notum malitiosè detegit,*c.si peccauerit*,2.*q.*1.Tertiò,proditor dicitur, qui proximum circumuenit, & eum callidè seducit, vt illum in periculum salutis trahat,*c.transferunt*,24.*q.*3.*c.si cupis*,15.*q.*1. Quartò, is proditor dicitur qui fraterna discordia infectus iura charitatis, & veritatis spernit,*c.adiit.*11.*q.*3. Quintò,dicitur proditor, qui secretū sibi commissum publicat, *ca.sacerdos*, *de pœ.dist.* 6.*c.clericus*,46.*dist.c.si peccauerit*,2.*q.*1.*c.nolite*,11.*q.*3.Sextò, dicitur proditor,qui vnū fugit se publicè facere, & aliud secretè facit,*l.omne delictum*,§.*exploratores*,*ff.de re mili.l.*1.*ff.de præuar.l.athletas*,§.*pe.ff. de his qui not. infa.* Septimò, dicitur proditor is,qui venit cōtra fidem datā,Ang.*in l.*1.§.*Si nō fuit*, *ff.de dolo*,allegat tex.*in l.proditores*,*ff de re milit.& in l.fi. C.de delat.li.*10. Octauò,proditor est, qui dū se amicum ostendit, postea damnū,iniuriam, vel machinationem infert,Ang. *in l.interdum n.*6.*Inst. de hæred. qua ab intesta.deferunt.* cum aliis *suprà* allegatis,*n.*74. Nonò, is proditor est, qui se ad hostes transfert, vel eis literas mittit in damnum reipublicæ, vel domini sui,Affl.*in c.*1.§.*porrò qui dominum*,*n.*26.*in tit.quæ sunt prima causa benef.amittendi vsib.feu.* Decimò,proditor dicitur,qui infamat dominū suum, vel aliquid cōtra eius honorem facit,Mars.*cons.*1.*n.*22.*vol.*1. Vndecimò, proditor dicitur is,qui arcem vel fortilitium suæ fidei commissum hostibus tradit,*ca.de forma*,22.*quæst.*5. Duodecimò,proditor dicitur ille vassallus,vel subditus Principis, qui permisit venire in sui Principis territorium eius inimicos, Mart. Laden. *de crim. læsæ maiestat. quæstione vigesimaoctaua*, quos omnes casus, ne alienos supprimam labores, recollectos sumpsi ex Hier.Gig. *in tractatu de crim. læsæ maiest.dict.rub. de proditor. quæst.*1.*per tot.quæst.* Vnde potest etiam sumi alius, qui in ordine nostro erit decimus tertius,in Iudice scilicet,qui iustitiam pro pecunia barratauit: is inquam, proditor est,vt ibi per eum,qui concordantes adducit.

¶ Hinc infertur sexto, † quòd consuetudo delinquendi 80 est considerabilis qualitas, & circunstantia aggrauandi delictum, & delinquentem acriùs puniendi,*leg. capitalium*,§. *solent*,*& §.grassatores.ff.de pœ.seruor.C.ad Iul.de vi*,*le.*1.*ff. de re patron.l.*2.*si plures.ff.de re milit.* immò propter consuetudinem delinquendi & iterationem delictorum, pœnam pecuniariam posse nedum in corporalem, sed etiam in capitalem commutari, dixerunt Bartol.& Alex. *in lib.*1.*C.de superexact.l.*10.Mar.*singul.*378.Brun.*consil. crim.diuer.*115. *num.*15.*& seq.vol.*2.*in fol.*Franc.Herc.*in tract.de caut.de non offendendo.c.*39.*num.*10.

¶ Quod an verum sit,& quando, latiùs dicam *infrà*, *hoc eodem tit.*vbi hac de re particularem formabo quæstionem, & erit *in ordine* 23.

¶ Hinc infertur septimò,† quòd cùm(vt suprà dixi)delic- 81 tum grauius, aut etiā leuius reputetur ratione personæ tā delinquentis & offendētis, quā offensæ, & in quā delictum committitur, vt tex.*in d.l.aut facta*,§. *persona*,*ff.de pœn.*ideo

sicut

ſicut offendens clericum, ſeu alium in aliquo gradu, ſeu dignitate conſtitutum, magis delinquere dicitur, quàm qui laicum, ſeu aliam priuatam perſonam offendit, gl. *in c. ſicut qui, 17. q. 4. l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſc. & cler.* Marſ. *in l. 1. §. præterea, ff. de ſica. & in l. 1. n. 174. C. de rap. virg.* Carr. *in pr. in tr. de homic. §. circa igitur, quib. ex cauſ. pœna augeatur, n. 17. in fi. p. 249.* Foll. *in pr. cr. can. c. 16. verbo, omnibus itaque rectè penſatis, n. 20.* †ita pariter tanquam magis delinquens puniendus eſt clericus, vel alia perſona ſapiens, & exiſtens in aliquo gradu, vel dignitate ratione ſcandali, quod oritur in populo; cuius maior pars ſemper in clericos & digniores reſpicit, *c. cùm quidã, extra de iureiu. clem. ſecunda,* & ibi Card. *in verb. dignitatem, in 5. q. de vita, & honeſt. cler.* vbi enim maior exigitur honeſtas, ibi eſt maior ſtatus, & prærogatiua; ideo ex delicto maior oritur contemptus, & conſequenter grauior pœna, tanquam grauiori delicto correſpondens imponi debet, *c. non afferamus, 24. q. 1.* cum aliis, de quibus per Foll. *vbi ſup. n. 10.* 82

¶ Plures alias poſſem cumulare illationes in hac ſecunda concluſione ſeptimæ diſtinctionis delictorum, de quib. cùm ſparſim infrà in ſequentib. Quæſtionibus & titulis dicturus ſim; ſpecialiter & ad cætera meus accelerat animus, ideo omiſſas facio, & ad reliquas concluſiones, quibus grauitas & leuitas delicti cognoſcitur, me iterum confero.

¶ TERTIA ſit concluſio in hac eadem ſeptima delictorũ diſtinctione, †quòd grauitas, ſeu leuitas delicti cognoſcitur ex qualitate pœnę illi à iure impoſitæ. Bar. & Ang. *in l. Ieuia, ff. de accuſ.* Barb. *in apoſtil. ad Abb. in c. at ſi clerici, §. de adulteriis, n. 7. de iud.* Hoſt. *in c. non afferamus, 24. q. 1.* Aym. *conſ. 6. n. 18.* idem Barb *conſ. 48. li. 2.* Soc. *conſ. 157. n. 5. li. 2.* vbi teſtatur de cõmuni, * Dec. *conſ. 65.* Cæpol. *conſ. 11. nu. 25.* Brun. *in tr. de ind. & tort. q. 3. tertiæ partis, ſub n. 4.* Conrad. *in pra. tit. de iniuriantib. ſub n. 8. pag. mihi 404. col. 1.* Hieron. de Monte, *qu. 16. ſub n. 14.* Clar. *in pract. §. 1. verſ. ſunt etiam*, qui omnes dicunt, quòd ſi delicti pœna eſt leuis, leue reputatur delictum: ſi grauis, graue: ſi grauiſſima, grauiſſimum: Sforz. Odd. *in tract. de reſtitutio. in integr. q. 80.* 83 * tur

¶ Sed quæ in propoſito dicatur pœna leuis, vel grauis, dicam in ſequenti concluſione.

§ Contra hanc concluſionem non leuiter ſtringere videtur, † Quia homicidium dubium non eſt, quod eſt maius delictum furto; quia omnis offenſio in perſonam, ſine comparatione eſt maior qualibet offenſione in rem, maximè ſi ex offenſione perſonali ſequatur mors; vt eſt in homicidio, *l. in ſeruorum, in fi. ff. de pœn.* 84

Item certum eſt, † quòd pœna furcarum eſt maior pœna quàm pœna capitis; quia magis ignominioſa, Bart. *in l. capitalium, § ſerui, ff. de pœn. in l. deſertorem, in pri. ff. de re mil.* Bal. *in l. omnes, C. de delato. lib. 10.* Soc. *d. conſ. 157. col. 2. lib. 2.* & tamen pro furto quis ſuſpenditur, pro homicidio decapitatur: ergo grauitas delicti non cognoſcitur ex qualitate pœnæ, quæ inducit grauitatem delicti. 85

¶ Huius contrarij tenore Dec. *in c. at ſi clerici, in prin. col. 5. 7. not. ab. de iud. & in d. conſ. 65. col. 2.* † ſaluando adhuc propoſitam concluſionem dixit, quòd vbi pro furto maior pœna imponitur, quàm pro homicidio; tunc furtum dicatur grauius delictum, quàm homicidium, & non leuius: quod tamẽ falſum videtur, tum quia, vt dixi, perſonalis offenſio grauior eſt, quàm realis; tum etiam, quia cùm grauitas delictorum inſit ab ipſa natura, non poteſt lex facere per impoſitionem pœnæ, quòd delictum à natura reputatum grauius, leuius iudicetur, vel econtrà, *§. fi. Inſt. de iure natura. gent. vel ciuili, & l. ea, ff. de c. dimin.* aliquãdo enim leges vel ſtatuta imponunt grauem pœnã delicti, non quia de ſe ipſa, ita grauia ſint; ſed quia forſan magis frequenter eo loci committuntur, aut alia de cauſa, ſecundùm locorum diuerſitatem. Ideo grauitas vel leuitas pœnæ non debet facere delictum modò graue, & modò leue: hoc enim abſurdum videtur, prout optimè conſiderat & deducit Aym. Graue. *de antiq. tempo. par. 4. ſect. videamus modò de aliquibus limitationib. n. 26. & ſeqq.* 86

¶ Vnde ſecundũ Ay. *in loco citato*, veriùs dicas, † quòd non ſẽper ex qualitate pœnæ arguitur qualitas delicti. Hęc enim concluſio non ſemper vera eſt, nec ſemper procedit, vt per Soc. *in dict. conſ. 157. col. pen. in fi. li. 2.* & per Dec. qui in eodem 87

caſu, in quo cõſuluit, eo loci Socinus contra Socinum cõſuluit *in dicto conſ. 65.* prout ipſemet Decius teſtatur *in dicto c. at ſi clerici, in prin. in 7. not ab.* vbi dicit, quòd pro eius parte contra Socinum obtinuit ſententia, *& in auth. caſſa, col. 3. poſt mediũ, C. de ſacroſa. Eccleſ. & in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, circa princ. de conſt.* Benè fateor, quòd vbi cadere poſſet dubium probabile, an vnũ delictum ſit maius altero, nec lex aut natura id apertè docuerit: tunc recurrendo ad pœnam cognoſcitur grauitas, vel leuitas delicti. At ſecus vbi lex vel natura fecit & reputauit vnum delictum maius altero, prout fecit in homicidio reſpectu furti: tũc enim qualitas pœnæ non immutat naturam ipſius delicti: iſto enim caſu intelligendo propoſitam tertiam concluſionem, ceſſant omnia contraria.

¶ QVARTA ſit concluſio pariter declaratiua præcedentis concluſionis in hac eadem delictorum ſeptima diſtinctione; †quòd quando pro delicto imponitur pœna; putà parua pœna pecuniaria; vel ſi non pecuniaria, adhuc tamen leuis: tunc delictum reputatur leue. Si verò imponitur pœna vltra tertiã partem bonorum, etiam quòd ſit pecuniaria, tunc delictũ reputatur graue: ſi verò imponitur pœna mortis ciuilis, tunc reputatur grauius vel atrocius: ſi verò imponitur pœna mortis naturalis, tunc reputatur grauiſſimum vel atrociſſimum. Sal. *in l. non ideo minus, n. 10. C. de accuſ.* Bart. *in l. non ſolum, §. ſi mandato, ff. de iniur.* Abb. *in cap. tuæ diſcretioni, ext. de pœn.* Carrer. *in pr. in tr. de homicid. §. ſequitur, ex quibus cauſ excuſetur mandatarius, n. 3. pag. mihi 151. à tergo,* Foll. *in pr. cr. canon. verb. omnibúſque diligenter penſatis, n. 8. c. 16.* Conrad. *in prac. tit. de iniuriantibus, ſub n. 8. pag. mihi 404. col. 1.* Hier. de Monte *quæſt. 16 ſub n. 14.* 88

¶ Horum tamen opinio minimè placuit Claro *in pra. crimin. dict. §. 1. ſub eodem verſ ſunt etiam*, ibi, *Ego autem dico*, &c. vbi dixit, †quòd omnia delicta, pro quibus à lege vel ſtatuto imponitur ſimpliciter pœna mortis naturalis, vel ciuilis; ſcilicet tritemiũ perpetuarũ, dicũtur grauia & atrocia: crimina verò, pro quibus lex, vel ſtatutum imponit aliquam pœnam mortis qualificatam, putà quòd ſcindatur in fruſta, quòd rotæ inferatur, quòd trahatur ad caudam equi, & ſimilia: talia inquam crimina dicuntur atrocia vel atrociſſima, vt eſt crimen hęreſis, læſæ maieſtatis, parricidij, latrocinij, aſſaſſinij in via publica, ſodomiæ, incendiarij, & falſæ monetæ. Ad cuius Clar. diſtinctionem vide declarantem Sforz. Odd *tract. de reſtit. in integ. p. 2. d. q. 80. n. 5. & ſeqq.* 89

¶ Nec multùm diſſimilis eſt opinio Senatus Mediolani, † qui teſte Claro, interrogatus à Sereniſſimo Rege, quæ dicãtur delicta atrocia, reſpondit, atrocia ſibi videri hæc, vt putà crimen rebellionis, læſæ maieſtatis, homicidij ex proposito, falſificationis monetæ, tertij homicidij commiſſi ab eo, qui alia duo homicidia priùs commiſiſſet, etiamſi pro eis priùs condemnatus non fuiſſet, vulneris illati proditoriè cũ ſclopo rotato, etiamſi mors non fuerit ſequuta, tertiæ tranſactionis, ſeu diminutionis monetarum, raptus virginis honeſtis parẽtibus ortæ, etiãſi copula non ſequatur. Item vſus vereus cum ſacra virgine intra monaſterium degente, ſodomia, famoſorum latronum in viis graſſatio, falſificatio ſigilli Principis, vel Senatus: cuius quidem Senatus: cùm dicto Sereniſſimo Regi, teſte Claro *vbi ſuprà*, placuerit, debet pro lege in eo ſtatu ſeruari. 90

¶ Nec pariter multùm ab iis diſtat, † quod dixit Fab. à Mõteleone *in ſua praxi arbitraria, p. mihi 405. n. 17.* quòd tam de iure communi Regni, enormia reputentur delicta, aſſaſſinium, latrocinium, hæreſis, læſæ maieſtatis, falſæ monetæ, & veneni. 91

¶ Ex quibus, † cùm videam per præfatos confundi iſta nomina delictorum, cùm ea, quæ aliqui reputãt atrociſſima, vel grauiſſima, aliqui dicãt eſſe ſolùm vel grauia, ſeu atrocia; vel grauiora, ſeu atrociora, & econtrà, non poſſunt aliquid dicere, niſi, vt dixi *ſuprà in prima concluſione*, quòd id totum prudentis Iudicis arbitrio remittatur: qui Iudex id potiſſimùm iudicabit, ſecundùm loci & ciuitatis conſuetudinem. 92

¶ QVINTA ſit concluſio in hac eadem ſeptima delictorũ diſtinctione, †quòd omnia cõmiſſa ſine dolo, ſed vel ex temeritate, vel ex culpa, reputantur leuia, *l. ſi ſororem*, & ibi hoc notat Bal. *C. qui accuſ. non poſſ.* Bart. *in l. non ſolũ, §. ſi mandato, ff. de iniur. & famoſ. libell. & in l. Ieuia, ff. de accuſ.* Carrer. *in prac. tit. de* 93

in tr.de homicid.§.sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius,sub n.2.p.151.à tergo,Foll.*in pract.cr.canon.in verbo,omnibúsque diligenter pensatis,n.*8.*c.*16.Conr.*in breu.tit.de iniuriantib.sub n.*8.*p.*404.*col.*1.Brun.*in tr.de ind.2.par.q.3.sub n.*3.vbi ponit exemplum inobediętiæ,in delatione armorum, in ludo,& similib.Cæp.*dicto cons.cr.*11.*sub num.*25.Hier.de Monte *d.q.*16.*sub n.*14.Sforz.Odd.*in tr.de rest.in integ.par.2.q.*80.*n.*1.*in fin.*

94 ¶ Sexta sit conclusio,†quòd delicta commissa cũ dolo & appensatè,dicuntur grauia & non leuia,si tendunt in magnũ damnum & præiudicium alterius,vel reipublicæ;secus si in paruum dãnum,vel præiudiciũ,arg.tex.*in l. ea.ff.de reg. iur.& in l.auxilium,§.in delictis,ff.de minor.*Bal.*in rub.de testibus extra*,idẽ Bal.post Host.*in c.proposuit,de appel.*vbi particulariter de delicto,ex quo valde turbatur status reipublicę, Bart.*in d.l.leuia,ff.de accus.*Diaz *in pract.crim.canon.cap.*11.*n.*7.Abb.*in cap.tuæ discretioni,de pœn.*Brun.*in trac. de indic. & tortura,*2.*par.q.*3 *sub n.*3.Carrer.*in pract.dict. §. sequitur, ex quib.causis excusetur mandatarius,sub n.*4.*pag.*151.*in tract.de homicid.*Conrad.*in pract.tit.de iniurian.dict. n.*8.*pag.*404.*col.*1.Foll.*in pract.crim.canon.dict.cap.*16.*sub num.*8.Cæpol.*dict. consil.crim.*11.*n.*25.*&* 27.Hier.de Monte,*dict.quæst.*16.*sub n.*14.Menoch.*de arbit.q.casu* 266.*in fi.cẽt.*3.*lib.*2.qui ferè om-
95 nes†inferunt ad crimen furti,quòd scilicet, si est cõmissum in parua re, leue dicitur & paruum delictum:secus si in magna re,prout etiam idem,post Abb.*in cons.*25.*n.*1.*in fi. lib.*1.
* vbi testatur de communi,*tradit Iul.Clar.*in pr.cr.§. furtum, vers.quæro an furtum.*

96 ¶ Septima sit conclusio,†quòd licèt verbalis iniuria,leue delictum reputetur,secund.Spec.*in tit.de exequutio.sent.§. nunc videndum,ver.*42.Marc.Soc.*in cap.*1.*de libel.oblat. in* 47. *fallen.*Brun.*de indic.secunda par.quæst.*3.*sub num.*4.Et licèt econtrà iniuria in personam illata graue delictum iudicetur, hoc tamen intelligendum est,quando corpus grauiter læditur,& flagellatur:secus si leuiter,quia primo casu ex iniuria personali oritur graue delictum,secũdo casu leue,*l.sed si hæc, §.Prætor*,& ibi no.Bald.*ff.de in ius voc.*Cæp.*dict.cons.cr.*11.*n.*25.Papien.*in sua pract.in forma inquisit. in gl. in verb. Hac est quædam inquisitio,circa* 12.*col.*prout illum refert Brun. *in loco super citato*,vbi ponit exẽplũ in proiiciente lapide,in trahẽte per capillos,& similia,Hier.de Monte *dict.q.*16.*in prin.iũcto n.*12.*&* 22.*in fi.*vbi propterea infert,quòd *bastonare*,est leue delictum.Verùm hæc de re latiùs(rogo Deum, vt id valeã) dicam in materia iniuriarum,vbi explicabo,quæ dicatur iniuria atrox,& quæ leuis,*videlicet in tit. de pœn. temper.q.*97. *n.*175.*& seqq.* particulariter tangam, an iniuria personalis sit graue,vel atrox delictum.

¶ Octava sit conclusio non multùm à præcedenti distãs
97 in proposita septima delictorum distinctione,† quòd graue etiam reputatur delictum, vulnus in faciẽ illatũ, illud præsertim ex quo perpetua remansura est cicatrix; prout semper verè remanere solet ex tali vulnere,& ex quo oritur etiam perpetua deformitas,& faciei ad similitudinem cœlestis pulchritudinis à Sũmo Creatore factæ diffiguratio. Tale inquam vulnus tanquam atrox & graue delictum, atrociter etiam & grauiter magis quàm cætera vulnera in aliam corporis partem illata,coercendum,& puniendũ esse, & iura &
* Doctores vbique id communiter*fatẽtur,*vt in §.atrox,*Inst. de iniur & in l.Prætor,ad finem,& in l.vulneris,ff.eodẽ,l.fi.* ibi, *cicatricẽ*,&c.*ff.de noxa.& l.ex hac*,ibi,*deformitas*, & vtrobiq; Florianus,*ff.si quadrup.paup.fecisse dica.*idẽ Floria.*in l.sed & si quis,§.mancipiorum,ff.de usur.* Ang.*de mal.in verb. in facie & supercilio sinistro,n.*1.*& in verb.cicatrix,& signum perpetuum, n.*1.*& seqq.*Iodoc.*in prac.cap.* 140. *tit.de læsione & mutil.n.*10 *& seqq.*Nico.Boer.*in add.ad tract.de authoritate magni Consilij,n.*20.Ant.Gom.*var.resol.tom.*3.*de delict.tit.de iniur. n.*12. *p.*ne finem,Fabian.à Monteleone *in sua prax.arbit.par.*4.*tit. q.*lib.*mod.iniur.tam real.quàm verbal.committi. numer.*65. vbi quòd atrocissima hæc reputatur iniuria. [Marc.Ant.Eugen. post hæc scripta habitus,*in consil.* 27.*numero.*1 vbi & in idem allegat Menoch.*de arbitr.quæstionibus, lib.*2.*casu* 263.*nu.*27. *cent.*3.]

98 ¶ Cicatricum†enim & deformitatis nulla fieri debet æstimatio;quia liberum corpus nullam recipit æstimationẽ, *l.fi. de his,qui deiec.vel effud.dict.l.ex hac,ff.si quadru.paupe. fecisse dica.*Rom.Guliel.Mayner.Floria.Alb. Carr.Mar.Par.de Puteo,Couar.& alij de quib.per Pet.à Plach.*in epit.delic. li.*1.*c.*6.*n.*32.*in fi.*& est communis,*teste Ant.Gom.*d.n.*12.vbi ex *
hoc pulchrè notat,quòd licèt isto casu cicatrix,& deformitas non debet æstimari in homine libero: offensus tamen grauiùs propter hoc æstimabit, & condemnabit hanc iniuriã atrocẽ,quàm alias.Aliter enim si tex.*in d.l.fi.* sic literaliter intelligere vellemus, vt cicatricum,& deformitatis non fiat æstimatio,hoc est,quòd offendẽs non teneretur ad æstimationẽ talis iniuriæ,sequeretur absurdum,quòd minùs teneretur sic in faciem cũ cicatrice vulnerans, quàm vulnerãs in aliam corporis partẽ,quod est contra iura & authoritates suprà deductas,& contra *l.qui nomine, ff.ad l. Corn. de falsf.l. item apud Labeonem,§.itẽ si quis seruo verberato, ff. de iniur.l. dominum,C.de iniur.l.& si quacunque,§.iniuriam,ff. ad l.Aquil. videamus,§.1.ff.de in litem iuran.cum similib.*quibus cauetur, quòd omnis iniurians tenetur iniuriato ad dãnorum & interesse æstimationẽ Iudicis taxatione accedente, & sic erit sensus,*d.l.fin.*quòd cicatricum & deformitatis nulla sit æstimatio,non quòd offendens non teneatur ad æstimationem iniuriæ;sed quòd sic offendens sit acriùs puniendus & fisco & parti: quia talis iniuria talis & tanta est, vt inæstimabilis reputetur,cùm vt dictum est,liberum corpus æstimationem non recipiat.

¶ Vnde non immeritò in Vrbe solent illius Gubernatores, in principio eorum officij, inter alia bannimenta illud potissimùm promulgare, quòd sic in faciẽ vulnerantes;pœna triremium damnentur:& si per alios id fecerint, vltimi supplicij Quod tu intellige,dummodo ex cicatrice oriatur deformitas,aliàs secus,vt per Bertaz. post hæc scripta visum, *cons.cr.*356.*n.*10.30.*& seqq.lib.*2.vbi etiam optimè declarat, quando in proposito dicatur cicatrix deformans tam in mare,quàm in fœmina;sequitur Flam.Cartar.qui plura alia adducit,*in tr.de exeq.sent.*post hæc scripta visus,*c fin.*51.*& seqq.* vbi rursus affirmat dictam pœnam bannimentalem, vel statutariam,nõ habere locum,quando cicatrix potest pileo vel bireto tegi,ex Nello, Aug ad Ang. *de malef.* & alijs ibi per eum allegatis Quibus etiam adde Mar.*in c.qualiter & quando,il* 2.*n.*869.*& seqq.ext.de accus.* vbi bene loquitur in materia,& Nell *in tr.de bannit.in* 2.*parte* 2.*temporis q.*52.vbi latè de statuto grauiùs puniente vulnus cum cicatrice, quando habeat locum,& quando non.

¶ Hæc autem†iniuria multò grauior erit, si cicatrix illata 99
sit in mulierẽ præsertim non nuptam:licèt enim, vt prædixi,cicatricum deformitatis nulla fiat æstimatio,*d.l.fi.ff.de his qui deiec.vel effud.*in muliere tamen æstimari minus potest habito respectu ad id,quod facit ius,& cum minori dote inuenisset maritum sine tali cicatrice,eò quòd inueniret cum cicatrice,quàm enim turpis sit in muliere, quæ præter omnia animalia pulchritudinem expetit,cicatricis deformitas, nemo est,qui id negare possit:ideo & grauior reputanda, & acriùs punienda,& id per prædictam rationẽ post Iac.de Rauen.*in d.l.ex hac l. ge ff.si quadru. pauper.fecisse dica.*cuius hoc fuit originale dictum:quem ibi etiam sequitur Alb.Paris de Put.*in tr.de synd.ver.qui, plures. fol.*100. Ant. Gom. *d.tit.de iniu.n.*12.concludit & pluribus comprobat Pet. à Plach. *in epit.delict.d.c.*6.*n.*42.*& seqq.*

¶ Et si forsan† ex vulnere in faciẽ illato offẽdatur oculus; 100
tunc cùm maior resultet ex cicatrice deformitas,eò grauius reputandum est delictum,præsertim si tollatur vel impediatur virtus visiua:quòd enim atrox reputetur iniuria ea quæ ex offensione oculi producitur,apertissimè docet tex. *in d.§. atrox,Inst.de iniur.& in d.l.Prætor edicti,§.si.ff. eod.* facit etiã optimè tex.*in fi.incip.si Euangelica.*& ibi Præpos.*n.*3,*ver.vnde in hac materia,*Arch.*n.*4.*vers.ad huius declarationem,*Bella.*n.*3.*in simili ver.ad huius declarationẽ* 55.*dist.* vbi communiter
*dicunt;quòd sicut propter homicidium quis irregularitatẽ *
incurrit, ita & eam incurrit propter vnicam enormẽ læsionẽ,eámque dicunt enormẽ læsionem,quæ in naso, oculo & in decore consistit, & sic offensionem,quæ in oculo, nedum per illum tex.reputant Doctores prædicti enormẽ: sed quo ad pœnam homicidio comparant,& enormem læsionẽ, licèt vnicam,æquiparari vnico enormi & magno,vt est furtũ, pro quo quis de iure ciuili laqueo suspenditur: pulchrè per eundẽ tex.infert Io.de Ana.*in c.fi.n.*13.*ver.in ea glo.*ibi, *Euãgelica,*

gelica,& c.de cler.percuſ.& ex offẽſione facta in oculis præſertim ea ex qua viſiua virtus impeditur, quòd non ſolùm, vt prædixi,deformitas inducatur,ſed etiam horribilitas, turpitudo,inhoneſtas,dehoneſtas,& mutatio ſtatus,eſt tex.apertus *in c.ſi vxorem*,ibi,*vel ex cauſa*,&c.& ibi,*vehementer horribile*,*& c.32.q.5.& in c.quemadmodum,verſ.Quòd ſi poſt huiuſmodi*,*& c.*& ibi gl.*in verbo,oculos*,Inn.*n.3. verſ. quod profectò.* Hoſt.*circa medium,ſub eodem ver.profectò.* Abb.*n.6.* Bal.*n.1.& 2.* Imol.*n.5.extr.de iureiur.* Vnde ſi ratione deformitatis,quæ ex ſimplici vulnere in faciem oritur, vulnus tale atrox, & graue delictum reputatur,vt ſuprà dixi, *nn.97.& 98.* multò grauius reputandum eſt illud, quod oculos offendit, & ex quo maior oritur deformitas & turpitudo.

¶Et ſi ex offenſione cæcitas cauſatur, eo grauiùs cenſendũ eſt,*per prædallegata*;& paria sũt oculũ effodere, vel ſic impedire,quòd inde nõ videat;quia vtroque caſu dicitur quis oculos diſtrinxiſſe;*l.binas ædes*,& ibi Bal.*in prin.ſub n.1. ver.ex iſta purificatione.C.de ſeru.vrb. præd.* & quòd offendens oculum,ex quo cæcitas inducatur, debeat tanquam homicida puniri,vltra prædicta adduci poteſt etiam doctrina Bal. *in l. reos,n.9.in prin.C.de accu.* vbi primò ponit,quòd oculus dicitur membrum corporis noſtri, quia habet propriam & determinatam ordinationẽ,& deinde *in fi.dict.n.*8.dicit, quòd mutilans iſta membra, punitur tamquam inimicus naturæ, eodẽ modo quo ſi occideret,& Bal.refert & ſequitur Chaſſ. *ſuper conſuet.Burgun.in rub.tit.* des iuſtices, §.& droits d'icelles,*ſub n.61.ver.item quid ſi animaduertatur in partem corporis*,*& c.fol.mihi* 20.& alleg.Bal.tex.*in l.4.ff.ad l.Corn.de ſicar.* vbi traditur,quòd caſtrans hominẽ, punitur pœna dictæ legis,& ſic vltimo ſupplicio, vt declarat idẽ Bal.*in l.data opera,ſub n.14.C.qui accuſ.non poſſ.* vnde eo magis puniendus eſt eadem pœna,qui oculos occæcat;cùm maius ſit delictũ,quã hominem caſtrare.¶His & ſimilibus ſubtilibus rationibus non multi ſunt anni, quòd fiſci Aduocati inſtabant, mortitradi quendam Clericũ,qui faſſus erat ex pluribus cicatricibus in faciem illatis alteri clerico illũ oculis occæcaſſe, & ſatis deformẽ reddidiſſe:ſed id minimè obtinere potuerunt, quia propter impotẽtiam ſoluendi ſcuta duo millia, ad quæ fuerat condemnatus ille reus,etiam cum participatione Sãctiſſimi,fuit relegatus ad arcem Hoſtiæ, vbi ob aẽris maximam intẽperiem non diu vixit,ſed mortem cum vita commutauit. Vnde ſatis per indirectum dici poteſt, quòd mortitraditus fuit,iuxta intentionẽ dictorum fiſci aduocatorum; quorum rationes in hoc fuerunt potiùs ſubtiles,quàm veræ, & illis bene per cõtrarios aduocatos reſponsũ fuit. Negare enim non poteſt,quin vulnus illatum in faciẽ,ex qua oculus etiam vnus offendatur,& eius lumen impediatur, graue & atrox reputetur delictum,prout vltra præallegatos traditur per Angel.*de malef.in verb.in facie & ſupercilio ſiniſtro*, Fab.à Monteleone *in ſua praxi arbitr.par.4.tit.quib.mod. iniur. tam real.quàm verbal.committ.n.53.car.368.& n.65.car.370.* Menoc.*de arbit.q.caſu 262.n.27.& ſeqq.*& conſequenter, quòd omni etiam grauiſſima pœna puniendum ſit, excepta tamẽ morte naturali:quã ſi Iudex iſto caſu imponeret, malè iudicio meo faceret.Et nos Romani habemus in Vrbe ſtatutum nouum, volens quòd iſto caſu vltra amputationem manus dexteræ,oculus pro oculo eruatur: quæ quidem pœna ſatis iudicio meo condigna delicto videtur, & eius grauitati.

¶Nona ſit concluſio in hac eadem ſeptima delictorum
101 diſtinctione,†quòd de iure canonico illa dicuntur enormia, & ſic grauia,& atrocia delicta,quæ ad certam normam redire non poſſunt;hoc eſt,cum quibus etiam poſt peractam pœnitentiam diſpenſari non conſueuit, ſed ſemper aliquid remanet de pœna,quod impedit ordinis exequutionem, & beneficiorum retentionem,prout eſt homicidium, hæreſis, ſimonia,duellum,mutilatio mẽbri, os capitis fractum, magna ſanguinis effuſio,& ſimilia,de quibus *in c.....ext.de pugn. in duello,in c.miror*,50.*diſtinct.in c.cum illorum, poſt medium, ext.de ſent.ex c.in c.ſi quis omne*,1.*q.*7.*in c.inquiſ.ext.de accuſ.in c.certum*,1.*q.*1.*& in c.erga*,1.*q.*1.*c.at ſi clerici, ext.de iud.in c. qui presbyterum*,& ibi gl.*ext.de pœnit.& remiſſ. & in cap.ſunt quidam*,23.*q.*5.Cæpol.*d.conſ.*11.*n.*25.*&* 27.Doctores *in ſua praxi arbitr.par.5.in reg.an compoſitio amittatur,in 2.ampliat.*
102 *2.n.*15.*&* 16.*p.*405.vbi etiã,† quòd de iure can.omnia delicta,per quæ delinquens infamiam incurrit,enormia dicũtur per tex.*in capit. infames*,3.*quæſt.*7.Foller.*in pract. crim.canon.* 103 *cap.*19.*verſ.vel flagitium carnis*,vbi etiam quòd omnia delicta carnis, fornicatio,ſcilicet,adulterium,inceſtus, ſtuprum, raptus,& ſodomia,dicuntur de iure canonico enormia delicta, vt ibi per eum,qui ad ſingulas horum delictorum ſpecies & iura authoritates adducit,& præſertim *n.*8.contrariis reſpondet.

¶Octava eſt delictorum diſtinctio,† vt ad propoſitam 104 quæſtionem iterũ regrediar,quòd alia ſunt notoria, alia verò occulta & difficilis probationis.Notoria dicuntur delicta pluribus modis, de quibus latiùs dicàm *inf.quæſt.*21.*hoc eod. tit.*Sed quatenus ad propoſitam quæſtionem attinet, dicas quòd notoria illa dicuntur delicta, quæ aliqua tergiuerſatione celari non poſſunt, vtputà facta coram populo vel illius maiori parte,*c.manifeſta*,2.*q.*1.*c.de manifeſta,eadem cauſa,& quæſt.c.ſuper eo,de teſtib.cogen.l.ea quidem,C.de accuſ.* tradit poſt alios Ant.Gom.*var.reſol.tom.3.tit.de delict.c.1.n.*41. Clarus *in pra.§ fin.q.*9.*in prin.*

¶ Delicta verò occulta & difficilis probationis ſunt ea, 105 quorum probatio à communiter accidentibus non faciliter haberi poteſt;prout ſunt dolus,fraus,ſimulatio, contractus, falſitas,partus ſuppoſitio, incendium, adulterium, ſimonia, ſodomia,furtum,item tractatus de homicidio, matrimoniũ clandeſtinum,tortura,occultatio ſeu laceratio ſcripturarum, conſpiratio,venenatio,falſa moneta,delicta nocturna, & alia,de quibus ſparſim infrà,*in ſuis locis particularibus*,Deo fauente.& tradunt poſt alios Iac.Nouel.*in ſua regula* 160.*in 3. fallent.*Hercul.*de negat.n.*309.*& ſeq.*Marſ.*in rub. de prob.ſub n.*230.Moder.Tholoſ.*in ſuis com.opin.p.mihi* 346.*col.*1.*ver. in criminib.occultis,tom.*2.*commun.opin.*Boër.*deciſ.*164.*num* 4. Menoc.*de arbit.q.lib.*2.*cent.*2.*caſu* 116.*per tot.*& vide Iaſ.*q.* 21.*n.*7.*in quarto præmiſſo*,& dixi *etiam infrà,in ti.*3.*de reo confeſſ.& conuict.q.*86.*n.*35.

ARGVMENTVM.

De multiplici pœnarum diſtinctione, genere & materia.

SVMMARIVM.

*Pœnarum genera plura ſunt, de quibus remiſſiuè,n.*1.
*Pœnarum aliquæ ſunt corporales,& aliquæ non corporales,n.*2.
*Pœnarum aliæ ſunt capitales,& aliæ non capitales,n.*1.
*Pœna capitalis tribus modis dicitur,n.*1.
*Pœna capitis ſtrictè & propriè intelligitur de pœna mortis naturalis,n.*2.
*Pœnalis diſpoſitio ſemper in mitiorem partem interpretanda eſt, n.*3.
*Pœna capitis in dubio eſt intelligenda de morte ciuili, & non de naturali,n.*3.
*Pœna capitis impoſita à ſtatuto pro delicto, pro quo etiam ius commune eandem imponit,intelligitur de morte naturali, & non de ciuili,nu.*4.
*Statuta ſunt interpretanda,vt aliquid operentur vltra ius commune,n.*4.
*Statuta ſemper interpretanda ſunt,vt minùs corrigant ius commune,quam ſit poſſibile,n.*4.*in fine.*
*Pœna capitis impoſita à ſtatuto,vel à Iudice pro delicto, pro quo de iure communi imponitur pœna mortis naturalis, intelligitur de morte naturali,& non de ciuili,num.*5.
*Pœna eſt commenſuranda delicto,n.*5.
*Statuta recipiunt interpretationem à iure communi,n.*5.
*Diſpoſitio omnis recipit interpretationem à iure communi,n.*5.
*Pœna capitis impoſita vnà cum pœna publicationis bonorum,intelligitur de morte naturali,n.*6.
*Pœna capitis intelligitur de morte naturali, & non de ciuili, quando lex vel ſtatutum in aliquibus caſibus expreſſit pœnam mortis,& poſtea ſubſequendo in alio caſu,nominat pœnam capitis,n.*7.
*Pœna capitis de iure canonico non eſt mortis naturalis,nec etiam ciuilis,ſed amiſſionis dignitatis,& depoſitionis,n.*8.
*Præcedentia declarant ſequentia,n.*7.

Pœna gladij seu ferri, intelligitur de morte naturali, n.9.
Pœna vltimi, nouissimi, seuissimi, vel amarissimi supplicij, intelligitur de morte naturali, n.10.
Pœna laquei, suspendij, vel furcæ, intelligitur de morte naturali, & est cæteris aliis ignominiosior, n.11.
Pœna mortis de iure canonico intelligitur de pœna excommunicationis, n.12.
Pœna mortis naturalis de iure canonico non infligitur, n.12.
Mortis appellatione in dispositione hominis venit potiùs naturalis quàm ciuilis, n.13.
Pœna mortis de iure ciuili in dubio intelligenda potiùs de ciuili, quàm de naturali, n.13.
Pœna damnationis in metallum, vel in opus metalli, quæ sit, & eius loco quæ pœna hodie successerit, n.14.
Pœna triremium successit loco pœnæ damnationis in metallum, num.14.
Pœna deportationis, & relegationis, quæ sit, & quæ pœna hodie eius loco successerit, n.15.
Pœna exilij & banni, successit hodie loco pœnæ deportationis, & relegationis, n.15.16.& 17.
Pœna exilij capitalis est, n.17.
Bauniti nostri temporis, an æquiparentur deportatis, vel relegatis, num.16.
Pœna banni, vel exilij quæ sit tam in antiquo iure, quàm in moderno, n.17.
Pœna damnationis ad bestias, quæ sit, n.18.
Pœna interdictionis aquæ & ignis, quæ sit, n.20.
Pœna ignis quæ sit, & in quibus casibus de iure locum habeat, nu. 21.& 22.
Membrum quid dicatur, & quid veniat appellatione membri, n.23.
Membri appellatione non venit digitus, n.24.
Pœna amputationis membri capitalis non est, & vt de iure Digestorum non erat in vsu, nu.25.
Pœna amputationis membri, de quo membro in dubio intelligatur, n.25.vers.Pœna prædicta.
Pœna amputationis membri, manus, pedis, vel oculi, quibus casibus de iure locum habeat, n.26.
Pœna amputationis manus, an intelligenda sit de manu dextra, aut sinistra, n.27.
Pœna amputationis manus, an habeat locum in eo, qui vnicam tantùm manum habet, & quid si duas habeat manus, quarum vna sit arida & inutilis, n.28. vbi etiam quid si delinquens nullam habeat manum.
Pœna fustigationis, mitræ, vel berlinæ, capitalis non est: licèt corporalis grauis & ignominiosa reputetur, & in quibus casibus locum habeat, n.29.
Pœna ictuum funis, quando imponatur, n.30.
Pœna perpetui carceris non solum est corporalis, sed & vltimi supplicij, n.31.
Pœna perpetui carceris, quando locum habeat tam de iure canonico, quàm ciuili, n.1. vbi & multa notanda in materia.
Pœna indignationis Principis, quæ sit, & quando incurratur, numero 32.
Principis mandato nonobediens, qua pœna, & quando puniatur, num. 32.
Stellionatus crimen dicitur à stellione serpente variis colorib. depicto, n.33.
Stellionatus crimen, an differat à crimine extraordinario, numero 33.
Stellionatus pœna arbitraria est, n.34.
Stellionatus pœna in quibus casibus locum habeat, n.34.
Stellionatus pœna locum habet in quolibet actu, vel contractu, in quo quis dolum committit in alterius præiudicium, n.35.
Dolus de per se est delictum, & criminaliter punitur, n.35.
Stellionatus crimen non habet locum in dolo commisso in omittendo, n.35.in fine.
Stellionatus pœna & actio est subsidiaria, ideo non datur, vbi dolus potest ciuiliter purgari ex contractu, nu.36.declara, vt in n.37.
Pœnæ plures de iure canonico reperiuntur, de quibus remissiuè, n.38.
Excommunicatio est maior pœna, quàm possit imponere Ecclesia, n.38.
Excommunicatio alia maior, alia minor, & quæ sit excommunicatio maior, vel minor, n.38.
Excommunicatio duplici modo infligitur, n.39.
Anathema quid sit, & de eius forma, n.39.
Excommunicationis pœna in quibus casibus à canonibus imponatur, n.40.
Excommunicatio aliquando infertur ipso iure, quæ vocatur lata sententia, & aliquando non ipso iure, quæ vocatur ferendæ sententiæ, n.40.
Excommunicatio aliquando infertur propter crimen, & aliquando in contumacia, n.40.
Excommunicari an quis possit non præcedente monitione, n.40.
Excommunicatus an æquiparetur relegato vel deportato, numer. 41.
Pœna priuationis officij, dignitatis, vel beneficij, in quibus casibus locum habeat, n.42.& seqq.
Delinquens in officio, dignitate, seu munere, in quo quis existit, priuatur illo officio, munere, vel dignitate, in quibus deliquit, n.43.
Delinquens in officio priuatur etiam salario officij, & eius bona illi officio confiscantur, n.43.in fine.
Delinquens in officio, an ipso iure priuetur officio, an verò requiratur sententia, & qua, num.45.46.& 47.
Pœna priuationis ipso iure nunquam incurritur, nisi sit expressa, n.46.
Pœna etiam quòd imponatur ipso iure, adhuc requiritur sententia declaratoria, n.48.
Degradatio duplex est, alia verbalis, alia actualis, & quæ sit actualis degradatio, & quæ verbalis, n.49.
Degradatio est idem quod depositio, & econtrà, n.49.
Depositio dicitur etiam degradatio, n.49.
Degradationis nomen aliquando in genere, & aliquando in specie sumitur, n.49.
Depositio est perpetua remotio ab administratione altaris, & ordinibus ecclesiasticis, n.49.
Depositio est quid plus, quàm priuatio beneficij, sub n.49.
Depositus simpliciter intelligitur perpetuò depositus, sub numero 49.
Degradationis forma, sub n.49.
Degradationis pœna in dubio intelligitur de verbali degradatione, seu depositione, non autem de actuali, n.49.in fine.
Suspensionis pœna est perpetua, depositio autem temporalis, num. 50.
Suspensio in dubio aut intelligitur temporalis, vel perpetua, num. 50.
Suspensio quid & quotuplex sit, & quot sint suspensionum species, n.50.
Suspensus clericus à quibus officiis interdictus censeatur, & se abstinere debeat, n.50.
Suspensionis sententiæ, & eius absolutionis forma, sub numero 50.
Suspendi an possit clericus non præcedente monitione, numero 50.
Pœna pecuniaria quando imponatur tam per Iudices seculares, quam per ecclesiasticos, n.51.

QVÆSTIO XIX.

POENARVM quoque,† sicut delictorum variæ in iure & in vsu reperiuntur species; de quibus, & earum materia tam de iure ciuili, quàm canonico; & tã de antiqua, quàm de hodierna consuetudine, vltra ea, quæ *inf. in hac Quæstione* dicturus sum, latissimè Scribentes adire poteris, maximè Iac. de Beluiso *in sua pr. iudiciaria, ti. de pœnis capitalib. & seq. & tit. de diuer. pœnis capitalib. f. mihi* 51. *& seqq.* & post eũ Foll. *in pr. cr. can. verb. & si confessi aut conuicti exiterint, nu.* 15. *& seqq. fol.* 269. *& seqq.* Iul. Clar. *in pr. cr. § fi. q.* 67. *& plurib. seqq. vsque ad quæst.* 84. Ex quorum & aliorum scriptis eam principalem video ab omnibus communiter* receptam pœnarum distinctionem, quòd aliquæ sunt corporales, aliquæ verò non corporales, & ex corporalibus aliquæ sunt capitales, aliquæ autem non capitales. † *

¶ Itẽ & capitalis pœna tribus modis dicitur. Primò mortis naturalis & vltimi supplicij, quando scilicet ex amissione vitæ sequitur etiam amissio & libertatis & ciuitatis. Secundò, mortis ciuilis, vtputà damnationis in metallum: ex qua licèt quis vitam non amittat, amittit tamen & libertatem,

libertatem,& ciuitatem. Tertiò,deportationis vel relegationis,ex qua licèt quis nec vitam,nec libertatem amittat,amittit tamen ciuitatem.

2 ¶ Poena igitur†capitalis cũ triplex sit,vt suprà dixi,si de capitali pœna lex,statutum,vel Iudicis sententia mentionem faciat:de quanam erit intelligendum;an de maxima,media, vel minima?Dic quòd licèt propriè & strictè loquendo,pœna capitalis accipiatur pro pœna sanguinis,& sic mortis naturalis,secun.gl.*in l.transigere,in verb.capitali.C.de tran.*quam
* in hoc communiter*approbari dixit Gaspar.Valasc.*in repet. l.imperium, n.99.ff.de iurisd.omn.Iud.*& ad eiusdem glossę opinionem,adduci possint aliqua iura,in quib.capitis pœna in vltimo supplicio verificatur,*vt in l.relegati,*& ibi gl.*ff.de pœ. in l.saccularij,§ sunt quædã, ff.de extraor.crim. in l.lege Iul §.fi. ff.ad l.Iul.repetun.& in l.licèt,la seconda,ff.de verb signif.*& hãc eandem eiusdem glossæ opinionem sequuti etiam sint Cyn. Bal. & Barto.*in auth.sed nouo iure , C.de seru.fugit.*prout illos refert,sed non sequitur,Duen *in sua reg.393.in vltima limita-*
3 *tione,*† quia tamen in pœnis semper mitior interpretatio sumenda est,*l.si præses,ff.de pen.l.pœn.ff.eod.c.hæc autem,§.pœna. de pœnit.distin.1.l.sẽper.ff.de reg.iur.& in reg. sẽper in obscuris,*
* *de reg.iur.in 6.*ideo æquiùs multò pariter & communiùs*per Doctores receptum est in dubio in quacunque dispositione tã hominis quàm legis & statuti, pœnam capitis siue capitalem intelligi debere,non de morte naturali,sed de ciuili, hoc est,de deportatione , vel relegatione (& sic de perpetuo exilio,quod,vt infrà dicam, successit loco deportationis, secundùm gloss.*in l.1.in pri.super verb.capitali,C.ne Christia.manci.* itẽ & glos.*in l.finali,(.de vete.numisma.potest.lib.11.*item *& in l.in criminali.ff.de iurisd.omn.Iud.*item & gl.*in l.si mater,ff.de instit.& substit.*item gl.*in l.vnica,ff.de cri.pecul.*itẽ & gl. *in l.si statutum,C.de nauicul.lib.11.* item & gl. *in l.si quis non dicam rapere,in fine,C.de Epis.& cler.*itẽ & gl.*in l.pen.C.qui accus.nõ poss.*item & gl.*in l.frater,in fine glossa,& in l.penu.ff.de parric.* facit tex.*in l.hos accusare,§.omnibus,in verb.capitis,ff.de accus. & in l.cùm patronũ,ff.de iure patron.& in l.præsenti,in pri.C de his,qui ad Eccl.confug.*vbi imperator videns non sufficere esse factam impressionem de pœna capitali , quia ex hoc non inferebatur pœna mortis;ideo ibi dixit,*capitali & vltimi supplicy,&c.*idem probat tex.*in l.cos, §.super his,C.de appel & in l.qui cùm maior,§.in his demũ, ff.de bon.lib.& in l.edicto, §.1.ff. de bon.poss.& in l.capitaliũ,in pri.ff.de pub.iud.*Sic authoritate prædictarum glossarum & legum hanc opinionem amplexi sunt Ioan.Andreas *in c.quanto ,* & ibi etiam Abb.Goffred.& Hostien.*de iureiu.ad fin.*Ioan.de Imol.*in l.2.col.5.n.3.in fin.ff. de publ.iudic.*Cyn.*in l.1.C.de falsa* Alex.*cons.104.n.1.vol.1.cõs. 115.n.7.vol.3.& cons.339.in causa inquisitionis formata contra dominũ,&c.in vlt.col.& cons.121.inci.viso processu,col.1.vol.7.* Ang.*de mal.in verb.& ibi caput à spatulis amputetur,vers.quid si statutum,n.32.*Salic.*in l.2.C.de fal.monet.*Fulg.*in d.l.præsenti, C.de his,qui ad Eccles.confug.*Marc.*in pra.§.opportunè,n.40.*Ia. de Belui.*in practica,in rub.de pœn.capitali,n.1.& 2.*Aret.Abb. & alij *in capit.qualiter,& quando, il secondo,§. fin. de accus.*Ias. *in l.diuortio,num.15.ff.sol.matr.& in l.3.§.pœna ff. quod quisque iur.& in l.transigere,colum fin.*vbi etiam Riminald. *nu.4. C.de transact.*Alciat.*in l.licèt capitalis,ff.de verb.signif.* Dec *in cap. ex literis,num.48.de constit.*Rolan.*cons.64.num.12.vol.2.*Diaz. *reg.541.*Foller.*in prac.crim.verbo,pœnis debitis ferian. num.48.* Afflict.*decis.404.num.14.vers.4.difficultas,* & ibi Cæsar Vrsil. *in addit.num.16.*D. Menoch.*de arbit.qu.casu 316.numer.10.* Carrer.*in pr.in tract.de homi.§.circa secundum, iuxta l. Moysi, n.45.& seqq.p.mihi 230.*Fab.à Monteleone, *in sua praxi arb. pag.mihi 326.n.13.*&, vt prædixi, hæc opinio non solùm est
* magis communis,*sicuti testantur Marc.*in pr.d.§.opportunè, sub n.40.in fi vers.tene tamen primam opinionem ,* Didac. *super 4.decr.f.144.post n.16.*Duen.*d.reg.363.in 9.limit.* Dec. *in l. imperium,n.14.& seq.ff.de iurisd.omn.Iud.*Felin.*in ca.qualiter, & quando,il secondo,§.ad corrigendos,n.27.de accu* Dom. Anton.de Padilla *in d.l.transigere,n.32.*& ibi etiã Mãtua,*n.108. & seqq.præsertim n.113.C.de transa.*Franc.Marc.*dec.913.n.5. in fi.*Iul.Clar.*in pract.§ fi.q.67.in princ.*Augu.ad Ang. *d.verb. & ibi,caput à spatulis amputetur,post n.32.*Hier.de Mõte *q.16. n.29.*Suarez *in comm.opin.par.1.p.18.col.3.vers penult.inc.capitalis pœna,& 2 par.in extrauag.pa.132.n.100.ver. pœna capitalis,*Anchar.Regien.iun.*quæst.30.n.7.& sequen.2. par.*Mi-

chael.Grass.*in com.opin.lib.2.c.6.q.2.*& nouissimè Flam.Car. post hæc scripta visus *in tract.de exequu.sent.cap.bãnito, c.fi.n. 295.& seqq.*verùm etiam & communiter ab Assessorib.practicatur.qui (vt ex prædictis Doctoribus multi testantur, & hodie etiam seruatur) quando volunt in sententiis aliquem morti naturali tradere,solent apponere illam clausulam,*ita quòd moriatur,& anima à corpore separetur;*quasi quòd sine ea res redderetur dubia,*ex præallegatis.*

¶ Poena autem†capitis vbi imponitur à statuto pro ali- 4
quo delicto,pro quo etiam ius commune eandem pœnam capitis imponit , vt tale statutum aliquid operetur vltra ius cõmune,ad text.*in l.si quando,in pri.ff.de leg 1.& in c.si Papa, de priuile.in 6.& in c.ex parte,l.vltimo,*vbi Ant.de But.*de verbo.signif. & in c.cùm dilectus,& c.seq.de cler.nõ resid.& in c.pastoralis ,* vbi præsertim Abb.*de appellat.* cum aliis in proposito cumulatis per Marsi.*in pra.§.opportunè , n.41.& seqq.*intelligi debet non de eadem morte ciuili , de qua ius commune loquitur,sed de naturali,secund.Marsi.*in loco citato,*& Carrer.*in pra.*qui alios refert concordantes *in trac.de homi.§. circa secund.iuxta l.Moysi , n.47.p.mihi 230.* Quorum declarationem ego tuncdemum veram arbitrarer,quando si aliàs tale statutum intelligeretur,nihil prorsus vltra ius commune operaretur. Vnde secus,si aliquid operaretur,etiam in minimo,si nõ in qualitate pœnæ,saltem in modo procedendi,seu aliter:tunc enim minimè crederem capitis pœnam , quæ de iure communi de exilio,vel deportatione,vt suprà dixi,intelligitur,debere in hoc statuto intelligi de morte naturali,quia statuta semper intelligenda sunt , vt minùs corrigant ius commune,quàm fit possibile;sufficitque vltra ius commune aliquid etiam minimum operari.

¶ Poena item †capitis si pariter à statuto,vel etiam à Iu- 5
dice in sentẽtia imponitur pro delicto,pro quo de iure communi imponitur pœna mortis naturalis : tunc quia pœna est commensuranda delicto , & illius qualitati correspondere debet,*c.non afferamus,24.q.1.c.Felicis,§.cæterùm,de pœn.in 6. c.quæsiuit,de his,quæ fiunt à maiori part.capituli,l.respiciendũ,ff. de pœnis,auth.omnes peregrini,C.cõm.de succes.l.1.§.sed & qui, ff.de abigeis,§.si quis autem per donationem,in auth de non alie.* cũ aliis per Marc.*in l.1.n.256.(.de rap.virg.& in l.fi.col.10.ff. ad l.Corn. de sicar.* Et quia statuta , omnésque dispositiones semper recipiunt interpretationem à iure communi , ad tex. cum gloss. & ibi Salic.*in leg.2. C.de noxal.*gloss. & Doctores *in leg.finali,§.in computatione,C.de iure deliberan.*Bartol.*in leg. 1.§ lex falcidia,*& ibi etiam Doc.*ff.ad l.Falcidiam,*ideo non de deportatione seu exilio , sed de morte naturali intelligenda est,secundùm Marsil.*in practica , §.opportunè,numer.45.& sequent.*Angel.*de malefic.*& Imola,quos refert, & sequitur Bonacossa *in commun. opinion.part.secunda , in extrauagan.num. 100.pagin.132.columna secunda, in fine,* Felin.& Marian.Soc. *in capitul.qualiter , & quando , il secondo, de accusat.*prout eos pariter refert , & sequitur Diaz *regul. 541. in prima limitat.* Carrer. *in practica crimin. in tractat. de homicid. dicto §. circa secundum,iuxta legem Moysi,numero quadragesimonono,pagin. mihi 230.*

¶ Poena etiam †capitis si à statuto,vel à lege, vel etiam 6
ab homine imponatur , vnà cum pœna publicationis bonorum , intelligitur tunc non de morte ciuili , sed de naturali Sic probat text *in Authen.de armis,§.oportet ,* ibi , *& in pecuniis,& in ipsum caput.*vbi Gloss.hoc interpretatur,in ære, & in persona.

¶ Pœna autem relegationis,deportationis vel exilij , non dicitur personalis, quia personam non tangit : ideo de morte naturali intelligenda erit:sic enim authoritate illius text. tradiderunt Alexand. Ias. & alij relati per Bonacoss. *in com. opin par.2.in extrauag.sub numero 100.pagina mihi 132.à tergo,columna prima,in princ.*Carrer.*in tractat.de homicid. §. circa secundum,iuxta leg. Moysi,numero 49.sub verbo,pœna,incip. Iudex potest.*Thom.Gramm.*decis.72.in fine ,* Firma.*in suo repert.vers.capitale crimen , vltim.in fin.*Ancha.Regien.iun.*qu. 30 n.11.par.2.*

¶ Poena rursus capitis†intelligitur de morte naturali,& 7
non ciuili,quando lex,vel statutum in aliquib.casib.expressit pœnam mortis,& postea subsequendo in alio casu nominet pœnam capitis:tunc enim quia præcedẽtia declarãt sequẽtia, *l.quisquis,*& ibi gl.*ff.de leg.3.l.filiũ,ff.quãdo dies lega.ced.l.scripro,ff.*

pto,ff.vnde liberi.Batt.*in l. auia,in prin.vers. item oppono,ff.de condit.& demonst*.Rom.*sing.*665.*in fi.*Matth.*notab.*151.Dec.*cons.*62.*col.*1.*vers.*4.hoc &c.& cons.*500.*nu.*8.Gozad.*cons.*82.*n.*13.Ias.*cons.*64.*col.fi.li.*1.*& cons.*12.*col.*1.*in fi.lib.*3.Osac.*decis.Pedem.*68 *n.*8.Menoch.*de arbitr.qu.casu* 64.*nu.* 19.*&* 20.*li.*2.ideo illa sequens pœna capitis intelligitur de morte naturali,sicut in præcedentibus.sic probat text. cum glos. *in l. relegati,ff.de pœn.*Fel.*in cap.qualiter, & quando, colum.fin.de accus.*sequitur Diaz.*in reg.*541 *limit.*3.vbi id demum verum arbitratur,quando casus sequens,cui statutum pœnã capitis infligit,sit similis præcedentibus,in quibus est imposita pœna mortis:secus si dissimilis,& non sit par ratio vel grauitas delicti,quia per diuersitatem verborum censetur etiam imposita diuersa pœna,vt ibi per eum,cuius declarationem sequor.

8 ¶Poena itidem† capitis,de iure canonico non est mortis naturalis,nec etiam ciuilis,sed amissionis dignitatis & depositionis,secundùm Abb.*in c.*1 *de homicid.vol.*Foll. *in pr.crim. canon.verbo,& si confessi,siue conuicti,n.*34.prout eos refert,& sequitur Fab.à Monteleone *in sua prax.arb.par.*4.*qu.*7.*n.*15. *pag.mihi* 329.

9 ¶Poena gladij,† seu ferri,intelligitur de morte naturali, non autem ciuili,arg.tex.*in l.pen.C.qui accus.non poss.* vbi dicitur,quòd si quis de familia seruus vel filius dominum suũ accusauerit, vltore gladio feriatur;*& in l.quisquis,circa pri.C. ad l.Iul.maiest.*vbi dicitur,quòd committẽs crimẽ læsæ maiestatis,gladio feriatur;*& in l.quãuis adulterij,in fi.C.de adult.* vbi dicitur,quòd committens adulterium, gladio puniatur, *& in l.cùm vir,C.de adul.*vbi contra sodomitam iubentur insurgere leges,& armari gladio vltore : *& in l.nemo aruspicẽ, C.de malef.& mathem.*vbi diuinator debet ferre supplicium capitis,vltore gladio prostratus, *& in l. 1. ff. de abigeis*, vbi quòd abigeus punitur pœna gladij;*& in §.item lex Cornelia, Inst.de publ.iud.*vbi dicitur quòd lege Cornelia de sicariis homicida vltore ferro puniatur ; *& in l.*1.*§.pen.ff.de deserto.* vbi quòd desertor seueritati Iudicis offeratur mortẽ gladij subiturus;*& in Auth.quom.oport.Epis.& cler.§.oportet ea,ver. quod verò,coll.*6.vbi quòd qui moniales corrũpere,aut in vxorẽ ducere præsũpserint, obnoxij quidẽ & ipsi gladio erũt;*& in l.plagiarij,in fi.C.de plag.*vbi quòd plagiarius gladio consumatur;*& in l....C.de murilegulis,lib.*12. vbi quòd quicunque contra illam legem fecerit,gladio puniatur.Et sic gladij, seu ferri pœna in illis iurib.pro pœna mortis naturalis accipitur, prout etiam accipitur *in l.eius qui*,& ibi gl. *in verb.aut ferrũ, ff.de test.& in l.aut damnum,*§.1 *ff.de pœn.*vbi quòd vitam amittit quis,si gladio in eum animaduertatur : ergo animaduersio gladij amissionem vitæ parit,*& in l.vnica,ff.de parric. & in §.in alia,Inst.de pub.iud.*vbi quòd particida neque igne, neque gladio punitur:hoc est, quòd punitur pœna mortis naturalis,nõ cũ igne & gladio,sed alio modo, *vt ibi.*Et licèt D.Men.sensisse videatur hanc gladij pœnam intelligi debere,secundùm subiectam materiam,ex quo etiam aliquando in iure accipitur non pro morte naturali, sed pro quacunq; graui coërtione, citra mortem, vt *in l.solet,ff.de off. procons. & in l.Imperium,*vbi Rõchegallius,*n.*51.& Coras. *n.*14.*ff.de iurisd.om.Iud.& in l.nemo potest.ff.de reg.iur.*cum aliis per Alc. *li.*2.*Paradox.c.*7.& ob id putauerit pœnã gladij,de qua *sup.* alleg.*l.quamuis,C.de adult.*non esse mortis naturalis,sed aliã citra mortem,non tamen per hoc recederem à firmata conclusione,quòd scilicet gladij pœna in legibus seu statutis posita,de morte naturali intelligenda sit.

¶Nec obstent iura & authoritates in contrarium per eundem D.Menoch.adductæ,tum quia non strictè loquuntur, de pœna gladij,de qua nos loquimur,sedde potestate gladij, quæ à pœna gladij differt ; forsan aliquando in graui coërtione citra mortem, vt ipse dicit,verificari potest(licèt contrarium de directo tenuerit idem Corasius sibi contrarius, & per D.Menoc.alleg.*in d.l.solet,n.*10.*ff.de off. procons. & in l.illicitas,*§.*qui vniuersas,n.*1 *ff.de offi.præsid.*) tum etiam quia dato quòd aliquãdo in iure pœna gladij de pœna citra mortẽ naturalem intelligeretur;negari tamẽ non potest ex præ-
* citatis tot iurib.quòd potior & cõmunior* in iure sit gladij significatio,quòd morte naturali intelligatur,& non de minori.Vnde alio nõ apparente sequitur,quòd verba legis, vel statuti sunt potiùs intelligẽda in potiori significatu ; & consequenter de morte naturali,vt in dictis iuribus,quę in proposito sic vt suprà seriatim recensuit & ponderauit Iacob. de Belui.*in sua prac,in rub.de pœnis capitalib.n.*3. *& seqq. fol. mihi* 51.Foll.*in pr.cr.verbo,pœnis debitis feriantur,n.*47.Anch. Regien.iun.*q.*30.*n.*10.2.*par.*

¶Poena† vltimi,nouissimi,sequissimi,grauissimi,vel amarissimi supplicij,pariter sicut gladij,est mortis naturalis:non enim gratius,sæuius,amarius & magis vltimum reperitur supplicium,quàm mortis,quæ omnium terribilium vltimũ nũcupatur:sic intelligitur gl.*in l.eius qui,in vers.aut seruũ,ff. de testamen.aliqui test.fac poss.& in Authen.scenicas non solum circa princip.C.de pub.vel priuat.& in l.*1 *.de seditio, & in l.qui vltimo,ff.de pœnis,& in Auth.vt Iud.sine quoquo suffrag.*§.*illud videlicet obseruandum,super verbo,amarissimis,& in l.*si *in ver. seueriss imis,C.de sum.Tri.& fid.cat.& in l.præsẽti,in pri.in verbo,capitali,& vltimi supplicij,C.de his,qui ad Eccl.conf.*& quę alia iura in proposito adducit & ponderat Iacobus de Belu. *in prac.in rub.de pœn.capitalib.n.*1.*fol.mihi* 51.Foll.*in practica crim.verbo,pœnis debitis feriantur,n.*47. Fab.à Monteleone *in sua praxi arbit.parte quarta,quæst.*7.*nu.*14. *pagina mihi* 329. Anch.Reg.iun.*q.*30.*n.*19.*par.*... Cæsar Vrsil.*in add.ad Afflic. decis.*287.*n.*4.*dec.*404.*num.*16. Quamuis contrarium asseruisse videatur Fulgo.*in d.l.*3.quæ incip.*nemo clericus,num.*4. *vers.in gl. seueriss imis,colum.fin.Cod.de Sum.Trin.& fide catholica.*

¶ Poena † pariter laquei,suspendij,vel furcæ,est mortis naturalis, & magis ignominiosa aliis, de qua habetur *in l.*1. *Cod.de bon.eor.& in l.*1.& ibi gl.*ff.de seditios.& in authen. sed nouo iure,C.de seruis fugit.& in l.liberorum,ff.de his,qui no.infa. & in l.cùm animi,*§.*excipitur,ff.de ædil.edic.& in l.aut damnum, circa prin.ff.ad l.Iul.pecul.& in l.moris,*§.*iste fortè, & in l.capitalium,circa prin.&* §.*famosos,ff.de pœn.& in* §.*si quis,de cler. violat.pacis,in vsibus feudorum,*Iac.de Belu.*in pr.rub.de pœnis capitalib.n.*3.*fol.*51.Gand.*in ti.de pœn.reor. n.*58.Follet.*in pr. crim.d.verb.pœnis debitis feriantur,n.*47.Anchar.Reg.iun.*qu.* 50.*n.*10.2.*par.*& de vilitate & ignominia huius pœnæ habetur per Bald.*in rub.extr.de offic.deleg.column. pen. vers. contra notorium,& in l.omnes,*vbi etiam Io.de Platea, *C.de delator.lib.*10.Ang.*in dict.auth.sed nouo iure,ante finem,C.de seru. fugit.*latè And.Tiraq.*in tract.de nobilit.c.*20.*n.*106.*& de pœn. temper.cauf.*31.*n.*6.*& seqq.*Gig.*de cr.læsæ maiest.li.*2.*ti.de pœn. q.*1.*n.*8.*& seq.*vbi inter alia adducit illud Iudæ Scariotis,qui cùm in Saluatoris nostri Maiestatem deliquisset, se fœdissima morte dignum diiudicans laquei pœnam, quasi delicto condignam elegit.

¶Poena mortis† de iure canonico est non naturalis, sed spiritualis,& sic excommunicationis.Duplex enim mors est de iure canonico:vna est temporalis, quæ est separatio animæ à corpore;altera verò spiritualis, vt excõmunicatio,per quã separatur anima à gratia Dei,qui est vita animarũ.Vnde cũ ius canonicum pro quocũque etiam grauissimo delicto, sanguinis & temporalis mortis pœnam non infligat, ad glo. quę licèt ad id communiter* allegetur,*in c.præuaricator,*2.*q.*
* 3. non tamen reperitur in rerum natura,prout optimè animaduertit Aln.Alb.*in suo tr.de agnosc.assert.cath.& hær.q.*25. *sub n.*30.sed meliùs forsan id probat alia glos. *in c.delatori,*5. *q.*6.Paul.de Castr.*cons.*248.*notandum,col.*2.*lib.*1.S.Tho. *in* 2. 2.*q.*99.*art.vlt.*facit tex.*in capit.sententiam sanguinis,ne clerici vel monac.& in c.clericum,eod.tit.& in cap.ex his,de excess.prælat.*cum aliis per Petr.à Placha *in epit.delict.c.*17.*n.*16.*&* 17. & per Folle.*in pr.crim.can.verbo,& si confessi aut conuicti sint, condemnentur,n.*12.*fol.*268. meritò vbi idẽ ius canonicũ mẽtionem facit de morte, intelligenda est non de tẽporali, sed de spirituali,& sic de excommunicatione. tex.est singularis *in c.per venerabilem,col.pen.circa fi.*ibi,*Mori præcipitur,id est, per excommunicationẽ,ext.qui fil.sint legit.* & ibi hoc not.Abb. idem Abb.*in c.*1.*de furt.& in c.*2.*in gl.fi.de maior.& obed.*Arn. & Placha *vbi sup.*Foll.*in pr.cr.canon.verb.& si confessi aut cõuicti extiterint, nu.*54. vbi declarat hoc procedere, quando mors est imponenda per Iudicem ecclesiasticum; secus quando per Iudicem secularem, secund Guliel.de Bened.*in repet.c.Rayn. de test.in quæst.de homicidio,nu.*10.

¶Poena autem mortis de iure ciuili, cùm, vt scis, mors duplex sit;ciuilis scilicet & naturalis,*l.*2.& ibi glos.*in verbo, mors,ff.de publ.iudic.*& cùm,vt suprà generaliter dixi, *n.*3.in

pœnis

pœnis semper benignior interpretatio fieri debeat, *l. si præses, ff. de pœnis*, cũ aliis allegatis *in d. n. 3.* idcirco, licèt in dispositione hominis appellatione mortis, in dubio veniat potiùs naturaliter, quàm ciuiliter accipienda, *l. ex ea, §. insulam, ff. de verb. oblig. l. fi. C. de iis, qui ven. ætat. impetra. l. ex facto, §. ex facto.* ibi * cõmuniter* Doct. *ff. ad Trebell. l. Status, §. Cornelio, ff. de iure fisci*, Alex. *consil. 139. col. 2. n. 4. vol. 2.* Aug. Bero. *q. 41. n. 2.* Rolan. *in tract. de lucro dot. q. 59. n. 2.* Phanuc. *in simili tract. de lucro dot. in rubr. in verbo, per mortem, n. 12.* Ioan. Bolognet. *in l. Imperium, n. 33 ff. de iurisdi. omn. Iudic. & in l. transigere, n. 56. C. de transact.* quod etiam an verum sit & quãdo, videas per Hip. Rim. *cons. 495. n. 11. & seqq. l. 5.* Dec. *cons. 86. nu. 39. l. 3.* Ioan. Pet. Surd. *cõs. 90. per tot. l. 1.* nihilominus, quãdo de morte fit mentio per modum impositionis pœnæ, tunc intelligenda est in dubio non de naturali, sed de ciuili, secundùm Bart. *in l. 2. in 1. col. ff. de publ. iudic.* idem Bart. & Doct. *in l. eos, §. super his, C. de appellat.* Bald. *in l. fin. C. quæ res vendi non poss.* Foll. *in commẽto, in prag. de sodom. n. 58. in fi.* prout hos omnes refert, & sequitur Fab. à Mõte Leone *in praxi arbi. par. 4. q. 7. n. 12. pag. 329.* & ideo dixi in dubio, quia contrarium credo verius; quando scil. contrarium suaderetur, vel ex qualitate delicti, vt suprà dixi *num. 5.* vel ex mente disponentis.

¶ Et licèt rursus Flam. Cartarius post scripta visus *in suo tract. de exequ. semen. capto bannito, c. fin. n. 302.* contrarium sentire videatur, motus authoritate supradictorum Doctorum & aliorum, quos allegat, dicentium, *vt sup.* mortis appellationẽ intelligi debere de naturali, & non de ciuili; non per hoc tamen recedo à firmata conclusione, quia præfati Doctores loquũtur & intelligi debent, quando de morte fit mentio, vel in contractibus, vel in vltimis voluntatibus, vel etiam in alia dispositione; non per modũ impositionis pœnæ, sed ad aliud propositum, vt suprà declaraui: tunc enim intelligitur de morte naturali, & nõ de ciuili; tum quia verba sunt potiùs naturaliter intelligenda, quàm ciuiliter, vt suprà dixi; tum quia, vt idem Cartarius animaduertit, verba sunt semper intelligenda in potiori significatu. Quæ rationes cessant, quãdo verbum mortis exprimitur, & adiicitur alicui pœnæ: quia tunc, vt adnotauit Bald. *in l. fin. Cod. quæ res ven. non possint*, quando aliqua pœna dicitur pluribus modis, intelligitur de minori pœna, quæ sit inter illos modos.

14 ¶ Poena damnationis † in metallũ, vel in opus metalli antiquitus multùm erat in vsu, ex qua damnati in metallũ multò grauioribus vinculis premebãtur, quàm damnati in opus metalli. *l. aut damnũ, §. inter eos, ff. de pœn.* Vnde Alcia. *l. 1. Parerg. iur. c. 39.* cùm appellatione metalli, etiam alumen contineri notauerit; ideò non solùm dãnatos in metallum, eos censeri dixit, qui argẽti, ferríve fodinis opus faciũt; sed etiã, qui alumen cretámve effodiunt, aut quid simile faciũt. Et cùm talis pœna dãnationis in metallũ ab vsu recesserit, nulláque inter pœnas hodie solitas visa sit illi similior, quã dum tenetur grauissimis vinculis & catenis: ideo pœna triremiũ, in quibus sunt damnati ad remigandũ, & in quibus catenis etiã vinciũtur: loco prioris pœnæ hodie succesisse * hanc triremiũ pœnam communiter * omnes testati sunt, vt videre est apud Capit. *in decis. 153. n. 3.* Gram. *dec. 32. n. 4.* & Carrer. *in prac. in tract. de homicid. §. circa quartum & vltimũ, primò quæro, quæ pœna erit imponenda, n. 8. & 9. pag. mihi 252.* Foll. *in pract. cri. verb. pœn. debitis feriantur, n. 47. pagina mihi 366. & in pract. cri. canon. verbo, reperti culpabiles citentur, nu. 8. pag. mihi 131.* Mantua *in l. transigere, post n. 5. Cod. de transact.* Apostil. ad Affli. *super 3. par. constitutionum Regni, sub n. 5.* Mill. *in pract. cri. fol. 132. n. 3. & fol. 147. n. 40.* Clar. *in pract. §. fi. q. 67. versic. item damnatio ad metallum, & q. 70. versi. frequens est etiam hodie*, vbi ampliat hanc triremium pœnam propter excretam Clericorum, & Sacerdotum malitiam, apud eum (sicut & apud nos) etiam in Clericis & Sacerdotibus seruari, Paul. Grauat. *in suo Theorem. 3. n. 10. & seqq.* vbi post Clar. *in loco citato*, optimè ampliat tam in condemnatione ad triremes in perpetuum, quàm ad tempus, ad quæ vltima vide Diaz *pract. cr. can. in tit. de corporalibus, rubr. 135.* secundùm vnam impressionem antiquam, & secundùm aliam, *rub. 146. n. 3.* & ibi Ignat. *in addit.* vbi etiam ponit, an isto casu Sacerdos sit degradandus, Nauarr. *in c. nullam, n. 52. 16. quæst. 2.*

¶ Poena etiam † deportationis & relegationis antiquo 15
iure multùm frequens erat, & quæ eodem iure propriè diceretur pœna deportationis, & quæ pœna relegationis, & de earum differentiis aliqua post alios scribit Conrad Lancellot, *in suo Breuiario, seu pract. cri. in tit. de contumac. & bannit. n. 27. & 39. pag. mihi 445.* sed melius materiam explicat D. Menoc. *de arbitr. q. casu 330. l. 2. cẽt. 4.* vbi diuersas recitat Scribentium opiniones & differentias inter dictas pœnas, quas hìc non refero: quia, vt communiter* ab omnibus re- *
ceptum est, in omnibus iurisdictionibus, & locis, in quibus insulæ non reperiuntur (prout in Regno Neapolitano reperiuntur) dictæ pœnæ recesserunt ab vsu & aula, vt post alios quos allegat, testatur Clar. *in pract. §. fi. q. 67. versic. deportatio etiam, in pract.* & earũ loco licèt aliqui dixerint succesisse decapitationem, & sic pœnam mortis, vt per Ro. *sing. 574. incip. scis quòd relegat*, quem refert Augustus. ad Ang. *de malefic. in verb. falsario, post n. 48.* Ang. de Perus. *in l. 1. §. legis Cornelia, post n. 1. ff. de sicar.* Alij autem & communiter * dixe- *
rint succesisse exilium & bannum perpetuũ, vt per Gram. *voto 19. num. 11.* Carrer. *in prac. in tract. de appell. §. in tex.* ibi, *Item quæ eorum, & c. n. 67. fol. mihi 42. à tergo*, Bonifa. de Vital. *in tit. de fals. n. 8. versic. alij autem dicunt*, Pet. à Placha *in epit. delict. c. 44. n. 1. versi. & primò huic rei, &c.* Guido Papæ *decis. 422. 423. & 437. col. tertia*, prout illum refert Aym. *in cons. 220. n. 13.* Neuiz. *cons. 73. n. 1. & 2.* Osasc. *decis. Pedẽ. 105. n. 3.* Clar. *in prac. d. q. 67. ver. Relegationis etiã pœna, &c.* vbi quid in foro canonico. Verius tamen dici potest, & ita apud nos practicatur, quòd super hoc non potest dari non certa doctrina; sed quod cũ, vt suprà vidimus, *in q. 17.* omnes pœnæ sint Iudici arbitrariæ, iuxta facti & personarum qualitates: ideo vbi iura imponũt pœnam deportationis vel relegationis, possit Iudex arbitrio suo aliã pœnã imponere, iuxta dictas delicti & delinquentium qualitates, vt per Inno. *in l. secunda, col. 2. ff. de publ. iudic.* Alex. *cons. 55. n. 1. l. 7.* Corn. *cons. 175. col. 3. l. 3.* Roland. *cons. 38. n. 15. l. 1.* Osasc. *dict. decis. Pedẽ.* 105. *n. 7.* Aym. *cons. 18. n. 17. & cons. 220. n. 13.* Capic. *decis. 135. n. 2.* Menoc. *de arbitr. q. dic. casu 330. n. 5. l. 2.* Clar. *in prac. q. 67. sub dic. ver. Deportatione etiã*, vbi propterea quòd excepta pœna mortis naturalis poterit isto casu Iudex imponere pœnã triremiũ, modò in perpetuum, & modò ad tẽpus, & aliquando etiã pœnam pecuniariã, pro qualitate delicti.

¶ Poenæ igitur † deportationis & relegationis cùm ab 16
vsu recesserint, & earum loco (vt modò dixi) communiter* receptum sit, succesisse bannum & exilium, nunquid * banniti nostri temporis æquiparentur relegatis vel deportatis? Vtilitas quæstionis huius maxima est: nam deportatus perdit ciuitatem Romanam, non autem relegatus, *l. inter pœnas, in princip. & l. relegatorum, §. siue ad tempus, ff. de interd. & relegat.* deportatúsque amittit testamenti factionem actiuam & passiuam; non autẽ relegatus, vt per Clar. *in §. testamentum, quæst. 22.* & dixi *infrà par. 4. tit. de var. ac diuer. quæst. 102.* In hoc autem articulo tanta est Doctorum cõtrouersia, quam latissimè videre poteris apud Scribentes omnes *in l. 1. Cod. de hæred. instit.* Rip. *in l. ex facto, §. ex fact. n. 13. ad Trebell.* & vltra infrascriptos apud Menoch. *in cons. 271. num. 3. & num. 10. & num. 24. sub 3.* Simon. de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib. 2. interpret. 2. dubi. 1. solut. 1. n. 14. fol. mihi 214.* Honded. *cons. 67. num. 23.* vbi quòd hodie in Bullis summorum Pontificum banniti æquiparantur deportatis, Brun. à Sole *in suis quæstionib. legalibus, quæst. 16. nn. 2. iuncto n. 8. & seqq.* vt quæ sit communis opinio, vix discerni possit, sicut post antiquiores, quos allegat, declarat Clar. qui præter alios resolutiuè explicat materiam *in pract. qu. 71. ver. dixi autem*, & vltra Clarum Osasc. *decis. Pedem. 105. n. 9. & 10.* Ex quorum dictis concludi potest, quòd licèt inter plures relatas ibi per eos opiniones, ea videatur magis communis * opinio, quæ vult bannitos æquiparari relega- *
tis, non autem deportatis, sicuti testantur Soc. iun. *cons. 147. n. 20. l. 2.* Alex. *in l. ex facto, n. 7. & seq.* & ibid. Ripa. *n. 13. ff. ad Trebell.* Curt. iun. *cons. 182. n. 8.* Sapia. *in l. imperium, nu. 58. ff. de iurisd. omn. iudic.* Conrad. *in pr. tit. de contum. & bannit. nu. 31. pag. 447.* Natta *cons. 472. n. 19. & seqq.* Villalob. *in comm. opi. litera B, n. 3.* Iacob. Riminal. *cons. cri. diuer. 100. num. 16.* dictáque communis opinio veniat præcipuè declaranda, vt non procedat in bannitis perpetuò cum publicatione

bonorum propter crimen, & qui possunt impunè offendi; quos non relegatis, sed deportatis æquiparare videtur probari *in l.qui cùm maior,§.is demum,ff.de bon.liber. in illis verbis, Aut auxilium quod fit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur*,&c. tenet gl. *in §.relegati, verbo, retinent, Instit. quibus mod.ius patr.potest sol.* Grā.*voto* 19.*n.*10.*& seqq.& decis.* 17.*n.* 3.*& seqq.* Iod.Damhoud.*in suo enchir.rer.cri.c.* 18.*n.... & seq.* Marant.*de ord.iud.*4.*par.distin.*1.*n.*7.Corn.*consi.* 55.*litera L, l.*2.Boss.*tit.de bonor. publica. n.*69. Alciat. *consil.*58.*n.*9.Dec. *consil.*86.*num.*38.*l.*3. vbi aliis relatis concordantibus, testa-
* tur de communi * opinione, de qua etiam per Thob.Non. *consil.*7 12.*n.*4.*& seq.* verius tamen dici potest, secund. Clar. & Osasc.*in locis supracitatis*,& ante eos per Bar.*in sua quæst.* 1.*incip.Statutum Lucanæ ciuitatis*, & Nell.*in tract.de bannit. in* 1. *par.secundi tempor. n.* 4. quòd banniti nostri temporis neque simpliciter æquiparantur deportatis, neque relegatis; quia participant de vtroque, secund. Alex.*in consi.* 116. *n.*7.*lib.*2.vbi quod omnes ita fatentur, Chassan.*in consuetud. Burgund.in verbo*, des confiscations, *in tex.* qui confisque les corps, *pag.mihi* 92.*num.*8.*&* 9.vbi propterea quòd, secundū quid æquiparantur deportatis,& secūdùm quid æquiparantur relegatis,& cùm iudicentur inter se tanquam excedens & excessum, ideo constituunt quandam tertiam speciem à deportatis differentem;& sic non licet arguere de deportato vel relegato ad bannitum, sed in occurrenti casu standū est decisionibus legum & Doctorum, loquentium non de deportatis vel relegatis, sed in specie de bannitis, vt per Osascum & Clarum suprà allegatos, quos etiam sequitur Bonac.*in comm.opin.par.*1.*pag.*14.*à tergo, col.*1.*versic.*3.*incip. banniti nostri temporis*,& Peregr. *in tract.de iure fisc. lib.*3.*tit.* 7.*num.*47.Honded.*consi.*67.*num.*20.

17 ¶ Poena banni † vel exilij, vt quæ sit dignoscamus, scias quòd antiquis legib. bāni pœna incognita fuit, teste Nello, *in tract.de bānit.in* 1.*par.secundi tempor.n.*3.vbi latè quid,& quotuplex sit bannū,& vnde dicatur, de quo etiā per Cōra. *in pract. tit. de contumac.& bannit.n.*9.*pag.mihi* 442.& per Chass.*in cons. Burgund.tit.* des confiscations. Nam sic pœna exilij legib. non potest dici incognita, cuius quatuor adferuntur species, secund. Bald.*in l.data opera, col.*1. *Cod.qui accus.non poss.* Primum scil.bannū maximum, quod est dānatio in metallum. Secundum in opus metalli, quod est minus quàm damnatio in metallum, vt etiam sup.dixi,*n.*14. Tertium deportatio. Quartū relegatio. Addi potest & quintū, eiectio scil. è ciuitate, vel missio ad confinia. Propriè tamen de iure antiquo exilium dicitur deportatio,& per quā ciuitas amittitur: impropriè autem relegatio, *l.*2.*ff.de publ.iud.* notat gl.*l.exiliū,ff.de interd.& releg.* & idem tradit Conrad. *vbi sup.sub n.*29.*prope fin.pag.*446.*prope fi.* Sed hodie secun-
* dùm communem * vsum & practicam dici potest, quòd bannum aliquando in præsentes, aliquando etiam in absentes fertur, vigore scil. statutorum volentium absentes posse vti confessos damnari. In absentes autem propriè dicitur bannum, in præsentes verò dicitur exilium, secundùm communem loquēdi vsum, & sic bannum vel exilium non verificatur, iuxta antiquam significationem, in deportatione, damnatione in metallum, vel relegatione, sed in simplici eiectione à ciuitate, secund.Bald.*in l.*1.*n.*4. *C.de hæred.instit.* vbi asserit bannitos esse quoddam genus de per se à deportatis, relegatis & damnatis in metallum, & nihil aliud esse bannitionem, quàm eiectionem à publico bono & ciuitate,& teste Boss.*in tit.de bānit.n.*2.quem refert Clar.*in pract. quæst.* 71.*versic.quandoque verò imponitur, &c.* exilium quod datur præsenti in pœnam delicti, aliquādo imponitur perpetuum, aliquando temporale, & aliquando ad beneplacitum;& ita quotidie apud nos seruatur. Et hanc exilij pœnā non solùm capitalem esse, sed etiam corporalem, iudicando eam ab effectu, optimè deducit Boss. *in tit.de carcerat. fideiuss.committen.n.*7.vbi testatur, se ipsum multoties expertum esse, quòd exilij pœna affligit corpus: ex eo sequitur paupertas & miseria, hominēsque adeò se excruciant, vt etiam facilè in mortem incidant,& propterea exiliū perpetuum,
* etiam capitalem pœnam censeri, communem * dixit Emanuel Soarez *in suo libello recep.opin.versic.capitalis,n.*8.refert & sequitur Bonacossa *in comm. opin. crim.par.* 1.*versicul.capitalis pœna, pag.mihi* 18.*colum.*3.

¶ Poenæ aliæ † plures antiquis legib. cognitæ erant, quæ 18
hodie in desuetudinem abierunt, prout erat damnatio ad bestias, de qua per glos. *ff.arbor.furt.cæs.* Beluis.*in prac.rubr.de pœnis capitalib.n.*2.Ang.& Mars. *in l.*1.*§.legis Corneliæ, ff.de sicar.* vbi quòd eius loco hodie successit decapitatio. Aldobran.*in §.cùm autem,n.*2.*Instit.quibus mod.ius patr.potest solu.* Conrad.*in practica,ti.de contumac.& bannit.n.*13.*fol.*443.*col.* 1.Clar.*in pract.quæstio.*67.*versic.non est etiam, & in vers. seq.* vbi pariter, † quòd pœna præcipitationis ex saxo Tarpeio, 19
quæ antiquitus erat in vsu, pariter sublata est, *per l.si diutino, in fi.ff.de pœn.& in vers. item interdictio,* † vbi idem de pœna 20
interdictionis aquę & ignis, in cuius locum successit deportatio, vt *in l.*1.*& 3.ff.ad l.Iul.peculat.*& tradit Conrad. *vbi suprà,n.*29.*fol.*46.

¶ Poena ignis † inter capitales pœnas maxima est, *l.capi-* 21
talium,in princip.ff.de pœ. Casus autem, in quibus talis pœna à iure imponitur, explicantur per Iacobum de Beluiso *in sua practica,rubr.de pœna ignis,fol.mihi* 51.*à tergo*, Albert.Gand. *in suo opere maleficior.ti.de pœnis reorum,n.*57.Sali.*in l.* 1.*C.de Nili agger.non rumpen.* Chassan.*in consuetud. Burg.rubr.*1.*tit.* des iustices,§.5.*fol.*46.*col.*3.*n.*3.Ioan.Papo.*in comment.ad cō-suet.Borbon.in ti.*1.*de iurisd.* §.2.*pag.*7.*&* 8.† ¶ Ex quorū dictis 22
aliquos principaliores casus reassumendo, dicitur, quòd in primis de iure comburitur reus falsæ monetæ, *l.*2.*& fin.C.de falsa.monet.* Item comburitur trāsfuga ad hostes & renūciator consiliorum Principalis, *l.si quis aliquid,*§.1.*& l.aut facta,* §. *hostes,ff.de pœn.* Item cōburitur, qui facultatē deprędationis Barbaris in Romanos dederit, *l.si quis à Barbaris, C. de re milit.* Item cōburitur procurator Cæsaris, si aliquē iniuria vexauerit, *vt in l.vniuersi, C.vbi cau.fisc.* Item cōburuntur sacrilegi, *vt in l.sacrilegij, circa prin.ff.ad l.Iul.pecula.* Itē cōburitur seruus, qui rē cū domina sua habuerit, *vt in l.*1.*C.de mul. quæ ser.prop.* Item cōburitur seruus, qui saluti domini sui insidiauerit, *l.capitaliū,§.cùm terminātur,ff.de pœ.* Item comburitur aruspex. *l.*3.*de malefi.& mathemat.* Item comburitur incēdiarius, *l.capitalium,§.incendiarij,ff.de pœn.& l.ades.ff.de incend. ruina,& naufra.* Item comburuntur Iudæi, qui cum saxis vel alio modo ausi fuerint insurgere contra illum, qui baptizauerit, vel voluerit baptizare, *l.*2.*in fin.C. de Iudæ.* Item cōburitur Notarius, qui falsum conficit instrumentum immunitatis, *l.*1. *C. de immun. nem. conceden.li.* 10. Item comburitur Sodomita, *vt in tit.de delictis carnis*, & de his aliàs latiùs dicā, si Deo placuerit. Alios casus vide per præallegat. Doct.

¶ Poena amputationis † membri, vel manus, vt quæ sit, 23
dignoscamus, dignoscēdum est primo loco etiam, quid propriè dicatur membrum, vnde dicatur, & quid veniat appellatione membri. Ad quam materiam vltra infrascripta videre poteris etiam Bald.*in cap.*1.*in princip.in tit.de noua forma fidelitat.in vsib.feud.* Bal.Ang.& Imo.*in l.*3.*ff.de publ.iudic.* item Bal.*in l.reos,in* 2.*col.in fi.Cod.de accusat.& in l.data opera,in* 18.*col.vers.& ibi lex facit mentionem, & in vers. in corpore nostro multa membra habemus,C.qui accusa.non poss.* Bar.& Doct.*in l.non sunt liberi,ff.de statu homin.* Abb. *in tractatu statutor.in* 2.*parte,qu.*28.latè Nell.*de bannit.in* 2.*par.* 2. *partis, quæst.* 51. Ang.Aret.*in tracta.malefi.in verbo, membrum prædictum,* Cæpol.post alios, *in authent. sed nouo iure,num.*43.*Cod. de seru.fugi.* Clarus, qui alios Moderniores allegat, *in pract. crimin.§.finali, versic.item quæro.* Ex quorum dictis colligi potest, quòd membrum dicitur à metior, metiris, quod est partiri & diuidere: vnde membrum dicitur corporis pars, secundùm Hugonem, *in verbo, metior*, provt illam refert Bar. *in l.publico,n.*13.*ff.de publ.iudic.*& propterea secund. Bald. Ang. Cast. & Cępol. *in dict. Authen. sed nouo iure*, propriè & strictè intelligēdo membrum, sumitur pro ea parte, quæ habet certum officium deputatū: & omne id, quod in corpore nostro distinctam habet operationem, illud propriè dicitur membrum, secūdùm Aristot.3.*Meteo.ad fin.* manus itaque ad palpandum, nasus ad odorandum, oculus ad videndum, auris ad audiendum, os ad gustandum; nostri corporis hæc ideo dicuntur propria membra, secūdùm Ang. *in l.vitam,§....ff. arb. furt.cæs.* quoniam in istis consistunt quinque principales sensus dicti corporis, scilicet visus, auditus, gustus, odoratus,& tactus, de quibus per glos. *in leg.quod meo, §.si venditorē.ff.de acqui.poss.* illa igitur pars corporis, quæ distinctam operationem & virtutem non habet, propriè membrum non dicitur

secundùm

* secundl.præallegatos,& est communis,*vt per Pet.à Placha *in epit.delic.c.25.n.7.*Didac.*in rep.clem.si furio.post n.8.de homic.fol.321.*Bonifac. Vital.*in suo tract.malefi.in rubr.quid sit accus.n.58.*Rube.Alex.*in cõsil.63.*Clar.*d.q.69.eod. versi. item quæro.* Vbi † propterea,secũd.præallegatos,pariter cõmuni-
24 * ter*infert,quòd digitus nõ potest propriè dici nostri corporis membrũ, & consequenter statutũ puniens abscindentẽ membrũ, non habet locum in abscindente alicui digitum.

25 ¶ Poena hæc amputationis mẽbri(quæ propriè loquen-
* do capitalis non est,secund.Alciat.qui de communi*testatur,*in l.licèt capitalis,in fi.princip.ff.de verb.signific.*prout illũ refert Iul.Clar.*in pract. d.q.69. quæro igitur in primis*, quicquid in contrariũ dixit Iacob.Beluis.*in sua prac.tit.de diuers. pœn.capitalib.& non capitalib.n.2.in fin.fol.53.*)antiquis legibus,quæ nolebant homines esse inutiles,incognita erat,secund.Anã.*in c.1.n.21.in fi.de collus.detegen.* & de iure Digestorũ talis pœna nõ erat in vsu,sed fuit inuenta de iure Authenticorũ,secũd.eund.Anan.*in c.in Archiepis.n.4. de rapto.* vbi testatur,quòd ita dicunt Doctores,& licèt ipse conetur ibi ostendere,quòd talis pœna erat etiã tẽpore leg.xij.tabu-
* larũ:tamen, vt dixi, cõmunis* opinio est in contrariũ,sicut testatur Curt.iun.*in l.imper.n.37.ff.de iurisd.omn.iudic.*quẽ refert Don.Ant.de Padil.*in l.trãsigere,post n.8.C.de trãsact.*& ambos refert pariter & sequitur idẽ Iul.Clar.*d.q.69.in prin.*

¶¶ Poena prædicta amputationis membri,quando à statuto vel à Iudice in sentẽtia apposita est, non expresso mẽbro,quod amputari debeat,de quo mẽbro sit intelligẽdum: varij varia dixerunt, vt videre est apud Fla.Cart.post hæc scripta visum,*in suo tract.de exeq.sent.capto bãnito,c.fi.n.280. & seq.* ex cuius dictis colligitur conclusio, quòd licèt Bald. *in l.data opera,C.qui accus.*quẽ sequuti sunt plures ibi per eũ relati, dixerit, quòd alio non expresso pœna amputationis membri intelligatur de pœna amputationis manus: veriùs tamẽ isto casu debere respici delictum, pro quo talis pœna imposita sit. Si enim delictũ est cõmissum ambulãdo,debet intelligi de pede:si loquendo,de lingua:si scribẽdo,de manu dextera. Sed si delictũ cũ omni mẽbro cõmitti potest,arbitrio Iudicis remittitur,de quo mẽbro sit intelligẽdũ, vt per eund.Bal.*in l.omn.n.3.C.de delator.l.*10.& istud Iudicis arbitriũ semper debebit esse,vt minus diminuat,quam fit possibile,arg.tex.*in l.si præses.ff.de pœn.*Ioã.Bolognet.*in l.imperiũ, n.70.ff.de iurisd.om.iud.*vbi ex hoc infert,quòd si sic condẽnatus in amputatione mẽbri,esset maximus pictor, vel musicus,posset impetrare,vt pes sibi amputaretur tanquam minoris præiudicij.

26 ¶ Poena eadẽ † amputationis membri, manus scil.pedis, vel oculi, in quibus casibus locum habeat de iure cõmuni, videre poteris apud Gand.*in tit.de pœn.reorum,n.52 & seqq.* Galicium *in Margarita fisci.fol.90.col.1.*Fab.à Monteleo.*in sua praxi arbitr.in vltima par.4.part.principal.q.8.per tot.fol.241.& seqq.*Cæpol.*in d.auth.sed nouo iure, nu.13.& seqq. de seruis fug.* Primus est,in quo manus delinquenti abscinditur in Notario fabricãte falsa instrumẽta, de quo dicã particulariter *infr.in ti.de falsi.*si dicẽdi facultas à Deo optimo max. cõcessa fuerit.Secũdus est casus, in frangentib. pacẽ,*c.1.§.si quis alium,de pace tenen.*& pariter dicã *infrà in materia pacis ruptæ.*Tertius est casus,in exactoribus tributorũ,qui illicita præter sibi data excutiũt,& non describũt,*§.coges,in Authẽ. de mãd.Princi.colla.3.*Quartus est casus,in seruo deprehẽso & fugiẽte ad hostes,*l.3.& auth.sed nouo iure,C.de seru.fugit.* Quintus est casus, in tenente libros Seueri hæretici, & eos nõ concremante, *vt in §.vnde,in Auth.de depos.*& dicã latiùs *in tit.de cri.læs. maiest.in materia hæresis.*Sextus est casus,in ponẽte titulos prædiisalienis,*§.titulos.in Auth.de proconsul.Cappad.* ¶Cæteros casus tam de iure cõmuni,quàm de Lõbardo,& tam etiã ex lege Mosis,& quib.pœna abscissionis mẽbri imponitur,videre poteris apud prædictos : apud nos enim talis pœna amputationis etiam sæpissimè est in vsu, imponiturq; reis,qui atrocia quæque delicta cũ manibus suis cõmittunt arbitrio seueri & prudentis Iudicis.

27 ¶ Poena amputationis † manus vbi de iure cõmuni vel statuti imponenda venit, de qua manu erit intelligenda,de dextera,vel de siniſtra,si statutũ,vel lex nõ dicat,quæ manus amputãda sit?Dic,quòd de siniſtra,si delinquẽs erat dexter: & ecõtra,si delinquẽs sit siniſter,intelligẽda est de dextera. Licèt enim Odofred.*in Authen.sed nouo iure,C. de seruis fu-* dixerit,sibi videri esse amputandam reo manum illam,cum qua deliquit, arg.tex.*in l.si fugitiui,C. eo.* glossa tamen *in d. authen.sed nouo iure,in verbo,vna,* contrariũ dixit, quòd scil. sit regulariter abscindenda manus debilior, & hoc, quia in pœnis semper est facienda benignior interpretatio, *l.si præses,in fi.ff.de pœn.*& gl.opinionem sequuti sunt Bart.Bald.& Cæpol.ibi,& communiter* Doctores,teste Alberico *in 3.* * *parte statutorum,q.60.*prout illum refert Iul.Clar.*in pract.§. fin.q.69.vers.pone quòd aliquis,*sequitur Flã. Cartar.post hæc scripta visus *in suo tract.de exequ.sentent.capto bannito,c.fin. n.282.& seq.*à qua tamen communi licèt,vt scis, non sit recedendum in iudicando & consulendo;ego tamen de illius veritate multùm dubito inspecta ratione,propter quam talis pœna abscissionis manus regulariter imponitur;quæ (ni fallor) nõ alia videtur,nisi vt illud idem membrũ amputetur,cuius medio quis delictum cõmisit. Et propterea nunquam in Vrbe vidi,nec audiui fuisse aliam manum in similibus casibus abscissam,nisi dexteram,bene verum est quòd ita fuit expressum in sentẽtia Reuerendiss.Domini Gubernatoris Vrbis, qui in imponendis pœnis latissimum habet arbitrium : ideo cogita,& ne erres,consulas Principem.

¶ Poena rursus † hæc amputationis manus,si,vt suprà, 28
venit imponenda à lege vel statuto : quid si reus nisi vnam manũ habet ? & quid si duas habet manus,quarũ tamẽ vna sit arida & inutilis? Circa primũ tres reperio opiniones.Vna est, quòd illa vnica manus debet amputari, quã opinionem tenuit post Guliel.de Cun.Bald. *in dict.auth.sed nouo iure,n.12.C. de seru.fugit.*& eam sequutũ fuit in iudicando Consiliũ Neapol.vt refert Gram.*in decis.94. & super cõsti. Regni, fol.116.col.2.* vbi dicit ita fuisse exequutũ,quẽ refert Mantua *in l.trãsigere,n.123. C.de trãsact.* Altera est opinio,quòd vnica ista manus nõ sit abscindenda:sed quòd pœna debeat in aliam cõmutari, ne deformetur corpus humanũ.Et quia multò grauior est pœna perdere manũ ei, qui vnam solùm habet,quàm ei qui habet duas,& ita censerũt Iacob.Butrig. Ang.& Castr.*in dict.authen.sed nouo iure,*Anan.*in c.1.n.2.de caluu.* vbi quòd ita dicunt Doctor. * & in hanc sententiam * inclinare etiam videtur Iul.Clar.*in pract. §.fi. q.69.vers.sed quid si reus,* vbi illam dicit æquiorem & mitiorẽ, ea potissimùm ratione motus;quia quando delinquens nõ est capax pœnæ à iure impositæ,tunc Iudex potest illam in aliã commutare, vt per eundem Clarũ *in q.85. ver.non omitto etiam.* Tertia est opinio Cæpolæ *in d.auth.sed nouo iure,n.38.*sic distinguentis,quòd prima opinio procedat, quãdo delinquẽs culpa & facto suo amisit aliam manũ, putà quia ei propter aliud delictum fuisset amputata, secunda autem procedat, quando casu illam aliam amisisset manum. In hac autem opinionum varietate tutius est consulere Principẽ,si potes, vt dicit Flã.Cartar. *in tract.de exequut.sent.capto bannito,c.fi. n.287.in fi.*quẽ post hæc scripta præ manibus habui:sin minùs attende secũdam opinionem, quia mitior & æquior,vt dixi. ¶Circa secũdum,de eo scilicet,qui duas habet manus, sed vna est arida & inutilis, remitto te ad Cæpolam *in dict. authen.sed nouo iure,n.35.36.& n.40.* vbi etiam docet,quid iuris si reus nullam habet manũ,& Clar.*in d.q.69. ver.pone quòd aliquis:*est enim casus, qui rarò & ferè nunquã accidit.

¶ Poenæ fustigationis, † vel mitræ, vel berlinæ, hodie 29
apud nos multũ frequentes sunt:& licèt capitales non sint, secundùm Bart.*in l.transigere,C.de transact.* & Maran. *in suo Spec.fol.28.n.5.*vbi testatur de communi*,prout eos refert * Clar.*in pract. q.70.vers. est etiam pœna,in fin.*negari tamen non potest,quin corporales sint,vt per Card. Zabarel. *cons. 94.hæc est quædam inquisitio.* Diaz *in pract.cri.canon.c.135.n.* 4.Clar.*dict.q.70.ver.mitra quoque imposita,* Menoc.*de arbit. quæst.l.1.quæst.80.n.41.* & non solùm corporales sunt, sed etiam propter grauem,quam inferunt infamiam,cùm non nisi pro turpibus & infamatoriis delictis irrogari soleant, arg.tex.*in l.ictus fustium,ff.de his,qui notat.infamia,* & grãdes & graues reputantur,secund.ibi allegata per eund.Menoc. *n.40.& 41.*vbi propterea infert,quòd tales pœnæ æquiparantur morti,& in causis,vbi de illis agitur,procurator non admittitur,iuxta tex. *in l. penultim. §. an crimen.ff.de publico iudicio.*quod est manifestum signum, eas esse grauiores relegatione. Et licèt Menochius loquatur solum in pœna

mitræ,

mitræ,idē tamen est in pœna berlinæ,vel,vt aliqui dicunt, catenæ infamis,& fustigationis, prout de fustigatione post Menochium loquitur Domin.Ioseph.Ludouic.*in sua decis. Lucen.prima,n.24.& seq.1.parte*, imò fustigatio magis afficit corpus, quā pœna mitræ, & forsan etiā magis infamat: hodie huiusmodi pœnæ apud nos imponi solent furib.mariolis,incisoribus bursarum,truffatoribus,testibus falsis, blasphemātibus,& similibus facinorosis,vilibus & infamibus personis : licet tempore sanctissimæ memoriæ Pij Papæ V. quo tempore pœnæ huiusmodi erant in frequētiori vsu,& iustitia multū seuerè ministrabatur, & nobiles & illustres, quos taceo,& fustigati,& in arcem Hostiæ postmodum relegati fuerint, vnde infirmi erepti miserrimè obierint. Casus, quibus de iure communi pœna fustigationis & verberum imponitur, videre poteris apud Gand. *in tit. de pœnis reorum,n.6.* & Gallicium *in Margarita fisci,fol.90.col.2.*

30 ¶ Poena torturæ† etiā hodie apud nos multùm frequens est,quia sæpissimè pro leuibus delictis,vtputà ludo,armorū delatione,& similib.in publico viles personæ trib.ictib.funis torquētur;& aliquando vidi etiam tortos nobiles viros pro delatione armorū in principio temporis, quo desuper emanatūr bānimēta Reuerendiss. Domini Gubernatoris in aliorū exemplū.Et licèt Bald.*in rub.Cod.de pœn.Iud.qui malè iud.* dixerit,nō reperiri iure cautū, quòd tortura imponatur pro finali pœna delicti:tamē Paris de Put. *in trac.de synd.fol. 446. in verbo,tortura,11.c.1.in princ.* duos recensēt casus, in quibus videtur de iure cōmuni imposita esse torturam pro pœna,& Paridē refert Clar. *in pract.q.70.vers.plerūque etiā.*

31 ¶ Poena perpetui carceris † licet de iure ciuili videatur forsan prohibita, quasi quòd ex ea inducatur perpetua seruitus cōtra *l.2.ff.de libero homine exibē.l. Titio centū,§.2.ff.de condit.& demonstrat.* tradūt Bart.& alij allegati per Conrad. *in pract.de contumac.& bannit. n. 25.fol.445. col.1.* nec talis pœna imponenda videatur per Iudicē sæcularē, quādo alia imponi potest,secund.Bald.*in cons.443.in fi.l.3.* vbi quòd ita * communiter*tenent Doctor. & *in l.incredibile,C.de pœn.& in l.reos,col.2.vers.iuxta hoc quæritur,C. de accus.* Ang. *in l.si à milite,§.edictum,ff.de milit.testa.* Alex.*cons.55.n.3.l.7.* Purpur. *in l.imperiū,n.231.ff.de iurisd.om.iud.* Aym.*cōs.223.n.3.* cum aliis,quos refert,& sequitur D.Menoc. *de arb.q.l.1.q.89.n. 1.& seqq.* vbi ampliat hanc conclusionē pluribus modis. Et per Ign.Lop.*in addit.ad Diaz.in trac.tri.canon.c.140.litera A,sub vers.hæc quidem perpetui carceris pœna*, vbi testatur de * cōmuni*& verissima opinione, eāque pariter ampliat vno modo,& quatuor modis, *vt in vers. seqq.* contrariū tamen dici potest seruari de cōsuetudine, prout de Regno Castellæ testatur Gallic.*in Margarita fisci,fol.93.in fi.*& de cōsuetudine Venetiarū, testatur Mantua obseruari.*fol.96.col.6.*& Florētiæ plurimos dānari ad perpetuos carceres, vulgò dictos,*le stinche.* Vnde vt dānati liberētur,nulla ferè est spes & redēptio. Et antiquitus etiā apud Persas, Syracusas,Messenios,& Romanos hāc eandē perpetui carceris pœnā imponi solitā esse,testātur plures relati per D.Meno.*vbi sup.n.1.* & per Ignat. Lopez.*d.c.140.litera A,in princ.*& hodie apud nos sæpissimè videtur,delinquentes ad perpetuos,ac etiam pro tēpore,carceres dānatos fuisse,vtputà arcis Hostiæ,Ciuitatis vetulæ,& alios similes, in quib. etiā ob aëris intemperiē dānati ferè paruo tēporis intertuallo moriuntur.Quāuis Iudices ecclesiastici reū in illos carceres detruderent, in quib. ob aëris defectū morerentur,quòd irregulares essent, tradiderint Bal.Abb.& alij relati per Diaz. *d.c.140. n.2.* & ibi Ignat.Lop.*in addit.lit. C.* vbi etiā de materia.Et propterea, cū perpetuus carcer seruitus sit,& morti æquiparetur, *l.intercidit,ff.de cōdit.& demonstr.l.seruituē, ff.de reg. iur. authen.si captiui,C.de Episcop.& cler.* Marsil.*in tract.de bannit.in verbo,carcerat. n.29.& in pract. §.attingā,n.30.* Iod.*in pract. cri.tit.de carcer.c.16.n.2.* Bos. *in tit.de carcer.n.1.* Rol.*cons.41. n.15.vol.4.* Ignat.Lopez *in d.c.140. eodē vers.hæc equidē perpetui carceris pœna*, immò leuiorē pœnā esse pœnā mortis, quā perpetui carceris dixerit post Card.quē allegat Diaz *in d.c.140.post n.1.* & post Aret. quē pariter allegat Ant.Bu.*in 2.repet.c.at si clerici,n.98.in fi.extra de iudic. inter recētes Canonicos*,idcirco talis pœna dici potest,nō solū corporalis,sed etiā capitalis,& vltimi supplicij,secūd.eund.Bal.*in l.prograā. C.cōmi.vel epist.& in d.l.incredibile,C.de pœn.* Bart. *in l.1.n.9. ff.de publ.ind.* Ruin.*cōs.88.n.1.lib.5.* Fel.*in c.qualiter,& quādo, il 2.n.26.de accus.* Diaz *in d.c.140.in prin.& n.1.* vbi amplius docet,an pœna perpetui carceris, vel detrusionis in Monasteriū de iure canonico,æquiparetur de iure ciuili pœnæ dānationis in metallū,vel mortis naturalis,& de materia. Itē, de iure canonico pœna perpetui carceris est etiam in vsu,vt probatur *in c.nouimus,de sent.excom.& in c.antiqua, de hæret. & in c.quamuis,de pœnis,in 6.& in clem.1.de hæret.* solēt enim Iudic eccles. quādoque pariter & de cōsuetudine facinorosos clericos in gabias, nedū in carceres perpetuò damnare, vt ibi miserrimè viuēdo mortē exoptent, quā quotidie experiuntur : sed quando hoc verum sit,& de materia videas per Fel.*vbi sup.n.24.* Conr.*d.n.25.& 26.* Foller.*in pr.crim.canon.verb.& si confessi,aut conuicti sint,n.113.* Clar.*in pract.q. 70.vers.Pœna autem carceris,& vers.solent etiā Prælati*, Diaz *in pr.crim.can.c.129.* & ibi omninò Ignat.Lop. *in addit.ad c.140.* vbi latissimè D.Menoc.*d.q.89.n.10.& 11.*

¶ Poena indignationis † Principis incurritur per eos, 32
qui Principis mandatis,& præceptis minimè parēt, secund. Bal.*in auth.statuimus,n.2.C.de Episc.& cler.*& sepissimè etiā, quando talia feruntur mandata, in eis comminatur pœna dictæ indignationis,vt in Bullis apostolicis,in quibus apponi solet illa clausula,*Sciant scilicet contēptores & inobedientes, se incursuros indignationem Petri & Pauli Apostolor.* ¶ Quæro igitur, quæ sit pœna ista indignationis Principis inobedientibus illius præceptis imponenda? Hāc quæstionem explicat D.Menoch.*in suo tract.de arb.q.lib.2.casu 365.cent.4.* vbi concludit,quòd licèt Bart. *in extrauag. ad reprimendam, in verb.indignationem,* affirmet, huius indignationis effectū solùm esse, quòd Princeps ita indignatus minùs gratiosum sese deinde exhibeat,& Bart.secutus sit Ruin. *cons.30. n.9. lib.5.* veritas tamen est, quòd talis pœna est arbitraria,secund.Bal.*in l.legis virtus,n.1.ff.de legib.& in cons.367. Venerabilis,&c.vers.aut non est apposita,& cōs.376.incip.casus talis est, Domini* della Schalla,*col.1.lib.3.& in d.auth.statuimus, eod.n.2.* Felin.*in d.c.2.col.2.vers.non omnis transgressio, de maior.& obed.* Aymo *cōs.233.n.3.* Fulgos.*cōs.191.Titius iussus,col. 2.* Marsil.*sing.559.sæpe,&c.* Alciat.*in c.quòd sedem, n.16. de offic.ordin.* late Rebuf.*in pract.ben.in tit. Declaratio nouæ prouis.ad fi.* Restau.vnus ex meis præceptorib.*in tract.de Imperat.q.110.in 138.casu Principi reseruato.* Barth.Belenc.*in tr. de charitat.subsid.q.44.* Barba.*cons.11.col.5. lib.1.* & ideò in leuibus pœnam quoque leuem,& pecuniariam esse indicendam, in grauibus verò grauem pœnam etiam mortis posse imponi,post Lucam de Penna *in l.prima.C. vt dign.ordo seruet.lib.2.* affirmauit Gramm.*dec.40. n.20.* Quod primò probatur per id,quod scriptum est Esdræ *c.7.in fi.* ibi,*Omnis,qui non fecerit legem Regis diligenter,erit iudiciū in eo,siue in mortē,siue in exiliū,siue in cōdemnationem substantiæ eius,vel cerè in carcerē,& lib.1.Reg.c.14.* ibi,*Qui non obedierit Principibus, morte moriatur.* Quod relatum est,*in dict.cap.1. de maior. & obedien.* Item facit *l.prima,in fi.C.de offic.præfec.prætor.* vbi si iubeat Princeps castri Præfecto,vt castrū muniat,quo se ab inimicorum expugnatione tueri possit;& is Præfectus mādato non pareat,capite poterit mulctari, *iuncta l.tertia,§.in bello,ff.de re milit.* vbi cū miles vel Dux militū nō paret mādatis Principis,capite mulctatur,etiam si res bene successerit.Ex quibus pœnam hāc indignationis Principum & inobedientię arbitrariam esse etiam vsque ad mortem inclusiuè,satis constat, vt pulchrè per Domin. Menochium *dicto casu 365.per totum,præsertim n.14.& 15.* vbi quòd nec etiā ex causa licet contemnere præcepta Principis, nisi sint iniqua,*cap.cùm teneamur,de præbend.* Grammat.*voto 32.in fi.*

¶ Poena stellionatus †, vt quæ sit dignoscamus,digno- 33
scendum primò est,quid sit crimen stellionatus,de quo cōgruentiùs dicere debebam suprà,*in anteced. quæstione, n.21.* sed vt ibi omissa hìc subnectam,scias, quòd vbicunque deficit titulus criminis nominati, vel innominati, de quibus pariter dixi *suprà,ead.quæstio.19.n.20.*& tamen aliquid dolo factum sit,tunc illi crimē stellionatus obiicitur, *l.3.§ stellionatum,& §.vbicunque,ff.de cri.stelliona.* Crimen enim stellionatus dicitur delictum continens in se diuersa, & distincta facta,& sic propterea nominatum propter maximā diuersitatem doli,quem homines in factis,& negotiis cōmittūt,& cōmittere possūt,à quodā animali stellione dicto,quod erat

serpens

serpens variis coloribus stellatus & pictus, vt per Odofred. * *in rub. C. de cri. stellion.* & ibi communiter * Doct. teste Ant. Gomez. *variar. resol. tomo 3. de delict. in tit. de crim. stelliona. in principio*, cum aliis per Menochium, *de arbitr. quæst. casu* 38. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. *cent.* 4. & meliùs iudicio meo per Boss. *in tit. de extraord. crim. num.* 1. vbi optimè declarat differentiam inter crimen stellionatus, & crimen extraordinarium, de quo, vt dixi, posui *suprà quæst.* 18. *num.* 21. [& nouissimè per Tiber. Decian. post hæc scripta habitum, *in suis tract. crim. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. *&* 9.]

34 ¶ Poena † igitur stellionatus, quæ arbitraria est, *vt in l.* 2. *& 3. ff. de crim. stellionat.* traditur per Raphael. Comen. *consil.* 42. *viso processu, in fine*, Boss. *in tit. de crim. stellionat. n.* 1. & per Menoch. *de arbitr. quæst. dicto casu* 381. *n.* 4. *l.* 2. *cent.* 4. [& propterea non corporalis, sed pecuniaria reputatur, vt per Bertazzo. post hæc scripta habitum, *in consil.* 11. *nu.* 16. *iuncto n.* 23. *l.* 1.] habet locum in pluribus casibus, de quibus
35 præcipuè per Ant. Gom. & Boss. *in locis nuper citatis* : † generice tamen habet locum in quolibet actu facto, in quo quis dolum commisit in alterius præiudiciũ, quia si dolum committens, cùm dolus de per se sit delictum, vt tradit Roman. *in consil.* 191. *n.* 3. Firma. *in repert. in verbo, dolus, nu.* 68. *&* 92. Aret. *in* §. *præterea, n.* 25. *Instit. de actio.* Cepha. *cons.* 76. *n.* 22. *vol.* 1. Soci. iun. *consil.* 113. *n.* 8. *l.* 3. Paris. *consil.* 52. *n.* 28. *l.* 4. Dec. *consil.* 32. *n.* 70. *l.* 3. est glos. *in l.* 1. §. *si apud seruum, ff. depos.* quam in proposito allegat Menoc. *de præsump. l.* 5. *præsum.* 3. *n.* 2. *iuncto num.* 16.] idcirco vltra actionem ciuilem, quæ datur & cõpetit parti ad interesse, *toto tit. ff. & Cod. de dolo*, tenetur etiam crimine stellionatus, vt pœna arbitrio Iudicis puniatur, *l.* 1. *& 3. ff. de crim. stellionat.* & ibi glos. * Bart. Albert. Angel. & communiter * Doctor. teste Anton. Gom. *d. tit. de crim. stellionat. in fine*, Corn. *consil.* 179. *n.* 6. *l.* 4. [Menoch. *dict. præsump.* 3. *cod. num.* 2. *in fin. versic. & dolum pœna plect.*, Dec. *d. c.* 4. *n.* 8. *&* 9. vbi propterea bene demonstrat idem esse crimen stellionatus, & crimen doli.] Boss. *d. tit. de crim. stellionat. in fin.* vbi declarat, dummodo dolus sit in committendo; secus si in omittendo, & vide etiam *in n. seq.* vbi ponitur alia declaratio.

36 ¶ Poena hæc stellionatus † est subsidiaria quia vbicunque dolus commissus in aliquo contractu potest purgari actione de dolo ciuili descendente ex eo contractu: tunc cessat accusatio criminalis de dolo, *l. eleganter, in principio, ff. de dolo*, & per consequens cessat etiam accusatio criminalis stellionatus, Bal. *cons.* 14. *incip. filius famil. us liber. uit, in fine, & consi.* 15. *vol.* 1. Aym. *consil.* 6. *n.* 105. *& consil.* 180. *col.* 3. *versic. Postremo, &c.* post Castren. *in consil.* 411. *col.* 2. *vol.* 1. Rolandus à Vall. *consil.* 75. *num.* 31. *& sequent. vol.* 1. Osasc. *decis. Pedemon.* 137. *n.* 5. Dyn. *consil.* 38. *incip. quod contra. col.* 2. *versiculo, item & crimen*, Menoch. *dicto casu* 381. *n.* 5. *& consil.* 98. *n.* 83. *&* 84. *vol.* 1. & iterum *de arb.* 99. *col.* 2. *casu* 398. *n.* 19. [Vulpel. *cons.* 129. *n.* 9. Criminal. iun. *consi.* 168. *n.* 52. *& seq. lib.* 3.] Quibus non obstent, quæ dixi *in antecedente conclusione, numero* 35. quod scilicet pœna hæc arbitraria stellionatus competat etiam vltra actionem, quæ ciuiliter datur de dolo ad interesse; quia illud procedit in dolo commisso in alio actu, vel negotio quã in contractu, de quo nos loquimur; quia si dolus in contractu committatur, tunc non datur ex eo contractu actio aliqua criminalis, quando dolus potest alia actione ciuili ex eodem contractu resultante purgari, per præallegata; secus si in alio actu, *vt in dicto numero* 35. & tamen hanc conclusionem iterum declares, *vt in seq. num.*

37 ¶ Poena criminis † stellionatus licèt, vt dixi, non detur ex contractu, quando ex eo dolus potest ciuiliter purgari, id tamen sanè intelligendum est, secundùm Osas. *in præalleg. decisione* 137. *num.* 17. vt non procedat, quando ex dolo commisso in eo contractu oritur particulare, & proprium delictum; vtputà furtum, vsura, & similia: quia tunc etiam, quòd ille dolus possit ciuiliter purgari ex eo contractu, non per hoc tamen prohibetur, quin criminaliter etiam agi possit; vt ibi per eum, qui ita dicit esse de mente Bald *in dicto consi.* 15. & facit quod adnotauit Aret. *in dicto cap. de his, n.* 10. *de accus.* per tex. *in l. prima*, §. 1. *ff. de crim. stellion.* dum dicit, quòd vbicumque datur actio ciuilis ad purgandum dolum, ibi competit iudicium criminale (Butr. tamen videtur contra tradit. *in præced. num.*) & quando materia contractus est ordinata potiùs ad crimen committendum, quàm ad nulliter contrahendum: tunc semper ex eo contractu criminaliter agi potest, vt per eund. Bald. *d. consi.* 15. *in fi. ver. secũd. ea quæ proponuntur, &c.* secus si principaliter materia contractus sit ordinata ad nulliter contrahendum, quia tunc procedit conclusio suprà firmata *in anteced. n.* 36. Ad quæ etiam vide bene loquentem, & declarantem Menoch. *d. casu* 398. *num.* 20. *& seqq.*

¶ Poenæ etiam plures † de iure canonico introductæ 38
repetiuntur, de quibus latissimè per Foller. *in pract. crim. c. 1. non verbo, & si confessi, aut conuicti sint, condemnentur, n.* 15. *& seqq. omnibus, fol.* 269. *& seqq.* inter quas præcipua est pœna excommunicationis, quæ est maior pœna, quã Ecclesia imponere possit, vt communiter * dici solet, teste Perof. *in c. si* * *quis Presbyteror. post n.* 7. *de rib. Eccle. non alienan.* & facit hominem mortuum, vt dixi *suprà, n.* 12. Et hæc quidẽ duplex est, scil. maior & minor. Maior excludit à perceptione sacramentorum, & à communione fideliũ: minor autem excludit tantummodo à perceptione sacramentorum, nõ autem à communione fidelium, secund. Io. de Anan. *in rubr. de cler. excommunica. n.* 4. vbi testatur, quòd hanc distinctionem sequuntur omnes * tam glossæ, quàm Doctor. prout illum * refert Clar. *in pract. q.* 77. *in princip.* vide tamen in proposito Follet. *in pract. crim. canon. verbo, & si confessi, aut conuicti sint, condẽnentur, n.* 141. *&* 142. *fol.* 260. vbi quòd maior excommunicatio aliquando etiam sumitur pro exclusione à communione fidelium, & non sacramentorum; aliquando excludit perpetuò, hoc est, donec absoluatur excõmunicatus; & aliquando etiam temporaliter, *vt in c. in synodo*, 5. *q.* 4. *& in c. præsenti*, 5. *q.* 2. & licèt per varietatem causæ materialis varietur effectus, tamen semper est idem, scilicet separatio à communione & sacramentis actiuè & passiuè.

¶ Poena eadem † excommunicationis duplici modo & 39
forma infligitur: vno modo simpliciter seruata forma *c. 1. de sent. excommunicat. in sexto.* alio modo seruata forma, & solemnitate, *capitul. debet*, 11. *q.* 3. vt scil. debeant duodecim Sacerdotes circunstare Episcopo, qui lucernas ardentes in manibus teneant, & in conclusione excommunicationis illas in terram proiiciant, & pedibus conculcent, & postea epistolam excommunicatorum nomina continentem per parochiam destinent, & hæc propriè vocatur anathema & mucro Episcopalis, vt per Foll. *in pract. cri. canon. dicto verbo, & si confessi, aut conuicti sint, condemnentur, n.* 142. *fol.* 290.

¶ Poena itidem † excommunicationis aliquando fer- 40
tur ab homine, & aliquãdo à canone. A canone fertur sententia excommunicationis, *vt in capitulo si quis suadente*, 17. *q.* 4. & in aliis casibus, quos enumerat glo. *in cap. eos, de sentent. excommunicat. in 6. & in clem. Pastoralis, eodem titul.* Hostien. *in summa*, §. *quarto, in principio*, vbi enumerat triginta tres casus, in quibus canones imponunt pœnam excommunicationis; & ex iis aliqui sunt, in quibus canones imponunt pœnam excommunicationis sine hominis ministerio, in quam quis ipso iure incidit: aliqui verò requirũt hominis ministerium, vt in canonibus qui excommunicationem non proferunt, sed proferri mandant; & vocantur non latæ, sed ferendæ sententiæ, de quibus ibidem per Hostien. Ab homine fertur sententia, aliquando propter contumaciam, *vt in c. nemo Episcoporum* 11. *q.* 3. *& in capitulo de illicita*, 24. *q.* 3. *& c. nemo secunda, q.* 1. *& capitulo illud*, 42. *distinctio.* tradunt Hugo. *in dicto cap. nemo, in* 2. *q.* 1. Innocen. *in c. ex parte, il primo, de verbo. significat.* Archidiac. *in c. pia, de except. in sexto*, & aliquando etiam fertur propter crimen, *vt in capitulo alia*, 16. *q.* 1. *& in c. prædicatio* 22. *q.* 1. *& in capitulo accusatores*, 47. *distinct. & in capitulo* 1. *de sentent. excommunicat. in sexto*, & tradit Ioan. de Imola *in capitulo cerium*, 11. *q.* 3. Sed quomodo feratur ab homine sententia excommunicationis propter contumaciam, & quomodo ob crimen; & an, & quo casu requiratur monitio, quando excommunicatio fertur propter crimen, adeas Foller. qui optimè declarat materiam *in pract. crim. canon. dicto verbo, & si confessi aut conuicti sint, condemnentur, num.* 140. *& seqq. vsque ad num.* 147 *pag.* 289. *& seq.*

¶ Poena rursus † excommunicationis secundùm gl. *in c. Pastoralis, de re iudic.* æquiparatur relegatis, & hanc glo. sequuti

quuti sunt Card. & Ioã. Andr. & Feli. relati per Foll. *in pract. cri. canon. dicto verbo, & si confessi, aut connicti condẽnentur, n.* 58 *fol.* 278. aliqui verò relati per Ias. *in l.* 1. *§. sublata, n.* 9. *&* 13. *ff. ad Treb. & in l. vt verbor. n.* 7. *C. qui admitti ad bonor. poss.* sequuti gl. *in §. minor, in verbo, interdictum, Inst. de ca. diminu.* dixerunt, excommunicatos æquiparari deportatis. Aleiatus *in c. qui sedem, col. fi. de offi. ord.* distinguit, vt quoad animam, quæ occiditur, procedat secunda opinio: quo verò ad potestatem inferentis, procedat prima opinio. Melius tamen est dicere secund. Conrad. *in pr. tit. de contum. & banni. n.* 3. *pag.* 446. vbi ista omnia recenset, quòd licèt excõmunicatus in aliquibus assimiletur deportato, & in aliquibus relegato, non tamen potest dici æquiparari potiùs vni quàm alteri, idque propter multas differentias, quæ concurrunt inter excommunicatos, deportatos & relegatos, de quibus ibi per eum, & faciunt in simili suprà tradita, *num.* 16.

¶ Poena priuationis † officij, dignitatis, vel beneficij
42 [quã secũ etiã infamiã portare probat tex. *in l. qui cũ vno, §. exauthoratus, ff. de re milit. l. Iudices, C. de dignit. l.* 13. *l. moris, ff. de pœn.* Alex. *in l. si quis ex argentar. n.* 6. *ff. de eden.* Clar. *in pract. §. fin. q.* 73. *n.* 3] multũ etiã frequenter imponi consueuit, non solùm per Iudices ecclesiasticos, sed etiã seculares.

¶ Quando enim & quib. casibus talis pœna de iure communi infligatur, videre potes apud Galic. *in Margarita fisci, fol.* 110. *& seq.* vbi enumerat 150. casus in quib. est imposita pœna priuationis militiæ, sacerdotij, cinguli, officij, vel dignitatis, & particulariter, ex quib. causis clericus beneficiis priuetur, de quibus dicam Deo dante latiùs *infrà, l.* 4. quod credo erit sub *tit. de variis & extraord. criminib. in q. de cleric.*
43 *delinquente.* & facias generalem conclusionem, † quòd deliquẽs in officio, dignitate, seu munere, in quo quis existit, priuatur illo officio, munere, vel dignitate, in quibus deliquit, tex. est *in l. si aliquid,* & præcipuè Io. de Platea, & com-
* muniter *notant omnes, C. de suscep. l.* 10. facit tex. *in l. Iudices, C. de dignit. l.* 12. *& in l. si quis, C. de offic. præfec. prætor.* Bald. *in l. reum, C. de procurat.* Dec. *in c. vt nostrum, n.* 4. *de appellat.* vbi de Notario, Milite, Equite, & Doctore, in eorum officio delinquentibus, Capic. *decis.* 121. *num.* 17. Franc. Marc. *decis. Delphin.* 390. *n.* 2. *& cecis.* 654. Capella Tholos. *dec.* 370. & ibi Aufr. *in addit. nouissimè C.* Robert. Lancellot. *in suo tract. de attentat. c. quarto, declarat. quarta, n.* 27. *& seqq.* & non solùm delinquens in officio priuatur officio, sed etiam salario officij: & eius bona illi officio confiscantur, *l. ordinariorum,* & ibi latè Io. de Platea, *C. de cohortal. l.* 12. *& in l. Iudices. n.* 1. *& n.* 5. *in fin, C. de annon. & tribut. l.* 10. *& in l. finali, incip. purpuræ, C. de vestib. holofer. l.* 11. *& in l. Iudices, C. de dignit. l.* 12. Franc. Marc. *decis.* 646. *nu.* 1. *versic. & isto casu,* 1. *parte.* Et in
44 proposito scias, † quòd delinquere in officio quis dicitur, vbicunque quis fauore, vel colore, authoritate, prætextu, vel contemplatione officij delinquit. Sic enim colligitur ex trad. per Parid. de Put. *in tract. de syndic. tit. Iudices ad syndicatum qui sint, c.* 1. *n.* 8. *vers. & dixit, pag. mihi* 129. *& in verbo officialis offensa, n.* 9. *versiculo, nisi adulterasset, fo.* 350. Guliel. de Cuneo *in l. nulli, C. quorum appellat. nõ recip.* Bald. *in l. secunda, in fine,* & ibidẽ Salicet. *C. vbi de ratiocin.* & fuit decisum in vna Romana Notariatus coram Reuerendissimo Domino Cantuccio, die xiiii. Decembris 1583. pro Simone Garzia contra Octauium de Totis.

45 ¶ Poena hæc † priuationis officij, quam quis propter delictum in officio commissum incurrit, an ipso iure, an verò medio sententiæ succedat, fuit aliàs in eadẽ Romana Notariatus, coram eodem Reuerendiss. Domino Cantuccio, die 27. Ianuarij 1584. decisum, & pro ea parte, quòd non ipso iure succederet, adducebatur; quia in iuribus suprà allegatis, videlicet *in l. Iudices, C. de dignitat. l.* 12. *& in l. si quis, C. de offi. præfect. prator. & in l. si aliquid, C. de suscept. & arcar. l.* 10. quibus probatur, quòd delinquens in officio priuetur
46 officio, sed non dicunt ipso iure. Ideo subintrat regula, † quòd pœna priuationis ipso iure nunquã incurritur, nisi sit expressa, de qua per gl. *in c. fin. de iure patron.* Innocen. *in c. bonæ, ii secondo, col. fin. de electio.* Abb. *in c. fin. n.* 6. *de cleric. non reside.* Dec. post alios, *c.* 2. *num.* 3. *versic. & pro hoc facit, de rescript.* Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, num.* 244. *C. de reuocan. donat.* Bero. *consi.* 115. *num.* 45. *lib.* 1. & in dubio verba legum important potiùs canonem ferendæ sententiæ, quàm latæ, Franc. *in c. cupientes, §. si verò, in verbo, priuentur, de elect. in sexto,* Alex. *cons.* 103. *sub n.* 22. *vers. item posito, lib.* 1. Dec. *consil.* 166. *sub n.* 2. *vers. & sic præsupponuntur,* Tiraquel. *vbi sup. n.* 246. & propterea Capic. *in allegata decis.* 121. *sub n.* 23. *vers. in casu nostro,* dixit se non reperire legem in iure dicendo, quòd Officialis delinquens in officio priuetur ipso iure: sed quòd imò

¶ Poena hæc † priuationis officij propter delictum in 47
officio commissum, ipso iure succedat, constat ex sequentibus, & ponderantur in eadem causa quatuor modis verba *d. l. si aliquid, C. de suscept. lib.* 10. Primò, quia ibi agitur de pœna iurisdictionis prohibitiua respectu Officialis, quæ semper dicitur in dubio ipso iure inducta, Tiraquel. *in d. l. si vnquam, in verbo, reuertatur, n.* 20. *C. de reuocan. dona.* Secundò, quia verba dictæ legis sunt directa in partem, & non in Iudicẽ, ergo ipso iure inducitur priuatio, Tiraq. *ibid. n.* 61. Tertiò, quia eadẽ lex vtitur dictione, *Rursus,* quæ cùm videatur similis dictioni, *vlteriùs,* importat idẽ quod ipso iure. Tiraq. *ibid. n.* 129. Quartò, illa verba in textu posita, scilicet, *officium gerat,* &c. præcedente vniuersali negatiua, *nemo eorum,* &c. habent de sui natura annexam priuationem, ideo ipso iure, & non medio sententiæ priuat, Tiraquel. *ibid. num.* 179. & secundùm hanc partem Rota *in dicta causa* tenuit, quòd Officialis delinquens in officio priuetur officio absque alia sententia priuationis, statim quòd est condemnatus de delicto; & sic declaratus, quòd deliquerit: † quia etiam in pœnis 48
ipso iure impositis requiritur declaratoria delicti, vt notant
omnes * *in capit. cum secundùm, de hæret. in ca. fœlicis, de pœn. in* *
6. *& in c. Rodulphus,* vbi latè Fel. *de rescrip.*

¶ Poena degradationis vel depositionis, † quæ de iure 49
canonico frequẽtissima est, vt quæ sit pariter dignoscas: scias vt post alios tradit Clar. *in pract. qu.* 74. *in princ.* & vltra Clarum, Conrad. Lancell. *in suo templo omni. Iud. li.* 2. *capitulo* 5. §. 2. *n.* 1. quòd degradatio duplex est: vna scilicet verbalis, altera verò actualis. Degradationis nomen in genere sumptum comprehendit & actualem & verbalem degradationem. *ca. degradatio, de pœn. in* 6. ibi; *degradatio, seu depositio,* & ibi hoc notat Philipp. Franc. post Dominicũ, in specie autem propriè de actuali degradatione intelligitur. Verbalis degradatio est idem, quod depositio; & econtrà, *c. sacerdotes,* 81. *dist. dict. capit. degradatio, de pœ. in* 6. notat Foller. *in pract. cri. canõ. verbo, & si confessi, aut cõuicti sint, condemnẽtur, n.* 26. *fol.* 277. Depositio autẽ, & sic verbalis degradatio, nihil aliud est, quàm perpetua remotio ab administratione altaris, secundùm Abb. Dec. & alios *in c. at si clerici, de iudic.* Foller. *vbi sup. n.* 46. Diaz *in pract. cri. canon. verbo, deponi, in princip. c.* 127. Conrad. *vbi sup. n.* 10. vbi propterea quòd simpliciter depositus, intelligitur perpetuò depositus: & sic quando Episcopus pronunciat sententiam contra clericũ, per quam priuat illũ ordinibus clericalibus; tunc propriè dicitur deponere, vel verbaliter degradare, vt per Clar. *in loco citato.* Vnde depositio est quid plus quàm priuatio beneficij, de qua dixi *sup. n.* 42. *& seq.* vt per Abb. *in dict. c. at si clerici, n.* 31. Degradatio autem actualis est, quando clericus per sententiã non solùm deponitur, & sic priuatur ordinibus clericalibus, sed etiã actualiter & personaliter degradatur, exuitur & spoliatur ordinibus ecclesiasticis, prout de forma, & solẽnitatibus huius degradationis, & sententiæ plura ponuntur per Foll. *in loco citato, n.* 15. *& seqq.* & post Follerium, per Clar. *d. q.* 74. *ver. sed quæro quot Episcopi,* & post Clarum, per Conrad. Lancellot. *in loco citato, n.* 1. *& seqq.* vbi etiam plura congerit ad materiã harũ pœnarum: & per Sigis. Scacciam cum allegatis per eum *in tract. de iud. cauf. ciuil. & hæret. l.* 1. *c.* 10. *n.* 71. *& seqq. vsque ad num.* 77. vbi etiam docet, an contra absentem Iudex ecclesiasticus degradationis pœnã infligere possit. Et cũ (vt præfertur) degradationis pœna duplex sit, actualis scil. & verbalis: scias quòd quando in iure, vel in aliqua constitutione reperietur imposita pœna degradationis, erit intelligendũ de leuiori, & sic de verbali degradatione, non autem de actuali, argumento tex. *in c. in pœnis, de reg. iur. in* 6. cum trad. per nos *suprà, n.* 2. *&* 3. & in specie notat Foller. *vbi suprà, n.* 22. *ver. Quid si statutum simpliciter, fol.* 272.

¶ In quibus autem casibus pœna degradationis actualis à

iure

iure canonico imponatur, dixi *suprà, in tit. de inquisitione, q.8.n.71.& seqq.*

¶ Et in quibus casib. imponatur pœna degradationis verbalis, hoc est, depositionis, dicã, si Deo placuerit, *infr. in materia clerici delinquentis*, quod credo erit *sub tit. de variis & extraord. crimin. in 4. lib.* sed vtinã eò vsque labor hic meus perueniat; & pro nunc sufficiat scire, quòd vbicunque de iure ciuili imponitur pœna mortis, tunc de iure canonico in ipsius locum subrogatur pœna depositionis, & hæc fuit doctrina Innocen. quàm aliis relatis concordantibus posuit Diaz *in pract. cri. can. d.c.128. in verbo, deponi, post n.2.* quod & idem voluit Barbat. viden. *in c. cùm non ab homine, n.104. de iud.* vbi reprehendit Anchar. contrariũ dicentẽ. Quamuis quòd immò, si subrogaretur pœna actualis degradationis, valeret, Anchar. *in cõs.158.n.5. ver. in contrariũ facit*, post In. & Io. Auct. quos allegat *in c. qualiter, & quando, de accus.* nec dissentit Dec. *in trac. cri. to.1. l.4.c.9.n.8.* per tex. *in c. nouimus, de verb. sig.* Sed ille tex. (ni fallor) si bene perpendatur, non probat suã opinionẽ: & quòd non sit verũ regulariter quòd de iure canonũ imponitur pœna degradationis, vbi de iure ciuili imponitur pœna mortis naturalis, apparet ex traditis *sup. q.8.n.755. & seqq.* vbi probaui degradationis pœnã non imponi, nisi pro quibusdam delictis specialibus, etiam quòd atrocissima sint, & de iure ciuili pro illis imponatur pœna mortis naturalis, nisi soluendo hanc vltimam opinionem dixeris, eam esse intelligendam de degradatione verbali, non autem de actuali traditione curiæ seculari.

50 ¶ Poena suspensionis † de eodem iure canonico pariter multũ frequẽs est, quæ in duobus, præsertim à pœna depositionis differt. Prima, quia illa est perpetua; hęc autem temporalis, secund. Bal. *in auth. habita, col.7. C. ne fil. pro patre*, & per Spe. *in tit. de accus. § secũdo loco, col.3. ver. item quæritur*, sequitur Foll. *in pract. crim. canon. verb. & si confessi aut conuicti sint, condẽnentur, c.33, n.27. & seqq.* vbi etiã latè disputat, An in dubio suspensio intelligatur perpetua, vel tẽporalis. Secũdò, quia depositio semper est vniformis, sempérque priuat depositum ab administratione altaris & ordinibus clericalibus, suspensio verò non est semper vniformis: nam tot sunt singulares suspensiones, quot sunt actus legitimi, quos longè prosequitur idem Foll. *d.c.33.n.63. & seq.* vbi latè ponit, quid & quotuplex sit suspensio, & quot sint suspensionum species: & *n.67. & seqq.* vbi à quibus officiis suspensus dicatur interdictus, & se abstinere debeat, & ibi in hoc facit decem regulas, & *n.96.* vbi An & quando suspensionis pœna imponi possit non præcedente monitione, *& n.97. & seqq.* vbi de forma sententiæ suspensionis & absolutionis ab ea, *& n.100.* vbi de forma inquisitionis contra eos, qui suspensi, depositi, interdicti, vel excommunicati ecclesiastica sacramenta ministrauerint, de quibus omnibus ac de tota suspensionis materia, remitto te ad ipsum Foll. *d.c.33. à n.62. & seqq. vsque ad num.112.* & ad Contradũ Lancellotum *in Templo omn. iud. l.2.c.5.§.2.n.14. & seqq.* vbi etiam latè de eadem suspensionis materia, & quæ sint crimina, quibus clericus suspendi possit, ponam de eo concedente *infrà in tit. de extraord. crim. in q. de clerico delinquente, lib.4.*

51 ¶ Poena pecuniaria † est cæteris omnibus aliis hodie magis in vsu, tam in foro seculari, quã etiã in ecclesiastico. In foro enim sæculari absolutè Iudices eorũ arbitrio in extraordinariis criminib. vel vbi ex causa recedũt ab ordinaria pœna delicti, solẽt pecuniarias pœnas aliquãdo magnas, & aliquãdo paruas pro delictorũ & delinquentium qualitate imponere: in foro autẽ ecclesiastico, licet etiã Episcopi habeant fiscum, cõfiscenturque bona, & pœnæ pecuniariæ ipsi fisco, & Ecclesiæ applicẽtur, vt latè per Feli. *in c. cæterũ, de offic. ordin.* possintque propterea etiã ecclesiastici Iudices imponere pœnas pecuniarias, præsertim in vsus pios conuertẽdas, vt per Abb. *in c. irrefragabili, §. cæterum, n.1. de offi. ordin. & c. quia plerique, n.4. de immunita. Eccles.* & non solũ clericis, sed etiam laicis, qui propter aliquod crimen, quod sit mixti fori, ecclesiasticæ iurisdictioni se subiiciunt, *vt in c. statuimus, 16. q.1. & in c. quisquis, 17. q.4.* & notat Abb. *in c. licèt, num.8. de pœn.* Hoc tamen non semper verum est, quia aliquando etiam ecclesiasticis Iudicibus interdicta est impositio pœnarum pecuniariarum, ad quod vide declarantem Felin. *in d. cap. cæterùm, de offic. ordinar.* vbi facit quatuor conclusiones, quas reassumit, & declarat Foller. *in pract. cri. canon. cap.33. verbo, & si confessi, aut conuicti sint, condemnentur, n.126. & seqq. pagina mihi 288.*

ARGVMENTVM.

Pœna mortis naturalis iure ciuili infligitur blasphemis, imagines Dei & Sanctorum corrumpentibus, sortilegis, vinearum vastatoribus, & arborum incisoribus, scalas de nocte in alienas domus apponẽtibus, muros ciuitatis transcendentibus, se ipsos castrantibus, transfugis, sepulchrorũ violatoribus, & pacis turbatoribus. Quando hæc vera sint, & in quibus aliis casibus pœna mortis naturalis inferatur.

SVMMARIVM.

Mortis pœna in quibus casibus locum habeat, num.1.
Blasphemantes pœna mortis puniuntur, num.2.
Declara, dummodo blasphemia sit annexa iuramento, aliter secus, dict. num.2. in fin.
Blasphemans Deum, dicitur committere periurium, num.2.
Blasphemia dicitur publicum crimen, & publica iniuria, n.3.
Blasphemi sunt peiores Iudæis, & infidelibus, num.3.
Blasphemia dicitur sacrilegium, num.3.
Blasphemia crimen omnibus aliis criminibus detestabilius est, num.3. & seqq.
Blasphemia æquiparatur hæresi, num.4. & 5.
Blasphemiæ reus dicitur læsæ maiestatis reus, num.5.
Blasphemiæ peccatum grauissimum est, num.6.
Blasphemans quid est, turpissimum crimen committere dicitur, num.7.
Blasphemia specialia, num.8. versi. & propter.
Blasphemiæ peccatum est grauius homicidio, & quocunque alio peccato, num.9.
Blasphemia pœna est mortis, etiam de iure canonico, num.10.
Blasphemia propriè dicitur committi per eos, qui Deo tribuunt id, quod ei non conuenit, aut cùm ei detrahunt quod illi conuenit, aut cùm creaturæ concedunt, quod est proprium Dei, n.11.
Blasphemia est negare potentiam Dei in aliquo sermone, n.12. Vbi declaratur.
Blasphemia est dicere, Dio non può far questo, Dio non lo farà mai, *& similia, num.12. Vbi declaratur.*
Blasphemia est dicere, al dispetto de Dio, *num.13.*
Quid de eo, qui dicit, Deum tædeat, *vel* Deo displiceat, *nu.4.*
Blasphemia an sit, & quomodo puniatur is qui dicit, Me la renderai, se ci appontasse la nostra Donna, *num.15.*
Blasphemia an dicatur committi per eos, qui in Deum, vel eius contemptum iniuriosa & obscœna verba proferunt, num.16. & seq. vbi aliqua ponuntur exempla.
Blasphemia est dicere Deum iniustum, vel improuidum, n.17.
Blasphemia est iurare per membra Dei, num.18.
Blasphemia est iurare per vitam Dei, num.19.
Blasphemia est iurare per membra Christi, eius Virginis Matris, & Sanctorum, num.20. & 21. vt ibidem declaratur.
Blasphemia est iurare per pudibunda Christi, & Sanctorum, num.21.
Maledicere, & blasphemare, quid inter se differant, numero 22.
Blasphemia est omnis maledictio in Deum, siue in præsens, siue in præteritum, siue in futurum, num.22.
Blasphemia est dicere, Maledictus sit Deus, num.23.
Blasphemia non est maledictio in homines prolata, num.24.
Blasphemia committitur non solùm in Deum, sed etiam in beatissimam Virginem, ac etiam in Sanctos, num.25. & 27. Vbi declarat.
Blasphemia est infamare Euangelium, num.26.
Blasphemans Sanctos non punitur pœna mortis, sed extraordinaria, num.27.
Blasphemans, an, & quando sit hæreticus, vel de hæresi suspectus, & quando vt hæreticus puniatur, num.28. & seqq. & num.33. & seqq. vsque ad numerum 40.

Blasphemia

Blasphemia alia est hæreticalis, & alia non hæreticalis, nu. 29. Vbi ponuntur exempla.

Blasphemia hæreticalis est negare Christum factis, & verbis, numero 30.

Blasphemia hæreticalis est dicere, Deus non est Deus, numero 31.

Blasphemia hæreticalis aliquando profertur cum fide & aliquãdo sine fide, num. 32. & n. 35. & seqq. Vbi quomodo probetur quem blasphemasse cum fide, vel sine fide.

Præsumptiones & cõiecturæ sufficiũt ad probandum ea quæ sunt difficilis probationis, & in occulto cordis permanent, n. 36.

Blasphemia in Spiritum sanctum quæ sit, num. 39. in fine.

Iudæus punitur pro blasphemia, num. 40.

Iudæus pro blasphemia potest puniri a seculari, & ab ecclesiastico Iudice, num. 41.

Blasphemiæ pœna locum habet, etiam quòd blasphemans peccata sua confessus fuerit, & condignam fecerit pœnitentiam, num. 42.

Blasphemare solitus punitur pœna mortis, non solitus autem mitiori pœna, nu. 42.

Consuetus delinquere acriùs punitur, num. 42.

Consuetudo delinquendi inducitur per binum actum, nu. 43.

Blasphemare solitus non dicitur, nisi blasphemauerit vltra duas vices, num. 43.

Pœna mortis in crimine blasphemiæ hodie recessit ab aula, sed eius loco aliæ successerunt, de quibus nu. 44.

Blasphemans non excusatur à pœna ex eo quòd in aliquo loco adsit consuetudo blasphemandi, nu. 45. & seqq.

Consuetudo loci regulariter excusat delinquentem à pœnis temporalibus, num. 45.

Consuetudo loci non excusat in iis, quæ de sui natura mala & detestabilia sunt, & præsertim contra ius diuinum, nu. 46.

Vsus communis loquendi an excuset in hoc crimine blasphemiæ, nu. 46. in fine, vbi remissiuè.

Blasphemans calorè iracundiæ mitiùs punitur, nu. 47.

Blasphemans calore iracundiæ mitiùs punitur, quando ita processit ex causa iusta, & graui, secus si ex iniusta & leui, num. 48.

Blasphemans in ludo non excusatur à calore iracundiæ, nu. 49.

Blasphemans propter ebrietatem & lasciuiam mitiùs punitur, num. 50. & seqq.

Ebrietas excusat delinquentem, nu. 51.

Rusticus non excusatur à pœna blasphemiæ, num. 52. & sequentibus.

Rusticus excusatur regulariter à pœna ordinaria, nu. 53.

Rusticitas non excusat, nisi in casibus à iure expressis, n. 54. Item non excusat in prohibitis de iure naturali, gentium, vel ciuili notorio, nu. 55.

Clericus pro blasphemia quomodo puniendus, nu. 63.

Blasphemiæ materia tractatur per Doctores allegatos, n. 67. in fine.

Rusticitas non excusat in iis quæ sunt contra speciem honestatis, num. 56.

Lubricitas linguæ, quando blasphemantem excuset, nu. 57. in fine principij.

Blasphemans non punitur, vel leuissimè punitur, si incontinenti se retractat, secus si ex intervallo, n. 57. & seqq.

Iniuriarũ actione non tenetur is, qui iniuriam illatam reuocat, numero 59.

Mitiùs agitur cum Deo & cum lege, quàm cum homine, nu. 60. & 61.

Blasphemiæ pœna de iure canonico quæ sit, nu. 62. vbi etiam de pœna blasphemiæ.

Blasphemiæ pœna quæ sit vigore Concilij Lateranensis, numero 63.

Blasphemiæ pœna mortis de consuetudine recessit ab aula, & eius loco successit pœna arbitraria, quæ aliquando etiam isto casu extenditur vsque ad mortem, nu. 64. & seqq.

Imaginem Dei, Virginis, & Sanctorum deturpas, percutiens & frangens punitur pœna mortis, nu. 68. & seqq. declara, vt in numero 71.

Crucis signum in terra, vel marmore, quod pedibus calcari possit, sculpens vel pingens, mortis pœna punitur, nu. 69.

Imaginem Principis vel eius statuam fœdans & dehonestans grauiter punitur, nu. 70.

Sortilegium quid sit, n. 73.

Sortilegiorum plures species, n. 74. & seqq.

Sortilegium diuinatiuum quando dicatur, n. 74.

Sortilegium amatorium quando dicatur, n. 74.

Sortilegia venefica, seu malefica quando dicantur, n. 75.

Sortilegia quibus compositionibus, & in quibus locis, & temporibus conficiantur, n. 76.

Sortilegiorum professio duplex est, alia tacita, & alia expressa, & de exemplis vtriusque professionis, n. 77.

Sortilegi expressæ professionis sunt magis dilecti à Damone, quam sortilegi tacitæ professionis, n. 78.

Sortilegia alia sunt hæretioalia, & alia non hæreticalia, numero 79.

Sortilegia hæreticalia sunt ea, quibus imploratur auxilium Dæmonis, ad cognoscendum, vel faciendum ea, quæ de sui natura scire, aut facere ipse Damon non potest, num. 79. vbi ponuntur exempla.

Sortilegia non hæreticalia sunt illa, in quibus inuocatur Dæmon ad faciendum, seu cognoscendum ea, quæ ipse facere, aut cognoscere potest, n. 80. Vbi huius aliqua ponuntur exempla.

Sortilegia omnia facta à sortilegis expressæ professionis dicuntur hæreticalia, n. 81.

Sortilegia omnia dicuntur hæreticalia, in quibus interuenit aliquis hæreticus, vel rebaptizatur aliquis puer, n. 82.

Sortilegia omnia sunt hæreticalia, in quibus miscetur Hostia sacrata, n. 83. Secùs si Hostia non est sacrata, n. 84.

Sortilegia non dicuntur hæreticalia, etiam quòd in illis misceatur oleum sanctum, Reliquiæ Sanctorum, atque candelæ benedictæ, & similes res sacratæ, n. 85.

Sortilegia an dicantur hæreticalia, in quibus sub nomine Belzahu (seu Beelzebub) conficiuntur imagines cereæ, & postmodum comburuntur, vel perforantur, n. 86.

Sortilegi conficientes sortilegia hæreticalia, vt hæretici puniendi sunt, quia pro hæreticis habentur, n. 87.

Sortilegi omnes de iure ciuili cuiuscunque generis sint, puniuntur pœna mortis, & confiscationis bonorum, n. 88.

Sortilegium mandans, vel consulens, an puniatur pœna mortis, num. 89.

Sortilegij pœna de consuetudine est arbitraria, n. 89.

Sortilegi, qui superstitione Numinis alios terrent, vt putà ij, qui mittunt præcepta vallis Iosaphat, & generaliter omnes sortilegi superstitiosi, puniuntur pœna arbitraria, n. 89.

Sortilegi pœna quæ sit de iure canonico in foro pœnitentiali, numero 89.

Sortilegus clericus de iure canonico, quomodo puniatur, si bono zelo, & sine dolo conficiat sortilegium, n. 91. Et quid si dolo malo, & non bono zelo, n. 92.

Sortilegi pœna in foro contentioso de iure canonico est arbitraria, & de materia, n. 93. & 94.

Sortilegi, qui sortilegia exercent ad bonum finem, putà ad sanandum ægrotos, maleficiatos, & similes, de iure ciuili non puniuntur: secùs de iure canonico, n. 95.

Sortilegia puniuntur, etiam quòd in iis immisceantur sancta & deuotæ orationes, n. 96.

Sortilegia puniuntur, in quibus adiunguntur characteres, & nomina ignota, n. 97. & 98. Vbi idem de schedulis, breuibus, & ligaturis, num. 99. vbi præsertim si scripta fuerunt in charta virginea.

Sortilegia superstitiosa puniuntur, licèt sine dolo, & ex sola simplicitate, vel ignorantia commissa fuerint, sed mitiùs, num. 100. & 101.

Sortilegi indistinctè puniuntur pœna mortis, quando est sequuta mors alicuius maleficiati, n. 102.

Sortilegi puniuntur pœna mortis, si per sortilegium fuerit impedita vis naturalis concipiendi, vel generandi, num. 103.

Poculum amatorium præbentis pœna, remissiuè num. 104.

Sortilegus non debet dari curiæ seculari per Iudicem ecclesiasticum, si abiurata hæresi puro corde ad gremium Ecclesiæ redire voluerit, n. 105.

Sortilegi sacerdotes, qui causa doloris spoliant aras, luminaria extinguunt, sumpta lugubri veste Missas defunctorum superstitiosè celebrant, vel quid simile faciunt, quomodo puniantur, num. 106. & 107.

Sortilegi sacerdotes, qui in sortilegiis abutuntur vasibus, & vestibus sacris, puniuntur, num. 108.

Sortilegi

*Sortilegi Sacerdotes,qui in celebratione Missarum nefandas & turpes preces Deo porrigunt,puniuntur,n.*109.
Incantatores serpentum,an quando,& quomodo puniantur,num. 110.
Astrologi & chiromantes,an,quando,& qua pœna puniantur,n. 111.*&* 112.
*Arborum vastatores & vinearum incisores puniuntur pœna mortis,& quando hoc verum sit,n.*113.
Sepulchrum violatoris pœna est mortis naturalis regulariter,nu. 114.
*Cadauer vel ossa ex sepulchro extrahens, si humilior sit, vltimo supplicio afficiatur,si verò honestior vel relegatur, vel deportatur,declara,n.*115.
*Cadauera mortuorum armata manu spoliantes, morte naturali puniuntur,sine armis verò,pœna arbitraria,n.*116.
Et quando quis dicatur spoliare cadauera,vel sepulchra, nu. 117.*& seqq.*
Sepulchrorum spoliatores,quando puniantur,& de materia,nu. 116.*& seqq.*
*Sepulchrorum demolitores,quomodo puniantur,n.*120.
*Cadaueri caput abscindens,seu aliter percutiens,seu vulnerans, quomodo puniatur,n.*121.
*Sepulchrorum violatores de iure canonico, quomodo puniantur. n.*122.*& seqq.*
*Sepulchrorum violatoris pœna arbitraria est,n.*124.
*Sepulchri violati pœna non habet locum,vbi dolus abest, n.*125.
*Sepulchri violati pœna nõ habet locum in resciente sepulchrum, n.*126.
*Cadauer exhumans iussu superioris non punitur,n.*127.
*Sepulchri violati pœna nõ habet locum,nisi sepulturæ sint perpetuæ,n.*128.
Sepulchri ostium destruens non tenetur pœna sepulchri violati,n. 126.*&* 130. *Vbi de demolitoribus sepulchrorum bannitorum.*
Sepulchri violati pœna non habet locum in violantibus sepulchrum eorum,qui sepulti sunt contra prohibitionem legis, nu. 131.*vtputa usurariorum,n.*132.
*Parricidarum, vel se ipsos occidentium pœna,n.*133.
*Suspensorum cadauera regulariter sunt sepulturæ tradẽda.fallit, nisi Iudex ex iusta causa ad incutiendum terrorem aliis, mandauerit suspensa remanere in loco delicti,n.*134.
*Cadauer rapiens vel impediens ne sepeliatur,punitur,num.*135.*&* 136.
*Sepulturam Iudæi impediens,quomodo puniatur, n.*137.
*Hæres non sepeliens cadauer sui antecessoris, quomodo puniatur, n.*138.
*Cadauera debitorum non possunt sequestrari per creditores,& sequestrantes puniuntur,n.*139.*& seqq.vbi hæc conclusio ampliatur pluribus modis.*
Creditor non potest debitorem infirmum excommunicare,numer. 143.
*Creditor non potest agere contra hæredes debitoris infra tempora exequiarum,num.*144.
*Scalas de nocte apponens ad domum alienam,punitur pœna capitis,quod an verum sit,docet,n.*145.
*Muros ciuitatis transcendens punitur pœna capitis,n.*146.*Amplia multò magis in rumpente muros ciuitatis, num.*147.*Limita primò,si ciuitas non habet muros, sed tantummodo foueas,qui illas transcendens punitur,num.*148. *Limita secundò, dummodo quis transcendat dolo,secus si ex alia causa,numer.*149.*Limita tertiò,effectu non sequuto,num.*150. *Limita quartò,tempore pacis, nu.*151.*Limita quintò,vt procedat in transcendente muros Vrbis Romæ: secus si alterius ciuitatis, n.*152.
*Castrans se ipsum punitur pœna capitis,num.*153.
*Transfuga punitur pœna capitis,n.*154.
*Pacis publicæ turbatores puniuntur pœna capitis,n.*155.*& quid de iure canonico,num.*156.*& quid de auxiliatoribus & consultoribus, n.*157.

QVÆSTIO XX

1 POENA mortis†naturalis in pluribus casibus à iure imposita reperitur,de quib remitto Lectorẽ ad Bal. *in l.data opera,n.*14.*C.qui accus.non poss.*Boni.Vit.*in suo opere malef.* Fat.Prax.cr.p.1.Tom.1. *in rub.quib.de causis possit quis ad mortem condemnari*, vbi cõgerit 77.*casus.*Galli.in Margarita fisci,*fol.*78.*& seqq.* Guido Papæ *dec.*589.Fab.à Monteleone *in sua praxi arbitr.fol.*159.*& seqq.vsq.ad f.*325.*n.*53.270.*& seqq.vsque ad* 1057.*per totam illam partẽ quartam*,vbi enumerat casus 70.Iul.Ferret.*in tract. de bello,fol.*162.*& seqq.*Pet.à Placha *in epit.delict.lib.*1.*c.*10.*n.*25.Clar.*in pr.§.fi.q.*68.*per totam.*

¶¶ Ex quorum dictis aliquos principaliores casus reassumendo, omissis aliis, de quibus in nostro hoc criminali labore inferiùs,& multò latiùs, & in specie verba facturi sumus.

¶PRIMVS sit casus†in blasphemantibus:hos enim de iure 2
ciuili pœna mortis naturalis plecti, apertè probat text. *in Auth.vt non luxurientur contra naturam,* §.*quoniam, coll.*6. & ibi glos.Bart.Ang.& communiter*omnes,alia gl.*in c.fi.extr.* * *de cler.maled.& in c.si quis per capillos,*22.*q.*1.Ang.*de malef.in verbo,verba iniuriosa,n.*14.& ibi Aug.*in add.*Bonif. de Vital. *in tit.de pœna blasphemant.n.*1.Catal.*in tract. de syndic. num.* 106.Foll.*in pr.cr.in fragmentis,n.*15.*in fi.* latè Ludo.Montaltus *in tract.de probat.sent.Pilati,*1.*dubio,n.*17.18.*&* 20. Dida. *in repe.c.quamuis,par.*1.§.7.*n.*10.*de pact.in* 6.Boër.*dec.*301.*n.* 10.Men.*de arbit.quæst.lib.*2.*cent.*4.*casu* 375.*nu.*25.vbi quòd dispositionẽ dictæ authenticæ omnes*recipiunt, Fab.à Mõ- * teleone *in praxi ar.in tertia & vltima par.quartæ partis principalis,folio* 249.*n.*720.Conr.*in pract.tit.de iniuriantibus,nu.* 25.*col.*1.*ver.pœna igitur blasphemiæ,fol.*409.Iodoc.*in pr.cr.cã.* 61.*nu.*26.Clar.*in pract.*§.*blasphemiæ, vers.sed quæro, in prin.* Boss.*in tit.de inquis.nu.*131. & vid.Decian. qui de communi etiam testatur,& alios relatos *in tract.cr. tom.*2.*lib.*6.*c.*6.*n.*1.*& n.*4.[Et quòd de iure ciuili blasphemiæ pœna sit mortis, communem esse opinionem,à qua nemo discrepat,testatur Claud.ad Bertaz.*cons.*553.*in ver.De secunda parte*, vbi tamẽ *in seqq. versiculis* hanc communem declarat procedere in blasphemia iuramento annexa:secus si sine iuramento,vt ibi per eum,qui pluribus rationibus hanc comprobat declarationem.]

¶AMPLIA 1.Vt†blasphemia omnib.aliis delictis & faci- 3
norib.detestabilior sit,prout plura in huius criminis detestabilitatem vltra infrascripta videre poteris per Claud.ad Bert.*cons.*553.*ver.omnium est ratio.* &latiùs per Dec. *in tr.cr. to.*2.*lib.*6.*c.*3.*per totum,& n.*6.*iunctis nu.* 21. vbi quòd dicitur publicum crimen, & publica iniuria,*& nu.*7. vbi quòd blasphemantes Deum sunt peiores Iudæis,& infidelibus, & *n.* 9. vbi quòd blasphemia potest dici sacrilegium, item *num.* 25.*& seqq.*vbi ponit qualitates aggrauantes blasphemiã magis vno casu,quàm alio. Sic.n.eo grauius illud crimen censetur,quo grauior & dignior persona læditur:& sic eo atrocior iniuria reputatur,quo nobiliori & digniori personæ infertur,quod sceleris, & iniuriæ genus, & grauius, & atrocius reputari debet eo, quod in diuinam maiestatem committitur.

¶ Sapit autem † blasphemiæ crimen hæresim ex lata sal- 4
tem significatione,secundùm Fran. Squillacen. *in tra.de fide cath.c.*16.*n.*1.quem & alios refert Decian. *c.*3.*n.*4. & vt infrà latiùs dicam,& quòd consuetus blasphemare, de hæresi suspectus est.

¶Qui blasphemiæ reus est,læsæ maiestatis reus dicitur 5
quia per eam diuina Maiestas læditur, *vt in dicta Auth. vt non iuxurien.cont.natur.*tradit Fab.à Monteleone *in prax.arb. parte* 4.*n.*571.*& n.*758.*folio* 257.& Decian. *dict.cap.*3.*num.* 10.

¶Qui†blasphemiæ crimen committit, grauissimum cri- 6
men,& peccatum committt,vt post Theologos latè scribit Chassan.*cons.*1.*in quinto præsuppositio,n.*68.& Boër. *decis.*301 vbi plura recensèt signa,quę contra blasphemos fecit Deus de quibus etiam latè per Mascard.*in suo trac.de probat.lib.*1.*concl.*194.*in prin.*

¶Qui†blasphemus est,turpissimum crimen committere 7
pariter dicitur,vt per Matth.de Affl.*in const. Blasphemãtibus, in prin.*& per Fab.à Monteleone *in loco nuper citato,nu.*741.*& seqq.*Et qui†in blasphemiam irruit,dicitur incurrere in pec- 8
catum & delictum maius & grauius,non solùm homicidio, sed etiam quolibet alio peccato,vt per Arnal. Alb. *in tract. de agnosc.asser.cath.& hæret.q.*27.*n.*5.& latiùs perDec.*d.ca.*3.*n.*1.*& seqq.& n.*11.*&* 12.vbi ampliùs,quod est grauius furto.

¶Et qui rursus Deum blasphemat,periurium committere dicitur.Nam cum Christianus in Baptismo promittat venerari,& colere Deum tanquam suum creatorem, certum est, quòd blasphemãdo videtur deficere & peierare:& sicut periurium principaliter Deum offendit,*c.debitores,de iureiuran. c.si peccatum*,22.*q*.1.ita & blasphemia principaliter offendit Deum, secundùm Bar.Host.Panorm.& alios in locis relatis per Dec.*in tr.cr.to.*2.*li.*6.*c.*1.*n.*4.vbi tamẽ dicit,quòd propriè loquendo periurium & blasphemia differunt: *& c.*3.*n.*8.vbi ampliùs,quòd blasphemia est maius peccatum periurio.

¶Et propter criminis atrocitatem plana in iure fuisse in eo inducta specialis colligiturdoctrina ex trad.per Fab.de Montel.*in sua pr.arb.part.*4.*d.n.*741.*& seqq.*vbi enumerat nouem specialia,quibus addi possunt etiam tradita per Dec. *dicto c.* 3.*n.*14.*& seqq.*

10 ¶Amplia II.Hanc conclusionem huius primi casus,† vt procedat etiã de iure diuino, secũdùm quòd naturalis mortis etiam pœna infligebatur, quia blasphemi lapidibus opprimebantur,*vt Leuit.c.*24. & post alios traditur per Clar.*in pr.*§.*blasphemia,ver.sed quæro,in princi.* Fab.à Monteleone *in sua praxi arb.dict.*4.*par.nu.*725.*&* 729.*fol.*251. Menoch.*de arb.q.lib.*2.*cent.*4.*dicto casu* 375.*n.*24. vbi plures ex antiquis & sacris literis refert casus, quibus Deus omnipotens blasphemantes morte percussit: de quibus,& pluribus aliis habetur etiam per D.Ioseph. Mascar.*de prob.concl.*194.*in prin. lib.*1.

11 ¶Amplia III.Vt blasphemiæ crimen & pœnam incurrant generaliter omnes, qui Deo tribuunt id, quod ei non conuenit,aut cùm ei detrahunt,quod illi conuenit, aut cùm creaturæ concedunt, quod est proprium Dei creatoris. Hos enim propriè blasphemos esse,& hãc esse blasphemiæ propriam descriptionem, post D.Ambrosium & alios, quos allegat,authoritate etiam sanctissimi Euangelij optimè comprobant Arn.Alb.*in tr.de agnos.assert.cath.& hær.q.*6.*n.*13.*& seqq.& q.*27.*n.*1.& ante eum D.Th.2.2.*quæst.*13.*art.*1.*& q.* 34.*artic.*2.*in* 4.*sent.dist.*22.*art.*1.& ibi Caietan.Summa Syluestrina *in verbo,blasphemia,q.*1. quos ex nostris reuerenter referunt,& sequuntur Cor.*cons.*181.*incip.licèt,col.*1.Soc. *cõs.* 102.*lib.*1.Couar.*in c.quamuis,par.*1.§.7.*n.*8.*de pact.in.*6.Boss. *in tit.de inquis.sub n.*131.*post mediũ*,Menoc.*de arb.q.lib.*2.*cent.* 4.*casu* 375.*n.*1. & nouissimè D.Ioseph.Mascard. *in suo tract. de prob.lib.*1.*concl.*195.*n.*2.10.*& seqq.* Quicunque ergo negat aliquid de Deo,quod illi conuenit, vel asserit aliquid de Deo,quod ei non conuenit,dicitur diuinæ Maiestatis bonitati & potestati detrahere,& propriè blasphemus est,secundùm prædictos,& per Dec.*in suis tra.cri.tom.*2.*li.*6.*c.*1.*n.*1.& latiùs,*c.*2.*n.*1.vbi ampliùs, quòd Deo detrahitur & derogatur tribus modis. Primò, quando derogatur eius sapientiæ. Secundò,quando derogatur eius omnipotentiæ.Tertiò,quãdo derogatur eius iustitiæ,ex Antonino,quem allegat *in sua summa,par.*2.*tit.*8.§.2.quem refert Boer.*dec.*301.*n.*2.& vide in proposito eundẽ Dec.*ibid.n.*3. vbi ex hac ampliatione facit generalem conclusionem, quòd blasphemare quis dicitur,affirmans de Deo falsum,vel de Deo verum negans.

12 ¶Amplia IV.& illatiue ex præcedenti ampliatione,† vt omnis ille,qui in aliquo sermone negat potentiam Dei, qui potentissimus est;vtputà dicẽdo,*Dio non puo far questo,Dio nò lo farà mai*,& iis similia:cùm ex hoc loquẽdi modo detrahat Deo suam potẽtiam,quæ ei conuenit:vtique negari non potest,quin blasphemiæ pœnam tanquã blasphemus incurrat, vt post Did.Couar.*in rep.d.c.quãuis,par.*1.§.7.*n.*9.*ver.*4.*eadẽ, &c.de pac.in* 6.tradit D.Men.*in allegato casu* 375.*n.*5.*li.*2.*cẽt.* 4.*in tr.de arb.quæst.*vbi tamẽ tunc demum hoc procedere declarat,quando scilicet proferuntur verba super eo,quod verè Deus facere potest: secus si super eo, quod nec ipse facere valet,vtputà si quis diceret, *Deũ virginẽ semel corrupta restituere non posse,vt c.si Paulus*,32.*q.*5.Vel si diceret,*Deũ efficere non posse,vt quod factũ est,factũ non sit*,vt Aristo.*li.*6.*Mora. ad Nicom.c.*2.& post Bart.*in l.non dubium,n.*14.*C.de legib.*& alios plures Legistas & Theologos,quos allegat, latè tradit Tira.*in tr.de iure const.par.*3.*limit.*7.*n.*6.*&* 7.vbi etiam *n.*8.*in fi.*ad propositum allegat.Alex.*in cons.*15.*n.*7.*li.*3. & Soc.sen. *d.cons.*102.*li.*1.ambos in eadem facti specie consulẽtes illũ non blasphemasse,qui dicit,*Deum efficere non posse,quod rẽ vnam permutauerit cum altera, quam re vera non permutauerat*.

Pro hac ampliatione,sic vt suprà declarata,vide bene loquẽtẽ & experientem Dec.*in pr.cr.part.*2.*lib.*6.*c.*2.*n.*6.*& c.*5.*n.* 2.[Verùm & in proposito exemplo cõtra Alex.Tiraq.Men. Dec.& sequaces,quòd immò sit etiam blasphemia, & illius pœna locum habeat,optima ratione defendit, & contrariis respondet Claud.ad Bert.*cons.*553.*vers. primum itaque,iuncto ver.Restat vt respondeam,lib.*2.

¶Amplia V.& pariter illatiuè, † quòd cùm omnia sub manu Dei sint,nihilque in hoc mũdo per humanam prouidentiam fieri possit,nisi eo volente & mandante,*vt Deut.ca.* 30.idcirco,qui in sermone arrogãter proruperit dicẽs, putà: *faciã hoc Deo repugnante,lo farò al dispetto de Dio*,& iis similia,pariter blasphemiæ reus est;secus sec.Imo *in l.his verbis*, §.1.*ff.de hær.inst.*Soc.sen.*d.cons.*102.*lib.*1.Boër.*decis.*301.*n.*1. Gra.*dec.*50.qui ita in curia Neapolitana decisũ fuisse testatur,Cat.*de syn.q.*163.*n.*104.*& seq.*Gerard.*sin.*83.*inc.tene mẽti duo,in fi.*Bos.*in tit.de inquisit.sub n.*160.Did.*in d.c.quamuis, par.*1.§.7.*n.*9.Men.*de arb.q.lib.*1.*cent.*4.*d.casu* 375.*n.*4. Arn. Alb.*in tr.de agnos.asser.cath.& hæret.q.*6.*n.*18. Fab.à Montel. *in sua praxi arb.par.*4.*sub n.*720.*fol.*250.Fol.*in pra. cr.in fragmẽtis,n.*14.& licèt Bal.*in cõs.*476.*ille qui dicit,l.*3. Ang.*in d. l.his verbis,*§.1.*ff.de hær.inst.* Alex.ad Bart.*in l.apud Labeonem,* §.*ait Prætor,ff.de iniur.*& Felin. *in proœ. Decret.n.*11.*& Arno. sing.*4.contrarium asseruerint,non per hoc tamen recedas à præcedẽti opinione, quæ, vt vides, non solùm magis communiter*tenetur,& seruatur; sed etiam secundum Boër. *in d.dec.*301.*in prin.* tam secundùm Theologos, quàm etiam secundũ Canonistas & Legistas, verior est.In statu Mediolani,hæc non solùm reputatur blasphemia; sed etiam inter atroces connumeratur, prout declarauit ille Senatus, teste Claro *in pr.in* §.*blasphemia,vers.sed nunquid*, quam nouissimè refert,& sequitur Masc.*in suo tr.de prob.lib.*1.*concl.*194.*n.* 3.*& seqq.*[Addo & Claud.ad Bertaz.*cons.*153.*sub ver. Primũ itaque occurrit,lib.*2.]& Dec.*in tr.crim.tom.*3.*in* 6.*lib.c.*2.*n.*4. vbi hanc blasphemiam atrocissimam & reatrocissimam esse affirmat. Et ita in Venetorum vniuersali ditione seruari testatur *n.*5.vbi hæc ampliat.

¶Amplia Hanc quintam ampliationem:† vt idem sit,si quis dixerit,*Deũ tædeat,Deo displiceat*, & iis similia:per hęc enim & similia verba,quem dici blasphemum,dixit Couar. *in repet.dict.cap.quamuis*,§.7.*num.*9.*vers.*5.*idem,de pact.in* 6. quem refert Do.Menoch.*in sæpius allegato casu* 375.*num.*11. vbi tamen hoc procedere declarat, quando huiusmodi verba sunt prolata super facto licito, quod Deo non displicet: secus si super facto illicito,vt putà si dicatur, *Displiceat Deo, quòd fœnus exerceam,quòd adulterium committã*,& similia. Ex quo enim hæc vt illicita & peccata Deo displicent,ideo nõ erit blasphemia sic dicere; [nec dissentit Claud.ad Bertaz. *cons.*553.*ver.Ob hæc concurro,in fine,li.*2.& assentit Dec.*dic.c.* 2.*num.*8.

¶Limita Hanc eandem quintam ampliationem,† non procedere in casu,in quo consuluit Corne.*in cons.*181.*incip. licèt.vol.*1.vbi consuluit, non esse blasphemũ illum, qui alteri rem aliquam commodauerit,cum quo veniẽs ad verba altercatoria dixit, *Mela renderai, se ci appontasse la nostra Donna*.Ex quo enim non restituere rẽ alienam absolutũ est peccatũ;*vt in c.peccatum,de reg.iur.in* 6.Nec propterea dicẽdum est,Beatam Virginem Mariam velle se huic restitutioni opponere;quia se opponendo, opponeret se Dei iustitię, & sic ipsi Deo,qui est iustitia,& cõsequẽter peccaret,& peccãdo nõ esset beata:idcirco,vt hęc euitẽtur, & cũ per prædicta verba in nihilo detrahatur beatitudini, & potestati Virginis Mariæ blasphemiam non esse sic dicere,post Cor.*in d. cons.*181 nouissimè tradit Do.Iosep.Masc.*in tr. suo de probat. concl.*195.*n.*8.*&* 9 *vol.*1.nec dissentire videtur Dec.*vbi sup. d.c.*6.*n.*6.*ad fin.vers.& hoc eadem ratione*, quem sic dicentẽ, licèt per prædicta non esse blasphemum forsan verum sit, & forsan etiam verius dici posset, quòd immò sit blasphemus,cùm talia verba,*se ci appontasse*, &c. videantur eandem vim habere,sicut verba,*Al dispetto*,&c.de quibus dixi *sup.n.* 13.& inter blasphemiarum exemplа hæc eadem verba recenseantur per Iul.Clar.*in pra.*§.*blasphemia, prope fi. principij*,non tamen crederem ab omni pœna immunem esse, vt saltem extra ordinem condemnari nequeat; ex eo quod negari non potest,quin irreuerẽter de Beatissima Virgine, &in

eius

eius contemptum loquutus fuerit per talia verba, immò sola irreuerentiam,& cõtemptum blasphemiam operari,& illius pœnam inducere,habetur per Men.*in dicto casu 575.sub n.7.in fine*,vbi de eo,qui irreuerenter iurat per corpus Christi,& latiùs infrà,& mox dicã *in seq.n.17.* ideo cogita, quia credo veriùs dici posse etiam isto casu blasphemiam esse,& illius pœnam locum habere.

16 ¶Amplia VI.Conclusionem huius primi casus,† vt generaliter procedat etiã in omnibus iis, qui in Deũ, vel eius contẽptum iniuriosè vel obscœna,& turpia verba proferũt: hos enim & blasphemos esse & blasphemię pœnam subire, traditur per Bal.*in l.1. C.si quis Impera.maledix.* prout illum allegat Catal.*in tr.de synd.n.104.vers.item sciendum*,Bart.*in l. apud Labeonem,§.conuitium,ff.de iniur.& in l. iniuriarum*, §. *sed adiicitur,& §.ait Prætor,n.4.ff.eod.*Boss.*in tit.de inquisit.n. 130.in princip.& n.131.in fine*,Arnal.Alb.*in tract. de agnosc. assert.catho.& hæret.quæst.27.sub num.1.*vbi allegat Alexand. de Ales *in secunda par.quæstio.*148.dicentem, quòd Blasphemare nil aliud est,nisi contumeliam, vel conuitium inferre in iniuriam Creatoris,*& num.16.*vbi quòd licèt blasphemia possit multis modis cõtingere,de quibus ibi per eum:omnes tamen modi blasphemiarum reducuntur in id, quod est dictum,vel factum in contemptũ Dei. alleg.tex.*in cap. caput,*
17 *33.quæstio.quinta*,& ibi etiã infert ad eum,† qui dicit Deum iniustum,de quo etiã per Menoch.*de arb. quæst. lib.secundo, centu.quarta,casu 375.num.decimosexto,&* 17. vbi idẽ de eo, qui dicit Deum improuidũ,& per Dec.*in tract. crim. par.secunda,lib.6.cap.2.num.tertio.* Soc.sen.*cons.119.lib.4.in discursu*,Didac.*in repet.cap.quamuis,par.1.§.7.num.9.in fin.de pact.*
* *in 6.*de communi* testatur Aug. ad Ang. *de male. in verbo, verba iniuriosa,n.13.*prout illum refert Prac.Conr.*fol.409.n. 25.in tit.de iniuriantibus*,& ambos pariter refert, & sequitur Iul.Clar.*in pr.in §.blasphemia,in princ.*vbi plura affert huius ampliationis exempla.& Clarum nouissimè etiam refert,& sequitur D.Ioseph.Masc.*in suo tract.de probat.concl.193.n.3. & seqq.li.1.*[addo & Claud.ad Bert.*in cons.553.ver.Primum*
* *itaque,&c.*vbi ex D.Th.quem communiter* in hoc receptũ asserit, facit conclusionem quòd Blasphemia sit omne id, quod in contumeliã Creatoris, & Sanctorum profertur,*& in ver.ex his constat,& seq.*infert ad eum qui dixerat, *Dio poueriuazzo*]Et ad comprobationem huius sextæ ampliationis,vide Dec.*in tr.cr.to.2.li.6.c.2.nu.10.*vbi particulariter de eo qui dixit,*se Dio dicesse sene menteria per la gola.*Item de eo qui dixit.*Ne tu, ne quell asino de Christo lo fara mai*, & *nu.12.* vbi facit generalem conclusionem,quòd quicunque in Dei contemptum profert aliqua verba, dicitur blasphemare, illámque pluribus sacræ Scripturæ authoritatibus comprobat,& affert aliqua exempla.

18 ¶Amplia VII.Vt & † blasphemi dicantur, & blasphemiæ pœnam incurrãt etiam ij qui iurant *Per caput, per pedes,per oculos,per corpus,per capillos,per iecur,per sanguinẽ,seu per alia Dei mẽbra:*ex quo enim Deus huiusmodi mẽbra nõ habet,sed spiritus est,spiritus autẽ nec carnẽ,nec ossa habet, & consequenter sic dicentes tribuant Deo,quod ei non conuenit,necessariò sequitur;quòd blasphemi reputentur,iuxta suprà tradita,*n.11.*& probatur *in c.si quis per capillũ,2.2.q.1.* vbi quòd si quis per capillũ Dei,vel caput iurauerit,vel alio modo blasphemia contra Deum vsus fuerit,si in ecclesiastico ordine est,deponatur,si laicus,anathematizetur,& ibi Archid.& Turrecrem. reddendo illius canonis rationẽ dicunt, quòd ideo prohibemur iurare per capillum, caput,& huiusmodi,ne scil.diuinam naturã huiusmodi mẽbra habere credamus,sicut falsò crediderunt quidam hæretici,qui dicebãtur Anthropomorphitæ,de quibus *in cap.quidam autem hæretici,in ver.Anthropomorphitæ,&c.*Probatur etiam hæc eadẽ conclusio in suprà allegata Authent.*vt non luxurien. cont.natur.*ibi,*& ab aliis blasphemis verbis, & iurare per capillos, & caput,*&c.vbi gl.interpretatur,scilicet Dei,& Bart.*in 2. not.* expressè dicit,quòd iurans per membra Dei, dicitur Deum blasphemare,& quòd propterea pœna,quæ ex forma statuti imponitur blasphemanti Deum, habet etiam locum in sic iurante per eius membra.

¶Hanc ampliationem latè comprobat Arn.Alb.*in tra. de agnosce.assert.cathol.& haret.q.27.n.24.& seqq.vsque ad nu.* 39.vbi non solum concludit hanc esse blasphemiam,verùm etiam & hæresim superare,*vt ibid.n.35.&* 36. Et licèt contrarium sensisse videantur S.Antoninus *2.par.summæ,tit.10. c.4.in prin.*Sũma Sylvest.*in verbo,blasphemia,*§.2.& Ang.de Clauas.*in verbo,iuramentum,*§.12.& Reyn. *in Sũma,li.1.par. 1.tit.de iuram.ver.sciendum,& in Summa Confessorum,li.1.tit. 8.q.7.inci.Quid de iis,qui iurant per mẽbra Dei*, Card.de Vio *pariter in Summa,in ver.Blasphemia*,relati per Arnal. *d.q.27. n.24.&* 25 [Caiet.& Nauar.*in locis relatis* per Clau.ad Bert. *cons.553.sub ver.ex his constat,lib.2.*] ea potissimùm ratione ducti,quia postquam Verbum caro factũ est,Deus habet & corpus & sanguinem, ideo per talia iuramenta blasphemia nõ inducitur;quia nihil tribuitur Maiestati diuinæ, quod ei non conueniat:non per hoc tamen recedas à proposita ampliatione,quam etiam latè comprobat, & exornat Decia.*in tr.cr.to.2.lib.6.c.2.n.13.&* 14. Nec obstet ratio ex aduerso considerata,quia licèt Christus sit Deus,habeátque sua humana membra:nominando tamen Deum absolutè, intelligimus solam naturam diuinam,vel personas diuinas solùm, quantùm ad diuinam naturam,non autem quantùm ad humanitatem assumptam à Verbo, & secundùm naturam diuinam,circumscripta humanitate, Deus non habet mẽbra, nec corpus,ideo per illa iurare blasphemia est, vt per Arn. Alb.qui sic obiectioni contrariæ respondet,*d.q.27.n.31.*Addo pro hac eadem ampliatione,Ang.*de malef.in verbo,verba iniuriosa,n.14.vers.quæro,qua erit pœna*, & ibi Aug. *in add.in pri.*vbi expressè dixit, quòd verè ista iuramenta in Deũ per illius membra,sunt blasphemia,allegat tex.*in d.Auth.vt non luxurien.cont.natu.*& Bal.*in l.2.in fi.ff.de reb.cred.* Addo etiam Bonif.de Vit.*in ti.de pœnis blasphemã.n.1.*Cata.*in tr.de synd. n.104.*vbi quòd isto casu sic iurantes capite puniuntur, nisi alia lege prouisum sit,Diaz.*in pra.cr. canon.c.103.verbo,blasphemi*,Conrad.*in pra.tit.de iniurianibus,pa.409.col.1.in fi. & seqq.sub n.25.*vbi quòd licèt secundũ aliquos ponatur aliqua differentia inter sic iurare,& blasphemare:tamen circa identitatem pœnæ conueniunt. Addo etiam Boss.*in tit.de inquisit. n.130.vers.sed siquis iura,& n.131.*vbi relatis etiam & reprobatis contrariis,hanc eandem sequitur ampliationem. Addo demum pro eadem ampliatione,Men.*de arbit. q.li.2. centu.4.casu 135.n.12.&* 14.vbi etiam idẽ asserit in eo, qui 19
iurat per vitam Dei, allegat Couuarr.*in rep. d.cap.quamuis, par.1.§.7.n.9.ver.6 hinc,de pact.in 6.*& nouissimè idem etiã tenet Ioseph.Masc.*in suo tra.de prob.li.1.q.195.& n.6.* & post huius libri primam impressionem addo Claud.ad Bert. *in d. cons.553.ver.ex his constat,& vers.Ob hæc concurro,& ver. de 2.par.ad mediũ,li.2.*]¶Sed in eo qui iurat per vitã Dei,quòd non sit blasphemia:contra Did.*in loco præcitato* latè defendit Dec.*to.2.li.6.d.c.2.n.13.*Et rursus quia hodie communis vsus loquendi videtur confundere ista verba, *Al corpo de Dio*,&, *Al corpo de Christo.*Idcirco,quod illa proferens etiam dicendo *Al corpo de Dio*, non sit puniẽdus tanquam blasphemus, sed aliquatenus excusandus propter communem loquendi vsum,vt voluit ibi.Dec.*c.5.n.3.*

¶Limita Hanc septimam ampliationem,† vt procedat, 20
prout loquitur,in iurãte scilicet per membra Dei:qui vt dixi,cõsideratus in diuinitate, prout illum sic nominando absolutè intelligi debet,cũ spiritus sit,& membra non habeat: ideo per membra Dei iurantes,blasphemiã dicunt, quia tribuunt Deo,quod ei non conuenit. Vnde secus in iurantibus per mẽbra Christi,eius Virginis matris,vel Sanctorũ:vtputà per eius cor,sanguinem,corpus,oculos,& iis similia:hos.n. blasphemos nõ esse,cũ Christus,eius glorioſa Virgo Mater & Sãcti hæc omnia habeãt,& sic nihil ei tribuatur,quod nõ conueniat,vt est de mente eorum Theologorũ, quos suprà retuli *in antecedenti ampliatione* cõtra eam sentientes, & in specie tradit Boss.*d.ti.de inquis.n.131.ver.& ideo si diceretur*, & post alios sic apertè respõdet Arn. Alb.*de agnos.asser.cath. & hær.d.q.27.n.31.*vbi tamẽ dicit,quòd licèt non sit blasphemia per supradictã rationem,habet tamen in se nescio quid inhonestatis & irreuerẽtiæ. Primò,quia non videtur honestũ,Christũ iurando per partes diuidere, cũ in Christo nulla sit diuisio.Secundò,irreuerentia videtur,quia,cũ rem aliquã nominamus, & omittimus id,quod in ea est optimũ,nominamus autem minùs perfectum,irreuerẽter loqui dicimur: ita est,cùm quis per aliquod corporis Christi membrũ iurat,omittit eius Deitatem,quæ est infinitũ bonum,& vene-

ratur aliquod eius membrū, quod respectu diuinitatis nullius venerationis est,& sic ipse Arnal.ibi concludit,quòd licèt iurare per membra Christi,non sit blasphemia;est tamē irreuerētia & inhonestas:& propterea dicit, quod tutius & honestius est iurare per Christum absolutè,quàm per illius mēbra.Imò secund.Men.*in tr.de arbit.q.lib.2. d.casu 375.nu.* 17.iurās irreuerēter per corpus Christi, vel eius Matris,blasphemus est. Sic etiam pariter post multa cōcludere videtur Decia.*in tr.crim.tom.2.lib.6.c.2.n.13.&* 14. inquiens, quòd aut quis membra Christi nominat sub iuramenti colore,& tunc non est blasphemia:si verò sine iuramento, & sine illius colore Christi membra irreuerenter nominat, tunc est blasphemia,vt ibi per eum *& cap.5.n.2.*

21 ¶Svblimita præcedentem limitationē,† vt nō procedat in iis,qui iurant per membra Christi,quæ in hominibus reputantur turpia, vtputà *per anū, per vulvam, per priapum,* & sic per hominis pudibunda, & iis similia:tunc enim propter solam irreuerentiam,quæ in iis verbis consideratur,& contemptū,& quòd talis sermo referatur in Christum, & multò magis si in Deum,hos esse blasphemos, & vti tales puniendos,traditur per Catald.*de synd.n.*104. *&* 105. & per omnes Summistas relatos per Arn.Alb.*de agno.asser.cath.& hæret.d.q.*17.*n.*25.*& q.*6.*n.*19.*&* 21.Boss.*d.tit.de inquis.eod.n.* 171.*vers.non obstat textus,&c.*Dec.*in tr.cr.tom.*2.*li.*6.*c.*2.*n.*3. vbi bene comprobat hanc declarationem, & ampliat etiam in nominante membra pudenda Sanctorum,*& n.*11.& hoc * communiter*ab omnibus sine controuersia recipitur.

¶Amplia VIII.Hanc eandem conclusionem in hoc pri-
22 mo casu positam,†quòd licèt inter Maledicere, & Blasphe-
* mare, hæc videatur apud homines secundū cōmunem*loquendi vsum recepta differentia;quòd sc.Maledicere, sit dicere aliquod malum de præterito,vel præsenti;blasphemare autem sit optare malū de futuro,in Deum tamē quęcunque verba proferantur in malū,siue in præsens,& in præteritum, siue in futurum,semper dicitur blasphemia, & quoad Deū omnis maledictio est blasphemia;& propterea eadē blasphemię pœna vel legali,vel statutaria puniēda est.Probātur hæc authoritate tex.*in l.apud Labeonem,*§.*ait Prætor,*ibi,*Vbi autē maledictum,& c.ff.de iniur.*Bart.*in l.ea,*§.*conuitium, in vers.ex his apparet,& in l.iniuriarum,*§.*sed quod adiicitur in pœn. q.ff. eod.*Catal.*in tra.de synd.n.*104.*&* 105.vbi etiam allegat tex. *in c.si igitur,*34.*q.*4.vbi quòd à maledictione puri esse debemus,& sic maledictio ibi etiam comprehendit blasphemiā. Ang.*de malef.in verb.verba iniuriosa.n.*13.& ibi Aug.*in add.*
* testatur de communi*opinione, pro qua dicit sibi videri tex.*in c.fi.in verbo,blasphemare,iūcta rub.& c.*1.*extr.de maled.* sūpto argumēto de rubro ad nigrū:quia nigrū debet esse de rubro.Hier.Cucchal.*in addit.ad Bonif.Vit.in tit.de pœna blasspheman.&c.n.*1.vbi allegat Bal.& Ang.*in l.*1.*C.si quis Impe. maledix.*& D.Th.2.2.*q.*14.*ar.*1.Conrad.*in pr.tit.de iniuria.f.* 409.*col.*1.*n.*25.Soc.*in cons.*102. *in præsenti cōsultatione, lib.*1.
23 Arn.Alb.*de agnosc.assert.cath.& hæret.q.*6.*num.*17. *&* 18.†vbi propterea refert ad eum,qui dicit,*Maledictus sit Deus,*is inquā blasphemus est,vt ibi per eum & per Dec. *in tr. cr.to.*2. *li.*6.*c.*2.*n.*4.& latiùs *n.*9.vbi refert contrarium tenentes, & eorum argumenta & rationes confutat,& per Men.*de arbit. q.in sapius allegato illo casu* 375.*n.*13.18.*& seqq.*vbi generaliter dicit,quòd tam in foro conscientiæ, quàm in foro fori, omnis maledictio est blasphemia:& vltra præallegatos allegat Bart.*etiam in cons.*274.*quidam Pedinus,*Boër.*dec.*301.*col.* 1.*ver.*3.*si appetitus,*Soc.*cons.*119.*li.*4.Affl.*in const.de blasphemant.col.*3.Gram.*dec.*50.Dida.*in repe.c.quamuis,par.*1.§.7.*nu.* 8.*de pact.in* 6.& prædictis addo etiam Boss.*in ti.de inquisitione,n.*130.& Iul.Clar.*in pr.*§.*blasphemia,in prin.& in fi. prin-*
24 *cip*ij,vbi amplius dicūt,†quòd licèt secūdū Bar. *in locis suprà allegatis,*etiam in omnes homines possit dici blasphemia, quādo scilicet iis aliquod malū de futuro imprecamur, iuxta differentiā suprà constitutā inter Maledicere & Blasphemare:& quando non vt creatæ,sed vt creaturæ Dei maledicitur,vt declarat Dec.*d.c.*2.*n.*15.hoc tamē non admittit cōmunis vsus loquendi, iuxta quē blasphemia propriè in Deū infertur,& non in homines,& propterea statutum,seu constitutio puniens blasphemantes,non extenditur ad blasphemātes homines,sed Deū,vt ibi per eos,& Clarū sic vt suprà dicētā refert & sequitur Iose.Masc.*in tr.de prob.vol.*1.*concl.* 195.*n.*3.*&* 4.nec dissentit Dec.*d.c.*2.*eod.n.*15.Addo pro hac octaua ampliatione Clau.ad Bert.*cons.*553.*ver.Primū itaque occurrit,in fi.l.*2.& Dec.*in tr.cr.to.*2.*li.*6.*c.*1.*n.*1.*in fin.& nu.*2. vbi bene cōprobat omnia in hac octaua ampliat. proposita.

¶Amplia IX.Vt†omnia superiùs tradita de blasphemā-
25 tib.Deum,habeant etiam locum in blasphemantib.beatissimam Virginem,ac etiam Sanctos.Sic enim promiscuè etiā de blasphemantib.Sanctos loquuntur ferè omnes Doct. suprà relati,& in specie tradunt Ang.*de malef. in verbo, verba iniuriosa,n.*14.Bonif.de Vital.*in tit.de pœna blasphemān. n.*3. Did.*in repe.c.quamuis,par.*1.§.7.*n.*9.*sub ver.*6.*hinc & seq.*Mē. *de arb.p.li.*2.*cent.casu* 375.*n.*14.vbi expressè dicit,quod quādo Virgo Maria Mater Dei sanctissimi,vel Sancti blasphemātur, Deus ipse blasphematur. Fab.à Mōtel.*in pr.arb.par.* 4.*f.*249.*n.*720.Arn.Alb.*de agnosc.assert.cath.& hær.q.*6.*n.*23. vbi ampliùs,†quòd & blasphemi reputantur, qui infamant
26 Euāgelium,D.Iose.Masc.*in suo tr.de prob.vol.*1.*cōcl.*195.*n.*4. *&* 1. ¶ Et ad comprobationē huius nonæ ampliationis vide latè exornantem Dec.*in tr.cr.tom.*2.*lib.*6.*c.*2.*n.*19.*&* 20. vbi etiam quòd blasphemia Sanctorū specialis, est grauior quā generalis,quod & idem repetiit *in c.*3.*n.*30.*&n.*31.vbi etiā, quòd grauior est blasphemia in Virginē, quàm in Sanctos.

¶Limita hanc nonā ampliationem,& in hoc aduerte ne
27 erres;†quia licèt etiā in Sanctos blasphemia dicatur inferri, vt modò dixi:non tamē eadē pœna mortis;naturalis,de qua *in Auth.vt non luxurien.cont.nat.*plecti debent blasphemantes Sāctos;sicut illa Auth.plecti voluit blasphemantes Deū, quæ cùm loquatur de blasphemiis in Deum commissis, nō debet extendi ad commissas in Sanctos, vt per Bonif.de Vital.*d.tit.de pœna blasphem.nu.*3. vbi propterea dicit,quòd sic blasphemantes Sanctos puniēdi sunt aliqua pœna,extraordinaria,vtputà lingua,vt in eo puniātur,cū quo deliquerūt, arg.tex.*in auth.omnes peregrini,ad fi.C.com.de succes.* inspecta tamen etiam personarū qualitate,& licèt Fab. à Monteleone,& Ang.de malef.*in locis suprà præcedenti n.citatis*, inadueretenter dixerint, quòd pœna mortis naturalis, de qua *in Auth.vt non luxu.cont.nat.*habet etiam locum in blasphemātib.Sanctos:eorū tamen dictū sustineri in veritate non potest,quia dicta Authent.de Sanctis nullum verbum facit,sed tantùm de blasphemantibus Deum.Sicut enim persona Dei est maior sine comparatione omnib.aliis Sanctis: ita etiam maius & atrocius reputari debet delictū blasphemię in Deū commissæ,quàm in Sanctos,vt sup.diximus *in q.*18.*n.*64.Ergo pœna non debet esse vniformis,quia absurdum est,quòd grauiora & minùs grauia delicta eadē & vniformi pœna puniātur,cùm,vt alias dixi,pœna sit semper commēsurāda delicto.Et propterea non immeritò Concilium Lateranēse, de quo dicam infrà,mitiùs multò mandauit puniri blasphemātes Sanctos,quàm blasphemantes Deum. Et sic vbi nouum aliquod edictū, vel bannimētum imponens pœnā blasphemantibus Deū non expressè loquatur,etiam de blasphemātibus Sanctos,pœna illius edicti vel bannimēti non extēdetur ad eos,sed mitiori pœna erunt plectendi,per supradicta.

¶Amplia X.Quòd†blasphemans non solùm punitur,vt
28 sup.sed etiā hæreticus est,secun.Bal.*in l.prius, C.qui accu.non poss.*prout illū refert Cat.*in tr.de synd.n.*106.*prope fi.*sequitur Hier.Cucch.*in add.ad Bonif.de Vit.in ti.de pœna blasspheman. n.*1.*in add.sub litera A*,vbi dixit,quòd quis quando blasphemat,ex quo oppugnet Deo,incidit in hæresim, quādo scilicet scienter & appensatè hoc facit, ex Diuo Thoma, 1.2.*q.* 13.*art.*1.& ex Calderino *in cons.*2.*in tit.de Iudæis.*

¶Sed an hæc ampliatio vera sit,& quādo:vt bene scias,&
29 ne in tam graui re decipiaris,præmittendum tibi duxi,secū. Arnal.Alb.*in pr.de agnosc.assert. cath.& hæret.q.*6.*n.*25.†quòd blasphemia alia est hæreticalis,alia autem non hæreticalis. Hęreticalis blasphemia est,quando per eam derogatur omnipotentię diuinę,vtputà quando dicitur,*Deus non potest hoc facere:*de quo latiùs suprà dixi,*n.*12.vel si derogatur puritati beatę Marię Virginis,vel generaliter quoties blasphemia aduersatur veritatib.catholicis contentis in symbolo fidei, illa dicitur hæreticalis,prout etiam hæreticalis erit blasphemia,
30 †quando quis negat Christum factis,vel verbis,*ca.astimant, & c.non solum,*11.*q.*3.& de eo qui dixit,*Rinego Dio,*post Cou. *in repet.c.quamuis,parte* 1.§.7.*num.*9.*vers.*2.Menoc.*de arb.q. d.casu* 375.*n.*10.*&n.*16.& plenius probat Decian.*in tr.crim.*

31 *tom.2.lib.6.c.2.nu.5.*† & de eo,qui dicit, quòd Deus non est Deus,consuluit Bal.*in cons.85.regula iuris est,li.1.*prout eum refert Arn.*d.q.16.sub n.18.*vbi quòd sic blasphemans, non est dubium quòd est princeps hæreticorum. ¶ Non hæreticalis blasphemia est,quando quis non obuiat veritatibus catholicis,sed malum Deo,Beatæ Virgini,seu Sanctis imprecatur,iuxta superiùs scripta,*n.22.*vel in eosdem , vel in eorũ contemptum iniuriosa verba profert , iuxta pariter sup.tradita*n.16.& seq.*

32 ¶Rursus scias,†quòd blasphemia hæreticalis aliquando profertur cum fide,& aliquando sine fide. Sine fide dicitur, prolata hæreticalis blasphemia ab iis, qui non solùm verbo exteriori,sed etiam interiori hæreticaliter blasphemãt,prout sunt Iudæi,hæretici,& alij infideles ; negantes fidem nostrã,& non credentes Christũ esse filium Dei;vel aliter cõtra fidem sentientes:tales enim non solum infideles & hæretici,sed etiam blasphemi dicuntur à iure , *vt in capit.1.& in c.cùm sit,de Iudæis,& in c.si quis inquit,circa medium,*1.q.1. cum fide dicitur prolata hæreticalis blasphemia ab iis , qui Christiani sunt,nec de fide male sentiunt , sed hæreticaliter blasphemant cum ore exteriori , sed non cum interiori ; vt contingere potest in eo,qui licèt credat Deum Omnipotentem,dixerit,*Dio non lo può fare* , &c. non quòd verè credat, quòd hoc non possit facere,sed vel vt iniuriam Deo faciat, vel vt delectetur in eo mendacio.sic optimè video hanc materiam declaratam per Arn.Alb.*in d.27.q.n.17.*post Dominum Tho.de Vio,quem allegat *in apostillis ad sanctum Tho. in 2.2.q.13.art.1.*

¶ His præmissis redeundo ad propositam ampliationem
33 dicas,†quòd qui blasphemat Deum non hæreticaliter, nihil in blasphemia dicẽs quód-fidei aduersetur,nec hereticus est, nec de hæresi suspectus,licèt peccet mortaliter & puniatur pœna mortis naturalis, tam de iure ciuili, quàm diuino, vt suprà dixi,& hoc non habet difficultatem.

34 ¶Qui verò†hæreticaliter blasphemat , si sic blasphemat sine fide,& consequenter etiam cum corde , vt suprà declaraui,& quidem hæreticus est : secus si cum fide , & sic non cum corde hæreticaliter blasphemet ; quia tunc hæreticus non est,& hoc non habet difficultatem.

35 ¶Sed quomodo scire poterimus,†quòd quis hæreticaliter blasphemet cum fide,& sine fide,cũ corde, & malo animo, vel sine corde, & malo animo?Certè hoc probari directè nõ potest,quia solus Deus est perscrutator cordiũ;ideo ad coniecturas recurrendum esse in hoc puncto censerem. Coniecturis enim & præsumptionibus delinquentium intentionẽ bonam vel malam iudicari,dixit Bal.*in l.Deo nobis,C.de sacrosan.Eccl.*latè prosequitur Aym.*in tr.de antiq.tempor.parte 4.n.353.*& in specie tradit Arn.Alb.*in tr.de agnosc.asser.cath. & hæret.d.q.27.n.19.*vbi quòd difficile potest probari, quòd quis hæreticaliter blasphemauerit,cum absentia intentionis
36 hæreticæ;arg.tex.*in l.1.C.de sicar.*†Ea autem, quæ sunt difficilis probationis, & in articulo cordis permanent , coniecturis & præsumptionibus probantur, secund.Bald. *in l.quicunque,col.6.vers.8.nota,&c.C.de seru.fugit.* Alex. *cons.24.col. fi.lib.2.*Dec.*in c.licèt causam,n.12.in fin.de probatio.*Boer.*decis.* 164.*n.4.& decis.*101.*n.*8.Nouel.*reg.* 160.*in 3.fallen.& regu.* 162.*in princ.& in 2 fallent.*Gerard.*in sing.*8.*in princip.*vbi de
* communi.*Marsi.*in rub.de proba.sub n.*238.Aym. *cons.*73.*n.* 1.*& seqq.*Mandel.*cons.*83.*nu.*11.Neuiz.*cons.*25.*n.*12.*& cons.* 8.*n.*137.Fran.Hercul.*in tr.de negat.num.*16.*&* 17.*& n.*409. *&* 317.D.Ioseph.Ludou.*in suis conclusionibus,li.*1.*concluf.*14. *vers.solent etiam sufficere.*

37 ¶ Ideo † si quis seriò & appensatè hæreticalem blasphemiam protulerit,is,inquam,sine dubio de hæresi suspectus est:est enim hæc satis sufficiens præsumptio ad præsumẽdũ isto casu quem hæreticum.& sic loquitur Bal.*in l.prius,C.qui accu.non poss.*Catal.*cons.*2.*in ti.de Iudæis*, & expressè declarat Hier.Cucchal.*sup.alleg.in add.ad Bon.de Vit in ti.de pœ.blasp. n.*1.*in add.sub litera A*,vbi facta conclusione , quòd quando quis blasphemat,ex quo Deo oppugnat,incidit in hæresim; declarat eam procedere,quando scilicet scienter & appensatè quis facit:aliter secus,ex Diuo Thoma , 2.2.*q.*13.*art.*1. vbi enim quis seriò dicit verba hæreticalia,præsumitur sẽtire prout dixit.Et quamuis postea diceret se Catholicum , & credere quod Ecclesia credit & prædicat,vt hæreticus tamẽ

puniendus est.Sic latè scribitur *in decis.Rotæ,incip.accusatus de hæresi,in antiquis* , quam in proposito refert & sequitur Arn.Alb.*de agnosc.assert.cath.& hæret.q.*27.*n.*18.

¶Et è contra,†si quis non seriò , sed iratus in rixa vel alibi 38
blasphemauerit hæreticaliter;an tunc hæreticus præsumatur?Reperio Arnal.Alb.*vbi sup.sæpius allegatum, in d.q.*27.*n.* 17.*&* 18 varia,ni fallor,& forsan contraria dixisse , confuso quodam loquendi modo,ex quo legentis animus certè inuoluitur,& non resoluitur;quod tamen fieri non deberet in re tam graui,in quo Doctorum traditiones deberẽt esse clarissimę, is inquam *in loco citato,sub n.*17 expressè dicit,quòd blasphemans hæreticaliter iratus,hæreticus non est;quia ira eum excusat ab hæresi:oritur tamen ex huiusmodi blasphemia hæresis suspicio.& sic videtur sentire,quòd ex blasphemia hæreticali per iram emissa , licèt non probetur quem hæreticũ;præsumitur tamen quis hæreticus.*in n.verò* 18.*in fi.* contrarium videtur concludere,dum inquit , quòd licèt ex prolatione verborum hæreticalium, oriatur inordinata suspitio hæresis;ita tamen temperat talem suspicionẽ,& impedit causari præsũptionẽ hæresis , quæ bene præsumitur in seriò loquente,*vt in allegata decisione Rotæ.* & sic videtur cõtradicere iis,quæ priùs dixerat *sub n.*17. vnde eam *in hoc art.*credo esse veram (remittendo tamẽ me tã in hoc,quàm in omnib. suprà dictis & infrà dicendis,sanctæ Matri Ecclesiæ , à cuius veritate non intẽdo vilo pacto etiam in minimo declinare) vt id totũ prudentis Iudicis arbitrio remittatur. sic enim videtur tandem resolutum ab eodem Arnald. *d.q.*27.*n.*37.vbi inquit,quòd hanc hæresim seu suspicionẽ hæresis cõtra hæreticaliter blasphemantẽ,Iudex inuestigare poterit ex conditione personæ,passione,iracundia : item ex frequentia seu consuetudine blasphemantis,si inquam ioco,si seriò,si iniuria,si lubrico linguæ, si petulantia : & demum ex variis generib.causarum poterit animi sui motum informare , quorũ regula certa tradi non potest , sed relinquitur arbitrio iudicãtis, *arg.l.de minore,§.plurimum,ff.de quæst.* habeat tamen inquisitor semper ante oculos, ne quẽ non hæreticum iudicet hæreticum:nec eum qui hæreticus est,liberet , *vt in cle.* 1.*§.verum,de hæret.& in c.cùm æterni tribunal.de re iud.in* 6.

¶Et ex prædictis optimè infertur,† quòd quãdo blasphe- 39
mia non habet implicitam hæresim,& sic non est hæreticalis:tunc tanquam crimen mixti fori potest cognosci & à secularibus,& ab ecclesiasticis Iudic. & inter eos habebit locum præuentio,vt per Cald.*in cons.*2.*in tit.de Iudæis,*Abb.*in c.*1.*de maled.* Anch.*cons.*196.*incip. Magnifice & Illust.Principes,col.fi.*Boss.*in tit.de inquis.n.*132.vbi tamen , quòd punitio vnius Iudicis non facit quin alter possit suam pœnam imponere per tex.*in d.c.*2.*de maled.* cum ibi not. per Abb. & alios.¶Quãdo verò blasphemia est hæreticalis , & habet implicitam hęresim;tunc eius cognitio spectat ad inquisitores;arg.tex.*in c.accusatus , §.sanè,de hæret.* & in specie tradit Arnal.Alb.*de agnoscen.assert.cath.& hæret.q.*6.*n.*24.*&* 25.

Datur etiam blasphemia in Spiritũ sanctum , quæ quot modis committatur,& de illius exemplis ac materia, vide bene declarantem Decia.*in tr.crim.tom.*2.*lib.*6.*c.*2.*n.*17.*& c.* 3.*num.*28.

¶Amplia XI.Vt† blasphemi dicantur , & blasphemiæ 40
pœna locum habeat,non solùm in Christianis, sed etiam in Iudæis,vt in casu,in quo consuluit Cald.*in cons.*2.*in ti.de Iudæis,*de illo Iudęo,qui dixerat , *Nasca il verme can al Papa, & achi il fe Papa:Iddio non potrebbe far ch'esso non fusse Papa? Et s'io haueſſe Dio,il Papa,& il Vescouo nelle mani, trarrei loro gli occhi.*Item in alio casu,in quo consuluit Soc.*in cons.*119. *lib.*4.quem in specie refert Didac.*in repetitio.c.quamuis, par.* 1.*§.*7.*n.*9.*in fi.de pact.in sexto,*de alio Iudęo,qui dixit,*La vostra fede,è fede de cazzi.*Idem si dixerit,*quòd fides Christianorũ,est fides canina,*vt per Arn.Alb.*de agnosc.assert.cath.& hær. q.*6.*sub n.*33.item & in alio casu,in quo consuluerunt idem Socin.*in cons.*102.*lib.primo,*& Alexand.*cons.decimoquinto,li. tertio,*de illo altero Iudæo,qui dixit , *Nol potrebbe far Dio, che l'haueſſe scambiata io.* Item & in alio Iudæo,de quo post Bald.loquitur Catal.*de syndic. post n.*104.qui dixit,*deh asina de Dio,* quos & alios refert Iul.Clar.*in pract.in §.blasphemia, in princip.*

¶Sed† à quonam Iudice puniendus erit isto casu Iudæus 41
de blasphemia?Dic quòd à sæculari,non autem ab ecclesia-

stico Iudice puniendus est, nisi in casu, quo secularis Iudex fuerit negligens in procedendo, secundùm* communem, de qua testantur Alex. *in cons. 99. n. 15. lib. 6.* Soc. *cons. 119. post n. 16. vers. vnde ponderandum, lib. 4.* non dissentit Mascard. *in tr. § blasphemia, vers. sed pone*, vbi etiam generaliter dixit, quòd Iudæi sunt de foro sæculari. Decian. qui alios refert concordantes; & refert etiam ac reprobat contrarium tenẽtes, *in tract. crim. tom. 2. lib. sexto, cap. quarto, num. 2. & 3. & c. 5. sub nu. 5. in discursu.* Tu verò dicas, quòd ex quo blasphemia est mixti fori, vt suprà dixi, *num. 39.* & ex quo hodie vigore facultatum Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Vicarij Vrbis, Iudæi sunt sub protectione, & iurisdictione Iudicis ecclesiastici: ideo possunt de blasphemia pariter & ab eo puniri: & inter dictum Illustrissimum Dominum Vicarium, & Reuerendissimum Vrbis Gubernatorem, qui est Iudex sæcularis, habebit locum præuentio, iuxta superiùs tradita ab eodem, *numero 39.* & ita apud nos seruatur in Vrbe.

42 ¶ Amplia XII. Vt† blasphemiæ pœna locum habeat, etiã quòd blasphemans sua peccata Sacerdoti confessus, condignam & impositam peregerit pœnitentiã. Absolutus enim in foro pœnitentiali non prohibetur inquiri in foro iudiciali, vt suprà dictum est *in tit. de Inquisitione, qu. 4. num. 5. & 6.* etiam stante statuto, quòd propter pacem habitam minuatur delinquenti pœna: adhuc enim erit blasphemanti minuenda aliquo pacto pœna ex huiusmodi reconciliatione & pace cum Deo facta per confessionem peccatorũ, & pœnitentiam peractam, secundùm Bald. *in l. iurisiurandi, ff. de iureiurand. & in leg. accusationem, numero sexto, Cod. de his, qui accusar. non poss.* Catald. *in tract. de syndicat. numer. 131.* Flor. *in leg. 2. C. de rebus cred.* prout illos refert, & sequitur Octau. Vulpell. *in tract. de pace, quæstion. vigesimasexta.* Et licet contrarium senserit Bar. *in cons. 167. incip. Minister fratrum de obseruantia*, quem secuti sunt Anch. & Anan. *in c. fin. de maled. c.* Fel. *in cap. de his, num. 5. de accusat.* Nell. *de bannit. in 3. par. 2. tempo. q. 46.* Ferran. *caut. 25.* Decian. *cons. 137. numer. 3.* Bosi. *in titul. de pace, num. vigesimooctauo.* & Bartoli hæc opi-
* nio sit forsan magis cõmunis, * vt testatur Vulpell. *in dict. q. 26.* non per hoc tamen recederem à proposita ampliatione, quæ melioribus videtur fundata rationibus. de quibus ibi per eundem Vulpell. & præsertim in odium blasphemantium, de quibus si statuentes minuentes pœnam propter pacem habitam interrogati fuissent; verisimiliter non idem, quod in aliis delictis, respondissent. Et cum hac ampliatione tanquam veriore etiam sensit Dec. *in tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 5. n. 6.*

¶ Limita I. Hanc conclusionem positam in hoc primo
43 casu volẽtem, †quòd blasphemiæ reus pœna mortis naturalis plecti debeat, vt procedat in eo qui solitus & cõsuetus sit blasphemare; secus si non sit solitus, vel cõsuetus: sicut enim generale est, quòd delinquenti consuetudo aggranat delictum & pœnam ordinariam, ad tex. *in l. capitalium, §. solent, & in §. g assatores, ff. de pœ. in l. 3. Cod. ad l. Iul. de vi, in l. 1. ff. de iure patronat. in l. 3. vers. si plures, ff. de re militari*, cum aliis de quib. per Iacob. Nouel. *reg. 1. num. 14. & seqq.* & per Ant. Gomez. *in tit. de furt. num. 5. & cap. tertio, num. 60. in fi.* efficitque eadem consuetudo, vt pœna, quæ ex delicti natura est pecuniaria, possit propter delinquendi frequentiam in corporalem, & quandoq; etiam in pœnam mortis per Iudicem cõmutari, secundùm opinionem Bar. & Alex. *in l. 1. C. de super exactor. lib. decimo.* Brun. *cons. crim. diuers. 115. nu. 15. & seqq. to. 2. in folio, inter cons. Ziletti*, Mars. *sin. 378.* Fab. à Monteleone *in sua praxi arb. par. 4. pag. 259. nu. 266. & seqq.* & dicam latiùs *hoc eodem tit. de delictis, infr. in 23. q.* ita etiam generale est in crimine blasphemiæ, quod solitus blasphemare, multò acriùs puniendus est, quàm is, qui non sit ita solitus, vt notanter tradit Aug. ad Ang. *de malef. in verb. verba iniuriosa. n. 15.* vbi post Cynum concludit, quòd pœna blasphemiæ, quæ vigore statuti esset pecuniaria, puta centum, potest forte ex consuetudine blasphemandi in pœnã decapitationis commutari. Is enim, qui blasphemare consueuit, & qui incorrigibilis est, multò grauiùs aliis puniendus est, secundùm Ab. & alios *in cap. secundo, de maled.* Alex. *cons. 72. num. 8. in primo lib.* Diaz. *in pract. crim. canon. cap. 103.* Fab. à Monteleone *in praxi arb. par. 4. fol. 259. num. 766.* & Dec. *in tr. crim. tom. 2. li. 6. cap. 3. n. 26. & cap. quinto, nu. 14.* & propterea, vt dixi, quòd grauissima illa pœna mortis naturalis, de qua *in d. Authen. vt non luxurien. cont. natur.* non habet locum, nisi in solito & consueto blasphemare; secus in nõ consueto, vt in specie tradiderunt Bald. *in l. 2. C. ad l. Iul. maiest. & in l. 2.* & ibi etiam Sali. *C. de reb. cred.* Aug. ad Ang. *vbi supr. n. 14. prope fi.* Conr. *in pr. tit. de iniurian. pag. 409. col. 2. sub n. 25.* Alex. *cons. 233. n. 7. lib. 6.* Boer. *decis. 301. n. 11.* Didac. *in repe. c. quamuis, part. 1. §. 7. n. 10. in fi. de pact. in 6.* Franc. de Marc. *decis. Delphinatus 409. n. 8. 1. par.* D. Menoc. *de arbit. q. lib. 2. cent. 4. casu 375. n. 26.* Arn. Alb. *in trac. de agno. assert. cath. & haret. q. 6. n. 19.* vbi quòd isto casu non soliti blasphemare, possunt aliter puniri, quàm pœna capitis; putà pœna fustigations, vel carceris, seu aliter arbitrio iudicãtis, vt per Io. de An. *in c. 2. col. 7. de maled. vel pœna pecuniaria*, vt per Imo. *in cle. volẽtes, col. 3. de hær.* idque iuxta blasphemiæ atrocitatem, & blasphemantium qualitatem. Dec. *d. c. 5. sub n. 5. & c. 6. sub n. 4.*

¶ Amplia Hanc primam limitationem, †vt licèt ex bino 44
actu regulariter consuetudo delinquendi inducatur, vt per Gramm. *decis. 48. n. 3.* Cæpol. *in auth. sed nouo iure, n. 91. vers. & licèt text. C. de seru. fugit.* Cephal. *cons. 28. num. 12.* & quod duabus vicibus fit, id frequẽter fieri dicatur, *vt in Aut. de defens. ciu. ad fin* cum ibi notatis per Doctores *colla. 3. cap. monasterium*, vbi Abb. *n. 5. de vita & honest. cle.* Arch. *in c. illud, distinct. 12.* cum aliis in proposito adductis per Brunor. à Sole *in suo cons. crim. n. 40.* & dicam *infrà in quæst. vigesimaterti.* In blasphemia tamen secus est, quia ad hoc vt blasphemandi consuetudo inducatur, & pœna mortis, de qua suprà, locum habeat; non sufficit, quòd quis conuictus sit blasphemare semel, vel bis; sed requiritur vt pluries blasphemauerit: aliter dicta pœna locum non habebit, sed mitiori pœnæ, vt suprà dixi, locus erit, secundum Cyn. *in d. l. 2. Cod. de reb. cred. & in l. 3. ff. de Episc. audient.* Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, verba iniuriosa, num. 14. prope finem*, Alex. *cons. 77. numer. octauo, lib. 1. & in l. capitalium, § famosos, ff. de pœnis*, Mantua *sing. 606. numero tertio*, Conrad. *in pract. sub dicto num. 25. eadem pagina 409. colum secunda.* Bellon. *cons. fin. num. 5.* Ioann. de Selua, *in tract. de iuramento, par. vltima, quæst. fin. num. 9.* Ias. *in l. 3. §. iurari, numero quarto, ff. de iureiur.* Arnal. Alb. *in tract. de agnoscend. assert. cath. & haret. quæst. 6. sub num. decimonono, vers. quæ verò non habent, & num. 20.* D. Ioseph. Mascard. *de prob. lib.... conclus. 194. nu. 1.* Menoch. *de arbit. quæst. d. casu 375. num. 31.* vbi etiam quòd non sufficit in proposito, quòd quis repertus fuerit ter blasphemare, ad hoc, vt dicatur solitus blasphemare. Quod tamen vltimum reprehenditur à Fab. de Monteleone *in dicta practic. arbitr. folio 253. num. 739. & fol. 259. num. 766.* Sed idem, quòd Menoc. tradidit priùs Carrer. qui concordãt. allegat, *in pract. crim. in tract. de homicid. §. circa igitur tertium, quib. ex causis pœna augeatur, n. 9. in fi.* Et præmissis ad Decian. *in tract. crimin. tomo 2. lib. 6. c. 3. nu. vigesimosexto*, vbi quòd consuetus blasphemare non dicitur is, qui semel, aut bis, sed qui pluries, & interpolatis vicibus blasphemauit, *& c. cap. 6. sub num. 5.* vbi quòd nec talis consuetudo blasphemandi inducitur, nisi vltra binas, & trinas vices. & *num. 14.* vbi quòd non dicitur quis pluries blasphemare, etiam quod vnico tempore, & vnico calore iracundiæ plures emiserit blasphemias.

¶ Limita II. Eandem huius primi casus conclusionem, 45
†vt non procedat, quando in loco esset consuetudo blasphemãdi: tunc enim talis consuetudo, licèt mala & illicita, excusat blasphemantem à rigorosa illa pœna mortis ciuilis, seu aliàs canonica, de qua infrà: siue etiã statutaria. Sic in specie tradiderunt Bald. *in quodam cons. incip. An dicatur maledicere*, prout illum refert Perrasan. *in singul. 83. incip. tene menti, nu. 3.* Ang. *in l. his verbis, §. 1. ff. de hared. instit.* à quibus dissentire non videtur Mascard. qui horum opinionem vltimo loco refert *in suo tract. de probatio. volum. 1. concl. 194. num. nono, & seqq.* Nunius *de los corregidores, folio 15. numer. decimotertio*, prout illum refert, sed non sequitur, Clar. *in pr. §. blasphemia, ver. itẽ refert*, ea generali† ratione moti, quòd consuetudo lo- 46
ci facit de licito illicitum, excusátque à pœnis temporalibus contrahentes homicidas, falsarios, & quoslibet alios delinquentes, ad gl. *in cap. cùm venerabilis, in verb. Migrasse*, & ibi Anch. Abb. & cõmuniter* Doctores, *de consuet. & in c. denique, dist. 4.* Rõ. *sing. 46. inci. videtur 1. fröte, & sing. 19. & 384.* *

idem

idem Anch.*cons.*51.*& cons.*283.Cassad.*decis.*10.*in tit.de reg. cancell.*Fel.*in c.non satis,de sim.*Gret.*cons.*15.*col.*5.*vol.*1. Plot. *cons.*108.*n.*122.*inter cons.cr.diuers.*Ziletti, *lib.*1. Mars.*cons.*12. *n.*6.*vol.*1.Rol.*cons.*75.*n.*42.*& seqq.lib.*1.& latiùs dicam *infr. in* 2.*lib.sub tit.de pœnis temperan.*

* ¶Contrarium,& vt credo verius,& cõmunius,*quòd immò hæc cõsuetudo isto casu blasphemantes nõ excusat,tradiderũt Imol.*in dicta l.his verbis,*§.1.*ff.de hæred.instit.*Petrasa. *d.sing.*84.*n.*3.*& seqq.*vbi quòd ita ipse iudicaret contra istos blasphematores,Bellon,*cons.vltim.n.*6.Ias.*in l.*3.§.*iurari,n.*6. *ff.de iureiuran.*Ferrat.*caut.*25. Gram. *decis.*56.*col.*2. Didac.*in repet.cap.quamuis,par.*1.§.7.*n.*11.*de pact.in sexto,*Menoch.*de arbit.q.lib.*2.*dicto casu* 37.*n.*34.Arn.Alb.*in tract.de agnoscen. assert.cath.& hæret.quæst.*6.*num.*26.Clar.*in pract.*§.*blasphemia, dicto vers.item potest,in fi.*vbi quòd Senatus Mediolani non admittit capitula, in quibus imputati de blasphemia ad se ipsos excusandum volũt probare consuetudinem loci; quia dicitur potiùs paruus vsus & abusus,cuius nulla ratio habe-
46 ri debet,quam consuetudo.†Ea etiam ipsi alia generali, & communi ratione moti; quia in his de se, & sui natura mala,& detestabilia sunt, & præsertim contra ius diuinum;cõsuetudo etiam quòd totus mundus illa vteretur, non excusat.*c.flagitia,*32.*quæst.*7.*c.obiiciuntur*, 32.*quæst.*4. glos.*in cap. sanè,de temp.ordin.& in c.cùm secundùm leges,de hæret.in sexto,* Ias.*in l.ait Prætor,col.*5.*de iureiurand.*Bal.*in l.de quib.col.*20.*ff. de legib.*Innoc.*in c.sanè,de offic.ordin.*Felin.*in c.ea,quæ de sim.* Calcan.*cons.*28.*col.*5.Mars.*in l.*1.*col.duodecima,& seq.ff. ad l. Cornel.de sicar.*Boër.*in verb.statutum,sing.*8.Ang.Gab.*lib.sexto,concl.*8.*n.*27. Vnde hîc tradita deseruient potiùs pro ampliatione,quã pro limitatione huius primi casus. Pro qua adde etiam idem tenentem Dec.*in tract.cri.tomo* 2. *lib.*6.*ca. quarto,n.decimo,& cap.quinto,n.quarto,*vbi tamen in fine cõcludit fortè posse dici,quòd talis consuetudo,si non excusat à toto,saltem excusat à parte, vt faciat mitigare pœnam ex Ferrat.& Couar.*in locis ibi per eum relatis,& dicto c.*5.*num.*3. vbi etiam ponit,quando in hoc crimine excusat communis loquendi vsus. Et vide quæ dixi *in secunda par.tit. de pœn. temper.q.*95.*n.*30.

47 ¶Limita III.In eo,† qui ira vel aliquo iusto dolore motus blasphemat:is inquam licèt nõ in totũ blasphemiæ pœnam euadat,mitiùs tamen puniendus est, secundùm Gofft. Henri.Boich.Panormit.& alios *in c.*2.*de maled.* Arch.*in cap. quid ergo,in fin.*23.*q.*5.Bonif. de Vital.*in tit.de pœna blasphemant.n.*2.arg.*text.in l.quòd calore,ff.de reg. iur.* latè de materia Fab.à Monteleone *in sua praxi arb. par.*4. *n.* 774.*& seqq.vsque ad* 790. Dec.*cons.*163.*n.*10.Didac.*in repet.c. quãuis, par.* 1.§.7.*num.*13.*de pact.in sexto,*Tiraq.*de pœn.temper.causa* 1.*n.* 14.Ludou.Montaltus,*in tract.de reprob.sent.Pilati, primo dubio,num.*3.*in fine,*vbi dicitur, quòd iratus blasphemans licèt peccet,minùs tamen peccat, quàm is qui ex proposito blasphemat,& ob id mitiùs etiam arbitrio Iudicis puniẽdus, D. Menoch.*de arbitr.quæst.lib.*2.*cent.*4.*casu* 375.*nu.trigesimotertio,*Gram.*super constit.Regni,folio* 113.*numer.*5.Clar.*in pract. quæst.*60.*vers.est etiam ira.*Arnal.Alb.*in tract.de agnoscen. assert.cathol.& hæret.quæst.*27.*num.*2.*&*3.vbi etiam, an isto casu blasphemans peccet mortaliter,vel venialiter,& n.*6.*&* 7. vbi bene loquitur in materia. Et in proposito vide Decian. *in tract.crim.tom.*2.*libro* 6.*cap.*1.*num.*5. vbi probat blasphemiam nuncupari filiam superbiæ,quando prouenit ex animo deliberato;quando verò prouenit ex iracundia, nuncupari filiam iræ.

48 ¶Svblimita I.Hanc tertiam limitationem,† vt habeat locũm,quando ira habuit ortum ex iusta & non leui causa; secus si ex iniusta,vel leui;quia tunc iracundia non excusat blasphemantem,Fel.*in cap.sicut,col.antepen.post num.tertium, ext.de iureiur.*Ioan.de Anan.& Abb.*in cap.secundo, de maled.* prout illos referendo sequitur Fab.à Monteleone*in sua praxi arb.par.*4.*pag.*262.*n.*785.*& seqq.& pa.*260.*n.*774.*& seq.* vbi ponit exẽpla causarum,ex iusta ira procedere potest, vtputà in eo,qui habet nuntium de morte filij,vel alterius cõiunctii:item in eo,qui ex improuiso patitur aliquam læsionẽ in bonis,vel maioris partis bonorum;item in eo,qui recipit aliquam atrocem iniuriam,&iis similia, & ibi hæc omnia declarat Carret.*in pract.in tract.de homicid.*§.7. *excusat calor iracundiæ,num.quinto,*Decian.*in tract.crim. tomo secundo, lib.*

sexto,cap.quinto,num.nono, vbi pariter bene exemplificat & declarat hanc limitationem, Arnal.Alber.*in tra.de agnoscen. assert.cathol.& hæret.dict. quæstio.*27. *sub num.tertio,& numer. octauo,*vbi quòd isto casu ad hoc,vt iracundia excuset, debet probari,quòd fuerit talis,vt alienationem mentis induxerit, iuxta in simili tradita de voto calore iracundiæ emisso, per Anton.de Butr.& Ioan.de Imol.*in c.dudum.* vbi etiam gl. *in verb.calore iracundiæ,de conuer. coniuga.* aliter blasphemantem non excusabit à pœna ordinaria, vt ibi per eum, & per Duen.*reg.*299.*in* 5.*fallen.*vbi expresse vult,quòd ad hoc, vt iracundia faciat mitigare pœnam in blasphemia,duo requiruntur.Primum,quòd ea prouenerit à causa iusta, non autẽ ab iniusta. Secundum, quòd ira fuerit talis, vt hominem à suo recto sensu alienauerit;aliter secus,de quibus latiùs dixi *in tit.de pœn.temperan.q.*92.*n.*38.*&* 39.& voluit etiam Car. *in loco præcitato,d.n.*5.*&* 6.& licèt Clar.*in pract.in q.*60.*vers. est etiam ira,*dicat se reperisse quandoque, quòd ij,qui etiam sine iusta causa calore iracundiæ blasphemarunt,non solùm fuerunt mitiùs puniti,sed etiam absoluti,prout testatur Afflict.*super tertia par.const.Regni,rub.*54. *num.*6. vbi quòd per curiam Neapolitanam fuit absolutus quidam rusticus, quia faciendo computa cum domino suo,iratus dixit,quòd *Deus non poterit facere, quod esset debitor tot operarum.* Aduerte tamen,quòd casus per Afflictum expositus, non percutit terminos nostræ sublimitationis,quia præterquam quòd in casu suo vltra causam iræ concurrebat etiam causa rusticitatis,& sic duplex causa excusans magis debet excusare quàm vnica solùm:ibi tamen adhuc non potest dici, quòd ira fuerit iniusta,quia fortè ille rusticus non erat debitor tot operarum,sicut dominus in computis asserebat:ideo credens rusticus se grauatum à domino,iustè,non autem iniustè in irã prorupit,licèt malè fecerit ex ira in blasphemiam prorumpere:ideo cùm termini sint diuersi, parcat mihi Dominus Iulius Clarus;nam non meruit casus Afflicti in oppositionem allegari.

¶Svblimita II.Eandem tertiam limitationem,& illatiuè ex præcedenti limitatione,†ex quo ira insurgit ex ludo, 49
dicitur prouenire ex causa illicita & iniusta,cùm ludus præcipue aleatum & taxillorum sit à iure reprobatus, & illicitus,*vt in l.alearum vsus,C.de aleatorib.*& est communis, * vt *
dicit Maluet.*in tr.de ludo taxillorum, nu.*4.prout illum refert Conrad.*in pra.fol.*420.*num.*1.*in fine,in tit.de lusorib.* & in facti contingentia consuluit Corn.*in cons.*101.*lib.*2.quos omnes refert,& sequitur Iulius Clar.*in pr.*§.*ludus, in prin.*cum latè congestis per Benedictum Capram *in concl.*86. *per totã,* vbi latè de materia, de qua si vitam mihi Deus Optimus Maximus largietur aliàs in sua particulari Quæstione latiùs dicã.Ideo qui in ludo blasphemat,tanquam dans operam rei illicitæ,non potest ex ira se excusare,vt in specie traditerũt, Cagnol.*in l.quicquid calore,n.*9.*ff.de reg. iur.*Abb. *in d.cap.*2. *de malef.*Corset.*in suo sing.verb.blasphemia,il terzo,in fin.*Fel. *in cap.sicut,numer.*30.*de iureiuran.* Fab.à Monteleone *in sua praxi arbi.part.*4.*fol.*259.*n.*770.*& fol.*263.*n.*788.Arn.Alb. *de agnoscen.assert.cathol.& hæret.dict.quæst.*27.*num.*8.*in fin.& sub num.decimooctauo,*Ioseph.Masc.*in suo tract.at. de probatio. concl.*194.*num.*12.*vol.*1.Tiraquel.*de pœnis temper. causa prima,sub num.*14.vbi videtur reprobare Decium, qui contrarium asseruit *in cons.*163.*in causa matrimonij, col.*7. *vers.non obstat illum.*

¶Limita IV.Hanc huius primi casus conclusionem,†vt 49
non procedat in blasphemante per ebrietatem & lasciuiam; quia tunc sic blasphemans excusatur saltem vt mitiùs puniatur,vt per Bonif.de Vital.*in ti.de pœna blasphemant. nu.*2. Arnal.Alber.*de agnoscen.assert.catho.& hæret.qu.*6.*sub n.*21.*& quæst.*27.*num.*15.vbi tamen isto casu,quòd ebrius potest extra ordinem puniri pœna arbitraria, secundùm Abb. antiquum *in ca.secundo,de malef.*quem sequuntur communiter *Doctores,teste Grammat.*super constit.Regni,fol.*113.*num.*6. *
sequitur Clar.*in pra.q.*60.*vers.præterea quæro*, vbi quòd quidam Christophorus de Prinis pro blasphemia fuit publicè affectus vno ictu funis, licèt in ebrietate blasphemauerit, Masc.*de probat.d.concl.*194.*n.*4.*lib.*1.nec dissentit Decian.*in tr.crim.tom.*2.*lib.*6.*cap.*5.*nu.*8.

¶Generale enim est,†non solùm in crimine blasphemiæ, sed in omnib.delictis, ebrietatem delinquentis illum excu-

sare ab ordinaria pœna, *ad text. in l. omne delictũ, §. per viuũ, ff. de re milit. & in l. respiciendum, §. delinquũt, vers. impetu, & c. ff. de pœn. cap. sanè, 15. quæst. 1.* vbi gl. & communiter* Doct. teste Ant. Gomez *variar. resolut. tom. 3. tit. de delict. ca. 1. num. 73.* Marsil. *in leg. 1. in princip. n. 48. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Ripa *in leg. si. num. 79. Cod. de reuocan. donat.* latè Tiraque. *de pœnis temperan. causa 6.* Duen. *regu. 259. in 4. ampliat.* Pet. à Placha *in epit. delict. c. 30. num. 1. & seqq.* vbi pariter testatur de communi,* Clar. *dict. q. 60. eodem vers. lib. 2. cent. quarta, casu 326. n. 2. & seq.* Anchar. Regien. *qu. 13. num. 4. in prin. & in fi. & num. 6. part. 2.* & dicam, si Omnipotenti placuerit, latiùs *infrà*, &, vt credo, erit *sub titul. de pœnis temperandis, in sua particulari q. l. 2.*

52 ¶ Limita V. In rustico,† quem ob rusticitatem à pœna saltem ordinaria blasphemiæ excusari, videtur de mente Iul. Clar. *in pract. in d. § blasphemia, vers. sed quæro, in fine,* ibi, *& nisi rusticitas, &c. & in vers excusari potest quandoque, & in q. 60. vers. est etiam ira,* vbi ponit casum in eo rustico, de quo meminit Affl. *super 3. parte const. Regni, rub. 54. n. 6.* qui dixit, quòd Deus non poterat facere, quòd esset debitor tot operarum, qui tamen fuit per curiam Neapolitanam absolutus, vt ibi per eum.

53 ¶ Contrarium,† quòd immò rusticus non excusetur à pœna blasphemiæ, multò verius esse credo, ea potissimũ vera & communi * ratione ductus: quia licèt vulgò dici soleat, quòd in delictis rusticus excusetur, saltem à pœna ordinaria, & mitiùs puniatur, ad tex. *in l. si quis ignorans, ff. ad Senatusc. Syll. in l. cũ de indebito, § si is autem*, cum aliis cumulatis per
54 Tiraq. *de pœnis tempe. causa 11. n. 1. & seqq.*† id tamen sanè intelligendũ est, vt non procedat generaliter in omnib. casib. sed tantummodo in casib. à iure expressis, prout exprimuntur in dictis iurib. in dubio enim rusticitati minimè fauendũ esse in delictis, præterquam in casibus à iure expressis, communiter* per Doct. traditum est, & apertè voluit gl. *in c. vlt. caus. 1. quæst. 4.* Alexan. *in l. si quis id quod, col. 3. vers. item nota quòd rusticitas,* vbi alios adducit, & ibi etiam Dec. *num. 35. ff. de iurisdictione omnium Iudic.* idem Dec. *cons. 274. incip. viso puncto, col. 2. vers. sed supradictis, & in cap. super literis, num. 7. in fi.* & ibi etiam Bero. *num. 68.* & Mantua *num. 18. de rescrip.* Ripa *in tra. de peste, tit. de remed. præserua. cont. pestem, n. 246.* Tiraq. *d. dicta causa 11. in fi. num. 26.* Menoc. *de arb. q. lib. 2. cent. 2. casu 194. n. 4. n. 82.* vbi quòd licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint, quòd scili. generaliter in dubio, ac in omnibus casibus etiam à iure non expressis rusticitati fauendum sit, ad eos excusandum; intelligendi tamen sunt, vt eorum opinio procedat, quando Iudici sic visum fuerit eos excusare ex aliqua æquitate, non autem ipso iure: sed sic est, quòd nulla potest cõsiderari æquitas, qua rusticus à blasphemia excusari possit, cùm per eũ offendatur diuina Maiestas; nullàque lege expressè cauetur, quòd rusticitas excusetur à
55 blasphemia, ergo, &c. In iis † enim, quæ prohibita sunt, vel de iure naturali, vel gentium, vel etiam ciuili notorio, prout est blasphemia, quæ, vt dixi, non solùm de iure ciuili, sed etiam de iure Diuino damnata est, rusticitas non excusat, *l. 2.* & ibi gl. & Doct. *ff. de in ius vocan.* glos. *in l. respiciendum, §. delinquunt,* & ibi Bar. *ff. de pœn.* gl. *in c. in summa, 38. distinct. & in §. notandum, can. 1. quæst. 4.* Cyn. & Bal. *in l. 1. Cod. de interd. matrim.* Abb *in c. super literis, col. sexta, super gl. in verbo, simplicitate, de rescript.* Ang. *in l. consensu, §. fi. ff. de appell.* Alexan. *cons. 103 videtur prima consideratione dicendum, col. penul. ver. & dato quòd Comes Nicolaus, libro primo,* Alc. *de præsump. reg. 3. præsumpt. 30. n 3.* latè Tiraq. *dict. causa vndecima, num. 7. &*
56 *seqq.* & Menoch *d. casu 194. n. 16.* & est communis, † prout etiam multò minùs excusat rusticitas in iis, quæ sunt contra speciem honestatis, secund. Bald. *in l. quicunque, colu. pen. vers. & nota quòd in his, C. de seruis fug.* Alexan. *in addit. ad Bald. in l. 1.* per illum tex. *C. de interd. matrimo.* Firma. *in tract. de Epis. quarta par. libro quarto, quæst. 60. vers. item secundum,* Ias. *in d. l. si quis id quod, colu. 8. vers. tertio, fallit. ff. de iurisd. omnium Iudicum.* Tiraquel. *d. causa vndecima, numer. 10.* Nec obstat casus relatus per Affict. & Clar. *vbi suprà*, quia, vt pariter suprà dixi, *in n. 48.* ibi fuit excusatus ille rusticus, non propter solam rusticitatem, sed propter iram ex iusta causa ortam, iuxta superiùs tradita, *num. 47.* Et ab hac contraria opinione non dissentit Decian. *in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 5. num. 10.* vbi propterea male dicit fuisse excusatum à pœna mortis, & ad triremes trãsmissum illum rusticum, qui per Clar. *in loco per cũ relato,* dixerat, *Vẽga il cãcro a quel traditor di Domenedio, & a quello che l'ha depinto, & a chi crede ch'el sia da bene à far pioner adesso,* cũ laqueo suspẽdi debuisse, si Iudex extitisset.

¶ Limita VI. In blasphemante, † qui postquam blasphemauit, pœnitentia ductus blasphemiã reuocat, vel retractat, 57
is, inquam, vel nulla prorsus, vel leuissima pœnitentia dignus est, secundùm Arn. Alb. *in tract. de agnosc. assert. cathol. & hæret. q. 27. n. 9. & 13.* vbi quòd si quis blasphemans Deum, antequam recedat de loco vbi blasphemauit, retractet illam blasphemiam, & ductus pœnitentia signa contritionis ostẽdat, vtputà vel pectus suum, aut labia percutiendo, vel terrã deosculando, vel solum, leuissima pœnitentia dignus reprehendẽdus est, vel ei parcendũ, & ex hoc excusaretur; prout fuit in casu excusatus quidam Angelus Iudæus, qui negauerat Omnipotentiam Dei, in quo consuluerunt Mar. Soc. *in cons. 102. incip. in præsenti consultatione, lib. 1.* & Alex. *cons. 15. viso processu, lib. 3.* Præsumitur autem in isto casu sic se retractans linguæ lubricitate blasphemasse, secundùm Fel. Alex. & Grammati. *in locis relatis* per Dec. *in tract. crim. tomo 2. lib. 6. c. 5. n. 13.* ideo excusandus; *vt ibi n. 11.* vbi tamen declarat, an, & quando in blasphemia linguæ lubricitas blasphemantem excuset.

¶ Ideo autem dixi, *antequam recedat de loco, vbi blasphemauit &c.*† quia si non incontinenti talia signa contritionis à bla- 58
sphemante emanauerint, nulla prorsus venia dignus est, etiã quòd ex interuallo reuocet, vel retractet blasphemiam. Sic enim reprobatis contrariis, qui infra mensem id fieri posse opinabantur, optimè declarat idem Arna. Alb. *vbi sup. d. n. 9. & sequent.* at si incontinenti & coram eisdem hominibus blasphemans pœnitens se retractet, ei omnino, vt suprà dixi, parcendum est.

¶ Sicut† enim reuocãs iniuriam alteri illatam, dicens putà, 59
quòd id, quod dixit, malè dixit, & per iram, actione iniuriarũ nõ tenetur, & pœnam euitat, vt Ang. *in l. si non conuitij, ff. de iniur.* Fel. *in c. delicti, col. fi. n. 16. de excep. & in cap. cùm te, col. 3. vers. dum dicit, gl. de re iudic.* Dom. & alios *in c. si quis iratus, 2. q. 3.* Lanfran. de Oriano *in cap. quoniam contra, in verbo, confessiones, col. 1.* & ibi Celsus, *in add. de probat.* Luc. de Penna *in l. omnino curiales, col. 2. ver. sed pone, Titius dixit, C. de decurionib. l. 10.* Dec. *in l. quòd calore iracundiæ, in fi. ff. de reg. iu.* Paris de Put. *in tra. de re militari, §. quia finis, lib. 10.* Conra. Lancell. *in tr. de duel. in ti. de pace, concl. 104. inci. inuestigandæ, &c. & seq.* Plot. *in l. si quado, §. 46. n. 3. C. vnde vi.* ¶ Ita pariter multò magis blasphemans reuocans iniuriã in Deum prolatã, excusari debet; † quia mitiùs agitur cum Deo, quàm cum homi- 60
nibus, vt dicit gl. *in l. si quis rẽ, §. voto, ff. de pollicitat.* & scribit Ias. *in l. generaliter, col. 1. ff. de verb. obli.* Deus enim misericors est, de quo scribitur, *Quotiescunque ingemuerit peccator, iniquitatum eius non recordabor, ca. sceleratior, cap. pium, de pœn. dist. 3.* Homo autem quærit vindictam, *vt toto tit. ff. ad Syllan. & de his quibus vt indignis, ff. & C. & in l. miles, §. socer. ff. de adul.*
† prout etiã pariter mitiùs agitur cum lege, quàm cum ho- 61
mine, *vt in l. Celsus, ff. de arbit.* & latè scribit And. Sicul. *in ca. Raynaldus, de test. & in repet. rub. eiusdem tit. col. fi.* sic per hanc rationem hanc sextam limitationem vt suprà declaratam comprobat idem Arn. Alber. *d. q. 27. n. 14.*

¶ Limita VII. Vt† licèt tam de iure ciuili, quàm diuino 62
blasphemiæ pœna sit mortis naturalis, vt suprà dixi: tamen secus est de iure canonico: Pius enim illius nominis I. Pontifex Maximus, vt relatum est *in c. si quis per capillum, 22. q. 1.* sãciuit, quòd iurans per capillum Dei, vel aliter blasphemans, si in ecclesiastico ordine est, deponatur; si laicus, anathematizetur. ¶ Gregorius IX. pariter Pontifex Maximus, hanc pœnam sibi nimis grauem existimans, illã mitigauit, vt relatum est *in c. 2. de maledic.* vbi disposuit, quòd blasphemãs, si à Iudice spirituali deprehẽditur, pluribus diebus Dominicis sine vestibus debet poni ante ianuam Ecclesiarum cum corrigia ligata ad gulam, dum Missa cantatur, & quòd septem diebus ieiunet in pane, & aqua, si autem à sæculari Iudice corrigatur, debet condẽnari in quadraginta solidis, si est diues; si autem non est diues, in triginta, in viginti, vel in quinque solidis, iuxta blasphemantis paupertatem. De quibus quidẽ pœnis à iure canonico inflictis, post alios memi-

nerunt

nerũt Catal.*in trac.de syndi.n.*106.Aug.ad Ang. *de malef. in verbo, verba iniuriosa, sub n.*14.Bonif.de Vital.*an tit.de pœna blasphemã.n.*4.Cõrad.*in pract.in tit.de iniuriã.n.*25.*pag.*409. *col.*2.*prope fi.* Diaz *in pract.cri.canon.c.*103.*verb.blasphemia*, vbi pulchrè de materia,D.Menoc.*de arbit.q.l.*2. *cent.*4.*d.casu* 375.*n.*27.*& seqq.*Clar.*in pract.*§.*blasphemia,versi.sed quæro,in princ.* vbi quòd hæc pœna blasphemãtis,quòd cogatur ad publicã pœnitentiã ante fores Ecclesiæ cum corrigia ad collũ,non habet locũ in clericis, ne propter eorũ publicam satisfactionẽ vilescat clericalis ordinis authoritas, secundũ
* quòd ita communiter*teneri testatur Abb.*in cap.*2. *num.*8. *de maledic.*quẽ refert Simãcas *in trac.de hæret.c.*8.n.12.ideo erit talis pœna commutanda in aliã,iuxta tradita per Catal. *vbi sup.d.n.*106.licèt bene verũ sit,quòd in clerico blasphemia,& grauior,& damnabilior est,quàm in laico,prout adnotauit Decian.*in tract.crim. tom.* 2.*l.*6.*c.*3.*n.* 25. & latiùs *c.* 6.*n.*3. vbi latè & bene declarat,quæ sit hodie de iure canonico pœna blasphemiæ tam in clerico,quàm in laico.

63 ¶ Limita VIII.Vt † eadem pœna mortis naturalis indicta,vt prædixi,tã de iure ciuili, quàm diuinocorrecta, sit,vt modo præfertur,nedum per canones,sed etiam per Concilium Lateranẽse, sub Leone X. 1514.quod de blasphemis disponens in hæc ferè verba constituit, Vt quicunque Deo palã, seu publicè maledixerit,cõtumelioſisque ac obscœnis verbis Dominum nostrum Iesum Christum,vel gloriosam Virginem Mariam eius genitricẽ expressè blasphemauerit; si munus publicũ iurisdictionémque gesserit,perdat emolumenta trium mensiũ dicti officij pro prima & secunda vice;si tertiò deliquerit,ille eo ipso priuatus existat.Si clericus vel Sacerdos fuerit,eo ipso quòd de delicto cõuictus fuerit, etiam beneficiorũ,quæcũque habuerit, fructibus vnius anni mulctetur,& hoc pro prima vice:pro secũda verò,si vnicum habuerit beneficiũ, eo priuetur : si autem plura,quod ordinarius maluerit,id amittere cogatur: pro tertia verò vice,dignitatib.ac beneficiis omnibus,quæcunq; habuerit,eo ipso priuatus existat, ad eáque vlterius retinenda inhabilis reddatur.Laicus autẽ blasphemus si nobilis fuerit,pro prima vice,mulctetur pœna vigintiquinque ducatorũ: pro secunda vice,mulctetur in duplum:pro tertia vice,nobilitatẽ perdat.Si verò ignobilis & plebeius fuerit,in carcerem detrudatur pro prima & secũda vice:pro tertia autẽ vice mitra infami ante fores Ecclesiæ per integrum diem mitratus stare cogatur.Si verò vltra tertiã vicẽ pluries blasphemauerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes dãnetur Iudicis arbitrio.Qui verò Sãctos reliquos blasphemauerit,arbitrio Iudicis rationẽ personarũ habituri,mitiùs aliquantò puniatur. Et sic optimè Conciliũ istud in quocũque blasphemiæ casu prouidit. De quo etiam mentionem facit Decian. *d. l.* 6.*c.*6.*n.*3.*in fin.*Qua quidem Leonis cõstitutione per Pium V.confirmata, vt in eius Bulla aliàs de anno 1566. Kalend. Aprilis contra simoniacos, blasphematores,concubinarios, & sodomitas edita,& de qua *in Bullario, part.*2.*fol.* 924.*in ordine* 5.*sub versi. ad abolendum, &c.* Statuitur insuper per illũ sanctiſſ. Põtificem,vt laicus,pro blasphemia in Deum, Iesum Christum, ac eius sanctissimam Virginem Matrem commissa; & pro prima vice,pœna 25.ducatorum;pro secunda,pœna quinquaginta;pro tertia, pœna centũ ducatorũ,iuncto exilio & infamia,puniatur.Si verò is soluẽdo non sit,& plebeius fuerit,pro prima vice,manibus post terga ligatis ante fores Ecclesiæ per diem integrum constituatur: pro secunda,fustigetur;pro tertia,lingua perforata ad triremes transmittatur. Clericus autẽ pro prima vice , fructibus vnius anni;pro secunda,beneficiis ipsis priuetur;pro tertia, deponatur,& in exiliũ mittatur:& si clericus beneficiũ non habeat,pro prima vice, pœna pecuniaria vel corporali puniatur:pro secunda,carcerib.mancipetur:pro tertia,verbaliter degradetur,& ad triremes mittatur.Pro blasphemia verò in Sanctos pro qualitate blasphemiæ , & personæ, arbitrio Iudicis puniatur. Et sic pariter vides etiam per illum Pontificem,in omni blasphemiæ casu fuisse prouisum.

64 ¶ Limita IX. Vt † prædicta pœna mortis naturalis blasphemantib.iniuncta,recesserit ab aula,& quòd de consuetudine non seruatur:cùm vbique locorum aliter prouideãt, vel bannimenta,vel statuta,vel aliæ constitutiones,sicut de hac consuetudine testantur Bal. *in l.secunda,C. de reb.credit.* provt illum refert Aug. ad Ang. *de malef. in verb. iniuriosa, n.*14.*prope fin.* Conrad. *in pr. tit.de iniur. sub n.*25.*pag.*409. *col.*2.Luc.de Pen.*in l.omnes Judices,C.de delat. lib.*10. à quibus nec dissentire videntur Boër. & Couarr. relati per D. Menoc.*de arbit q.d.lib.*2.*cent.*4 *cas.*375.*n.*26.Bellon.*cons.*96. *n.*6.vbi ex hoc dicit,quòd si omnes blasphemi decapitarentur, pauci supereſſent,qui possent blasphemare.& ita Dec. *in tract.crim.tomo* 2.*lib.*6.*c.*6.*sub n.*4.

¶ Vide tamẽ in proposito Clar.*in d.*§.*blasphemia,vers.sed quæro*, vbi relatis prædictis videtur concludere , quòd talis asserta consuetudo , tanquam pessima non est seruanda : & quòd Princip.Christiani,& eorũ Magistratus grauiter peccãt in non seueriſſimè puniendo blasphemos:prout pariter & ad blasphemãtes seuerè puniẽdos plurib. admonet Principes,Dec.*in tract.crim.tom.*2.*lib.*6.*c.*6.*n.*27. Et nihilominùs in castigando tales blasphemantes sunt in primis seruanda statuta,& consuetudines:& si deficiant, erit eis imponenda pœna perforationis,aut amputationis linguę,vt aliàs iudicauit Parlamentum Delphinale,sicut testatur Fran.Marc.*dec.* 509. vel ictus funis , vel triremium : † iuxta quod Senatus 65
Mediolani sæpiùs pariter iudicauit,vel exilij,vel alia pœna arbitraria,iuxta trad.per Iod.*in pr.cr.c.*61.*n.*17.& aliquando etiam mortis naturalis,si grauitas blasphemiæ , vel consuetudo blasphemantiũ id suaserit,iuxta relata per Boër.*d.dec.* 301.vbi quòd quidam blasphemus fuit per illam curiã lingua priùs perforata ad ignem condemnatus,& alius decapitatus,& refert Clar. *in loco nuper cit. d. vers. sed quæro,in fin.* quòd nisi rusticitas,& ira excusasset quendam nomine Barbinum , qui atroci blasphemia in Deum vsus fuerat,vtique Senatus illum laqueo suspendi mandasset ; provt etiam refert , quòd quidã Antonius Zaura propter atroces blasphemias iussus fuit ab eodem Senatu, si erat aptus remo,transmitti ad triremes perpetuos:sin minùs furcis suspendi:& sic secundũ eum hodie pœna blasphemiæ est arbitraria,& potest ex causa etiam ad mortem extendi:& sic ad pœnã à Iudice ciuili impositam. Et tradita per Clar. eum referendo sequitur Dec.*d.c.*6.*n.*7.*& seq.*vbi benè omnia declarat.

¶ Hæc autẽ † opinio Clari in eo , quòd asserit hanc pœ- 66
nam hodie esse arbitrariam , certè impugnari non potest: nam præterquàm,vt *sup.*dixi *in q.* 17.*n.*17. *& seqq.* omnes pœnæ sunt hodie Iudici arbitrariæ;in specie tamen de pœna blasphemiæ, quòd sit arbitraria, vltra Iod.*vbi suprà* allegatum per Clar.tradiderunt in terminis , Host.*in sum.in tit.de maledic. in* §. *blasphemantes , vers.grauior* , quem secuti sunt Ioan.And.Abb.Anchar.Butrig.& Cardin.*in cap.* 2.*de maledic.*Bonifac.de Vital.*in tit.de pœna blasphemantium, n.*3. Ias. *in l.*3.§.*iurari,n.*14.*ff.de iureiur.*Ioan.Coral.*in arresto Tholos. annot.*36.Simanc.*in tract.de hæret.tit.*9. Foller. *in pract.crim. in frag.num.*15.Fab.à Monteleone *in sua praxi arb.*4.*part. n.* 739.*fol.*253.quos refert,& sequitur D.Menoch. *d.cas.*375. *num.*30.*lib.*2.*in tract.de arbit.q.*

¶ In eo autem,in quo idem Clarus asserit,† blasphemiæ 67
pœnam posse ad mortem extendi,pariter de iure impugnari non potest:nam præterquam quòd generale est omnibus delictis , & pœnis , vt latiùs supra deduxi *ead. q.*17.*n.*34.& *seq.*in specie tamen blasphemiæ idem sensit D.Menoch. *in præallegato casu* 375. *d. num.*30. & ante eum videtur etiam de mente Bossij *in tit.de inquisit.sub num.*131.*in vers. Verùm quia*, vbi quòd cùm ipse haberet à Senatu authoritatem compilandi decretum super blasphemia,ex quo aliquando tales obscœnæ , & sceleratæ blasphemiæ in Deum proferuntur,vt etiam parietibus horrorem incutiant:idcircò ipse in illius decreti pœna addidit,quòd vbi ex natura blasphemiæ grauior pœna adhibenda esset , quòd eo casu sit in arbitrio Iudicis grauiorem imponere , etiam vsque ad vltimum supplicium,iuxta *l.ad bestias,ff.de pœn.& l si hominem, cum similibus,ff.mandati.*

¶ Sed quicquid sit de iure,nunquã vidi pro qualibet atroci blasphemia imponi hanc mortis pœnam:sed tantũmodo ad plus ad triremes dãnari. Et ista triremium pœna est maior pœna,quæ vigore bannimẽtorum Reuerendiſſimi Domini Vrbis,& de cõsuetudine in Vrbe apud nos infligi possit:licèt etiam rarò & forsan nunquã eam etiam seruari viderim:quia licèt idem Reuerendiſſimus Gubernator in bãnimentis reseruet sibi arbitrium augẽdi pœnas:nihilominùs

vt plurimum pro blasphemia etiã iterata, non vidi blasphemos, nisi vel pecuniariter mulctatos, vel in publico ad berlinam positos [vel lingua etiam perforatos] vel ante fores Ecclesiæ mitratos: & ideo tu qui es Iudex Romæ, tempera te secundùm consuetudinem: idque iuxta superiùs tradita, *d.q.17.n.5.* aliter reprehensione dignus eris.

¶ [Et hæc dicta sufficiant in materia, & pœna blasphemiæ, ad quam si plura quàm quæ hîc scripsero, videre volueris, adeas Marian. Socin. *in c.2.de maledic.* Squillacen. *de fide cathol.c.16.* Simãc. *de cathol.instit.c.8.& in Enchirid.violat.relig.tit.9.* Conrad. Brun. *de hæret.l.5.c.2.* Ioan. Roias, *de hæret.parte 2.assert.12.* Alphon. de Castr. *de iusta hæret.punit.l.1.c.1.* Nicol. Eymeric. *in direct.2.par.q.41.* Alex. Roman. *in pragmat.Regni, de blasphem.q.8.* Vmber. *de loca.in sua prac.indic.in verb.blasph.* Caballin. *ad Ægid.constit.l.1.c.21.& l.4.c.92.*] Dec. *in suis tract.crim.tomo 2.l.6.c.1.* vbi ponit primo loco diffinitionem blasphemiæ, *& c.2.* vbi quot modis blasphemia emittatur: *& c.3.* vbi plura de atrocitate blasphemiæ: *& c.4.* vbi plura etiam de processu faciendo in causa blasphemiæ: *& c.5.* vbi de pluribus excusationib. in hoc crimine blasphemiæ: *& c.6.* vbi de pœnis eiusdem criminis.

68 ¶ Secvndvs casus, † in quo de iure ciuili pœna mortis naturalis locum habet, erit non multùm à præcedenti dissimilis, in iis scil. qui facto blasphemias committunt; vtputà qui imagines Dei, Saluatoris, Virginis Matris, vel Sanctorũ deturpãt, percutiũt, & iis similia faciunt: hos enim pœna mortis naturalis dignos esse. Et originaliter allegatur dictũ Angel. *in l.ex Senatusconsff.ad l.Cornel.de sicar.& in sua disputat.incip. In re fulgenti deliciarũ*, quẽ sequuti sunt Marsil. *in pract.cri.§.& quia, n.25.* Conrad. *in pract.tit.de iniurian.n.25.in fi.pag.409.col.2.* Boër. *dec.301.n.18.* vbi atteſtatur quẽdam pro hoc crimine fuisse condemnãtũ, vt priùs amputaretur ei manus, & deinde caput. Frãc. Marc. *Delphin.decisio.509.in fin.* vbi refert, quòd quidã Iudæus, qui proiecerat lapides in imaginẽ Beatiſſ. Virginis, multáſq; contumelias in eandẽ protulerat, fuit viuus excoriatus. Anch. *consi.15.incip. Spiritualis*, vbi cõsuluit vltimo supplicio plectendũ fore illũ Iudæum, qui in specula proiecerat immunditiem, & deturpauerat crucem per viã transeuntem, tempore, quo preces publicè per ciuitatẽ Deo offerebãtur, & Ancharanũ sequitur Ghirlã. *in tract.de sortileg.q.11.n.19.& q.10.sub.n.12.* vbi quòd licèt hoc sit grauissimũ peccatũ, nó tamen dicitur hæreticale, *per c.si canones, §.fi.de offi.ordin.l.6.& in tract.de pœn.omnifar.coitus, q.1.n.9.* [Sed contra Ghirlan. quòd immò hoc factũ sapiat manifestã hæresim, adeas Alphonſ. à Castr. qui bene ipsum reprobat, *in tract.de iusta haret.punit.c.15.* & eũ sequitur Simãch. *de cathol.instit.tit.33.n.18.* Addo ad comprobationẽ huius secũdi casus.] Chassan. *in consi.1.in 5.præsuppositio, n.69.* vbi pariter mortedignũ credit eũ, qui dũ ipse existeret Mediolani, pugione imaginẽ Saluatoris nostri percussit, his impiissimis verbis prolatis: *Vtinam Christe ita potuissem te in vtero matris tuæ trãsfigere, quemadmodũ hãc tuam transfixi imaginẽ.* Ex qua imagine sic transfixa, miraculosè sanguinẽ effluxisse, idẽ Chassan. refert, & domũ, in qua ingressus est hic facinorosus, post facinus cõmissum, statim eo ingresso corruisse. ¶ Et hãc mortis naturalis pœnã de mero iuris ciuilis rigore, licèt forsan secus sit de iure canonico, vt mox dicã, fore per sæculares Iudices in iis & similib. casibus imponendã apertè etiã Ghirlãd. *d.q.11.n.18. in fi.argum.text.*

69 *in l.vnica, C.ne lice.signum Saluat.* † vbi quòd ij, qui in contẽptũ Christianę religionis in terra, vel marmore signũ crucis, quod pedibus calcari potest, sculpserunt atque fixerũt, grauissima punientur pœna. Quam pœnæ grauitatẽ de morte naturali intelligendam esse tradunt Ghirland. *d.n.18. in fi.* & Fab. à Montel. *in sua praxi arbitr.4 part. pag.304.n.973.* vbi propterea infert maximè arguendos eos, qui super sepulturis signa crucis ponũt: qui tamẽ excusantur, quia nõ cũ mala intentione, nec in contemptum Christianæ religionis id fa-

70 ciũt. ¶ Si enim † is, qui imaginem Principis, vel eius statuam fœdauit & dehonestauit, grauiter puniendus est, *l.non cõtrahitur, & l.seq. & l.famosi.ff.ad l.Iul.maiest.& l.capital.§. ad statuas, versi.eũ quoque, qui imaginẽ Cæsaris, & c.ff.de pœn.* quãtò grauiùs puniendus est deturpans, & dehonestãs Dei Omnipotẽtis imaginẽ? Sic itaque hoc argumẽto ad huius secundi casus cõprobationem vtitur Boër. *d.decis.301. n.17.* relatus per D. Menoc. *in trac.de arbitr.q.l.1.cent.4.casu 376.n.1.& 2.* & latè etiam per Dec. *in tract.cri.tomo 2.l.6.c.2.n.15.& seq.* vbi facit in primis generalem cõclusionẽ, quòd paria sunt, blasphemare facto, & blasphemare verbis; & quòd propterea vtroque casu est eadẽ pœna. Deinde hanc conclusionem exemplificat, in fœdante, corrumpente, abradente, & conspurcante imagines Dei, Virginis & Sanctorũ: item in conculcante crucẽ, in insculpente & depingente crucem in terra, vt pedibus calcetur, in expuente in imagines prædictas, & in committentes similia: item *& c.3.n.27.* vbi quòd grauius peccatum est blasphemare facto, quàm verbis, & *c.6.n.5.& n.9.* vbi notat quòd imagines istas beatæ Virginis & Sanctorum offendentes, possunt pœna mortis naturalis plecti, licèt quandoque eorum fuerit amputata manus.

¶ Limita Huius secundi casus conclusionem, † vt non 71
semper imponi debeat pœna vltimi supplicij; sed tunc demum, si facti qualitas id suadeat, aliàs secus. Sic enim video in specie declarantẽ eundem Dom. Menoc. *d.casu 376.n.3.* & 4. & hanc esse pœnam arbitrariam saltem de iure canonico, probatur *in c.si canonici, §.fi.ũncta gl.penult.de offi.ord. in 6.* quã gl. sequuti sunt Boër. *d.q.301.n.17.* Fab. à Montel. *in sua praxi arbitr.d.quarta parte, n.974.& seqq.* Ghirland. *de sortileg.d.q.11.n.18.* Paris de Puteo *in trac.de ludo, n.62.* Dec. *in l.si quis id, quod, n.4.ff.de iurisdict.omniũ Iudic.* Simanc. *in tract.de hæret.ti.10.* & refert Ang. *in d.l.ex Senatusconsff. ad l.Cornel.de sica.* Quod Perusij cuidã, qui fregerat Dei imaginem, fuit amputata manus. Ab iis dissentire nõ videtur Iul. Clar. *in pract.cri.§.fi.q.68.ver.imaginẽ, in fin.* ¶ Erit ergo pœna huius secundi casus regulariter mortis naturalis, & aliquando etiã mitior, iuxta facti & personarũ qualitatẽ. Immò si quis sine dolo, & nõ in cõtemptũ, vtputà rei licitæ incumbens, crucem, aut aliã imaginẽ percusserit, nulla pœna punitur, secund. Dec. *in tract.cri.tomo 2.l.6.c.5.n.11. in fi.*

¶¶ Tertivs casus, † in quo de iure ciuili pœna mortis 72
naturalis infligitur, est in sortilegiis, *vt in l.nemo, C.de malef.& mathemat.* quæ pœna cũ non semper locum habeat, & de iure canonico præsertim, aliæ sint indictæ pœnæ istis sortilegis, maleficis & incantatoribus: ideo, vt plene scias, quãdo & qua pœna tã de iure ciuili, quàm canonico sortilegi puniendi sint, necesse est aliqua præmittere, ex quibus etiã nõ inutiliter percipies, quid & quotuplex sit sortilegiũ. Cætera autem, quæ ad hanc materiam spectant, & quæ meritò de se requirerent particularem tractatũ, attingere minimè curabo; sed Lectorem remitto ad Ghirl. Ponzinib. & alios pleroſque, qui hac de re luculentissimè pertractarunt.

¶ Præmitto itaque in primis, † quòd sortilegium secun- 73
dũ Paul. Ghirl. *in suo tract.de sortileg.q.1.n.1.& n.5.* in genere sumptum, & vt comprehendat omnes sortilegiorũ species, de quibus mox dicam, duplici modo definiri, seu potius describi potest. Primò videlicet, quòd sit superstitio quædã illusoria, & sũmè noxia, qua vtitur homo dæmonis ministerio. Sumitur hæc definitio *ex c.in sũma, 26.q.5.& ex c.qui sine Saluatore, 26.q.2.& ex c.1.& 2.de sortileg.& ex l.nemo, & ex l.multi.C.de malef.& mathẽ.* & ex D. Th. *in 2.secũdæ, q.95. artic.4. tit.de superstit.* Vel & secũdo modo dicas, quòd sortilegus is est, qui diabolicã religionẽ professus, noxia quęque, superstitiosa, aut elusoria dæmonis instructione cõponit. Et ista secunda descriptio differt à prima potiùs verbis, quã re-

¶ Præmitto II. Quòd † sortilegiorũ species multæ ac 74
diuersæ sunt, secundùm diuersas hominum professiones & formas: principaliores verò, & magistrales, & ad quas cæteræ aliæ tanquam subalternæ reducuntur, sunt tres, & secundùm eundem Ghirland. *in eodem tract.de sortileg.q.2.n.1.& seqq.* diuinatiua scilicet, amatoria, & venefica. Diuinatiua est illa, per quam sortilegi futura quædam, præsentia, vel præterita nobis ignota, vaticinari conantur; de quibus fit mentio *in cap. non oportet, 26. quæst. 5. in c.sortilegi, 26. q.1.& in d.l.nemo, C.de malefic.& mathem.* ¶ Et horum sortilegiorum primæ speciei multæ pariter ac diuersæ sectæ & professiones reperiuntur, de quibus particulariter videre poteris eund. Ghirl. *d.q.2.sub n.1.& n.6.& seqq.* Amatorium sortilegium est illud, quod fit propter amorem libidinosum, & vt plurimum ad flectendum pudicos animos ad libidinem tam mulierum, quàm virorũ. Et de istis pariter loquitur tex. *in l.eorũ, in princ.C.de malefic.& mathem.& in l.*

in l.2.§.hæc adiectio, ad l.Cornel.de sicar. & in l.si quis aliquid, §.qui abortionis, ff. de pœn. vbi particulariter de poculo amatorio, de quo dicã *in tit.de homicid.in materia veneni.* Veneni
75 autem † seu malefica sortilegia, quæ cæteris aliis perniciosiora reputãtur, sunt illa, per quæ diuersæ fabricantur infirmitates, morbi & calamitates in humanis ac brutorũ corporibus, ex quibus vel mors statim causatur, vel si mors nõ tam citò prouenit, corpus tamẽ maleficiati paulatim cõteritur, virtus debilitatur, & tamen post longas & luctuosas querelas & lacrymabiles fletus, tandẽ perit & consumitur. Et hoc ideo maleficum nuncupatur sortilegiũ, quia semper tendit ad malum, & de hac tertia specie habetur *in l. eorũ, in princ. & in l. multi, C.de malefic.& mathem.in c.nec mirum, §. magi, 26.q.5.in l.si excepta, in princ.& in l.fi.in princ.C.eod.tit. de malefi.* vbi propterea tales sortilegi vocãtur hostes com-
76 munis salutis. ¶ Quibus† autem modis, quibus compositionibus, quibus in locis & temporibus prædicta omnia sortilegia fiant, nõ est præsentis speculationis; & de iis, nec hic, nec alibi in hoc opere tractaturus sum. Ideo remitto te ad Ghirlan. *vbi suprà, in quæst.3.4.& 5.* & ad alios authores, qui ex professo materiam hanc sortilegiorum & strigarum & lamiarum pertractant.

77 ¶ Præmitto III. Quòd † sortilegiorum prædictorum duplex est professio, tacita, scil.& expressa, secũd.eũd.Ghirl. *in d.tra.de sortileg.q.3.n.1.& seqq.* Sicut enim monachi relinquentes mundũ, & Monasticã regulam ingredientes, in Christi religione professionẽ faciunt; ita è conuerso sortilegia prõfitentes, Deũ Saluatorẽ relinquũt, illius nomen, baptismum, & reliqua sacramenta Ecclesiæ abnegant, dæmoni adhærent, eidem perpetuam obedientiam spõtanea voluntate promittũt; addito etiã iuramento & homagio. Et quando hęc promissio per hos sortilegos fit dæmoni ipsi, vel solemniter & publicè, tempore quo idẽ dæmon in solio residens maiestatis (vel melius dic tempestatis) more Principis coadunari fecit vniuersalem congregationẽ strigarum, maleficorum, necromantiũ, & cuiuscunque generis sortilegiorum, certis nocturnis horis, locis & temporibus, de quibus per Ghirlãd. *d.q.3.n.3.* sed latiùs *in q.7.per totam*, præsertim *n.28.& 29.* vel etiã priuatè ipsi dæmoni solùm absque ista vniuersali sortilegorũ congregatione, & strigarũ multitudine: tunc propriè dicitur facta expressa professio. ¶ Quando verò hæc promissio non ipsimet dæmoni facta est, sed alicui alteri sortilego magistro, hanc promissionẽ nomine dæmonis recipienti; & tunc non expressa, sed tacita solùm dicitur facta professio, & vtroque casu scil. tam expressæ, quàm tacitæ professionis dicitur cõtracta amicitia, vel potiùs pestifera quædã societas inter sortilegũ & ipsũ dæmonẽ: qui è contra suo vassallo, subdito & sortilego ipsum illudendo & decipiẽdo, promittit quòd in posterum semper se facilem reddet in obsequendo illius appetitui, & voluntati: & quòd multa mirabilia eius medio in vita sua in mũdo cõficiet, thesauros inueniet, de suis inimicis vindictam sumet, futura, præsentia, & præterita dignoscet, cuiusuis pulchræ mulieris amore, quo captus fuerit, fruetur; & tunc demum, quæcũque voluerit, sibi pollicetur, dũmodo fide Christi abnegata ipsũ adoret. Sed ij, qui sũt
78 † de expressa professione, sunt multò chariores, & dilectiores dæmoni, quã illi qui sũt in tacita professione. Nihil enim expressè professi sortilegi petunt à Dæmone, quod ab eo denegetur, si facere potest; & si petunt ea, quæ facere nõ potest, fingit se illa facere, & per multas illusiones eos decipit, sortilegiáque & maleficia cõstructa ab istis sortilegis expressæ professionis, sũt multò grauiora & atrociora iis, quæ construũtur à sortilegis tacitę professionis, qui licèt etiam ipsi sua exerceant maleficia dæmonis ministerio, nihilominus non habent eãdem vim, & potestatem: sicut ij, qui sunt expressè professi, prout hæc omnia ponit & declarat idem Ghirland. *d.q.3.n.6.& 11.*

79 ¶ Præmitto IV. † Quòd sortilegiorũ quædã sunt, quæ sapiunt manifestã hæresim, quædã verò, quæ hæresim non sapiunt. ¶¶ Vt autem scias, quæ sint illa sortilegia hæresim sapientia, vel non, cõstituas in materia regulas infrascriptas.

¶ Regvla I. Sit, quòd sortilegia dicuntur hæreticalia, quando in illis imploratur auxiliũ dæmonis ad cognoscendum & faciendũ ea, quæ de sui natura scire aut facere ipse dæmon non potest, cùm summus Deus omniũ Creator illa sibi in priuilegium reseruauerit, nullique alteri creaturæ etiã Angelicæ concesserit; vtputà hominem verũ & naturalem creare, vel creatum in melius aut deterius reformare, aut in aliam speciem commutare, vt habetur *in Genes.* & S.Th. *in prima parte, tract.q.in tit.de poten.gen.& de creat. q.2.artic.6.& q.3.artic.1.2.& 4.* Item mortuum suscitare, ita vt verè & naturaliter viuat, sicut fuit resuscitatus Lazarus, qui iam quatriduanus erat in sepulchro, vt habetur *Io.11.* & sicut etiam fuit suscitatus filius illius viduæ, dum in feretro ducebatur ad sepulturam, vt habetur *Matth.18.* Item futura scire ex vera & perfecta scientia, vt dicitur *Isa.c.41.* Itẽ cœli motum sistere, vt inquit D. Th. *in tract. q. in 1.parte, q.1.art.3.& 6.* Item secreta cordis humani cognoscere, cùm solus Deus sit persecutor seu perscrutator cordiũ, vt habetur *Matt.c.22.* His inquã & similibus casibus, quib. dæmoni denegata est potẽtia, si in sortilegiis illius auxiliũ imploratur, nulli dubium esse debet, quòd sic implorãs sortilegus, hæreticus est, & pagano deterior, dum attribuit creaturæ, quod est propriũ Creatoris, Ghirl. *in tract.de sortileg.q.10.n.1.2.6.10.& 19.* Clar. *in pract.§.hæresis, ver successiuè quæro.*

¶ Regvla II. Cùm & præcedenti contraria sit, † quòd 80
sortilegia nõ dicũtur hæreticalia illa, in quibus dæmõ inuocatur ad faciendũ seu cognoscendum ea, quæ ipse facere & cognoscere potest, diuina virtute non reprimẽte, prout est homines ad peccata & libidines tẽtare, vt habetur *in Apocalyp.2.Genes.3.Matt.4.Marc.1.Luc.4.* & tradit D. Th. *in 2.dist.95.q.2.in tit.de superstit.* Itẽ naturaliũ & superiorũ rerum virtutes cognoscere, ex quibus medicamẽta mirabilia ad sanandũ, & atrocia veneficia ad causandum diuersas infirmitates confici possunt, vt per eund.Diuũ Th. *in tract.qq.1.par.q.5.de mir.& cod.lib.q.16.artic.7.de dæmon.* Item præsentia occulta, & præterita scire, & sic furta iam facta reuelare. His inquam casibus & similibus, si dæmonis in sortilegiis imploratur auxiliũ, sortilegium nõ dicitur hæreticale; quia nihil dæmoni tribuitur, quòd ipse (Deo non reprimente) agere nõ valeat, secund.gl. Archid. Gemin. & alios *in c.accusatus, §.sanè, de hæret.in 6.* Oldrad. *cons.210.incip. regularis habet traditio, in fi.* Ghirl. *in tract.de hæret.q.10.n.3.6.& 10.* Gem. *cons.54.* Affli. *super prima parte constit.Regni, rub.1.n.17.* Abb. *in rub. [de hæretic.n.13.* vbi propterea testatur, alias fuisse iudicatũ in Romana curia, incarnationes, quę fiũt ex causa amoris, nõ esse hęreticales, de quo etiã aliquid dixi *inf.in tit.de pœn.tẽp.q.98.causa 13.in 1.ampl.* Tiraq. *de pœn. tẽperan.causa 4.n.3.* Clar. *in prac.d.§.hæresis, sub eo.ver.successiuè quæro*, vbi reprehẽdit Barb. qui *in cons.55.l.1.* consuluit, quòd sortilegia, quæ fiunt ad sciendũ furta cõmissa, sapiant hæresim manifestã. Verùm ad ipsius Barb. defensionẽ faciũt elegantes scripta à Fratre Bart. Spineo *in Apolog.4.in Ponzinib.* eundẽque tutatur Pegn. *in Director.q.42.commen.67.*]

¶ Regvla III. Sit præcedentis declaratiua, † quòd omnia 81
sortilegia, quæ fiũt à sortilegis, qui sunt de expressa professione, de quibus dixi *suprà n.77.* sunt hæreticalia, etiã quòd in illis dæmõ inuocetur etiam in iis, quæ facere potest: licèt enim isto casu non possint dici hæreticalia respectu operis, tamẽ dicũtur hæreticalia respectu operãtis; qui cùm sit de expressa dæmonis professione, verè & propriè dicitur hæreticus, ex quo relicto Deo proprio creatore, dæmonẽ tanquã vnicum Deum adorat; & sic contrauenit primo præcepto, *Vnũ cole Deũ, &c.* Itẽ contrauenit primo articulo Christianæ fidei, *Credo in vnũ Deũ, &c.* Et, vt dicit Oldrad. *in prælegato suo cõs.210.* in sortilegiis dæmõ inuocatur duplici modo, vel per modũ imperij, & suffragij, vel per modum adorationis & cultus latrię. Primo casu, sci. per modũ imperij & suffragij, dæmon inuocatur à sortilegis tacitæ professionis, qui nõdum penitus remouerũt à diuino cultu & Christiana religione, nec dæmonis cultũ per diabolica sacrificia & adorationes celebrãt. Et isto casu ad iudicandum, An sortilegia sint hæreticalia, nécne, attẽdẽda erit distinctio, de qua *sup.in prima, & secunda regula.* ¶ Secundo verò casu, scil. per modum adorationis, & cultus latriæ, dæmon inuocatur à sortilegis expressę professionis, qui expressè scil. abnegarũt Christi fidẽ, & iterũ se baptizarunt in nomine Beelzebub: & isto casu cùm adorare diabolũ, omnino de se hæreticum sit, ideo pariter indistinctè omnia sortilegia ab istis confecta erunt hæreticalia. Sic enim post Oldrad. *in d.cons.210.* &

Gemi

Gemi.*in c.accusatus,§.sanè,de hæreticis,in sexto*,reperio hanc tertiam regulam optimè declaratam per Paul.Ghirl.*in trac. de sortileg. q.* 10.*n.*4.5.10.11.*&* 18. vbi etiam,† quòd indistinctè sunt hæreticalia omnia sortilegia, in quibus interuenit aliquis hęreticus,vel rebaptizatur aliquis puer,vt per gl.*in ca.accusatus,§.sane,de hæret.in sexto*.Et de baptizatione pueri sequitur Clar. *in pract.§. hæresis, ver.sed hîc incidenter quæro*, vbi sic dicit esse peritorum omnium communem * sententiam, teste Simanca *in tract.de hæret. cap.* 30.*num.*9. 82

¶ Regvla IV. Sit pariter præcedentis secundæ regulæ declaratiua, † quòd vbicũque in sortilegiis miscetur hostia sacrata,tunc illa dicuntur hæreticalia, siue fiãt ad amorem, siue ad præsciendum occulta, seu aliàs quomodocunque, secund.gl.*in d.c.accusatus,§.sanè,de hæret.in sexto*.Et licèt cõtrarium videatur sensisse Oldrad. *in præallegato consi.* 210.dicens,non esse hæreticale sortilegium illud,in quo miscetur hostia sacrata ad præsciendum animum amasij vel amasiæ, vel ad inducendum amorẽ in homine vel muliere frigida, & non amante; cùm istis casibus inuocetur auxilium illius sacramenti ad ea, quæ sunt propriè diuinæ virtutis, scil. ad sciendum occulta,& ad dilectionem. Hæc tamen ratio concludens non est,quia illa bene procederet,quãdo inuocaretur auxilũ illius sacramẽti, iuxta ritum Christianæ religionis & diuini cultus:non autem quãdo,prout fit in istis sortilegiis,in quibus apponuntur hostiæ sacræ superstitiosè, & ad turpẽ effectum,inuocaturque non Deus, sed dæmõ,qui vt facilius ab homine adoretur, in dedecus diuinæ bonitatis, docet in sortilegiis hostiam & similia misceri. Vnde nõ recedas à prima opinione tanquã veriore,fauorabiliore,tutiore,quam à contrariis defendit idẽ Paul. Ghirl.*in d. tract. de sortileg ead.q.* 10.*n.*7.*& seq.& n.* 18. [Falsò tamẽ, & iniuria imponit Ghirl.Oldrado,quòd dixerit quæ superiùs retuli de hostia consecrata, cùm ille nunquam talia dixerit, sed posuit in allegato consil. 210. de hostia non consecrata, de qua ibi explicitè loquutus est:& propterea superior opinio defensione aliqua non indiget,cùm à nemine oppugnetur.

¶Regvla V.Sit,† quòd quando in sortilegiis apponitur hostia non sacrata, tunc non dicuntur hæreticalia, etiam quòd super ea fuerit per sacerdotem celebrata Missa: licèt enim isto casu maximè peccet Sacerdos,qui ad hunc effectũ celebrat Missas super hostia, illã non consecrãdo, & grauiter etiã peccet, qui hanc non sacratã hostiam in sortilegiis miscet; non tamen per hoc sortilegium huiusmodi dicitur hæreticale factum, scil. ad amorem, vel ad aliud,quod dæmonis potentiæ denegatum non sit,*c.de homine,de celebrat. Missa*.Oldra.*d consi.* 210.*in* 3.*col.*& propterea isto casu sortilegos pœna tantùm arbitraria plecti posse,cũ nulla sit expressa pœna *in d.c.de homine*, tradit idem Ghirl.*in q.* 11.*nu.* 19.*&* 20 *& in d.q.* 10.*n.*13.& faciũt *inf.*tradita *n.* 89.*& n.* 94. 84

¶ Regvla VI. Sit præcedentis eiusdem secundæ regulæ ampliatiua,† quòd quando in sortilegiis inuocatur dæmon ad ea,quæ sunt de illius potentia,dũmodo non interueniat hæreticus, vel expressæ professionis sortilegus;vel dũmodo dæmon nõ inuocetur per modum adorationis,& cultus latriæ,vt suprà dixi, sortilegia nõ dicuntur hæreticalia,etiam quòd in iis misceatur oleum sanctum,reliquiæ Sanctorum, aqua,cãdelæ,vel rami oliuatũ benedicti,pars lapidis sacrati,purificatorij, calicis,aut alia res sacrata,vel benedicta:licèt enim talia immiscentes in sortilegiis propter illarum rerum abusum grauissimè peccent, possintque vt sacrilegi puniri,vt per Ghirl.*in q.*16.*n.*4.quem refert D.Menoch.*d. casu* 388.*n.*15. peccat tamen citra hæresis labem, vt post Oldrad.*in d. consilio* 210.& Panormit.*in c.*2.*de sortileg.* tradit Ghirl.*d.q.*10.*n.*14.*& omnibus seqq.& q.*11.*n.*21.*&* 26. vbi dicit isto casu sortilegos puniri pœna, de qua dicam *infrà,n.*91.*in sexta cõclusione*, vel veriùs pœna arbitraria, vt pariter dixi *infrà,n.*89.*&* 94.*in* 3.*&* 8.*conclusione*.[Sed post huius libri primam impressionem grauiter Ghirlandum errasse animaduerti,quia nec Oldrad.nec Panorm.per eum allegati *in locis præcitatis*, hæc aliquo modo affirmant, sed nec penitus insinuant:quin etiam explicitè ac vehementer ipsum corripit,Alphon.à Castr.*in tract.de iusta hæret. punit. cap.*15.& eius sententia rationabilis est: nam si,vt ipsemet Ghirl.scripsit,*in d.q.*10.*n.*6.*in fin.* ideo sortilegia,in quibus miscetur corpus, vel sanguis Christi,sapiunt manifestam hæresim,quia miscens videtur credere, quòd talia possint malum operari; certè eadem ratio locum sibi vendicat in oleo sancto,aqua,vel cera benedicta,vel in aliis rebus sacris, & sacramentalib.& hoc ipsum iudicauit gl.*in d.*§.*sacræ*,dum post relatam immistionem corporis, & sanguinis Christi, addidit verba illa, & his similia. Ac in expressõ ita tenuit Bernard.*in Lucer.Inquisit.verbo sacramentis abuti*, Io.à Roias *in tract de hæret.assert.* 12.*n.*267.*parte* 2.Simanc.*de cathol.institut. ti.*62.*n.* 3.Pegna *in director. Inquisit. q.* 42. *commentario* 67.*& in comment. ad Ambr.de Virgin.q.* 11.]

§ Regvla VII. sit, † quòd sortilegi, qui in sortilegiis imagines cereas,vel cretæ conficiunt,illásque baptizant sub nomine Beelzebub:deinde inuocato dæmonis præsidio, eas vel igni adurunt, vel acu perforant,vt dolores,tormenta & ægritudines inferant personæ repręsentatæ per illam imaginem,vt refert Ghirl. *in eo.tract.de sortileg.q.*3.*n.*6.*& seqq.* Ij inquam sortilegi,quando cum istis imaginibus non inuocãt dæmonis auxiliũ,nisi ad ea quæ facere potest,prout est istud quod dixi, maleficia scilicet ad infirmitates inferendas cõponere:licèt grauiter peccent,non tamen dicuntur hęretici, vel nisi dæmonem inuocent in modum adorationis,secund. Ghirl.*in eo.tract.de sortileg.q.*10.*sub n.*9.*in fi.& n.*13.*ver. Nec omittã,& q.*11.*n.*21. [Sed nec ista opinio Ghirl.tuta est,& iudicio meo penitus reiici debet:nam taliter baptizans imagines cereas,prę se fert manifestã hęresim,quod videlicet credat,quod sacramentũ baptismatis possit alicui aliæ creaturę, vel rei conferri,& applicari,quã homini, vel quòd iste abusus possit malũ operari,vt *supra* dicebã,vel tertiò,si id fiat in nomine Beelzebub, quòd credat dari aliã formã baptismatis,quàm sub nomine indiuiduæ Trinitatis,& aliàs prout sacræ Theologiæ periti pleniùs discernere poterunt,quorũ iudicio huiusmodi quæstiones remittere æquum est, & valde tutum,vt scribit frater Bart.Spi.*in Apol.*4. *contra Ponzinib.*] 83

¶¶ His præmissis, quæ necessariò præmittenda erant ad cognoscendum, qua pœna essent afficiendi sortilegi, facias infrascriptas conclusiones.

¶ Prima sit conclusio,† quòd sortilegi, qui hæreticalia conficiunt sortilegia,cùm pro hæreticis habeantur,vt hæretici puniẽdi sunt indistinctè,siue sortilegia sint ad amorem, siue ad præsciendum futura, siue ad infirmitates inferẽdum, prout suprà in præcedentib.regulis declarau,secund. Ghirlan.*de sortileg. q.* 11.*n.*1. *& n.*6.*in prin.& n.*9. sequitur quoque D.Menoch.*in tract.de arbit.q.*li.2.*cent.*4.*casu* 388.*n.*4. 87

¶ Secvnda sit conclusio, † quòd de iure ciuili sortilegi cuiuscunque generis sint, & quomodocunque faciant sortilegia, pœna mortis naturalis & bonorum confiscatione puniuntur,tex. est *in l.nemo,& in l.multi, & in l.& si exceptæ, & in l.eorum,C.de malef.& mathem.*Ghirl.*de sortileg.qu.secunda, n.decimo,& q.*11.*n.*5.7.11.12.*&* 27.in quo *n.* 12. disputat etiam,an consulens,& mandans sortilegia fieri,puniatur eadem pœna,Menoc.*de arbit.q.d.casu* 388.*n.*5. Clar. *in pract.§. fi.q.*68.*ver. sortilegi & maleficî*. 88

¶ Tertia sit conclusio,† quòd quicquid sit de iure, de consuetudine hæc rigorosa pœna mortis naturalis & confiscationis bonorum non seruatur, sed sortilegi conficientes sortilegia nõ hæreticalia vel fustigãtur, vt attestatur Nunius *de los corregidoros folio* 259.*n.*2.vel mitrantur in publico, & deinde bãniũtur,vt attestatur Berber. *in suo viatorio iur.rubr. de sortileg.in fi.*prout eos refert & sequitur Clar.*in prac.§.hæresis,ver.fi. in fi.* vel alia arbitraria pœna plectuntur,prout in Vrbe apud nos sępius seruatum vidi in diuersis superstitiosis sortilegis,qui vel fustigati fuerũt,vel bãniti, vel ad triremes trãsmissi,vel pecuniariter mulctati, iuxta sortilegi & sortilegiorũ qualitates,& iuxta Platonis sententiã,& leges xij.tabularũ,hanc pœnã pariter arbitrariã esse testatur D.Menoc. *d.casu* 388.*n.*1. *& seqq.* & particulariter in iis, qui superstitione Numinis alios terrent, prout faciunt illi, qui mittunt præcepta Vallis Iosaphat, quòd extra ordinẽ arbitraria pœna puniantur,tradit Iul.Clar.*in pract.§.fin.q.*83.*ver.puniũtur etiam*,& Clarum refert,& sequitur D.Meno.*d. casu* 388. *n.* 19.*in fi.* & quòd etiam de iure canonico sortilegorum pœna sit arbitraria,dicam *infrà,in* 8.*conclusione,n.*94. 89

¶ Qvarta si cõclusio,†quòd de iure canonico in foro pœnitentiali sortilegi cõficientes sortilegia non hæreticalia, siue laici,siue clerici sint,& siue sortilegia fiant ad amorem, 90

siue

siue ad præsciendum præterita, vel præsentia occulta, siue etiam ad veneficandum homines, puniuntur pœnitentia
* 40. dierum, prout est tex. & ibi notant * omnes, *in c. de sortileg.* Ghirland. *vbi suprà, quæst.* 11. *num.* 2. 6. & 9. Dom. Menoch. *dicto casu* 388. *nu.* 6. & 7. vbi etiam quòd hodie fortè isto casu pœna erit arbitraria, cùm sacerdotibus omnes pœnitentiæ sint pariter arbitrariæ.

91 ¶ Quinta sit conclusio, † quòd de iure canonico, & in foro contentioso clericus, qui bono zelo & simplicitate non cum dolo conficit sortilegia non hæreticalia, prout accidit in eo clerico, de quo *in c. 2. de sortileg.* qui pro inueniendis bonis Ecclesiæ furto subtractis sic peccauerat: suspenditur à diuinis & ministerio altaris per annum, & vltra Iudicis arbitrio, secundùm facti & facinoris qualitatem, & turpitudinem, quo termino lapso statim ipso iure ad pristinam administrationem reuertitur. ita probat tex. *in d. c. 2.* & ibi gl. *in verbo, visum*, Abb. *n. 4. in fi. de sortileg.* Ghirland. *d. q. 11. n. 2. &* 8. D. Menoch. *d. casu* 388. *n.* 8. & 9. & isto casu, quando clericus peccat deceptus vel simplicitate, aut alia simili iusta causa, quòd mitiùs puniatur Iudicis arbitrio, traditur per eund. Ghirland. *in q.* 14. *n.* 3. & *q.* 17. *n.* 4. & 5. & dicam *infrà, num.* 94. & 101.

92 ¶ Sexta sit conclusio, † quòd de iure canonico & in foro contentioso, clericus, qui non bono zelo, vt suprà, sed dolo malo cõficit sortilegia non hæreticalia, deponitur ab ordine sacro, omnibus beneficiis priuatur, & perpetuò in monasterio includitur, *c. si quis Episcopus*, 26. *q.* 5. & ibi glo. Panor. *in c. 2. de sortileg.* Ghirl. *de sortileg. d. q.* 11. *num.* 3. 8. & 10. Menoch. *de arbitr. q. d. casu* 388. *n.* 10. Berber. *in suo Viatorio Iur. tit. de sortileg. n.* 10. vbi ampliùs, quòd efficitur infamis, *in c. quisquis*, 2. *q.* 8. & antequam deponatur, tonsuratur in capite, decaluatur in modum stultorum, & eius vestes antè & retrò scinduntur, iuxta tex. *in c. de Benedicto* 32. *qu.* 1. Foll. *in pract. cri. canon. c.* 33. *n.* 49. vbi quòd isto casu clericus degradatur, *c. admoneant*, 26. *q.* 7. verbaliter scilicet, non autem realiter, vt ibi per eum, & dixi *suprà q.* 19. *num.* 49.

93 ¶ Septima sit conclusio, † quòd de iure canonico pariter in foro contentioso laicus conficiens sortilegia non hæreticalia, pro prima vice excommunicatur, & ab Ecclesia remouetur, *c. si quis Episcopus, & c. aliquanti*, 26. *q.* 5. Si verò monitus iterum in iisdem sortilegiis perseuerauerit, & tũc si est vilis persona, debet publicè fustigari, vel mitra dehonestari; si verò sit persona honestior, vel relegatur, vel perpetuo carceri mancipatur, *ca. contra idolorum*, 26. *q.* 5. quem tex. singularem dixit Rom. *in sing.* 660. *incip. tu scis quòd isti*, Ghirl. *d. q.* 11. *n.* 4. & *n.* 10. D. Menoch. *d. casu* 388. *n.* 18.

94 ¶ Octava sit cõclusio præcedentiũ declaratiua, † quòd sicut, vt dixi *sup. in n.* 89. de iure ciuili hodie pœna sortilegiorum non hæreticalium est arbitraria, ita etiam de iure canonico tam in laicis, quàm in clericis hodie pariter arbitrariam esse dixit Abb. *in cap. 2. de sortileg.* quem sequutus est Ghirland. *vbi sup. d. q.* 11. *n.* 7. *ver. & circa præmissa nota vnum singulare. & n.* 10. *in fin. & ver. in hoc tamen non recederem, & n.* 23. *in fin. & n.* 26. *ver. Abbas tamen dixit, & q.* 16. *n.* 3. *in fi. & q.* 17. *n.* 4. *& seq.* in quibus locis facit conclusionẽ, quòd cùm hodie omnes pœnæ sint Iudici arbitrariæ, *ad l. hodie, & l. aut facta, ff. de pœn. & l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. c. nõ afferamus*, 24. *q.* 1. cũ aliis adductis per nos *sup. q.* 17. *n.* 17. *& seqq.* idcirco pœnam sortilegis vel eorũ consulentibus & participãtibus imponendam, potest Iudex augere, & minuere, secundùm qualitatem facti, conditionẽ personarum, animum delinquẽtis, scandalum inde exortum, & aliàs eius arbitrio. ¶ Quod tamen arbitrium & in hoc aduerte, quòd in dubio debet regulari à suprà traditis & infrà tradendis conclusionibus: nec vnquã istis sortilegis est minuẽda pœna statuta à canonibus, nisi adsit aliqua iusta causa, puta quòd vel decepti, vel ex simplicitate peccauerint, iuxta *sup.* tradita *n.* 91. *& infrà n.* 101. & per Ghirl. *q.* 17. *n.* 4. *&* 5. aliter secus per eund. Ghirl. *in q.* 14. *n.* 3. *vers. quidã verò dixerũt.* Nec dissentit D. Menoc. *de arbit. q. d. casu* 388. *n.* 11. vbi post Diaz *in prac. cri. canon. ca.* 10. & Cucchum *in Insti. canõ. l.* 4. *ti.* 9. *rubr. de diuersis delict. in vers. his addũtur*, dixit clericũ, qui dolo malo sortilegia exercet, posse etiã ad tẽpus, si ita Iudici visum fuerit, carcerari. Quod tu per prædicta intelligas, aliqua subsistente iusta causa; aliter secus.

¶ Nona sit conclusio, † quòd licèt de iure ciuili non pu- 95
niãtur sortilegi, qui sortilegia exercent ad bonum finem; vt putà ad sanandum ægrotos maleficiatos, ad soluendũ aliorum sortilegiorum facturas, ad incãtandum imbres, ne noceant segetibus, arboribus, animalibus, & similia, vt est tex. *in l. eorũ*, §. 1. & ibi not. Bar. *C. de malef. & mathe.* tamẽ de iure canonico secus est; quia Ecclesia summopere abhorret ista remedia sortilega, etiã quòd fiant ad effectum recuperãdæ sanitatis, cùm non liceat inuocare auxilium dæmonis, etiã pro mille corporum sanitatibus, quia minus detrimentum est, quòd pereant mille corpora, quàm quòd pereat vna anima, probantur hæc *in c. admoneant*, 26. *q.* 7. *in c. nec mirum*, §. *ad hæc autem*, 26. *q.* 5. per Diuum August. *l.* 10. *de ciuitat. Dei*, cuius verba sunt relata *in d. c. nec mirũ*, per Diuũ Th. *in summa*, 2. 2. *dist.* 95. *artic.* 3. *ver. dicendũ, & c. in ti. de superstitios.* & per Io. Lec. *in summa cõfess. eo. ti. de superstitios. q.* 2. 11. 13. quos omnes referendo sequitur Ghirl. qui bene loquitur in materia, *in sæpius allegato illo suo tract. de sortileg. q.* 2. *n.* 4. *& 5. & q.* 11. *n.* 14. *&* 15. *& n.* 27. & propterea istos sortilegos de iure canonico puniẽdos esse, clericũ scil. in pœnam depositionis, & priuationis beneficiorũ, iuxta superiùs tradita, *n.* 92. laicũ autẽ pro prima vice excommunicandũ, pro aliis verò vicibus, vel fustigandũ, vel mitra dehonestandum, iuxta pariter superiùs tradita, *n.* 93. dixit idem Ghirl. *in d. q.* 11. *n.* 15.

¶ Decima sit conclusio præcedentis nonæ conclusionis 96
ampliatiua, † quòd conficiẽtes sortilegia ad sanandum homines maleficiatos, vel ad alium bonum finẽ, puniuntur, vt suprà de iure canonico, etiam quòd in illis misceat aliquas sanctas & deuotas orationes Dei, Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum, vel etiam si illas easdem orationes mãdauerint dici per ipsum maleficiatum: cùm enim soleãt isto casu sortilegi aliquando aliqua extranea verba publicè, vel secretè dicere, quæ non solùm nõ videntur congruere illis religiosis & deuotis orationibus, sed quæ naturaliter ad illud opus sanitatis nõ tendunt, nec possunt naturaliter talẽ effectum operari. ¶ Et † aliquando etiã adiungunt nomina quædam 97
ignota, & characteres, seu alias diuersas obseruationes, quas manifestũ est naturaliter efficaciã ad sanitatẽ habere non posse. † Et aliquãdo etiam mandant deferri ad collum 98
maleficiati aliquas schedulas, breuia, & ligaturas cõtinẽtes aliquod extrinsecum, seu extraneũ signum, characterẽ, aut nomẽ, quod naturaliter nõ tendit ad opus illud sanitatis, ad quod finguntur dici per sortilegum illæ deuotæ orationes: idcirco cũ pariter hæc, & similia extranea verba, nomina, signa, characteres, schedulæ, ligaturæ, & breuia, sint de se superstitiosa, quia vt dixi, nõ tẽdũt naturaliter ad illud opus sanitatis, propter quod fingũtur dici sanctæ orationes prædictæ nec fieri possũt absq; suffragio & instructione diaboli, reddunt propterea totũ opus superstitiosum & punibile: quia clerici deponuntur, & laici excommunicantur, & moniti vel fustigantur, vel mitrantur, si sunt ignobiles: si verò nobiles, relegantur, vt in antecedenti cõclusione, & probatur *in c. admoneant*, 26. *q.* 7. *c. si quis Episcopus, c. nec mirum*, §. *ad hæc omnia, c. aliquãti, c. sortes, & c. seq.* 26. *q.* 5. S. Th. *in sũma*, 2. 2. *q.* 95. *artic.* 2. *ver. dicendum, in tit. de superstit.* Ioan. Lec. *in summa confess. eo. tit. de superstit. q.* 11. *& q.* 15. S. August. *in lib.* 21. *de ciuita. Dei*, prout eos refert, & sequitur Ghirl. *de sortileg. q.* 1. *n.* 2. *& in q.* 11. *n.* 13. *&* 24. vbi optimè declarat materiam, & isto casu dicit verius esse pœnam fore arbitrariã, ad doctrinã Abb. *in c.* 2. *de sortileg.* cum suprà per nos adductis, *n.* 80. *&* 94. Nec dissentit Berber. *in suo viator. iuris, rub.* 8. *de sortileg. n.* 4. vbi quòd cauendũ est in verbis sacris, quæ in collo portantur, ne sit ibi aliquid pertinens ad inuocationem dæmonũ, quia hoc indubitanter esset superstitiosum, & illicitum. Cauendum etiã est, ne sint ibi verba ignota, & ne sub illis lateat aliquid, & ne fiãt aliqua vana, putà characteres, & nihil penitus præter Crucẽ. ¶ Cauendum etiã est summopere, † ne habeatur spes in modo scribẽdi, vel ligan- 99
di, nec in modo, quo scriptũ est, vt putà in charta virginea, vel in forma vasis triãgularis. Nec omnino debet poni spes in aliqua vanitate, quæ non pertineat ad diuinam reuerentiã, quia totũ hoc esset superstitiosum, illicitum, & peccatum, *cap. non licet*, 26. *q.* 5. ibi, *Ne in collectionibus herbarum, &c.* ¶ Et † quia istis casibus non est dolus expressus, licèt 100
possit cadere superstitiositas, & canones hoc casu pœnam

non

non determinent: idcirco ea remittenda erit iudicio conscientioso & pœnitentiali Ecclesiæ, *vt in d.c. non licet.* ¶ In
101 fortilegiis † enim non parcitur simplicitati vel ignorantiæ, licèt mitiùs cum simplicibus & ignorantibus agatur, quàm cum dolosis & malignis, *cap.aliquanti,26.q.5.*& post Abb. quem allegat,tradit Ghirland. *d. q.11.num.8.& q.14.n.3.& q.17.num.4.& 5.*& dixi *suprà,num.91.& 94.*

102 ¶ Vndecima sit conclusio, † quod vbicunque ex sortilegiis sequuta est mors maleficiati, tunc nulli dubiũ quòd sortilegus tenetur pœna legis Corn. de sicariis: quia plus est hominẽ veneno,quàm ferro necare,*l.1.C.de malef.& mathem.* Berber.*in suo viatorio iuris,rubr.8. de sortileg.n.2.&.8.* Iodoc.*in pract. tit.de homicid.per sortileg.c.73.* vbi quòd isto
103 casu sortilegus cõburendus est.¶ Et idẽ,†quando in sortilegiis seu per sortilegia naturalem in viris ac mulieribus generãdi vim sortilegus impedit;aut efficit,ne mulier cõcipere possit,aut grauida parere, aut lac nutricis desiccat, aut alia similia maleficia in corpore per cibũ & potũ, aut extra corpus conficit:is inquã sortilegus, vt homicida tenetur, *c.& si quis,*& ibi Scriben. *extra de homicid. l.si quis aliquid,§. abortionis,*& ibi Doct.*ff.de pœn.l.eorum,C.de malef.& mathe.* Et quid de præbẽte poculũ amatoriũ,vel poculũ abortus,ex quo mors sequuta sit,quomodo puniatur,dicam(si Dei benignitas largietur)in materia abortus,& in materia veneni, quod credo erit sub titulo *de homicidio,infrà, in tertio libro.*

¶ Dvodecima sit conclusio præcedentis conclusionis
104 declaratiua,† quòd quando Episcopus seu inquisitor Apostolicus habet in manibus hæreticũ sortilegum,qui confessus est in sortilegiis fecisse homicidiũ, vel aliud grauissimũ delictum, pro quo secundùm leges ciuiles deberet vltimo supplicio damnari,non potest tamen de iure talẽ reum Iudici sæculari tradere,vt illum morti condẽmnet,quãdo pœnitens est paratus publicè abiurare, & condignam subire pœnitentiã:sed debet illum volentẽ puro & nõ ficto corde ad gremium Ecclesiæ redire, beneficio absolutionis ab excommunicatione sibi impẽsa, & abiurata primitus hæresi, iuxta tex. *in c.vt officium inquisitionis,§. si verò,de hæretic.in 6.* ad reconciliationem admittere, sic latè hanc conclusionem firmat,cõprobat,& à contrariis defendit Arnal.Alb.*in tract. de agnoscen.assert.cathol.& hæret.q.25.n.66.& seqq.omnib.per totam illam septimam conclusionem,* vbi amplius dicit,*in n.*70. quòd isto casu Iudex ecclesiasticus nõ debet Iudici sæculari tradere copiã confessionis huius sortilegi,seu aliquo modo ei communicare processum,& si contra faciat, incurret irregularitatem,de qua *in cap.sententiam sanguinis,ne clerici monac.* prout expresè sentit Petr. & Anch.*in repet.c.ea,quæ, in 4.q verf. item cùm ad pœnam legalem, de reg. iur. in 6.*cum alijs ibi per eum allegatis.

107 ¶ Decimatertia sit conclusio, † quòd Sacerdotes, qui causa doloris spoliant aras,aut extinguũt luminaria cõsueta, vel quid simile faciũt funeris causa,honore & dignitate priuantur, & sic efficiuntur infames, *vt in c.quicunque, in primo respons. 26.q.5.*& tradit Ioan.Lec.*in summa confessio. tit.de superstitio.q.18.*¶ Si verò † sumpta veste lugubri Missas defunctorum celebrãt pro viuentibus causa inimicitiæ, vt is, pro quo sacrificium ipsum offerunt, moriatur, à proprij ordinis gradu priuãtur,& perpetui exilij ergastulo vnà cum eo,qui ipsum sacerdotem consuluit,aut præmissa fieri mandauit, relegatur, *d. c.quicunque, in fi.26.q.5.* Ioan.Lec *in sum.confess. eod. tit. q.*20. sequitur Ghirland. *in eodem suo tract.de sortileg. q.*10.*n.*12.*& q.*11.*n.*17. Diaz *in pract.crim. canon.c.*35.D.Menoch.*d.casu* 388.*num.*10.

¶ Decimaqvarta sit conclusio, quòd Sacerdos, qui celebrat Missas super reb. profanis aptis ad sortilegia peragẽda,vtputà super calamita, super cute induméti pueri nascentis (quam appellãt virginem pelliculam)super pasta,& his similibus simplicibus aut mixtis, de quib.per Ghirl.*vbi sup.in 3.q.*deponitur, beneficiis priuatur,& in carcerem detruditur per superiùs tradita *in 6.conclusione,n.*92.per tex.*in c.si quis Episcopus,26.q.5.*cũ aliis plenè traditis per Ghirl.*in eo.trac.de sortileg.q.*14.quæ post Ber.Diaz *in prac.cri. canon.c.* 39.sequutus est D.Menoc.*d.casu* 288.*n.*12.*& seq.*¶ Et idem
108 †de eo sacerdote,qui vasibus sacris, vestibus,& iis similib. in sortilegiis abutitur, quòd eadem pœna depositionis,priuationis beneficiorum, & perpetui carceris puniatur,tradit idem Ghirlan. *in q.*16.*n.*3. & sequitur D.Menoc. *d.casu*388. *n.*14.† & quòd demum generaliter eadem pœna puniatur 109
sacerdos ille,qui in celebratione sacrorum nefandas, & turpes preces Deo porrigit, provt accidit in illo sacerdote Hispano, qui amore captus vnius Monialis, quæ vocabatur Clara, in suis precibus illam inuocabat sub nomine beatæ Claræ:& ita traditur per Ghirland. *vbi sup. in* 17. *q.*& eum sequutus D.Menoch.*d.casu* 388.*n.*14.

¶ Decimaqvinta sit conclusio, † quòd incantatores 110
serpentum, qui in incantationibus inuocant præsidium dæmonis!, vel expresè, vel etiam tacitè, vt *sup.* dixi, *n.* 96.& *seqq.* quando in eis insunt aliqua verba extranea,vel ignota nomina,aut characteres,quæ non possunt secundùm eorum naturam aliquid operari circa effectum,de quo agitur, tunc quia opera non potest dici nisi superstitiosa, & diabolica,& in ea diabolus plurimùm operatur, & illius suffragium saltem,vt dixi,tacitè inuocatur, secundùm quod concludit Io. Lec.*in sum.confess.tit.de superstitio.q.* 15. ideò licèt de iure ciuili tales incantatores nulla pœna sunt afficiendi,ex quo dictæ incantationes fiunt,vt prosint hominibus,non autem vt noceant,iuxta superiùs tradita *in 9.concluf.n.*94.*per l.eor.*§.1, & ibi Bart.*C.de malef.& math.*tamen de iure canonico secus est, quia punientur pœna, de qua *in d.9.concluf.* secundùm Ghirland.*de sortileg.qu.*11.*num.*28. vbi secus dicit,quando in istis incantationibus imploratur duntaxat auxilium Dei, cum deuotione absque aliqua machinatione intrinseca, vel extrinseca;quia tunc non solùm non essent reprobandæ,sed commendandæ,vt ibi per eum.

¶ Decimasexta sit conclusio, † quòd Astrologi, qui 111
ex signis cœlestib.& astrorum cursu futura prædicunt, si sic futura prædicunt ex certa scientia,quasi quòd signa illa, per quæ futura coniecturantur,sint causæ rerũ,imponentes futuris rebus necessitatẽ: & isto casu tales Diuinatores,& Astrologi sunt hæretici,& vt hæretici puniendi sunt: quia futurorum notitia certa,provt est in esse rei,est solius Dei,*vt in cap. consuluisti,2.q.4.& in c.sciendum, 26.qu.3.* cum aliis traditis per Berber.*in suo viatorio iuris, rub. 8. de sortileg.n.5.& 6.*& dixi *sup.in 1. reg.num.*79.Signa enim cœlestia non sunt causæ rerum finales imponentes necessitatem humanis rebus agendis,aut homini; sed sunt signa quædam inclinatiua rerum futurarum, secundùm cõmuniter accidentia per quasdam regulas,& naturas corporũ cœlestium, quæ multoties fallunt,& quibus non subiicitur necessariò natura humana, quin possit illa euitare,& vti liberi arbitrij potestate,vt per Abb.*in c.2.de sortileg.*& Io.Lec.*in summa confessor.eo.ti.q.*5.

¶ Si verò eadem futura isti Astrologi prædicunt demonstratiuè,præsumptiuè,seu inclinatiuè,& non per modum necessitatis;& tunc non peccant,nec puniuntur,vt post Ab. *in d.c.2.de sortileg.* optimè declarat idem Ghirl. *in q. vndecima, n decimosexto,& 22.& in quæst.tertia,num.decimotertio, & decimoquarto,*† vbi eadem distinctione vtitur in Chiromantis, 112
qui per lineamenta manus,futura vel præterita se dignoscere profitentur.Si enim præterita enarrant,quæ euenerũt illi, cuius manus intuẽtur;& isto casu nec peccant, nec puniuntur: si verò prædicunt futura per modũ inclinationis & demonstratiuè,& tunc pariter nec peccant,nec puniuntur: secus si per modum necessitatis, quia tunc vt hæretici puniuntur,per præallegata,& per Ioan.Lec. *in summa confessor. eo.tit.q.2.3.& 5.*& per Diuum Tho. *2.2. distinctio. 95.q.27. artic.5.* Et hæc de iure communi canonum. Sed aduerte, quòd habemus Bullam Sanctissimi Domini nostri Sixti V. particulariter editam,contra istos Astrologos,& futura prædicentes,datam Romæ sub die 5.Ianuarij 1585. quam vide in occurrenti casu,& illam serua.

¶¶ Qvartvs casus,†in quo de iure ciuili pœna mor- 113
tis naturalis infligitur, est in vastatorib.& incisorib.vinearũ & arborũ,*l.2.*& ibi gl.vnica,*ff.arbo.furt.cæsa.* per quẽ tex.ita post alios traditur per Fab.à Mõtel.*in sua praxi arbitr.4 parte,pag.mihi 306.num.989.& seqq.& n.* 995. vbi declarat hoc procedere,quãdo incidũtur arbores fructiferæ,& quę radicẽ emiserint,*vt in l.3.ff.de arbor.cæde.& in l.3.ff.arbo.furt. cæsa.*secus si sint inutiles,vel aridæ,arg. eorũ, quæ tradit Bald. in debilitãte membrũ inutile,vel effodiente oculum occęcatũ,quòd nõ teneatur pœna statuti,*in l.1.C.de adil.edict.& in l.conuenticulam, C.de Episc.& cler.*Cla. *in pract.qu.*68. *versi.*

vastationes,

vastationes, & incisiones vinearum, vbi quòd quicquid sit de iure apud eũ isto casu non imponitur pœna mortis naturalis, sed extraordinaria; modo scil. ictuum funis, modò fustigationis, & modò triremium, iuxta facti & personarum qualitatem, & ita etiam apud nos quotidie seruatur.

114 ¶ Quintvs casus est † in sepulchrorum violatoribus, quos pœna mortis naturalis plecti debere probat. tex. *in l. 3. §. aduersus, ff. de sepulc. violat.* Sed quia hoc non semper verum est, multáque à Doctorib. sparsim scripta in proposito reperiuntur, de quibus vltra infrà tradita post alios adire poteris D. Menoc. *in suo tract. de arbitr. q. l. 2. casu 378. cent. 4.* & Dom. Sebast. Medic. *in tract. de sepult. parte 1. q. 14.* & latiùs per Dec. quem post huius libri secundam impressionem habui *in tract. cri. tomo 2. l. 6. c. 41.* vbi ponit plura notabilia in hac actione sepulchri violati, tam in ciuili, quàm criminali, quando competat, & quando non, *& cap. 42.* vbi etiam ponit varios ac diuersos modos, quibus sepulchra violantur, *& cap. 43.* vbi pariter ponit omnes pœnas, quibus sepulchrorum violatores puniuntur, *& cap. 44.* vbi ponit omnes casus, in quibus eadem pœna locum non habet, & sepulchra violantes excusantur.

¶ Idcirco vt huius delicti pœna, quando locum habeat, plenè, & certè dignoscatur, aliquæ constituendæ erunt particulares conclusiones, in reliquis me remittẽdo ad præallegatos Doctor. & licèt Berber. *in suo Viatorio iuris, in rubr. 30. tit. de sepulc. violat.* quem retulit Iul. Clar. *in prac. §. fin. q. 68. versi. fin.* & Iodoc. *in prac. cri. rubr. de viol. sepulc. n. 7. in fin.* dixerint crimẽ hoc sepulchri violati in desuetudinẽ abiisse propter multa cœmeteria, quibus hodie Ecclesiæ munitæ sunt. Quia tamen etiã hodie hominum nequitia, latronúmque & facinorosorũ multitudo adeo excreuit, vt si possent nedũ ad sepulchra, & cœmeteria in Ecclesiis posita; sed & ad cælum manibus peruenire, haud dubiè derobarent, seu furta committerent, & sæpissimè vidi super proposito delicto mulctas cõtingere dubitationes, prout contigit in casu, de quo per Anch. Regiẽ. *qu. famil. 54. par. 2.* ideo aliquantulùm etiam desuper immorari non abs re alienum putaui.

115 ¶ Prima sit conclusio, † quòd extrahens ex sepulchro cadauer, vel eius ossa, aut reliquias; si humilior est, vltimo supplicio afficitur, si honestior, vel relegatur, vel deportatur, *l. fi. ff. de sepulc. violat.* Iodoc. *in prac. rubr. de violat. sepulc. c. 109. n. 6.* Fab. à Monteleone *in praxi arbitr. par. 4. pag. mihi 305. n. 978.* Anchar. Regien. *q. 54. n. 5. secunda par.* D. Menoc. *d. casu 387. n. 14.* Clar. *in pract. §. fin. q. 68. versic. fin. incip. violator sepulchrorum.* ¶ Ad cuius dicta aduerte, quia licèt ipse in fine illius versiculi testetur, quòd de anno 1563. die 27. Septẽbris, quidam Galeatius Ferratius fuit tantummodo cõdemnatus in vno ictu funis, & aureis decem; & sic videtur loqui in persona vili, & quòd postea de tali condẽnatione habuit gratiam: non per hoc tamen recedas à firmata conclusione, quia condẽnatio illius Galeatij, quatenus esset vilis persona, quod non declarat Clarus, non credo fuerit in casu extractionis cadaueris ex sepultura, prout sunt termini huius conclusionis, sed in alio casu, in quo de iure mitior imponitur pœna, prout paulò infrà dicam. Bene autem creder m, quòd hæc conclusio sit intelligenda, quando talis extractio fieret, more latronum, scilicet armata manu, aliter secus, super ea, quæ dicã *in sequenti secunda conclusione*, & expressè loquuntur Iodoc. Fab. & Clar. suprà allegati.

116 ¶ Secvnda sit conclusio, † quòd spoliantes cadauera mortuorũ, si manu armata more latronũ id fecerint, morte naturali plectuntur, si verò sine armis vsque ad metallum, *l. 3. incipiẽ. prætor ait, §. aduersus, ff. de sepul. viola.* Iod. *d. c. 109. eo. n 6.* Fab. à Monteleone *in praxi arbitr. d. pag. 305. n. 979.* D. Menoc. *de arbitr. q. d. casu 387. n. 13.* vbi quòd isto casu dictio illa, *de qua in d. §. aduersus.* scil. *vsque ad metallum, &c.* stat exclusiuè, vt per eund. D. Menoc. *in eod. tract. de arbitr. q. l. 1. q. 80. n. 92.* & sic isto casu, quando sine armis sit, Iudicis arbitrium mitiorem pœnam, quàm metalli imponere, Anch. Regien. *d. q. 54. parte 2.* vbi præsertim *in n. 9.* declarat, quando hoc delictum dicatur armata manu commissum, & quando cum multitudine personarum more latronum.

117 ¶ Sed † quando quis dicetur spoliare cadauera, vel sepulchra, gl. *in l. peregit, C. de sepulc. violat.* intelligit de vestibus mortuorũ. Sed hoc nõ placet Anch. *in d. q. 54.* qui propterea conatur defendere, quòd isto casu spolia mortuorũ sint eorum sepulchra, & non vestes, videtur probari *in l. qui sepulchra, C. eod.* vbi habetur, quòd destructores, & spoliatores sepulchrorũ, destruẽdo dicũtur sepultos spoliare: & sic pœna, de qua *in §. aduersus*, nõ procedit, secundùm eũ, in derobante vestes mortuorũ, sed in destructoribus sepulchrorũ, & in illis derobantib. ornamẽta: alioquin secundùm eũ, sequeretur maximũ absurdũ, quòd sc. extrahens ossa & cadauer ex sepulchro, qui nulli dubiũ magis delinquit, quã spolians cadauer vestib. minùs puniretur, relegatione sc. vt dixi in præcedẽti cõclusione, *per l. fi. ff. de sepulchr. violat.* quã spoliãs cadauer vestib. si, vt præfertur, pœna metalli ei indicitur, quæ sine dubio maior est relegatione, vel deportatione.

¶ Quicquid in hoc dicat Anchar. † intellectus glossæ, qui 118
communis * est, verior, & magis naturalis mihi videtur; *
quia casus demolientiũ sepulchra, & derobantiũ ornamẽta sepulchrorũ, de quo *in d. l. qui sepulchra*, est diuersus & separatus ab iis, qui spoliãt cadauera mortuorũ, & de quibus *in d. l. 3. §. aduers. ff. eod.* licèt largo modo etiã illi dicãtur cadauera, & sepulchra spoliare: & diuersimodè iura statuerũt in vtrisque, vt dicã *in seq. conclusione*, & in specie declarat idem D. Menoc. *in tra. de recup. post remed. 9. n. 375.* Nec obstat obiectio de absurdo, quod sequeretur, secund. eũ ex maioritate pœnæ impositæ spoliantib. cadauera, quàm illa extrahẽtib. quia stãte declaratione D. Menoc. de qua suprà, *n. 116.* quòd sc. verba, *vsque ad metallũ*, de quib. *in d. §. aduersus*, stent exclusiuè, & non inclusiuè; non tamẽ est verum, quòd spoliantibus cadauera mortuorum non armata manu, imponatur pœna damnationis in metallum; quia erit imponenda mitior arbitrio Iudicis vsque ad metallum exclusiuè.

¶ Bene fateor, † quòd in casu Ancharani, in quo ille pau- 119
per inuenis spoliauerat mortuum nondũ sepultũ, ipse verum dicit, quòd non est imponẽda pœna mortis naturalis, quia cessat armata manus; & etiã cessat violatio sepulchrorum, cùm nondum mortuus, sepultus. itẽ nec poterat imponi pœna metalli, quia sicut dixi, ea nõ potest imponi, quãdo spoliatur cadauer in sepulchro; multò minùs poterit imponi, quãdo spoliatur cadauer non sepultum. Erit ergo eo casu pœna extraordinaria pro facti & personæ qualitate, vt ibi per eũd. Anch. *in d. q. 54. n. 10.* & 11. non ex eo, quòd pœna, de qua in dicto *§. aduersus*, non habet locum in spoliantibus cadauer vestib. vt ipse credit; sed quia istis sic spoliantibus sine qualitate armatæ manus, non nisi arbitraria à iure imponitur pœna, scilicet vsque ad metallum, non inclusiuè, sed exclusiuè, vt dixi ex traditis per eund. D. Menoch. *in eod. tract. de arbit. quæst. lib. 1. q. 80. n. 92.*

¶ Tertia sit conclusio, † quòd demolitores sepulchro- 120
rũ, qui nec cadauer ex sepulchro extrahũt, nec cadauer spoliãt; sed tãtùmodo lapides, imagines, statuas, colũnas, tumulum, aut alia ornamẽta frangũt, vel auferũt, si serui sunt, & inscio domino id faciũt, in metallũ dãnantur: si verò domino iubẽte, relegãtur. *l. 2. §. de sepul. viola.* D. Menoc. *de arbitr. q. d. casu 387. n. 15.* Si verò liberi homines sint, qui hæc faciãt; & tũc vltra restitutionẽ illarũ rerum fractarũ, furatarũ, vel ablatarũ posteris faciendã, puniuntur pœna pecuniaria, tã de iure Digestorũ, quã Codicis. De iure Digestorũ, mulcta centũ aureorũ, *l. Prætor ait, ff. de sepulc. violat.* de iure Codicis, decẽ pondo auri, *l. qui sepulchra, C. eo. tit.* Iodoc. *in pract. cri. d. cap. 109. rubr. de violat. sepulc. n. 1. & n. 3.* vbi dicit, quòd domus etiã, in quam huiusmodi saxa & ornamenta ablata per istos raptores deferũtur, fisco adiudicatur, *per l. si seruus, C. eo. tit. de sepulc. viol.* Fab. à Mõteleone *in sua praxi arbit. 4. par. pag. mihi 305. n. 979.* D. Menoc. *in tract. de recuperã. pos. in 9. remed. n. 375.* Pet. à Placha *in epit. delictorũ, c. 6. n. 17. in fin.* vbi ampliùs, quòd contra offendẽtes imagines sepulchrorũ, vel radẽtes arma, seu insignia ex capellis, datur sepulti hæredib. iniuriarũ actio, *ex l. si statuta, ff. de iniur.* & ex Bart. *in l. qui libertate, §. nec eius, ff. de oper. pub.* & licèt in isto casu, eorũ sc. qui sepulchra demoliũtur, vel ornamẽta frangũt, & auferũt, idẽ D. Menoc. *de arb. q. d. casu 387. n. 15.* cẽsuerit etiã habere locũ *l. fi. ff. de sepulc. viol.* de qua dixi *sup. in 1. cõclus.* apertéque dicat, quòd tales sepulchrorũ demolitores, & ornamentorũ derobatores, *ex d. l. fi.* puniãtur pœna mortis, si humiliores sint; mitiori autẽ vsque in metallũ, si honestiores: & quòd per pœnã pecuniariã, de qua *in d. l. Prætor ait, & in dict. l.*

dict.l.qui sepulchra,non sit sublata dispositio,& pœna *d.l.fin.* credo tamen quod melius loquutus fuerit *in præallegato tract.de recuper.possess.dict. 9. remed.eod.n.*375. vbi dixit,solũ puniendos pœna pecuniaria ; cùm plus dicatur delinquere, qui corpora ipsa mortuorũ,& cadauera molestia afficit;quã qui saxa tãtummodo,vel tumulũ demolitur,& aufert.Ideò cũ diuersa sint facta,& delicta;vnúmque sit grauius altero, primo casu crederem procedere dispositionem *d. l.fin.ff. de sepulc. violat.* iuxta terminos propositæ primæ conclusionis,secundo autem casu pœnam pecuniariam, de qua *in d.l. Prætor ait,ff.de sepul.violat.& in l. tertia,& quarta,C.eod.*

121 ¶ Qvarta sit conclusio , † quòd percutiens , seu vulnerans , seu etiam caput abscindens cadaueri ; si Clericus est, irregularis non efficitur,etiam quòd animo hominem occidendi viuum,mortuum comperisset, vt per Archi. *in c. quam periculosè,de pœn. distinct.*1. *& in c.fin.*15.*qu.*1. Alber. Tro.*in tract.de vero & perfecto clerico,l.*2.*c.*29.*n.*7. ita pariter si laicus est, de homicidio non tenetur, nec de eo accusari potest,vt per Bal.*in l.*1.per illum tex.*n.*16.*C. qui accusa.non poss.& in l.sororem,C.de his,quib.vt indign. & in l.ex hoc iure, n.*10.*ff.de iusti.& iu.*Marsil.*in l.fin.n.*41.*ff.de quæst.* quos omnes refert & sequitur Pet.à Placha *in epit.delict.c.9.n.9.* vbi propterea dicit isto casu solùm habere locum pœnam iniuriarum,quæ arbitraria est,vt per eund.Placham, *vbi sup.ca. 6.n.*50.Clar.*in pract.*§.*iniuria,ver.sed quæro*,Ant.Gom.*titul. de iniuria,n.*4.D.Menoch. *de arbitr. quæst.casu* 263.*n.*3.*centuria* 3. & alibi latiùs dicetur , Deo Optimo Maximo concedente,vt spero,*in tit.de iniur.*

122 ¶ Qvinta sit conclusio,† quòd de iure canonico nulla alia imposita est pœna sepulchrorũ violatoribus, nisi quòd gesta irritãtur,iuxta tex.*in c.fraternitatẽ,ext.de sepult.* vt per Berber. *in suo viatorio iuris, rub.*30. *tit. de sepulc,viol.* & per Iodoc. *in prac.cri.d.c.*106 *rubr.de viol.sepulc.n.*2. Vide tamẽ in proposito Rip.*in trac.de peste,tit.de remed.præserua.pest.n.* 145.item vide Fab.à Monteleone *in sua prax. arbi.d.*4 *par. pag.mihi* 306.*n.*287.vbi quòd de iure canonico tales delinquentes incurrunt infamiæ notã,*per c.infames,*6.*q.*1.& vide etiam Pet.Duen.*reg.*397.*n.*9.vbi not.particulariter,† quòd
123 si sacerdos parochialis violenter rapuerit corpus eius , qui alibi quàm in Ecclesia sua parochiali sepulturam elegit,funúsque spoliauerit , tenetur restituere id totum quod accepit,& perdit quartam canonicam,vt per Hostien. *in ca. cùm liberum,ext.eod.tit.de sepult.* quem sequutus est Pet. Rebuff. *ad constitut.Galliæ,in prima parte, in tract.de sentent.num.* 67.

124 ¶ Sexta sit conclusio,† quòd sepulchrorum violatores, cùm sacrilegi dicantur,*vt in l.peregit,*C. *de sepulc.viol.* sacrilegij autem pœna arbitraria sit,*vt in l.lex Iulia,*§.*mandãtes, ff. ad l. Iul.peculat.* & alibi latiùs dicam *in particulari Quæstione de sacrilegio*:ideo pariter sepulchrorum violatores arbitraria pœna iuxta facti & personarum qualitatẽ puniendi erũt,vt per Sali.*in l.*1.*in* 4.*oppos.C. de sepulc.viol.*Iodoc.*in pract.d.c.*109.*n.*4.Anch.iun.Reg.*d.q.*54.*sub n.* 10.*2.par.* ex D.Menoc.*de arbi.q.l.*2.*d.casu* 387.*in prin.& n.*15.*in fi.& n.* 7.*& seq.* vbi particulariter,quando contra sepulchrorum violatores ciuiliter agitur ; ideo Iudex , vt sciat quomodo suum arbitrium moderari possit , respiciat ad suprà traditas,& infrà describendas conclusiones.

125 ¶ Septima sit conclusio , † quòd pœna violatorum sepulchrorũ non habet locum in iis,qui sine dolo delinquũt, *l.*3.§.*prima verba,ff.de sepul.viol.*declarat Cuiac.*l.obseruat.c.* 22.refert D. Menoc.*de arbit.q.d. casu* 387.*n.*23.& hoc non habet difficultatẽ , quia in omnibus delictis semper requiritur dolus, vt post alios tradit Clar.*in pract.q.*84. *in princ.*

126 Nolens igitur † reficere sepulchrum,& ob id saxa,lapides, vel ornamenta ex eo extrahens , pœna sepulchri violati non teneretur,quia dolo caret,*l.sepulchri deteriorem,ff.de se-*
127 *pul.viol.* D.Men.*d.casu* 387.*n.*28.† Item iussu superioris si fuerit exhumatũ cadauer,exhumãs illud pariter dicta pœna tanquã sine dolo id agens minimè tenetur, *l.*3.§ *diuus,ff.eo.* & Fab.à Monteleone *in praxi arbit.d.*4.*par.pag.*303.*n.*980.

127 ¶ Octava sit conclusio , †quòd pœna sepulchri violati non habet locũ,nisi quã do sepulturæ perpetuæ sunt : secus si non perpetuæ,*l.*3.§.*non perpetuæ,ff.de sepul.viol.* Menoch. *dicto casu* 387.*n.* 24. *&* 25. vbi pariter idem de iis, qui per vicos,aut opp ida in itinere transuexerunt corpora mortuorum,*per d.l.diuus,ff.eod.*

¶ Nona sit conclusio, † quòd pœna prædicta non habet 129
locum in destructoribus sepulchrorum hostium, *l.sepulchra hostiũm,ff.de sepulc.viol.*Marsil.*in l.fin.n.*53.*ff.de qu.* Io. Bapt. Asin.*in l.*4.§.*ego puto,*111.*ff.de relig.& sumpt.fun.* D.Menoc. *de arb.qu.d.casu* 387.*n.*26.*&* 27.

¶ Vnde † etiam inferre videtur , quòd cùm banniti no- 130
stri temporis,scilicet , vigore statutorum volentium contumaces haberi pro confessis , reputentur hostes ciuitatis , vt per eund.Menoc.*in eod.tr.de arb.q.lib.*1.*q.*99.*n.*2.*&* 47.& per Iul.Clar.*in prac.in* §. *homicidium , vers.stante hoc statuto.* Ideò demolitores sepulchrorum , vbi bannitorum cadauera reposita sunt,non tenentur pœna sepulchri violati, per prædicta,& per *l.pen.ff.de cadau.punit.*per quem tex.per Bar. Anc. Ias.& alios,quos allegat Cou.*var.resol.lib.*2.*c.n.*11. *vers.hinc expendi poterit.* expressè probat , quòd missus in exilium ab aliqua ciuitate , non potest mortuus duci ad sepulturam illius ciuitatis,à qua bannitus est sine licentia Principis.

Decima sit conclusio , ¶ quòd pœnæ prædictæ pariter 131
locum non habent in iis,qui violant sepulchra eorum , qui sepulti sunt contra prohibitionem legis,Fab.à Montel.*in sua praxi arbit.d.*4.*par.pag.*305.*n.*981.*&* 983.† vbi infert ad 132
vsurarios manifestos , qui debitam pœnitentiam , & vsurarum restitutionem in vita non fecerunt,nec hæredes facere volunt ; ij , inquam , cùm ecclesiastica sepultura carere debeant,*vt in c.sanè ,* 24.*q.*2.*& in clem.*1.*de vsur.& in c.quanquam,de vsur. in* 6.cósque sepelientes sint excommunicati, & ab ingressu Ecclesiæ arcendi,*clem.*1.& ibi Card.*ext.de sepult.*ideò eorum cadauera ex Ecclesiis exhumantes,& sepulchra violantes nulla tenẽtur pœna,vt latè per Card. *in d.clemen.*1.*in* 30.*q.*Gram.*dec.*83.*n.*5.Ripa *in tract.pestis,tit.de rem. præseru.n.*135.D.Menoc.*de arb.q.lib.*2.*d.casu* 387.*n.*16.30. 133
& 31.vbi pariter infert ad parricidas,vel seipsos occidentes, quorum sepultura impunè potest impediri,ad gl.*in c.ex parte,il secondo ,* & ibi Doct. *extr.de sepult.* Ias.*in l.*2.*col.*1. *C.qui testam.fac.poss* Ioan.Bapt.Asin.*in l.si nulla , n.*10.*& in l.minimè,n.*20.*ff.de relig.& sumpt.fun.*

¶ Vndecima sit conclusio,† quòd licèt regulariter dã- 134
natorum corpora sepeliri debeant , & non solùm cognatis, sed etiam extraneis illa ad sepeliendum petentibus sint regulariter concedenda, vt *in l.*1 *ff.de cadauer.punit.* cuicunque enim datur sacramentũ pœnitẽtiæ,sepulturã etiã concedendam dicat tex.*in c.quæsitum,*13.*quæst.* 2. vltimo autẽ supplicio damnatis concedatur sacramentum & pœnitentiæ & sãctissimæ Eucharistiæ,etiam quòd atrocissima commiserint delicta,*vt in c.*2.*de furt.& in c.super eo,de hæret.in* 6.*& in clem.*1.*&* ibi glo.*de pœnit.& remissio.* nihilominus poterit Iudex ex iusta causa,& vt terror cæteris incutiatur, perpensa delicti,loci & temporis conditione,optimo in Rempublicam zelo dicta damnatorum corpora,vel ad tempus , vel in perpetuũ in loco suspensa & insepulta dimittere,secund.Couar. *varia.resol. li.*2.*dict c.*1.*eo.n.*11.quem sequutus est Menoch.*de arbitr.qu. d.casu* 387.*n.*32. & licèt etiam hanc consuetudinem reprobare videantur Petrus Rauennas , Rocchus de Curte,Summa Syluestri,& Abb.relati per Couar.*in loco citato,* dicentes non posse Iudices sine labe peccati,iis vltimo supplicio affectis,sepulturam denegare,non per hoc tamen recedas à proposita conclusione , quæ de facto & de consuetudine apud nos seruatur:cùm quotidie videamus famosos præsertim latrones,stratarúmque derobatores in strata, in qua grassãtur, suspendi,iuxta *l.capitalium,*§ *famosos,ff.de pœn.* & ibi suspensos,vel si alibi in frusta scissos ad locum, in quo grassati sunt aduectos perpetuò omnibus videndos remanere.

¶ Dvodecima sit conclusio , † quòd rapiens per vim 135
cadauera , & impediens ne sepeliantur , punitur pœna legis Iuliæ de vi publica,*vt in l.qui cœtu, ff.ad l.Iul.de vi pub.*† cuius 136
pœna erat olim deportatio,*l.qui dolo,*§.*fi.ff.eo.* & bonorũ cõfiscatio,§.*pen.Inst.de publ.iud.* Hodie autem est arbitraria , vt per D.Meno.qui cõcordãtes adducit,*de arb.qu.lib.*2.*casu* 393. *in prin.*sic in specie sẽtit post alios Duen.*regula* 397.*prope fi. n.*9.*ver.Nonò,qui per vim cadauer,&c.* Petr. à Plac. qui alios citat *in epit.delict.li.*1.*c.*6.*n.*17.*ver.quin etiã vi rapiẽs, &c.* idẽ D.Meno.*vbi suprà,d.casu* 387.*n.*20.*in fi.& n.*19.† vbi docet, 137
quid iuris de impediente sepulturam Iudæi ; *&* 17. † vbi 138
quid de hærede non sepeliente cadauer sui antecessoris.

¶ Decima

139 ¶Decimatertia & vltima sit conclusio,† quòd etiam violati sepulchri pœna tenentur creditores,qui debitorũ cadauer sequestrant,sepelirique impediunt, donec de eorum credito ipsis satisfiat.Hos enim primò proprium creditum amittere,deinde quinquaginta libras auri fisco inferri: & si hanc summam pecuniarum soluere non possunt,corporaliter arbitrio Iudicis puniri,per tex.*in l.fi.C.de sepulc.viola.*docet Men.*in sæpius allegato casu* 387.*n.*16. & creditoris appellationem,ne debitoris cadauer sepeliatur, recipiendam minimè esse probat tex.*in l.fin.ff.de appell.recipien. & in c.ex parte,il* 1.vbi gl.*in verb.post appellationẽ,extra de sepul.* Spec. *in ti.de appel.§.in quibus,ver.*8.Duen.*d.reg.*397.*cer.& primò, quia interdicta est appellatio.* latè comprobat Cou. *var.resol. lib.*2.*c.*1.*n.*10.vbi testatur de crebertimo*Doctorum consensu:satis enim inhumanum inquit ipse, & à Christiana charitate alienum,nec adhuc barbaris moribus conueniens, impiúmque nedum apud Christianos,sed etiam apud Ethnicos, cadauer inopis debitoris insepultum detineri, ex eo quòd æs alienum minimè soluatur, Brun. *de cess.bonor.*3.*qu. princ.n.*8.inquiens pariter,quòd ex quo Reipublicæ interest defunctorum corpora insepulta non remanere pro conseruanda ciuitate à pestilentia,quam fœtores inducunt: idcirco creditores id petentes hodie puniuntur in confiscatione tertiæ partis bonorum,cadunt ab actione,tantundem defuncti hæredib.erogare tenentur,& efficiuntur infames, ex Ripa *in tract.de peste,in primo remed.præseruatiuo, n.*101. *ver.& primò quæro & in l.obligatione,col.*6.*in fin.n.*34. *ver.viso de libero homine,ff.de pignor.*per tex.*in l.cùm sit iniustũ,& in auth. seq.C.de sepulc.viol.*¶His adde eundem Men. *in d. casu* 387.

140 *n.*18.† vbi hanc conclusionem ampliat etiam in cadauere debitoris prætextu vsurarum.*& num.*21. vbi quòd creditor,

141 qui adit domum moribundi,† & illum vel suos vexat,non solùm ius suum amittit,sed tantundem vexatis restituit, *per auth.item qui,C.de sepulc.viol.* Quod tu procurator bene nota,& obliuioni non mandes pro liberando infirmum debitorem à molestiis ei per creditores illatis in tempore infirmitatis,in qua mortis periculum vrgeat.[Adde ad comprobationem huius decimætertiæ conclusionis, Brunor.à Sole, quem post hæc scripta habui,*in q.*29.*n.*1.vbi testatur de cõ-

* muni*opinione, & ab omni schola passim recepta;*& nu.*6. vbi ampliat etiam in cadauere Iudæi debitoris: *& nu.*7. vbi ampliat etiam non obstante appellatione creditoris; *& n.*8. vbi ampliat etiam,quòd debitor sit condemnatus per sententiam;*& nu.*11. vbi ampliat etiam in vsurario manifesto, sed ampliationem declarauit ibi;*& n.*12.vbi ampliat etiam, quòd debitum sit ex causa infirmitatis;item ampliat non obstante statuto in contrarium.]

142 ¶Amplia I.Hanc decimamtertiam conclusionem,† vt procedat etiam in creditore ex instrumento guarentigiato, quem pariter non posse suo debitori sepulturam impedire affirmarunt Ab.*in c.ex parte,il* 1.*de sepul.*Fel.*in c.sicut Iudæi, col.*2.*vers.item nota,eod.tit.*Gul.de Bened.*in c.Raynutius,verb. mortuo itaque testatore,il* 1.*n.*56.*de testa.*Mar.*in sing.n.*199.*inc. in iure expressum,prope fi.*Roder.Soarez *in leg.post rem, in* 6. *ampliatione,de re iud.*Gram.*decis.*82.Couar.*var.resol.li.*2.*c.*1. *n.*10.D.Men.*d.casu* 387.*n.*20. Sebast.Medices *in tr.de sepul. part.*4.*q.*14.*n.*9.Duen.*d.reg.* 397.*sub ver.& primò, quia interdicta est appell.*ibi,*quòd etiam procedit,*&c.Brun. *de cess.bon.in* 3.*q.prin.n.*8.licèt contrarium dixerit Ang.*in auth.vt defunct. seu funera eorum non iniurien.à credito,in prin.n.*1.*ver.nota hîc casum,collat.*5.quem sequutus est Mars.*in l.fi.n.*64.*ff.de q.* & Segura *in repet.l.si ex legati causa,n.*73.*ff.de verb.oblig.*non per hoc tamen recedas à proposita ampliatione,quæ non solùm

* cõmunis*est,sed etiam in pract. seruatur:nunquã enim memini in Vrbe debitorum cadauera sequestrata, etiam quòd ad fauorem creditorum adesset,quantumuis stricta,guarentigiata,ac etiam cameralis obligatio. [& dato quòd Angeli opinio forsan de iuris rigore procederet; illa tamen est reprobanda tãquam inhumana,& à charitate Christiana aliena,sicut etiam communiter reprobatur,teste Brun.à Sole,*d. q.*29.*n.*3.*& seqq.*vbi etiam testatur esse æquiorem, communiter seruatam, & in Rota Romana canonizatam: & ita etiam semper in magna Curia Vicariæ iudicatũ fuisse,dixit Gram.*decis.*82.*incip.incidit sermo inter fratres.*]

143 ¶Amplia II.Eandem conclusionem,† in tantum procedere, vt si creditor exequias prohibet excommunicando infirmum, aut alio modo agendo contra eum, priuetur suo debito,& aliàs punitur,*vt in auth.item qui domum.Cod. de sepulchro viola.& in Authent.vt defunct.seu funera,§.sancimus,il primo,& in §.si verò, collat.*5. tradit Ripa *in c.cùm M.Ferrariensis, n.*147. *de const.* & sequitur Petr.Duen. *d.reg.*397.*ver. quintò qui exequias.* immò † si creditor post obitũ debitoris 144
infra tempus quo celebrantur exequiæ defuncti hæredes sui debitoris pro consequutione sui crediti vexat,omnia acta & actitata intra dictũ tẽpus,sũt nulla,*vt in auth. sed neque,d.tit. Cod.de sepulchro viola.*D.Menoc. *d.casu* 387.*n.*22.ex Ripa *in tra.pestis,situ. de remed. præseru.n.*104.*& sequent.* vbi ex hoc infert, quòd cautiones præstitæ isto medio tempore per dictos hæredes, vt se à molestiis creditorum liberarent, pariter sunt nullius roboris & momenti; & quòd hoc tempore facta interpellatio debitores in mora non constituit.

¶¶Sextus casus,†in quo pœna mortis naturalis de iure 145
ciuili infligitur, est in ascendente de nocte cum scalis ad domum alienam,secund.Bal. *in l.fina.circa fi.n.*3.*ff. de rerum diuisio.*quem sequuti sunt Aret.*in §.sanctæ quoque,num.*3. *Instit. eod.*Gramma. *decis.*36.*n.*13. quorum tamen opinio minimè placuit Mantuæ,*cons.*31.*n.*2.*li.*2. vbi consuluit, quòd quidã, qui apposuerat scalas de nocte ad domum mulieris, vt eam violaret,non debeat puniri pœna mortis;sed alia mitiori Iudicis arbitrio:& Mantuam sequuti sunt Dom.Menoc.*de arb. quæst lib.secundo,casu* 360.*n.*95.& Clar.*in pract.qu.*92. *prope fin.principij,& in qu.*68.*versicu.ascendens cum scalis,*vbi quòd opinio Baldi apud eum non seruatur, licèt bene qualitas ascendendi cum scalis aggrauet principale delictum;vt grauiùs puniatur;siue ex causa amoris,siue etiã ex causa furãdi, siue aliud maleficium committẽdi.Et propterea dicit, quòd illa sententia Proregis Neapolis, quam defendit Grammat. *in dict.dec.*36.& ob quam vigore edicti desuper emanati cõtra repertos de nocte cum scalis, fuit vltimo supplicio affectus quidam nobilis iuuenis,qui amoris causa cum scalis de nocte alienam domum ascenderat;fuit visa nimis seuera,& crudelis iudicio totius Italiæ;maximè attenta qualitate illius nobilis iuuenis,& attenta causa delicti,scilicet amoris, qui etiam prudentes viros nedum iuuenes inexpertos sæpius excæcauit.[Nec à prædictis dissentit Ludou.Peguer.qui de seruata apud eum opinione testatur,*in dec.crimin.*26.*per totam,* quẽ post hæc impressa habui.]& in hoc casu, edicto seu bãno aliquo non existente, & in simplici dispositione iuris cõmunis sum cum Mantua,Claro, Menochio, [& Ludou.Pegue. *in locis præcitatis,*] contra opinionem Bald. At existente banno pœnam mortis naturalis expressè imponẽte, ex quacunque causa scalæ apponantur; tunc non discederem ab opinione Grammatici.& isto casu exequutionẽ præcedentis banni potiùs rigorosam,quàm iniquam reputarem. ¶Sed si bannum simpliciter pœnam mortis indicet ascendentib. de nocte cũ scalis,absque eo quòd dicat ex qua causa apponantur scalæ,semper eum,qui amoris causa sic per scalas ascenderet,à pœna ordinaria banni excusarẽ, per ea quæ generaliter dicam,Deo dante, *infrà sub tit.de pœ.temper. de illo,*qui causa amoris delinquit,*inf.in* 2.*p.ti.de pœ.tẽper.q.*98.*causa* 13.

¶¶Septimus casus est†in transcendentibus muros ciui- 146
tatis:is enim,qui nõ per portam ciuitatis,sed per muros, vel intrat,vel exit,vltimo afficitur supplicio,*ex l.fi.*& ibi Docto. *ff.de rer.diuisio.& Instit.eod.§.item,& ex l.de sertorem,§.necnon, ff.de re milit.*Rom.*sing.*753.Cæpol.*de seru.vrban.prædio.c.*54. *rub.de scalis,n.*9.Fab.à Monteleone *in sua praxi arbit. part.*4. *pag.mihi* 321.*n.*143.Boer.*dec.*232.*par.*2.vbi materia,de qua etiam per Rosel.*cons.crim.diuers.Liletti,*90.*vol.*1.*in paruis,*& per Alexand. de Neuo *cons.*91.*inter ead.consilia,eod.vol.*1.& est ratio,secundùm Fab.à Monteleone,*vbi sup.* quia non ingredientes per ostiũ,fures & latrones sunt appellandi,*c.relatum,de iure patrona.c.insinuatum,de simon.*Bal.*in d.l.fi.ff.de rer. diuis.*Mat. de Affl. *in constit. cùm satis,nu.*1.[Addo & Clar.*in pract.§.fi.q.*68.*vers.Muros ciuitatis,*& post hæc impressa habitum Tiber.Dec.*in suis tract.crim.lib.*7.*c.*36.*n.*1.*& seqq.p.*2. vbi bene huius septimi casus conclusionem exornat.]

¶Amplia Hunc septimum casum,† vt procedat multò 147
magis in iis,qui rumpũt muros ciuitatis, vt per Clarum *d.q.* 68.*ver. muros ciuitatis rumpens*, & clarè sentit Fab.à Monteleone,*d.*4.*p.eod.num.*1043.vbi quòd pœna prædicta *ex d.l.fi.*

*ff.de rer.diuis.*trahitur non solùm ad transcendentes muros, sed etiam ad illos effodientes,vel prope foueam facientes,vt cadatur in eam;allegat Alex.*in d.l.fi.*& Bald.*in l.pergit, C.de sepulchro vol.* [¶ Et quid iuris de perforantibus muros ciuitatis,siue aliquid in eos immittentibus sine licentia superioris,vide Decian.*dicto c.36.n.*10.

148 LIMITA I.Vt†eadem pœna habeat locum, vt loquitur, in transcendẽte muros ciuitatis, vel saltẽ valla lignea:secus si ciuitas non habeat nec murum,nec valla lignea, sed tãtùmodo foueas:quia tunc illas trãscendens non punitur pœna mortis,*ex d.l.fin.*Rom.*sing.*743.Cæpol.*de seruit.vrban.prad.c.*54.*rubr.de scalis,n.*9.per tex.*in l.desertorem,*§.*necnon,ff.de re milit.*vide tamen in proposito Clarum *in d.q.*68.*sub eod.ver. muros ciuitatis.*vbi testatur,quòd vltima Februarij 1551.fuit apud eum iussus fustigari quidam Franciscus Cartarius,qui per fossam ciuitatis transiuerat.Et 20.Martij 1556.fuit pariter iussus in contumaciam condemnari in tribus ictibus funis, vel viginti aureis quidam Stephanus de Nignano, qui transgressus fuerat fossas oppidi Seraualli.s. Et sic isto casu habet locum pœna extraordinaria, licèt non ordinaria, de qua *in l.fi.ff.de rer.diuis.*Et vide demum Decianum *d.ca.*36. vbi pariter videtur tenere, quòd transcendens vallum ligneum, vel lapideum puniatur ordinaria pœna: transcendens autem simplicem foueam,mitiùs puniatur, & id bene Romuli exemplo comprobat.]

149 ¶LIMITA II.Vt†eadem conclusio,& pœna huius septimi casus procedat in transcendente muros ciuitatis dolo & animo eos violandi,prout loquitur text. *in d.l.fin.ff.de rer.diuisio.*secus si sine dolo, vel ex aliqua causa licita: nunquam enim pœna iuris,vel statuti ordinaria habet locũ, nisi delictum sit dolo commissum,secundùm communem,*de qua post alios per Clar.*in pract.§.fin.q.*84.*in princ.* & omnis lex, quamuis præcisè loquatur, semper interpretationem & declarationem sumit, nisi sit iusta & legitima causa:cõtrarium suadetur,ex latè traditis per Tira.*de pœnis temper.in præfat.n.*25.*& plurib.seqq.*sic in specie sentire videtur Nell.*in trac.de bannit.in secunda parte secund.temporis,q.*13. vbi disputando concludit,quòd transcendens muros ciuitatis de nocte, vt bannitum intra ciuitatem existentem occideret, cùm id nõ dolo egerit,sed ex licita causa,non tenebitur pœna ordinaria *d.l.fi.*sed alia mitiori Iudicis arbitrio.Nec dissentit Clarus *in d.q.*68.*sub eodem vers.muros ciuitatis,prope finem,* expressè dicens,quòd transcendens muros non animo eos violandi,sed ex aliqua causa;putà vt effugeret manus satellitũ, & ex huiusmodi causa,non ordinaria, sed Iudicis arbitrio plectẽdus erit.& quòd ita omnino seruandũ est,addo Ceph. *cons.*75.*n.*9.*& seq.*Burs at.*cons.*152.*n.*37.*vol.*2. Claud.Bertazzo. *in add. ad consilia Barth.Bertazzo.*35.*litera C*, vbi & alios adducit. [Decian.*d.c.*36.*n.*7.*&* 8.vbi ampliùs, quòd nulla pœna punitur fugiens inimicos eum occidere volentes,& ob id muros ciuitatis transcendens,*& num.*13.vbi huius limitationis alia ponit exempla.]

150 ¶LIMITA III.†Quia effectu non sequuto,& sic nisi verè quis transcenderit muros ciuitatis, non habet locũ ordinaria pœna mortis, & dispositio *d.l.fin.ff.de rer.diuisio.* nec sufficit isto casu solus conatus,ex gl.*in d.l.fin.in fine*, quæ exponit textum,dũ dicit,*transcendere voluerit,&c.*id est,*volũtariè transcenderit.*& illam gl.sequutus est ibi Bar. inferens ad declarationem statuti dicẽtis,quòd si quis voluerit aliquẽ corrumpere,capite puniatur,vt intelligatur, ideſt,si voluntariè corruperit,& gl.illam,Bart.& alios referendo sequuti Tira. *in tr.de pœnis temper.causa* 17.*n.*7.D.Menoc.*de arbitr.q.li.*2. *casu* 360.*n.*76.*cent.*4 Gramm.*decisio.*2.*n.*12.13.*&* 19.*& decisio.*74.*n.*7.& vt aliàs,si tempus vitæ à summo Factore dabitur,dicam latiùs *infrà,in* 3.*lib.in tit.de homicid.* ¶ Generale enim est in omnibus delictis,quantumuis atrocissimis, non puniri affectum,seu conatum eadem pœna,non sequuto ipso delicto & effectu.Et licèt hæc limitatio parũ profuerit Illustrissimo illi & generoso viro,Cæsari scilicet Caietano,qui nondũ lapsus est annus,quod repertus in scalis in actu transcendẽdi ex arce & fortilitio sãcti Angeli in Vrbe;licèt nõdum trãscendisset,fuit tamen capite truncatus, cũ maximo totius populi & Vrbis mœrore, dolore ac stupore:non per hoc tamen à proposita limitatione recedas:quia non ex hoc solo quòd transcẽdere voluerit ex muris illius arcis,Illustris ille miles, & vir fuit decapitatus;sed quia ibidem pro carcere detentus & inquisitus pro pluribus capitalibus delictis, in fuga deprehẽsus fuit,vt audio, à Dominis Iudicibus habitus pro confesso, iuxta terminos *in l.pen.*vbi gl.& Doctor. *ff. de custo.reo.*de qua latiùs dicam *in seq.tit.de carcerib.in* 30.*quæst.* non enim præsentis speculationis est disputare de iustitia illius sententiæ,& condemnationis.

¶ LIMITA IV. Vt † pœna mortis naturalis locum non habeat in transcẽdente muros ciuitatis, nisi tempore belli; secus verò tempore pacis,prout ita fuisse in facti contingentia Capuę iudicatum,testatur And.de Iser.relatus per Gram. *in constitut.Regni,folio* 31.*colu.*1.*post num.*6.prout hos pariter referendo sequitur Iul. Clar. *d.q.*68. *eod.versi.muros ciuitatis, in fin.*& nouiter idem etiam sentit Hier. Magon. *in sua dec. Lucen.*90.*num.*14.vbi alios adducit concordantes,*par.*1.[Sed contrarium sentit Decian.*d.c.*36.*num.*9.] 151

¶ LIMITA V.†Eandem conclusionem huius septimi casus procedere in transcendente muros Vrbis Romæ; secus in transcẽdente muros alterius ciuitatis, secund. Bar. *in d.l. fina.num.*2.*ff.de rer.diuis.*quem ad id refert & sequitur Fab. à Monteleone *in prax.arb.d.*4.*par.pag.*322.*n.*143.[Glo.Port. & Aret.*in* §.*sancta,Instit.de rer.diuis.* Cyn.*in eadem l.fi.*prout pariter illum refert Nell.*in tr.bannitorum,*2.*p.*2.*tẽporis,q.*13. *in fi.*inquiens isto casu pœnam esse arbitrariam, sed non ad mortẽ,Luc.de Penna *in l.*1.*col.pen.in fi.C.de colleg.illici.*Bart. de Capua *sing.*5.& ibi *in addi.*Hieron.Magon. *d. dec.Lucen.* 90.*eod. n.*14.Rol *cons.*84.*n.*25.*vol.*2.Alex. de Neuo *cons.*94. *n.*1.vbi quòd ita seruatur de consuetudine. Boër. *in dec.* 232. *p.*2. vbi quòd ita fuit iudicatum in curia Burdegalen.& ita etiam apud eum seruari testatur Clar.*in d.q.*68.*d.ver. muros ciuitatis*: isto enim casu non mortis, sed alia mitior Iudicis arbitrio iuxta personarum, & causæ qualitatem pœna infligenda erit,vt per præallegatos, quicquid tacitè in contrariũ sentire videantur Rom.*d.sing.*743.& Cæpol.*de seruit. vrban. prad.d.c.*54.*n.*9. dum loquuntur etiam in transcẽdente valla lignea alicuius castri.] Sed prima opinio est verior,& magis communis, *sicut testatur,& eam bene à contrariis defendit Tiber.Dec.*d.c.*54.*n.*5.* 152

¶¶OCTAVVS casus,† in quo mortis naturalis pœna à iure infligitur,est in castrante se ipsum,vel castrari faciente, *l.* 4.*in fi.ff.ad l.Corn.de sicar.*Catald.*de synd.n.*86.Bal.*in l.reos,n.* 9.*C.de accus & in l.*1.*C.de eunuch.* Mẽbra enim generationis sunt membra,quæ secundùm Bal.*vbi sup.*habent proprias & distinctas operationes:immò dicũtur esse membra nobilia, per quæ saluatur species humana, ideo illa mutilans debet puniri tamquam inimicus naturę:ita per hanc rationem,sic vt sup.ex Bal.relatam concludit Iul.Clar.*in pra. fin.d.qu.*68. *ver.castrãs sei ipsum,* nec dissentit Fab.à Mõteleone *in sua prax. arb.in* 3.*& vlt. par.*4.*par.prin.n.*390.*& seqq. pag.mihi* 292. vbi etiam quod contra istos sic se castrantes, seu castrari facientes, de iure canonico potest dici statutã esse vel eandẽ pœnam, quæ statuta est contra homicidas, vel cùm certa pœna non inueniatur statuta,arbitrariè plectendi sint. 153

¶¶ NONVS est casus in transfugis, † quos mortis pœna puniri dicit tex.*in l.si quid aliquid ex metallo,*§.*transfugæ,ff.de pœn.*Clar.*in pra.*§.*fi.d.q.*68.*ver.transfugæ punitur,&c.* vbi id intelligit procedere duob.concurrentib.Primò,dũmodo fuga ad hostes sit cum dolo:aliàs enim sine dolo mitiùs punitur,vt in casu,in quo consuluit Grã.*voto* 10.Secundò,dummodo effectus fugæ sit consummatus: solus enim conatus aufugiendi non facit punire repertum in fuga pœna mortis, sed alia mitiori, vt per Cæpol.*in l.si fugitiui,post n.*4.*C. de seruis fugit.*quidquid in contrarium dixerit Bolenc. *in repet.l.capitalium,* §.*famosos,n.*82.*ff.de pœn.*vbi licèt ipse suam opinionem testetur communem, communiter*tamen non tenetur,nec recipitur, teste Cæpol. *in loco citato*, quem refert,& sequitur Clar.*vbi suprà.* 154

¶¶DECIMVS est casus†in publicæ pacis turbatorib.quos pœna mortis puniri dixit tex.qui in milite loquitur,*in l.fi.*§. *fi.ff.de re milita.*& hoc ob publicã vtilitatem, cuius interest pacificè & quietè regnari,*l.*cõgruit *ff.de offic.præsid.l.si quis ingenuũ,*§.*fi.ff.de offic.præfect.vr. l.ambitiosa,* & ibi Bartolus, *ff. de decret.ab ordin.faciẽ.*Pax enim discordias remouere solet, tranquillam mentem inducere consueuit, statum personarum & vrbium auget, honestatem affert, diuitias præ- 155

parat,

parat, Dei regnum & gratiam retribuit, superbiam cuiuscunque tollit, auaritiam repellit, honorem honorāti tradit, Deo ad seruiendum animum incitat; multáque alia operatur bona, de quibus per Bald. *in c. vnico, §. de pace Const. in vsib. feud.* & pulchrè per Lucam de Penna, *in rub. C. publ. latit. & c. li. 12.* Deus enim Omnipotens, dū venit, docuit pacē, pacé dedit, & illam reliquit, *c. nisi bella, 23. q. 1.* ideo non mirum, si pacis prædictæ turbatores atroci pœna mortis puniri debēt, prout hæc & alia plura similia in proposito adducit Fab. à Monteleone *in sua praxi arbit. in 3. & vltima p. 4. partis principalis, n. 879. & seqq. pag. 282.* vbi *n. 882. & seqq.* dicit etiam, †
256 quoniam de iure canonico turbantes pacē Ecclesiæ, si sunt in dignitate constituti, illa sunt orbandi: si verò nobiles, bonis omnibus: sin autem ignobiles, fustibus cæsi perpetuò relegandi. *cap. qui contra, 24. quæst. 1.* Et idem si pacem publicam
257 perturbarent, quia Vniuersitas & Ecclesia æquiparantur. Et prædicta † pœna non solùm locum habet contra principales turbatores, sed etiam contra auxiliantes, vt latè per Hipp. *in pra. crim. §. constante, nu. 67.* prout illum refert, & sequitur Fab. à Monteleone *vbi suprà, nu. 891.* Verùm ad præmissa vide omnino declarantem Iod. *in pract. crim. cap. 108. per totum, in rubr. de pacis ac induciarum violatione, fol. mihi 300.* necnon vide textum *in §. si quis alium, & §. seq. de pace tenen. in vsib. feudor.* item & tex. *in §. si quis verò ausu temerario, & in §§. seqq. de pace iuramen. firma.* quibus iuribus etiam declaratur, quomodo procedat & intelligatur propositus decimus casus, quæ iura bene in simili adnotantur per Petrum à Placha *in epit. delict. lib. 1. c. 7. n. 10.*

ARGVMENTVM.

Delicta notoria quæ sint, & de ordine procedendi contra reum in flagranti, & notorio crimine repertum.

SVMMARIVM.

Notorij materia procedit æqualiter tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, n. 1. & vt valeat argumentum de vno casu ad aliū.
Notorium cadit non solùm in delictis, sed etiam in contractibus, numer. 2.
Notorij vox Latina non est, n. 3.
Notorium in quo differat à manifesto, euidenti, publico, noto, indubitato, & liquido: & quando idem significet, n. 4. 5. 6.
Manifestum quid sit, n. 6.
Occultum quid, & quotuplex sit, n. 7.
Notorium in genere sumptum, quid sit, n. 8.
Notorium duplex est, iuris & facti, n. 9.
Notorium iuris, quid sit, n. 10.
Notorium facti, quid sit, n. 11.
Notorium iuris triplex est. n. 12.
Notorium facti triplex est, aliud scilicet facti continui, aliud facti interpolati, & aliud facti transeuntis, n. 12.
Notorium dicitur, quod ex actis resultat, n. 14.
Notorium resultat ex actis etiam ante conclusionē in causa, n. 15.
Notorium non resultat ex actis, quæ per oppugnationem partis dubia redduntur, num. 16. & 17.
Sententia non dicitur notoriè iniusta, etiam quòd ex actis appareat, quando aliud opponitur quod dubitationem, & offuscationem producat, n. 17.
Notorium iuris per oppositionem partis offuscatur, secus notorium facti, n. 18.
Notorium non resultat ex actis in materia stricta, vt in statutis, numer. 19.
Notorium dicitur, quod ex probationibus resultat, n. 20.
Notorium resultat ex probationibus etiam factis per viam exceptionis, n. 21.
Notorium oritur ex probatione testium, num. 22.
Notorium dicitur, quod factum est coram duobus vel tribus testibus præsentibus & videntibus, n. 22. de materia, n. 47. & 48.
Instrumentum facit rem notoriam, n. 23.
Instrumentum facit rem notoriam, etiam quòd non habeat exequtionem paratam, n. 24.
Instrumentum inducit notorium etiam circa illud, quod indirectè probatur ex eo, n. 25.
Instrumentum in actis non registratum non inducit notorium, n. 26.
Instramentum non facit rem notoriam & manifestam, quando aliquid ei opponitur, n. 27. & seqq.
Notorium dicitur, quod cōstat ex tenore priuilegiorū, declara, n. 28.
Priuilegiorum tenor facit rem notoriam, declara, n. 28.
Notorium non resultat ex probationibus, quæ oppugnantur à parte, num. 29.
Notorium non resultat ex probationibus factis in iudicio summario, num. 30.
Confessio facit rem notoriam regulariter, n. 31.
Confessio non facit rem notoriam, quando contra eam aliquid colorate opponitur, n. 32. Sed quid si actu nihil opponatur, an sufficiat potentia opponendi ad excludendum notorium, n. 33.
Confessio non facit rē notoriā, quando est incidenter facta, vel metus tormentorum, vel extra iudicium, vel non, in figura iudicij, vel absente parte, vel in iudicio summario, aut nullo, n. 34.
Sententia facit rem notoriam, n. 35. declara, vt n. 36.
Notorium dicitur, quod à iure communi affirmatur, n. 37.
Notorium dicitur omne id, quod celari non potest, n. 38. & seq.
Notorium dicitur omne id, quod euidenter oculis hominū subiicitur, & sic per euidentiam facti notoriū inducitur, n. 39. & 40.
Notorium delictum, est illud quod habet talem facti euidentiam, vt probabiliter negari non possit, n. 40.
Notorium dicitur delictum illud, quod gestum est coram populo, vel eius maiori parte, n. 41. & seqq.
Notorium dicitur illud, quod de sui natura tale est, vt omnes id sciant, vel scire verisimiliter possint, n. 42.
Notorium non dicitur, nisi de eo sit notitia in tota ciuitate, vel eius maiori parte, n. 43. Declara, vt in n. 45.
Notorium esse potest, non solùm id, quod est facti permanentis, sed etiam id, quod est facti momentanei, n. 44.
Notorium quando quid dicatur in vicinia, vel parochia, n. 45.
Notorium quando dicatur delictum, quod factum est in platea publica, n. 46.
Notorium dicitur, quod factum est coram decem personis, & an sufficiat minor numerus, n. 47. & seqq.
Notorium quid sit, remittitur arbitrio Iudicis, n. 48.
Notorium vt dicatur delictum, debent esse notoria illius qualitates, n. 49. & seq. sed contrà, n. 51.
Notorium nullum reperitur maleficium, quod non possit habere aliquam excusationem, n. 59.
Notorium non cadit super facto negatiuo, n. 52. Fallit primò, nisi de eo appareat ex confessione partis, num. 53. Fallit secundo, quando negatio est coarctata loco, & tempore, n. 54.
Notorium non dicitur, nisi quid factum sit in loco publico, n. 55. & seqq.
Notorium non dicitur, quod est factum in domo, n. 56.
Notorium non dicitur id, quod factum fuit de nocte, n. 57. & sequentib.
Notorium an dicatur id, quod factum est in villa, n. 59.
Notorium non requirit regulariter iuris ordinem, n. 60. & seqq. vbi de materia.
Notorium non requirit iuris ordinem in criminalibus; secus in ciuilibus, n. 61.
Notorium vbi est delictum, proceditur sine libello, & accusatione, n. 61. Declara vt procedat in criminalibus: secus in ciuilibus, n. 63. & 64. vbi subdeclaratur.
Notorium non requirit litis contestationē, nec iuramentū calumniæ, nec aliā solemnitatē respicientē ordinationē iudicij, n. 65.
Citatio non requiritur in notoriis, n. 66. sed contrà, n. 67. de materia, n. 67.
Citatio etiam in notoriis requiritur, quando proceditur contra absentem, ibidem, n. 68.
Citatio etiam in notoriis requiritur, quando reus citatur ad sententiam, nu. 69.
Citatio non requiritur in notoriis, quando certum est reo nullam cōpetere defensionē: secus si competit aliqua defensio, vel simus in dubio, quia tunc requiritur citatio, nu. 70. 71. & 72.
Citatio in notoriis non requiritur, quando est timor scandali futuri ob retardationem executionis, nu. 73. & seqq.
Scandali euitandi causa multa permittuntur, quæ aliàs prohiberentur, nu. 74.
Citatio an requiratur, nécne in notoriis, licet arguere de ciuilibus ad criminalia: & è contrà, nu. 75. & nu. 76.

Notorio delinquenti denegantur defensiones, & copia indiciorum, num.77.
Notorio delinquenti denegantur defensiones, quando est timor scandali, vel quando certum est, nullam ei competere defensionem; aliter secus, num.78.
Notorium non indiget probatione, num. 79. & seqq. sed contrà, num.84. & seqq.
Notorium est probatio probata, num.79.
Notorium propriè non est species probationis, num.80.
Notorium non recipit probationem in contrarium, num.82.
Notorium non indiget probatione, etiam quòd in contrarium adsit iuris præsumptio, num.83.
Notorium populo, & non Iudici; debet Iudici, vt Iudici in actis constare; nec sufficit, quòd soli populo notorium sit, n.84.
Notorium vbi prætenditur delictum, non potest Iudex procedere, nisi prius in actis faciat sumere informationes de notorio; aliter tenetur in syndicatu, num.85.
Notorij qualitas in primis probanda est, antequam Iudex procedat super delicto tanquam notorio, n.86. & seq.
Qualitas tribuens iurisdictionem in primis probanda est, antequam iurisdictio exerceatur, num.87.
Notorium facti permanentis non requirit probationem; secus facti momentanei, & transeuntis, num.88.
Notorium facti interpolati indiget probatione, num.89.
Notorium iuris resultans, putà ex confessione, sententia, aut probationibus, probatione indiget, num.90.
Notorium extra locum iudicij indistinctè semper probandum est, num.91.
Doctori testanti de consuetudine existente extra locum, vbi ipse versatur, minimè creditur, n.92.
Notorium facti transeuntis dubium semper probandum sit, n.93.
Notorium semper est probandum, quando agitur contra absentem, num.94.
Notorium est plenè probandum, nec sufficit extraiudicialis informatio Iudicis, num.95. sed contrà, num.96.
Notorium in criminalibus est plenè probandum, nec sufficit extraiudicialis informatio, siue agatur ex officio, siue ad instantiam partis, ibidem, num.97. & 98.
Notorium in ciuilibus est plenè probandum, nec sufficit extraiudicialis informatio, quando respicit decisionem causæ; secus si ordinem iudicij, num.93.
Notorij probatio recipienda est formiter, videlicet per testes iuratos, & parte citata, num.99. Sed contrà, num.100. Declara, vt num.101.
Notoria multa dicuntur, quæ non sunt, num.103.
Testes super notorio debent reddere causam scientiæ, & sufficientem rationem; alias non probant, num.102. & seqq.
Testis super notorio deponens debet scire quid sit notorium; & propterea si desuper interrogatus ignoret notorij definitionem, non probat; & quando hoc verum sit, num.104.
Testis super notorio ad hoc vt probet, non tantùm debet deponere de fama, nec de auditu; sed de visu, & quòd fuit præsens, & aliàs, num.105. & 107.
Testes super notorio facti antiqui probant etiam deponendo de fama, & auditu, num.106.
Testes super notorio non est necesse, quòd directè deponant de facto, sed sufficit quod probent super notorietate facti; quia probata facti notorietate, resultat indirectè probatio ipsius facti, exemplum, num.107. sed contrà, num.108.
Notorium per duos testes satis bene dicitur probatum, num.109.
Notorium licet releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere allegandi, num.113. declara, vt num.111. vbi remissiuè de materia.
Sententia in notoriis non requiritur, quia notorium habet vim sententiæ, n.112. & seq. sed contrà, n.113.
Sententia in notoriis non requiritur solemnis, sed bene requiritur aliqualis sententia, seu decretum, exemplum, n.115.
Sententia in notoriis requiritur declaratoria, si reus neget qualitatem notorij, n.116.
Appellatio in notoriis non datur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, num.117.
Appellatio in notoriis recipitur, quando in ea exprimitur causa, per quam notorij qualitas offuscatur, num.118.
Appellatio in notoriis datur, quando notorium habet aliquam excusationem, seu defensionem, num.119.
Appellatio in notoriis non recipitur sine expressione causæ, n.120. & 121.
Appellatio vbi à iure prohibita est, & ex aliqua speciali causa recipitur, ea nunquam admittitur, nisi expressa causa faciente admittere appellationem, n.121.
Appellatio in notoriis suspendit exequutionem, quando Iudex inhibuit, n.122. & seq.
Appellatione pendente semper est supersedendum à Iudice à quo, quando ille Iudex ad quem inhibuit, n.123.
Appellatio in notorio probationis admittitur de iure, n.124.
Appellatio in notorio per famam pariter à iure recipitur, n.125.
Appellatio in notoriis datur, quando Index in sententia non facit mentionem de notorio, n.126.
Appellatio in notoriis datur à declaratoria notorij, licèt non detur à diffinitiua, n.117.
Appellatio in notoriis datur à non admissione exceptionum, quæ contra notorium opponuntur, n.128.
Iudex in notoriis suspectus non recusatur, n.129.
Iudex in notoriis suspectus recusatur, quando pœna est arbitraria: secus vbi pœna est determinata à lege, n.130.
Iudex in notorio facti permanentis non recusatur suspectus; secus in notorio facti transeuntis, n.131.
Iudex in notoriis non recusatur suspectus, quando sumus in criminalibus, secus in ciuilibus, n.132.
Reo reperto in flagrãti, proceditur iuris ordine nõ seruato, n.133.
Reus repertus in flagranti, citari non debet, n.134.
Reo reperto in flagranti, proceditur sine querela, & accusatione, n.135.
Reo reperto in flagranti delicto non capitali, proceditur etiam iuris ordine non seruato, n.136.
Carcerari nemo potest sine Iudicis mandato, n.137.
Reus in flagranti repertus, potest capi sine Iudicis mandato, nu. 138. & 139.
Reus in flagrantii repertus, potest etiam à quolibet priuato capi propria authoritate, & ad suum Iudicem duci, n.140.
Clericus in flagranti repertus, potest etiam capi à Iudice seculari, vt ad suum Iudicem ducatur, n.141.
Reo reperto in flagranti, denegantur defensiones, & copia indiciorum, n.142. tã respectu condẽnationis, quàm tortura, n.152.
Reperto in flagranti denegãtur defensiones & copia indiciorũ, & quando fateatur delictum; secus si neget & prætendatur conuictus, n.143.
Reo reperto in flagranti, non denegantur defensiones, quando habet, vel habere potest aliquam excusationem, n.144.
Reo reperto in flagranti indistinctè denegantur defensiones, quãdo periculum est scandali in populo ob retardandam exequutionem, n.154. & seq.
Scandali vitandi causa innocens non debet condemnari, sed bene nocenti potest pœna accelerari, n.46.
Torqueri nemo potest sine indiciis, n.147.
Reus in flagranti crimine repertus torquetur sine indiciis, n.148. & si est conuictus, non torquetur super delicto, sed super qualitatibus, & complicibus, n.149. at si non adsunt indicia complicum, seu qualitatum, minimè torquendus est, si est coactus, n. 151.
Reo reperto in flagranti, quomodo Iudex contra eum procedere debeat, n.150. 151. & 152.
Reus repertus in flagranti, punitur sine sententia, n.153.
Reus in flagranti crimine captus, an appellet, n.154.
Appellatio an concedatur reo capto in flagranti crimine, n.154.
Reus in flagranti crimine captus, non potest iuris ordine non seruato condemnari, nisi duobus concurrentibus. Primò, vt verè constet ipsum commisisse delictum. Secundò, vt captus sit in actu ipsius delicti, n.155.
Reus in flagranti crimine captus quando dicatur, n.156.
Reus quòd sit repertus in flagranti delicto, an conuincatur per Officiales & exequutores, qui ipsum carcerarunt, n.157.
Testes birroarij quando probent contra reum, in flagranti crimine repertum, n.257.
Delicti commissi coram Iudice sedente pro tribunali, materiam vide infrà ver. Iudicis in præsentia, & seq.
Iudicis in præsentia commissum delictũ, quãdo sedebat pro tribunali, dicitur notoriũ, nec indiget probatione, immò potest iuris ordine non seruato puniri, n.158. verumtamen tutius est recipere probationes super delicto ne in syndicatu teneatur, numer. 159.
Index nõ potest corã ipso pro tribunali sedẽte delinquentẽ punire, nisi

nisi præcedēte citatione,n.160.aliter datur appellatio,n.161.

Iudex iuris ordine non seruato,potest punire delinquentem coram ipso,etiam quòd non sedeat pro tribunali; dummodo exerceat aliquem actum iustitiæ,n.162.

Iudex debet iudicare secundùm acta,& probata; non autem secundùm conscientiam,n.163.& seq.

Iudex non potest iuris ordine non seruato delinquentem punire, quem ipse propriis oculis delinquentem vidit; nisi delictum fuerit commissum ipso sedente pro tribunali, vel existente in actu iustitiæ,n.162.& seqq.

Iudex potest cum bona conscientia condemnare innocentem,si ex actis appareat de delicto,n.164.

Iudex quomodo procedat contra delinquentem coram ipso in præsentia Notarij,n.165.

Notorium esse delictum,& notoriè de delicto constare, differunt inter se,& primo casu non requiritur iuris ordo:secundo autem casu sic,n.167.

Notorium facti est propriè notorium: notorium autem iuris est impropriè,n.167.

QVÆSTIO XXI.

DELICTA alia esse notoria,& alia occulta,dixi *suprà, q.* 18.*n.*104. Assumendo modò delicti notorij materiam, ordinem & processum,plura ad illius præcognitionem præmittenda duxi:& cum de ea materia pariter dubitari sæpenumero contingat,non minùs in ciuilibus,quàm in criminalibus,& è contrà,

1 ¶ PRÆMITTO I. Quòd †omnia,quæ circa processum notorij traduntur per Doctores in causis ciuilibus, habebunt etiam locum in causis criminalibus, quia in illis proceditur
2 ad instar ciuilium,*l.absentem,ff.de pœn.*Gram.*dec.*36.*n.*48.† & notorium nedum cadit in delictis,sed etiam in contractibus:quia potest esse notoria possessio;itē & cōtractus possessionis;item & parentela notoria,*c.porro,& c.significasti,ext.de diuor.*Bened.Capr.*in tr.de notorio,*3.*membro principali,n.*1.*& seq.*Conrad.*in pr.tit.de notor.crim.n.*9.*pag. mihi* 234.*col.*2. Et propterea ne mireris, Lector, si in proposito hoc criminali labore,pariter etiam in ciuilibus notorij causam discutiendam proposui, vt infrà latiùs dicam: quia data connexitate & indiuiduitate materiei,& validitate argumenti,de vna ad aliam,non nisi vnico contextu, illam pertractari posse præuidi.

3 ¶ PRÆMITTO II. Quòd † notorij hæc vox ea significatione,quam Legistæ assumunt,Latina non est, testibus Budæo *in ann.ad Pandectas,ad l.de accusatione,ff.ad Turpil.*Coras.*lib.*1.*Miscel.iur.c.*16.& Alc.*lib.*1.*de verb.signif.*prout eos refert Menoch.*de arbitr.q.li.*2.*casu* 166.*n.*1.*cent.*2. Vtcunque sit,quia parum curandum de nomine, & eius scrupulosa latinitate,dummodo habeamus & dignoscamus effectū: ideo cum Legistis ad hanc notorij vocem in eo, quem ipsi sumunt significatu,pertranseundum,

4 ¶ PRÆMITTO III. Quòd † licēt notorium propriè sumptū differat à manifesto pariter propriè sumpto, prout bene declarat Carrer.*in pract.crim.tract.de appellat.*§.*secundus erit casus,n.*6.*& seqq.*& præsertim in hoc quod,vt infrà latiùs dicam,notorium sit id, quod patet omnibus,vel maiori parti populi:manifestum autem,quod publicè pluribus patet,non autem omnibus,aut maiori parti,sicut docet Bar.*in l.hæredes palā,in prin.ff.de testam.& in l.si verò,*§.*qui pro rei.* vbi Alex. & Ias.*ff.qui satisd.cogan.*Abb.*in c.tertio loco,n.*3.*de probat.*Pau.
5 Ghirlan.*in tract.de quæst.& tortu.q.*3.*n.*14.† tamen in iure notorij hæc vox aliquando æquiuocè refertur ad manifestū, euidens,publicum,notum,indubitatum,& liquidum,secundùm Anto.de Butr.*in tract.de notor.art.primo,n.*13.Nicol. de Mill.*in Repertor.ver.notorium sumitur,*Conrad.*in pra.crim.tit. de notor. crim. n.* 7. prob[illegible] alios Ioseph. Mascard. *in suo tra.de prob.l.*2.*concl.*110.*n.*1.& ante eum Bened.Capra *in d. tract.de notor.in præfat.num.*26.*& seqq.* vbi pariter è contra, quòd manifestum sic in genere & largo modo sumptum, aliquando capitur in iure pro eo, quod est notorium facti permanentis,*vt in c.manifesta,& c.de manifesta,*2.*q.*1.itē aliquando pro notorio facti transeūtis,*vt in c.quia suspecti,*3.*q.*
6 5.sed in specie de per se & propriè sumptum †manifestum, est publica seu famosa insinuatio cōmunis,ex certa scientia, & certis authoribus proueniēs,*c.ne hoc,extr.de simon.*& secūdùm hanc definitionem differt in pluribus, & in pluribus etiam cōuenit cum notorio, fama & publico,vt pulchrè declarat Capra *d.n.*26.*& seqq.*& latiùs D.Ioseph.Masc.*vbi suprà, concl.*1044.*per totam,* vbi optimè pertractat manifesti materiam,quid sit, quotuplex sit,quomodo probetur,& in quibus differat à notorio; quo fit, vt ad illum latè & bene manifesti materiam explicantem Lectorem remittam.

¶ PRÆMITTO IV. Quod † notorio contrarium dicitur 7
id,quod occultum est;& ideo *suprà in quæst.*18.*num.*104.dixi:Delictorum alia dici notoria,alia autem occulta, & ibi in specie posui nonnulla delicta,quæ à iure reputantur occulta,respectu difficilis probationis:& omnia delicta,quæ clàm committuntur,possunt dici occulta,prout, Deo dāte, dicam infrà:sed in genere loquendo,prout hæc vox occulti, potest ad omnes actus referri,dicas dari in iure duasocculti species, occultum scilicet simpliciter, & occultum non simpliciter, sed plenè,seu quasi occultū. ¶ Remotis ergo probationibus, factum vocatur occultū in genere,*c.vt nostrum,extr.vt Ecclesiast.benef.* & si probationes remoueantur in totum, vt quia nulla ratione actū probari possit,tunc dicitur simplex occultum,soli Deo certū, qui est omnium secretorum cognitor,*c. Deus,qui,*22.*qu.*1. Si verò non remoueantur in totum probationes,vt quia actus probari possit, sed cū difficultate, & sic solùm desit iudicialis indago;& tunc dicitur penè occultum,seu quasi occultum:illud enim, quod probabile est,sed probari potest per paucos, dicitur penè occultum,vt per Io. And.*in c.vestra duxit,extr.de cohab.cler.& mulier.* vtputà per duos vel tres testes: imò etiam & per plures, antequam sit iudicialiter discussum,vt per Capram,qui pulchrè sic declarat materiam *in d. tract. de notorio, in præfat. n.*4.*& seqq.* & hæc adde ad ea,quæ dixi *suprà hoc eo.tit.d.q.*18.*num.*104.

¶ PRÆMITTO V. Quòd †notorium in genere sumptum 8
est rei,cui adiungitur,valde plena notitia,inducens indubitatam & finitam probationem discussione non egentem secundùm Ant.de Butr.Io.And.& alios,quos allegat,& sequitur Capra *in tract.de notor.mēbro secundo,n.*1.& nouissimè D. Ios.Masc.*d.concl.*1101.*n.*3.*& seqq.* vbi plura infert ex hac definitione. ¶ In specie autem sumptum notorium †duplex est, 9
iuris scilicet,& facti. † Notoriū iuris, est probatio finita per 10
mediū in iure facta,aut facto iudicialiter discusso, siue aliàs notorio à iure sumpto,approbata,ficta vel præsumpta,secūdùm Ant.de Butr.Io.And.& Caprā,*vbi suprà membr.*1.*n.*12. quos pariter refert D.Ios.Masc. *concl.*1101.*n.*1. Et hoc ideo dicitur notorium iuris, quia à iure,vel in iudicio oritur, vt per Cōrad.*in pra.tit.de notor.crim.n.*6.*pag.*239.*col.*1.† Noto- 11
rium verò facti est finita & cōmuniter indubitata probatio immediata ex natura facti,vel rei continuæ vel interpolatę, aut momentaneæ, se oculis hominum aut maioris partis ita exhibēs,vt nulla possit tergiuersatione celari aut negari, vtpote cuius vniuersus populus,aut maior pars testis esse possit. Sumitur hæc definitio,seu potiùs descriptio *ex ca.cum dilectis,extr.de purg.canon.ex c.tua,& c.fin.de cohabit.cler.& mulier.* item ex *c.de manifesta.*2.*q.*1.& eam post Ant.de Butr. Archid.Bart.Soc.& alios quos allegant,sequuti sunt Mill.*in repert.ver.notorium facti est finita, &c.* Capra *d.tract. de notorio, membro* 1.*n.*7.D.Ioseph.Mascard. *d.concl.* 1101. *n.*4.Conrad. *vbi suprà,d.num.*6.*&* 8. vbi tamen dixit,post Ant.de Butr.in *tract.de notor.art.*1.*n.*31.& post Abb. *in d.c. dudum.num.*7.*de electio.* quòd notorium propriè & strictè sumendo,illud est, quod est notorium facti: quod autem iuris est, impropriè esse notorium,de quo dixi etiam *infrà num.*168.

¶ PRÆMITTO VI. Quòd †notorij tam iuris,quam facti 12
plures sunt species: iuris enim notorij triplex species est: nam quoddam est notorium dispositionis, quoddam præsumptionis,& quoddam probationis. ¶ Rursus notorij † fa- 13
cti pariter etiam triplex est species:nam quoddam est notorium facti continui, quoddam est notorium facti interpolati, & quoddam est notorium facti transeuntis. Si omnium istarum specierum exempla & descriptiones perquirere tibi placuerit,adeas Capram pulchrè declarantem *in d. tract. de notorio,d. primo membro,num.*8.*& seqq.* eorum enim dicta ad propositum referre nolui;quia in horum terminorum cognitione immorari, minimè expedire arbitratus sum: qui illos ignorauerit, facile apud ipsum Capram *in loco citato* plenam habebit scientiam; verùm in discursu Quæstionis aliqua etiam pertractabo.

¶ His præmissis in proposita materia de duob. principaliter quærendum est. Primò, quando factum, seu delictum dicatur notorium. Secundò, quomodo procedendum in notoriis: ad hæc enim duo capita, ni fallor, hanc totam notorij cognitionem redigi posse facilè arbitratus sum. Et circa primum caput procedendo per conclusiones, ac incipiendo à notorio iuris.

84 ¶ Prima sit conclusio, † quòd notorium dicitur, quod ex actis resultat; quia acta faciunt rem notoriam, *c. cùm olim, &* ibi Abb. *n. 3. de verb. signif. c. pe. in pri. de causa poss. & proprietat. l. diuus ff. de offi. præsid. l. qui sententiam, C. de pœ.* Aret. *cons. 42. n. 5.* Paris. *cons. 111. n. 7. lib. 4. & cons. 53. n. 106. & cons. 77. nu. 19. vol. 3. & cons. 98. n. 25. eod. vol. 3.* Soc. iun. *cons. 36. n. 18. lib. 1.* Dec. *in c. ex insinuatione, n. 19. de appell. & in l. cùm quid, n. 26. ff. si cert. petat. & cons. 191. n. 9.* Neuiz. *cons. 30. n. 3.* Gram. *decis. 36. n. 38.* Do. Ioseph. Lud. *decis. Perus. 20. n. 2. 1. par.* Aym. *cons. 303. n. 5. secunda, par.* Cephal. *cons. 57. n. 32. lib. 1.* Tiber. Dec. *cons. 10. n. 79. lib. 1.* plures adducit concordantes Conrad. *ad l. vnicam, C. si de moment. possess. fuer. appellat. in 9. limitat. ratione notoriæ iniustitiæ, n. 19. & seqq.* D. Iacob. Menoc. *in tra. de recuperan. possess. in 1. remed. n. 232.* vbi testatur de communi, * *in tract. de arbit. q. lib. 2. casu 166. n. 6. cent. 2.* & nouissimè Do. Ioseph. Masc. *d. concl. 1101. n. 13. & 14.* & Dec. *cons. 18. n. 45. in primo vol.*

15 ¶ Amplia Hanc primam conclusionem, † vt procedat etiã ante conclusionem in causa, vt per Innoc. Ant. de Butr. Io. de Anan. Imol. Bart. Ioa. And. Spec. & alios quos congerit Soc. *in cons. 96. n. 15. vol. 4.* vbi testatur de veriori & magis communi opinione, * de qua etiam testatur Aym. *cons. 247. n. 5. 2. par.* refert & sequitur Dom. Conrad. *in d. 9. limitat. nu. 25.* A qua magis cõmuni opinione licèt recedere videatur gl. *in c. significauerunt, verbo, liquere, ext. de testib.* & dictam gl. sequuti sint plures cumulati per eund. Conr. *ibi. n. 23. & 24.* & nouissimè per Ioseph. Masc. *d. concl. 1102. num. 24. & 25. vers. sed tamen.* vbi dictæ glossæ contrariæ opinioni tanquam veriori adhæret; ea motus ratione, quia scilicet ante conclusionem in causa fides Notarij vacillat; cùm acta & probata impugnari possint: immò secundùm Fel. *in d. c. significauerũt,* * omnes * sequuntur opinionem gl. *in d. verbo, liquere,* & Rota coram D. Put. *Decis. 284. li. 2. ibi.* dictũ sit præterea per probationes in actis factas non resultare tale notoriũ ante cõclusionem in causa, propter quod restitutio possessionis impediatur; prout etiam idem tenuit eadem Rota *dec. 393. in nouis, & dec. 69. in causa appellationis, in antiquis,* itẽ & Cassad. *decis. 1. de rest. spoliat.* non tamen per hoc recedas à proposita ampliatione, ni fallor, non solùm, vt præfertur, magis communi, * sed etiam veriori: quia si in actis excluderetur notorium ex eo, quòd potest impugnari, semper vtique excluderetur notorium; quia semper in eo impugnatio fieri potest: & propterea si id, quod resultat ex actis, minimè ab aduersario impugnatur, & tunc notorium dixi etiã, quòd ante conclusionẽ in causa possit impugnari, multò veriùs crediderim *per præallegat.* Debet enim isto casu attendi non potẽtia impugnandi, sed actus; quicquid in contrarium dixerit Capra *in d. 1. membro, n. 48.* illa enim dicitur qualitas notoria, quæ prima facie de iure communi est talis, licèt possit subesse causa notorietatis exclusiua, vt per Fel. *in d. c. significauerunt, n. 4.* sequitur Contard. *in d. 9. limitatione, n. 29. vers. tamen id intelligitur, &c.* quòd si reuera id quod constat ex actis, impugnatur, & tunc cessat notorietas, vt infrà dicam *in seq. limitat.* & hoc distinctionis fœdere crederem posse ad contraria responderi, prout etiam videtur fuisse de mente Abb. *in c. cùm olim, n. 3. de verb. sign.* Fel. *in d. c. significauerunt, n. 4.* Natta *consil. 51. num. 10. lib. 1.* Contar. *d. n. 25.* dum dixerunt, quòd quicquid in iudicio fit, notorium esse dicitur, licèt vsque ad conclusionem in causa sit commutabile per partis impugnationem.

¶ Limita I. Hanc primam conclusionem sic, vt sup. am-
16 pliatam, † non procedere, quando acta in iudicio, & actis deducta impugnantur à parte, saltem coloratè; ita quòd dubia reddantur: tunc enim cessat, & commutatur notorietas in dubietatem per prædicta, & in specie traditur per Io. * And. Host. Abb. & communiter * alios *in c. cùm speciali, §. porrò,* vbi præcipuè Dec. *n. 3. & n. 10. ext. de appel. in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 108.* vbi etiam Rip. *n. 144. ff. de acqu. poss.* Præpos. *in c. ecclesiasticorum, num. 2. distinct. 11.* Ægid. *concl. 441.* Rol. *cons. 63. n. 46. vol. 4.* Cepha. *cons. 241. n. 34.* Dom. Contard. *in d. 9. limitat. n. 31. & seqq.* nouissimè Do. Ioseph. Mascard. *in d. concl. 1102. nu. 26.* & facit in specie, † quod 17
aliàs, si tempus vitæ dabitur, dicam in Quæstionibus ciuilibus, *in ti. de sententia,* & hoc ad propositum sententiæ nullæ, vel notoriè iniquæ, & quando dicitur notoria iniustitia, & notoria nullitas, id quod ex actis colligitur, & patens est. Vbi tamen aliquid ex aduerso opponitur, quod dubitationem, & offuscationem pariat, cessat talis notorietas, nec sententia potest ampliùs dici notoriè iniqua, aut notoriè nulla, vt post alios latè per Contard. *in d. 9. limit. n. 34. & in 6. limitatione, n. 58.* Ceph. *cons. 201. n. 16. lib. 2.* Burs. *cons. 73. n. 3. & 93. lib. 1.* Gabriel. *tit. de executione rei iud. concl. 1. sub num. 8. & seqq. lib. 2.* Do. Robert. Lancellot. *de attenta. c. 17. n. 112.* quibus in locis præfati Doctor. præfata ampliat, etiam quòd oppositio & impugnatio contineat iuris subtilitatem; & ita quotidie seruat Rota, & communiter tenetur, *vt in decis. Ant. Aug. 2. tit. de sent. & re iur.* * & fuit resolutum in vna * Toletana matrimonij coram Grato, die 27. Iunij 1569. & in vna àlia Romana de Iustinis coram D. Robosterio, die 18. Martij 1575.

¶ Svblimita præcedentem limitationem † procedere 18
in notorio iuris, vt est id, de quo loquimur, quod scilicet ex actis resultat: quod quidem notorium iuris statim, quòd à parte saltem coloratè oppugnatur, transit in dubium, & notorietas cõmutatur, vt dixi. At secus in notorio facti: illud enim dubitationem non recipit, nec per negationem dubium efficitur, *c. super eo, de testib. cogen.* Abb. *in c. tua, nos, n. 4. de cohab. cler. & mulier.* Bar. Fel. & alij relati per Domin. Ioseph. Masc. *d. concl. 1101. n. 8.* & est ratio, *vt ibi per eum,* quia notorium facti non potest esse, nisi de eo, quod est verum, & de quo habetur certa scientia: ideo non videtur, quòd possit impugnari, vt per Nicol. de Mil. *in suo repert. ver. notorium non potest esse,* & facit Rota. *dec. 327. incl. si contra, in nouis.*

¶ Limita II. Præfatam primam conclusionem † volen- 19
tem notorium dici, quod ex actis resultat, non procedere in materia stricta, & in statutis, in quibus appellatione notorij non venit huiusmodi notorium ex actis. Abb. per illum tex. *c. dudum, 1. co. 2. de elect.* Dec. *in c. ex insinuatione, n. 2. de appell.* D. Ioseph. Mascard. *d. concl. 1102. n. 29.*

¶ Secvnda sit conclusio, † præcedenti non multùm dis- 20
similis, sed ex ea oriens, quòd notorium dicitur, quod ex probationibus resultat. Quando enim aliquid est iudicialiter probatum, talis probatio non solùm inducit manifestum *ca. cùm olim, & c. super quibusdam, de verbor sign.* sed etiam inducit notorium, *ca. quæsitum,* ibi, *probatum, vel aliàs notorium, extr. de tempor. ordinan.* glo. *in c. euidentia, extr. de accus.* Doct. communiter * *in c. dudum, il 2. elect.* teste Capra *in dict. trac. de* * *not. membro 1. n. 47. in fi.* vbi alios adducit concordantes. Ant. de Butr. *in c. fi. in 6. not.* per illum tex. *de tempor. ord.* Dec. *in c. ex insinuatione, n. 7. de appell. & cons. 191. n. 9. ver. 4.* facit Abb. *cons. 12. n. 3. lib. 2.* Aym. *cons. 249. n. 17.* Gramma. *decis. 36. & n. 38. & decis. 69. n. 37.* vbi propterea dixit delictum, quod ex probationib. resultat, dici notorium, D. Ioseph. Mascard. *d. concl. 1102. n. 17.* vbi pariter plures citat, & ante eum D. Contard. *in 9. limitatione, n. 21. & 26.* vbi affert rationem, quia scilicet probationes debent produci per acta, & sic fiunt de actis, vt per Dec. *cons. 302. num. 24.* & Aym. *cons. 299. num. 7.* & quod ex actis constat notorium dici, plenè probatum fuit in anteced. concluſ.

¶ Amplia I. Hanc secundam conclusionem † procedere 21
nedum in probationibus factis per viam agendi, sed etiam per viam exceptionis: ex iis enim adhuc notorium resultare, dixit Archid. *in c. in primis, 2. q. 1.* Capr. *in d. tr. de not. 1. mẽbro, n. 50.* vbi declarat hãc ampliationẽ, Nic de Mil. *in repert. ver. notorium iuris probationis,* Do. Masc. *in d. concl. 1102. nu. 22.*

¶ Amplia II. Vt † notorium dicatur id, quod constat ex
probatione testium, *c. cùm olim, & c. significauit, ext. de testib. l. fi.* 22
C. de probat. D. Meno. *de recup. possess. remed. 15. n. 265.* vbi post Bar. *in l. si tutor, C. de perit. tut.* & Aym. *cons. 121. n. 2. & n. 3.* vbi expressè dixit, quòd factum coram duobus, vel tribus testib. præsentibus & scientibus, dicitur notorium, de quo tamen dixi *inf. n. 47. & 48.* & iterũ idẽ D. Meno. *in 1. remed. eiusdem tr. de recuper. possess. n. 217.* vbi huius ampliationis eam affert

rationem,

rationem, quia testes, & instrumenta à pari procedunt, *leg. in exercendis, C. de fide instrum.* latè Tiraq. *de retract. conjug. §. 2. gl. 1. n. 11. 13.* ideo sicut, quod ex instrumentis apparet, notorium reputatur, vt dicam *in proxima seq. ampliatione*, ita pariter quod ex testibus arguendo ab æquiparatis, sequitur Capra, *in d. tr. de not. 1. membro, in fi. n. 25.* & D. Ioseph. Masc. *d. concl. 1102. n. 18.*

¶ AMPLIA III. Eandem secundam conclusionem illatiuè,
24 †vt multò magis procedat in probatione resultante ex instrumentis: instrumentum enim facere rem non solùm liquidam, manifestam & euidẽtem, sed etiam notoriam, probatur *in l. cum precibus, C. de probatio. in c. licèt causam, ext. eod. in l. desiderium, C. depositi, in c. delicti, ext. de donat.* Bar. *in l. 1. in prin. n. 8.* & ibi Ias. *n. 20. ff. de oper. noui nuncia.* Fel. *in c. significarunt, n. 4. ext. de testib.* Dec. *in c. ex insinuatione, n. 7. de appellatio. & in cons. 423. n. 12.* Bertran. *cons. 220. n. 4. lib. 3.* Barba. *cons. 38. in prin. lib. 2.* Aym. *cons. 10. n. 7.* Soc. iun. *cons. 178. n. 2. lib. 2. & cons. 127. n. 7. lib. 3.* Grammat. *decisio. 45. n. 45. num. 9.* Natta *cons. 51. num. 19. lib. 1.* Purpurat. *cons. 490. nu. 1. & cons. 447. n. 1. & cons. 600. vol. 2.* latè Mars. *in rubr. de probatio. n. 6.* latissimè Tiraq. *de retract. lignag. §. 2. gl. 1. n. 20. & seq.* Illustr. Card. Alban. *in lucubrati. ad Bar. in d. l. 1. n. 7. ff. de noui oper. nunciatio* Roland. *cons. 85. n. 15. & seq. & cons. 61. n. 28. & cõs. 75. n. 37. & seqq. & cons. 89. & seqq. volum. 1. & cons. 26. nu. 6. vol. 3. & cons. 47. n. 20. & seqq. vol. 4.* Osasc. *decis. Pedem. 17. n. 1.* Anch. Regien. *q. familia. 3. n. 16. & seq. 2. par.* & Iosep. Lud. *decis. Lucen. 35. n. 7. & seqq. 2. par.* Capra *in tra. de notor. 1. mẽ-*
25 *bro, in fi. n. 52.* Men. *in 1. remed. recup. poss. n. 224.*† vbi ampliat etiam in instrumentis non habentibus executionem paratam, Conrad. *in dic. nona limitatione, n. 29.* vbi post Abb. *in ca.*
26 *cùm olim, n. 10. de censib.*† ampliat etiam respectu eorũ, quæ ex instrumento indirectè probantur, D. Masc. *d. concl. 1102. n. 19. 20. & 21.* Idem d. Contard. *vbi supra, nu. 27.* vbi huius ampliationis eam reddit rationem, quia scilicet productio instrumenti est de actis, Abb. *in c. quoniam contra, n. 8.* & ibidem Felin. *n. 9. ext. de probatio.* ideo non est mirum, si ex instrumenti productione insurgit notorium: quia vt suprà firmatum est *in prima q. concluf. 26.* ex actis includitur notorium: & propterea vbi instrumentum non est in actis registratum, tunc nullum inducit notorium, *vt ibidem* per D. Contard. *d. n. 27.* & ex iis, omissis pluribus aliis authoritatibus, quæ cumulari possent, apparet, hanc ampliationem es-
* se communiter* ab omnibus receptam.

27 ¶ LIMITA Hanc tertiam ampliationem,† vt tunc demũ instrumentum faciat rem notoriam manifestam, dummodo nihil contra ipsum opponatur; vel si opponitur, incoloratè opponatur. Quod si aduersùs instrumentum aliquid opponatur coloratè, & taliter quòd illud in controuersiam & dubietatem ponatur: tunc nullum ab eo oritur notorium. Fel. *in d. c. significauerunt, n. 4. de testib.* Bart. *in l. causa cognita, n. 4.* & ibid. Alex. *n. 9. de transa.* Claud. de Seissel. *in l. 1. in princ. n. 19.* & ibid. Ruin. *num. 44. ff. de noui oper. nunciatio.* idem Ruin. *cõs. 37. n. 10. & cons. 128. in fi. li. 4.* Dec. *cons. 351. n. 9.* Neuiz. *cons. 46. n. 13. 14. & cons. 57. in fi.* Aym. *cons. 299. n. 8. & cons. 306. n. 6.* D. Iacobus Menoch. *de recuper. possess. n. 225. in primo remed.* Rolan. *cons. 63. n. 45. & seqq. vol. 4. & cons. 57. n. 30. vol. 3.* Osasc. *decis. Pedemont. 129. n. 7.* Contard. *in d. l. vnica, C. de momenta. possess. eadem nona limitatione, n. 29. &* 30. vbi infert et-
28 iam ad priuilegia: †dicens, quòd licèt notorium dicatur id, quod constat ex tenore priuilegiorum Papæ, vt per Abb. *in c. 1. num. 1. de confir. vtil. & in c. inter, num. 3. de re iudic.* Fel. *in c. licèt causam, num. 10. de probatio.* id tamen intelligitur, si dicto priuilegio nihil opponatur: aliter secus, vt per Felin. *in dicto cap. cùm inter, n. 3.* & Dec. *in dict. c. licèt causam, num. 24.*
29 & generale est,† non solùm in instrumentis, & priuilegiis, sed in omni alio probationum genere excludi semper notorietatem, vbi talis probatio per partis oppositionem redditur dubia, Ias. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 108.* & ibid. Ripa, *n. 144. vers. præterea, ff. de acquir. possessio.* Ægid. *dec. 444.* Barbat. *cons. nono, num. 8. lib. 2.* Præpos. *in cap. ecclesiasticorum, numero secundo, distinctio. 11.* Contard. *vbi suprà, numer. 31.* dixi latiùs *suprà, numer. 16. &* 17. & hæc declaratio pariter ab omnibus nemine, quem viderim, contradicente, recipitur
* communiter.*

30 ¶ LIMITA Propositam secundam conclusionem,† quòd notorium dicatur, quod ex probationibus colligitur, vt procedat in probationibus factis in iudicio plenario; secus in probationibus receptis in summario iudicio, quæ notorium minimè inducunt, nisi ad effectum dicti summarij iudicij, vt per Capram *in tr. de notor. primo membro, n. 51.* Mil. *in Reper. ver. notorium iuris approbationis*, Do. Iosephus Masc. *dict. concl. 1102. n. 30.* Verùm hæc limitatio pendet ab alia quæstione, quãdo scilicet probationes factæ in iudicio summario fidem faciant in plenario, de qua dicetur in Quæstionibus ciuilib. *in ti. de probationibus*, si Summi & Omnipotentis gratia tempus ad scribendum condonabitur.

¶ TERTIA sit conclusio, † quòd notorium inducitur ex 31
confessione: sic enim quòd confessio faciat rem notoriam, apertè probat tex. *in cap. vestra, & in c. tua nos, & in c. fi. de cohabi. cler. & mulierum, c. olim. de verb. signif.* Bal. *in l. à precedẽte, C. de dilat.* Fel. *in rubr. ext. de probat. num. 7. & in c. significauerunt, n. 4. de testib.* Dec. *in cap. at si clerici, n. 141. de iud. & in c. cùm speciali, §. porro, n. 9. de appell.* Aret. *cons. 68. circa fi.* Mill. *in reper. vers. Notorium iuris approbationis*, Affl. *decis. 176. n. 3. decisio. 372. in fi.* Menoc. *in primo remed. recuperan. possessio. nu. 222. & in 1. respon. causæ Finarien. n. 139.* Cap. *in d. tr. de notorio, primo membro, n. 27.* Contard *in dict. l. vnica, C. si de mon. ẽta. possessio. in 9. limitat. n. 28.* D. Ioseph. Masc. *dicta concl. 1101. n. 2.* & propterea delictum confessatum dici notorium vltra præallegatos, tradit Gram. *decis. 13. n. 8. & dec. 36. & dec. 69. n. 38.* Foll. *in pract. crim. verbo, & si confitebuntur, num. 70. 75. & seqq. & n. 84.* & dixi *infrà, par. 2. q. 81. n. 4.*

¶ LIMITA Hanc tertiam conclusionem † procedere, dũ- 32
modo aduersùs cõfessionem nihil opponatur, vel si opponatur, incoloratè opponatur: secus si ea impugnetur ex aliquo capite, per quod eius notorietas offuscetur, vtputà si ea reuocaretur tanquam erronea: tunc enim cùm confessionis fides vacillare dicatur, notorium non inducitur, Host. *in c. cũ olim, de verb. signif. gl. in c. cùm sit Romana, de appell. & in c. ex parte, il primo, de verb. signific.* vbi etiam Abb. *n. 8.* Roder. Soarez. *in secundo not. de re iudic.* Fel. *in dict. c. significauerunt, nu. 4. de testib.* Capra *in tract. de notorio, dicto 1. membro, n. 34.* Dom. Ioseph. Mascar. *dicta concl. 1102. num. 9. &* 10. Dom. Robert. Lancellot. *in tr. de attentatis lite pendente, c. 12. in 9. limitatione, n. 4. & sequentib.* D. Contard. *dicta 9. limitatione, ratione notoriæ iniustitiæ, n. 28.*† ¶ Sed quid si confessio actu non impu- 33
gnetur, nec reuocetur: an ad excludendum illius notorietatem, sufficiat potentia illam impugnandi, & reuocandi; vtputà si sumus ante conclusionem in causa, vel ante sententiam: vide Capram *dicto n. 34.* Masc. *dicta conclusio. 1102. n. 6. & seq. & dic, vt dixi suprà generaliter, n. 15.*

¶ LIMITARI forsan posset prædicta tertia conclusio plu- 34
rib. aliis modis,† vtpote in confessione incidenter facta; itẽ in facta metu tormẽtorum; item in cõfessione extraiudiciali; item in facta non in figura iudicij; itẽ in facta absente parte; item in facta in iudicio summario; item in facta in iudicio nullo. Sed de his, quia plenius, Deo dante, dicam, *inf. in 3. li. in tit. de reo confess. & conu.* hnc in loco verba facere minimè decreui: remitto tamen pro nunc Lectorem ad Capram *in tract. de notor. d. 1. memb. n. 27. & seqq. vsque ad 47.* cuius dicta reassumpsit D. Ioseph. Mascard. *d. concl. 1102. n. 2. & seqq.*

¶ QVARTA sit conclusio, † quòd sententia facit noto- 35
rium, & sic notorium dicitur etiam id, quod oritur ex sententia, *l. emptorum, princ.* & ibi Illustrissimus, & Reuerendissimus Card. Alban. *in lucubr. n. 2. ff. de act. empt. c. vestra, de cohabit. cler. & mulier.* Bart. *in l. ictus fustium, ff. de his, qui not. infam.* Paris. *cons. 23. n. 218. lib. 1.* Mil. *in repert. vers. notorium approbationis, & fidei.* D. Menoch *in 1. remed. recup. possess. n. 233. in fin.* Cephal. *cons. 57. num. 34. lib. 1. cons. 227. num. 10. lib. 2.* Roland. *cons. 6. num. 16. vol. 3.* Osasc. *decis. Pedemon. 34. num. 4.* D. Ioseph. Mascard. *dicta concluf. 1102. n. 31.* Capra *in tract. de notorio, dicto 1. membro, num. 21. & sequentib.* † vbi declarat 36
hanc conclusionem procedere, dummodo sententia lata sit in plenario iudicio; secus si in summario. Item, dummodo sit diffinitiua; secùs si interlocutoria. Item, dummodo transitum fecerit in iudicatum; secus si ab ea fuerit appellatum. Sed de his latiùs dicemus in Quæstionibus ciuilibus, *in tit. de sentent.*

¶ QVINTA sit conclusio,† quòd illud etiam dicitur iuris 37
notorium, quod à iure communi affirmatum est, etiamsi id

prima facie tantùm tale sit, Aretin. *in l. illa, col. 5. vers. tertiò adde, ff. de verbor. oblig.* Tiraquel. *in tr. de pœn. legum temper. in præfat. n. 61.* Dom. Menoc. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 166. n. 5. cent. 2.* vbi igitur habemus in iure casum decisum, ibi res dicitur notoria.

¶ Sexta sit conclusio generalis (& modò ingredior notoriũ facti: hucusque enim de notorio iuris tractaui) † quòd notorium dicitur omne id, quod celari non potest, Bal. *in l. eiues, C. de appell.* Ant. Burg. *in c. ad nostrum, n. 27. de emptio. & vendit.* Io. Iacob. Leonard. *inter consilia Bruni, cons. 117. n. 176.* D. Men. *in tr. de arbit. quæst. lib. 2. d. cas. 166. n. 4.* ¶ Et propter- 39
ea † cùm omne id, quod euidenter oculis hominum subiicitur, celari minimè possit: ideo per euidentiam facti notorium induci tradiderunt Bal. *in Auth. quod locum, in 6. q. C. de collatio.* Ias. *in l. si verò, §. qui pro rei qualitate,* vbi etiam Bart. & ad Bart. Illustriss. Do. Cardinalis Albanus *in lucubrat. num. 10. ff. qui satisda. cog.* Feder. de Sen. *cons. 8. in princ. tit. de prob.* Abb. *in c. vestra, n. 15. de cohabita. cler. & mul.* Mil. *in repert. ver. notorium continui,* Ant. de Butr. *in tract. de notor. art. 2. n. 10. 21. & seq.* Capra *vbi sup. in secundo membro, n. 3.* D. Iosep. de Mascard. *in d. trac. de probat. concl. 1101. n. 13. & 14.* vbi ampliat
40 etiam in facto interpolato, † & in specie in criminalibus, quòd illud dicatur notorium delictum, quod habet talem facti euidentiam, vt probabiliter negari non possit: item & illud, quod aliqua tergiuersatione celari nõ potest, facit tex. *in c. manifesta, 2. quæst. 1. c. super eo, de testib. cogen. l. ea quidem, C. de accus.* declarat Spec. *in tit. de notor. crim. §. iam de notorio, n. 10.* Ant. Gomez. *de delict. c. 1. n. 41.* Iul. Clarus *in pract. q. 9. in princip.*

41 ¶ Septima sit conclusio, † quòd notorium dicitur delictum, omne id, quod gestum est coram populo, vel eius maiori parte: sic post alios, & per tex. *in c. manifesta, & in c. de manifesta, secunda, quæst. 1. & in c. super eo, de testib. cogen. & in l. ea quidem, C. de accusat.* tradit Ant. Gomez. *var. resol. tom. 3. in tit. de delictis, c. 1. nu. 41.* Clar. *in pra. quæst. 9. in prin.* Menoc. *de arbit. quæst. lib. 2. casu 195. n. 8. cent. secunda,* vbi propterea dixit post Bar. *in l. scriptus, n. 2. vers. alij remittuntur, ff. de religio. & sumpt. fun.* † quòd quando factũ sui natura tale est, vt
42 omnes id vel sciant, vel scire verisimiliter possint: tunc illud debet à Iudice reputari notoriũ, vtputà si quis se gerat in aliqua ciuitate pro Episcopo, *l. 1. C. de his, qui in Eccl. manumit. c. quantò, de transl. Epis. & in c. illud, de cler. excom.* Imò, & quod
43 plus † est, notorium non dicitur, nisi de eo sit notitia in tota ciuitate, vel eius maiori parte, vt per Foller. *in pra. crim. verb. item quòd est notorius delinquens, n. 17. in prin.* Et de essentia notorij est, vt de eo vniuersus populus, vel maior pars possit esse testis, *vt in c. scelus, & in dicto capit. manifesta, secunda, q. 1. cap. cùm dilectus, de purgat. canon.* cum aliis per Capram *tr. de notor. membro secundo, n. 4.*

44 ¶ Amplia illatiuè hanc septimam conclusionem, † vt propterea in notorium transire possit non solùm id quod est facti permanẽtis, sed etiam id, quod est facti momentanei, vt putà homicidium & similia, dummodo sit factum, vel corã populo, vel eius maiore parte, Bal. *in auth. qui semel, col. 3. C. quomodo, & quando Iud.* Ant. de But. *in tract. de not. art. 2. n. 11.* & licèt Bar. *in l. si verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisda. coga. & in dicta auth. qui semel,* post Iacob. Butrig. contrarium senserit, non tamen recedas ab opinione Baldi, quæ communis* est, teste Torto inter consilia Bruni, *cons. si. nu. 27. vers. ex prædictis.* prout illum refert, & sequitur Clar. *d. q. 6. in fi. prin.* & Clar. pariter refert, & sequitur D. Ioseph. Masc. *de prob. li. 2. concl. 1101. in fi. n. 24.*

¶ Limita, seu potiùs declara prædictam septimam conclusionem, vt per Capram *in d. tr. de notorio, d. 2. membro, sub nu. 4.* † vbi post Ant. de But. *in sapius allegato c. vestra, de coha. cleric. & mulie.* facta conclusione, quòd notorium illud dicatur, de quo vel vniuersus populus, vel eius maior pars testis
45 esse possit: aduertendum dicit, quòd si factũ sit tale, quòd respiciat prouinciam, & tunc requiritur, quòd sit notum toti, vel maiori parti prouinciæ: si verò sit factũ, quod respiciat ciuitatem, & tũc similiter requiritur, quòd sit notum toti ciuitati, vel maiori parti ciuitatis: si verò sit factum, quod respiciat non ciuitatem, seu prouinciam, sed solùmodo parochiam, vel viciniam: & tũc sufficit, quòd sit notum toti parochiæ, vel viciniæ, vel eius maiori parti. ¶ Nec multùm ab hac declaratione Capræ dissimilis est declaratio Foller. *in pract. cr. dict. verbo, item quòd est notorius delinquens, n. 17.* dum dixit, quòd si factum in ciuitate est prorsus notabile, & arduũ, & tale, quòd verisimile sit illud prouenisse in notitiam totius ciuitatis, vel maioris partis, & tunc est necessaria notitia eiusdem totius ciuitatis, vel maioris partis. ¶ At si factũ non sit ita grande, & arduum, ita quòd verisimile sit, illud non transisse in notitiam totius populi, vel maioris partis; & tũc sufficit notitia, & testificatio totius parochiæ, vel illius viciniæ, vbi factum successit: vtputà si agatur de probando concubinatũ alicuius clerici, & similia, & ad prædicta aduertas, & bene nota; quia si aliàs intelligeretur dicta septima conclusio, pauca reperirentur notoria facti momentanei.

¶ Octava sit conclusio, † quòd delictum factum in pla- 46
tea publica, quæ sit capax populi, vel maioris partis, dicitur notorium, etiam absque eo quòd probetur illud fuisse factũ coram pluribus: ratione enim loci hoc præsumitur. sic post Ant. de But. *in c. vestra, n. 48. de cohab. cler. & mulier.* concludit Ant. Gomez. *d. tit. de delict. c. 1. n. 42. in medio, ver. vnde si delictum esset factum in platea publica, &c.* & propterea, quando platea est capax populi, vel maioris partis, quòd tunc sufficiat testes dicere se vidisse fieri in platea plena hominibus, licèt non deponant de præsentia populi, tradit Capra, qui & concordantes allegat, *in d. tract. de notor. membro 6. n. 10. prope finem, ver. sufficit etiam,* vbi declarant, prout declarat etiam D. Iosep. Masc. quem omnino vide in proposito huius octauæ conclusionis, *in d. sua conclusio. 1105. n. 4. & 5.*

¶ Nona sit conclusio, † quòd factum, seu delictum com- 47
missum coram decem personis, & de quo decem testes possint deponere de certa scientia, dicitur notorium: secus coram minori numero personarũ, arg. tex. *in l. Prætor ait, la seconda, vers. turbam autem, ff. vi bonor. raptor.* vbi habetur, quòd turba dicitur inter decem vel plures homines, probat tex. ibi gl. ordinaria, *in d. c. de manifesta, 2. q. 1.* Cyn. *in l. ea quidem,* & ibi Sal. *n. 84.* & ante eos Petr. de Bellaper. *C. de accus.* Fel. *in c. cùm oportet, n. 6. ext. eod.* Ias. *in l. si verò, §. qui pro rei qualitate, n. 9. ff. qui satisd. cogan.* Aym. *cons. 121. n. 2. li. 1.* Fol. *in pr. cr. d. verb. item quòd commisit crimen notorium, n. 17. in fi.* Conr. *in pra. tit. de notor. crim. 16. in fi. & p. mihi 241. col. 2.* Roland. *cons. 48. nu. 15. vol. 2.* D. Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. casu 266. n. 2. & 3. cent. 2.* Hieron. de Monte, *q. 27. n. 6. lib. 1.* Bursat. *cons. 111. nu. 21.* & licèt alij nonnulli Doctor. diuersa senserint, quorum aliqui dixerunt requiri testimonium, & scientiam maioris partis, & alij etiam totius viciniæ iuxta superiùs tradita *in 7. conclusione:* alij autem contenti sint numero trium testium: item alij septem sufficere testes dixerint, & alij demum simpliciter dixerint, ex multitudine videntium, & testium Iudici notorium constare; quorum opiniones recenset D. Ioseph. Masc. *dicta conclusio. 1101. n. 17.* non tamen recedas à præcedenti opinione, quæ videtur magis communis* declarata tamen, * *vt in seq. concl.*

¶ Decima sit conclusio præcedentis conclusionis, ac etiam aliarum præpositarum conclusionũ declaratiua; † quòd 48
Iudicis arbitrio remittitur, quando quid dicatur notorium: is enim iuxta facti, loci, temporis, & personarũ interuenientium quantitatem, numerum, & qualitatem, notorium esse factum aut delictum, & non esse iudicabit: sic apertè colligitur hæc conclusio, arg. tex. *in c. sicut dignum, de homicid. & in l. aut facta, ff. de pœn.* ex tradit. per Spec. *in tit. de notor. cr. col. 2. n. 5. & 6. vers. quidam tamen, &c.* Io. And. *in c. vestra, col. 4. prope fi.* & ibi etiam Abb. *col. pen. n. 16. de cohab. cler. & mulie.* Bal. *in l. ea quidem, col. 4. n. 25. C. de accusat.* Bar. *in l. scriptus, n. 2. vers. alij remittuntur, ff. de relig. & sump. fun.* Ant. de Butr. *in tract. de notor. art. 2. nu. 4.* Mill. *in repert. vers. notorium duo requirit,* Bursa. *cons. 43. n. 26.* Ant. Gomez. *in d. tit. de delictis, c. 1. num. 42.* vbi testatur de communi * opinione, Capra *in tr. de notor. membro secundo, n. 4. & 5.* Dom. Menoc. *de arbitr. q. casu 166. n. 7. lib. 2. cent. 2.* & propterea, stante diuersitate opinionum super numero personarũ. conficientium notorium, de quibus in antecedenti conclusione: & stante quòd talis numerus non est à iure taxatus; ideo id totum Iudicis arbitrio relinquendum dixerunt Doct. præfati, argum. etiam tex. *in l. 1. §. 1. de iure deliber. & in l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. oblig.* & expressè post prælegatos, sic in specie tradiderunt Ant. Gomez. *sub n. 42.* & D. Iosep. Masc. *d. concl. 1101. n. 18.* ex

quorum

* quorum delictis hanc patet esse communem * declarationem in materia notorij.

49 ¶ Vndecima sit conclusio,† quòd ad hoc,vt crimen dicatur notorium, debet etiã apparere, quòd qualitates delicti sint notoriæ: quòd scilicet mala excusatio seu defensio competit aduersùs illud: vt putà quòd homicidium non sit factum ad defensionem:quòd occisus non poterat impunè * occidi,& iis similia,& hanc esse omnium cõmunem * opinionem,testatur collegium Florentinum inter consi.Curtij senioris,*cons.* 21.*n.*13.Tort.inter consi.Bruni,*consil.vlt.n.* 28. *versic.nec obstat.*refert Clar.*in pract.dict.q.*9.*versi.sed aduerte.*

50 ¶ Cùm enim nullum sit maleficium tam notoriũ, quod regulariter nõ possit habere aliquas excusationes,qualitates, & circumstantias occultas excusantes, vt per Inn.Host. Io. And.Ant.de But.& alios citatos per Capram *in tract. de notor.quarto mẽb.n.*70. Mille. *in repert.versi.notoriũ,an excus.*& Card.Iacobac.*in tract.de concilio,l.*7.*art.*1.*fol.*425. Boss. latè *in tit.quom.proced.in crim.notor. n.*4.*&* 5.ideo, vt contra notorium delinquentem possit procedi, debet constare, non solùm illum notoriè commisisse delictum, sed etiam quòd commissum delictum nullam habet excusationem.

51 ¶ Contrarium, † quòd imò notorium dicatur crimen, etiã quòd non constet de exclusione dictarũ qualitatũ excusantium,dummodo constet de ipso delicto principali,fa- * cilè suaderi potest ex alia communi * conclusione,quæ habet,quòd notorium per partis negationem, dubitationem non recipit:sic probat tex.*in c.super eo,de testib.cogen.*Abb.*in c.tua nos,n.*4.*de cohab.cler.& mulier.*Felin.*in d.c.super eo, n.*7. *& in d.c.si clericus laicũ,n.*5.*de foro cõp. & in c.corã,n.*8.*versi. fallit secundò,de offic.delega.*Bart.post gl.*in l.post rẽ,ff.de transact.*facit Rota *dec.*327.*si contrà in nouis,* Mill.*in repert. versi. notoriũ non potest esse*;ideo, si probato delicto notorio,delinquens alleget aliquas circũstantias,seu qualitates excusantes,notorium non offuscatur, licèt excusationes & circumstantias adducens debeat admitti ad illas probãdum,vt per Ant.de But.*in c.vestra,col.*22.*versi.venio ad secũdũ,de cohab. cleri.& mulie.*Mill.*in repert.versi.notoriũ contra quod allegãtur, &c.* & propterea sufficere,quòd constet Iudici delictũ esse notorium,licèt non sint notoriæ illius circumstãtiæ & qualitates; & ita in specie dixit Capra *in tract.de notorio,quarto mẽbro,n.*59.*in prin.& n.*69.& cum hac opinione,quam veriorẽ crediderim,pertranseundũ censeo,quicquid pro concordia adducere conetur idem D. Ios.Masc.*d.concl.*1101.*n.* 11.*&* 12. Hanc enim quam sequor veriorem opinionẽ,sequutus est etiam Foller.*in pract.cri.*vbi dicitur, quòd si quis commisit crimen aliquod notoriũ, & allegetur aliqua excusatio,seu defensio,adhuc sufficit Iudici factum principale fore notorium;non attenta obumbratione accidẽtalium circumstantiarum: & magis clarè *num.* 25.dum pariter dicit,quòd si allegentur aliquæ circumstantiæ,talis allegatio non efficit notorium, nec effectus procedendi super notorio: attendi enim debet regulariter natura facti,& sic si factum sui natura arguat maleficium, erit maleficium notorium: si verò factum arguat bonum, erit & notorium bonum, non attentis circumstanti i s extrinsecis & accidntalibus,quæ habent se ad esse & non esse. Et ponderatur isto casu factum non secundùm accidentia,sed secundùm naturam & cursum ipsius,*l.suus quoque,*§.*fin,ff.de hæredib.institu. & l.*1.*C.ad legem Cornel.de sicar.*

52 ¶ Dvodecima sit conclusio, † quòd in facto negatiuo notoriũ non cadit, cùm per rerũ naturam negantis factum, nulla sit directa probatio,*l. actor, C. de prob.c.bona,extr. de elect.*Bart.*in l.si constante,ff.sol.matr.*Soc.iun.*consil.*130.*n.*31. *vol.*3.Nouel.*in suis regul.additionalib.ad regul. Duẽ.reg.*113. *in fin.n.*6. & licèt contrariũ senserint,quòd scil. in facto negatiuo notoriũ cadat,post Mill. in Repert.*verbi.notoriũ sicut cadit,*vt not.plures relati per Hercu.*de nega.*quos & ipse sequitur, *n.*30. *&* *n.*60. qui præcipuè loquuntur in negatiua, quem non esse soluendo. Pro concordia tamen opinionum dicere potes,vt prima opinio procedat in notorio veritatis, secunda autem in notorio præsumptionis, secundùm Ripã *in d.l.si constante, n.* 25.& ibid.Iason post Aret. *num.*142. & * communiter * tradi per Doctores testatur Paris. *consil.*50. *n.*53. Hercul.*vbi suprà n.*63.Dõ.Ioseph.Mascard. *de probat. tom.l.*2.*cõclusione* 1103.*n.*31.vel meliùs, iudicio meo,dicendum est cum Capra *in d.tract.de notor.memb.*3.*n.*4. quòd scilicet, licèt regulariter super facto negatiuo notorium non cadat;† hoc tamen limitatur primò in confessione partis,per 53
quam posse factum,etiam negatiuum,in notorium transire, probatur *in c.*1.*de confes.in* 6. † Secundò limitatur, vt licèt 54
non factum non possit in notorium transire directè, & immediatè,nisi per confessionem,vt suprà; potest tamen indirectè,data coarctatione negatiua, *c.dudum,extr.de elect.* vbi patet,quòd defectus scientiæ, & ætatis potest esse notorius, *c.per venerabilem,eod.tit.* vbi erat notorium periurium, *& c. ex parte,ext.de cler.non resid.* vbi non residere solenniter,potest esse notorium.

¶ Decimatertia sit conclusio,† quòd notorium vt 55
quid dicatur, requiritur non solùm quantitas astantium, vt suprà dixi,scilicet,populi,vel maioris partis, *n.* 41. *& seqq.* sed etiam qualitas loci, vt, scilicet, quòd sit factum in loco publico,*c.scelus,*2.*q.*1. Ioan. And.Calderin.& Anton.de Butrio *in c.vestra,de cohab.cler.& mul.* Archid. *in c.fin.de offic.deleg.n.*6.Bal.*in l.ea quidem,col.*5.*C.de accus.* Mill.*in repert.vers. Notorium potest esse aliquid.* ¶ Et propterea† ea, quæ in do- 56
mo fiunt,cùm non possint dici facta in loco publico, & non de facili probari possint,*l.consensu,* §.*sin autem. C.de repud.c. veniens,il secondo, de testib. c.cùm dilecti,de elect.* notoria non sunt,vt per præfatos,& per Capram *in trac.de not.*2.*memb.n.* 7. Foller. *in pract.crim.versic. Item,quòd commisit crimen notorium,n.*12.D.Ioseph Mascard. *d.concl.*1101.*n.*16.† immò re- 57
quiritur etiam ad inducendum notorium qualitas temporis, teste Bald.post Spec.*in l.ciues,ad fin. C.de accus.* & propterea† factum de nocte commissum non posse transire in noto- 58
rium,post præallegatos tradunt Foller.& Capra *in præcitatis locis,*præterquam in sono campanæ, qui etiam de nocte potest in notorium transire,vt ibi per Capram.

¶ Decimaqvarta sit conclusio,†quòd factum in vil. 59
lula non potest notorium dici,secund.Bart.*in l.scriptus, n.*2. *versi.quid ergo in villula,ff.de relig. & sumpt.funer.* ea ratione, quia debet esse multitudini notum, vt notorium dici possit, *c.fin.de cohab.cler.& mul.*& vicinia debet scire, *c.penult.in fin. de purg.canon.* quæ cessant in tam paruo hominum numero, de quibus in villula,& Bart.sequitur D. Menoch. *de arb. qu. lib.*2.*casu* 266. *in fin. n.*9. *cent.*2. à quibus dissentire non videntur tradita per Capram *in d. tract.de notor.* 2.*membr.n.*5. dum dixi,quòd ad inducendum notorium requiritur, quòd populus, vel parochia, in qua delictum, seu quid aliud factum est,sit magna; quia non sufficit, populum, vel parochiam esse de duobus:& deinde concludit, quòd cùm super hoc non possit tradi certa doctrina,id totum Iudicis arbitrio relinquetur, qui ad inducendum notorium satis arbitrari poterit,populum,seu parochiam esse de decem hominib. vt per glos.*in c.de manifesta,*2.*q.*1.Cyn.*in l.ea quidem,C.de accusat.*& Anton.de But.*in d.cap.vestra,de cohab.cler.& mulier.*& sic factum in villa, in qua non adsit numerus decem personarum,non potest transire in notorium: vnde secùs crederem in villa magna, in qua adsit personarum multitudo: putà ad minus decem.

¶¶ His firmatis conclusionibus,deueniendo modò ad secundum caput propositæ quæstionis, Quomodo scilicet in notorio procedendum sit,

¶ Regvla sit,† quòd in notoriis ordo iuris non seruatur, 60
*c.peruenit,ext.de testib. c.consuluit,extr.de appel. c. ad nostram, il secondo,de iureiur.cap.bona,il secondo,de elect. cap.manifesta, de pœn. & remiss.& can.manifesta,item can.scelus,cum can.qua Lotharius,*2.*q.*1.*& c.cùm dilectus,de purgat. can. c.olim,il primo,de restitut.spoliat.c.super eo,de testib.cogend. cap.quanto, de transl.prælat.* Bald. *in l.presbyteri,col.penult.C.de Episc.& cler.* Marsil.*cons.*5.*n.*2. *& sing.*511. Decian. *consil.*544.*n.*6. Paris. *cons.*111.*n.*8.*lib.*4.Capra *in tract.de notor.memb.*4.*n.*2. *&* 40. Gramm.*dec.*36.*n.*41.*&* 56.*& decis.*45.*n.*55. D. Menoch.*de recuperan.possess.remed.*14.*num.*260.Foller.*in prac. verbo,item quòd commisit crimen notorium,n.*1.Boss.*in ti.quomodo proced. in cri.notorio,* Ant.Gomez. *de delict.cap.*1.*sub n.*42. *prope finem.* Clar.*in pract.qu.*9.*in princip.* Conrad. *in practi. titu. de notor. crim.num.*1.*in prin. & in fine,pag.*242.*colum.* 2. vbi post An. de Butr.*in tracta.de notorio,artic.*4.*n.*5.*& sequen.* declarando dicit, quòd hæc regula propriè procedit in causis criminalibus:secus in ciuilib.†in quibus notoriũ non excusat à modo 61

agendi ordine iuris non seruato: quia in talibus Iudex non supplet de facto principaliter agendo, *l.1. C.vt quæ desunt aduoc.part.lib.4.§.hoc autem iudicium,ff.de damno infec.* exceptis tamen quibusdam casibus, ibi enumeratis per eund. Conrad.*d.num.19.per totum.*

62 ¶ AMPLIA I. Hanc regulam,† vt quando agitur contra notorium delinquentem, tunc non sit necessarius libellus, nec accusatio; quia in notoriis Iudex procedit ex officio, etiã nemine accusante: idque non solùm de iure ciuili, *l.ea quidem, C.de accusat.l.2.§.si publico,ff.de adult.l.congruit,ff.de offic.præsid.* sed etiam de iure canonico, *c.tua nos,de cohabitat. cleri.& mulier.c.ad nostram,il secõdo,de iureiuran.* & latè prosequitur Ant.de Butr.*in tract.de notor.arti.4.in princ.* Bened. Capra *in tract.de notor.4.membro,n.4.& seqq.vsque ad nu.15. & n.31.& seqq.vsque ad num.37.* vbi optimè declarat materiam: & ad eũ semper recurras in occurrẽti dubio; quia ponit ad hanc ampliationem plures notabiles declarationes etiam magistrales: si enim de iure canonico solùm famosum delictum præbet iudici facultatem procedendi ex officio, & sine accusatione, *vt c.qualiter,il secondo, & in c. cùm oporteat, extr.de accus.c.licèt Heli,& c.per tuas,de simon.& c.omnipotẽs. secunda,quæst.1.* multò magis talis facultas dabitur in notorio delicto, vt per Conrad.*in pract. tit.de notor.crim.sub n.2. pag.mihi 238.col.1.* quòd prosequitur Capra *d.quarto mẽbro, num.5.* vbi etiam dicit, quòd prædicta procedunt non solùm in notorio facti, *vt in c.euidentia,de accusat.& in c.manifesta, 2.q.1.* sed etiam in notorio iuris, putà dispositionis, fictionis, vel præsumptionis: imò etiam & in notorio confessionis,

* iuxta superiùs tradita, *n.31.* & hæc ampliatio cõmuniter * recipitur apud Criminalist. vt videre est, omissis aliis apud Conrad.*in pract.d.tit.de notor.crim.sub n.1.in princ. & in fi.& num.10.* Gand.*in tit. quomodo cognos.de malef.per denunciat. versi.si verò sit notorium,* Ang.*de malefi.in glo.etiam per modum notorij,* Foll.*in pract.verbo, item quòd quomodo proced.in crim. not.n.8.in fi* Ant.Gom.*tit.de delict.cap.1.num.42.prope fin.* Et rursus hæc ampliatio, absque dubio procedit hodie de consuetudine, secundùm quam Iudex in omnibus delictis potest ex officio & nemine accusante procedere, vt suprà dixi *in tit.de inquisitione,quæst.10.num.1.*

63 ¶ LIMITA Hanc primam ampliationem,† vt procedat, prout loquitur, scilicet in criminalibus: vnde secus in ciuilibus, in quibus, vt suprà dixi *n.61.* cùm notorium non excusetà modo agendi iuris ordine non seruato, quia in talibus Iudex non supplet de facto, *l.1. C.vt quæ des.aduoc.l.4.§.hoc autem iudicium,ff. de damno infecto,* ideo licèt Iudex in notoriis regulariter supplere possit de facto, iuuando intentionẽ deductam, *c.bonæ,il secondo,de elect.* Cyn.& Bal.*in d.l.1.C. vt quæ desunt aduoc.* gl.*in auth.inbemus,C.de iudi.* non tamen potest ipse Iudex propter notorium supplere vltra naturam petitionis, quia ad mensuram petitionis & libelli declaranda est sententia, *c.licèt Heli,de simon.cum similib.* & sic etiam supplere poterit circa libellũ & petitionem, vt optimè per præmissa concludit Capra *in tract.de not.4.membro,n.13,& 14.* vbi hoc declarat non procedere in casibus, in quibus Iudex potest ex officio agere & supplere, de quibus *in c. ad*

64 *nostram,il primo,de iureiuran.* † Bene verum est quòd etiam in ciuilibus in notoriis non requiritur libellus solemnis: de quo *in c.1, de libelli oblat.* sed sufficit qualis qualis petitio, prout pariter optimè probat, & prosequitur declarando materiam idem Capra *vbi sup.n.31.& seqq.vsque ad 37.* vbi dat plures alias notabiles, & magistrales declarationes, ad ad eum recurras in dubitabili casu.

65 ¶ AMPLIA II. Propositam regulam,† vt in notoriis nec requiratur litis contestatio, nec iuramentum calumniæ, seu quæuis alia solemnitas respiciens ordinationem iudicij. Si enim in summariis talia acta ordinaria iudicij non sunt de substantia, nec requirũtur, *vt in clem.sæpe,de verb.sig.* pariter etiã nec requiri debent in notoriis, in quibus iuris ordo non seruatur, vt plenè probaui *suprà, in regula, n.60.* & rursus si talia ordinatoria iudicij inducta sunt ad finem indagandi veritatem, *vt 2.q.1.per totam,* veritate notoria existente, frustra talis ordo adhibetur, *ca. qui ad hoc,de fil.presbyt.* ita per prædictas rationes hanc ampliationem magistraliter comprobat Capra *in tract. de notor. membro 4. n.39. & seqq.* vbi etiam quòd hæc eadem ampliatio procedit non solùm in casib. in quib. Iudex ex officio procedere potest, sed in quibus Iudex ex sola fama etiã lite non contestata, procedit, *c. quoniam,§. sunt & alij, vt lite non contest.* sed etiã in casibus, in quibus ex officio non supplet, & non procedit: cùm eadẽ sit ratio, & consequenter, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus; cùm iura suprà allegata *d.n.60.* volentia in notoriis non requiri iuris ordinem, loquantur indistinctè vtroque casu. Hanc eandem ampliationem sequuti sunt Abb.*in d.c. quoniam frequenter, nu. 3. ver. extra glo. vt lite non contest.* & ibi etiam Maria.Soc.*col.27.ver.64.fallit.* Plot.*in l.si quando, n.114.in fi.C.vnde vi.* refert Menoc.*de recuperã.poss.in 14.remed.n.258.* Foll.*in pract.cri. ver. item quòd cõmisit crimen notorium, n.5.* vbi remissiuè, relatis pluribus opinionibus, de quibus per Ant.de Butr.*in trac.de notor.d.art.4.n.25.& seqq.* secundùm cõmunem * Doctorũ sententiam, prout ipse te- 4
statur, concludit quòd litis contestatio in notoriis non requiritur, siue sit notorium facti interpolati, siue momentanei, siue continui, Ant.Gom.*d.tit.de delict.c.1.fi.b n.42.* Conrad.*in pract.tit.de notor.cri.n.12.* Viu.*in com.opi.ver. notorium quamuis,prope fi.* ¶ Sed quid in notorio iuris? Vide latè distinguentem Capram *vbi suprà,n.42.& seqq.vsque ad n.48.*

¶ AMPLIA III. Vt † in notoriis citatio non requiratur, 66
vt probari videtur *in cap.cùm olim, de re iudi.in ca.cùm ex insinuatione,de appell.& in l.2.§. quod de frumentaria.* vbi glo. & Bart.*ff.de administrat. rerum ad ciuit.pertinen.* Gram. *decis. 36,num.58.* Ias.*in consil.86. in fi.l.3.* & omissis aliis, Tiraq.*in tract.res inter alios acta,pag.mihi 12.à tergo, in paruis,ver.postremo,&c.* Sebast.Vant.*in tract.de nullit.ex defect.nu.20.* Menoch.*de recup.poss.remed.14.num.259.*

¶ Contrarium, † quòd imò in notoriis requiratur etiam 67
citatio, siue notorium sit iuris, siue facti; & quòd aliàs processus sit nullus, videtur pariter probari.*2.q.1.per totã,& in c.1. de causa poss.& proprie.& in c. Eccles. de constitut.gl.in c. cùm sit Romana, de appel.in c.ad nostrã, il terzo, de iureiur. in c.1.* & ibi etiam Inn.*de ele.in 6.& in c.de illicita, 18.q.3.* Are. *in c.indignè, 12.q.1. & in c.exequutor, 23.q.1.* cũ aliis in proposito adductis per Capr.*in trac.de not.quarto mẽbro,n.27.& n.20.* Iacob.Port.Imol.*in suis cõclusionib.* postea sub vero nomine Antonij Gabrielij in lucẽ editis, *l.1. concl.42.in prima ampliatione,* Marsil.*in rubr.ff. ad l.Corn.de falsis,n.49.& seqq.* Rol.*cõs.531.n.34.& seq.vol.31.* ¶ Ideo retẽta prima opinionn, pro concordia attende ad infrascriptas limitationes.

¶ LIMITA I. Hanc ampliationem † non procedere, quan- 68
do agitur contra absentem: quia tunc etiam quòd simus in notorio delicto, est necessaria citatio, vt per Clar.*in prac.q. 9.sub ver.quaro nunquid,prope finem,* ibi, *Ego verò indistinctè teneo,&c.* vbi quod in casu absentiæ reus indistinctè est citãdus, tam in sententia, quàm in processu (præterquam in assumendis indiciis, vbi est suspicio fugæ) & si citatio nõ interuenerit, vel interuenerit, sed nõ legitimè facta, processus & sententia, & omnia, quæ sequuntur, sunt ipso iure nulla, glos.*in l.si,accusatorib.in gl.fin.C.de accusat.* & est * commu- *
nis theorica, vt testatur Roland. *cons.68.n.14.l.2.* prout illũ refert idẽ Clar. *in q.31.in prin.* vbi ampliùs, quòd nec Princeps ex sua ordinaria potestate, potest contra absentẽ non citatum procedere, secundùm aliam communem, * de qua *
per Corsett.*in reper.* Abb.*in verbo, Princeps, vel Papa,* Soc. inter cõsilia Cur.sen.*cõs.20.n.4. & seq.* Et hac de re memini etiam me aliàs dixisse *tit.de inquisit. q.11.n.37.& seqq.* Hãc eandem limitationem ante Clarum tenuit etiam Boss.*in tit. quomodo proced.in cri.notor.n.4.prope fin.* ibi, *Aut aufugit,&c. & n.10.* Capra *in tract. de notor.d. quarto membro,n.20.* Ant. Gomez.*d.tit.de delict.c.1.n.42.in fi.* Conrad.*in pract.tit.de notor.crimin.n.2.* vbi quòd in notoriis parte præsente vel contumaciter absente, citatio semper interuenire debet, vbi & alios adducit concordantes.

¶ LIMITA II. Eandem ampliationem † non procedere in 69
sententia, in qua etiã quòd agatur de notorio delicto (quicquid forsan secus sit in reliquo processu) indistinctè citationem fore necessariam nullus dubitat, teste Alb. *in l.ea quidem,n.14.in fi.* vbi de communi, **C.de accus.* Boss.*in tit.de de- *
nunc.n.9.in fi.* & de magis communi * post Aret.*in cons.163. *
n.7.* testatur Clar.*d.q.9.vers.quaro nunquid in notoriis,* Capra *in d.tract.de notorio,4.membro,n.21.* Conrad.*in pract. d.tit.de notor.crim.num.2.* vbi alios adducit concordantes.

LIMITA

70 ¶ Limita III. Vt † eadem tertia ampliatio procedat, quando certũ est ex actis, vel ex confessione rei, notorium esse, quod nullam habeat exequutionem seu defensionem: tunc enim citatio non videtur necessaria, secundùm cõmu-
* nem, *de qua per Collegiũ Florent. inter Consil. Curt. sen. *consil. 21. n. 15.* Tort. inter cõsilia Bruni, *consil. vlt. n. 30.* Capra *d. 4. mẽbro, n. 29.* Boss. *vbi sup. n. 4. ver. & ideo, &c. & n. 6. versi. & sic vides,* Conrad. *d. tit. de notor. cri. n. 3.* Clar. *d. q. 9. ver. quæro, nunquid,* ibi, *Bene verũ est, &c.* ac rursus ibi, *si verò, &c. &* ante istos Bart. *in l. 2. §. quod de frumentaria, ff. de administra. rer. ad ciuit. pertinen.* Bal. *in l. à procedente, C. de dilat.* Marsil. *in l. de vnoquoque, n. 77. ff. de re iud. & in rubr. C. de proba. n. 221.* refert, & sequitur Iacob. Nouel. *in sua pract. crim. in princ. §. indicia quæ præcedere debẽt, sub n. 13. ver. in notoriis autẽ, an re-*
71 *quiratur citatio:* † frustra enim citatur is, qui citatus nihil habet opponere, quod releuãs sit, *c. cũ sit Romana, & c. cõsuluit, de appe.* Abb. *in c. ex insinuat. in fi. extr. eod.* Alciat. *in l. si quis arbitratu, n. 38. ff. de verb. obl.* Ant. Burg. *in c. si vẽditori, n. 7. de emp. & vẽd.* Ruin. *consil. 31. n. 3. l. 5.* latè Paris. *consil. 1. n. 33. &*
* *cõsi. 101. n. 23. l. 1.* tradunt cõmuniter * omnes *in c. 1. de causa possess. & propriet.* teste D. Menoc. *de arbitr. q. l. 1. q. 17. in fin. n.*
15. vnde secus, † quando è contrà aliqua potest reo compe-
72 tere defensio, vel vbi sumus in dubio, an possit vel nõ competere: tunc enim quia, vt post alios inquit Boss. *in tit. quomod. proced. in crim. notor. n. 5.* nullum potest esse delictũ tam notoriũ, quin aliquas possit habere excusationes & defensiones: ideo isto casu necessariam fore citationem, communiter * ab omnibus in hac distinctione receptum video, &
* pulchrè declarat Boss. *vbi sup. n. 4. 5. & 6.* vbi aliis adductis concordantibus, hanc dicit communiorem * & probabiliorem opinionem, & quæ in practi. per totum mũdum seruatur, & sequitur Clar. *d. q. 9. sub ver. quæro, nunquid in notoriis,* vbi pariter post Carreriũ, quẽ allegat, testatur, quòd hæc distinctio recipitur per omnes, Conrad. *in pract. d. tit. de notor. cri. d. n. 3. & n. 11.* vbi plures alios adducit concord. Capra *in d. tract. de notor. 4. mẽbro, n. 21. & d. n. 29.* D. Menoc. *de arbitr. q. l. 2. casu 235. n. 14. cent. 3.* Ant. Gom. *d. tit. de delict. c. 1. n. 43.* vbi & iuribus & authoritatibus hãc cõprobat limitationẽ.

¶ Svblimita præcedentes limitationes datas dictæ ter-
73 tiæ ampliationi † non procedere, quando ex mora differẽdi exequutionem in notorium delinquentem, fieret præiudicium reipublicæ propter futurũ scandalum in populo: quia tunc ratione scandali vitandi potest reus condemnari etiam sine citatione, Inn. *in c. tua nos, col. 2. n. 5.* & ibi etiam Host. *col. 2. de cohabit. cler. & mulier.* Io. And. *in cap. vestra, col. 5.* & ibid. Anc. *col. 4. n. 22. eod. tit.* Capra *in trac. de notorio, d. 4. membro, n. 28.* Conrad. *in pract. tit. de notor. cri. n. 11. in 2. limitatione,* Ant. Gom. *tit. de delict. c. 1. sub n. 43. ver. quod tamen limita.*

74 ¶ Ratione † enim scandali euitandi multa in iure permittuntur, quæ aliàs de sua natura illicita & prohibita sunt, *c. 2.* & ibi latè Felin. *n. 8. de præscript.* latè prosequitur Nouel. *reg. 205.* vbi infert ad plura, D. Menoch. *in tit. de recup. poss. remed. n. 319. & seqq.* Sed de veritate huius sublimitationis vide ea, quæ in hac eadem Quæstione dicentur *infrà in similibus de reo reperto in flagranti, num. 144.*

75 ¶ Et in materia præsentis tertiæ ampliationis scias, † quòd omnia prædicta procedunt pariter & in ciuilib. & in criminalib. vt in specie per Cõrad. *d. ti. de notor. cri. n. 11. in fi.* Faciũt
76 quæ generaliter suprà scripsi, *n. 1.* † & si plura ad eiusdẽ ampliationis materiam videre volueris, videas Cõrad. *d. n. 11.* vbi reassumendo dicta Doctorum facit regulã cum plurib. limitationib. & latiùs Capra *in trac. de notor. d. 4. mẽbro, n. 15. & seqq. vsque ad n. 31.* vbi facit plura distinctionum capita.

¶ Ampliа IV. Propositam † regulam, & hæc ampliatio
77 non est multùm dissimilis à præcedenti ampliatione, vt in delicto notorio reo possint denegari defensiones & copiæ, vt adiunctã indiciorum, Ang. *de malef. in verbo, etiã, per modũ notorij,* Affl. *in consti. si damna clandestina, in 9. notab.* [Marsi. *in pract. §. examinanda, n. 5. & seqq.* vbi latè comprobat.] Foll. *in prac. cri. verbo, item quòd cõmisit crimẽ notoriũ, n. 8. & in verbo, etsi confitebuntur, §. tertio loco, n. 51.* Grã. *dec. 36. n. 50. & seqq. & n. 58.* Cõrad. *in pract. tit. de negat. cri. & tormen. sub n. 8. ver. limita secundò.* Nou. *in trac. ad defensam, c. 3. n. 7.* Rub. Alex. *in l. seruum quoq. §. publicè, n. 21. ff. de procur.* vbi propterea dixit, quòd quãdo delictũ est notoriũ, Iudex denegat dilationem, & interloquitur illam non esse dandam, & reum ad furcas transmittit, Boss. *in tit. de confess. n. 17.* Vasq. *controuer. Illustr. c. 36. n. 1.* Ioan. Marc. Monticel. *reg. cri. 14. n. 23.* [Hier. Lauren. *decis. Auenion. 15. n. 9.* Franc. Personal. *in tract. de indi. & tortur. n. 30.* vbi inter alios allegat Burs. *cons. 48. n. 11.*]

¶ Limita Hanc quartam ampliationem, secundùm ea, 78
quæ in simili suprà de citatione dicta sunt, *n. 60. & seqq.* † vt videlicet non procedat generaliter, indistinctè, & in omni casu; sed solùm, vel quando est timor scãdali, iuxta superiùs tradita, *n. 73. & 54.* tradit post alios Io. Mar. Mõticell. *in sua pract. cri. reg. 14. n. 21.* & in his terminis loquitur Vasq. *vbi suprà allegatus, d. c. 36. n. 1.* Vel quando ex actis, ac ex confessione rei constat, & certũ est nullã ei competere defensionẽ & excusationem; secus si constaret de cõtrario, vel essemus in dubio, secundũ magis cõmunem, *& per totum mundũ *
practicatam opinionem, de qua testatur Boss. *in tit. quomodo proced. in cri. notor. n. 4. & seqq.* Comprobat Foll. *d. verbo, item quòd cõmisit crimẽ notoriũ, n. 6. 7. & 9. & 19.* & sequitur Clar. *in prac. q. 9. ver. quæro etiã.* [& de communiori etiam testatur And. Gayl. *in tract. de pace publ. l. 2. c. 7. n. 10.* quib. addo Hier. Lauren. post hæc scripta habitũ *in decis. Auenionen. 15. n. 9. iũcto n. 11.* vbi videtur declarare propositã ampliationẽ alio modo, dũmodo scil. sit sequuta per Iudicẽ declaratio super notorio, iuxta ea quæ posui infrà *n. 115. & seq. alias secus.*]

¶ Amplia V. (Et hæc ampliatio est clauis totius mate- 79
riæ; ideo accuratè tractanda) † vt cùm notoriũ sit de se probatio probata & finita, vt suprà in eius diffinitione deduxi, *n. 11.* & probat Bald. *in l. 1. circa mediũ, ver. porro, C. de reuoc. his quæ in fran. & in l. 1. C. quom. & quã. Iud.* vbi dixit notoriũ nõ esse disputare, sed disputatũ esse, *& in l. ciues, C. de appell.* vbi pariter dixit, quòd termini notorij conscientiã Iudicis non fallũt, nec fallere possunt, Spe. *in tit. de notor. cri. §. iam de notorio,* vbi quòd notoriũ est rei, cui adiungitur, valde plena notitia. Marsi. *in rubr. de probat. n. 217. & in pract. crim. §. 2. n.* 216. & refert Card. Iacobac. *in trac. de cõc. l. 7. art. 1. de schism. sub Iulio,* & hos omnes pariter referendo sequitur D. Ioseph. Mas. *in suo trac. de prob. l. 2. concl. 1101. n. 5. & 6.* vbi post alios, quos allegat, propterea infert, † notoriũ non esse pro- 80
priè speciem probationis: vtique necessariò sequitur, † no- 81
torium minimè probandum esse *c. tua nos,* & ibi Inn. *n. 2. ad fi. de cohab. cleri. & mulie. c. 3. de testib. cogen. c. euidentia, de accus. l. emptorẽ, in princ. & §. 1.* & ibi Bart. *ff. de act. emp. l. ciues,* & ibi gl. & Bal. *Cod. de accus.* Spe. *in tit. de Iudice delega. in prologo, n. 2.* idẽ Bar. post gl. *in l. 1. C. qui & aduer. quos,* gl. *in clem. appellãt, in verbo, alias causas, de appellat.* Bal. *in l. si verò. §. qui prorei qualitate,* & ibi Ias. *n. 9. & 10. ff. qui satisd. cogan.* idem Bald. *cõs. 229. n. 5. vol. 1.* Io. And. post gl. *in c. 2.* & ibi etiã Feli. *n. 9. vt lite. nõ cõtesta.* Ant. de Butr. *in trac. de notor. art. 4. n. 30.* Ripa *in l. 1. n. 80. ff. si cert. peta.* Cur. iun. *in l. ex quacũque, n. 16. ff. si quis in ius voca. non ier. & in l. quod in potestate, n. 7. C. de in ius vocan. & in cons. 61. n. 7.* Marsil. *consi. 38. n. 1.* Ceph. *consi. 82. n. 52. & 108. n. 15. l. 1.* Capel. Tholos. *q. 590. n. 1.* Soc. iun. *consil. 65. n. 21. & cons. 151. vol. 2.* Menoc. *de recuperan. pos. remed. 15. n. 264.* Iacob. Nouel. *reg. 113. in prin.* Franc. Hercul. *in tract. de negat. n. 60.* Conrad. *in prac. ti. de notor. cri. sub n. 1. & sub n. 12.* Foll. *in pract. cri. in verbo, item quod commisit crimen notorium, n. 10.* Ant. Gom. *d. tit. de delict. c. 1. n. 42. prope finem.* Io. Mar. Mõticell. *in Repert. test. pag. 406. col. 1. ver. antepenul. & seqq.* vbi concordantes adducit, cõmunem * dixit Alb. *in l. * ea quidem, n. 18. C. de accus.* quicquid in contrariũ ibi dixerit Cynus, cuius opinio non seruatur, nec approbatur per Doctores, teste Albẽrico *in loco citato,* & hãc ampliationẽ sicut suprà comprobatã prosequitur etiam nouissimè D. Iosep. Masc. vbi *suprà concl. 113. l. 2. n. 1. & seq.* vbi post plures alios, quos allegat concordantes, eam ampliat duobus modis. Primò, † vt nec admittatur probatio in contrarium: secun- 82
dò etiam, † quòd in contrarium adsit iuris præsumptio. 83

¶ Contra hanc ampliationem de directo facere videntur
tres conclusiones communiter * firmatæ per Doctores in *
materia notorij: quarum prima est, † quòd notorium popu- 84
lo, & nõ Iudici, debet Iudici vt Iudici in actis constare, nec sufficit quòd soli populo notoriũ sit, gl. *in c. bona, in verbo, recepit,* & ibi Abb. *n. 2. de elect.* Spe. *in tit. de notor. cri. §. iam de notorio, n. 14.* Cyn. & Bal. *in l. ea quidem, C. de accus.* Mill. *in suo Reper. ver. notoriũ aliis,* Bellã. *cons. 4. n. 36.* Rol. à Vall. *cons. 99.*

n. 22.

n.22.l.1.Ias.*in l.si verò, §. qui pro rei qualit. n.13.ff.qui satisd. cog.* Capra *in tract. de notor.4. memb.n.62.*vbi quòd ita communiter*per Legistas tenetur & practicatur,Cõra.*in pract. tit.de notor.cri.n.13.prope fin.pag.mihi 240.col.2.in fi.* vbi pariter testatur de communi* opinione, licèt Bal.ibi per eum allegatus contrarium sensisse videatur:& Cõradum refert, & sequitur Clar.*in prac.q.9.vers.4.in fin.*pulchre Bossi.*in tit. quom.proced.in cri.notor. n.3.vers.nec Aretinus,& c.& n.8.in princip. & paulò post medium*, vbi quòd nec isto casu Iudici asserenti notorium creditur, nisi de eo constet ex actis, & sic quãdo factum est notorium populo, & non Iudici, quòd debeat probari non aliter, ac si non esset notorium, tradit idem Domin. Ioseph. Mascatd.*d.conc.1103.n.17.*

¶ Secunda est conclusio contra propositam ampliationẽ vrgens,ni fallor,de directo, & quæ ex præcedẽti cõclusione infertur, † quòd Iudex antequam super delicto notorio 85
procedat,debet desuper sumere informationes,& eas apud acta redigi facere;& aliter faciẽdo non solùm processus est nullus, sed & ipse Iudex subiacet periculo, ne teneatur in syndicatu. Probatur hæc cõclusio ex traditis post alios per Bossi.*in tit.quomo. proceden.sit in cri.notor.n.3.vers. caueat sibi* * *Iudex*, & latè prosequitur Foll. qui de cõmuni * testatur *in pract. cri.d.verbo,item quòd commisit crimen notorii, n.13.per tot.in discursu*,Capra *in trac.de notor.d.4.membro,n.59.& 62.* vbi quòd ita tenet cõmuniter & practicatur per Legistas. De communi etiam testatur Afflict.*in 2.par constitut.Regni, rubr.10.post num.30.*prout illum refert, & sequitur Clarus *in pract.q.9.vers.item quaero,prope fin.* Et licèt Inn.*in c. bona. il primo,de elect.& in ca.tua nos*,vbi etiam Hostien. *de cohab. cler. & mulier.* dixerint hanc Iudicis informationem super notorio esse potiùs ad cautelam,quàm de necessitate: horũ tamen opinio est intelligenda, vt procedat,quando agitur contra præsentem,qui fateatur,& nõ neget. Vnde secus, si contra absentem, vel contra præsentem negantem. sic in specie respondet Capra *vbi suprà, num.71.*

¶ Tertiò vrget contra eandem ampliationem conclusio, in qua redditur ratio præcedentium duarum conclusionũ, 86
† quòd scilicet quãdo Iudex vult procedere super notorio, iuris ordine nõ seruato, & sic suã iurisdictionem exercere, cũ specialitate & priuilegio notorij:tunc nõ potest sic procedere,nisi constito priùs de ista qualitate specialitatem & iurisdictionem tribuente:quod scil. delictum sit notorium, etiam quòd illud non negetur.Hanc conclusionẽ latè comprobat Capra *in trac.de notor.d.4.membro,n.56.57.61.62.& 73.* eámque declarat Mil. *in reper.vers.Notorium facti gesti.* Cõrad.*in prac.d.tit. de notor. cri.sub n.14.vers. vbi autẽ exigitur*, latè etiã Foll.*in pract. cri.verbo, item quòd cõmisit crimen notorii, n.13.in discursu,per totũ*, vbi *in princip. numeri* testatur de cõmuni * opinione,& allegat Aret. *in vulgato illo cõsil.in materia notorij,& consil.165.incip. dicit Ioannes Apocal.* & Ant.de But. *in tract.de notor.4. artic.n.29.& 40.* sequitur 87
nouissimè Ios.Mascar.*d.conclus.1103.n.32.* † Et ratio istius conclusionis est in promptu: quia qualitas tribuens iurisdictionem,semper in primis probanda est,antequã iurisdictio exerceatur, *l.2.§. sed si dubitatur,ff. de ind.l.si quis ex aliena, ff.eo.*Abb.& Doctor.*in c.si clericus laicũ,de foro compe.*Carrer. *in pract.in trac.de homicid.§.circa igitur tertiam,n.18.* Ferrer. * *consi.31.n.5.*& est communis,* vt per Vant.qui alios refert *in tract.de nullit.iurisd. vnde ac quibus mod. n.53.* vel tamen quòd sufficit summaria probatio, & non sufficit Iudicem habere iurisdictionẽ: nisi ipse sciat se habere,*l.multum,ff.de cond.& demonstr.c.prudentiam,cum ibi not.de offic.deleg.*

¶¶ Quid igitur dicendum? Sequens limitatio tollit has difficultates.

¶ Limita igitur propositam quintam ampliationem ptimò & principaliter(& cum hac limitatione concordan- 88
tur omnes contrarietates sup.deductæ)† vt scil.procedat in notorio facti continui & permanentis,quod scilicet quotidie oculis hominũ cernitur; & quod celari, aut negari minimè potest, tale inquã notorium probatione non indiget, vt in ampliatione probatur:at si secus in notorio facti trãseuntis,& momentanei,vtputà homicidio,& similib.De eo enim si per partẽ negetur,debet priùs Iudici, vt Iudici constare. Itẽ super eo Iudex debet informationes assumere, & non potest super eo,iuris ordine seruato, procedi,nisi priùs notorietate delicti probata,vt in propositis conclusionibus firmatum est.Sic enim distinguẽdo inter notoriũ facti permanentis,& notoriũ facti transeuntis tradiderũt gl. *in c.ad nostrã,extr.de iureiur.*Io.And.*in c.fin.de foro compet.in 6.* Sali. *in l.ea quidem,n.37.de accus.* Mill. *in repert.versi.notoriũ quotiescunq; negatur,in prac.cri.in princ.rub.indicia,quæ procedere debent,n.13.post prin.versi. Et licèt regulariter notoria nõ probẽtur,iunctis versi.fallit tamẽ in notorio facti transeũtis.* Rursus idẽ Nouell.*in suis regul.ad regulas.*Duẽ.*reg.113.in 2.fall* Cõrad.*in prac.d.tit.de notor.cri.n.12.* D.Ioseph.Ludo.*deci.Pernf. 67.n.16.& 22.2.par.*idẽ Dom.Ioseph.Masc.qui sup.*d.concl. 1103.n.7.&* 8.Io.Mar.Mõticell.*in reperi.testiũ,pa.407.col.1. ver.probat.plena*, ex quib.patet,hãc dictionẽ esse* cõmunẽ. *

¶ Amplia I.Hanc primam limitationem huius quintæ ampliationis,† vt pariter procedat in notorio facti interpo- 89
lati,quod probandũ esse,sicut notorium facti momentanei & transeuntis,dixerũt Abb.*in c.vestra,ad finẽ,de cohabi.cler. & mulier.*Sal.*in l.ea quidem,n.79.C.de accus.* Inn.*in c.tua nos, n.3.extr.eod.tit.*Iacob.Nouell.*in pract. cri.in princ.in rubr.Indicia,quæ procedere debeant,& c.n.13.ver.fallit etiam in notorio facti interpolati,*vbi allegat tex.*in c.in diœcesi.*& ibi glo.*in verbo,manifestos,de vsu.*& tex.*in c.eorũ, qui accusantur,2.q.3.* Rursus idẽ Nouell.*d.reg.113.in 3.fall.*Illustriss.Card.Alban. *in lucubr. ad Bart. in l.si verò, §. qui pro rei qualitate. n.12.ff. qui satisdat.cogan.*Conrad.*in pract.d.tit.de notor.cri.pag.240. col.2.n.12.*D.Ioseph.Mascar.*d.concl.1103.num.14.*

¶ Amplia II. Eandem limitationem in notorio iuris; † 90
vtputà resultante ex sententia, ex confessione & ex probationibus, vt suprà deduxi. Non enim potest Iudex in hoc iuris notorio,quod probationis est, se fundare,nisi constito priùs de ipsa probatione; & sic de sententia aut cõfessione, vt per Capram *in trac.de notor.mèbro 4.n.68.*vbi ad id allegat tex.*in c.sicut.de re iud.*& Ant.de Butr.*in d.c.vestra,de cohab.cler.& mulier.*Conrad.*in pract.d.tit.de notor.cri.sub n.12.* vbi post Abb.*in d.c.vestra,n.19.* Itẽ dicit esse in notorio præsumpto, & de notorio etiam præsũptionis,de quo loquitur etiam Spec.*in tit.de notorio cri.§. tam de notorio,n.1.* Ant. de But.*in tract.de notor. art.4.n.46.* vbi tamen in notorio præsumptionis declarando dicit post alios,quos adducit, quòd probato facto,ex quo ius præsumit notorium, non est necesse probare iuris præsumptionẽ;& sic quòd de iure ex illo facto insurgat notoriũ;quia quæ iuris sunt, notissima Iudici reputãtur,*l.ornamentorũ, ff.de auro,& ar.leg.cum similib.*

¶ Amplia III. Dictam primam limitationem † multò 91
magis procedere in notorio extra locũ iudicij:quòd siue sit facti transeuntis & momẽtanei, siue etiam permanentis & continui, probandum tamen esse per se fundantem in eo, vt probatur *in c.pudenda, vigesimaquarta,q.1. in c.eor.qui accusantur,2.q.3.in c.præsentium,17.q.4.* quæ iura in proposito allegat Nouell. *in pract. cri.in prin.de rub.indicia,quæ procedere debent,& c.n.13.ver. fallit in notorio extra locum,& in regula 113. in prima fallen.* Sal.*in l.ea quidem,n.79. C.de accus.* Spec.*in tit.de notor.cri.in rubr.n.10.* vbi propterea dixit dari octo dies ad probandũ notoriũ extra locũ,ex d. Octau. Vulpel.*resp̃so 116.n.3.l.1.* vbi loquitur in proposito de notorio iuris,scil.ex actis resultante,quod non procedit, nisi in loco,vbi acta sunt,& allegat Inn.*in c.ex insinuat.de appellat.* refert,& sequitur D.Ioseph.Mascar. *d.conclu.1103.n.27.* † Et 91
facit etiam id,quod in simili dicunt Doctores de consuetudine notoria, quòd licèt cẽseatur probata saltẽ præsũptiuè per testimoniũ Doctorum sic dicentiũ vigere consuetudinem;est tamen intelligendum,modò is Doctor testetur de cõsuetudine loci,in quo ipse versatur,quæ potest ipsi sic testanti esse notoria: at secus si testetur de cõsuetudine extra locum,quia tunc ei non creditur, & aliter probanda est,secũdùm cõmunem,* de qua post alios Strac.*in trac.de mercatura,tit.de decoctor.5.par.n.6.*Herc.*in trac.de neg.n.302.ver. 5.rẽstringerẽ.* Rol.*cons.94.n.22.vol.4* & plurib. cõprobat D. Hipp.Rim.*cõs.245.n.41.& seqq.l.3.*& si tẽpus dabitur, dicã latiùs hac de re in Quæst.ciuilib.credo erit sub *tit. 2.de iud.*

¶ Amplia IIII. Eandem limitationem multò magis † 93
procedere in notorio facti transeuntis dubio: quia quando dubium est, an quid sit notoriũ, vel non notoriũ,tunc quia in re ambigua capiẽda est tutior pars, *l.in obscuris, ff.de reg. iur.gl.2.in c.1.de off.deleg.in 6.*ideo in dubio iudicãdũ potiùs est, non

est,non esse notorium,quàm è contrà, Marsil. *in rubr.C. de probat.*sequitur Nouel.*in pract.vbi supra, d.n.13. versi. fallit etiam,quando dubium est,&c.& in reg.113.in 4.fallen.* & isto casu quando notoriũ negatur, esse necesse, quòd illud probetur, dixit Mill. *in suo rep.ver. notorium quotiescunque negatur*,& sequitur D.Ioseph.Mascard.*d.concl.1103.n.8.*

¶ Amplia V. Multò magis propositam primam limita-
94 tionẽ huius quintæ ampliationis† procedere, quando agitur contra absentem : tunc enim notoriũ est probandum,& nisi de notorio constet,processus nõ valet,Capra *in tract.de notor.mẽb.4.n.72.*nec dissentit Boss.*in tit.quom.proced.in cri. notor.n.9.&* 10. vbi ampliat duobus modis. Primò etiam in sententia Principis, quæ adhuc nulla erit,si contra absentẽ fuerit processum super notorio delicto, non constito quòd esset notorium. Secundò, etiam quòd contra eundẽ absentem procedatur vigore statuti volentis contumacẽ haberi pro confesso : quia isto casu ficta confessio non potest plus operari,quàm vera,vt ibi per eum, qui hanc vltimã ampliationem declarat vno modo,quem ipse ibidem videas.

95 ¶ Amplia VI. Eandem limitationem,† vt notorium facti transeuntis,& momentanei non solùm sit probandũ, vt dixi:sed etiã plenè probandũ,gl.Cyn. & Bal.*in l.ea quidẽ,C. de accus.*Abb.*in c.vestra,ad fin.de cohabit.cle.& mulier.* Natta *cõsi.252.n.8.vol.2.*D.Ioseph.Masc.*d.concl.1103.n.9.in princ.*
96 Cõra.*in prac.d.tit.de notor.cri.n.12.in fi.*† Et licèt contrariũ, quòd scil. nõ solũ non requiratur plena probatio, sed quòd imò sufficiat in notoriis extraiudicialis informatio Iudicis, etiã habita in Camera, & nõ in forma iudicij, dixerint Bal. *in l.1. C.vt quæ des.aduoc.*Arch.*in ca.inter vos, ext. de consuet.* Aret.*consil.126.in causa D. Antoniæ, col.2.*Mill. *in Rep.versi. notoriũ quotiescunque denegatur.*Soc.iun.*consi.65.n.40.vol.1.* Ceph.*consi.108.n.16.& 17.l.1 & consi.85.n.23. & seqq. eo l.*
97 Viu.*in com.opi.versi.notoriũ quãnis,in medio.*†Nõ tamẽ recedas à proposita ampliatione : idque loquendo,prout loquimur in terminis notorij transeuntis & momentanei, & præsertim in criminalib.in quib. cùm probationes debeant esse concludentes;&, vt aiunt,luce meridiana clariores;absurdum est dicere, quòd isto casu super notorietate delicti sufficiat extraiudicialis informatio,vt bene aduertit Clar.*d.*
98 *q.9.eo.ver.ltẽ quæro in fi.*Et hoc,†siue agatur ex officio, siue ad instantiam partis : vtroque enim casu notoriũ esse plenè probandum,reprobata opinione Speculatoris & Butrij,qui contrà sentiũt,& defendit Aret.*in cõsil.165.col.5.* prout illũ refert D.Ios. Masc.*cõcl.1103.nu.11.* In ciuilibus autem, aut notoriũ respicit decisionẽ causæ, aut ordinem procedendi. Primo casu requiritur plena probatio, secundo autem casu sufficit extraiudicialis informatio, secundùm Dec. & Mill. allegatos per eũd.D.Ios.Masc.*vbi sup.n.13.* Conrad.*in prac. tit.de notor.cri.n.20.pag.243.* Achil.Personal.*de adipisc. poss. n.161.*Osasc.*in dec.Pedem.22.n.4.*Ioseph.Ludo.*dec.Rotæ Lucen.36.n.5.1.par.*Io.Mar.Mõticel.*in reper.æst.pag.mihi 413. col.2.versi.40.*cum aliis,quæ,Deo dante,dicam in Quæstionibus ciuilibus,credo erit sub tit.*de legib.statut. & cõsuetud. l.4.*vbi agetur de probatione stili,& consuetudinis notoriæ. Igitur vt ad rẽ redeã,non recedas à proposita ampliatione, quòd scil. notorium sit plenè probandũ : quia in contrariũ allegata,vel loquuntur in notorio facti permanentis,vel in ciuilibus quoad ordinem procedendi.

99 ¶ Amplia VII.† Vt notoriũ non solùm sit probandum, & plenè,vt suprà dictum est:sed etiam iuris ordine seruato, per testes scil. iuratos & parte citata examinatos, Ioã.And. ad Spec. *in tit.de notor.cri.§.iã de notor.verbo,testis quoq.* Bal. *in c.1.§.dãna,de pace Cõstan.*Imola,Gem.& Franc.*in c.1. de offi.deleg.in 6.* Æmil.Ferret.Bos.*cons....n.33.par.1.*Boss.*in tit. quomodo proced.in cri.notor.sub n.8.& sub n.10.& in tit.de de-*
100 *nũciat.sub n.9.*Et licèt contrariũ,† quòd imò probationes,& informationes notorij recipiantur iuris ordine non seruato per testes nõ iuratos,& parte nõ citata,dixerint Inn. *in c.bonæ,il primo,*per illũ tex.*ext.de elect. & in c.quanto,de transl. prælat.& in c.interposita,in fi.magnæ Glo.de appel.* Arch.post Host.*in d.c.1.de offi.deleg. in 6.* cũ aliis per Capram *in tract. de notor.4.membro, num. 22. & 63.* Conrad.*in pract.d.tit.de notor.crim.sub n.11.& n.14.versi.sed informationem hanc,*Ant. Gom.*d. tit.de delict.c.1.n.43.in fin.*Viui.*in com.opi. d. verbo Notoriũ quãuis,ver.imò Iudex,&c.*Foll.*in prac.cri.d. verb.itẽ qnod cõmisit crimẽ notoriũ.n.28.* Non per† hoc tamẽ recedas 102
à proposita ampliatione,quæ, vt vides, loquitur in notorio facti transeuntis,& momentanei: contraria autẽ loquũtur, vel in notorio facti permanentis,vel vbi iam semel cõstitit de notorio, prout bene aduertit D. Ioseph. Mascar.*d.concl. 1103. n.12.* vbi adducit concordãtes pro hac declaratione.

¶ Amplia VIII. Dictam primam limitationem huius quintæ principalis ampliationis,† vt testes super probatio- 101
ne notorij debeãt reddere concludentẽ rationem eorũ dicti,etiam non interrogati,Io Andr.*in addit.Spec.in tit.de notor.cri.§.fi.*Franc.*in capit.consuluit.n.3.* & ibi Abb.*n.2. de appellat.* idem Abb.*in c.cùm causam,col.2. de testib.*, Ias. *in l. si vero,§.qui pro rei,n.14.ff.qui satisd.cogan.* Io. Mar. Monticel. *in Repert.test.pag.407.col.1.ver.1.*Capra.*in tract.de notorio,in* *
*6.membro,n.10.in princ.*vbi testatur de communi*opinione, & sequitur D.Ioseph.Mascar.*vbi sup.concl.1105.n.2.*† Mul- 103
ta enim dicũtur notoria,quæ non sunt,*d.c.consuluit.*& ibidẽ Abb. *n.2.de appellat.*Sali.*in l. ea quidẽ,in fi.C.de accusat.*Bos. *in ti. quom.proced.in cri.noto.n.3.ver.caueat sibi Iudex,* Ceph. *cõs.201.n.9.l.2.*& quotidie de notorio loquimur,& quid sit notoriũ ignoramus,glo vnica,*c.manifesta,2.q.1.*Clar.*in pra. d. q.9. in prin.* & cùm notoriũ non facile sensu corporis cõprehendatur,adeò vt etiã periti titubent in scientia notorij, ideo non creditur testibus asserentibus, quid esse notoriũ, nisi etiam eorum dicti rationem reddant concludentẽ, per præallegata. ¶ Quando autem dicantur testes reddidisse concludentem rationem, dicam *in seq.ampliatione*

¶ Ampliando IX. Hanc eandem limitationem, nota vnũ in proposito,† tu procurator,qui fabricas interrogato- 104
ria euacuãda per testes, qui super notorio deponere debẽt; vt semper facias eos interrogare,si sciãt,quid sit notorium, & quãdo factũ de iure dicatur notoriũ quia isto casu in testibus est potiùs quærenda definitio quàm definitum,Felin. *in c.cùm contingat.n.15.de rese.* Io. Mar.Monticell.*in Repert. testiũ,pag.406.col.2.ver.fi.* & si respondeãt se ignorare,quid sit notoriũ, vel si id scire dixerint; & tamẽ ex eorũ responsione appareat,quòd re vera illud nesciant,minimè probabunt,quia deponẽtes super notorio, debent scire naturã & proprietatẽ illius. Quòd si testis verã notorij definitionem asserat,& sit iuris imperitus,interrogetur rursus,quomodo, & à quo hanc definitionẽ didicerit:& si dicat, se didicisse à producẽte,vel aduocato,præsumitur subornatus,maximè si didicerit post litem motã,secund.Spe.*in ti.de notor.cri.§. fin. versi.& si testes.*Quòd si dicat testis à se ipso definitionẽ didicisse,& ante litẽ motã iterum interrogetur, quot hominum scientia, vel præsentia requiratur ad constituendũ notorium:& si bene testis respondẽdo certum numerum assignet,quæratur demũ ab eo, quomodo nouerit tot hominũ scientiam & præsentiam inducere notorij præsumptionem: & sic deinceps,vt constare possit,vtrũ testis deponat instructus & subornatus,an verò ex certa sciẽtia, secũ D.Ioseph. Masc.qui hęc pulchre explicat,*d.concl.1105.in fi.n.7.* verùm si testis iudicio meo iuris ignarus ad prædicta interrogatoria nõ ita subtiliter & iustè per verba iuris respõderet notoriũ definiẽdo ; sicut faceret quilibet Iurisperitus:sed in substãtia & ex eius respõsione grosso modo facta, & per verba facti colligeretur,qnòd ipse non ignorat naturã,& qualitatem notorij ; hoc credo sufficiat per ea,quæ infra dicã *in 2. l.in tit.de indic.& tort.q.47.n.219.& seq.* vbi agã in simili super probatione famæ,& an, & quando testis interrogatus, quid sit fama:respõdere teneatur,& quomodo,& quòd suf. ficiat respõdere,& definitionẽ afferre per verba iuris,& nõ facti,dixit cõmunẽ* post alios,quos allegat cõcordãtes,idẽ * D.Ioseph.Masc.*concl.749.n.35.li.2.*Sed hanc materiã latiùs reassumpsi *in 3.l.1.de oppos.cõtra exam.test.q.73.n.38.& seqq.*

¶ Amplia X. Eandẽ limitationẽ,† vt ad hoc vt testes 105
probent factum notorium, debeant deponere non de fama populi, vel maioris partis:minùs de auditu à populo, vel à maiori parte:sed de visu,quòd scil. populus,vel eius maior pars fuit præsens facto,de quo agitur;& sic testes debẽt cõcludere certã populi scientiã, non per sensum auditus, sed visus, ita & taliter quòd possit populus directò esse testis, vt putà si dicãt,scio notoriũ esse, quòd Titius occidit Semproniũ;quia præsens fui,& vidi totũ populum,vel maiorem partẽ videre.Sumitur hęc ampliatio ex tex *in c.cũ dilect. de*

purga-

purgat.canon. Archid.*tit.de appellat.in sexto.* Spec.*in tit.de notor.cri.§.fin.vers.testes quoque*, & ibi Io.And.*in addit.* Capra *in tract.de notor. membro secundo,n.*8.*& n.*6.*& membro sexto, n.*10.*vers.videndum, &c.& n.*12. D.Ios. Mascar.*vbi supra, conclus.*1101.*n.*9.*&* 20.*concluſ.*1105.*n.*2.*& n.*6. Conrad. *in pract.tit.de notor.crim.n.*15. Foller. *in pract. crim. verbo, item quòd commisit crimen notorium sub n.*12.*& sub n.*15. Boss. *in tit.quomodo proced.in crim.notor.num.*13.

106 ¶ Limita I. Hanc decimam ampliationem,† vt procedat in facto notorio recenti: secus in facto antiquo, vel de longinquo loco, in quo sufficit quòd deponant de fama & de auditu,*c.veniens,de verb.sign.in sexto*, Ant.de Butr.*in tract.de notor.artic.*4.*n.*33. Mill. *in repert.test.vers.notoriũ facti*, Capra *in tract.de notor.memb.* 4.*n.*74. vbi adducit concordantes, & *memb.*6.*n.*11.*& n.*18. Conrad.*in pract. pariter vbi sup.sub d. n.*15. Fol.*in pract.pariter vbi sup.sub n.*12.*& n.*15.*in fi.* D.Ios. Masc.*cõcl.*1101.*n.*21.22.*&* 23. vbi hac adhibita distinctione concordat contraria,*& concl.*1143.*n.*24.*& concl.*1105.*n.*6.

107 ¶ Limita II. Eandem decimam ampliationem,† vt licèt testes debeant deponere de visu & de præsentia populi in facto: non tamen est necesse, quòd ipsi directè deponant de facto, quia probata directè notorietate facti, resultat indirecta probatio ipsius facti. Ideo si testes dicant, Titium occidisse Sempronium præsente & vidente populo, vel maiori parte, & quòd ipse vidit sic populum videre vel maiorem partem, satis dicitur probatum, quòd Titius notoriè occidit Sempronii, etiam quòd testis non dicat se vidisse dictum Titium occidentem Sempronii: sufficit enim, quòd testis deponat de præsentia populi in facto, licèt non deponat de ipso facto, Cyn.& Bal.*in l.ea quidem*,& ibi etiam Sali.*in 6.q. C.de accus.* Bal.& Ang.*in l.cives, C.de appel.* Soc.*in l.si verò.§. qui pro rei qualit.n.*6.& ibi Ias.*n.*13.*ff.qui satisd.cogan.* Cõrad. *in pract.d.tit.de notor.cri.n.*15.*prope fi.* plures adducit concordantes Capra *in tract.de notor.memb.*4.*n.*65.*& seq.& mẽb.*6. *n.*12.*vers.tamẽ non est necesse*, Boss.*in tit.de denũc.n.*8. Foll.*in pract.d.verb.itẽ quòd cõmisit crimen notoriũ,* 15.*in fi.* & de cõ-
* muni* testatur Clar.*in prac.d.q.*9.*vers.item quero, post mediũ.*

¶ Contra hanc limitationem fortitet argumẽtatur D.Ios.
108 Masc.*d.concl.*1107.*n.*21.*& seq.*† Omne enim notoriũ, vt notorium dicatur, duos requirit comites, apparentiã scilicet, & existentiã, vt dicit Bal.*in auth.qui semel,col.*3.*Cod.quom.& quæn.Ind.* Item notorium nihil aliud est, nisi quædã adiectio qualitatis principali enti: vnde nisi cõstet de principali ente & substãtia, & sic de facto, non potest constare de notorio, quod est qualitas. Idẽ Bal.*in c.bone,n.*22.*de elect.* Dec.*in c.cõsuluit,il primo, n.*3.*de appellat.* Feli. *in c. super literis, n.*32.*de reseri.* Qualitas enim sine subiecto stare non potest, Ias. *in rub.de act.n.*3. Ideo per testes plenè & cõcludenter probandũ priùs est factum,& postea notorietas facti, Ægid. *concl.* 737.*col.*2. Rota *dec.*6*col.*1.*de except.in nouis.*& sic nõ video, quomodo possit dici plenè probata notorietas homicidij contra occidentẽ, nisi priùs plenè probato ipso homicidio, prout bene aduertit Io.Andr.*in addit.æd Spec.in d.tit.de notor.cri.§.iã de notoriis, ad fi.* & propterea limitationẽ propositã non solũ periculosam crediderim, vbi bene etiã aduertit
* Clar.*in loco citato*, licèt eam communem* dicat: verũ etiam minus veram notoriè ex præallegatis apparet, & sic minimè in iudicando sequendam, saltem quoad condemnandũ; licèt secus forsan posset esse quoad procedendum, vt post Mil.declarat D.Ios.Masc.*vbi suprà,num.*25.

109 ¶ Limita III. Eandem decimã ampliationem: †quia licèt necesse sit, quòd testes deponant de præsentia populi in facto, sufficit tamen, quòd sint duo, arg.tex.*in c.in omni negotio, ext.de testib.in l.vbi numerus, ff.co.* Spec.*in tit.de notor.cri.§. iã de notor.ad fi.* Ant.de Butr.*in tract.de notor.arti.*4.*n.*63.gl. *in c.Deus omnipotẽs,§.quãdo autẽ,in verb.Iudicis*,& ibi etiam Arch.2.*q.*1.item gl.*in c.item sape,*14.*q.*3.Sali.*in l.ea quidem, n.*88.*de accus.* vbi testatur de communi* opinione, Marsc. *in rub.C.de probat.n.*229. Nouel.*in prac.cri.in princ.rubr. indicia,quæ precedere debẽt,sub n.*13.*ver.secũdus modus est*, Fol. *in prac.cri.d.verb.itẽ quòd cõmisit crimẽ notoriũ,n.*16. Cass.*dec.* 3.*n.*3.*tit.de probat.* Cõrad.*in prac.tit.de notor.cri.sub n.*14.*prope fi.pag.*241.*col.*1.*in fi.* Vitu.*in com.opi. ver. notoriũ quando, in fi.* D.Ioseph.Mas.*concl.*1105.*n.*1. Clar.*in prac.d.q.*8.*ver.quero nũc*, Capra *in trac.de notor.mẽb.*6.*n.*7.8.*&* 9. vbi etiã testatur de cõmuni opinione, Ant.Gom.*tit.de delic.c.*1.*n.*44.*in princ.* Io.Maria Mõticel.*in Repert.test.pag.mihi* 358.*col.*2.*ver.fi.* vbi quòd duo testes probant maleficiũ commissum corã mille personis. & ita *in pag.*406.*col.*2.*ver.*4.*incip.testes duo,&c.*

¶ Limita II. Propositam quintam principalem ampliatione positã *sup.n.*79.*& seqq.*† dum dixi, notorium nõ esse probandũ: nam etsi non sit probandum, est tamen allegandũ: quia etsi notoriũ releuat ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi, gl. *in clem.appellanti,de appel. & in l.ciues,& incola,C.eod.tit.* per regul.*l.si adulter. cũ incest. §.idẽ si Pollioni,ff.de adult.* Bar.*in l.si vnus,§.pactus,ff. de pact. & in l.cùm quid.n.*15.*ff.si cert.pet.* Mill.*in Rep.ver.notor.nõ excusa.* Betti. *cons.*149.*n.*4.*vol.*1. Capra *cõcl.*17.*n.*8.*& tract.de notor.mẽb.*4.*n.*77. Mars.*in rub.C.de proba.n.*220. Natta *cons.* 219.*n.*4 *& cons.*275.*n.*1. Bero.*cons.*18.*n.*54.*vol.*3. Crot.*cons.* 110.*n.*8. Bursat.*cons.*43.*n.*26. D.Iosep.Masc.*d.concl.*1104.*n.* 1. Alciat.*de præsumpt.reg.*2.*præsum.* 12.*n.*33. Menoc.*de recuperan.possess.in* 1.*remed.n.*165.*& in* 15.*remed.n.*264. Viui. *in com.opi.d.ver.notor.quãuis*, Cõrad.*in prac.tit.de notor.cri.n.*20. *in prin.d.rub.indicia,quæ præced.debent,n.*13.*post prin.* Herc. *in trac.de negat.n.*60.*& seqq.* & de cõmuni* testãtur Crot.*in* * *l.*1.*§.hoc autẽ edict.n.*57.*ff.de noui oper.nũcia.* Ias.*in l.si verò,§. qui pro rei, n.*11.*& seqq. ff.qui satisd. cog. n.* vbi docet, quòd non solùm notorium debet allegari, sed & de tali allegatione debet Iudici constare, Tiraq. *de retract.glo.*1.§.52.*nu.* 98. Couarr.*in c.Rayn.§.*11.*n.*3.*ext.de test.*

¶ Sublimita Hanc secundam limitationem pluribus 111
modis, quos hic omitto; †quia non videtur materia multũ vtilis, præsertim Criminalistis: sed de illis videre poteris apud Diaz *in reg.*496. latiùs,& nouissimè apud Dominum Ioseph. Mascar.*in d. concluſ.*1104.*per tot.* vbi facit regulam cum pluribus ampliationibus & limitationibus

¶ Ampliа VI. Principalem regulã supra positã,† *n.*61. 112
In tantũ verum esse in notoriis iuris ordinẽ non seruari, vt propterea in iis nec sententia requiratur, sic videtur probari *in l.ictus fustiũ*, & ibi gl.*ff.de his,qui notan.infam. & in sapius allegato c.vestra,de cohab. cler. & mulier.* Inn. *in c.ex parte, il primo,de verb.signif.* Carrer.*in pract.in* 1.*tract.de appel.§. secundus erit casus,n.*29. Dec.*in c.at si clerici,n.*141.*ext.de indi.* Noue.*de reg.*113.*in* 5 *fallen.* Gram.*decis.*36.*num.*42.*&* 57. Boss.*in 11.quom.proceden.in crim.notor.num.*16. vbi post And. de Iser. quem allegat, inferendo dicit, quòd quando crimen est notorium, tunc Princeps etiam absque sententia potest bona delinquentis alteri donare, & donatarius isto casu semper erit tutus absque eo, quòd doceat de sentẽtia: dummodo tamen habeat modum probandi crimen fuisse notoriè patratum. † Et sic notoriũ habet vim sententiæ, secund. 113
gl.*in d.l. ictus fustium.* & sententia & notorium æquiparantur,*c.*5.*de cleri.coniug.l.emptorẽ,in princ.ff.de actio. emp.* idem Boss.*in loco nuper citato,n.*18.*&* 19. vbi de materia.

¶ Contrarium, † quòd imò etiam in notoriis requiratur 114
sententia, tenuit *l.in c.ab excõmunicato, de reseript.in c.super eo.de testib.cogẽ.in c.cùm sit Romana,de appell.in c. quæ Lotharius*, vbi Arch.2.*q.*1.*in c.dilectus, de purg.c.* canõ.*& in c.euidẽtia,in verb.non indiget clamore,de accus.* Bart.*in l.emptorem,in princ.ff.de actio.empt.* Bal.*in l.*1.*C.ne ex delic.defunc.* Capra *in trac.de not.*4.*memb.n.*84. vbi testatur de cõmuni* opinione, *
Mar.*in rub.de probat.n.*228.*& in rub.Cod. ad leg. Cornel. de fals.n.*49.*& seqq.& in prac.cri. §.aggredior,n.*133. Abb.*in c. vestra,n.*18.*de cohab.cleric.& mulier.& in c.si pariter n.*18.*de confessis.* Cõrad.*in prac.tit.de noto.cri.n.*4.*prope fin.* vbi pariter testatur de cõmuni,* Rolãd.*cõs.*53.*n.*34.*& seqq.vol.*2. Ant. *
Gom.*dicto tit.de delict.c.*1.*n.*45.*in princ.* vbi allegat tex.*in c. porro,de dinort.* Clar.*in prac.q.*9.*vers.præterea quæro, in princ.*

¶ Pro concordia autẽ distingue, † quòd prima opinio pro- 115
cedit in sententia solemni, & cũ requisitis, de quibus *in c.si. de re iudi & in tit.de senten.ex breuic. recitã per tot.* talis enim solemnis diffinitiua sentẽtia in notoriis non requiritur. Secunda autẽ opinio procedit in aliquali sentẽtia, vtputà sine scriptis, seu aliàs non solẽni: talis enim sententia requiritur etiã in notoriis. Et hęc cõmunis* distinctio Doct. de qua per *
Arch.*in d.c.Lothar.*2.*q.*1.*& in c,Felicis, de pœ.in* 6.*ad fi.mag. gl.* Io.And.*in c.ex part.de verb.sign.& in addi.ad Spec.in* 11.*de notor.cri.§.notor.ver.ad id autẽ*, Io.Cal.*in c.vestra,de coha.cler. & mul.* quos & alios referendo sequitur Capr. qui bene declarat materiã,& eũ videas,*in tra.de not.mẽb.*4.*n.*81.*& segq.* vbi propterea hoc obtinet, quod isto casu loco sententiæ,

tam

tam in ciuilibus quàm in criminalibus sufficit præceptum in notoriis facti. Sed quid iuris in notoriis iuris, vide *ibi nu. 88. & seq.* Foll. *in prac. crim. verbo, Item quod est notorium delinquens, n. 20.* vbi pariter quòd loco sententiæ & condemnationis reo intimatur, cur & qualiter mittitur ad supplicium pro tali causa, Gram. *d. decis. 36. n. 44. & 45.* Ant. Gom. *dicto tit. de delict. c. 1. n. 45.* Conrad. *in pract. tit. de notor. crim. num. 17.* vbi alios adducit concordantes, & testatur de cõmuni,* Bossius *d. tit. quom. proced. in crim. notor. num. 15.*

116 ¶ LIMITA Hanc sextam ampliationem, † vt licèt in notoriis non requiratur sententia diffinitiua, si tamen reus neget notorium, debet Iudex pronunciare quod est notorium; & sic desuper ferre sententiam declaratoriã. Aliter iuris ordine non seruato ad condemnationem minimè procedere poterit, ita post Abbat. Cardin. Gram. & Gandin. quos allegat, concludit Foll. *in pract. cri. d. verbo, item quòd est notorium delinquens, nu. 14.* vbi, & quod plus est, quòd ab hac declaratoria & pronunciat. super notorio datur appellatio (& de hoc dicam in sequenti ampliatione,) Decian. *consi. 483. n. 27.* Carrer. *in pract. crim. in 1. tract. de appellat. §. secundus erit casus, n. 11. & seqq.* Vbi & alij referuntur concordantes. Boss. *d. tit. quomo. proceden. in crim. notor. n. 14.* D. Ios. Mascar. *in conclu. 1101. n. 1.* vbi post Aret. *in d. consi. 165. col. 5. versi. secundò principaliter,* Ferret. *consil. 31. nu. 5. l. 1.* & Clar. *in pract. d. q. 9. versi. plus dicunt,* testatur de æquiori, veriori, & magis com-
* muni* opinione. [Hier. Lauren. post hæc scripta habitus *dec. Auenionen. 15. n. 11.*] & licèt contrarium, quòd scil. imò in notoriis nulla requiratur declaratoria, tenuerint plures relati per Boss. *vbi sup. nu. 18.* vbi propterea infert, in notorio crimine bona delinquentis posse confiscari & apprehendi absq; alia declaratione, Nouel. *in pract. cri. in princ. in rub. indicia, quæ præcedere debẽt, sub n. 13. paulò ante fi. versi. & minùs in notoriis,* vbi quòd hæc interloquutoria pronũciatio super notorio, fit potiùs ad cautelã & bene esse, quam de necessitate, Couar. *in repet. c. alma mater, n. 9. de sent. excom. in 6.* vbi quod hæc contraria opinio in plerisque locis frequẽtissimo omnium consensu recepta est: non per hoc tamen recedas à proposita limitatione, quæ non solũ, vt dixi, est æquior &
* communior,* sed etiam in praxi recepta, teste eod. Didaco *in loco præallegato,* prout illũ refert Clar. *d. q. 9. versi. Præterea quæro, in fi.* & contraria debent intelligi, vel quãdo est notorium facti permanentis, quod nulla potest tergiuersatione celari, & quotidie & semper oculis hominũ subiicitur: vel quando per reum non negatur notorium: & tamen vtroque casu etiam ad cautelã & bene esse tu Iudex pronũcies super notorio, vt per Nouel. & Fol. *vbi sup.* qui cõcordãtes allegãt.

117 ¶ AMPLIA VII. Regulã, † vt in notoriis non detur appellatio, in quib. nõ obstante appellatione Iudicẽ posse ad executionẽ suæ sentẽtiæ deuenire, probat tex. *in c. cũ sit Romana, §. fin.* ibi, *Nisi fortè, manifestus raptor, vel fornicator existat,* vbi etiã gl. And. & Doctor. *ext. de appella.* tex. *in c. peruenit, & in c. consuluit, il primo, eod. tit.* itẽ & tex. *in c. Romana,* & ibi gl. & Doctor. *de appella. in 6. & in c. cũ speciali, §. porro, de appel.* gl. *in c. manifesta, in gl. 1. in medio,* & ibi etiã Arch. & Doct. *2. q. 1.* itẽ gl. *in c. vestra, in gl. magna, in medio,* & ibi Ioã. And. & Card. *col. pen. q. 30. ext. de cohab. cler. & mulier.* Inn. *in c. tua nos, col. 2. eod. tit.* Spec. *in tit. de notor. cri. §. fi. col. pen. versi. cũ talis, n. 15. & in §. 1. n. 7. versi. quid si auditus, & in tit. de appellat. §. nouissimè, sub n. 2. versi. 7. casus, & n. 12. versi. & nota quòd hodie,* Bald. *in l. addictos, C. de Episcop. audien.* Marsi. *in l. vnica, n. 93. Cod. de rap. virgin.* Ang. *de malefi. gl. præsente Caio & appellante, col. 1. n. 4.* Sali. *in l. ea quidẽ, n. 78. C. de accus.* Rota *decis. 68. aliàs 761. incip. sciendũ, ad mediũ, de appella. in antiquis.* Oldr. *consil. 16. col. 2.* Romã. *consi. 324.* Marãta *in Spec. in tertia parte 6. part. principalis, q. 2. n. 175.* Manfred. *de attentat. l. 2. concl. 71.* Guid. Pap. *in tract. de appellat. q. 120. col. 4. ver. sed aduertas,* Duẽ. post Ant. de Butr. Panor. Dec. & alios quos allegat, *in reg. 42. incipiẽ. appellat. pendẽte, n. 12. in 12. limit.* Aufre. *in addit. ad decis. vltim.* Capella Tholo. Crot. *in consil. 101. viso pũcto, n. 9. & seqq.* Capra *in tract. de notor. 4. memb. n. 95. & omnib. seqq.* vbi latè de materia, de qua etiã ante eũ Nic. Mil. *in suo Reper. ver. notoriũ an impediat appellationem, cũ plurib. seqq.* Grã. *dec. 36. n. 31. & 34.* Cõrad. *in prac. tit. de notor. cri. n. 17. in fin.* Foll. *in prac. cri. verb. item quòd est notorius delinquẽs, n. 21.* Nouel. *in prac. cri. in prin. §. indicia, quæ preced. debẽt, n. 1. prope finẽ, ver. insuper notorium criminosus nõ appellat,* Ant. Gom. *tit. de delict. c. 1. n. 47. in prin.* Clar. *in pract. q. 94. ver. solet etiã dici,* vbi testatur de cõmuni* opinione post Anan. *in c. quàm pernicioſum, post n. 1. ext. de vsur.* plenè D. Rober. Lancell. *in suo trac. de attentat. 2. par. c. 12. limit. 9. n. 1. & seq. & c. 11. n. 29.* vbi ampliando hanc conclusionem post Ant. de But. Oldr. Firmã. & Io. Bapt. Asin. quos allegat, dicit in notoriis posse exequutionem fieri non solùm appellatione pendente, sed etiam appellandi termino pendente. Huius autem septimę ampliationis est ea ratio, secund. D. Conrad. *de moment. possess. limit. 3. ratione iuris canon. n. 36.* quia scilicet in notoriis Iudicis pronunciatio non est propriè sentẽtia, sed quædam iuris executio. Inno. *in c. ex par. il primo, de verb. signifi.* Rom. *sing. 324.* Dec. *in d. c. speciali, §. porrò, in princ. ext. de appellat.*

¶ Et ad materiam huius ampliationis vltra infrascripta, 118
vide quæ dixi ĵ. *in 2. par. tit. de var. ac diuer. q. q. 101. n. 60. & seqq.* & etiã Car. *in prac. cri. in trac. de appel. §. secũdus erit casus, n. 2.* vbi quòd etiã in notoriis datur appellatio ab excessiu pœnę, *& n. 6. & seqq.* vbi pariter dicitur, quòd datur appellatio, quãdo delictũ est manifestũ, nõ tamẽ notoriũ, iuxta ea, quę dixi *sup. n. 4. & seq.* & has claras declarationes ponit etiã Additionator *ad Cõst. Mar. l. 1. c. 2. in verb. notoriis, n. 5. & 6.*

¶ LIMITA I. Hanc ampliationẽ † non procedere, quando in appellatione exprimeretur causa aliqua, per quam notoriũ offuscaretur; vtputà in confesso, qui in appellatione dicit confessionem, vel etroneam, vel metu tormentorũ emanatã non sufficere: tunc enim appellationẽ dari, & Iudicem à quo iurisdictionẽ habet, taliter suspẽdi, vt non possit suam exequi sententiã, probat glo. *in c. Romana, §. si autem, in verb. mandetur,* & ibi Doctores, præcipuè Io. Monac. *n. 13. de appellat. in sexto,* Frã. *in c. cùm speciali, §. porrò, col. tertia, n. septimo, versiculo ex prædictis nota. & ver. quando autẽ in criminalibus, de appell. & in dicto cap. Romana, eod. §. si autẽ, n. 5. vers. quando verò notorius expressa legitima causa, &c.* Mil. *in Reper. ver. notoriũ licèt regulariter impediat,* Aufrer. *in addit. ad dec. Tholos. 500. in penult. addition.* Imo. *in dict. § porrò, n. 7.* Bal. *in dicto cap. cùm speciali, n. 19.* propterea admonet, quòd appellans non dicat, *Appello à confessione mea, vel appello ab errore meo: sed appello à Iudicis sentẽtia, non obstante confessione mea; quia fui confessus per errorem, vel per metũ, quem intendo probare corã Iudice appellationis.* & hoc sequitur Contard. *in l. prima, C. si de momẽt. possess. dicta tertia limit. ratione iuris canonici, n. 39. & seqq.* & D. Robert. Lancel. *de attentat. d. 12. ead. nona limit. n. 4. & seq.* tum enim, vt suprà dixi, *n. 16. 27. & 32.* notorium desinit esse notorium, & non operatur suos effectus, quando aliquid allegatur, per quod illud offuscetur: ideo non est mirum, si, vt prædixi, isto casu datur appellatio, vbi aliàs nõ daretur: † prout etiã pariter eadem ratione datur appellatio, 119
quando notorium habet aliquam excusationem seu defensionem, iuxta ea quæ generaliter suprà dixi, *n. 70. & seqq.* & in specie tradit Cõtard. *vbi suprà n. 38.* & est de mente Clari *in d. q. 94. versi. solet etiam dici, iuncta q. versi. quæro nunquid,* verùm de materia huius ampliationis, dicam *infrà in li. 4. sub tit. de var. quæst. qu. 101. num. 64.*

¶ SVBLIMITA Hanc primam limitationẽ † si in appel- 120
latione exprimeretur causa offuscans notorium: vnde secus vbi causa non exprimeretur, quia tunc quòd contra notoriũ fuerit in actis oppositum, si de oppositione specificè non fit mentio in appellatione, nec auditur appellans: Iudex à quo appellationi deferre non tenetur, nec Iudex ad quem debet eam recipere, vt per Host. Cardi. Arch. & alios *in c. Romana, §. si autem, de appellat. in sexto, & in dicto c. cũ speciali, §. porro, & in dicto c. cùm sit Romana,* vbi præsertim Bellã. *n. 22. extra eod.* Tiraq. *in tract. de pœnis tẽperan. in præfatione, n. 69.* refert & sequitur Cõtard. *in dicta l. prima, C. si de momẽ. possess. in tertia limit. ratione iuris canonici, n. 42. & seqq.* † Et est in prõptu 121
ratio generalis; quia vbi aliàs à iure est prohibita appellatio, tunc si ex aliqua rationabili causa ab eod. iure admittitur illa causa faciens admittere appellationẽ, est omnino & specificè exprimenda: aliàs Iudex à quo non tenetur in executione supersedere, nisi à superiore sibi fuerit inhibitum, vt per eosdem Doct. *in dicto capit. Romana, §. si autem,* videlicet Ioan. Andr. *nu. 7.* Arch. *n. 11.* Ioan. Monach. *n. 13.* Gem. *num 7.* Franc. *nu. 5. de appellat. in sexto,* Abba *in capit. vt debitus, in princip. & n. secundo,* & ibi etiam Franc. *n. tertio, versicu. alii,*

&c. ext.

& c.ext.eod. Felin. *in c. super literis, n.* 17. *de rescript. & in c. quod ad consultationem, n.* 18. *& seq. de re iudic.* Imo. *in lib. creditor iussus, col. ante pen. versi. si verò queritur, ff. de appellat.* Ang. *in l.* 1. *§. interdum, n.* 3. *&* 4. *ff. quis & à quo,* Dec. *in c. ad nostram, n.* 10. *de appellat.* Romã. *cons.* 324. *circa fi.* Franc. *in c. consuluit, n.* 3. *& in c. constitutis, n.* 18. *de appel.* Cuman. *cons.* 60. Didac. Couatr. *pract. q. c.* 15. *sub n.* 1. *& c.* 23. *n.* 5. *versi. secunda concl.*

122 ¶ Limita II. Eandem decimam ampliationem † non procedere, quãdo Iudex ad quem inhibuisset Iudici à quo: tunc enim, etiã quòd simus in notorio, Iudex à quo non potest exequi suam sententiã, sed recurrendũ est ad Iudicẽ ad quem, vt reuocet inhibitionem, cùm simus in casu non appellabili. Iste videtur casus *in d.c. Romana, §. sin autem potest sententiã,* & ibi gl. ordinaria finalis. Io. And. & Doct. *de appell. in sexto,* Steph. Aufrer. *in addit. ad dec. Tho.* 500. *qua est ultima, in ultimis verbis,* Carrer. *in pract. de appel. §. secũdus erit casus, n.* 4. *in fi.* Ant. Gom. *de delict. d. c. primo, sub n.* 47. *post mediũ,* D. Rober. Lancel. *de attenta. d. c.* 12. *eadẽ nona limitatione,*

123 *n.* 9. † Generale enim est, non solùm in notoriis, sed etiã in omni alio casu, in quo de iure appellatio est prohibita, Iudicem à quo non posse ad exequutionẽ Iudicis ad quẽ deuenire post inhibitionem Iudicis ad quẽ, vt per eundẽ D. Rober. Lancel. *in eod. tract. de attentat. c.* 12. *in prima limitatione, n.* 101. *& seqq. & in limitatione* 50. *n.* 128. *& seqq. n.* 213. *& seqq.* vbi declarat, *& limitatione* 53. *n.* 54. *& c.* 20. *in prima ampliatione, per totam,* vbi latè infert, *& in* 11. *ampliatione, n.* 7. *& n.* 13. inhibitio enim siue iusta, siue iniusta timenda est, Rota *decis.* 26. *aliàs* 307. *nota quod incipit audientia, in fine, de appellat.* cum aliis de quibus, & de materia latiùs dicã Deo dante, *in* 2. *lib. Quæst. ciuilium, sub tit. de appell.* & dixi generaliter *infrà, in* 2. *parte, tit. de var. ac diuer. q. quæst.* 101. *n.* 109.

124 ¶ Limita III. Eandem ampliationem. † vt non procedat in notorio probationis, de quo dixi *suprà, n.* 20. *& seqq.* hoc enim casu datur appellatio, vt post Mill. tradidit idem Dõ. Rober. Lancel. *de attentat. d. c.* 12. *limitatione* 9. *n.* 22. vbi idem propterea dixit † in notorio per famã, vt per Spec. *in tit. de*

125 *appellat. § in quibus, sub nu.* 13. *versi.* 10. *in delictis notoriis,* per tex. *in dicto cap. cùm sit Romana, in fin. de appellat.* Federicus Schen. *in tract. de appellat. artic.* 7. *gl. secunda, n.* 22. quoniam & hoc etiam casu admittitur appellatio, vt ibi per Dom. Lancellotum, & ante eum hoc idem voluit Carrer. *in prac. crim. in* 1. *tractat. de appellat. §. secundus erit casus, num.* 3. *&* 4. & quod attinet ad notorium ex confessione resultans, *dixi infrà, in titulo de var. ac diuer. quæst. quæst.* 101. *n.* 150. & de notorio per famam, idem etiam dixit Additionator *ad Const. Maran. lib.* 6. *cap.* 2. *in verbo, notoriis, num.* 3.

126 ¶ Limita IV. Vt † eadẽ septima ampliatio procedat, quãdo in sententia apparet, quòd Iudex condemnauit reum vti de crimine notorio; secus si simpliciter eum condemnasset, vt quemlibet alium criminosum: nã tunc poterit reus condemnatus appellare, & Iudex tenetur appellationi deferre, argumento tex. *d.c. Romana, §. si autem, de appellat. in sexto,* per quem tex. ita tenuit Sali. *in l. ea quidẽ, col. fin. in fine, versi. quia prater, & c. C. de accus.* prout illum refert, & sequitur D. Ant. Gom. *de delict. d. c.* 1. *n.* 47. *versi. quod tamen intellige.* Nec dissentit D. Conrad. *in d. l.* 1. *C. de moment. poss. in* 9. *limitatione, n.* 46. *& seqq.* vbi ex Bart. *in l. cõstitutiones, in fin. ff. de appellat.* in simili concludit, quòd ad hoc, vt denegetur appellatio insigni latroni, necesse est quòd in sententia sic sit condẽnatus tanquã insignis latro, aliàs poterit appellare, & Bart. sequitur Rim. *in cons.* 274. *n.* 21. & faciunt not. per Card. Alex. *in d.c. cùm sit Romana, in tertia col.* vbi admonet Aduocatũ, vt sit cautus, ne permittat procedi contra criminosum tanquam notoriè criminosum, nisi priùs discutiatur de notorietate criminis, quia si proceditur & pronuncietur contra eum tanquam notoriè criminosum, non poterit appellare, & hoc sequitur Mars. *in l. vnica, n.* 142. *C. de rapt. virg.*

127 ¶ Limita V. Vt † licèt non possit appellari à sententia diffinitiua super notorio; bene tamẽ poterit appellari à declaratoria, de qua dixi *sup. n.* 116. Spec. *in tit. de recusat. versiculo, hoc etiam nota,* Abb. *in cons.* 110. *col. penult. versic. etsi etiã lib.* 1. Feli. *in capitulo Rodulphus, col. penult. versic. & appellari potest, de rescript. & in capitulo, cùm non ab homine, col. penult. versi. & nota quòd licèt, & c. ext. de iudic.* Carrer. *in pract. crim. in* 1. *tract. de appellat. §. secũdus erit casus n.* 14. vbi alij referũtur concordantes. Additionator ad Const. Mar. *l.* 6. *cap.* 2. *in verbo, notoriis, n.* 5. Ant. Gabriel. *in cõmu. cõcl. l.* 6. *tit. de reg. iur. concl.* 3. *n.* 61. D. Robert. Lancellot. *de attentat. d. c.* 12. *eadẽ nona limitatione, n.* 13. vbi propterea infert, quòd ſtãte appellatione à declaratione super notorio, si fiet exequutio, nõ minùs erit attenuata, quàm si essemus in alio casu appellabili, ex quo data appellatione regulariter resultat effectus suspensiuus, qui solet causare attẽtata, vt per Ias. *cons.* 187. *col.* 6. *versi. facio aliã conclusionẽ, l.* 2. Addo Fol. *in prac. cri. in verb. itẽ quòd est notorius delinquens, n.* 14. *prope fi. & n.* 22. vbi ampliùs, † quòd licèt non possit appellari à sententia diffiniti- 128
ua condemnatoria super ipso crimine notorio, si tamen appelletur ante sententiam à non admissione exceptionum & excusabilium defensionum, quas reus proponit aduersùs notorium, talis appellatio tenet & admittenda est quoad omnem effectum tam deuolutiuum, quàm suspensiuum.

¶ Amplia VIII. Proposita principalem regulam, † vt 129
in notoriis criminib. nec Iudex possit suspectus recusari, *c. proposuit, de appel.* per quẽ tex. ita tenet ibi gl. ordinaria fin. Inn. Io. And. & alij, Spe. *in tit. de notor. cri. §. fi. col.* 4. *n.* 12. *ver. nã quædã, & c.* Natta *cons.* 152. *n.* 8. *vol.* 1. Bero. *cons.* 16. *vol.* 3. Lapus *alleg.* 1. *n.* 4. & ibi Mandos. *in verb. notoriet.* Rebuf. *de recusat. Ind. art.* 6. *gl.* 1. *n.* 6. *& artic.* 9. *n.* 8. Frã. Marc. *dec. Delph.* 705. *n.* 2. *par.* 2. Cantiuncul. *cons.* 10. *per tot. & cons.* 15. *pariter per totũ,* Ant. Gõ. *de delic. c.* 1. *n.* 47. *in pr.* Nouel. *in prac. cri. in prin. §. indicia quæ præcedere debẽt, n.* 13. *propẽ fi. ver. & similiter in notoriis, nõ habet locũ recusatio Iudicis,* [Bos. *in tit. de denunciat. n.* 7.] Burs. *in cons.* 21. *n.* 22. *ver. nec dicatur in notoriis, l.* 1. Et facit quod aliàs suprà dixi *in q.* 17. *n.* 44. *&* 45. de Iudice, qui licèt regulariter non possit esse Iudex, in iniuria sibi illata, tanquã in causa propria; poterit tamẽ, si talis iniuria fuerit notoria. Item facit aliud, quod dici solet pariter de Iudice, quòd licèt non possit cognoscere, an causa propter quã fuit suspectus recusatus, sit legitima, vel calũniosa, vt per Soc. *in reg.* 37. *in* 2. *fallent.* & gl. *in c. Iudex ab Apostolica, ext. de offi. deleg.* quæ cõmuniter * recepta est, teste Crasso *in com. opi. l.* * 2. *c.* 7. *q.* 15. Clar. *in prac. q.* 43. *ver.* 8. *n. tamẽ, & c.* poterit tamẽ recusationẽ reiicere, si causa recusationis fuerit notoriè falsa. Mill. *in reper. verb. iurisdictio,* sicut Nouel. *reg.* 204. *suspicio allegata, n.* 1. *in prac.* Fran post Inn. & Abb. *in c. cùm speciali, q.* 3. *n.* 23. *ext. de appellat.* Lap. *allegat. prima, sub n.* 2. Rober. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *c.* 6. *n.* 24. & ante eũ Burs. at. qui alios adducit concordantes, *d. cons.* 21. *n.* 25. *l.* 1. de iis tamen latiùs, si Deo placuerit, dicendi tempus dare, dicam in Quæstionibus ciuilibus, *lib.* 2. *tit. de Iudice,* vbi latiùs reassumam quæstionem illam, An scilicet, & quando Iudex possit recusari suspectus, & ibi videas.

¶ Limita pro nunc hanc octauam ampliationem † pro- 130
cedere, quãdo pro tali delicto notorio esset pœna determinata à Iure; quia tunc cùm nõ possit Iudex partem grauare, ideo nõ potest recusari suspectus. Vnde secus quãdo pœna non esset determinata, sed arbitraria: quia tunc potest recusari suspectus, cùm etiam in arbitrando pœnam, possit grauare partem, Arch. *in c. quia suspecti, col. fin.* 3. *q.* 6. Ant. de But. *in ca. proposuit,* & ibi etiam Abb. qui hoc reputat esse notabile, *col.* 2. *n.* 5. Imola *in fin. &* Fran. *n.* 4. *ext. de appellat.* Host. & Ioan. And. *in c. cum speciali, eod. tit.* Ant. Gom. *tit. de delict. c.* 1. *n.* 49. *versi. quod intellige,* Carauita *super ritu magnæ Curiæ* 265. *n.* 11. vbi testatur de veriori opinione, & sequitur Burs. *cons.* 21. *n.* 25. *l.* 1. vbi etiam *n.* 23. *&* 24. eleganter vlteriùs declarat, quomodo intelligatur istud, in notoriis scil. posse reiici recusationem, † vt procedat in notorio facti perma- 131
nentis, secus si transeuntis. † item vt procedat in crimina- 132
libus; secus in ciuilibus, refert pariter & sequitur D. Robert. Lancellot. *vbi suprà, de attentat. d. c.* 6 *n.* 25. *&* 26. *part.* 2. *&* ante eum Carauita *super d. ritu magnæ Curiæ* 265. *n.* 11.

¶ Amplia IX. Eandem principalem regulam, † vt sicut 133
contra notorium delinquentem, ita etiam contra reum repertum in flagranti crimine procedi possit iuris ordine non seruato & ex abrupto, æquiparantur enim apud Doctores, quem esse repertum in notorio, vel in flagranti crimine, secundũ gl. *in c. cùm non ab homine, in verbo, deprehensus,* & ibi post alios, Dec. *n.* 143. *extra de iud.* Grã. *decis.* 36. *n.* 535. 46. *&* 80. D. Ioseph. Masc. *in trac. de probat. cõcl.* 1101. *n.* 15. *l.* 2. Foll. *in pract. cri. verbo, item quod fuit captus in flagranti crimine, n.*

3. &

134 1.& 8. vbi amplius, † quòd nec requiritur citatio, ſed hoc vltimum de citatione, intellige ſecundùm tradita *infrà, nu. 143.& ſuprà, n. 70.& ſeqq.* Clar. *in prac. q. 8. in princ.* vbi propterea quòd contra reum in flagranti crimine repertum
135 poteſt procedi per Iudicem, † nulla querela, aut accuſatione præcedente: ad quod faciunt etiam ſuprà in ſimili tradita de notorio delinquente, *num. 62.*

136 ¶ AMPLIA I. Hanc nonam ampliationem, † vt procedat non ſolùm in grauibus, & capitalibus delictis, in quibus (vt dixi) contra reum repertũ in flagranti crimine deuenitur ad exequutionẽ pœnæ capitalis ex abrupto & iuris ordine nõ ſeruato: ſed etiã in leuibus & nõ capitalibus, in quibus pariter ad pœnam delicto condignã, licèt nõ capitalem, ſic vt ſuprà ex abrupto, & iuris ordine non ſeruato deueniendũ eſſe tradit Clar. *in d. q. 8. ſub verſ. ſcias tamẽ.* vbi ponit exẽplũ in iis, qui reperti in flagrãti crimine abſque aliquo proceſſu ad catenã, ſeu berlinam ponuntur ligati in hominũ conſpectu, ſecundùm conſuetudinem terrarũ, de qua per Ang. *in l. ea quidem, n. 1. in fi. C. de accuſat.* Bart. *in l. Iouia. n. 12. ff. eod.* & per eund. Ang. *in l. ictus fuſtiũ, n. 2. ff. de his, qui not. infa.* vbi aliud ponit exemplum in inuentis ad furandũ vuas per Officiales Rectorũ; quia abſq; aliqua interloquutoria, aut definitiua ſententia ducuntur cum vuis ad collũ per ciuitatẽ, & hodie idem iuris in inuentis in flagranti crimine delationis armorũ, ad carceres duci, & in continẽti funis ictib. publicè plecti, vel ad ſoluendũ pœnã cogi, iuxta formã bannimentorũ, abſq; alio proceſſu, vt quotidie ſeruari videmus, & tradit Cag. *in l. vnica, in prin. n. 98. ff. ſi quis ius dic. nõ obtẽp.*

¶ AMPLIA II. Eandẽ nonam principalem ampliationem,
137 † vt licèt regulariter nemo capi, aut carcerari poſſit ſine Iudicis mandato, *l. neminem,* quæ eſt finalis illius tit. & ibi glo. * Odofr. Petr. Cyn Bart. Alber. Bal. Ang. Sal. & communiter * Doctores, *C. de exhib. reis,* Mill. *in pract. fol. 43. n. 13.* Io. Maria
138 Montic. *reg. crim. 12. n. 32.* † reus tamẽ in flagrãti crimine repertus, poterit ſine Iudicis mãdato (vt tamen ad Iudicẽ ducatur) & capi & carcerari, arg. tex. *in Auth. de defenſor. ciuit. §. audient, coll. tertia, & in l. ſi quid, ff. de offi. proconſ. & leg.* & in inuentis facere rixã, deferentib. arma, aliquid portantibus contra formã bannimentorũ, & his ſimilib. exẽplificat poſt Pari. de Put. & Carauit. quos allegat Clar. *in pract. q. 28. ver. dictum eſt, in fin.* vbi quòd ita ſeruatur in pract. & poſt Clar. tradit nouiſſimè D. Pau. Granut. *theorem. 19. n. 1. & 2. l. 1.* † Et
139 hunc in flagranti crimine repertum propria authoritate capere, & ad Iudicem inducere licitum eſt non ſolùm parti offenſæ, & cuius intereſt, arg. tex. *in l. capite quinto, ff. de adulter. in l. interdum, la ſeconda, §. qui furem, ff. de furt.* Bal. *in*
140 *dicta l. fi. n. 1. C. de exhiben. reis.* ¶ Sed etiam † cuilibet alteri priuatæ perſonæ de populo idem licere not. Bal. *in cap. 1. §. ſi quis verò, il primo, col. 2. n. 6. de pace iuramen. firma.* idẽ Bal. per tex. *ibi, in l. nec timorem, ff. quod met. cau.* Bar. *in l. cum eo, col. pen. in fin. ff. ad l. Iul. pecu.* Foller. *in pract. crim. verbo, item quòd fuit captus in flagranti crim. n. 5.* Ant. Gom. *tit. de captura reorum, cap. 9. n. 3.* vbi quod hæc procedunt, ſiue delictum ſit publicum, ſiue priuatum, quicquid incontrarium di erit Florian. *in l. 3. ff. ad leg. Aquil.*

¶ AMPLIA iterum hanc præcedentem ſecundã ampliatio-
141 nem, † vt licèt regulariter clericus à ſæculari Iudice & ab eius familia, ſeu altero priuato laico nec capi, nec carce- * rari poſſit, ad tex. vbi gl. & communiter * Doctores *in c. cùm non ab homine, de indi. & in c. ſi verò, de ſent. excomm. & in c. ſi canonici, de offi. ord. in ſexto,* & dixi *ſuprà, in tit. de inquiſit. q. 8. v. 115.* poterit tamen & capi & carcerari ab eodẽ Iudice ſæ-
131 culari, vt ad ſuum Iudicem ducatur, ſi repertus fuerit in fla-
132 granti crimine, Bart. *in l. ſi quis in ſeruitute, col. 2.* vbi etiam Ang. & alij, *ff. de furt.* Bal. *in auth. ſi qua per calumniã, col. 2. n. 4. C. de Epiſcop. & cler.* idem Bal. *in d. c. 1. §. ſi quis verò, il primo, col. 2. n. 6. de pace iuramen. firman. in vſib. feudor.* Abb. *in d.*
153 * *c. cùm non ab homine, col. 4. nu. 15.* & ibi communiter * Doctores, *ext. de ind.* idem Abb. *in c. vt fama,* & ibi etiam Doct. *de ſent. excom.* Anch. & alij *in c. 2. de foro cõpet.* Ang. *de malef. in verb. fama publica precedente, ver. 9. nota,* Iaſ. *in l. 2. n. 16. ff. de iuriſdict. omn. Iudi.* Paris. de Put. *in tract. de ſyndic. in verbo, cleric. in fi.* Matſ. *conſi. 126. n. 23. & ſeqq.* Foll. *in pract. cri. verb. item, quòd fuit captus in flagranti crimine, n. 6.* Ant. Gom. *d. tit. de captura reor. n. 3.* & dixi *in d. tit. de inquiſit. ead. q. 8. n. 122.*

¶¶ AMPLIA III. Eandem nonam principalẽ ampliationem, † vt contra reum repertum in flagranti crimine deue- 142
niatur ad condemnationem, etiam denegatis defenſionibus, & copia proceſſus, Bald. *in l. vt vim, n. 2. ff. de iuſt. & iure.* Barb. *conſ. 47. verſ. item non debuit, vol. 1.* per tex. *in l. 3. ſi ad idem, ff. de re milit.* Gram. *deciſ. 36. n. 50. & ſeqq.* Matſi. *in l. vnica, n. 91. C. de rapt. virg.* Io. Mar. Montice. *reg. cri. 14. n. 22.* Paris de Put. *in tra. de ſyndi. verbo, condemnatio, §. an poteſtas,* Foll. *in pract. cri. verbo, item quòd repertus fuit in flagranti crimine, n. 2. 8. & ſub n. 12. in medio, & in fine,* [Franc. Perſonal. *in tra. de indi. & tortu. n. 30.*] Et faciunt in ſimili ſuprà tradita de notorio delicto, *n. 77.* Sed an ad torturam poſſit deueniri, denegatis dictis defenſionibus, vide *infrà, n. 152.*

¶ LIMITA I. Hanc tertiam ampliationem, † vt procedat, 143
quando reus captus in flagranti crimine fateretur delictum: ſecus ſi illud negaret, & per teſtes prætẽdatur cõuictus; quia tunc non poteſt condemnari, niſi dato ſibi cõpetenti termino ad ſe defendendum, & ad opponendũ, ac reprobandum dictos teſtes, quatenus opponere, & reprobare voluerit, vt per Fol. *in prac. cri. d. verbo, itẽ quòd repertus fuit in flagrãti crimine, n. 12. prope fi.* vbi quòd ſi reus in flagranti captus, induratus perſiſtat in negãdo, & fuerit cõuictus, condẽnatur, data tamen ei dilatione ad ſe defendendum, ſequitur Ioan. Mar. Montic. *d. reg. cri. 14. n. 22. verſ. Deinde, &c.* vbi poſt Carr. quẽ allegat, dicit ampliùs, quòd ſiue reus cõfiteatur, ſiue non, debet dari breuis terminus ad defendendum, & ſi nihil probat taliter, quòd infringatur probatio reperta, contra reum proceditur ad condemnationem, non obſtante negatione; alias ſecus. Nec diſsẽtit Clar. *d. q. 8. verſ. ſed nũquid, paulo poſt prin.* dum dicit per hęc verba: *Ergo ſi reus cõfiteretur delictũ, vtique tranſirẽ cum hac ſententia, ſed ſi negaret, putarem illã eſſe valde periculoſã, & ideo conſulo Iudicib. vt cautè procedãt in huiuſmodi caſib. ne exequãtur pœnas capitales, non datis defenſionib. &c.* Et ad dicta per Clarũ aduerte, quòd licèt poſtea ſubdat limitando hanc ſuã opinionẽ non procedere, quando reus vltra deprehenſionem in flagranti crimine, eſt etiam per teſtes idoneos de ipſo delicto manifeſtè cõuictus, vel confeſſus: & ſic videtur ſentire, quòd reo conuicto poſſint denegari defenſiones. Aduerte inquam, nec erres; quia Clarus nõ loquitur in reo ſimpliciter per teſtes conuicto, ſed in conuicto manifeſtè, & per teſtes idoneos; & ſic loquitur in caſu, in quo res eſt clara & manifeſta, nec aliquid poteſt opponi cõtra dictos teſtes; quia ſcilicet ſunt idonei, & conſequenter ſumus in caſu, in quo nulla competit defenſio; de quo dicam *in ſequenti limitatione.* Vnde ſecus in reo conuicto ſimpliciter, qui poteſt, vel offert per teſtes probare, vel per contrarios teſtes, vel per exceptiones contra ipſos opponendas; tunc enim verius & tutius eſt reo ante condemnationem, præſertim in capitalibus delictis, defenſiones concedere, per ſuprà allegata, [& per ea, quæ ſcripſit Boſſ. *in tit. denunciat. n. 8. 9. & 10.*] & in dubio ita facias, & non errabis.

¶ LIMITA II. Eandem tertiam ampliationem, † vt nõ ſo- 144
lùm ſint cõcedẽdæ defenſiones reo in flagranti crimine deprehenſo, & cõuicto, vt modò dixi: ſed etiã confeſſo, quando delictum cõfeſſatum poteſt habere aliquã defenſionem, ſeu excuſationem excludentẽ pœnam, per ea, quæ in ſimili dixi *ſuprà de notorio, n. 70. & ſeqq. & n. 78.* procedit enim propoſita tertia ampliatio in reo deprehenſo in flagranti crimine, qui nullã adducit, nec poteſt adducere defenſionem; vnde ſecus in eo, qui aliquam affert, vel afferre poteſt excuſationem, & defenſionem: tunc enim eſſe concedendũ terminum ad ſe defendendũ, ſic in ſpecie poſt multa traditur per Fol. *in pract. crim. d. verb. itẽ quòd fuit captus in flagranti crimine, n. 12. poſt medi.* dicens poſt Iſer. & Affl. quos allegat, quòd licèt dictum Bald. *in l. vt vim, n. 2. ff. de iuſt. & iure,* quotidie practicetur; tamen procedit, quando per captum in flagranti nulla defenſio allegatur, & conſtat nullam defenſionẽ competere. Secus ſi aliqua allegatur defenſio; vtputà, quòd dicatur homicidium factum ad defenſionem, & ſimilia: quia tũc inſpiciat Iudex, an talis defenſio probata releuet, nécne: & ſi releuet, terminum ad ſe defendendum & probandum cõcedat, & in hoc ſit valde circumſpectus, ne damnet animam & corpus ſuum, vt ibi per eum, qui latè hanc materiam proſequitur: cui non diſſentit Io. Maria Montic. *d. reg. crim. 14. n. 22. eodem verſ. deinde, &c.* & expreſsè etiam declarat Boſ.

in tit.de denũciat.ff. 16. dicens, quòd etiam reo in flagranti crimine reperto, ipse semper daret defensionem; quia si fur esset, posset excusare factum suum necessitate famis, vel quòd alias non poterat consequi suum creditum; si homicida, quòd occisus erat bannitus, rebellis, & quòd fecit ad defensionem, vel alia ratione. vnde secus, siquidem qualitas rei, vel verba omnem prorsus excluderent defensionem.

145 ¶ Svblimita Præcedẽtes duas limitationes †procedere (prout in simili de notorio delinquente dixi *sup.n.*73.*&* 74.) quando esset periculum in populo maioris scandali & seditionis, quia putà maghis clamoribus rei reperti in flagranti, supplicium non differri idem populus postularet: tunc enim aliter seditio illa, & scandalũ sedari, aut euitari nequit; excusatur tunc Iudex, si denegatis defensionib. reum statim suspendere faciat secun. Clar. *in pra.d.q.*8. *vers.sed nunquid. post*
146 *mediũ*, vbi affert rationẽ, †quia scilicet, licèt dici soleat, quòd vanæ voces populi non sunt exaudiendæ; illud tamẽ intelligendum est, quoad hoc, vt innocens condẽnetur, vel vt nocẽs absoluatur: secus quoad id vt nocenti pœna acceleretur,
* secundùm cõmunem *opinionem, de qua per Sali. *in l. Decurionũ, in fi.C.de pœ.* & ita de facto se vidisse seruari attestatur Cata. *de synd.q.* 12. concordantes adducit Tiraq. *de pœ.tẽper.causa* 46. *n.*2. quę ratio si vera est, prout est, facit mihi hãc sublimitationem valde periculosam: quia si reo denegantur defensiones in casib. de quib. in præcedentib. duab. limitationib. facilè potest contingere, vt innocens condemnetur: ideo tu Iudex bene considera, & bene sis circumspectus, & omnia possibilia experiaris potiùs, quàm sub prętextu scandali euitandi in populo, facias decapitari reum denegatis defensionib. in casibus, in quib. de iure sunt concedendæ; &, si potes, semper consulas Principem, vel superiorem.

¶ Amplia IV. Eandem nonam ampliationem princi-
147 palem, †vt licèt aliàs vulgaris sit in iure conclusio; quòd sine indiciis nemo torquẽdus sit; *l.*1. *in pri. ff. de quæst.l. milites*, §. *oportet*, *C.eo.* cũ cõcordantib. adducẽdis *infra*, *in* 2. *libr. in ti.de*
148 *ind.& tort.* †Reus tamẽ in flagranti captus, potest absq; aliis
* indiciis torqueri, secundùm communem, *de qua per Alb. *in l. defensores*, *n.*2. *C.de defens.ciuita.* sequitur Clar. *in pract. d.q.* 8. *vers.scias autẽ*, *in prin.* vbi prosequẽdo materiã dicit, quòd solent in hoc casu cauti Iudices reos in flagranti crimine captos, & ad eos ductos examinare; & si fateantur, exequi pœnas: si verò negent, statim absque aliquo processu ad torturã ducere, & torquere, vt fateantur delictum. Et hac practica vtuntur Assessores, vt dicit Ang. *in l. interdũ*, §. *qui furẽ*, *n.* 8 *ff. de furt.* & licèt talis postea reperiatur innocẽs, nõ propterea Iudex, qui illũ torsit, tenebitur in syndicatu: quia illa inciuilis ductio, ipsum ita ductũ, in illud periculum posuit, vt dicit tex. *in d.* §. *qui furẽ*, & notat Ang. *ibi.* vbi tamen subdit, quòd hanc torturam inferre debet vti homo discretus, secundùm causam, qualitatẽ, & conditionẽ personæ; aliàs vti peruersus punitionẽ reciperet. & Angelum sequitur Clar. *in loco citato.*

¶ Aduerte tamẽ ad prædicta, quòd ego vix; imò nullo modo credo posse dari casũ, in quo verè reus dicatur captus in flagranti, quin contra eum adsint saltem aliqua indicia. quia vt tradit Fol. *in pra.cri.verb. itẽ quod fuit captus in flagrãti crimine*, *n.*12. & dicã *inf.n.*156. ad hoc, vt reus dicatur in flagrãti crimine captus, necesse est, vt per testes saltẽ Officiales, & birroarios, seu alios, qui illum ceperunt, cõstet, quòd captus fuit repertus in ipso actu delicti, putà homicidij: & nisi de hac qualitate constet, non potest dici reus in flagranti crimine captus: & si constat, nec etiã potest dici, quòd non adsint indicia; ideo meliùs credo quòd loquutus fuerit Fol. *loco citato*, *sub d.n.*12. *post med. vers. si autem neget*, vbi inquit quòd si reus in flagrãti crimine captus neget delictũ, confrontantur
149 ipsi testes, qui eundẽ in ipso delicto reperiisse testentur; † Et ipso conuicto & adhuc in negatione persistente, ipsum torturæ subiicit, non ad sciendum delictum, prout dicunt Clar. & præallegati: nam frustra quæritur id, de quo quis est conuictus; sed ad habendum qualitates, & complices delicti, vt ibi per eum, quem tamen intelligas duobus modis. Primò, dummodo adsint indicia super dictis qualitatib. & complicibus. Secundò, dummodo tortura sit moderata & leuis: dare enim grauem torturam ad habendum delicti qualitates, & complices, vbi plenè de principali delinquente & delicto constat, inhumanum videtur, vt suo loco dicetur.

¶ Et sic ex prædictis facilè colligitur in proposito, practica procedendi, †vt reo, quem in flagranti crimine captum præ- 150
tenditur, ad Iudicẽ ducto, recipiantur testes super delicto, & super deprehẽsione rei in flagrãti per Foll. *in loco præallegato*, deinde reus ipse examinatur, & si examinatus fateatur delictũ, simpliciter & absq; aliqua excusatione nõ torquetur, sed statim etiã nullis datis defensionibus, iuxta superiùs tradita, *n.*142. suspẽditur, decapitatur, vel aliàs punitur, secundũ facti & personarum qualitatem: secus si aliquam adducat excusationem seu defensionem; quia tunc nõ denegantur defẽsiones, vt dixi sup. *n.*144. Si autem neget, testes iam super flagrantia delicti recepti confrontãtur cum ipso, & si Iudex ex eorũ depositione illum conuictum conspiciat, ponat ad largam, & dato termino ad se defendendum, iuxta pariter superiùs tradita, *n.*143. & nihil releuans ducto, deueniat ad exequutionem debitarum pœnarũ, vt sup. Nec dissentit Carter. *in pract.cri.in* 1. *tract.de appellat* §. *secundus erit casus*, *n.*15.

¶ Hoc enim casu, †quando scilicet reus in flagrãti captus 151
reperitur per testes conuictus, nullo pacto Iudex debet contra ipsum deuenire ad torturam (quia si tortus perstiterit, intrat illa difficultas, an per torturam tollantur plenæ probationes: &, vt suo loco dicã, magis cõmunis * est opinio, quòd *
debilitentur, & sic facit prędiudicium fisco, saltem quoad pœnam ordinariã, nisi vt prædixi, tortura inferatur super complicibus, cum solita protestatione sine prædiudicio confessatorum & eorũ, de quibus reus est conuictus. Et licèt Io. Mar. Monticell. *in reg. cri.* 24. *n.* 32. *ver. deinde*, *&c.* post Carrer. quem allegat, dixerit, isto casu reum in flagranti captum, & per testes confrontatos conuictum; posse super ipso delicto absque alio torqueri, & tortum condemnari, etiam quòd in negatione persistat, hæc tamen practica mihi nullo pacto placet, & videtur esse contra communes regulas.

¶ Bene verum est, quòd si reus non sit plenè cõuictus; vt-puta quia testes non directè & immediatè concludant super delicto, sed super aliquo actu extraneo, vtputa super fuga, cum clamoribus, & similibus, prout sæpe contingit in furibus, qui absque eo quod furati sint, deprehensi in furti præparatoriis fugantur à populo, qui ferè possunt etiam dici capti in flagranti crimine: tunc nõ officior, quòd potest contra eos absq; alio medio seu requisito ad torturam deueniri, †etiam denegatis defensionibus, vt per eundem Io Mar. Monticel. qui cõcordãtes allegat, *in reg. crim.* 14. *n.* 22. & hoc 152
operatur illa inciuilis ductio, quę sola facit de iure indicium ad torturã, vt per Blan. *ad l.fi. de qq.n.*289. Conr. *in pra. tit. de neg.cri.& tormẽ.n.*29. *pa.*297. *col.*2. *ver. fugatus cũ clamore.* Car. *in pra.cri.in tra.de indic.* §. *tertiũ indiciũ est fuga*, *n.*2. prob. tex. *in d.l. interdum*, §. *qui furẽ*, & ibi Ang. *n.*8 *ff. de fur.* dixit Clar. *in d. vers. scias tamen*, *& dicemus in tit. de ind.& tort. li.*2. *super indicio fugæ* 48. *n.*12 *&* 13. *vbi declarani.* Deprehẽsio igitur rei in flagrãti, nõ operatur, vt possit ipse reus torqueri, vbi aliàs non esset torquẽdus: sed solũ vt torqueatur sine defensionib. quãdo aliàs torquẽdus esset. Et ita credo esse purã veritatem, quicquid in contrarium dixerint Doct. suprà allegati, *n.*148.

¶ Amplia V. Dictam nonam principalem ampliationẽ, †vt reo capto in flagranti crimine infligatur pœna absque sententia, secũd. glos. *in l. ictus fustiũ*, *in gl.* 1. *in primis verbis ff.* 153
de his, *qui no*, *infa.* quam gl. cõmuniter * approbatam dicit Bo. *
*in tit. de denun.n.*10. *in prin.* Gram. *dec.*36. *n.*43. Clar. *in pract. d.q. ver. quæro*, *an quãdo*, vbi tamen quòd apud eũ collaterales nunquam faciunt exequutionem alicuius pœnæ, nisi sẽtẽtia præcedat. Veritas est, quòd etiam contra reum in flagranti requiritur sententia, sine tamen solemnitatibus requisitis de iure in illius probatione, vt ibi per Clar. & dictum est *sup. in simili, de notorio delinquente*, *n.*115. & propterea in Vrbe contra reum sic repertum in flagrãti ex simplici Iudicis decreto per Notarium rogato, vidi semper ad exequutionem pœnarum deueniri, præsertim in curia Reuerendissimi Domini Gubernatoris, qui vtplurimùm nedum contra reos repertos in flagrãti, sed generaliter contra omnes præsentes carceratos in casibus, in quib. appellatio non conceditur, ex simplici decreto absque aliqua solemnitate ad exequutionem pœnarum corporalium, præsertim capitalium, deueniri solet.

¶ Sed †an ab isto decreto contra reũ repertum in flagrãti 154
detur appellatio, nẽcne; vide Foll. *in pract.cri.d.verbo*, *itẽ quòd fuit captus in flagranti crim.n.*4. *&* n.12. *paulò ante fi.* vbi quòd

datur

datur appellatio quoad effectum deuolutiuum secus quoad
suspensiuum,& vide etiam Vulpel.*in cons.*137.*n.*8.*& seqq.& n.*14.*& seqq.*vbi consuluit in casu,viso tumultu, Archibusiorúmque bõbo audito, illuc magna pars ciuitatis accessit,occisósque humi iacentes, homicidas fugiẽtes cum armis,ac se in Ecclesia proxima claudentes,& paulò pòst à Curia captos vidit, & cognouit; & insuper testatur se ita aliàs seruasse in Vrbe,dum fuit Locumtenens Gubernatoris in quodam, qui cùm à satellitib. Curiæ aufugeret, ac solum vertens ex eis vnum,qui proximiùs ipsum insequebetur,grauiter vulneranit, & ab aliis postea captus facta relatione, ipsóque nihil pro eius defensione alleganti, sequenti manè in delicti loco, iuxta bannimentum emanatum contra Curiæ opponentes, laqueo suspensus fuit. Et ita etiam ab aliis pluries seruatum fuisse pariter testatur; sed meliùs dic,vt in simili dixi *sup. de notorio delinquente, n.* 117.*& seqq.* quæ ex identitate rationis possunt etiam procedere in reo reperto in flagrãti crimine.

¶ Limita præfatam nonam ampliationem sic vt suprà
155 ampliatam,†vt procedat duobus concurrentibus. Primò, vt plenè constet delictum à reo commissum.Secundò,vt fuerit captus in ipso actu delicti,Clar.*in pract.d.q.*8.*vers.scias tamẽ, in princ.*vbi propterea quòd debet Iudex bene aduertere, ne statim procedat ad exequutionem contra eum,qui ad ipsum ducitur tanquam deprehensus in flagranti crimine, nisi aliter constet,tale delictum ab eo commissum fuisse,Carrer.*in pract.crim.in* 1.*tra.de appell.*§.*secũdus erit casus,n.*14.vbi plures allegat Doct. tenẽtes ad effectũ denegandi appellationẽ non sufficere reum captum esse in flagrãti, nisi etiã delictũ fuerit effectum notorium,Fol.*in pra.cri.d.verbo,itẽ quòd fuit*
156 *captus in flagranti crimine,n.*9. vbi in proposito, † quòd ille dici potest captus in flagranti, qui in ipso actu deprehensus erit,vel antequam veniret ad locum destinatũ, vel cùm latitaret non multùm longè post delictum,alio actu extraneo in medio nõ interueniente captus est.Vnde secus,si post delictum deuenerit ad aliquem extraneum actum, quia tunc non potest dici in flagranti crimine deprehensus. Et ponit exemplũ,*n.*11. *&* 12. vbi etiã ponit practicam,quòd examinarentur birroarij,& Officiales,ac etiã alij si haberi possunt, qui deponãt,quòd captus fuit vt sup.deprehẽsus in ipso actu
157 homicidij.¶Si autẽ†alij testes haberi non possunt, tunc creditur ipsis birroariis & Officialib. si alios non patiantur defectus,vt post Iser.& Affl.quos allegat, tradit Fol. *vbi sup.n.* 7.quod tamen intellige in leuib.delictis; secus in grauib.vt per Boss.*in tit.de denunc.n.*10.*prope fi.vers.Tutius tamen est.*& faciunt ad hanc limitationẽ,quæ in simili *sup.*dixi *de notorio, n.*86.*& seq.*[& vide quæ posui *in* 2.*lib.tit.de opposi.contra test. q.*56.*in materia testis birroarij,in* 11.*art.in* 3.*principali amplia.*]

158 ¶ Amplia X.Propositam†regulam in delicto commisso coram Iudice sedente pro tribunali quo casu, cùm dicatur etiam commissum coram multitudine astantium, & sic cõcurrat præsentia & Iudicis,& aliorum,qui sufficiunt ad notoriũ,*de quib sup.dixi,n.*47.*&* 48. tale,inquam, delictum dicitur notoriũ,& Iudex in eo procedere poterit ad punitionẽ delinquentis,non solũ ordine iuris non seruato,& sine solẽnitate,sed etiã sine processu & probatione, gl. est ordinaria *in c. Deus omnipotens,*§.*quãdo autẽ,in glo.*1.2.*q.*1.& ibi cõmu-
* niter*omnes,Spec.*in tit.de notor.cri.*§ *fi.col.*4.*vers.* *vñ quadã, n.*12.Ant.de Butr.*in cap.vestra, col. pen. de cohab.cler. & mulier.*Host.*in cap.tua nos,col.*2.*post medium,vers.sunt & qui dicunt,eodẽ tit.*Sali.*in l.ea quidẽ,n.*91.*vers. Tertium dubiũ est, C. de accus.*Alb. *in Lilliciras,*§. *veritas,ff.de off. præs.*Gand. *in tit. quomodo de malef.cogn.quando crimẽ est notoriũ,vers.in qualibet specie notorij,*Corset.*sing. incip. si delictũ est cõmissum,pag. mihi* 153.*à tergo,inter sing.diuer.in parua impressione*, Carr.*in pra. cr.in* 1.*trac.de appel.*§.*secũdus erit casus,n.*22.*& seqq.* vbi propterea quòd nõ requiritur accusatio, nec litis cõtestatio,nec aliqua probatio,nec datur terminus ad faciendũ detestationes seu protestationes,Cõrad.*in pra.tit.de not. cri. n.*14,Nou. *in pra.in pri.*§.*indicia quæ præcedere debent,n.*13.*ver.modus autẽ probandi notorium primus,*Boss. *in tit.de denunc.n.*4.*& seqq.* vbi ampliat etiã quòd Iudex nõ sedeat pro tribunali,sed vel curritet,vel stet; dũmodo stet in actu exercẽdi suũ officiũ & iustitiã.*& in tit.quomodo proced.in crim.notor.n.*7.Aspectus:n. Iudicis inducit sibi euidentẽ probationem, quoad decisionẽ
causæ,*l.*2.*in fi.ff.de feriis,l.si irruptione,*§.*ad officiũ ff.si.reg.l.mi-*
nor 24.*ann.adito præside,ff.de mino.*An.Gomez.*ti.de delic.c.*1. *n.*48. vbi huic decimæ ampliationis affert exemplũ,non solùm in eo,qui præsentia Iudicis occidit,vel offendit aliquem; sed etiam in eo,qui in aliqua causa ciuili vel criminali deliquit coram Iudice: vtputà si testis falsum testimoniũ dicat, vel pars falsos testes & probationes producat: vel Aduocatus vel Procurator aliquẽ dolũ cõmittat,quia tunc Iudex statim poterit eũ punire sine aliqua solemnitate, processu,vel probatione,etiamsi non fuerit suę iurisdictionis,per pręallegata,& probat tex.*in l.nullũ,C.de test.* nec dissẽtit Carter. *in pract.in* 1.*tract.de appell.*§.*secũdus erit casus, n.* 26. Addo ad cõprobationẽ & materiã huius ampliationis,Capr. *in tra.de notor.in* 4.*membro,n.*17.*&* 55.*& mẽbro* 6.*n.*1.*& seq.*D.Ioseph. Masc.*in suo tract.de prob.lib.*2.*concl.*1103.*n.*16.18.*&* 19.

¶ Limita I.Hanc decimam ampliationẽ,†vt licèt verũ 159
sit,Iudicem posse etiam sine receptione probationum punire delinquentem coram ipso sedente pro tribunali;vel aliàs vt sup.iustitiam & iurisdictionem exercẽte:si tamẽ in syndicatu sibi negaretur, condemnatũ commisisse delictũ in eius præsentia & tribunali,& non posset iis Iudex dictum & delictũ probare, certè incurreret periculũ non mediocrè per ea, quæ sup.in simili de notorio delinquente dicta sũt,*n.*85.Tutius ergo est, quòd Iudex etiã isto casu recipiat probationes, secund.Ant.Gom.*d.ti.de delic.c.*1.*d.n.*48.*in fi.ver.Tutius tamẽ erit,&c.* vbi dicit,quod ita videtur velle Io. And. *in add. ad Spe.in ti.de not.cri.*§.*fi.n.*12.Nec dissẽtit Foll.*in pra.cri.verbo, itẽ quòd est notorius delinquẽs,n.*27. vbi ponit practicã procedẽdi in isto casu,quòd scilicet cõmisso delicto reus incõtinẽti examinetur:& si cõfiteatur,tũc absq; alia probatione & solẽnitate statim condẽnetur,si autẽ neget, non priùs condẽnetur,quam testes ad eius facié confrontati bene cõcludant, quòd viderunt illum deliquisse coram Iudice pro tribunali sedẽte,& multis astãtibus,secun.Luc.de Pẽna, qui ita docet pract.*in l.quoties,C.de dign.li.*12.sequitur Paris de Put.in loco per Foll.citato,& ante Foll.acidẽ etiam aliis relatis tradidit Car.*in pract.cri.in tr.de appell.*§.*secũdus erit casus,n.*23.*& s.qq.*

¶ Limita II.Vt non possit† delinquens coram Iudice se- 160
dente pro tribunali condemnari & puniri nisi præcedẽte citatione,vt videatur quam afferat defensionẽ: nisi essemus in casu,in quo certũ esset nullã competere defensionẽ,iuxta superiùs tradita,*n.*70.*& seq.* sic in specie hãc materiã declarat Boss. *d.tit.de denunciat.n.*8.*ver.vult tamen Gandinus, & n.*10. Carrer.*in pract.crim.in* 1.*tract.de appell.* §. *secundus erit casus, n.*27.vbi præsertim affirmat requiri citationẽ,quãdo reus nõ fuit captus tẽpore delicti,ex quo aufugit,sed cũ se absentasset,procedetur cõtra ipsũ cõtumacem,Foller.*in pract.crim.d. verbo,item quòd est notorius delinquens,n.*27.*prope fi.*† vbi am- 161
pliùs quòd licèt aliàs isto casu non detur appellatio; dabitur tamẽ,si pœna imponẽda fuerit nimis acerba,& excessiua.

Limita III.Eandem decimam ampliationẽ, † vt procedat, prout loquitur, quando scilicet non solùm Iudex pro- 162
priis oculis viderit delinquentem, sed etiam quãdo delictum est commissum coram eo sedente pro tribunali, vel in actu iustitiæ & cũ præsentia aliorum. Vnde secus,si solus Iudex non sedens pro tribunali, vel aliquem iustitiæ actum non exercens (sufficit enim aut pro tribunali ipsum sedere, aut iustitiæ aliquem actum exercere,prout post Parid.de Put. *in loco per eũ relato* bene declarat Carre.*in d.*§.*secũdus erit casus, numero vigesimo sexto*)delinquentem viderit etiam propriis oculis, & etiam coram multitudine personarum delictum commisisse:tunc enim succedit illa cõmunis * vulgaris con- *
clusio, quod scilicet iudex debet iudicare non † secundũ cõ- 163
scientiã,sed secundũ acta & probata, de qua per Couar.*var. resol.lib.*1.*c.*1.*post n.*6. Osasc.*decis.Pedẽ.*1.*n.*39. Capra *concln.* 32.*per totam:*vbi latè de materia,de qua dicã latiùs *in Quæst. ciuilibus,lib.* 2.*in titulo de iudice,* & credo quòd erit in vltima illius tituli Quæstione inter diuersa.Et ideo hoc casu Iudicẽ non posse sine debitis solemnitatibus & defensionib.reũ tor. quere,aut cõdẽnare,post Alber. & Carrer. quos allegat,tradit Clar.*in pra.cri.d.q.*8.*vers.sed pone quod iudex,*vbi quòd ex hoc solũ aperitur via Iudici ad inquirendũ absq; querela,denunciatione, seu diffamatione præcedente;secus quoad alias solennitates iudiciarias,*& iterum in quæst.* 66.*ver. scias amẽ,*† 164
vbi ecõtrà,quòd licèt Iudex certò sciat aliquẽ nõ esse culpabilẽ:si tamẽ ex probationibus sibi factis appareat culpabilis,

poteſt nihilominus illum condemnare, etiã cũ bona conſciẽtia: nec peccat, ſecundùm aliam cõmunem,* de qua per Imol. *in clem. paſtoralis, §. quia verò, n. 49. de off. deleg. & in ca. 1. n. 13. verſi. ſi autem timeret, de off. ordin.* Ferran. Vaſq. *controuer. Illuſtr. c. 13. n. 1. & c. 14. n. 5. col. 2. in fine.* Sed tutius eſt iſto caſu apud Principem, vel ſuperiorem inſtare, vt cauſa alteri delegetur, vel ipſemet poterit illam alteri delegare, ſecũdùm aliam communem, * de qua per eundem Imo. *in d. §. quia verò, n. 49. in fine,* & tamen non per hoc debet abſtinere à munere iudicandi, quicquid dixerint Abb. & Imo. *in d. c. 1.* quia contra eos eſt communis * opinio, vt dicit Carauita *ſuper ritu 275. mag. cur. circa finem,* ſequitur Clar. *d. verſi. ſcias autem.* Sed ego potiùs officio renunciarem, quàm quẽ certò ſcio innocentem, ex falſis probationibus condemnarem.

165 ¶ Quid autem † ſi delictum ſit commiſſum coram Iudice, & Notario; & Notarius de mandato Iudicis illum deliquiſſe ſcripſerit: an poſſit abſque illo condemnari, & quomodo, vide Foller. *in pract. crim. d. verbo, item quod eſt notorium delinquens, num. 29.* & Carrer. *in d. §. ſecundus, num. 33.*

166 ¶ Limita † vnico modo propoſitam principalem regulam, quatenus dixi in criminalib. & in delicto notorio poſſe procedi iuris ordine nõ ſeruato, vt iſta, inquã, regula locum habeat in delicto, quod reuera eſt notorium: ſecus ſi non eſt notorium: licèt de eo notoriè conſtet. Ita pulchrè declarat Clar. *in pract. q. 9. ſub ver. Item quæro,* ibi, *propterea ſcire debes,* &c. Diuerſi enim ſunt termini, delictum eſſe notorium, vel de delicto notoriè conſtare: tũc enim dicitur delictum notorium, quãdo illud vel celari minimè poteſt, quia putà per euidentiam oculorum apparet: vel eſt commiſſum corã populo, aut eius maiori parte, vel in platea, vel corã multitudine perſonarum, vt ſuprà latè deduxi, ponendo exempla & concluſiones in notorio facti, *n. 38. & pluribus ſeqq.* At vbi delictũ cõſtat vel ex actis, vel ex probationibus, vel ex confeſſione, vel ex ſententia, tunc licèt prædicta inducãt notoriũ iuris, vt pariter ſuprà probaui, *n. 14. & ſeq.* non tamen per hoc delictum, quod inde probatur, dicitur in ſe notoriũ: & ſic ſecundùm Clarũ *in loco citato,* non ſequitur: notoriè cõſtat de delicto, ergo delictum eſt notorium. vnde ex hac declaratione, quæ in ſe vera eſt, inferendo ad limitationem dico, quòd id, quod dici ſolet regulariter in notorio delicto, ordinem eſſe, ordinem non ſeruare, poſſe procedi ex abrupto iuris ordine nõ ſeruato, ſine citatione, ſine defenſione, ſine ſententiis & aliis ſolemnitatibus, de quibus ſuprà deliberandũ eſt, vt procedat, quando delictum eſt notoriè commiſſum; & ſic quãdo delictum eſt in notorio facti, ſecus in
167 notorio iuris: quando ſcilicet de delicto notoriè conſtat. † & hinc eſt, quòd Contad. *in pract. tit. de notor. crim. n. 8.* Ant. de Butr. *in trac. de notor. art. 2. n. 31.* dixit notorium propriè & ſtrictè ſumendo, illud eſſe quod eſt notorium facti: quòd autem iuris eſt, impropriè eſſe notoriũ, & propterea etiam in ciuilibus, in quibus de iuris notorio, vt plurimùm contingit diſputatio, regulam huius Quæſtionis non procedere, ſed iuris ordinem, ac ſi de notorio non ageretur, ſeruandum eſſe dixi *ſuprà, num. 61. & 62.*

ARGVMENTVM.

Delicta plura, quando commiſſa dicantur, & quando vnica, vel pluribus pœnis puniantur.

SVMMARIVM.

Delicta plura pluribus pœnis punienda ſunt, num. 1.

Delicta plura diuerſi generis, ſiue ex interuallo, ſiue incontinenti commictantur, pluribus pœnis puniuntur, num. 2. 3.

Delicta plura eiuſdem generis ex interuallo tamen commiſſa pluribus pœnis ſunt puniendæ, num. 4.

Delicta plura etiam ad eundem effectum commiſſa pluribus pœnis puniuntur, ſi ex interuallo committantur, num. 5.

Delicta plura eiuſdem generis eodem tempore commiſſa pluribus pœnis puniũtur, n. 6 ſed cõtrà, n. 7. Diſtingue de ſtatuto loquente in rem, vel in perſonam, n. 8. ſed contra diſtinctionem, n. 9. Declara, vt num. 10. & ſeqq.

Vulnera plura illata eodẽ tempore, an vnica, vel pluribus pœnis puniantur, n. 6. & ſeqq. & quid ſi fuerint ex interuallo, n. 4.

Quilibet, dictio eſt diſtributiua, & ſignificat actum inſolidum, num. 11.

Pœna augetur propter reiterationem delictorum, num. 12.

Iniuriarum pœna eſt arbitraria, num. 15.

Vulnera plura illata eodem ictu, putà cum bidente, an vnica vel pluribus pœnis puniantur, num. 16.

Delicta plura eiuſdem generis ſucceſſiua ex interuallo commiſſa, vnica tantùm pœna puniuntur, num. 17. & ſeqq.

Adulteria plura commiſſa cum eadem perſona vnica tantùm pœna puniri poſſunt, & non pluribus, num. 18.

Delicta plura commiſſa eodem tempore, & ad eundem finem, & effectum, vnica pœna plectenda ſunt, n. 16. & n. 20. & 21. vbi ponuntur exempla: quòd declara, dummodo tendant ad eundem finem neceſſarium: aliter ſecus, n. 22. 23. & 24. vbi pariter ponuntur exempla, ſed contra, num. 25.

Vulnerans cum inſultu & armis, tenetur vnica pœna, ſcilicet vulneris; non autem inſultus & delationis armorum. n. 20.

Falſitates plures ad eundem finem cõmiſſæ vnica pœna puniuntur, n. 26. ſecus ſi ad diuerſum finẽ, & in diuerſa cauſa, n. 27.

Iniuriæ plures eodem impetu illatæ, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſi generis ſint, vnica pœna puniuntur, num. 28.

Blaſphemiæ plures eodem impetu in Deum prolatæ, vnica pœna puniuntur, num. 29.

Pœnæ plures imponuntur pro diuerſis delictis, quando ſunt inter ſe compatibiles: ſecus ſi incompatibiles. Declara, vt n. 30. 31.

Delicta plura non puniuntur pluribus pœnis incompatibilibus. Declara, vt num. 30. & 31.

Quid ſi ex iteratione delictorum non multiplicatur intereſſe partis offenſæ, num. 32.

QVÆSTIO XXII.

REGVLA ſit † quòd plura delicta non vnica, ſed pluribus 1
pœnis plecti debent, *l. nunquã plura, ff. de priu. deli.* quæ lex cùm apertè hanc probet regulam, fruſtra ad illius cõfirmationem aliũde quærendæ ſunt Doctorum authoritates.

¶ Ampliа I. Hanc regulam, † vt procedat non ſolùm in 2
delictis vniuerſi generis ex interuallo commiſſis, in quibus nulla eſt difficultas, quòd plures ſunt imponendæ pœnæ, vt dicit tex. *in d. l. nunquã plura,* Clar. *in pract. q. 84. ver. alius eſt caſus, in prin.* pulchre exemplificat Couar. *var. reſol. l. 2. c. 10. n. 8. ver. 2. & illud cenſeo.* † verũ etiã in delictis diuerſi gene- 3
ris ſimul, & eodem tempore commiſſis: quoties enim ex iteratione criminis ſimul, ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo diſtincta & diuerſa oriuntur crimina; non vti vnicũ, ſed tanquam plura crimina punienda ſunt, ſecundùm communem * in- *
tellectum *d. l. nunquam plura,* de quo teſtatur Petr. à Plac. *in epit. delis. c. 1. n. 18. ver. Tertiò in hoc tract. in prin.* & ante eum Couar. *d. n. 8. eod. verſ. 2. & illud cenſeo,* ibi, *tertiũ quoties,* &c.

¶ Ampliа II. † Vt regula procedat non ſolũ in pluribus 4
delictis diuerſi generis ex interuallo, ſiue eodem tẽpore patratis, vt modò dixi, ſed etiã in plurib. delictis eiuſdẽ generis, ex interuallo tamen cõmiſſis: vt putà in plurib. percuſſionibus, ſeu vulneribus alicui illatis, pro quib. ſic percutiẽs, vel vulnerãs ex interuallo puniẽdus eſt pro numero percuſſionum illatarum & vulnerum, & non pro vnico delicto, ſeu vulnere. Probatur hæc ampliatio *in c. 1. de pœn. & in c. Apoſtolica, verſi. de ſeruit.* & ibi Anch. *in 6. notab. ext. de re indic. & in c. ſicut,* & ibi Abb. Aret. & Felin. *ext. de teſtibus,* gl. *in c. imitare, 6. q. 1.* Bar. *in l. inficiendo, §. infans, n. fi. de fur.* vbi propterea ſcribit pluries delinquere eum, qui eodẽ die ex interuallo aduersùs legem pretium vim definientem adiecta pœna, pluribus, vel eidem certas & diſtinctas vini menſuras vendiderit, Soc. *conſ. 62. n. 9. & ſeq. vol. 1.* Cou. *var. reſol. l. 2. d. c. 10. ſub n. 8. verſ. quod verò diximus,* Clar. *in pract. q. 84. verſ. ſcias etiã,* vbi quòd ita omnes etiã * fatentur, & quòd ita videtur *
ſenſiſſe gl. *in d. l. nunquã plura, in verb. occiderit, ff. de priu. delic.* quæ in hoc cõmuniter * approbatur, vt dicit Boër. *dec. 82.* *
n. 10. præſertim, quando propter iterationẽ delicti, reiteratur læſio partis offenſæ: & ita etiam de facto ſeruari teſtatur Alber. *in 2. par. ſtatutorum, q. 23. n. 4.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen. 61. n. 1. verſ. Aduerſendo tamen, par. 1.* vide *infrà, n. 17. & ſeqq. in 2. limit.* vbi declaratur hæc ampliatio.

¶ Ampliа III. Etiam † in pluribus delictis commiſſis ad 5
eundem finem, & effectũ: quæ ſiue ampliùs ſint diuerſi generis, ſiue eiuſdẽ, ſi tamẽ ex interuallo patrata fuerint, plura

reputantur

reputãtur delicta,& non vnicum, & ideo succedit multiplicatio pœnæ,arg.text.*in l. si adulterium cum incestu, in princ.ff. de adulter.& in c.cùm pro causa,de senten.excommuni.*tenet gl. *in d.l.nunquã plura,ff.de priuat.delict.& in l.illud,§.finali,ff.ad l.Aquil.* Ang.*in l.inficiando,§.infans.ff.de furt.* & licèt contrariũ senserit Soc.*in prælleg.cons.*62. prout & contrariũ etiam sensisse videntur Doctores relati per Bertaz.*in cons.*214.*n.*2. *li.*1.*& cons.*520.*in princ.li.* 2. horum tamen opinio reprobatur à Didac.*lib.variar.resol.*2.*d.c.*10.*s.b n.*8. *vers. Hactenus, in fi.illius vers.& s.b vers.*2.*& illud censeo,&c.*ibi,*Etiã si repetitio criminis fiat ad eundẽ effectum*, &c. & contra Socinũ tenet etiam Petr.à Placha *in epit.delict.lib.*1.*c.*1.*n.*18.*ver.Tertiò in hoc tract.*ibi, *Quod intelligendum esse existimo,*&c.& paulò infr.ibi, *Quòd si ex interuallo iteratio criminis fiat ad eũdem effectum*, &c. & cum istis etiam pertransisse videtur Clar. *in addit.ad Bert.in cons.*204.*litera A,lib.*1.post Bar. Bal. Dec.& Rim.iun.*in locis per eum relatis,*vide *infrà,nu.*19.*in 3.limitatione*, vbi declaratur hæc ampliatio.

6 ¶ Ampliа IIII.& quod plus est,† vt eadem regula procedat non solùm in delictis eiusdem generis ex interuallo cõmissis,vt suprà dixi,*n.*4.*in 2.ampliat.* sed etiam in commissis in eodem tempore, quãdo scilicet ex quolibet delicto resultat effectus distinctus & separatus, vt in eodem exemplo,de quo suprà,in eo scilicet,qui pluries aliquem percusserit, aut vulnerauerit: is, inquam, tenebitur de pluribus percussionib.& vulneribus ad pœnã, quæ à lege vel statuto cuilibet vulneri seu percussioni inflicta est, & sic pro quantitate vulnerũ & percussionum pœna multiplicanda erit.Ita post Dynũ & vltra Alb.tradidit Bar.*in d.l.nunquã plur.post n.*4.*ff. de priua.delict.* dicens quòd aliàs esset destruere totum mũdũ,Paul.de Cast.*in l.quicunque.n.*4.*C.de seru.fugi.*Anan.*in c.in* * *tantum,n.*5.*de colluf.detegen.*De cõmuni* testatur Soci.*d.cons.* 62.*n.*9.*li.*1.quem refert Pet.à Placha *in epit.delict.lib.*1.*c.*1.*n.* 18.*sub versic.Tertiò in hoc tract.*ibi, *Si quis pluries,eodem impetu,*&c.Clar.*in pract.d.q.*85.*versic.scias etiam,post prin.*& de * magis communi * Couar. licet ipse contrarium verius credat,vt mox dicam *in 2.lib.variar.resol.c.*10.*nn.*8.*versi. Hactenus tractatum est,&c.*ibi, *At si repetitio qualibet criminis,&c.*

7 ¶ Contrarium, † quòd imò isto casu vnicum tantùm crimen censendum sit, & non plura, saltem quoad publicam vindictam & punitionem: licèt propter reiterationem percussionum,aut vulnerum grauior pœna imponi debet,videtur probari *in d.l.illud,§.fi.ff.ad l.Aquil.* sensit gl.*in d.l.nunquã plura,in verbo,ob aliud,ad fi.* & ibi etiã Angel.*in 2.col.*vbi scribit ita seruari in toto orbe,*ff. de priuat. delict.*alia gl. *in l.*1 *in glos.magna,ad fi.C.vnde vi*, videtur etiam de mente Ananiæ in contrarium suprà allegati *in d.c.in tantum,n.*5.*de colluf.detegen.*dum vltimo loco Angeli opinionem retulit.Bar. *in d.l. quicunque,n.*5.*C.de seruis fug.*Io.And.*in regula,delictũ, de reg. iur.in 6.*Car.*in cle.*1.*§ si quis, in primo oppos.it.de priuil.* Ludo. Gomez.*in §.ex maleficiis,n.*12.*Instit.de actio.*optime comprobat Couar.*d.c.*10.*nu.*8.*ver.quartum si eiusdem actus,&c. & in ver.*6.*his præmissis,&c.*vbi declarando materiã dicit ampliùs, quòd licèt respectu partis læsæ, & offensæ,si non quoad publicam vindictam, &, vt dixi, pluribus percussionibus & vulneribus dicantur resultare plura crimina;vt per Foller.*in dicta leg.nunquã plura,*Io.Andr. & Card. *in locis prælleg.atis*, hoc pariter intelligendum est, non vt ob quamlibet percussionem & quodlibet vulnus,pœna à lege seu statuto indicta respectu partis offensæ & læsæ multiplicetur, sed tantummodo vt grauiùs puniatur, & sic non plures pœnæ erũt imponendæ pro quantitate vulnerum & percussionum, vt dicunt Clarus,& suprà in contrarium allegati: sed vnica tantùm:& licèt ob reiterationem grauior;& hanc eandem contrariam õpinionem tanquam æquitati adhærentem in praxi seruandam fore dixit,idem Placha *in d.ca.*1.*num.*17.*versicul. Quintò,vt propositam quæstionem, & cap. prope finem,versicul. His præuisis,& examinatis.*

8 ¶ Pro concordia succedit distinctio,† de qua originaliter per Iacob.de Arena *in d.l.apud Labeonẽ,§.conuitiũ,ff.de iniur.* quòd scilicet, aut lex vel statutũ loquitur in personã,imponendo putà pœnam simpliciter vulneranti, vel statutum loquitur in personam,imponendo scilicet pœnam simpliciter vulneranti,vel percutienti:aut loquitur in rem, imponendo putà pœnã pro quolibet vulnere, pro qualibet alapa,vel pro qualibet percussione.Primò casu vera fit hæc secundo loco relata opinio:secundo autem casu verior sit opinio Bart. & sequacium. Et hanc distinctionem Iacobi de Arena communem* dixit Foll.*in l.4.ff.ad l.Aquil.*prout illum referunt * Petr.à Placha *in epit.delict.d.cap.*1.*nu.*18.*vers.ex quo secundò deducitur,*& ante eum Barba.*in apostil.ad Bart.o.in l.si gemina arbor,sub num. primo, in verbo, ego puto.ff.arb.furt.cæs.* Ang. *de malef.in verbo, & dictum Titium,n.*2. vbi quod refert, ita vidit etiam semper in pract.seruari,sequitur Couar.*var.resol.lib.*2.*d.c.*10.*sub n.*8.*vers.quarto,præmisso statuto,&c.*

¶ Contrarium,† quòd immò indistinctè siue lex,aut sta- 9
tutũ loquatur in rem, siue in personam, semper ex reiteratione delictorum eiusdem generis etiam eodem tempore sequuta,imponi debeant plures pœnæ pro quantitate delictorum,cõtra distinctionem Iacobi de Arena post Dynum, & vltra Alb.tradidit Bar.*in d.l.nunquã plura, n.*11.*ff.de priuat.delict.*idẽ Bart.*in d.l.si gemina,ff.arb.furt.cæs.* Card.*in d. clem.*1.§.*si qui,de priuileg.*Boër.*com.*4.*n.*8.*&* 9.& ita semper se vidisse in pract. seruari testatur Clar. *d. q.*84. *vers. scias etiam,in fi.& vers.hæc autem omnia, pariter in fine.*

¶ Quid igitur dicendum? Dico,† quando lex,vel statutum 10
loquitur in rem,imponendo certam pœnã,prout exemplificant prælleg.ati Doctor.pro qualibet alapa, pro qualibet percussione,seu pro quolibet vulnere:tũc si eodẽ tempore, & impetu plures inferantur percussiones, alapæ, seu plura vulnera,indubitatum est,pœnã esse multiplicandã pro quãtitate percussionũ,alaparum,& vulnerũ,& in hoc,vt vides, nemo contradicit:id enim verissimũ credo, non ex eo quòd (prout cõsiderare videtur Doct.)statutũ seu lex loquãtur in rem potiùs,quàm in personã:quia in hoc non credo faciendã esse vim,vt mox dicã,sed ex eo quia adest illa dictio distributiua, *Quilibet* †, cùm & separatim per omnia prædicata versetur,& actũ in solidũ significet, secund.gl.Bar.& Doct.*in l.si plurib.ff.de lega.*2.cũ aliis per Rolã.*cons.*70.*n.*44. *vol.*3.Soc.*cons.*50.*n.*1.*& seq.l.*1.Ofasc.*decis.Pedem.*23.*n.*11. 11
ideo data multiplicatione delictorũ, est pariter danda multiplicatio pœnarũ integraliter, & in solidum: alioquin frustra fuisset dictum pro quolibet vulnere. Hæc enim verba clarè denotãt multiplicationem vulnerum, percussionum, seu alaparum,& hic casus, vt dixi,non habet difficultatem.

¶ Si verò † lex,vel statutũ imponat certã pœnã vulnetanti,percutienti,seu alapam danti,& sic loquatur in personã, 12
vel etiã loquatur in rem semota illa dictione, *Quilibet*: dicẽdo putà *pro vulnere,pro alapa,*vel *percussione soluãtur scuta centum.* & tunc si talia delicta reiterentur eodem tempore, dicere licet, quòd nõ nisi vnica pœna, illa scil.quæ a statuto determinata est, imponi deberet pro istis iteratis delictis; non aliter,ac si vnica percussio,vnicũ vulnus,seu vnica alapa inflicta esset,prout simpliciter vnicam tãtum imponendam pœnam sentire videntur Docto. supracitati,*num.* 8. & ab omni iure, & ratione alienum est. Absurdum enim est credere, quòd statuentes, seu legislatores voluerint eandẽ pœnam imponere pro pluribus vulneribus, pro pluribus percussionibus, ac pro pluribus alapis, quam imposuerunt pro vnica percussione,pro vnica alapa, ac pro vnico vulnere. Idem enim esset primò contra regulam, quòd pœnæ semper sunt commensurandæ delictis.

¶ Secundò econtrà aliam regulam,quòd propter reiterationem delictorum semper pœna est augenda,*l.capitalium, §.solent,& §.grassatores,ff.de pœn.l.*3.*C.de Episc.aud.l.seruos,C. ad l.Iul.de vi pub.l.*1.*ff. de iure patronat.*cum aliis,de quibus per Ant.Gom.*tit.de delict.c.*3.*n.*60.*in fin.& in tit.de furt.n.*5. & alibi latiùs dicetur,*hoc eodem tit.*& sic in hac parte dissentio à distinctione Iacobi de Arena,& sequacium.

¶ Pariter† etiã dissentio ab opinione Dyni, Alberici,Bart. 13
& aliorum suprà citatorum,*nu.*9. Nam isto casu pariter licet dicere, quòd pœnæ sint multiplicandæ in totum,& per totum, iuxta multiplicationem delictorũ eodem tempore, impetu & incontinenti iteratorũ in eandem personã: non aliter ac si forent diuersis tẽporibus patrata,& est certè sententia nimis dura,& rigorosa, & propterea mediam sequẽdo sententiam,tanquam æquiorem,vt prædixi *sup.nu.*7. cũ Placha,Couarr.& aliis *ibi citatis*, dicerem isto casu vnicam tantùm pœnam fore imponendam, grauiorem tamen ea, quæ imponeretur,si delicta non essent reiterata.

14 ¶Et† quando pœna delicti non est determinata à iure, vel à statuto, sed est arbitraria, prout arbitraria est pœna alapæ,
15 percussionis, & vulneris, quia generaliter† iniuriarum pœna Iudicis arbitrio commissa est, vt per Clar. *in pract. §. iniuria, vers. sed quæro*, Conrad. *in pract pag. 407. n. 17. & seqq.* Petr. à Plac. *in op. delic. c. 6. n. 30.* D. Menoch. *d. arbit. q. casu 263. n. 3. cent. 3. l. 2.* & latiùs dicam suo loco, in materia iniuriarum, & tunc sine aliquo dubio teneas præcedentẽ opinionem, quòd scil. ex pluribus percussionibus, vulneribus, seu alapis incontinenti, & eodem impetu inflictis, licèt plurà forsan dicãtur resultare delicta; tamen quoad publicam vindictam & opinionem, non nisi vnicum oritur crimen: vnica tantùm pœna puniendum, sed grauiori propter reiterationem.

16 ¶Limita I. Propositam regulam† non procedere in pluribus vulneribus vnico ictu illatis, vtputà cum bidente, seu alio instrumento bifurcato: tunc enim licèt plura sint vulnera, vnicum tamen reputatur crimẽ, & pro vnico crimine & * vulnere imponitur pœna, secundùm communẽ * opinionẽ antiquorum, de qua testatur Alber. licèt ipse cõtrarium sentiat *in 2. par. statutorum, q. 36.* & pariter communem, & in practica seruari dixit Viui. *in com. opin. sub ver. statutum imponens.* Et licèt Clar. *in d. q. 84. in vers. hæc autem omnia, prope finem*, dicat semper vidisse in practica seruari, vt pro quolibet vulnere pœna multiplicetur, etiam quòd eodem ictu illata sint, & Clarum referẽdo sequatur Dom. Ioseph. Ludo. *in sua decis. Lucen. 61. n. 3. prima parte.* Hæc tamen practica apud nos non seruatur, sed vt prædixi in antecedenti ampliatione, non nisi vnicam vidi semper impositam pœnam, sed grauiorem propter multitudinem vulnerum illatorum, vel vnico, sed diuersis ictibus. & ista est pura veritas.

17 ¶ Limita II. Eandem regulã † non procedere in plurib. delictis successiuis ex interuallo commissis & eiusdem generis: licèt enim, vt sup. dixi, *n. 4. in secunda ampliatione*, plura delicta eiusdẽ generis ex interuallo commissa pluribus pœnis punienda sint, hoc tamen accipiendũ est, vt procedat in delictis momentaneis: secus in successiuis, in quibus nõ nisi vnica imponenda est pœna, etiã quòd plura sint, & ex interuallo cõmissa. Sic enim probat text. *in l. ei qui, §. infans, ff. de fur.* vbi ex iterata rei furtiuæ contrectatione vnicũ tantùm, & non plura sunt furta; ad idem facit tex. *in l. maritus, §. sex*
18 *mensium, ff de adult.* vbi pariter, quod ex cõtinuatione adulterij cum vna & eadem persona vnicum reputatur adulterium, & non plura, docet Bal. *in l. quicunque, col. 2. C. de seru. fugit.* Anch. *cons. 4.* Card. *in clem. 1. in 10. quæst. de consanguin. & affin.* & est gl. *in l. vulgaris, in verb. fur erit, ff. de fur.* dicens in specie, quòd licèt cùm quis alienam vxorem pluries cognouerit, continuatione quadam plura videantur adulteria: vnica tamen tantùm pœna talis continuatio punienda est, & ita etiam expressè respond. vltra Bald. Anch. & Card. *in locis præcit.* Bart. *in cons. 122.* Ias. *in l. eum, qui, §. in popularib. n. 5. ff. de iureiur.* Roch. de Curte. *in cap. fi. in primo notab. ext. de consuet.* Gram. *voto 17. n. 4.* pulchre comprobat, & declarat Conarr. videndus *l. b. 2. var. resolut. dicto capitulo 10. sub n. 8. versiculo quod verò diximus*, inquiens, quòd licèt Bart. *in d. l. vulgaris*, contrarium senserit, eius tamen ratio parum probabilis est, vt ibi per eum. Et opinio glossæ in ea lege contra
* Bart. communiter * omnium calculis recipitur, etiam quòd de pœna pecuniaria, & iterabili tractetur. Adde Bertazzo. *consil. 24. & 25. lib. 1. & cons. 520. l. 2. in discursu*, vbi pluribus comprobat plura delicta & commissa diuersis temporibus, si tamen sunt continuata, non nisi vnicam pœnam mereri, præsertim quando sunt commissa ad eundem finem, & ex eorum reiteratione non multiplicatur, nec augetur interesse partis offensæ.

19 ¶ Limita III. Dictã † regulam nõ procedere in pluribus delictis diuersi generis eodem tempore commissis ad vnum & eundem finem, & effectũ: licèt enim vt suprà dixi, *n. 5. in 3. ampliatione*, plura delicta, siue eiusdẽ, siue diuersi generis sint, quãdo ex interuallo patrata sunt, puniũtur pluribus pœnis, etiam quòd sint commissa ad eundẽ finem, & effectum, nihilominus, quando talia delicta sunt patrata nõ ex interuallo, sed eodem tempore ad eundem effectum, tunc maius delictũ absorbet minus, & vnica tantũ pœna scilicet maioris delicti imponitur, & nõ plures, vtputà in vulnerãte & occidente, qui solùm punitur de homicidio, & non de homicidio & vulnere simul, secundùm distinctionem Bart. *in dict. l. nunquam plura, n. 4. ff. de priuat. delict.* quem sic intelligit, & declarat Aug. *in l. inficiando, §. infans, ff. de furt.* Angelúmque & Bart. sic ad propositũ refert, & sequitur Couar. *d. c. 10. n. 8. vers. Hactenus tractatum est, &c. & in pri. versiculi, & prope finem versiculi*, ibi, *Nec Bartoli distinctio quicquam suffragatur*, & sequitur Pet. à Placha *in epit. delic. li. 1. c. 1. n. 8. vers. 3. in hoc tractatu, ad fi. & in iisdem verbis*, ibi, *vtique Bartoli distinctio, &c.* nec dissentit Bertazzo. *in cons. 520. n. 1. li. 2.* † propterea si 20
extent in aliqua ciuitate tria statuta, vnũ puniens delationẽ armorum in centum, aliud puniens insultum in aliis centũ: si quis aliquem cum armis insultet & vulneret, non omnib. istis pœnis puniendus est, sed solummodo pœna centum pro vulnere, & pœna insultus & armorum cõfunditur cum pœna vulneris, secundùm gl. *in l. qui de crimine, in verb. plurima, C. de accu.* quam gl. communiter * sequuntur Doctores; sicuti *
testantur Iod. *in pract. crim. c. 77. numero quarto*, Marsi. *in l. si in rixa, n. 15. ff. de sicar. & in l. vnica, n. 54. C. de rapt. virg.* Iaffred. *dec. 95.* Viui. *in com. opin. ver. statutum puniens*, Bertaz. *d. cons. 520. post n. 1. li. 2.* Clar. *in pract. d. q. 84. vers. alius est casus*, vbi etiam quòd ita seruauit Senatus Mediolani in quodam Ioa. Baptista de Furnariis, qui proiecerat pilam ferream in suum aduersarium, & deinde ensem euaginauerat: hunc enim vnica tantùm pœna puniri iussit idem Senatus. Facit, quod dixit idem Clar. *in quæst. 82. vers pone statutum.* † Vbi stante statu- 21
to, quòd in delictis commissis de nocte pœna duplicetur: & stante alio statuto, quòd pariter pœna duplicetur in delictis commissis in platea, si quis de nocte deliquit in platea, licèt contrauenerit vtrique statuto: tamen semel tantùm duplicari debet pœna, & non bis, secundùm communem * opi- *
nionem, de quo per Aug. ad Ang. *de malefi. in verbo, in platea communis, post n. 20.* Addo etiam pro hac eadem limitatione D. Ioseph. Lud. *in dec. Lucen. 61. n. 3. vers. si verò forent delicta, &c. p. 1.* & D. Hier. Magon. *pariter in aliis suis dec. 90. n. 14. & seqq. par. 1.* vbi etiam exemplificat in auxilio præstito ad euadendum carceratum à carceribus, cum violatione murorũ: dicítque, quòd ex quo hæc delicta diuersi generis fuerunt vnico temporis contextu patrata, ideo inter se confunduntur, quia vnitas temporis parit vnitatem delicti, & maius delictũ absorbet minus, vt per Soc. *d. cons. 62. n. 9. lib. 1.* Iaffred. Couar. & Clar. *in locis præcitatis.*

¶ Svblimita præcedentem limitationẽ, † vt tunc demũ 22
plura delicta ad eundem finẽ eodem tẽpore commissa, vnica, & non plurib. pœnis puniãtur, quando scilicet dicta plura delicta tendunt ad eundẽ finem necessariũ maioris seu principalis delicti, quandóve illud principale, & maius delictum non poterat sine aliis cõmitti, vt sup. posuimus exemplum in vulnere, quod non potest inferri sine armis & insultu, & in homicidio, quod non potest cõmitti sine vulnere, & in quib. arma, insultus & vulnus sunt præordinata ad finẽ necessariũ dicti homicidij principalis delicti: tunc enim verum est, vnicam solùm pœnam esse imponendam, sc. maioris & principalis delicti. Vnde secus, quando delicta diuersi generis non tenderent ad eundem finem necessariò, nec necessariò comprehenderẽtur sub principali delicto: tunc enim etiã quòd sint commissa eodem tempore, non vnica pœna, sed plurib. pœnis plectẽda sunt. Ita pulchre consuluit Rosel. *in cons. 90.* & Alex. de Neuo *in cons. 91. inter cons. crim. diuer. n. 1.* † ponẽ- 23
tes exemplum in eo, qui vt furaretur, transcendit muros ciuitatis: ex quo enim furtum potest cõmitti absq; eo quòd transcẽdantur dicti muri ciuitatis, ideo debet isto casu duplici pœna puniri, vt ibi per eos tradit in simili D. Ioseph. *d. dec. Lucen. 61. n. 5. & seqq. 1. par.* dicens, quòd quando delicta non sunt præambula vnum ad aliud, sed sunt separata & distincta, siue nominata siue innominata sint, non vnica, sed duplici pœna puniuntur, † & ponit exemplum in eo, qui 24
frangit ostium, vt stuprum committat: qui propterea debet puniri de stupro & fractura, & non de stupro solùm.

¶ Verùm quia huic declarationi & sublimitationi de directo obstant exempla sup. tradita, *in n. 25. in fin. & num. seq.* † vbi delicta intra se non tendunt ad eundẽ finem necessa- 25
rium, potéstq; vnum commodè patrari sine alio: & tamẽ secundùm communem * traditum est, vnicam tantùm pœnam *
posse imponi: ideo pro resolutione dicas in proposita limitatione non duplicem pœnam, vt præfati Doctores sentire videntur,

videntur; sed vnicam tantũ, illã scilicet principalioris & maioris delicti fore imponẽdam, iuxta ea quæ dicta sunt in præcedenti limitatione, sed istam pœnam licèt vnicã bene fore aggrauandam ab aliis delictis ad principale delictũ, licèt non de necessitate concurrentibus, iuxta pariter superiùs tradita *n.7.& n.13.* & sic licèt in casu Alexandri de Neuo, & Roselli, furtum possit committi absque eo quòd transcendantur muri ciuitatis, nihilominus vnica tantùm pœna isto casu locum habebit, scilicet furti, quod fuit principale delictum in intentione delinquentium; augenda tamen ex morum ciuitatis transcensione, iuxta ea quæ suprà dixi *in quæst. 20. n. 146.& segq.* pariter etiam in casu *d. decis. Lucen. 61.* licèt stuprum possit etiam committi sine fractura ostij; tamen vnica solum erit imponenda pœna, videlicet pro stupro, quod fuit principale delictũ, sed augẽda similiter propter fracturã ostij: & hęc, ni fallor, est vera intelligẽtia præfatę sublimitationis.

26 ¶ LIMITA IV. Regulam † non procedere in pluribus falsitatibus commissis ab aliquo ad eundem finẽ & effectum, vt putà in eo, qui vt victoriam in vna causa, & contra vnam & eandem personam reportaret, plures in vno libro postas, seu partitas falsificauit, vel plures testes subornauit ad falsum deponendum, & illis vsus est: is inquam siue incontinẽti & eodem tempore, siue etiam ex interuallo talia perpetrauerit, falsitatémque non solùm fabricauerit, sed etiam vsus fuerit, licèt re vera plura dicatur commisisse delicta, falsitates, & subornationes; vnica tamen pœna & non pluribus afficiendus est, secundùm Bart. *in l. inficiando, §. infans, n.3. ff. de fur.* Bar. & Albe. *in l. quicunque, C. de seru. fug.* Soc. *cons. 62. n. 8. & seq.* Plot. *in l. si quando, n. 715. C. vnde vi*, secundùm antiquam impressionem, Ioann. Monticel. *in pract. crim. reg. 15. n. 160.* Couar. *var. resol. lib. 2. c. 10. n. 8. vers. quintum est hoc in tract. prænotandum, &c.* vbi tamen, quòd isto casu licèt pœna sit vnica, venit propter iterationem grauior imponenda, Bertazzo. *cons. 24. & 25. per totum lib. 1. cons. 520. pariter per totum li. 2.* vbi pluribus rationibus aliisque Doctorum authoritatibus hanc comprobat limitationem subdens ampliùs ab ea, tanquam communiter recepta, in iudicando minimè recedendum esse.

¶ SVBLIMITA Hanc quartam limitationem, † vt procedat, prout loquitur in plurib. subornationibus, seu falsitatib. commissis ad eundem finem; & sic ad reportandum victoriam in vna causa: secus ergo si committatur ad diuersum finem, & ad reportandum victoriam in diuersis causis: tunc enim pœna multiplicanda est numero falsitatum, & subornationum, vt per Plot. *in l. si quando, d. n. 715. C. vnde vi*, Ioan. Marc. Montic. *d. reg. 15. n. 16.* & ante istos Bar. communiter* receptus, teste Couar. *vbi sup. d. c. 10. num. 8. ver. verùm si idem crimen, &c.* vbi tamen isto casu potiùs opinatur ratione priuatæ offensæ & publicæ vindictæ arbitrio recti & discreti Iudicis pœnam potiùs augendam fore, quàm iterandam. Et ita dicit esse de mente gl. *in d. l. vulgaris, ff. de furt.*

28 ¶ LIMITA V. propositam regulam † nõ procedere in pluribus iniuriis eodem tempore, ac eodem impetu in aliquem illatis, quas pro vnica tantùm reputari iniuria, & vnicam tãtùm pœnam esse imponendam, dixit Bart. *in l. apud Labeonẽ, §. ait Prætor, ff. de iniur.* Alber. *in 2. par. stat. q. 39.* Ang. *de malef. in verbo, verba iniuriosa, n. 6.* facit tex. *in l. 1. §. verbis, ff. eodem, & in l. vnum, ff. de test.* glos. Bart. Io. de Plat. & Luc. de Penna *in l. si quãdo, C. de bon. vacan. lib. 10.* Corset. *sing. verbo, statutũ, ver. statuto cauetur quod pro quolibet verbo, &c.* Boer. *cons. quarto n. 8.* Soc. *in l. si familia, n. 8. & 9. ff. de iurisd. omn. Iudic.* Couarru. *var. resol. lib. 2. cap. 10. sub n. 8. vers. 2. si quis in alterum, &c.* vbi ampliat hanc limitationem, siue iniurię plures sint eiusdem, siue etiam diuersi generis, sequitur Placha *dict. c. primo, n. 17. versic. longè quidem aliter, &c.* vbi testatur de æquiori opinione, licèt glossa & Bar. ibi allegati contrarium in hoc vltimo

29 dixerint, † & pari etiam ratione, si quis vno, & eodem impetu eadem continuatione verborum plures in Deum protulerit blasphemias, vnica tantùm blasphemiæ pœna puniuntur, per Cæpol. *cons. crim. 77.* Alciat. *in c. cùm non ab homine, n. 33. ext. de iudic.* Couarr. *sub d. n. 8. vers. tertiò eodem pacto*, Pet. à Placha *d. c. 1. n. 18. in fi. vers. quartò eodem pacto diffiniri potest*, & per Dec. qui etiam refert, & reprobat contrarium tenentes, *in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 5. n. 14.*

¶ LIMITA VI. Principalem regulam sic, vt suprà ampliatam generaliter, † vt in omnibus casibus, in quibus pluta delicta pluribus pœnis puniuntur: id sanè intelligendum sit, vt procedat in pœnis iterabilibus, & compatibilibus, vt putà in pecuniariis, vel in pœna exilij ad tẽpus impositis à lege vel statuto, quæ pœnæ possunt compatibiliter duplicari, & multiplicari, tam in quantitate pecuniarũ, quàm in tẽpore exilij pro quantitate delictorum: vnde secus crederẽ in pœnis non iterabilibus & inter se incõpatibilib. vt putà vbi pro vno delicto esset imponẽda pœna mortis, & pro alio pœna fustigationis, triremium, vel pecuniaria † tũc enim licèt generaliter 31 dici soleat, quòd quãdo concurrũt plures pœnæ, vna scilicèt maior, putà mortis, & altera minor, incipiendum sit à pœna minori, & deinde deueniẽdum ad maiorem pœnam mortis, vt per Do. *in l. omnes, C. de dilat. lib. 10.* Ang. *in d. l. nunquã plura, ff. de priua. delict.* Anan. *in ca. fi. de colluſio. deteg.* Lud. Mõtal. *in tract. de reprob. senten. Pilati, art. 1. versic. Nunc quæro*, ibi, *istis facit*, &c. quos refert & sequitur Carrer. *in pract. crim. in tract. de hom. §. circa secundũ, iuxta legẽ Moysi, &c. n. 44.* & de facto seruari ex Barto. *in d. l. omnes*, testatur Cæpol. *in auth. sed nouo iure, n. 42. C. de seru. fugit.* nunquã tamen vidi hanc conclusionem in praxi receptam. Et valde reprehẽdẽdus, ac etiã deridẽdus esset his tẽporibus Iudex, qui priùs aliquem pecuniariter mulctari aut fustigari, vel ad triremes ad tempus transmitti mãdaret, & deinde illum morti traderet: & propterea isto casu maiorẽ pœnã absorbere minorẽ multò verius crediderim. Bene verũ est, quòd in quibusdã turpibus delictis, & mali exempli aliquãdo vidi reos priùs fustigari, & deinde vel relegari, vel ad triremes trãsmitti, vt putà in iis, qui committunt aliquam magnam falsitatẽ, vel cameram Apostolicam defraudãt, & his similibus, arbitrio boni, prudẽtisve Iudicis, & in quibusdã aliis atrocissimis delictis, vt putà assassinis, qui mediante pecunia aliquem magnæ authoritatis virum occidunt, vel in iis, qui pariter aliquem occidũt in eius domo animo ipsum derobandi. Vidi etiam antequam furca suspenderetur in loco commissi sceleris manum delinquẽti amputari, iuxta trad. per Cæpol. *d. n. 42.* Sed hæc pœnarum incompatibilium multiplicatio sic apud nos vsu recepta est, non ex pluralitate delictorum, vt per Doct. præfatos, sed propter atrocitatem criminis, & vt facinorosi perterriti ab atrocitate pœnarum, abstineant se ab atrocibus delictis.

¶ LIMITA VII. Vt † licèt plura delicta pluribus pœnis puniri debeant, quando & eorum iteratione multiplicatur, & augetur interesse partis offensæ, vt dixi *suprà, num. 4. in fine*, quando tamen econtrà ex reiteratione prædicta, non insurgit nouum interesse dictæ partis offensæ, vnica solùm imponitur pœna, sicut post Cyn. Bal. Ang. & Aret. *in l. quicunque, Cod. de seru. fug.* & Bar. *in cons. 222. n. 2.* consuluit Bartaz. *in cons. 25. n. 2. li. 1. & cons. 520. n. 5. lib. 2.* 32

ARGVMENTVM.

Delicti pœna quando, & quomodo augeatur propter delinquendi consuetudinem.

SVMMARIVM.

Consuetudo delinquendi pœnam delicti auget regulariter, num. primo.

Consuetudo delinquendi facit, vt pœna pecuniaria euadat capitalis, num. 2. & sequen. Declara 1. vt Iudex non cogatur capitalem pœnam imponere, sed potest, si vult, capitaliter punire, & sic puniendo excusatur in syndicatu, n. 5. & 6. Declara 2. vt quicquid sit de facto, nunquam imponatur pœna capitalis, num. 7.

Furtum vnicum quamuis magnum, non meretur pœnam mortis, num. 3.

Furta tria si quis committat, pœnam mortis meretur, num. 4.

Potest, verbum, necessitatem non importat, n. 5.

Consuetudo delinquendi auget pœnam, etiam quòd de primis delictis quis fuerit condemnatus, & punitus, n. 8.

Consuetudo delinquendi non auget pœnam in vltimo delicto, nisi de primis quis fuerit condemnatus, & punitus, & an augeat pœnam in primo delicto, si de posterioribus delictis quis non fuit punitus, num. 9. & 10.

Consuetudo delinquendi facit augere pœnam, etiam quòd de primis

mis delictis quis fuerit aggratiatus,n.11.

Consuetudo delinquendi auget pœnam,etiam quod antiqua delicta sint præscripta,num. 12.

Consuetudo delinquendi inducitur per binum actum,num.16.& seqq.& num. 18. vbi multò magis inducitur hæc delinquendi consuetudo per tres vices,& num. 19. vbi etiam quod inducitur ex vnico actu.

Frequenter fieri dicitur,quod bis fit,n.17.

Consuetudo delinquendi facit indicium contra inquisitum, n. 20. & seq. Sed an hoc indicium sufficiat de se solum ad torturam. Dic,quod non,sed bene administratum,n.23.& seqq.

Bannitum occidens dicitur delinquere, licèt impunè id faciat,n. 15.in fine.

Bannitum occidens dicitur minister & exequutor iustitiæ, n. 15. in fine.

Malus semel,semper præsumitur malus, n. 21. Hæc tamen præsumptio de se sola non facit indicium ad torturam, administrata sic,n.22.& seqq.Et an hæc sit præsumptio iuris, vel hominis,d.n.21. ante fin.

Vulnerato,seu occiso vno à plurib. in rixa si nesciatur à quo, Iudex incipiet torquere illum,qui consuetus est occidere,seu vulnerare,num,23.

Consuetudo delinquendi iuncta mala fama in genere, facit indicium ad torturam,num.24.

Consuetudo delinquendi facit, vt quis acriùs torqueri possit, numero 25.

Malus semel non semper præsumitur malus, si per triennium fecit bonam vitam, n. 26.& seqq.etiam quod per istud triennium non egerit pœnitentiam in monasterio, n. 27.& à quo tempore currat istud triennium,n.29.

Fama mala non facit indicium contra eum, qui per triennium bene vixit,n.26.& seqq.vbi de materia.

Malus semel non semper præsumitur malus, quando non sumus in eodem genere mali,n.30.& 31.Declara,vt n.32.

Malus de præsenti,non præsumitur malus in præteritum:quia in delictis de præsenti non præsumitur in præteritum. Declara, vt d.n.32.in fi.ver.Limita 4.

Fama mala in genere non facit indicium, quando non est super eodem genere mali,n.30.& 31.sed bene facit aliquam suspicionem,n.32.

Consuetudo delinquendi non operatur, nec facit indicium,quando non est in eodem genere delicti, de quo quis inquiritur,numero 30.& 31.sed bene facit aliquam suspicionem, numero 32.

Consuetudo delinquendi non inducitur ex sola inquisitione, seu imputatione criminis, nisi probetur, quòd quis sit confessus, convictus,vel condemnatus,num.33.

Consuetudo delinquendi non facit augere pœnam in minoribus, declara,vt n.34.

Consuetudo delinquendi non auget pœnas impositas ipso iure, numero 36.

Non consuetus delinquere mitiùs punitur,n.32.in fine.

QVÆSTIO XXIII.

DELICTA plura & iterata quãdo pluribus pœnis puniẽda sint, dixi in præcedenti Quæst. Restat modò videre, quando, & quomodo propter delictorum iterationem pœna augenda sit, & quidem dubium non est, *ex suprà allegatis in dicta antecedenti q.n.7.13.25.26.& 27.*

1 REGVLAM posse constitui affirmatiuam,† quòd scilicet delinquendo consuetudo facit,vt reus grauiùs puniatur:quę regula probatur etiã *in l.3.C.de Episcop. aud.in l. capitaliũ,§. solẽt,& in §.grassatores,ff.de pœ.in l.3.vers.si plures, ff. de re milit.in c.sernos,C.ad l.Iul.de vi,in l.1.ff.de iurẽ patron.in l.quicũque,vers.1.C.de seru.fugit.in l.1.C.de superexactor.li.10.in l.omnes,§.delatores,C.de collẽdẽ lib.& in l.omnes,C.de delato.pariter lib.10.in l.2.C.de primicer.li.12.in l.3.C. de domest.& protect.codit.& in l.fi.C.de commẽa.pariter li.12.& de iure canon.in c.ita nos,25.q.2.in c.peruenit,27. q. 1.* per quæ iura reum, qui delinquere cõsuetus est,grauiùs multò, quã si semel tãtũ deliquisset,fore puniẽdũ apertè probãt:& cõmuniter* à Doctoribus,nemine quẽ videtim,dissentiẽte,receptũ est, provt videri potest apud gl.*in d.l.quicũque,C.de seru.fugi.*Spec.*in tit.de contu.§.4.vers.sed pone,Iudex.*Inno.*in c.nouit,extra de iudic.*Sali.*in d.l. seruos,C.ad leg.Iul.de vi.publ.* Bal. *in dicta l.3. C. de Episc.aud.*Barto.*in l.sicut,§.fin.in fi.ff.de accus.*Fel.*in c.sicut,in gl.adulterio,de testib.& in c.ad abolẽda,de hære.*Lud.Montal.*in tract.de reprob.sent.Pilati, art.2.*Roch.de Curt.*in repet. capit. fina.in 1.not.ab.de cõsuet.*Carrer.*in pract.in tract.de homicid.& assas.§.circa igitur tertiũ,quibus ex causis pœna augetur,& c.n.1. & seqq.*Marli.*sing.378.n.3.*Gram.*voto 9.n.22.& n.25.& voto 17.n.7.& seqq.*Iacob.Nouel. *in suis regulis, reg.1.n.14.& seqq.*Ant.Gom.*in tra.de delict.ti.de homic.c.3.n.60. in fi.& in ti.de furto,ca.5.n.5.*Paul.Meren. *cons.crim.diuers.90.n.23.& seq.tomo 2.in folio,*Cæpol.*in auth.sed nouo iure,n.92.* vbi quòd ita communiter*practicatur de generali consuetudine, *C.de seru. fugit.* Et ista regula non solùm est communis, * vt ex * Blancho testatur Clar.*in prac.qua.21.vers.fama sola.prope fin.* sed etiam ab omnibus nemine penitus discrepante recepta: geminatio enim delicti,quamuis leuis,facit illud maximum & graue reputari,vt latè per Marsil.*in l....§.quæst.n.2.& seqq. ff.de quæst.& in sing.378.incip.geminatio sequitur,* D.Mascard. *de proba.lib.2.conclus.838.num.1.*

¶ AMPLIA I.Hanc regulam† in tãtum propter delinquẽdi iterationem pœnam augendam, vt licèt delictũ de per se non mereatur pœnam corporalem, sed tantũ pecuniariam. 2 sæpius tamen cõmissum potest pœna mortis naturalis puniri,per rationem suprà positam, quia scilicet consuetudo delinquẽdi facit delictũ,aliàs nõ capitale reputari,*l.prima,C.de superexac.li.10.l.omnes,§.delatores,C. de collat. eod. lib.* tradunt Bart.Luc.de Penna,Ang.& Alex.*in d.l. prima,* Lud.Rom. *in l.si verò,§.de viro,in 13.casu.ff.sol.matr.*Bart.*in l.licitat.§. quod illicitè,circa princip.ff.de publ.iud.*Ioan.de Platea *in d.l.omnes,* cũ aliis per Gram.*cõs.17.n.16.voto 9.n.26.& seqq. & voto 17. n.13.& seqq.*Carrer.*in pract.in trac.de homic. §. homicidij autẽ species duplex est.& §.circa igitur tertiũ, quibus ex causis pœna augeatur,n.4.& seqq.*Arnon.*sing. 64.* vbi pulchrè Nouel. *reg. prima,n.19.*Hercul.*in tract.de caut.de non offend.cap.39.n.10.* Marsil.*dicto sing.378.n.1.& seqq.*Brun.*consil.crim.diuer.115.n. 15.& seqq.vol.2.in folio,* Paul. Merend. *dicto cons. crim. 90. n. 33.eod.vol.* Fab.à Monteleone *in pract.arbit.in tertia, & vltima parte quarta partis principalis,num. 766.& seqq. pag.mihi 259.*D.Oct.Vulpel.*responso 16.n.quarto,lib.primo,*& ista ampliatio vno omnium*consensu recepta est per Scriben.*in d.* * *l.prima,C.de superexa.lib.*10.teste Mascard.*dicta conclus.*838. *n.2.& seqq.lib.*2.vbi ex Angelo *in d.l.*1.& dat cautelã, quòd quando assessores volunt facere aliquem reum mori,ponunt in inquisitione contra eum formata,quòd pluribus vicibus crimina,de quibus in ea, commisit: & deinde probata tali perseuerantia,securè eum ad mortem condemnant.

¶Et facit in simili pro hac ampliatione, quod in specie dicitur in crimine furti,† pro quo quamuis magno, licèt non 3 imponatur regulariter pœna mortis,secundùm magis communem,*æquiorem,& magis practicatam opinionem, de * qua latè per Cæpol.*in auth.sed nouo iure,n.75.& seqq. C. de fern.fugit.*Alex.*cons.71.n.21.inter cons.crim.diuers.vol.secundo, in paruis,*Ant.Gomez *de delict.tit.de furt.n.7.*& ibi Suarez *in addit.litera D,*Rolan.*cons.51.n.43.& seqq.vol.primo,*Clar.*in pract.§.furtum,vers.sed an pro vno, &c.* D. Octau. Vulpel.*responso 16.n.1.& seq.*

¶† Si tamen reiteratur tertia vice,potest pro tribus furtis 4 quamuis minimis,pœna mortis imponi, vt per Gram. *dict. voto 9.n.25.& voto 17.n.5.*Couarru.*var.resol. lib.2. ca.9.n.7.* D. Masc. qui alios adducit concordantes,*in d.conclus.838.n. 6.lib.2.*saltem de generali & communi consuetudine, sicut testantur Ant.Gomez. *vbi suprà,n.6.*& D.Octau.Vulpel. *dicto responso 16.n.3.* & alibi Deo dante latiùs dicam *in quarto lib.sub ti.de furto.*Humanum enim est peccare,Angelicum se emendare,& diabolicum perseuerare, & propterea peccatum veniale geminatum effici mortale,probat tex. *in capit. vnum,§.in nomine autem criminis,25.distinctione.*

¶LIMITANDO I.Hanc primam ampliationem aduerte, 5 †quòd Doctores præfati loquuntur non necessitatiuè (vt ita dicam)sed potestatiuè: quia loquuntur non per verbum, *Debet,*sed per verbum,*Potest,*quod affirmatiuè prolatũ necessitatem de sui natura non importat,vt per Bart.*in l. secũda,§. credẽdũ,col.1.ff.si cert.pet.iuncta l.Prator,in princi.ff.de edẽ.& l.prima,*

l.prima,§ primo,ff quod quisque iur. Ac sic nõ erit isto casu Iudex à lege astrictus pœnã mortis & capitis imponere in delictis nõ capitalibus quãtũuis iteratis:sed bene poterit sic capitaliter punire,si ita arbitratus fuerit, prout optimè cõsiderauit D.Fab.à Mõtel.*in pract.arb.d.3.& vl. parte quartæ partis princip.n.769.pag.mihi* 259.& propterea cùm hoc sit Iu-
6 dici arbitrarium, † non poterit idem Iudex redargui in syndicatu,arbitrando pœnam mortis propter delinquendi consuetudinẽ,vt per Parid.*in tract.de syndic. in verbo pœna, cap. multa possunt occurrere,vers. Iudex potest criminosum propter cõsuetudinem,&c.*quem sequuti sunt Gram.Car.Octau.Vulpel.
* & cæteri Doctores communiter * *suprà allegati,num.*2.

7 ¶Limita II. Eandem primam ampliationẽ, † quæ licèt
* communis * sit,& in iure possit probabiliter sustineri,de facto tamen & de consuetudine non seruatur,teste eod.Gram. *in decis.*16.*n.*5.*in fine,& seq.* vbi quòd nunquam vidit præfatam ampliationem practicari in magna curia Vicariæ, & Gram.sequitur Carrer.*vbi suprà,d.*§.*circa igitur tertium, ver. quibus ex causis pœna augeatur,&c.sub n.nono,* & ita etiã contra eandem ampliationem seruari solitum esse Senatũ Mediolani testatur Iu.Cla *in pract.q.84.vers.sed hîc incidêter,&c.* subdens propterea, quòd isto casu apud eũ vel tortura acriùs infertur,vel extraordinariè puniendum grauiùs Iudex suum extẽdit arbitrium, & certè nec etiam ego vidi vnquã in Vrbe pœnam mortis imponi pro delictis non capitalibus quantumuis geminatis & iteratis: ideo stante hac consuetudine aduertat Iudex, ne contrarium faciat: quia non excusabitur in syndicatu ex suprà allegatis, *n.*6. quæ propterea loquuntur,vt dixi,de iure,non autem de consuetudine.

8 ¶Amplia II. Propositam regulã, † vt pœna augenda sit propter consuetudinem delinquendi,etiam quòd de primis delictis quis fuerit condemnatus,& punitus:sic enim videtur probari *in d.l.capitaliũ,*§. *solẽt,ff.de pœnis,* ibi,*tractari clementis,&c.* iunctis aliis verbis,ibi,*Nunquam capite plectendi,&c.* loquitur enim ibi tex.quando quis pro prima,& secunda vice fuit punitus; & tamen dicit, quòd pro tertia vice acriùs punitur, ita per illum text. sic ponderatum post Vbertum de Bobio,Guido.de Suza.Odofred. & Gandin. quos allegat, tradit Cæpol.*in authen.sed nouo iure,num.*100. *C. de seru. fug.* Clar.*in pract.in* §.*furtum,vers.quæro etiam,* vbi secũdùm apostillam ad Vital.*de malef.in rubr.de furt.sub num.*3. dixit hanc ampliationem à consuetudine approbatam, & apud eum in Ducatu Mediolani seruari,Dom.Men.*de arbitr.quæst.li.2.cẽt.3.casu* 295.*n.*19.Chassan.*in consuetud.Burgun.tit.*1.§.5.*vers. simplex,&c.n.*15.Alciat. *in cap.cùm non ab homine, vltimo notab.n.*30.*de iud.*Couar.*variar.resol. lib.*2.*cap.*9.*n.*7.*post princ.* qui omnes licèt in specie loquantur in fure, tamen eadem est ratio in aliis delictis, quo ad grauiorem pœnam imponẽdam, prout generaliter in omnibus delictis loquitur Carrer.qui concordantes allegat *in pract.de homicid.*§.*circa igitur tertium,quibus ex causis pœna augeatur,&c. sub n. primo, prope fin.*Grammat.*voto* 17.*n.*12. vbi pariter alios adducit concordantes,& sequitur D.Ios Mascard. post hæc scripta visus, *in suo tracta.de proba.li.*2.*num.*13.

9 ¶Amplia Hanc secundã ampliationem †,vt immò pœna non possit augeri propter delinquendi consuetudinẽ, nisi quis de primis delictis fuerit condemnatus & punitus, cùm aliàs sine tali punitione reiterando delictum non possit dici incorrigibilis,secund.Herculan.*in tract.de caut.de non offend. cap.*39.*n.*10.vbi allegat Dec.& Cagnol.*in reg.bona fides,ff. de re.iur.*& facit tex.*in d.l.capitaliũ.*§.*solẽt,ff.de pœ.*vbi probatur, quòd seditiosi & delinquẽtes in acclamando, & congregando gẽtes,puniuntur graui pœna,de qua ibi,& si postea cõmiserint aliud simile delictum,aggrauatur pœna ita demum,si pro primo sint puniti & correcti.Item facit tex. *in c.cum non ab homine,de iud.& in c.graue,de prab.& in Auth.vt lic.matri, & auiæ,*§.*si quis in sua domo,collat.*8.*& in Auth.de Eccles.tit.*§. *si autẽ,collat.*9.*& auth.si quis ei,C.de adult.* & vtrobique com-
* muniter*Doctores,vt testatur Ant.Gomez.*in tract.de delict. ca.*5.*tit.de furt.n.*9.*vers. Aduertendum,&c.* vbi tamen ipse *in vers. sed his non obstantibus, &c.* sustinendo contrarium, & pro sua opinione contraria põderãdo, & adducendo alia iura,hanc ampliationem solùm procedere affirmat in pluribus delictis nõ punitis commissis in diuersis territoriis, in quib. Iudex primi delicti commissi in suo territorio, si vult delinquentem pro illo primo delicto graniùs punire propter alia delicta sequentia non punita,& in aliis territoriis commissa, non potest, † quia posteriora delicta non punita,non aggra- 10
uant primum, licèt bene priora aggrauent vltimum, & ibi per eum,& sic consuetudo delinquendi facit in vltimo delicto augere pœnam, non solùm quando quis de primis delictis est punitus & condemnatus, sed etiam quando de eisdem primis delictis non fuit punitus,nec condemnatus, secundùm opinionem Gomezij,quæ mihi vera videtur. At secus, quando agitur de augendo pœnam in primo delicto, in quo id minimè licet ex seqq & posterioribus non punitis,vt dixi,secundùm eiusdem Gomezij declarationem, quæ communis * est,vt ipse eo loci testatur. *

¶Amplia III. Eandem regulam, † vt scilicet pœna sit 11
augenda propter consuetudinem delinquendi, non solùm quando quis de primis delictis fuit condemnatus, & punitus,vt in præcedenti ampliatione; sed etiamsi de illis fuerit à Principe per gratiam absolutus, secundùm communem * *
obseruantiam,de qua per Chassan.*in consuetu. Burgun.rubr. prima,*§.*quinto,vers.simplex,n.*20. Affl. *in constitutio. Neapol. rub.*25.*c.ad legitima ponderа,n.primo,* Couarru. *variar.resol. li.*2.*ca.*10.*n.*2.*ver.cæterùm præmissa lege,&c.* Menoch. *de arb. quæst.li.secundo,casu* 295.*centu.*3.*n.*19. Clar. *in pract.* §. *furtum, vers.sed quid si,&c.* qui Doctores licèt in specie loquantur in fure,qui commisit tria furta;eorum tamen dicta ex generali ratione possunt extendi etiam ad omnia delicta, prout generaliter in omnibus delictis loquitur Paul. Meren. *cons. crim.diuer.*90.*n.*32.*vol.*2.*in magnis.*

¶Amplia IV. Vt † pœna augeatur etiam propter anti- 12
qua delicta præscripta.Bal.*in auth sed nouo iure,num.* 3. & ibi etiam Cæpol.*n.*98.*in fi.C.de seru.fugi.* idem Bald.*in auth.qui semel,n.*25.& ibi etiam Sal.*col.fi.C.quomod. & quan.Iud.* Ias.*in l.si idem cum eodem,n.*5 *ff.de iurisd.om.Iud.* vbi testatur de* cõi, *
de qua etiam testatur Nell. *in tract. de bannit.in* 2 *par.primi tempor.q.*6. dicens, quòd ità communiter seruatur per assessores,licèt in perniciem animarum suarum; quia id de iure fieri non potest,Clar.*in pract.qu.*41.*ver.vnum tamen,* Anton. Gomez.*de delict.c.*5.*ti.de furto,n.*8 *in fi.ver & idem,&c.*

¶Amplia V. Vt † eadem pœna augeatur etiam propter delicta cõmissa in diuersis territoriis:licet enim Iudex vnius loci, non possit cognoscere de criminibus alibi commissis extra suum territoriũ,*vt in l.fi.ff.de iurisdict.omn.Iudic. & in l.* 3 *ff.de offi.Prætor.& in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi oport.*& dixi late *sup.in ti.de inquisitione,quæstio.septim.* id tamẽ procedit,vt non possit cognoscere principaliter, secus incidenter quoad aggrauandum pœnam delicti, de quo reus ab illo Iudice puniendus est; & sic qualitas ista reiterationis delictorum consideratur, siue priora delicta sint commissa in vno,eodémque loco & territorio,siue etiam in diuersis,Bar. *in l.si cui,*§.*fin.in quæstione fi.*& ibi etiam Dynus,Ang.*num.*4. qui ita dicit seruari de *cõsuetudine,vt & cæteri Doctores, *
ff.de accus.& ibidẽ Bartol.*in Auth.vt nulli Iudic.*§. *si verò quis comprehensorum,collatio.*9 Bald.*in auth. sed nouo iure,n.*4.*vers. sed dubitatur,nunquid.* vbi etiam Paul.de Castro *n.*7. Cæpol. *n.*98.qui testatur de communi,* *C.de seru.fugit.* idem Bal. *in* *
*l.certum,col.*1.*in fin.ff. si cert.pet.at.* Sal. *in l.seruos,n.*10.*C. ad l. Iul.de vi,* Aret.*in* §.*ex maleficiis,n.*5.*Instit.de actio. & in tract. de malefic.in verbo,& vestem cælestem,ver.quæro, nũquid furtiũ, de quo non posset cognosci.*& ibidem August.*in addit. n.*14. *& n.*24.*& in verbo,existens Florentiæ,post n. primum,* Gandin.*in ti. de furib. & latro.col.*2.Ias.*in l. eum, qui,*§.*in popularibus,n.* 12.*ff.de iureiuran.* Abb. *in c.*1.*n.*2.*de cler.percuss.& in c.*1.*n.*4. *de pœn.* Anchar.*in clem.*1.*n.*2.*de pœn.* Fel.*in cap.cum contingat, n.*1.*de foro compet.* Conrad.*in pract.ti.de inquisitione,n.*22.*in* 8. *limitatione,pag.mihi* 252.*col.*2.Chassa.*in consuet.Burgun.ti.*1. §.5.*ver.simplex,n.*15.vbi pariter testatur de communi * opi- *
nione,Alciat.*in c.cùm non ab homine,in vlt.notab.n.*30.*de iud.* Couarru.*var.resol.li.*2.*c.*9.*n.septimo,ver. idem erit obseruãdũ, &c.* Dec. *in l.bona fides, n.*11.*ff. de reg. iur.* qui Doctores licèt præcipuè ponant exẽplũ in fure, qui cõmisit tria furta in diuersis territoriis:ratio tamẽ est generalis & eadẽ in omnibus aliis delictis,prout etiã generaliter loquutus fuit Nell.*in tractatu de bannit.in secunda par.secundi tempor.quæst.sexta,* vbi subdit,quòd ita cõmuniter* seruatur per Assessores,prout il- *
lum refert,& sequitur Clar.*in pract.qu.*39.*ver.pro cõplemẽto,*

Hieron.Magon.*decis.Lucen.*41.*n.*16.*prima parte*,Ant.Gom. *de delictis,tit.de furto,ca.*5.*n.*8.vbi etiam quòd hæc ampliatio est valde singularis,& notanda in practica.

14 ¶ Limita Hanc quintam ampliationem, † vt procedat quando reus reperitur in manibus Iudicis illius territorij, in quo est commissum vltimum delictum : quia tunc vera est conclusio, quòd pœna venit augenda propter delicta commissa in alienis territoriis : vnde secus,si reperiatur in manibus Iudicis territorij, vbi est commissum primum delictum; quia tunc non potest illius pœna augeri propter delicta alibi commissa. Priora enim delicta aggrauant vltimum, [sed
* non posteriora primum, secundùm communem,* de qua per Ant.Gom.*d.tit.de furto,ca.*5.*n.*9.*vers.sed his non obstantibus,paulò ante medium*,& dixi iterum *supra,hac ea.q.n.*10.]

15 ¶ Amplia VI.† Vt pœna augenda sit ex delictis iteratis, etiam quòd sint impunibilia, vtputà in eo, qui alias offendit bannitū, qui de iure occidi poterat:licèt enim offendēs bannitum iuris interpretatione non dicatur delinquere propter impunitatem permissam;negari tamen non potest,quòd delinquens nō sit,Bal.*in l.*1.*&* 2.*ff.ne quis eum,qui in ius vocat.& in l.decuriones*,vbi etiā Paulus de Castro, *n.*4.*C.ex quib. cau. infam.irroge.*illúdque,quod in suo genere malum est,nō potest vlla de causa bene fieri,vt ex Aristot.*in* 2.*Ethic.*refert D. Soto *in tra.de iust.& iure*, *lib.*5.*q.*1.*artic.* 2. & ideo dicebat Bar.*in l.*1 *ff.de his,quib.vt indign.* id quod pœnam non meretur,offensa tamen est, & non abstergit nomen delicti, licèt pœnam tollat. Quamuis enim sine pœna multa faciamus, non tamen caret vitio,aut dedecore,*capit.nerui.*13. *distinctio.* vbi quòd non est sine vitio,quod ignoscitur & non præcipitur.Oritur enim cōtra tales sic delinquētes spe gratię & impunitatis,non leuis eorum existimationis læsio apud probos viros.Et propterea his & similib.rationib.quòd in criminalibus argumentum à solitis possit sumi, etiam à delictis impunibilibus,expressè tenet D.Hier.Magon.*decis.Lucen.*41.*n.*15.*vers.est enim,& n.*18.vbi in specie de offendente bannitum, hanc declarat ampliationem non procedere, quando delictum à statuto reputaretur non solùm impunibile, sed etiam licitum;vtputà si diceret, quòd bannitus possit impunè,& licitè occidi:quia tunc cùm ea,quæ licitè fiunt, delicta non sint,vt inquit Bal.& Salicet.*in d.l.decuriones.* ideo ex delictis prioribus impunibilibus & licitis pœna aggrauanda non est. & pro declaratione Magonij facit, quia occidens bannitum,seu alium, quem occidere iura permittunt,dicitur minister,& exequutor iustitiæ, secundùm Bald. *in l.prim.n.*15.*vers.quæro,an talis occisor*, *C.si à non competen. Iudi.* Ruin.*cons.*4.*n.*13.*vers.& quilibet,& n.*28. *vers.si id faciat vti minister iustitiæ,lib.*5.

16 ¶ Amplia VII. Vt† ad augendam pœnam propter consuetudinem delinquendi binus actus sufficiat, secundùm gl. *in cap.ita nos,*25.*quæst.*2.Bald.& Paul.de Castro *in l.tertia,C. de Episcop.audie.*Luc.de Penna *in l.prima,Cod.de superexact. lib.*10.Alex.*in addit.ad Bartol.in l. prima*, *Cod.de pasc. publ. lib.*11.vbi dicit perseuerantiam & geminationem referri ad duas vices,Angel.*in Auth.de trien.& semis.*§ *& quod sæpe*,vbi dixit dictionem, pluries, verificari in duabus vicibus. quod & idem tradiderunt Bald.*in l.fideicommissa.*§. *si quis decem,ff. de leg.tertio*,Roch.de Curt.*tract.de consuetud.post n.*371.*vers. prima est concluſ.* & per istas authoritates hanc ampliationem firmat D.Ioseph.Mascar.*de prob.lib.*2.*dict.conclus.*838. *n.* 11. *&* 12.Addo Grammat.*cons.*34.*n.*5.*& voto* 9.*n.*22.*& voto* 17. *num.*23.*& decisio.*16.*num.*3.*& decis.*48.*pariter num.*3. Marsil.*sing.*378. *sub numero quarto*, Carrer. *in pract. crimin. in tr. de homicid.*§.*circa igitur tertium,quibus ex causis pœna augeatur,sub num.*9.Cepha. *cons.*28. *num.*12.*libro primo*,Brunor. à Sole *in suo consilio crimina.n.*40.[Claud.à Bertazzo.*in consilio* 213.*n.*4.*litera D,vers. Sed quod saltem,& seqq.*vbi alios plures
* adducit concordantes,& testatur de communiori* opinione
17 ex Cagnol. *in l.diem functo,*7.*num.*97.*ff.de off. assesso.*] † quod enim bis fit, frequenter fieri dicitur, *vt in Auth.de defensor. ciuit.a.* cum ibi not. per Doct. *collat.* 3. *cap. monasterium*, vbi Abb. *num.*5.*de vita & honest.cler.* & ex duabus vicibus indu-
18 ci frequentationem,dicit Archid. *in c.illud,*12.*distin.*† Multò magis inducitur consuetudo delinquendi per tres vices, *vt in l.seruos*, *Cod. ad legem Iul. de vi publ.* Luc.de Penna *in dicta l.prima*,facit text.*in c.omnes decimæ,*16.*quæst. vlt.* & notatur,*in cap.ergo secunda,quæst.*7. [Blanc. *de indic.num.* 245.] Carrer.*sub dicto n.*9.Gramma.*dicto cons.* 34.*n.*5.*& dicto voto* 17.*n.*22.*& decisio.*16.*n.secundo,& decisio.*36.*n.* 10. † quibus 19
in locis licèt ipse Gramma. probet, etiam ex vnico actu quē dici consuetum delinquere,sequitur Paul.Merenda.*cons.crimin.diuer.*90.*n.*22.*vol.*2. *in folio*, [cum aliis pluribus relatis per eund.Claud.ad Bertazzo.*vbi supra,in verbo,solitum.* Magis tamen communis * opinio est,vt binum requiratur deli- *
ctum vltra illud,de quo agitur,ad hoc,vt quis dicatur solitus delinquere,vt bene declarat ibi ipse Claud. *in versicu. in hac re est aduertendum.*Vel dicas generaliter,]quòd pœna erit aggrauāda plus & minus, secundùm quantitatem delictorum, quia grauiùs multò puniendus est, qui ter deliquit, quàm qui bis: & grauiùs etiam puniendus est, qui bis deliquit, quàm qui semel : & econtrà. & sic de singulis.

¶ Amplia VIII. Vt†delinquendi cōsuetudo noceat reo, 20
nedum in condemnando,sed etiam in procedendo, quia lex multùm præsumit contra eum, qui cōsuetus est delinquere, *vt in l.si cui*,§. *ff. e accus.& in l.nō omnes,*§.*à barbaris,ff.de re milit.*Gandin.*in tract.de malef.in rubr. de præsump.col.* 1. *vers. aliquando,&c.& ver.fi.*Nouel.*in tract.ad defensum,tit.an indicia pro reo danda sint,*§.*solet communi sentētia dici,&c.* Et delictorū frequentia delinquētis incorrigibilitatē denotat,Brun. *cons.crim.diuer.*115.*n.*7.*tomo secūdo,in folio.*† & semel malus 21
sēper præsumitur in futurū,*reg.semel malus*,vbi glos.& Dy. *de reg.iur.in* 6.*capitu.mādata,& c.scribam*,vbi glos. & Doct. *de præs.l.*2.*ff.de Senator.d.l.non omnes,*§.*à barbaris,ff. de re milit.*Marsil.*in pract.*§.*diligenter,n.*110.Ioann.de Amic.*cons.*116. *n.*7.[Blanc.*de indic.ad l.fi.ff.de quæstio.n.* 241. *& seqq.*] Rim. sen.*cons.*391.*n.*22.*vol.*2. Natta *cons.* 362.*n.*8.*& consil.*420.*n.* 40.*& cons.*422.*n.*21.*vol.*2.Caccheran.*decisio.Pedemon.* 88.*n.* 27.plenè Euerar.*in loco a tempore ad tempus,n.* 1. *& seqq.* Alciat.*in tract.de præsump.reg.secunda,præsumpt.*7.*n.primo*, Dominus Ioseph.Mascard. *in suo tracta. de probatio. libro primo, conclusio.*222.*num.*20.*& lib.secundo,conclusion.* 831.*num.* 11. vbi quòd ad docendum quem esse talem, satis est probare illum aliquando talem fuisse, & latiùs *conclus.* 103.*n.*37.*& seqq. dict. lib.*2. vbi plures facit illationes ex hac regula.Paul. Granut. *theorem.*23.*num.*1.*&* 2.*lib.*1. [*vide lib.*2.*titul.de indic.quæstio.* 47. *num.*199. & ad comprobationem huius ampliationis, ac etiam vltra infrascripta,alia ad materiam hanc pertinentia plura refert Menoch. post hæc scripta habitus, *in tracta.de præsump. lib.* 5. *præsumpt.* 32. *num.* 1. *& seqq. & numer.* 17. vbi quòd hæc est iuris præsumptio, & non hominis,prout existimabat Alber. *in l.omnimodo*, *n.* 6. *Cod. de inofficioso test.*]

¶ Limita I. Hanc octauam ampliationem, † quòd licèt 22
Alex.*in consil* 77.*n.*4.*vers.*5.*indicium,lib.primo*, & plures alij relati per Marsi.*in pract.*§.*diligenter, num.* 99. quos sequitur Foller.*in practica crim. in verbo, item quòd sororem venenauit, n.*8. dixerint, hanc præsumptionem ex consuetudine delinquendi orientem,facere de se solum indicium ad torturam, & hanc opinionem videatur etiam sequutus Rolan. *in cons.* 63.*n.*35.*volumine secundo*,[& Bertazzo.*cons.*213.*n.*4.*li.* 1. vbi loquitur in solito furari. Hieron. *in addit. ad Ange. de malefi. in verbo, quòd fama publica præceden. num.* 41. *litera A*, Cyrill. *in summa criminali,rubr.*29 *de quæstio.* §. 6.*numer.*16. *vers.sicut etiam dicimus,folio mihi* 156.*column.* 1. vbi loquitur in vehementi infamia,]in hoc ferè omnes Doctores consentire ex Marsilio *vbi sup.* dixerit Nouel. *in practica crim. folio* 41.*num.*54.prout illum refert Clar. *in pract.quæstio. versicul. sed pone,quos reus,& cat.*eandémque opinionem dixerit communem* Ioan.Bapt.Villalob.*in commu.opin.versicu.indicium,* * *n.*18.ex Blan.*in tract.de indic.ad l.fina.ff.de quæstionibus, num.* 148.prout ipsum allegat.

¶ Veritas tamen est, quam in iudicando, & consulendo sequaris (quia semper sic practicari vidi) quòd hæc sola præsumptio absque aliis adminiculis, cùm sit indicium remotum, non sufficit ad torturam, licèt bene cum adminiculis sufficiens sit, vt per eundem Marsi. *in d.* §. *diligenter, sub num.* 12. *versicul.contrariam partem,& seqq.vsque ad num.* 117. ac per eundem Blanc. *in dict. l. fina. numer.* 246. *vers.difficultas sit,ff.de quæstio.* & per eundem Foll. *dict.verbo, item quòd sororem venenauit,n.*28.*in prin.*sequitur Bru.*d.cons. crim.diuers.*115.*num.*66.*volum.*2.*in fol.* nec dissentit Carrer.

in pract.

in pract.cri.in tract.de indi.§.decimumquartum indiciũ,&c. vbi relatis contrariis dixit, quòd ex cõsuetudine delinquẽdi oritur solùm præsumptio, quæ minùs est indicio, & ibi plures alios adducit in proposito concordantes, prout etiam nec dissentire videtur Alciat. *in d.reg.2.præsump.7.n.3. in fi.vers. quartò intelligo*, vbi post Iaco.de Beluiso,& Sal.quos allegat, pariter dicit,quòd præsumptio ex antiquis delictis cõtra delinquentem oriens non facit contra eum nisi tantummodo suspicionẽ,quæ(vt alias dicetur infrà *in 2.lib sub tit.de indic.*) minus est,quàm indicium; & ita in Ducatu Mediolani seruari testatur Clar.*in pract.q.64.d.ver.sed pone,quòd reus*,subdẽs quòd si hac sola præsũptione posset Iudices reos tormẽtis subiicere,nimis latas haberent habenas, quod nõ est permittendum propter imperitiam multorum, & Clarum nouissimè sequitur Paul.Granut. *in d. theorem.23.n.4.* vbi ad id adducit etiam Boss.*in tit.de indic.n. 65.* dicitque, quòd hæc præsumptio ex consuetudine delinquendi oriens aduersùs inquisitum est sicut herba betonica;quia cætera contra eum indicia non concludentia facit haberi pro concludentibus. [Addo & post hæc scripta visum Menoc.*in suo tract. præsum. li.1.q.89. n. 101.* vbi pariter dicit, quòd consuetudo delinquendi facit indicium ad torturam, modò concurrant alia adminicula; aliter secus,quod & idem affirmauit Claud. *in add.ad Bertazzo.cons.548.litera A,vers.1.& seqq.lib.2.*& vide quæ diximus *in 2 lib.in tit.de indiciis,& tortu.q.47.n.205.*]

23 Et hinc est†secundùm Sali.*in fi.col.fi.C.de quæst.* & Marsil. *in l.1.in prin.col.fi.ff. eod.* prout illos refert, & sequitur Alciat.*vbi sup.dicta reg.2.præsump.7.& n.1.*& Alciatũ refert,& sequitur D.Ios.Mascard.*concl.1003.n.55.lib.2.*quòd si vnus reperiatur vulneratus à pluribus in rixa interuenientibus, Iudex poterit deuenire ad torturam cõtra illum,qui aliàs simile delictum commisit. Isto enim casu,vt vides,cõsuetudo delinquendi est adminiculata ab interuentu rixæ; ideo facit
24 indicium ad torturam.†Et in simili etiam dixit Paul.Merenda *in cons.crim.diuers.90.n.22.*post Blanch.*in tract.de indic.ad dictam l.fin. ff. de quæst.n. 241. & sequ.* quod consuetudo delinquendi iuncta etiam mala fama inquisiti, inducit contra
25 ipsum indicium;† & vbi aliàs esset deueniendum leuiter contra inquisitum ad torturam,debet ipse acriùs torqueri,si aliàs consuetus sit delinquere,vt per eund.Paul.Merend.*dicto cons. crim. 90. n. 32.* vbi allegat Paridem de Put. *in tracta.de syndica.in verbo,tortura,versic.pone,quòd aliquis, n. 23. & 24.* Vide tamen ad materiam huius primæ limitationis ea, quæ dicentur *infrà in 2.libro,sub titu.de indic. quæstio, 47.* vbi particulariter agetur de mala fama in genere, & quale faciat indicium.

26 ¶Limita II. Eandem octauam ampliationem,† vt nec procedat,quando quis stetit per trienniũ,quòd nõ commisit delictũ. Si enim per dictum tempus benè & laudabiliter vixerit,cessat præsumptio,quòd semel malus,iterum præsumitur malus,tex.est *in § sancimus,ver.nequaquam*,& ibi Ang. *in Auth.de monach.*ibi,*triennalis temporis testimoniũ*,&c. *collat.1.* Roma.*cons.236.n.5.& 6.*& ibi Mãdos.*in addit.litera E*,Corset.*sing.in verbo,præsumptio.*1.Ias.*in rubr.ff.de iusti.& iure, n.7.* Boër.*in addit.ad Dy.in reg.semel,de reg.iur.in 6.* Cur.iun.*in l. vnica,n.36.C. de prohib. seq.pec.* Alciat.*reg.2.præsumpt.7.n.3.* Chassan.*cons.60.in c.quidam prior, n. 4.* Dec. *cons.163.n.20.* Foll.*in pract.crim.verbo,itẽ quòd sororem venenauit,n.28.vers. Tertiò,quia probatur ex aduerso,&c.*Rol.*cons.63.n.12.& seqq. lib.3.& cons.11.num.35. & seq.eod.vol. & cons.64. n.36.lib.2.* Blanc.*in pract.crim.in fine,in 14.cautela*, Masc.*de prob.lib.primo,dicta conclusio. 222. n. 22.* vbi plures adducit concordantes,*& conclus.1003.n.41.lib.2.& conclus.465.n.10.& seq.lib. 1.* [Menoc.*in suo tracta.de præsumpt.* quem post hæc scripta vidi,*lib.1.quæst.89.n.105.& lib.5.præsum.32.n.30.* Lud. Peg. *decis.crim.17.n.14.& 15.*Hieron.Lauren. *decis. Auenionen.1. n.13.*vbi probat hanc limitationem minimè probari *in d.§. sancimus*,sed pro eo allegat tex.*in l.Imperialis,C.de nup.& in c.ferrum,50.distinct.*]

27 ¶ Et in simili dicimus,quòd si inquisitus, qui aliàs fuerit malę famę,probauerit per trienniũ se bene vixisse,fuisseque bonæ vocis,cõuersationis,& famę,illa mala fama cõtra eum probata nihil ei noceret,quia cẽsetur in totũ purgata,Sali.*in l.si minorẽ,post n.Secundum,C.de in integrũ restit.min.*cõcordãtes adducit Nouel.*in tract.ad defensã,tit. an indicia pro eo dãda sint,§.solet cõmuni sententia dici,n.106.& seq.*& de*communi testatur Gram.quem refert Cla.*in pract.qu. 21.ver.fama sola,in fi.*Mascard.*de probatio.li.1.d. concl. 222.n. 12. ver. sublimita hanc limitationem*,vbi alios adducit. *

¶Et per triennij lapsum, quòd quis præsumatur de malo effectus bonus,& sic emendatus de crimine, tradit Gomez. *in regul.Cancellar.in reg.de triennali,in fi.vers.nec mirandũ*, Illustrissimus Dominus Cardinalis Alb. *in lucubratio. ad Bar. in l.Cassius,n.17.& seq.ff.de Senator.*Hier.Laur.*d.decisi. Auenion.1.n.13.*Masc.*d.conclusio.465.co.n.10.& seq.l.1.*& de*cõi * etiã testatur D.Paul. Granut.*in d.theorem.23.n.16.& n.17.& 18.*†vbi cõtra Iac.de Beluiso,& Alcia.& alios quos refert,& 28 sequitur Do.Iosep.Masc.*de prob.conc.1003.n.42.li.2. & concl. 465.n.9.li.1.*[& per Meno.*de præsump.li.5.dict.præsumpt.32. n.31.& seqq.*[pulchre defendit hãc limitationem procedere, etiam quòd emendatus in isto triennio non feciisset magnã pœnitentiam in monasterio,ac etiam quòd non probasset se abstinuisse ab illo delicto,quando sibi occasio venit;*& num.* 19.† vbi quòd istud triennij tempus currit à die delicti, & 29 non à die habitæ gratiæ,seu condemnationis.

¶Limita III.Dictam ampliationem, † vt tunc demum 30 ex consuetudine delinquendi oriatur contra eum pręsũptio ex regula,quòd semel malus,semper pręsumatur malus,dũmodo simus in eodem,vel simili genere mali: secus si in diuerso,*dict.l.si cui,§.1.ff.de accus.d.l.non omnes,§.à barbaris,ff.de re mili.*Iacob.de Beluiso *in sua disp.*quã posuit *in l.omnimodo*, vbi etiam Alber.eam refert, *(.de inoffi.testam.*Anch.*in reg.semel malus,de reg.iur.in 5.*Luc.de Pen.*in l.quemadmodũ, C.de agricol.& cens.l.11.*Bart.*in l.Cassiũs,ff.de Senat.*Bald.& Imola *in l.fi.de hæred.instit.*Ioan.de Anan.*in c.P.Diaconus de homici.* Feli.*in cap.cum in iure,in princip.de offic.delegati.*Alexand. *in consil.5.in casu inquisitionis,n.3.li.primo, in princip.& cons.77. num.4.versic quintum indicium,in princip.eodem libro, & consil. 144.post redditum,lib.secundo,*Marsil.*consil.15.æterni numinis, n.9.& cons.77.Dominus labia,num.11.*Nouell. *in tract.ad defensam,rub.an indicia pro reo danda sint, §.solet cõmuni sentẽtia dici,n.105.*Foller.*in pract.crim.verbo, item quòd sororem venenauit,num.28.*Carrer.*in tracta.de indic.§.decimumquartum indicium,sub n.primo,in princip.*Alciat. *d.reg. secunda,præsumpt. 7.n.2.in prima limitatione*,Fabia.à Mõteleon.*in sua prac.arbitra.fol.259.n.767.*Arno.*dialogo 66.*Catel.Cotta *in suis memoral.verbo,malus semel*, Gram. *decis. 25.n.7.& voto 3.n.34.& voto 30.n.28.*Natta *cons.42.numero quinto, & cons.43.n.3.li. primo,& cons 36.num.7.& 8.li.1.*vbi latè, & nouissimè Paul. Granut.*d.theorẽ.23.n.3.*& Ioseph.Masc.*de probat. li. secundo, dicta concl.1003.n.38.*[Bertaz.*cons.213.n.3.in fi.*& ibi Claud. *in addit.litera C*,vbi alios adducit concordantes,*li.1.*Menoch. *de præsumpt.li.5.præsumpt.32.n.24.*

¶ Et in simili, & magis in specie dicimus, † quòd licèt 31 mala fama in genere alicuius hominis faciat contra ipsum indicium,vt suo loco.*in tit.de indi.q.47.infrà,lib.2.* tractabitur:id sanè intelligendum est, vt procedat, quando mala fama est in eodem genere delicti,de quo reus inquiritur,secus si de diuerso.Sic enim vltra præfatos concluditur per Gram. *cons.45.n.31.*Rol. *cons.64.n.35.vol.2.*Moder.Tholos.*in suis regulis criminalib.reg. incip. ad hoc, vt quis ex mala voce & fama,&c.* vbi alios adducit concordantes.Clar. *in pract. q. 21. versi.fama sola,prope fi.*vbi testatur de communi * ex practi- *
ca Casoni,*fol.16.n.5.* Dom.Ioseph.Mascard. *in tract. de probat.concl.831.n.10.in fin.lib.2.conclus.222.n. 21. lib. 1.*[*vide infrà,lib.2.tit.de indic.q.47.num.204.*]

¶ Svblimita Hanc tertiam limitationem, † vt licèt ex 32 consuetudine delinquendi & mala fama in diuerso genere delictorũ non oriatur contra inquisitum pręsumptio seu indicium,negari tamen non potest,quin saltem oriatur aliqua suspicio,quæ(vt suo loco dicetur) minus est quàm indicium & præsumptio[per regulam, quod Qualem quisque vitam antea assequutus est, talem etiam eum esse de præsenti suspicamur.*leg. desertorem, §. is qui ad hostes, & § à barbaris, ff. de re milit. l. famosi,ff. ad leg.Iul.maiest.l.3.§.1.ff. de testi.* [sic enim pulchre sublimitationem hanc tradit Alciat. *dict. reg. secunda;eadẽ præsumpt.7.n.2.versic.adde tamen*,inquiẽs,quòd qui est malus in vno, habet contra se non modicam suspicionem, quòd sit malus in aliis, propter magnam connexitatem,quam habent inter se,vt probatur à fortiori *in c.si gens*

Angelorum.

*Angelorũ.56.dist.*vbi ex vna specie delicti paterni præsumũtur filij laborare pluribus & diuersis delictis.[cùm enim virtus eiicitur,tunc vitium nascitur, *c.cũ renunciatur,32.q.1.* & ab vno vitio omnes virtutes detrimentum patiuntur,*cap.1: §.dolendũ,de pœ.dist.5.*Alciatũque refert,& sequitur D.Ios. Masc.*in tract.de prob.conclus.1003.n.39.& 40. lib.2.* [& dixit Cyril.*in summa crim.tit.de quæst.rubr.29.§.4.n.7.* hominũ famæ etiam dissimilia crimina nocere.] & ex malis actionibus anteactæ vitæ oriri suspicionem doli & prauitatis, monuit Bal.*in l.1.ante fi.C.si quis omissa cau. testam.* prout illũ referendo sequitur idẽ D.Masc.*concl. 222.n.12.lib.1.* [quibus addo etiã Claud.*in addit.ad Bert.in cons.548.litera A, versic. in hac re,lib.2.& ad cons.213.lit.C.vers.At verò,lib.1.* & Frã. Gason.*de indic.& tort.tract.2.cap.3. & tract.1.cap.2. de fama reorũ,*vbi post Brun quem allegat,facit cõclusionẽ, *n.4.& n.8.in fine,*quod malam famam grauatur eius opinio, per rationẽ Oratorum,deinde qui fecit illud tam nequam,eũdem hoc tã perperam fecisse non est mirandũ.Quibus etiã optimè deseruiũt ea quæ scripsi *infra,in 2.lib.in tit.de ind.& tort. in materia famæ,q.47.n.22.* vbi probaui malam famã in specie,quæ de se,non sola facit indicium ad torturam;illud tamen facere, iuncta mala fama in genere, & addo Menoch. *d.præsumpt.32.n.23.iun.nu.25.& seqq.*vbi loquitur in diuerso genere mali connexo,& prorsus diuerso,& separato.]

¶ Limita III.Eandem octauã ampliationem,quòd licèt semel malus,semper præsumatur malus;quia etiam in delictis de præterito præsumitur in futurum,non tamen sic erit, vt de præsenti malus, præsumatur etiã malus fuisse in præteritũ:sic enim hanc materiã declarat Alc.*de præsumptio.reg.2.præsump.7.n.30.vers.quartò intellige*, per ea,quæ dixit Sali. *in l.fi.C. de quæst.ion.* & faciunt dicta per Innoc. Abb. Imo. Ioan. de Anan. & latiùs Fel. *in c.fraternitatis, de hæret.*]dum voluerũt, quòd licèt Notarius de falso condẽnatus nõ possit post condẽnationem alia conficere instrumẽta, & confecta falsa præsumantur etiã ad pias causas:non per hoc tamẽ instrumẽta ante condemnationẽ facta reputantur falsa,& hoc quia(vt dixi) licèt de præterito præsumatur in futurũ in delictis,per regulã,Semel malus sẽper præsumitur malus,non tamen de præsenti præsumetur in præteritũ, & hãc limitationẽ sequitur etiã D.Ios.Masc.*in suo tract.de prob.lib.2.concl.1003.n.45.& seqq.*vbi tamẽ dicit esse aduertendũ, quòd licèt ex præsenti non oriatur in præteritũ præsumptio delicti;benè tamẽ oritur aliqua suspicio, per tex. *in §.fi.in Auth. de restit.& per l.si is qui,C.de adult.*quib.iurib. cauetur, quòd vidua fornicatrix præsumitur idem fecisse marito viuente; ergo de præsenti etiam in præteritum aliquo modo præsumitur, declarat Alciat. *d.reg.2.præsumpt. 9. in fine.*]ad quæ addo Menoch. *de præsumpt.lib.5.præsump. 32.n.19.& seqq. iuncto numero* 44.vbi latè pro & contra.

¶ Ampliа IX. Propositã regulam,vt sicut consuetudo delinquendi facit augere pœnam,ita econtrà non consuetus aliàs delinquere,mitiùs puniatur,tex.*in l.nõ omnes, in pr.ff.de re milit.*vbi scribitur in punitione delictorũ habendam esse rationẽ anteactæ vitæ,tex.*in l.desertorẽ,§.is qui ad hostes,ver. sed etsi ex improuiso.* ibi, *inspecto eius vitæ præcedentis actu,ff. eo.*tex.*in c.eos,qui,1.q.7.*vbi remissiùs agitur cum simoniaco, quẽ aliàs vita cõmendat,facit etiam tex.*in c.nisi specialis*, & ibi præsertim Panor.& Barbat.*de off.deleg.*Ale.*cõs.120.n.8.li.7.*vbi loquitur in crimine falsæ monetæ,Tiraq.qui pluribus hanc probat ampliationẽ,*tract.de pœ.temper.caus. 51. per tot.* vbi etiã respondetur contrariis.Gra.*vot.23.n.22.& 23.*Carrer. *in pract in tract.de homicid.& assass.§.circa, itaque secundum,n.69.cons.mihi 114.col.4.* Fab.à Montel. *in sua praxi arbit.par.4.n.768.& seq. fol.259.* vbi tamen quòd poterit Iudex isto casu minorare pœnam si vult,sed quod non cogitur, Bertaz.*cons.368.n.8.lib.2.*vbi alios plures refert concordantes pro comprobatione propositæ ampliationis.

33 ¶ Limita I.propositã regulã,† quòd ad hoc,vt quis dicatur cõsuetus delinquere,criminosus malæ famæ, seu diffamatus,ad effectũ,vt possit acriùs puniri,vel torqueri, non sufficit, quòd is fuerit aliàs de aliquo delicto inquisitus, vel accusatus;sed necesse est,quòd fuerit vel cõfessus, vel cõuictus,vel cõdemnatus,arg.tex.*in l.ictus fustium*, & ibi Bal. & Doct *C.de inf.cap.fin.in fi.15.dist.in vlt.qu.& ca.nonne,8.q.4. in cap.eorũ,11.quæst.3.& in cap.laudabilẽ,vt lite pendẽ.* Andr. de Isern.*in tit.de pace tenent. in versic. publici latrones, in vsib. feud.*Spec.*in ti.de aduoc.§.sequitur,circa princip.*pluribus comprobat Gramma.*voto 30.n.25.& seqq.& cõs.45.n.31.* Carrer. *in pract.in tract.de indic.ver.decimumquartũ indiciũ,n.2.*Foll. *in pract.cr.verbo,item quòd sororem venenauit,n.28.post mediũ,* sequitur nouissimè Dominus Paul.Granut. *dict.theore.23.n. 29.& sequen.* [& facit, quia sola fama non probat quem criminosum,prout etiam dixi *in 2.li.ti.de indic.& tortura,q.47. n.315.*]immò secundùm Gramma.*in locis præcitatis*,vbi concordantes adducit,ad hoc, vt quis dicatur ob delictum infamis,non sufficit ipsius criminis probatio;sed requiritur proprij oris delinquentis confessio,vel Iudicis sentẽtia, quia nõ habetur quis pro tali, nisi fuerit pronunciatũ,quem esse talẽ,vt ibi per eum.Et licèt Paul.Merenda, *in cons. crim. diuer. 90.n.24.& seq.vol.2.in fol.*asserere,videatur delictorũ frequẽtationẽ, & malam famã inquisiti probari posse per extraiudicialem Iudicis informationem absque iuris & iudicij ordine,[quod & ante eum post Inn.& Ant.de Butr. quẽ allegat, voluit Matsi.*in l.de minore,§.plurium,n.127.ff.de qu.*]talis tamen assertio mihi non placet, & est, ni fallor,contra communem* Doctorum opinionem,vt ex præallegatis patet. *

¶ Limita II.Eandem regulam,†vt procedat in maiori- 34
bus 25.annorum,secus in minoribus,quibus delicta nõ grauari ex iteratione,sensit Dominus Ioseph.Lud.*in dec.Lucen. 17.n.81.& seq.1.parte,* allegans Clarum *in prac.q.60.in pr.* ibi,*sed in omnem casum,*& cæt.vbi quod quidã pueri,qui læpius passi sũt se carnaliter cognosci,non fuerũt flãmis cõbusti,& sic pœna ordinaria puniti,sed tantũmodo fustigati:immò,quod plus est,secundũ Carrer.*in pract.cri.in tract. de homicid.§.circa igitur tertiũ,quib.ex causis pœna augeatur, n.vndecimo,*post Marsc.quẽ allegat,*in sing.378.in fi.* minori ex reiteratione delictorũ nõ augetur pœna corporalis,cuius cõtrarium apertè tradit Do.Hipp.Rim.*cons.245.n.3.li.3.*vbi dixit, quòd licèt minor ex quocunque iterato crimine non possit pœna ordinaria puniri,sed mitiùs cum illo agi debeat;potest tamen propter iterationem pœna aggrauari etiam corporalis.& ista est veritas,à qua non dissentit Clar.*in loco præalleg.* postquam vult,posse imponi pœnam fustigationis,quæ corporalis est,illis pueris,qui sępius passi sunt se carnaliter cognosci.Vide *infrà in ti.de pœ.temperan.q.92.n.138.& seqq.*

Limita III.Vt†pœna augeatur propter consuetudinem 35
delinquendi, quando delicta commissa sunt magna & grauia,secus si leuia & minima,vt post Marsc. *in dict sing.378.in fi.n.5.*declarat Carr.*in loco nuper citato,n.11.* & licèt contrarium de iure videatur verius in furtis,vt dixi *suprà,num.4.*in quibus licèt minimis, pœna augetur etiam vsque ad mortem:non tamen per hoc est inferendum generaliter ad alia delicta, quia furtum semper de sui natura reputatur turpe, & graue delictum, etiam quòd minima res furto subtrahatur:ideo pœna augetur ex iteratione delictorum magnorum & grauium,non autem minorum & leuium,vt ibi per Carr. †qui ampliùs subdit quòd in pœnis impositis ipso iure, pœ- 36
na non augetur propter iterationem delictorum.

ARGVMENTVM.

Pœna regulariter suos tenet authores,ideo quãdo pater tenetur pro delicto filij,& ecõtrà,dominus pro delicto famuli,communitas pro delicto cõmisso in eius territorio, vniuersitas pro delicto cõmisso per eius ciues,& generaliter quãdo valeat statutum, quòd vnus teneatur pro delicto alterius,præsens Quæstio lectorem docet.

SVMMARIVM.

Pœna suos authores tenere debet, nec pro vnius delicto alter puniendus est,n.1.

Pater non tenetur regulariter pro delicto filij,n.2.& 3.Idq; quatenus est in peculio profectitio,d.n.3.

Pater etiam quòd filio concesserit in peculio profectitio liberam administrationem, non tamen illud confiscari potest propter delictum filij,n.4.

Pater non tenetur soluere prosilio delinquente peculium aduentitium,ibid.n.5.

Pater

Pater etiam quòd in peculio aduentitio non habeat vsumfructum, non tamen de eo tenetur pro delicto filij, n.6.
Pater non tenetur pro delicto filij, quatenus est in peculio aduentitio, etiam quòd in illo non habeat vsumfructum; dummodo habeat spem futuri vsusfructus, n.7.
Pater si in peculio aduentitio concessit filio liberam administrationem, an de eo teneatur pro filij delicto, n.8.
Pater tenetur pro delicto filij, quatenus est in peculio aduentitio, si commisit crimen læsæ maiestatis; quia illud confiscatur, quoad proprietatem, reseruato eidem patri vsufructu, n.9.& 10.
Argumentum de minori ad maius valet, etiam in delictis, affirmatiuè sumptum, n.10.
Pater pro delicto filij, consequitur peculium castrense, vel quasi, quod non propterea ad fiscum deuoluitur, sed ad patrem, num. 11.12.& 13.
Peculium castrense spectat pleno iure, ad filium, n.23.
Pater pro filio reo crimine læsæ maiestatis tenetur, quatenus est in peculio castrensi, vel quasi, n.14.
Legitima non debetur filio viuente patre, n.16.
Legitimam de iure communi, non tenetur soluere pater pro filio delinquente, n.15.& seq.
Legitimam non soluit pater pro filio, etiam quòd sit reus criminis læsæ maiestatis, n.17.& seq.
Exhæredari potest filius propter crimen læsæ maiestatis, num.18.
Legitima non confiscatur pro delicto filij, etiam quòd pater post sententiam moriatur, sed illa venientibus ab intestato defertur, n.19.& 20.
Confiscatio non trahitur ad iura futura, & conditionalia, numero 20.
Legitimam soluere tenetur pater pro filio carcerato, vt eum à carceribus liberet, n.21.& seqq.
Legitimam pater etiam viuens assignare tenetur filiæ nubere volenti, n.22.
Legitimam pro alimentis potest cogi pater etiam viuens filiis assignare, n.23.
Carcer perpetuus, est seruitus, & morti æquiparatur, n.24.
Filius regulariter non tenetur pro delicto patris, n.25.
Filij peculium profectitium non confiscatur propter delictum patris, n.26.
Nisi in crimine læsæ maiestatis, n.27.
Filij peculium profectitium confiscatur, quando pater commisit delictum tale, per quod amittat patriam potestatem, n.28. vbi pro & contra.
Filij peculium aduentitium non confiscatur propter delictum patris: sed illius vsusfructus debetur filio, & consolidatur cum proprietate, n.29. sed contrà, num.31.& seq. Declara, vt numero 33.
Fiscus habetur loco hæredis, n.30.
Vsusfructus, quem habet delinquens in bonis alicuius, an confiscari possit, n.32.
Legitima filiorum non confiscatur propter paternum delictum, sed illis salua remanere debet, n.34.
Legitima, quæ filiis salua remanet, facta confiscatione bonorum paternorum, computanda est, secundùm tempus dictæ confiscationis, & non secundùm tempus mortis ipsius patris, num. 35. & seqq.
Mors ciuilis æquiparatur naturali, n.36.
Legitima, quæ filiis debetur, facta confiscatione bonorum patris propter eius delictum est dimidia, quando pater habet vnum, vel duos filios, num. 37.& 38. Si verò pater habeat tres vel plures filios, tunc non tractatur de legitima, quia tota hæreditas illis debetur, nec bona paterna confiscantur, vbi aliàs confiscari deberent, n.39.& 40.& n.170.& seq.
Alimenta, quæ filio spurio debentur, non veniunt in confiscatione bonorum propter patris delictum, n.40. in fine.
Legitima in bonis paternis confiscatis reseruatur etiam filiis adoptiuis, dummodo adoptio non sit facta in fraudem, n.40.
Legitima in bonis matris delinquentis confiscatis, filiis minimè reseruatur, n.41.
Legitima in bonis patris delinquentis non debetur filiis conceptis post confiscationem dictorum bonorum, num. 42. Declara, numero 43.
Legitimæ vbi non reseruatur filiis quando patris bona confiscantur, an illis saltem alimenta debeantur à fisco, n.45.
Legitima an reseruetur filiis, quando patris bona confiscantur propter crimen læsæ maiestatis, num.45.
Dos filiarum non venit in confiscatione bonorum paternorum, n. 46. etiam in crimine læsæ maiestatis, n.47.
Dominus regulariter non tenetur pro delicto sui famuli, numero 48.
Dominus non tenetur pro delicto famuli delinquentis extra officium, in quo deputatus est à domino, n.49.§. seq.
Dominus tenetur pro delicto famuli, si deliquit in eo officio, in quo deputatus est à domino, num. 50. num. 63.& isto casu satis dicitur deputatus, si laborauit cum aliis famulis illius officij, ac exercitij, etiam quòd de deputatione non constet per scripturam, num. 51. Imò sufficit isto casu deputationem esse factam à præfecto, quem dominus tenet in illo officio, etiam quòd non sit facta ab ipso domino, num. 52.
Officialis tenetur de delictis commissis per eius ministros, & famulos, num. 53.
Pater tenetur pro delicto filij, si delinquat in officio seu munere assumpto de consensu & scientia ipsius patris, n.34.
Officialis tenetur de delictis commissis per eius ministros, & de familia, si deliquerunt in ministerio & officio, in quo deputati sunt: secus si delinquant extra officium, num.49.& seq. 55.& sequen.
Officialis an teneatur de extorsione pecuniarum facta à suo familiari, seu notario, sub prætextu obtinendi gratiam ab ipso Officiali, n.57.& seqq.
Notarius dicitur delinquere in officio, si à subditis extorquet pecunias sub prætextu rogandi, & intercedendi aliquam gratiam à Iudice, & generaliter quando Notarius dicatur in officio notariatus, delinquere, n.59.
Dominus non liberatur exhibendo famulum delinquentem in officio, si officium erat priuatum, secus si erat publicum, numero 60.
Dominus non tenetur pro delicto famuli commisso in officio, quando ille famulus erat reputatus pro viro integro, & bonæ famæ, num.61.& 64.
Notarius de iure communi non tenetur de delicto sui substituti, quando is erat reputatus persona integra, & legalis, secus vigore Bullarum, iuxta quas tenetur indistinctè, etiam quòd reputatus vir bonæ famæ, & integer, n.62.& n.65.
Notarius non liberatur vigore Bullarum exhibendo substitutum delinquentem in officio, nisi is fuerit soluendo, n.66.
Notarius vigore Bullarum tenetur pro substituto delinquente in officio, etiam quòd ille substitutus fuerit deputatus à Iudice, seu ab alio superiore, n.67.
Conductor non tenetur locatori resarcire damnum illatum in re locata sine eius culpa, n.68. secus si damnum inferatur cum culpa conductoris, n.85.
Extensio non fit in pœnalibus de persona vera ad personam subrogatam, n.69.
Facta sunt semper intelligenda secundùm naturam contractus, super quo interponuntur, n.70.& n.81. vbi de pacto apposito in contractu locationis.
Notarij arrendatarij si in eligendo substitutos non sunt in culpa, quia putà eligant personam quæ committitur, reputatam integram & fidelem, non tenentur etiam vigore Bullarum pro delicto ipsius substituti, sed bene vigore dictarum Bullarum tenetur dominus officij notariatus, num. 68.& seqq. vsque ad 72.& num.78.& 79.
Bannum, & contumacialis sententia contra vnum lata non probat delictum contra alium tertium, n.72.& seq. sed bene probat culpam contumacis, etiam in præiudicium tertij, n.74.& seq. de materia, n.76.
Contumacia non probat delictum, n.73.
Contumacia dicitur culpa, imò speciem præ se fert, n.75.
Contumax potest excommunicari, n.75.
Bannum, & contumacia vnius, vt noceat tertio, plura requiruntur remissiuè, n.76.
Notarius tenetur pro delicto sui substituti, vigore Bullarum, etiam quòd de tali delicto non constet, nisi per eius contumaciam, num.72.& seqq.
Liberè aduerbium non excludit exceptionem prouenientem ex natura actus, & ex subiecta materia, n.82.

Notarius

Notarius recipiendo fideiussores non idoneos, tenetur de suo, si fideiussores præstantur in iudicio; secus si sunt fideiussores contractus, num. 83.

Conductor suscipiens in se periculum tenetur in plus quàm de iure communi, & sic non solum de casu fortuito, sed etiam de insolito, num. 84.

Notarij substitutus si delinquat in officio notariatus, arrendatarij illius officij, si non sunt in culpa in eligendo illum substitutũ, non solùm non tenẽtur de eius delicto, vt suprà dixi, sed etiam tenentur relevare dominum notariatus, etiam quòd promiserit bene & fideliter administrare officium, finita locatione liberè restituere, fideiussores non idoneos suo periculo suscipere, & alia, de quibus nu. 78. & sequentibus, vsque ad 86.

Dominus non tenetur pro delicto famuli delinquentis in officio, quando ille famulus fuit deputatus non à domino, sed ab aliò superiore, nu. 86. & seqq.

Custos carceris non tenetur de culpa suorum ministrorũ, nn. 87.

Custos carceris non tenetur de culpa sui substituti, seu socij deputati à superiore, seu Principe, n. 88.

Dominus tenetur pro delicto famuli delinquentis in officio ciuiliter ad interesse partis non criminaliter, n. 89.

Dominus vbi aliquid soluit pro delicto famuli, repetit ab eo quod soluit pro famulo delinquente, n. 60.

Dominus tenetur pro delicto suæ familiæ, quando retinet domi homines improbos, & malæ vitæ, n. 91. Punitur tamen isto casu etiam criminaliter, non pœna ordinaria delicti, sed mitiùs iudicis arbitrio, n. 92. Declara, vt num. 94.

Dolus vbi non adest in delictis, ibi etiam cessat pœna ordinaria, num. 93.

Dominus semper tenetur exhibere famulum delinquentem, num. 95. & tenetur exhibere omnes famulos, vt recognoscatur delinquens, n. 96. Item illos tenetur exhibere cum vestimentis consuetis, vt melius possint recognosci, n. 97. Et non solùm tenetur exhibere seruos, quos habet in potestate, sed etiam alios famulos, quos non habet in potestate, n. 98. & si is famulos non exhibet, tenetur pro delicto eorum, etiam quòd non sint in culpa, nu. 100. imò habetur etiam pro confesso tanquam particeps delicti, num. 101.

Familiæ appellatione veniunt omnes seruientes, etiam quòd non sint in potestate domini, num. 9.

Dominus non exhibendo famulos delinquentes non tenetur, si illi aufugerint, nec exhibendi potestatem habeat, nu. 102. & si constet de diligentia, quòd non potuit exhibere famulum delinquentem, liberatur dominus, num. 106. Fallit, si ipse dominus fuisset particeps fugæ, & dolo desisset seruum possidere, quia tunc tenetur etiam quòd seruus aufugerit, nn. 103. & seqq. vbi etiam quomodo probetur quòd dominus dolo desierit possidere, & an in dubio præsumatur iste dolus.

Vniuersitas non punitur regulariter pro delicto suorum ciuium, numero 107.

Vniuersitas verè & propriè non dicitur delinquere, nn. 108.

Vniuersitas fictè & aliquo modo dicitur delinquere, & propterea puniri non potest, nn. 109.

Vniuersitas verè & propriè dicitur delinquere, in iis quæ per ipsam vniuersitatem expediri possunt, nu. 110.

Vniuersitas banniri & condemnari potest, nu. 111. sed in qua pœna, num. 112.

Vniuersitas quando bannitur, quomodo citari debeat, numero 113.

Vniuersitas an possit per procuratorem comparere in causis criminalibus, ibid. num. 144.

Vniuersitas non punitur corporaliter, sed in pecunia, n. 117.

Vniuersitas non patitur pœnam infamiæ, nec excommunicationis, nu. 116.

Vniuersitas quando punitur, soluit pœnam de eius bonis, si bona habet, numero 117. Si verò bona non habet, imponit collectam, numero 118.

Vniuersitas quando imponit collectam pro soluendo pœnam pecuniariam, absentes & innocentes minimè collectantur, numero 119.

Vniuersitas aratro subuertitur, comburitur, ad predam datur, ac etiam desolatur, quando delictum per eam commissum est atrocissimum, vt puta in crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, num. 120.

Vniuersitas potest etiã priuari Episcopali dignitate in tribus casibus. Primò, quando turbatur electio Papæ: secundò, quando occiditur Cardinalis siue Episcopus illius ciuitatis: tertiò, quando impeditur inquisitor hæreticæ prauitatis, n. 122.

Vniuersitas seu ciuitas, potest etiam puniri in amissione priuilegij ciuitatis, quia scilicet amplius non nominetur ciuitas, numer. 123.

Vniuersitati potest indici bellum, quando resistit Imperatoris vel Regis Officiali, n. 124.

Vniuersitas si rebellis sit, perdit castra quæ habet, n. 125.

Vniuersitas seu ciuitas potest etiam puniri in destructione murorum, n. 126.

Vniuersitas etiam quòd puniatur, non per hoc impeditur, quin etiam puniri debeant singulares personæ & principales delinquentes, ibidem, n. 127.

Vniuersitas si deliquit, puniuntur in primis Rectores, & administratores ciuitatis, n. 128.

Vniuersitas non punitur pro delicto suorum ciuium, nisi præcesserit consilij conuocatio, congregatio, & deliberatio, n. 129. etiam quòd in delicto interuenerint consules & administratores ciuitatis, n. 130.

Vniuersitas an teneatur pro delicto suorum ciuium commisso non congregato, nec conuocato consilio, quando delictum est successiuum, vt puta rebellionis, n. 131.

Vniuersitas in delictis in omittendo & negligendo punitur absque consilij congregatione & deliberatione, n. 132. & seq.

Vniuersitas non obuians nec resistens offensioni, quam vidit fieri suo domino vel Officiali punitur, etiam quòd offensio facta fuerit nulla præcedente consilij congregatione seu deliberatione, numero 133.

Vniuersitas non resistens ac non obuians delicto, non tenetur nisi concurrente illius scientia & potentia resistendi, nn. 134. & isto casu scientia non præsumitur: ideo per fiscum probanda, n. 136. nec sufficit quòd potuerit resistere delicto, nisi id potuerit commodè, & sine periculo, n. 138.

Feudatarius amittit feudum, si potuit suum dominum defendere ab offensione suorum inimicorum, & non defenderit: secus si id non potuit, n. 135.

Vniuersitas in commissis delictis de nocte non præsumitur habere scientiam, ideo non punitur ex eo, quòd illis non obuianerit numero 137.

Ratificatio delicti habet vim mandati, n. 139.

Vniuersitas ratificando delictum per suos ciues commissum punitur, & tenetur, etiam quòd de eius mandato non sit commissum, n. 140.

Vniuersitas punitur non solùm de ratificatione expressa, sed etiam tacita, n. 141.

Vniuersitas retinendo rapinam factam à suis ciuibus, dicitur ratificare delictum, & punitur, num. 142. Declara, vt numero 143.

Vniuersitas non puniendo ciues qui deliquerunt: sed de eorum delicto se latam ostendens, punitur de ratificatione, n. 144.

Vniuersitas ad hoc vt de ratificatione teneatur, duo requiruntur: primò, quod delictum sit commissum nomine vniuersitatis: secundò, quòd sit ratificatum tanquam ipsius nomine gestum, num. 145.

Vniuersitas non tenetur de ratificatione delicti, nisi præcesserit conuocatio, congregatio & deliberatio consilij, n. 146. declara, vt n. 147.

Vniuersitas triplex est, studiorum, ciuitatis, & castrorum, numero 148.

Vniuersitas dicitur delinquere, etiam quòd sit collegium seu capitulum, n. 149.

Statutum, quòd vnus teneatur pro delicto alterius, valet, si factũ sit cum causa: secus si sine causa, n. 140 & seqq. & iusta causæ erit, vt homines à delictis abstineant, n. 144. & assertioni statuentium super causa creditur, n. 155.

Statuta quòd vnus teneatur pro delicto alterius, videntur iniqua, & contra ius diuinum, naturale, & humanum, n. 150.

Statuta iniqua & contra bonos mores, minimè seruanda sunt, numero 151.

Statutum, quòd vno de domo vel familia delinquente, teneantur consortes, valet, & tenet, n. 153.

Statutum, quod cõiuncti teneantur pro delictis patratis per bannitos

nitos coniunctos, valet & tenet, & de materia, n. 153. & num. 155. vers. & rursus.

Delicta puniuntur quandoque ex sola causa etiam sine culpa, numero 154.

Dominus tenetur pro delicto famuli, si ita dicat statutum, numero 156.

Dominus an teneatur vigore statuti pro famuli delicto commisso ante famulatum, n. 157.

Filius tenetur pro delicto patris, si ita disponat statutum, numero 158.

Filius tenetur pro delicto patris mercatoris, si ita dicat statutum, num. 159.

Pater tenetur pro delicto filij quatenus est in peculio, si ita dicat statutum, n. 161. & quid quoad legitimam, vide supra, in ver. legitima per plures versiculos.

Legitima filij delinquentis vigore statuti est soluenda per patrem, quia tale statutum valet, n. 160. & seq.

Filio spurio delinquente, an pater teneatur fisco soluere vnciam suæ hæreditatis ipsi filio debitam vigore statuti loco alimentorum, n. 188. in fine, vers. limita 7.

Legitima filij delinquentis vbi vigore statuti soluenda est per patrem, non comprehenditur pater forensis, num. 162. & sequentibus.

Statuta pœnalia in personam concepta non comprehendunt forensem, n. 163.

Statuta pœnalia regulariter comprehendunt forensem delinquentem in loco statuti, num. 164.

Statuta pœnalia non comprehendunt forensem, quando puniunt id quod de iure communi punibile non est, n. 165.

Legitimam non tenetur pater soluere pro filio delinquente extra territorium, n. 166. & seq.

Statuta pœnalia non extendunt vires suas extra territorium, numero 167.

Legitimam pro filio minore delinquente pater soluere tenetur, n. 168.

Minor non comprehenditur sub statuto pœnali, & contra ius commune, n. 169.

Legitimam non soluit pater pro filio delinquente, quando habet plures alios filios, num. 170. & sequen. & supra, numero 39. & 40.

Interpretatio passiua in vnaquaque materia admittitur, numero 171.

Statuta recipiunt semper interpretationem passiuam, numero 171.

Legitimam pro filio delinquente soluere non tenetur pater, si idem filius delinquens habeat filios, n. 172.

Legitimam non soluit pater pro filio vigore statuti, nisi de delicto constet aliàs quàm per eius contumaciam, n. 173. & seq. & quid si statutum respiciat non actum delicti, sed condemnationis, vide ibi n. 177. & seqq. vsque ad 183. & quid vigore Bullarum, n. 181. versic. Sublimita secundò.

Confessio ficta ex contumacia resultans, non dicitur vera confessio, nec vera probatio, n. 174. habet tamen vim spontaneæ ac veræ confessionis. num. 175.

Confessio ficta ex contumacia resultans, non nocet tertio non contumaci, n. 176.

Pater quando tenetur pro delicto filij vigore alicuius statuti, an in condemnatione filij sit ipse pater citandus, nécne, n. 183.

Statutum, quòd pater teneatur soluere pro filio delinquente legitimam, tamquam odiosum strictissimè interpretandum est, n. 195. & seq.

Statutum predictum non extenditur ad filios adoptiuos, seu arrogatos delinquentes, n. 188. in fine, versic. Limita octauò.

Legitima, quam soluit pater pro delicto filij computanda est, non secundùm tempus condemnationis, sed delicti, num. 184. sed contrà, quòd sit mensuranda secundùm tẽpus condemnationis, num. 185. sed quòd imò sit spectandum tempus mortis ipsius patris, n. 186. Declara, vt num. 187. & quid iuris, si à die commissi delicti vsque ad condemnationem, patrimonium sit diminutum, num. 188.

Statutum, quòd vnus teneatur pro delicto alterius pœna pecuniaria, valet, n. 189. secus quòd puniatur corporaliter, num. 190. & quid in crimine læsæ maiestatis, num. 191.

Statutum pro vnius delicto irrogans alteri infamiam, an valeat, num. 192.

Statutum quòd vnus teneatur pro delicto alterius, intelligitur dummodo procedat aliqua culpa, seu negligentia, aliter secus, num. 193. sed contrà, num. 194.

Statutum quòd vnus teneatur pro delicto alterius, est strictissimè interpretandum, num. 195.

Statuta correctoria iuris communis, semper interpretantur, vt minùs corrigant ius commune, quàm sit possibile, n. 196.

Communitas non tenetur de furtis, & damnis illatis in eius territorio: valet tamen statutum, seu constitutio desuper sic disponens, num. 197. & 198. vbi recitantur super hoc Bullæ Pontificum.

Communitas tenetur de damno illato in confinibus, n. 199.

Communitas quando tenetur de damno illato in eius territorio, possunt etiam collectari, & debent contribuere absentes, infirmi, senes, ac infantes, n. 200.

Communitas seu villa non tenetur de damno illato in eius territorio, nisi fuerit in aliqua culpa, seu negligentia, n. 201. Declara, vt n. 204. & seqq.

Communitas non tenetur de damno illato in eius territorio, nisi fuerit sciens, & potuerit illud prohibere; aliàs secus, n. 202. Declara, & vt n. 204. & seq.

Communitas non tenetur de damno illatò cum gentium multitudine, cui resisti non potuerit, numero 203. Declara, vt num. 207.

Obuiare qui non curat delicto, cui commodè obuiare poterat, est suspectus de participatione delicti, n. 205.

Communitas seu villa, non tenetur de damnis illatis de nocte, nu. 20. Declara, vt n. 208. & seq.

Communitas non tenetur de damno illato, quando scitur quis damnum inulit, & sit soluendo, num. 211. sed contra, numero 213. & quis debeat probare, quòd damnum inferens est notus, num. 212.

Communitas, quæ resarcinit damnum illatum in eius territorio, habet actionem pro repetitione contra illum qui damnum fecit, etiam sine iurium cessione, n. 214.

Communitas vbi tenetur de damno illato in eius territorio, debet aliter constare de damno, quàm per iuramentum damnum passi, numero 215. & sequen. & statutum isto casu, quòd credatur iuramento damnum passi, intelligitur quoad quantitatem damni illati, non quoad damnum ipsum, an sit illatum nécne, num. 217. & seqq. & istud iuramentum recipit probationem in contrarium, numero 219. Sed quid vigore Bullarum summorum Pontificum, numero 222. & nunquam defertur istud iuramentum, nisi damnum passus sit persona legalis & integra, num. 223.

Furto probato, eius quantitas probatur iuramento damnum passi, num. 216.

Iuramentum in litem super quantitate, & valore rerum furto subtractarum, defertur damnum passo contra furem, numero 216.

Furti actio non competit, nisi priùs probato corpore furti, numero 218.

Damnum passi iuramento quòd stetur vigore statuti, debet intelligi, quoad quantitatem damni illati, non quoad damnum, an illatum sit, nécne, n. 217. & seq.

Communitas vbi tenetur de damno illato in eius territorio, damnum probatur per testes inhabiles, putà socios, & familiares damnum passi, n. 220. & seqq.

Testes inhabiles admittuntur in iis, quæ sunt difficilis probationis, n. 221.

Damnum passi iuramento nunquam statur, nisi is fuerit persona integra & legalis, n. 223.

Communitas seu villa, quando, & quomodo teneatur pro delictis commissis, & damnis illatis in eius territorio, & de materia vltra supra tradita remissiuè, n. 224.

Communitas seu villa, quando vigore statuti tenetur capere malefactorem, quomodo hoc statutum intelligatur; & de materia remissiuè, n. 224.

QVÆSTIO XXIV.

REGVLA sit in proposita Quæstione, † quòd pro vnius † delicto alter puniri nõ debet, quia pœna suos tenet authores,

thores, nec vlteriùs cõtra eos progreditur, qui procul sunt à calumnia, *l. sancimus, C. de pœ. l. si quis, in §. legis, C. de inoff. test. l. legem. C. de natur. liber. in primo respon. in fin. l. ob matrimoniũ, C. ne vxor pro marito, l. si pœna, & l. si crimen, ff. de pœnis, l. 3. §. quod pater, ff. de muner. & honor. l. actione, §. diximus, ff. pro soc. l. generali, §. fi. ff. de ritu nup. l. maritus, ff. sol. matr. l. finali, ff. ad Syl. lan. Auth. vt nulli Iudicũ, §. fin. collat. 9. cap. 2. de constit. cap. quæsiuit, de his, quæ fiunt à maiori par. cap. c. Romana, in fin. de sent. excõ.* Soc. *in l. cùm filiusfamilias, n. 17. ff. de verbo. obligatio.* Rol. *cons. 78. n. 3. vol. 4.* Gig. *in tract. de crim. læsa maiest. lib. 3. rubr. 1. quæst. 1. n. 3.* Aym. *consil. 707. post n. 25. & cons. 595. n. 25.* Clar. *in pract. crim. quæstio. 86. in princip.* plenè Couarr. *varia. resolu. lib. 2. cap. 8. n. 1.* Dom. Hier. Magon. *decisio. Lucen. 27. n. 1. par. 1.* & ante istos passim, & vbique communiter * Doctores, quos referre, vt vulgò dici solet, potiùs laboriosum esset, quàm vtile, vel subtile; & est fundata hæc regula in naturali ratione, & æquitate, qua præcipitur, criminis pœnam culpam necessario præmittere; & sine culpa, non pœna, sed iniuria esset, quæ naturali rationi minimè conuenit, immò nocentem puniri, occidi, aut verberari, à iustitia omnino alienum est, *l. absentem, ff. de pœn.* cum vulgaribus.

¶ Rursus & eadem regula fundata est authoritate sacræ Scripturæ, videlicet Ezechiel. cap. 18. *Ne sontium scelera onerosa insontibus fiant,* & Psal. 83. *Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia.* & Psal. 25. *Iudica me Domine, quoniã ego in innocentia mea ingressus sum,* & Matthæi cap. 13. cuius sententiam ad propositum bene ponderat D. Flam. Cart. post hæc scripta visus, *in suo tracta. de exequutio. senten. capto bannito, in præfatione, n. 7.* vbi & iuris humani, ac etiam diuini regulam hanc fundatam arbitratur.

2 ¶ Amplia I. Et principaliter hanc regulam, † etiam in patre, quem non teneri pro delicto filij, ex supradicta regula optimè inferri potest; & infrascriptis clariùs demonstratur, & facit Ezech. cap. 18. vbi dicitur: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum.* Item facit illud toto Leui. cap. 14. vbi dicitur: *Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus: sed vnusquisque in peccato suo morietur.* Sic & *Reg. 4. c. 4. & 14. Paralip. lib. 2. cap. 25. & Deuteronom. cap. 24.* cum aliis sic in proposito adductis per Gigan. *de crimin. læsæ maiesta. lib. 3. titu.* ... Couarr. *var. resolu. in loco nuper citato, dicto n. 1.*

3 ¶ Amplia I. Hanc primã principalem ampliationem † procedere etiam in peculio profectitio ipsius filij, quòd non venire in confiscatione bonorum propter eiusdem filij delicta probat text. *in l. certum, Cod. famil. erciscun. & in l. cũ oporter, C. de bonis, quæ liber.* Ang. Imo. & Doct. *in l. si filiusfamilias, ff. de damno infe.* Bart. Ang. Imo. & Alex. *in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. eod.* Crot. *in l. frater à fratre, n. 19. vers. Prima sit conclusio, ff. de condi. indeb.* Alb. *in l. 3. §. sed vtrùm, col. 3. vers. extra glos. ff. de mino.* Conrad. *in pract. tit. de public. bonor. n. 3. vers. 4. similiter limita, pag. mihi 429.* Plot. *cons. crim. diuers. 130. n. 20. tomo primo, in fol.* Gig. *in tract. de crimin. læsa maiestat. lib. 2. tit. de pœ. committ. crimen læsæ maiest. quæst. 10.* Boss. *tit. de bon. publica. n. 71.* vbi quòd in hoc nulla est difficultas, & de communi * testati sunt Curt. sen. *cons. 59. n. 12.* Soc. iun. *cons. 77. n. 6.* Simanc. *de hæret. cap. 9. n. 14.* Ruyn. *cons. 24. n. 5.* vbi quòd in hoc nemo dubitat, Clar. *in practica, quæst. 78. vers. præterea quæro,* Alciat. *cons. 6. n. 12. tomo primo, libro 2.* Emanuel Suarez *in commun. opinio. vers. confiscatio, n. 206.* Dom. Octau. Vulp. *responsio. 15. lib. 1.* Couarru. *variar. resolutio. lib. 2. cap. 8. num. 7. vers. sic delinquente filio,* Anton. Gomez. *variar. resolut. tomo*

4 *2. de contractib. titu. de seruitu. cap. 15. n. 16.* † vbi vltra Bossium *in loco citato,* ampliat hæc procedere, etiam quòd pater concesserit filio liberam & absolutam administrationem eiusdem peculij profectitij; quia non per hoc censetur data facultas alienandi per delictum, arg. tex. *l. creditor, §. Lucius, ff. mand. & in l. si conuenire, ff. de pac. dotalib.* Cùm enim talia bona ad patrem spectent pleno iure, tam quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum, *vt in l. si plures, §. si in arrogato, ff. de vulga. & pupilla. & in l. placet, ff. de acquir. hæred. iunct. l. cùm oportet, in prin. ff. de bonis, quæ liber.* ideo respectu filij dicuntur esse bona aliena; & consequenter in illius bonorum confiscatione non veniunt, vt per Doctores præallegatos, quibus etiam addo Honded. *cons. 95. n. 36.*

¶ Amplia II. Dictam primã principalem ampliationẽ, †etiam in peculio aduentitio, quòd nõ venire in confiscatio- 5
ne bonorum propter delictum filij in præiudicium patris, nec quoad proprietatem, nec quoad vsumfructum tradiderũt Bar. *in l. si finita, §. fi. de vectigalibus, in 6. quæst. principali, n. 12.* & ibi Paul. de Castro, *col. fin.* Imola *n. 6.* & Alex. *n. 44. ff. de damno infec.* Angel. & Imola *in l. si filiusfamilias, ff. eod.* Bal. *in l. exequutorem, n. 37. C. de exequ. rei indic.* Sali. *in l. si filius, n. 3. C. de bon. proscrip.* Ias. *in §. actiones autem de peculio, n. 62. Insti. de actio.* Diaz *in pract. crim. canon. cap. 124.* Soc. iun. *cons. 77. n. 8. li. 2.* Rolan. à Valle *cons. 56. n. 10. li. 1.* Conrad. *in prac. li. 1. cap. 9. §. de offi. præto. in causis ciuilib. tit. de exequ. sent. n. 14. ver. 4. in peculio, & c. pa. 218. col. 2.* Boss *tit. de bon. publicat. n. 71.* Duen. *reg. 275. in 7. limitatione, ver. similiter & pro delicto filij, & c.* Abb. *in cons. 66. Christi nomine feliciter inuoc. n. 3. ver. nec obstat si dicatur, par. 2. in Plot. in cons. crim. diuers. 130. n. 20. vol. 2. in folio,* Alb. *in tract. statutor. 3. par. quæst. 12.* Nell. *de bannit. 1. par. secundi temporis, qu. 25.* Gigas *de crim. læsa maiestatis, li. 2. rub. de pœ. committen. crimen læsæ maiestat. qu. 11.* De communi* au- *
tem testatur Curt. seni. *cons. 59. Dux Philippus, n. 12.* Ruin. *cõs. 24. n. 6. lib. 5. & cons. 109. in fi. & cons. 117. n. 6. libr. 1. & cons. 149. n. 13. lib. 3.* Paris. *cons. 157. n. 1. lib. 4.* licèt ipse contra cõmunem consulat. Didac. *var. resolu. li. 2. cap. 8. n. 7. vers. ex his patet,* Clar. *in prac. crimin. quæstio. 78. ver. sed quid in aduentitiis, & quæst. 86. vers. secundò infertur,* ibi, *quinimò pro delicto filij,* &c. Menoch. *in 9. remed. recuperan. possess. n. 75. in fi. & cons. 182.* Alc. *cons. 6. n. 12. tomo 1. lib. 2.* D. Octau. Vulpel. *responso 15. prima par.* Osasc. *in decisio. Pedem. 94. n. 1. & seq.* Emanuel Suarez *in commu. opin. litera C, n. 266.* Conrad. *in pract. in loco nuper citato,* & ita fuisse in hoc casu iudicatum, aliàs testatur Capella Tholos. *decis. 120. incipien. item fuit quæsitum,* & idem etiam testatur Boër. *dec. 7. n. 10.* Clemen. *de pat. potest. effect. 2. n. 35. in fine, & seq.* Honded. *cons. 91. n. 25.* vbi etiam aliis relatis testatur de communi.

¶ Et propterea constitutionem legis, *si quis in tantã, C. vnde vi,* puniẽtem inuasores bonorum suorum propria authoritate in amissione dictorum bonorum, non habere locum in filio, qui propria authoritate occupat bona sua aduentitia in præiudicium patris, dixerunt Barto. *in dict. l. si quis in tantam, n. 11. & 12.* idem Bar. *in dict. l. si finita, §. si de vectigalibus, n. 14.* & ibi etiam Alex. *n. 44. ff. de damno infecto,* idem Alex. *cons. 23. n. 6. li. 1.* Marsil. *sing. 314. incip. prohibitio,* Aret. *cons. 14. n. 7.* Crot. *in l. frater à fratre, n. 33. ver. secunda conclusio. ff. de condic. indebiti,* Tiraquel. *de legib. connub. glos. 3. n. 148.* Alciat. *respon. 522. n. 3. & 4.* Pet. à Placha *in epit. delict. c. 23. n. 11. ver. secundo conuestiri, & c.* refert, & sequitur D. Menoch. *de recup. poss. remedio 9. n. 65.*

¶ Et licèt contra hanc ampliationem apertè senserint Iacob. de Arena, Cyn. Alb. & Faber. *in dict. l. si quis in tãtam,* Ripa *in cap. sape, n. 6. de restitu. spoliat.* Bar. sibi parum constans, *in l. si postulauerit, §. iubet.* & ibi etiam Ang. *ff. de adulter.* idem Ang. *in auth. bona damnatorum, colum. 2. vers. sed si, Cod. de bon. damnat.* Sali. *in l. prima, in fine, C. de bonis, quæ liber.* Bald. *in titu. de controuer. inuestit. §. rursus, col. 2. vers. pone ergo,* Paris. *cons. 157. lib. 4.* vbi consuluit in eodem casu contra Socinum iun. & Ruin. suprà relatos, prout eos refert, sed non sequitur D. Menoch. *vbi sup. n. 75. vers. contrariam tamen sententiam, & c.* & ita etiam cum præfatis Doctoribus esse communem* opi- *
nionem testatur *Summa Sylnestrina in verbo, peculiũ, n. 3.* sicut eam refert Bonacos. *in commu. opin. crim. par. 2. pag. 17. colum. prima, vers. confiscantur bona aduentitia.* Non per hoc tamen recedas ab ea, quæ, vt præfertur, non solùm cõmunior* est; *
sed etiam verior, prout post alios eam latè defendit à contrariis, & comprobat pluribus rationibus, & iurium authoritatibus, D. Menoch. *dict. 9. remed. recup. possess. nu. 65. & pluribus seqq.* & ante eum Anton. Gomez. *varia. resolu. tomo 2. de contract. tit. de seruitu. ca. 15. n. 13. & seqq.* & in specie cõsuluit Bertazz. *cons. 46. n. 1. & seqq. lib. 1.* inter quas quidem rationes illa mihi potissimùm communiorem hanc sententiam probare videtur ex tex. *in l. fina. §. filiis autem, C. de bonis, quæ liber.* vbi habetur, quòd filiusfamilias nullo modo potest alienare proprietatem bonorũ aduentitiorum per cõtractũ vel vltimam voluntatem sine cõsensu & voluntate patris, ne ipsi aliquod fiat præiudicium in suo vsufructu, & ne inquietetur ab extraneo proprietario: ergo eadem ratione, & maior

non poterit per delictum alienare: confiscatio enim per delictum dicitur vera, & perfecta alienatio; sicut illa, quæ fit per contractum vel vltimam voluntatem. Valétque argumentum: Iste non potest alienare per contractū, vel vltimā voluntatē, Ergo nec per delictum. Ita probat tex. notabilis *in l. Imperator*, & ibi præcipuè Bart. *de fideicommiss. libert.*

6 ¶ LIMITA I. Hanc secundam ampliationem, † vt non procedat in casib. in quib. pater non habet vsumfructū in bonis aduentitiis filij: tūc enim cùm de illis filius disponere possit, *vt in §. in Aut. vt lic. matri, & auiæ, colla.* 8. ideo publicatis bonis filij, etiā huiusmodi peculiū publicatum censebitur. Ita per hanc rationem concludit Gigas, *de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *titul. de pœn. committen. crimen læsæ maiestat. q.* 11. *versic. in casibus autem*, vbi pro hac sua declaratione adducit Crotum *in repe. d. l. frater à fratre, n.* 21. *ff. de condict. indebi.* & Ruin. *d. cons.* 24. *nu.* 26. *lib.* 5. vbi secundùm eum, hanc dixit esse communem* opinionem, à qua non dissentire videtur D. Menoc. *in d.* 9. *remed. recuperan. possess. n.* 84. *& seqq.* licèt *in n.* 86. *in fi.* cogitandum relinquat: cessant enim, secundum eum, in hoc casu omnes rationes per prę allegatos Doctores cōsideratæ, quib. aduentitium peculium propter delictum filij nō confiscatur: & licèt filius non possit testari de peculio aduentitio, etiam quòd in eo pater non habeat vsumfructum, *l. pen. Cod. qui testamen. face. poss.* & per consequens tamquam quid non transmissibile ad hæredes extraneos, videatur illud non venire in confiscatione bonorū, iuxta *l. iura*, & ibi Bar. *ff. de iure patro. l. eorū, ff. ad l. Iul. maiesta. l.* 1. *Cod. de bonis quæ lib.* Soc. sen. *cons.* 121. *col.* 4. *versic. tertio, lib.* 4 prout hac ratione contrariū eius, quod Gigas, & Crotus prælegati asseruerunt, expresè firmarunt Ruin. non fideliter per Gigantem allegatus, *d. cons.* 24. *n.* 11. 12. & Soc. iun. qui in eodē casu cum Ruino consuluit, *d. cons.* 77. *n.* 10. aduertendū tamen est, inquit D. Menoc. *in loco citato*, quòd talis prohibitio testandi facta à iure filio etiam de peculio aduentitio, in quo pater non habet vsumfructum, inducta est nō alia ratione, nisi propter impedimētum patriæ potestatis; quæ patria potestas sola non facit, vt filius ob delictum, propria bona perdat, vt ibi per eum.

¶ Quibus non obstantibus, contrariam opinionem cum Soc. iun. & Ruin. *in locis præcitatis* nedū æquiorē, prout certè æquior est (& ideo in dubio in iudicando sequendam) sed etiam veriorem existimo, ex traditis per Clarum *in pract. d.* 9. 78. *versicu. sed quid in aduentitiis*, ibi, *sed certè quidquid dicat Gigas*, &c. *& versic. quæro etiam quid in peculio castrensi, in fine*, ibi, *& ideo propter hanc rationē*, &c. vbi inquit ipse, si propter delictum filij non confiscatur peculium castrense, secundū magis communem* Doctorum opinionem, vt paulò inf. dicam; etiam quòd de eo filius possit liberè disponere tam inter viuos, quàm in vltima voluntate: multò magis non debet confiscari peculium aduentitium, etiam quòd in eo pater non habeat vsumfructum, ac etiam quòd in eo filius habeat alienandi inter viuos potestatem.

¶ Ratio enim quare peculia filij non confiscantur ob eius delictum, non est, inquit ipse, prohibitio alienandi, seu testādi: sed prærogatiua à iure concessa patriæ potestati, propter quam pater præfertur fisco. Quæ patriæ potestatis prærogatiua locum habet nedum in peculio aduentitio, in quo pater habet vsumfructum, sed etiam in quo illum non habet. Nec Ruinus per Gigantē allegatus ad propositum, ad quod allegatur, testatur de communi* opinione; imò contra Gigantē tenet, vt suprà illum retuli. Et licèt Menoch. in contrariam sententiam suprà relatam inclinare videatur: tamen in resolutione, vt prædixi, cogitandum relinquit: subdens ampliùs, quòd authoritas Ruini magna est, &, vt dixi, in dubio cōtra fiscum, & in benigniorem partem assumendo.

7 ¶ SVBLIMITA Præcedentem primam limitationē, quatenus vera sit, vt non procedat, quādo pater licèt in aduētitio peculio filij non habeat vsumfructū, habet tamē spē futuri vsusfructus, quia tunc illud per delictum filij non confiscatur in præiudicium spei, quam in ea pater habet. Sic placuit Ruino *in d. cons.* 24. *n.* 13. *versi. tertio prædicta, & c. lib.* 5. quē sequutus est Soc. iun. *d. cons.* 77. *n.* 13. *& 14. li.* 2. & ambos sic relatos sequitur D. Men. *in* 9. *recuper. possess. remed. n.* 87. *& seqq.* per tex. *in l. fi. §. filius autē, C. de bo. quæ liber.* dū negat filiū posse alienare bona, in quib. pater vsūfructū habet, vel quid aliud, quæ verba, *vel quid aliud*, verificantur in spe futuri vsusfructus. Sic in simili videmus, inquit Ruinus, in dote, quę ob delictum filiæ non publicatur, *vt in auth. ceontrà si filij, C. de repud. non alia ratione*, nisi quia patri adest in ea consolidationis spes, *l.* 2. *§. quod si in patris, ff. soluto matr.* & in plurib. aliis casib. spem multa operari latè confirmat Tiraq. *de legib. connub. post leges, n.* 34. *& seqq. plurib.* Rui. *cons.* 19. *n.* 4. *& cons.* 98. *n.* 15. *li.* 1. Soc. iun. *cons.* 95. *n.* 30. *lib.* 3. Alc. *responso* 171. *in fi.*

¶ LIMITA II. Dictam secundam ampliationem pariter† non procedere in illo peculio aduentitio, cuius liberam administrationem pater filio concesserit. Hoc quidem peculium ob filij delictum confiscari quoad proprietatem patri reseruato vsufructu, dixit Bar. *in d. l. finita, §. si de vectigalibus, n.* 13. *ff. de damno infecto*, per tex. quem inquit esse clarum *in leg. cùm & filij, C. qui bonis cedere poss.* & Bartolum sequuti sunt Alex. *in d. §. si de vectigalibus, n.* 44. vbi respondet rationibus Romani contrarium sentientis, *in l. filio,* 2. *ff. solu. matr. & in cons.* 154. *colum.* 2. *versi. secundo*, quia glos. idem quod Barto. consuluit, sicut etiam Paris. *d. cons.* 157. *n.* 15. 17. *& 18. lib.* 4. sequitur Dom. Menoc. *in d.* 9. *recuperan. possess. remed. n.* 77. *& 90.* 8

¶ Verùm ego de hac limitatione multùm dubito duplici ratione. Primò, ex traditis in simili de peculio profectitio, *suprà, n.* 4. dum diximus, illud ob delictum filij non venire in confiscatione bonorum, etiam quòd ipsi pater liberam & absolutam concesserit administrationem; quia non per hoc censetur concessa potestas dolosè alienandi per delictum, *l. creditor, §. Lucius ff. manda. & in leg. conuenire, ff. de pact. dotal.* & est communis*, vt per Ant. Gomez. *vbi sup. vari. resol. lib.* 2. *de contract. cap.* 15. *tit. de seruit. n.* 15. *versi. tertia est ratio.* Secundò, quia dato millies, quòd per concessam liberam administrationem, esset etiam concessa alienandi potestas; nō per hoc sequitur, quòd illud possit confiscari in præiudicium patriæ potestatis, cuius prærogatiua est, impedire semper bonorum confiscationem in filio, siue non possit, siue etiam possit, peculium alienare, vt pariter suprà ex Claro deduxi, *n.* 6. *versi. quibus non obstantibus.* & dicam mox de peculio castrensi, *inf. in seq. tertia ampliation.* ideo considera, & in dubio, vt aliàs dixi, contra fiscum, vulgata *l. non puto, ff. de iure fisci.*

¶ LIMITA III. Eandem secundam ampliationem in crimine læsæ maiest. † in quo ob filij delictum aduentitium peculium quoad proprietatem reseruato patri vsufructu potest confiscari, quicquid in contrarium senserit Gigas *de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *tit. de pœnis committ. crim. læsæ maiest. q.* 11. latè & doctissimè comprobat & respondet contrariis Osasc. *dec. Pedem.* 94. *per totū*, vbi inter alias adductas rationes, illa potissimū valde stringit, quòd tex. *in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest.* imponens pro eo crimine pœnam mortis naturalis & confiscationis bonorum, loquitur generaliter, & comprehendit omnes delinquentes, siue sui, siue alieni iuris sint: arguendo à proprietate & vniuersitate illius dictionis, *Quisquis, ex l. si plures, versic sicuti hæc verba, quisquis. ff. de leg.* 3. etsi propterea ex dispositione *d. l. quisquis, § filij verò*, filius non delinquens propter patris delictum in crimine læsæ maiestatis à quibuscunque bonis, & à quacunque hæreditate, seu successione priuatur; multò magis priuari debet dominio suorum bonorum aduentitiorum, si ipsemet crimen læsæ maiestatis committat. † Valet enim etiam in delictis argumentum de minori ad maius affirmatiuè sumptum, Bal. *in l. si quis non dicam rapere, in secundo notab. C. de Episc. & cler.* de magis communi* testatur Ripa *in rubr. de iudic. extr. n.* 22. & si aliter in proposito diceremus, sequeretur absurdum, quòd scil. filius-familias præsumptiuè delinquens esset deterioris conditionis, quàm si verè delinqueret. 9 10 *

¶ AMPLIA III. Dictam primam principalem ampliationem † etiam in peculio castrensi vel quasi, quod non dicitur venire in confiscatione bonorū propter delictum filij, sed ad patrē deferri, vt apertè probat tex. *in l. tertia, incip. si filius, C. de bonis proscript.* cuius quidem tex. verba sunt hæc; *Si filius tuus cū esset in tua potestate, in insulā deportari meruit, peculium eius, nec quod in castris acquisiuit, vel quod et militaturo donasti, auferri tibi debet.* Per quē tex. sicut sup. concludunt ibi Odofr. Bar. Cy. Alb. Bal. Fab. & Sali. Imo. *in l. si finita, §. si de vectigal. n.* 6. & ibidem Alex. *n.* 49. *ff. de dam. infec.* Bal. *in l. si filius f. amilias,* 11

liæ ff de his, qui sunt sui, vel alieni iur. Are. *in §. actiones autẽ de peculio, col. pen.* & ibidem Ias. *n. 62. Inst. de actio.* idem Ias. *in l. 3. §. filius, col. 1.* vbi etiam Alex. *n. 3.* Dec. *n. 4. ff. quod quisque iur.* Alb. *in tr. statu. in 3. par. q. 12. & l. 3. §. sed vtrum, ver. extra glo. quærunt, ff. de minor.* Boer. *dec. 7. n. 4.* Emanuel Suarez *in add.* Ant. Gom. *var. resol. lib. 2. de contract. tit. de seruit. c. 15. n. 15. litera D.* Plot. *cons. cr. diuers. 130. n. 19. tomo 2. in fol.* Aym. *cons. 30. n. 13.* Conrad. *in pr. de offi. prator. in causis ciuilib. rub. de exequu. sent. n. 14. vers. quarto in peculio, &c. fol. 218. col. 2. & iterũ de off prætoris in causis criminal. n. 3. ver. 4. similiter limita, pag. 429. col. 2.* Duen. *reg. 275. nu. 7.* Couar. *var. resol. lib. 2. c. 8. n. 6. vers. Hinc apparet, post prin.* ibi, *Et quòd publicatis, &c.* Io. Lup. * *in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 66. n. 24.* de communi* testatur Paris. *d. cons. 157. n. 36.* Cou. *in loco nuper citato,* Boss. *in tit. de bon. pub. post n. 71.* Suarez *in suo thes. recep. sent. litera C, n.* * *266.* imò etiam & de magis communi* pariter testati sunt Alex. & Dec. *in prædallegata l. 3. §. si filius, ff. quod quisque iuris,* Alex. scilicet *n. 3.* & Dec. *n. 4.* Simanc. *de hæret. c. 9. n. 14.* Clar. *in pra. d. q. 78. vers. quæro etiam,* D. Men. *in d. q. recuper. poss. remed. 69. & 70.* vbi non solùm hanc dicit celebriorem opinionem, sed etiam veriorem. Addo Honde. *cons. 93. num. 37.* vbi * etiam testatur de communi.*

12 ¶ Contrarium, † quòd imò castrense vel quasi castrense peculium veniat in confiscatione bonorum delinquentis filij, nec patri deferatur, apertè tradiderunt Ang. de Perusio *in l. si finita, § si de vectigali. lib. n. 15. in 7. q. principali, ff. eod.* Nell. *in tr. de bannit. in 1. par. 2. temporis, q. 25.* Crot. *in repet. l. frater à fratre, n. 21. ff. de condict. indeb.* Gig. *in tr. de cr. læsæ maiest. lib. 2. tit. de pœ. committ. cr. læsæ maiest. q. 12. per totum.* Ant. Gom. *var. resol. tomo 2. de contract. c. 15. tit. de seruit. n. 15. vers. sed his non*
13 *obstantibus.* †Habet enim filius (vt inquiunt Doctores* præ- * fati) in castrensi peculio plenum & perfectum dominium, liberámq; & absolutam administrationem, facultatem disponendi & alienãdi sicut paterfamilias, *l. 2. C. ad Maced. l. miles, la prima, & ferè per totum tit. ff. de castren. pecul. l. cùm oportet, ver. exceptis, C. de bonis, quæ liber. l. 3. C. de castren. pecul. lib. 12.* Ergo delinquendo potest illud amittere, cùm is tacitè alienare dicatur, qui delictum confiscatione dignum perpetrauit, *l. Imperatores, ff. de iure fisci.* Nec obstet tex. suprà in contrarium allegatus *in d. l. 3. C. de bon. proscript.* quia ille tex. loquitur de iure antiquissimo, secundùm quod filius in castrẽsi peculio non habebat hæredem, illúdque ipso decedente ab intestato pater occupabat, non quidem iure hæreditario & successionis, sed tanquam bona propria, *l. 2.* & ibi gl. ord. *ff. de castr. pecul.* Ideo non est mirum, si eodem iure dictum peculium castrense non confiscabatur: quia quando per condemnationẽ filij inducitur mors naturalis, vel ciuilis, fiscus occupando bona confiscata reputatur hæres, *l. 3. C. ad l. Iul. de vi, cum simili.* Non sic est hodie de iure nouo Codicis, & Authenticorum, secundùm quod filius habet hæredem in quibuscunque bonis suis etiam castrensib. vel quasi, quæ patri, vel successorib. suis deferuntur iure hæreditario, & successionis, & non alio modo, *l. 3. C. de bonis, quæ liber. l. fi. C. eod. l. fi. C. comm. de succes. l. 1. C. ad Tertul. Auth. de hæred. quæ ab intest. §. si igitur defunctus, collat. 9. auth. in successione, C. de suis & legit. authentic. defuncto. Cod. ad Tertul.* Ergo abrogata ratione legis antiquæ, censetur etiam abrogata ipsius legis dispositio.

¶ Quibus tamen non obstantibus, non recedas à supr. firmata ampliatione, quæ, vt præfertur, non solùm cõmunior* est, sed etiam æquior, & verior: licèt enim in peculio castrẽsi filius habeat liberã administrationem, & potestatem disponendi, *vt in l. 2. C. ad Maced.* cum aliis sup. allegatis, nõ tamẽ per hoc talis potestas debet extendi, vt aliàs sup. dixi, ad dolosam administrationẽ & alienationem per delictum, *d. l. creditor, §. Lucius, ff. mandati.* potestáſq; alienandi peculium castrense filio data est nõ de iure cõmuni, sed de speciali: ideo licèt ille, qui est dominus, de iure communi possit bona sua perdere & alienare per delictũ; nõ tamẽ hoc poterit ille, qui dominũ habet de iure speciali & priuilegiato, vt per Pet. Cy. Alb. & Doct. *in d. l. filius, C. de bon. proscr.* & licèt iure Authẽticorum in castrensi peculio habeat hodie filius hæredẽ & successorem, & in hoc sit correctum ius antiquum: non per hoc tamen sequitur, quòd illud possit per delictum alienare: quia, vt optimè adnotauit Couarr. *in d. cap. 8. num. 7. sub eod. versicu. Hinc apparet, prope finem,* & sensit expressè Clar. *in d. qu. 78. versic. quæro etiam quid in peculio castrensi, pariter ad finem,* castrense peculiũ patri eius, filio delinquente, defertur, nõ ex eo, quia in illo idẽ filius habeat hæredem, sed in solatiũ patriæ potestatis, & in illius prærogatiuam. Ideo licèt ius antiquum sit in hoc correctum, quòd filius habeat in castrẽsi peculio hæredem; non tamen est correctum in hoc, quòd illud possit per delictum alienare, vt ibi per Couarruuiam.

¶ Limita Hanc tertiam ampliationem† non procedere 14
in crimine læsæ maiestatis, in quo etiam peculium castrense vel quasi, confiscari propter filij delictum, indubitanter tenet Gig. *de crim. læsa maiesta. lib. 2. tit. de pœn. committen. crimen læsa maiesta. d. q. 12. in fin.* ea potissimùm ductus ratione, quia *l. quisquis, §. filij verò, Cod. ad leg. Iul. maiest.* mandat filium familias propter tale crimen amittere omnia sua bona, non distinguendo inter bona, quæ sunt de iure speciali, & fraternaliter diceremus, frustratoria redderetur illius legis dispositio imponens filio huius criminis reo pœnam confiscationis suorum bonorum: cùm is non alia habeat bona, quę possint dici sua, quàm castrensia vel quasi. Et si, vt suprà dixi, *n. 9. &* 10. latéque probat Osasc. *dicta dec. Pedemon. 94. per totam,* in crimine lęsæ maiestatis confiscatur peculium aduentitiũ, multò magis dicendum est, confiscari debere peculium castrense, vel quasi, in quo idem filius plus iuris habet, quàm in aduentitio, vt suprà probatum est.

¶ Amplia IIII. Eandem primã principalem ampliationem, † in tantum scil. patrem non teneri pro delicto filij, vt si 15
is delinquat, pro eo condemnationem pecuniariam soluere minimè cogi possit, etiam quatenus est in legitima: † quæ 16
cùm filio, viuente patre, non debeatur, *vt in l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bono. & in l. secunda, §. interdum, ff. de vulga. & pupilla.* Glos. & Doct. *in leg. cùm à matre, C. de rei vendica.* Ias. & Doct. *in authent. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. & in l. in suis, ff. de lib. & posthum.* cum aliis per Petr. Duen. *in reg. 356.* vbi latè de materia (de qua & nos etiam dicemus *in 3. lib. Quæstionũ ciuilium, sub tit. de legitima & Trebellianica*) & per Ceph. *cons. 214. n. 8. lib. 2. & cons. 605. num. 24. lib. 4.* Menoch. *cons. 250. n. 82. lib. 2.* Frã. Becci. *cons. 34. n. 17. & seqq. & cons. 74. n. 5.* Clement. *de patria potest. effect. 16. n. 59.* Honded. *cons. 95. n. 38. & seq.* Ioan. Petr. Sur. *dec. Mantua. 167. n. 1. & seqq.* apud quos post alios quos allegant antiquiores, bene reperies hãc conclusionem comprobatam.

¶ Hoc ideo nec in confiscatione bonorũ ob eiusdem filij delictum venire tradunt communiter * Doctores, vt videre * est apud Guliel. de Cun. Bar. Alber. & Bal. *in l. si qua pœna, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur.* Spec. *in tit. de exequut. senten. ver. quòd si filius, n. 11.* Bald. *cons. 157. per tot. vol. 3.* Franc. Lucan. de Parma *in tract. de fisco, & eius priuileg. rubr. de publicat. bonorũ, n. 2.* Gloss. Panor. & alij, *in c. 2. de delict. puer.* Dec. *cõs. 438. col. 2. n. 9.* Ruin. *cons. 149. num. 13. lib....* Nell. *de bannit. in part. 2. tempo. quæst. 33.* Cremen. *sing. 12. & fin. num. 89.* Couarru. *var. resol. libr. 2. c. 8. num. 7. sub versicul. Hinc apparet, post princip. versiculi,* Catell. Cotta *in suis memorial. verbo, Pater obligatus soluere condemnationem filij, ver. sed quid erit, si pater, &c.* Alex. *cons. 75. nu. 13. volum. 1.* Ang. *in §. si quis autem non implens, in Auth. de hæred. & Falc. & in §. 1. in Auth. de trien. & semis.* Corra. *in l. filium quem habentem, num. 188. Cod. famil. erciscun.* Cagnol. *in l. fi. n. 286. Cod. de pact.* Doct. *in d. l. in suis, ff. de lib. & posthum.* vbi sic communiter* teneri testatur Duen. *d. reg.* * *256. in 2. Ampliatione,* referens etiam de communi testantẽ Mar. Soc. iun. *cons. 51. n. 5. lib. 1.* Aldobr. *in §. præterea, n. 55. Instit. quib. mod. ius patr. potestã. solu.* Ruin. *cons. 149. n. 22. vol. 3.* Viui. *in commu. opin. verbo, legitima non debetur filio, n. 5. & in opin. verbo statutum disponens, quod pater teneatur soluere pro filio condemnationem, in prima limitatione,* & de communi testatur etiã Imola *in c. Raynutius, n. 42. de testam.* Clar. *in prac. qu. 86. ver. secundò infertur.* Rol. *cons. 79. nu. 5. vol. 2.* & hoc esse omnibus notissimum, * testatur Thob. Nõ. præceptor meus, * *in cons. 94. n. 1.* [Marc. Ant. Eugen. quem post primam huius libri impressionem præ manibus habui, *in cons. 69. num. 8. & seq.*] Franc. Becci. *cons. 34. n. 22.* qui etiam de communi testatur. Hippol. Rimin. *cons. 50. n. 75. & 93. lib. 1.* Clemen. *de patr. potest. effectu 16. n. 16. & 59.* Honded. *cons. 95. n. 34.*

¶ Amplia Rursus, & primò, hanc quartam ampliationẽ, † vt procedat etiam in crimine læsæ maiestatis: adhuc enim 17

filio

filio huius criminis in confiscatione bonorum non venire legitimam viuente patre,apertè tradit Gig. *de cr. læsæ maiest.*
18 *lib.2.tit.de pœnis committ.cr.læsæ maiest.q.9.per tot.*†ea potissimùm ratione,quia filio reo læsæ maiestatis,pater non solùm viuens,vt suprà generaliter probaui,sed etiam moriens tanquam patriæ proditori non tenetùr relinquere legitimam,illúmque exhæredando vel prætereundo,non rumpitur testamentum,vt per And.de Isern.*in c.1.§.praterea vassallus, col.3.vers.auditis iudicatum,tit.qua fuit prima can.benef.amitt.* Bar. *in l.hac edictali, C.de secun.nupt.* & prosequitur idem Gig. *in eod.1r.lib.3.tit.de proditor.lib.3.*

19 ¶Amplia II.præcedentem quartam ampliationem:†vt si filius delinquat viuo patre, legitima non confiscetur, etiã quòd post sententiam pater moriatur, sed illa viuentibus ab intestato defertur,sic placuit Spec.*in tit.de exeq.sent.§.sequitur videre,in quib.vers.quid si filiusfamilias, & ver.quidam tamen dicunt quòd legitima.* Idémque refert & sequitur Gig. *de cr.læsæ maiest.lib.2.tit.de pœnis committ.cri.læsæ maiest.q.*18. Bal.*in l.si qua,ff.de his,qui sunt sui,vel alieni iur.* Alex. *cons.*37. *col.antepenul.lib.*1.Soc.iun.*cons.*51.*lib.*1. & hos pariter referendo sequitur Couar.*var.resol.lib.2.c.8. post n.7. vers.sic delinquente filio,&c.*ibi,*& his addendũ,&c.*Cast.*cons.*39 *in prin. incip.omisso ordine dubiorum,*Cur.sen.*cons.*95.*incip.Dux Philippus,*latè prosequitur Lud.Cato *in cons.crim.diuer.*103.*tom.*
20 1.*in folio.*† Et est ratio,quia in vita patris filio legitima non debetur, nisi conditionaliter in euentu futuræ mortis dicti eius patris,vt notatur *in d.l.in suis,ff.de liber. & posthu.* Confiscatio autem bonorum non trahitur ad iura futura & conditionalia,*l.si mandauero tibi,§.is, cuius bona,ff.manda.* cum aliis per Gig.*vbi sup.q.*7.Ant.Gom.*var.resol.tomo 3.de delict. tit.de confiscatione bo.n.*1.*& seqq.*Clar.*in pra.q.*78. *vers.item in fiscum,&c.*& dicam latiùs *infr.hoc eodem tit.in seq.q.*

¶Contrarium tamen videtur dicendum,si filius delin quat post mortem patris,& post eius mortem banniatur. Tunc enim ius,quod filius habet ad patris legitimam,siue ab intestato,siueex testamento,transit in fiscum;quia tunc confiscatio non dicitur trahi ad ius futurum, sed ad ius iam acquisitum,prout consuluit Bert.*cons.*489.*per totum,lib.2. ac præsertim n.5.& seqq.*& ibi Clar. *in add.litera C*, alios refert Doct. idem tenentes,& ibid.contrariis respondetur.

¶Limita eandem præcedentem quartam ampliationẽ,
21 †vt licèt fiscus non possit patrem cogere ad soluendum legitimam pro filio delinquente & condemnato, poterit tamen ipse filius,si propter delictum teneatur in carceribus, & ex illis aliter euadere non possit, patrẽ Iudicis officio cogere,vt ipsi legitimam assignet, vt à dictis carcerib.redimatur,& iste est vnus ex casibus,in quib.pater tenetur filio assignare legitimam in eius vita,vt per Duen. *d.reg.*356.*in* 5.
22 *fallen.*vbi concordantes adducit,& refert rationem;†quia sc. si pater etiam viuens potest à filia cogi ad ei assignandum legitimam loco dotis,vt nubere possit, *ad l. Pomponius,ff.*
23 *famil.erciscun.l.qui liberos ff.de ritu nupt.l.fin.C.de dot.promis.*† sic rursus potest ad idẽ cogi pro alimentis, *vt in l.cùm oporteat,§.cùm autem,C.de bonis,quæ lib.* multò magis poterit cogi ad eandem legitimam soluendam pro redemptione à car-
24 cerib. pro conseruanda libertate & vita filij:† cùm carcer perpetuus sit seruitus,& morti æquiparetur, *l.intercidit, ff. de condit.& demon.l.seruitutem,ff.de reg.iur.& in auth.si captiui,C.de Epis.& Cler.*& dixi *supra,q.*19.*n.*31.

25 ¶Amplia II.Principaliter propositam regulam,† vt ecõtrà nec filius teneatur pro delicto patris: sic probat tex. expressus *in l.2.§.nullum patris delictũ innocenti filio pœna est, ff. de decurio. l. crimen, ff. de pœnis, l.filiam, & l. emancipatio,§.fi.de Senat.l.quoties,ff.de nox.* il.toto titul. *Cod.ne filius pro patre,gl.in d.§.nullum,*vbi alias adducit concordantias. *& in l.si quis suo testam.C.de inoff.testam.c.Iudæi,*1.*q.*4. *& per totam* 56.*dist.l.post legatum,§.si filiusfamilias,ff.de his,quib.vt indig.l.* 1.*§.quod ergo,& §.filiusfamilias,*& ibi gl.*ff.de vi & vi arm.*& faciunt,quæ sup.in comprobatione primæ ampliationis deducta fuerunt ex sacris literis,*Ezechiel.c.*18.*& Leuit.c.*24 cũ aliis per Gig.*de cr.læsæ maiest.lib.3. tit. de pœnis, quas filij inurrunt,&c.q.*1.*n.*1.*& seqq.*Couar.*var.resol.lib.2. ca.*8.*num.*1. Duen.*reg.*345.vbilatè de materia huius ampliationis,ponitque casus 16.in quib.patris culpa & delictũ filiis nocet, &

quos apud eum per te videre poteris vltra infrascripta.Hie. Gabr.*cons.*182.*n.*1.*li.*1.Clem. *de patria potest. effect.2. nu.*37. Honded.qui alios refert,*cons.*95.*n.*33.

¶Amplia I.hanc secundam principalem propositæ re- 26
gulę ampliationem,†vt procedat etiam in peculio profectitio;in quo cùm filius habeat administrationem sibi à patre concessã,& spem in illo succedendi:si idẽ pater aliquod cõmittat delictum,per quod eius bona erunt confiscanda;non tamen in præiudicium filij,cõfiscabitur istud peculium profectitium:sic enim voluit tex. *in l.3.§. sed virum, vers.magis enim,*vbi præcipuè Bart.*n.*4.*vers.venio ad 4.partem*, & Alb. *col.3.ver.extra gl.de minor.*quem tex.in id præfatam ampliationem sequentes post Bart.*in loco citato,*ponderarunt Imol. *in l.finita,§.si de vectigalibus,col.fi.n.*6.& ibid.Alex.*n.*44.*ff.de damno infecto.*Ang.& idem Imol.*in l.si filiusfamilias,ff.eod.ti.* Bald.*in l.pen.in fin.C.qui bon.cedere poss.& in l.executorem, nu.* 34.*C.de exeq.rei iudic.*Aret.*in §.actiones autem,de peculio, col. pen.*& ibidem Ias.*num.*64.*Inst.de act.*Nell. *in tract. bannit.*1. *par.2.temp.q.*26.Alb.*in tract.stat.in* 3.*par.quæst.*12. Duen.*reg.* 275.*in* 7.*fall.* Conrad. *in pr.de off.prætor. in causis ciuil.tit.de exeq.sen.num.*14.*versiculo* 4.*in peculio,pag.*218.*col.*2. D.Men. *in* 9.*recuper.possess.remed.n.*72.Plot.*cons.cri. diuers.*130.*n.*23. *tomo* 2.*in fol.*Couarr.*var.resol.lib.*2. *cap.*8. *n.*7.*sub vers. hinc apparet* ibi,*sicut nec publicatis bonis,*&c.De communi* testa- *
tur Sal.*in l.si quis post hac,*§.1.*n.*3.*Cod.de bonis proscript.* Ant. Gom.*var.resol.li.*2.*de contract.tit.de seruit. cap.*15.*n.*16. *post princ.versic.imò quod magis est*, Clar.*in pra. q.*78. *vers.quæro, nunquid è contrà,* & licèt Gigas *de crimine læsæ maiestatis, qu.* 13.*num.quarto,vers.Ego verò circa peculium profectitium*, videatur dubitare de hac ampliatione:non tamen ab ea recedit, † præterquam in crimine læsæ maiestatis,in quo cùm 27
propter delictum paternum filij puniuntur,*vt in l.si quis*, §. *filij verò, Cod.ad l.Iul. maiest.* ideo patre huius criminis reo existente,confiscatur in præiudicium filiorum etiam peculium profectitium,vt ibi per eum.

¶Limita Hanc ampliationem,†vt procedat, quando pa- 28
ter commisit tale delictum, pro quo non imponitur pœna mortis naturalis vel ciuilis, & sic nó tollitur patria potestas, nec filius efficitur sui iuris:tunc enim verum est,quòd propter dicti patris delictum peculium profectitium,in quo filius habet administrationẽ,non confiscatur.At secus,quãdo pater commisit delictũ tale,pro quo imponitur pœna mortis naturalis,vel ciuilis;& sic tollitur patria potestas,& filius efficitur sui iuris:tunc enim,cùm peculium profectitiũ desinat esse peculium,*vt in l.fi.C.de inoff.testam.* Ideo illud confiscari apertè probare videtur tex.*in l.*1.*§.sed & si alio, vers. sed & si morte,ff.quan.actio de pecu.est annalis,*cuius tex.verba sunt hæc.*Sed & si morte patris vel deportatione,sui iuris fuerit effectus filius,de peculio infra annũ hæres patris, vel fiscus tenebuntur.*& per istum tex.ita expresse præcedentem declararunt Cynus & Bal.*in l.diximus,§.si pater,ff.de exeq.tut.*Rom. *in l.si finita,§.si de vectig.col.*4.*in* 8.*q.*& ibi etiam Alex.*n.*45. *ff.de dam.infect.*& hanc declarationem esse magis communiter*à Doct.receptam,& per fisci procuratores in pra. ser- *
uatam,testatur Boss.*in tit.de bonorum publicat.nu.*71. *in fin.*& Boss.refert,& sequitur Clar.*in pr.d.q.*78. *cod.ver. quæro nunquid è contrà.*

¶Vide tamen in proposito huius limitationis Sal. & Doctores;ac præcipuè pluribus modis declarantem Alex. *in d. §.si de vectigalibus,*& contra eandem limitationem, vbi etiã Ant.Gom.*var.resol.lib.*2.*de contract.c.*15.*tit. de seruit. n.*19. *prope fin.vers.sed his non obstantib.*vbi respondet remissiuè ad tex.*in l.*1.*§.sed & si alio,ff.quan.actio de pecul.est annal.* & vide rursus ea,quæ mox in simili dicam de peculio aduentitio *in proxima seq.ampliatione,n.*33.

Amplia II.Dictam secundam principalem ampliationẽ, 29
quod patre delinquente,nec etiam confiscatur vsusfructus, quem habet in aduentitiis bonis ipsius filij; sed vsusfructus debetur filio,& cõsolidatur cum proprietate, secũdùm Gig. qui concordantes adducit,*in tract.de crim.læsæ maiest. lib.*2. *tit.de pœn.committen.crimen læsæ maiestat. q.*13. *num.*4. & ante eum Bal.*in leg.*1.*C.de bonis,quæ liber.*Corn. *cons.*208.*ad fi. lib.*3.& faciunt rationes consideratę per Ant.Gom.*var.resol. tomo* 2.*de contract.c.*15.*tit.de seruitut.n.*18.*in prins.* inter quas

illa potissimùm stringere videtur,quòd cùm scilicet vsusfructus,quem pater habet in bonis aduentitiis filij,nõ sit transi-
30 bilis ad extraneos hæredes, † consequenter etiam non sit transmissibilis in fiscum,qui habetur loco hæredis, *l.2.C.ad leg.Iul.de vi, l. eorum,ff.ad leg.Iul.maiest. l.4.ff.de iure patr.l.1.* & ibi gl.& communiter* Doct.*C.de bonis, quæ li.*& ibi etiam * Bar.& communiter* Doct.*ff.de interdic.& releg.*

31 ¶Contrarium,†quòd imò propter patris delictum cõfiscetur etiam vsusfructus, quem is habet in bonis aduẽtitiis
32 filij:† & generaliter in confiscatione bonorum venire etiam vsumfructum,quem delinquens habet eius vita durante in bonis alicuius,optimè defendit & contrariis rationib.respõdet Ant.Gom.*in loco nuper citato,d.n.18.vers.sed his non obstãtibus.licèt enim*,inquit ipse,*vsusfructus non possit alienari,poterit tamen eius commoditas & fructuũ perceptio alienari,l.arboribus,§.vsufructuarius,ff.de vsufr.*ergo & per delictum confiscari.*l. Imperatores,ff.de iure fisci.* Et quando confiscantur bona alicuius,non solùm omnia eius bona,sed etiam ius,quòd habet in bonis, confiscari debet, *l.si postulauerit,§.iubet,ff.de adulte.*per quem tex. idem etiam tradiderunt ibi Bar.Ang.& * communiter* Doct.Idem Bart.*in l.si quis in tantam,vltima q. C.vnde vi,*Paul.de Cast.*in l.si finita,§.si de vectigalibus,in vlt. q.ff.de dam.infec.*Ias.*in §.actiones autem de peculio,n.65.Inst.de actio.*quos & alios referendo sequitur Gom.*in loco præcitato.* Nec dissentit Petr.à Plach.qui & alios adducit concordantes,*in epit.delict.li.1.c.22.n.39.ante medium,vers.si quidem patre delinquente.*

33 ¶Pro concordia autem distingue sic:† aut patris delictum est tale,quòd ipse patitur maximam,vel mediam capitis diminutionem,& consequenter in totum soluitur patria potestas:& tunc quia cessat nomen patris,vsusfructúsque dicitur extinctus,& cum proprietate cõsolidatus,*iuxta l.corruptione, C.de vsufruc.*ideo non publicatur,sed ad filium reuertitur.Si verò delictum non est tale,per quod patria potestas, & patris nomen aboleatur;& tunc è contrà,quia vsusfructus,seu illius commoditas non est extincta;ideo ad fisci commodũ patris delinquentis vita durante publicatur. Salic. *in l.si quis posthac,§.si quid etiam,in vltima q.n.4.vers.sed nunc quæro, C. de bonis proscrip.*Alexand.post Rom.*in dicta l si finita, §. si de vectigalibus,num.30.ver.circa hac,quæ ponit hic Bart.contingit dubitare,ff.de damno infecto,*Cur.iun. *cons.4.numer.19.* Petr.à Plach.*dict.c.22.eod.n.39.ferè in medio,vers.sed pro concilianda Doctorum sententia,pag.mihi 373.in fine,*D.Menoc.*in 9.recuperan.poss.s.remed.n.244.*Plot.*cons.crim. diuers.130.num.24. tom.1.in folio.*

¶Ampliа III.Eandem secundam principalem ampliа-
34 tionem,† vt si aliqua lege vel statuto caueatur, vt pro aliquo delicto confiscentur omnia delinquentis bona, talis confiscatio non trahatur ad legitimam filiorum ipsius delinquentis,quæ non obstante dicta confiscatione ipsius, salua remanere debet,Bal.*cons.171.vol.1.& cons.156.condemnatus, vol.* 3.Dec.*cons.235.col.pen.in prin.*Papien.*in pra.in forma inquisitio.in vltima gloss.col.1.ver.sed quid si statuto.*Fabien.de Monte *in auth.nouissima,in 25.q.principali,vers.ad secundum, & c. n.262.Cod.de inoffi.test.* Picus *in l.post contractum, n.23.& 32:* vbi etiam Ioa.Annibal.*de canon.n.52.ff.de donat.* idem Picus *in l.Titia,§.Titia cùm nuberet,n.58.ff.de leg.secundo,* Soc.iun. *cons.69.n.9.vol.1.*Tiraquel.*in repet.l.si vnquam,verb.donatione largitus,n.332.& seq.C.de reuoc.donat.*Ripa *in l.ex facto,§. ex facto,n.9.ff.ad Trebel.*Ang.*cons.357.visis condemnationibus,* col.1.Beninten.*decis.Bonon.91.n.1.*Fernan.*in l.in quartam,1. par.ff.ad leg.Falcid.n.265.*Menoc.*in 9.recuper. possess.remedio,* * *num.178.*de communi* testatur Roland.*cons.97.num.29.vol.* 2.quem refert,& sequitur Clar.*in pra.quæst.78. vers.videndum est etiam,*Bonacos.*in comm.opin.crim.par.2.pag.mihi 16. a tergo,colum.2.litera C,vers.decretum generaliter,*Thob.Non. præceptor meus,*cons.95.n.12.& seqq.* vbi pariter de communi,& faciunt quæ infrà dicentur in hac eãdem Quæstione,post primã principalem limitationem,*in 4.limitatione 5. ampliationis,numer.170.& seq.*vbi vide, & licèt contrarium apertè tenuerint Io.de Lignano,& Card.*in clem.pastoralis,7. quæst.de re iud.*quibus assentit Chassan. *in consuetud. Burgun. folio 89.n.16.*inquiens,quòd vbi ex aliqua lege, vel statuto bonorum confiscatio imponitur, cẽsentur omnia delinquẽtis bona confiscata, nulla liberis reseruata portione, & quod hodie ita practicatur,& Io.de Lignano ad Cardinalem sicut supra relatos sequi etiam videatur Boss.*in tit.de cr.læsæ maiest.n.134.*Castr.Cephal.& Chassa. *in locis relatis per Peregrin de iure fisci,li.5.tit.1.de publicat.bon.n.34.* non per hoc tamen recedas à proposita ampliatione, non solum vt præfertur magis communi,* sed etiam æquiori & veriori, pro- * vt eam tanquam veriorem latè comprobat, & à contrariis defendit Rol.*d.cons.97.per tot.*per textum præcipuè *in l.cùm ratio.ff.de bon.damna.*vbi probatur,quòd publicatio bonorũ patris non debet inferre præiudicium & damnum filiis in legitima:quæ cùm illis debeatur,non de iure positiuo,sed de iure naturali,*vt in dict.l.cùm ratio.*idem non transit in fiscũ, qui bona publicata obtinet de iure positiuo, non autem naturali,*vt toto tit.de bon.dam.*Et licèt constitutio seu statutum generaliter loquens mandet alicuius delinquentis bona cõfiscari pro aliquo delicto; non est tamen trahendum ad legitimam filiorum,nisi de ea fiat expressa mentio, vt ibi per Rol.qui concordantes adducit.Nec Bos.suprà allegatus cõtradicit,quia loquitur in crimine læsę maiestatis,in quo pœna transit etiam ad filios:secus in aliis delictis, in quib.non reperitur hæc specialitas,vt bene declarat *in tit.de bon. pub. n.8.& n.10.*Et pro hac tertia ampliatione, addo etiam Men. *cons.77.n.25.*Franc.Bec.*cons.8.n.25.*quos & alios referendo sequuti sunt Honded.*cons.110.n.13.& seq.*& Pereg.*de iure fisci,lib.5.tit.1 post n.34.ver.contrariam opin.* vbi testatur aliàs apud ipsum fuisse resolutum,*in cons.10.incip.virum.*

¶Ampliа rursus,& primò hanc tertiam ampliationem præcedentem,† vt in casu publicationis bonorum paterno- 35
rum legitima filij debeatur à die d.publicationis & condẽnationis,& secundùm illud tempus æstimatio faciẽda est,nõ autem à die mortis ipsius patris:sic enim videtur probari *in l.1.ff.de bon.dam.*dum in ea dicitur, quòd quando bona patris ex ipsius delicto publicantur: vt quando vita adimitur, ciuitas,vel libertas amittitur,filij portionem ex bonis patrũ damnatorum accipiunt.Quod verbum,*accipiunt*,ponderandum est,cùm sit præsentis temporis, & non futuri. Et licèt regulariter legitima consideretur,& debeatur secundùm facultates,quæ tempore mortis reperiuntur,& ab eo die,non autem antea:non est tamen absurdum, quòd hoc casu consideretur & debeatur à die condemnationis & publicationis bonorũ,† quia mors ciuilis æquiparatur naturali, Bar.*in l.4.* 36
C.de his,qui ven.ætat.impetr.& in l.cùm pater, §. hæreditatem, ff.de legat.2 in l.Statius,§.Cornelio Felici,ff.de iure fisci,& per Doct.*in l.Gallus,§.& quid si tantum,ff.de liber.& posth.*& vbique passim notatur.Ita per hanc rationem concludit, Boss. *in tit.de bon.pub.n.6.*& latè defendit ac pluribus comprobat & concordantes adducit Rol.*cons.97.n.34.& omnib.seqq.vol.* 2.& licèt rursus contrarium senserit Rub.Alex.*in l. Titia,§. Imperator, n.222.ff.de leg.*2.non ob hoc tamẽ recedas à proposita ampliatione,quæ verior est,& æquior,cùm sit fundata in ratione pietatis,ne scil.ante mortem patris eo interim tempore filij mendicare cogantur.

¶Ampliа iterum & secundò dictam tertiã ampliationem;† vt licèt legitima filiorum regulariter sit triens hære- 37
ditatis paternæ,quando scilicet filij sunt quatuor,aut infra:& & dimidia,quãdo sunt quinque,vel vltra,vt notatur *in auth. nouissima,C.de inoff.test.*nihilominus legitima, quæ ex bonis paternis publicatis detrahitur,si pater habeat vnum,velduos filios,erit non triens,sed dimidia totius hæreditatis. *l.fin.*ibi, *dimidia parte ærario vendicata,aliàs eis reseruatur.*vbi Cyn.& Doct.*ff.de bon.damna.l.si deportatus,*& ibi gl. Odofred.& Sal. *C.eo.*item gl.*in l.1.in verbo,etiam portionẽ,& in l.cùm ratio,§. si plures,in verb.si plures,ff.de bon.dam.* Plot.*cons.crim.diuer.130. n.87.vol.1.in fol.*Rol.qui de communi* testatur *in d.cons.97.* * *n.30.& 31.lib.2.*

¶Si verò pater † habeat tres,vel plures filios,tunc non est 38
tractandum de quota hæreditatis,nec de legitima, quia tota hæreditas, & omnia bona paterna ex dispositione Adriani Imperatoris filiis reseruantur,*vt in d.l.fi.§ si plures,*iuncta gl. & ibi etiam Cyn. & Ang.*ff.de bo.dam.*Spe.Rom.Alb.& alij, quos refert,& sequitur Rol.*d.cons.97.n.32.& seq.* † vbi ampliat,hoc etiam habere locum in filiis adoptiuis, dummodo 39
non sit facta in fraudem adoptio,*dic.l.fi.§. ex bonis, ff.de bon. dam.*cum aliis per eum allegatis. & hanc eãdem ampliationem sequitur etiam Plot.*d.cons.crim.130.eod.n.87.*& Thob.

Non.

Non.præceptor meus,*in consi.98.num.8. & 105. num.12.*& licèt Clar.*in pract.qu.78.versi. videndum est etiam*, dicat apud eum quando bona paterna confiscantur, filiis non reseruari legitimã, nisi prout regulariter illis debetur in bonis patris, & sic iuxta superiùs tradita *n.7.* hæc tamẽ localis consuetudo non est generaliter extendenda, & ideo vbi contraria non viget obseruantia,serua ius commune:& sic prædictam ampliationem, de qua etiam licèt dubitare videatur Boss.*in tit.de publica.bon.num.10.* vbi subdit, quòd si hæc conclusio potest sustineri,est pulchra declaratio,& potest in occurrenti casu afferre magnam vtilitatem,vel saltem animum Principis inclinare ad concedenda dicta bona paterna, *vt suprà*: apud me tamen nulla remanet dubitatio, nec crederem à Iudice vllo pacto recedendum in iudicando à præfata ampliatione, postquam(vt præfertur)& iuris expressa authori-
* tate firmata est, & Doctorum communi * calculo recepta. Ad cuius comprobationem,vide omnino Honded.*post huius libri secundam editionem habitam,in consil. 110. per totum.* vbi latissimè hanc defendit ampliationem, & præsertim *num.4. iuncto n.17.& seq.& n.20.& seq.* vbi in specie respondet Clar. *vbi sup.*testanti de contraria consuetudine, *& n.5.iuncto nu. 12.& seqq. & n. 23.* vbi ampliat etiam stante statuto simpliciter, & indiffinitiuè disponente bona alicuius delinquentis posse confiscari,reprobato Castren. contrarium tenente;cuius opinionem pariter,& communiter reprobari testantur, *& n.6.iuncto n.24. & omnibus seqq.* vbi & quod plus est iterũ ampliat stante alio statuto Perusino volente,quòd patre delinquente, propter cuius delictum bona veniant confiscanda,eius filiis vni,vel pluribus medietas bonorum reseruetur. Adhuc enim in casu, in quo idem pater tres, aut plures habeat filios,confiscationi locum non esse, non obstante prædicto statuto pluribus contendit, *& num.10.* rursus ampliat etiam, quòd filij essent adoptiui, dummodo adoptio non sit facta in fraudem,ex Roland. *in loco præcitato*,& Ascan. Clemen.*in prac.de patria potesta.effectu 16.n.36.& seq.vide infrà, num.170.& seq.*

¶ Ampli a III.Eandem tertiã ampliationem,vt procedat, non solùm in filiis legitimis, sed etiã in naturalibus & spuriis,qui cùm non habeant à iure legitimam, sed tantùm alimenta,quæ isto casu loco legitimæ succedunt, hoc ideo alimenta prædicta nõ venire in cõfiscatione propter patris delictũ pluribus comprobat Honded.*cons.95.num.66.& plurib. seqq.*vbi ampliat etiã in vncia, seu alia quota hæreditatis eidem filio spurio debita vigore statuti,eam inquam loco alimentorum succedere,& iuribus & Doctorum authoritatib. relatis,& reprobatis cõtrariis,bene cõprobat, & propterea sicut alimenta in confiscatione non veniunt;ita nec etiã veniet vncia prædicta,vt ibi per eum.¶ Sed quid in casu statuti volentis patrem teneri soluere legitimam pro delicto filij,an tunc veniant alimenta prædicta,vide *infra,n.188.in fi.* & generaliter,an in confiscatione bonorum,veniat legatum alimentorum, seu debitum ex causa alimentorum durante vita bãniti,dixi *in seq.q.n.145.in fi.& vide infrà,n.170.& seq.*

41 ¶ Limita I.Eandem tertiam ampliationem † non procedere, quando bona materna confiscantur propter matris delictum; quia tunc filij nihil debent habere de illius bonis, *ex l.de bonis,C.de bon.proscrip.*& hanc limitationem indistinctè approbant Doctores, vt dicit Aug. ad Ang. *de malefi. in verbo,& eius bona,sub n.28.* Idémque refert,& sequitur Clar. *d.q.78.eod.vers.videndum est etiam,in fine.*

42 ¶ Limita II.Dictã tertiam ampliationẽ † non procedere in filiis conceptis post condẽnationem & publicationẽ bonorũ,quibus nullã deberi legitimam ex bonis paternis confiscatis ante conceptionẽ,tradit Bal.*in d.l.fi.col.1.in tex.&* ibi, *relicti*,&c.inquiens beneficium dictæ legis non conferri filiis post condẽnationem conceptis;quia quòd quis habeat liberos,vel non,inspicitur tempus condemnationis: & Baldũ sic vt suprà referendo sequitur Rol.*d cons.97.nu.28.ver.hoc velle videtur Bal.vol.2.* Hanc eandem limitationẽ secund. Boss.*in tit.de crim.læsæ maiest.n.138.* sequuti sunt Bar.*in d.l.1.ver. oppono,qui est in vtero,ff de bon.damna.* Alex. *in l.ex facto,in primo nota.ff. ad Trebell* vbi aliã addit rationẽ:quia scilicet tunc filij dicũtur nati ex alio homine.Idẽ Bal.*in l.quãdo quis,C. de bon.damn.* Alb. *in d.l.1.ff.eod.*vbi ita etiã refert tenere Dynũ, Iacob. & Oldrad. & propterea hanc limitationem & ve-

riorem & communiorem* testatur Boss.*in loco nuper citato:* † 43*
Subdens tamen esse bene in ea aduertendum,quòd Doctor. præfati loquuntur in filiis conceptis & natis post deportationem patris;vnde secus,si pater nõ deportetur,sed banniatur. Ratio differentiæ est,quia deportatus post deportationẽ efficitur nouus homo:& sic procedit ratio per Alex. considerata:non sic in bannito,cũ is non possit dici propter bannum effectus nouus homo,non perdit enim propterea iura communia,sicut deportatus.& pro hac declaratione adducit ibi Bart.Imo.& Alex.*in d.l.ex facto,§.ex facto,ff.ad Trebell.*

¶ Limita III.Præfatam tertiam ampliationem † non pro- 44
cedere in crimine hæresis,in quo filios priuari paterna hæreditate in totum,& per totum,& sic etiam quoadlegitimã, etiam quòd filij sint catholici & orthodoxi,probat tex.*in ca. vergentis*,& ibi Doct.omnes *de hær.*qui tex.est etiam confirmatus à iure ciuili,*vt in auth.Gazaros,C.de hær.*gl.*in c.secundum,de hæret.in 6.*Gemin.*in c.accusatus,§ si verò,eod.ti.*Squillacen.*in tit.de fide cath.c.24.*Bonif.de Vital.*in ti.de cr.læsæ maiest.n.4.*Guindisal.*in tr.de hær.q.23.*Paul.Ghirl *in tit.de hæret. in 4.q.*vbi inquit,quòd ipsi filij adeo sunt effecti à iure incapaces & inhabiles ad succedendum patri,quòd illi etiam in vno nummo succedere non possunt:imò semper debent in miseria & egestate sordescere,sicut filij reorum criminis lęsæ maiestatis humanę,adeò quòd nihil aliud eis sit relinquendum,nisi sola vita, quam illis ipsa misericordia largitur;& tales esse debent in hoc mundo,vt eis vita sit supplicium,& mors solatium,*l.quisquis,C.ad l.Iul.maie.& d.c.vergentis.*de communi* testantur Carr.*in pr.in tr.de hæret.n.140.* *
Simanc.*in eod.tr.de hæret.c.6.n.2.* Clar.*in pr.§.hæresis, vers.& scias plenè*,Rol.qui contrariis respondet *in cons.8.num.35.& seqq.vol.3.* loquens etiam quando bona hæretici confiscantur post eius mortem in casu, in quo memoria defuncti damnatur:dicítque secundùm communem * intellectum *ad d.c.* *
vergentis,hanc ampliationem procedere non solùm in terris Ecclesiæ,sed etiam in terris Imperij,quicquid in contrarium dixerint Io.And.& Host.ibi per eum citati.

¶ Quid iuris autem in crimine læsæ maiestatis?† an in- 45
quam filij priuentur etiam legitima, quando bona patris confiscantur?& an in casu in quo filij priuantur etiam legitima,debeant saltem ali à fisco?Dicam,si Deo optimo maximo placuerit,*in 3.lib.sub tit.de crim.læsæ maiest.*

¶ Ampli a III.Dictam secundam principalem ampliationem,† vt nec etiam filiarum dos veniat in confiscatione 46
bonorum paternorum. Si enim pater aliquod commiserit delictum,propter quod eius bona veniant cõfiscanda,quòd fisco isto casu teneatur dotare filias delinquentis, cuius bona publicantur,traditur per Dyn.*in l.insulam,in pri.ff.sol.matr.*Bal.*in l.fi.C.de dot.promiss.*Paul.de Cast.*in l.si socer,in pri.C. eod.*Soc.*cons.52.n.23.vol.4.* Lud.de Bologn.*cons.35. in præsenti consultatione,col.1.*Ripa *in l.ex facto,§.ex facto, n.9. in fi.ver. & ideo dicas,ff.ad Trebel.*Plot.*cons.cri.diuers.130. sub n.83.& 84.lib.1.in fol.*Benint. *decis.Bonon. 91. per totam.* Cùm enim pater teneatur, & obligatus sit dotare filias, de iure naturæ,*vt in d.l.fi.Cod.de dot.promiss.*non potest tale ius naturale tolli per confiscationem,vel per legem,aut statutum, etiam quòd illud expresè tolleret,*clem.pastoralis,de re iud.* Et quæ iure naturæ immutabilia sunt,ius ciuile tollere non potest, *§.sed naturalia,Inst.de iure natur gen.& ciuil.* & cũ rursus dotandi onus transeat etiam in hæredes,Alex.*in l.quæsitum,§.si sponsa,de priuil.cred.*Bart.*in l.si maritus,§.si voluntate, & in l. insulam,& in l.post dotem,ff de sol.matr.*Ideo confiscatis bonis patris,necessariò sequitur,quòd filiæ sint dotandæ per fiscũ, qui succedit loco hæredis,*l.tutores,in fi.*& ibi gl *C.ad l.Iul. de vi priu.* Bar.*in l.inter eos,*& ibi pariter gl.*ff.de fideiuss.* Bal.*in l. pen.§.1.C.ad Trebel.& in l.3.C.ad leg. Falc.* cum aliis in proposito adductis per Beninten.*d.decis.91.nu.2.*& Plot. *d.cons. 130.d.n.83.& seq.*& est communis,* vt testatur Masuer.re- *
latus per Bonacos.*in comm.opin.cr.par.2.pa.17.col.1.vers.confiscari nequeunt,il 1.*

¶ Ampli a Rursus hanc quartam ampliationem,† vt 47
procedat etiam in crimine læsæ maiestatis, in quo si patris bona confiscantur,etiam in præiudicium filiorum: quia talis pœna etiam transit in filios,*leg quisquis,§.filij verò,Cod.ad leg. Iuliam maiestat.*adhuc tamen fisc̃us tenetur dotare filias huius criminis rei, vt per Iser. *in constitut. Regni, ob filiorum*

ram culpã, propterea inquit bene fuisse seruatam temporib. suis per Regem Ferdinandũ, qui honorificè maritauit filias Princ. Rosani, qui notoriè commiserunt cr. læsæ maiestatis contra Regem, Affl. *in c.1.§.praterea si vassallus, in ver.glo.3. n.80. quæ fuit prima can.benef.amit.* post Bal. *in l.si patri, col.3. C.de dot.prom.f.* idẽ Affl. *in ti.quæ sint regal.§.& bona committentiũ, col.1.circa pri.* vbi etiam refert exemplum Reg. Ferdinandi, de quo *sup.* per Iser. & per Bos. *in ti.per pub.bon.n.9. & in ti.de cr.læsæ maiest.n.134.* Ang. *cõs.307.* Gig. *de cr.læsæ maiest. lib.3 ti.de pœn.quas filij incurrunt, & c.quæst.15.* Ripa *in d.l.ex facto,§.ex facto,n.9.in fi.ver.& ideo dicas, ff.ad Trebel.* Plot. *de* * *cons.cr.dis.130.sub n.84.* vbi testatur de communi* secundũ Clar. *in pr.cr.§.læsæ maiest.ver.hæ autem pœnæ.* vbi generaliter dicit, quòd ex quo pœnæ impositæ contra filios, *in l.quisquis, C.ad l.Iul.maiest.* continent in se odium irrationabile, cùm velint vnum pro delicto alterius puniri, & per consequens quantum fieri potest, restringendæ: ideo non habent locum, nec trahi debent ad filias fœminas, secun. Gigantem, *vbi sup. q.14.* & nos latiùs, largiente summo rerum Creatore, dicemus in materia criminis læsæ maiestatis, *infrà, lib.3.*

¶ Amplia III. Et principaliter propositam huius quæstio-
48 nis regulam, †etiam procedere in domino, quem nõ teneri pro delicto sui famuli, probat tex. *in l.1.§.deieciſſe, & §.quoties, & in l. ff.de vi, & vi arma. & in c.cùm ad sedem, de rest. spol. in c.cùm quis, de sent.excõ. in 6. & in 6.notũ, 2.q.1.* facit tex. *in l.1.de eo, per quẽ fac. & in l.si per alium, in pri.ff.ne quis eũ, qui in ius, l.si quis id, §.po. & l.si familia, ff.de iurisd.om.Iud.* Spe. *in ti.de iniur.ad fi.* Bart. *in l.nequid, n.1.ff.de incẽd.rui. & naufr.* Io.Fab. *Inst.de noxal.acti.in pri.* Fra.Marc. *dec.Delph.423.n.11.* * *& seq. & dec.425.n.1.par.1.* de com. * testatur Cur.iun. *in l.1. post n.13. C.de ser.fug.* & Clar. *in pract.q.86. vers.hinc infertur.*

49 ¶ Limita I. Hanc tertiam principalem ampliationem, † vt procedat, quando famulus delinquit extra officiũ, in quo à domino deputatus est: tunc enim pro eius delicto dominus minimè tenetur, sec. Bar. *in l.nequid, in pri.ff.de incend.ruin. & naufr.* Abb. & Ant.de But. *in c.1.de rest.spolia.* Io.de Imo. *in c. generali, in gl.in verbo, ministros, de elect.li.6.* Car. *in clem.1.§ fi. de her.* Fel. *in c.Petrus, n.10. de hom.* Aret. *in §.fi. Inst.de obl. quæ ex quasi delicto nasc.* addit ad Cap. Thol. *dec.196.n.4. prope fin. ver.si delinquat extra officium,* Bero. *q.39.n.2.* Fra.Marc. *d.dec. Delph.nu.425.sub nu.6.ver.vbi vero famulus delinqueret extra offic. 1.par.* Io.Mar.Montic. *in sua pr.cr.reg.7.n.41.* ¶ At secus
50 † si famulus delinquat in officio, in quo deputatus est: tunc enim dominum pro eius delicto teneri, probat tex. *in l.1. in* * *pri.iuncto §.familiæ,* vbi Bar. & communiter * Doct. *ff. de public.& in d.l.nequid,* vbi pariter Bart. Bald. & alij, *ff.de incend. ruin.& nauf.& in l.ait prætor, ff.de vi & vi arm.* Arc. & omnes *in c.si Episc.de off.ord.in 6.* Fel. *in d.c.Petrus, n.8. de homic. d.decis. Thol.196. & ibi in add.n.1. & seq.* Bero. *d.q.39.n.1.* Franc. Marc. *d.decis.423.sub n.12. ver.isto casu delinquunt in offic. & c.* Io.Mar.Mont. *d.reg.7.n.37. & seqq.* D.Men. *de arb.q.li.2.casu 345.n.3. centuria 4.* Boss. *in tit.de furt.n.55.* nec dissentit Do. Ioseph. Mascard. *de probat.lib.2. conclus.892.n.7.* vbi infert ex hoc, quòd si incendium in domo oriatur culpa stabularij in stabulo, vel culpa coqui in coquina, tenetur dominus de tali incendio orto culpa dictorum famulorum; quia deliquerunt in officio, in quo sunt præpositi, vt per gl. *in l.nequis, in verbo, à possessorib.ff.de incend.ruina, & naufrag.* quam glossam com-
* muniter * approbatam testatur Salicet. *in l.si vendita. vers. sed Doctores communiter, ff.de peric. & commod. rei vend.* secus si dictum incẽdium ortum sit culpa alterius, qui in eo officio deputatus non erat. Sed de hoc vltimo latiùs, Deo dãte, dicã in materia incendij, *inf. lib.4. rub.tit. de var. & extraord.crim.*

51 ¶ Amplia I. Hãc limitationẽ, † ad hoc vt dominus teneatur pro delicto famuli commissi in officio, in quo deputatus est, non est necesse, quòd constet de deputatione ad dictũ officiũ per scripturã, seu alio modo; sed sufficit, quòd probetur ipsum visum fuisse laborantem cum aliis seruis & famulis illius exercitij & officij, in quo deliquit, *l.fi. in princ. Cod. de proxim.sacr.scrin.li.12.* sufficitque, quòd is famulus officium exerceat de scientia domini: nam ratione scientiæ videtur dominus illũ præposuisse, *l.1.§. magistrum, il secondo, ff.de exer-* * *citor.act.* & ita dicit Bart. quẽ omnes * sequũtur, *in d.l.1. §. fa-*
52 *miliæ.ff.de publicanis.* † immò sufficit isto casu ipsum famulũ fuisse præpositũ à præfecto, quẽ dominus tenet in illo exercitio, licèt non fuerit præpositus ab ipso domino: quia dominus tenetur non solùm ex facto ipsius præfecti, sed etiam aliorum famulorum, quorum opera is præfectus vtitur in illo exercitio, vt est tex. *in dict.leg.1.§. magistrum, il secondo,* & ita pulchre tradit Bero. *d.q.39.n.2.*

¶ Amplia II. Dictã primam limitationẽ, † vt multò ma- 53
gis procedat in publico Officiali, quem propterea teneri de delictis cõmissis per eius ministros & familiam, probat text. *in d.l.1. C.ad l.Iul.repetũ.* vbi quòd pœna illius legis tenetur, qui cũ in Magistratu esset, ipse eius minister aliquid extorsit. Hoc etiam apertè probat tex. *in d.l.1.§. familiæ, ff. de pub.* vbi quòd publicanus & dominus pro facto sui serui tenetur, & generaliter Prætorem seu alterum causarũ Iudicẽ teneri pro facto suæ familiæ, scribũt Bar. & Doct. *in d.§. familiæ,* Dec. *in l.2.ff.quod quisque iur.* Fel. *in cap.Petrus, n.2. de homic.* Alcia. *de præsũp.reg.3. præsumpt.40 in fi.* add. ad Capel. Tholos. *dec.196. item fuit quæsitũ, n.3. per tex.l.si post, C.de assess.* Boss. *in tit. de off. corrup.sub nu.31.* pulchre D.Meno. *de arb.q.lib.2.cent.4. casu 345.n.1. & seqq.* vbi huius ampliationis hãc affert rationem, quia scil. quicquid facit familia, dicitur de cõsensu domini, & sic Prętoris fecisse, cùm famulorũ cõditionẽ scire præsumatur, *l.fin.§. seruorum, ff nautæ, caup. stabula. l.quoniã Iudices, C. de appella.* vbi per illũ tex. no. Bar. quòd quando Magistratus videt suos Officiales aliquid iniustè agere, debet eis resistere, ne ipse eorũ causa teneatur. Et idem tradit Bart. *in tract. represal. in 2.p.q.7. in prin.* vbi propterea consuluit, quòd Magistratus protestetur, quando hæc fieri videt, & alia recenset Curt. sen. *cons.41. super processu, col.2.* & propterea Episcopũ teneri pro delictis commissis per suum Vicarium & Officiales, & ob ea cogi posse ad restitutionem damnorum iniustè datorũ per eosdẽ Officiales, est decis. Rotæ *in antiquis, in tit. de off. vicar. 6. alias 432. incip. Nota vtrùm Episcopus,* & sequitur add. vltima ad Capel. Thol. *dec.196.* ¶ Sic in † simili 54
licèt sup. dixerim, *n.2.* patrẽ non teneri pro delicto filij, tenetur tamẽ si deliquerit in officiis & munerib. publicis per filiũ patre sciẽte assumptis, *vt in l.2.ff.ad municip.* per quẽ tex. Ias. *in cõs.27. in fi.li.3.* & eũ secutus Boër. *q.217. n.11. in fin.* dixerũt, patrẽ custodẽ carceris teneri, si eius filius carceratos, quos sibi idẽ pater custodiẽdos tradiderat, sine Iudicis mandato relaxauerit, vel effugere permiserit. Et generaliter custodẽ carceris teneri, si eius famuli substituti & socij, nedum si filij, aut vxor aliquo modo circa carceratorum custodiam deliquerint, tradit idẽ D. Meno. *vbi sup. casu 302.n.5.* & dicã latiùs *in seq.tit. de carcerib. & carceratis, q.31.n.49. & seqq.*

¶ Limitatvr Præcedens † ampliatio plurib. modis, quos 55
per te videre poteris apud Parid. Amad. Rondinel. & alios tractãtes materiã syndicatus Officialiũ. Plures. n. sunt casus, in quib. Officialis non tenetur de delicto cõmisso per eius ministros seu familiam: † inter quos generaliter videt ille 56
cõprehendi, quando scil. famulus vel minister deliquit extra officiũ ac ministeriũ sibi à Prætore cõmissum. ¶ Præcedens enim ampliatio procedit, & loquitur in delictis cõmissis in officio, secus extra officium. † Ideo secundũ Franc. Marc. *in d.* 57
dec.425.n.7.1. ar. inferẽdo dici potest, quòd si Potestas, vel alius Officialis habeat aliquẽ seruitorẽ in Camera portantẽ ensẽ (quẽ vulgariter nos Camerariũ appellamus) qui aliquã simoniã cõmiserit, & pecuniã receperit, vt Potestatẽ rogaret (hos enim *sũmos vẽditores* iure optimo nũcupat idẽ D. Meno. *de arb.q.li.2.cent.4.casu 144.*) nõ tenetur Potestas de tali pecuniarũ extorsione, quia talis seruitor nõ erat deputatus ad aliquod officiũ, & idẽ (vt inquit Fran. Marc.) procedit in Notario, pro quo pariter Potestas nõ tenetur, si aliquid recepit, vt ipsũ rogaret, quia hoc nõ fecit, vt Notarius, & Potestas nõ tenetur pro suo notario de eo, quod extra notariatũ cõmisit.

Verùm † licèt generalis hæc limitatio vera videatur, quòd 58
scilic. Præses non teneatur pro sua familia de delictis commissis extra eorũ officium, in quo deputati sunt: illationes tamen sup. factæ per Fran. Marcum de Camerario, & Notario extorquentibus pecunias sub prætextu impetrandi gratiam à Præside, quòd pro illis non teneatur ipse Præses, eo
quia deliquerint extra officiũ, minimè veras credo: † quia 59
quòd immò per tales extorsiones Notarius præsertim dicatur deliquisse in suo officio notariatus, fuit aliàs, me scribente, resolutum in Rota, ponẽte Reuerend. Domino Cantucio Auditore doctissimo, & integerrimo, in vna Romana

notoria

notariatus pro Simone Garzia contra Octauium de Totis, sub die Veneris 14. Octob. 1583. & potissimũ ratione, quòd Officialis tũc probè officium exercendo dicatur delinquere fauore, vel prætextu, vel contemplatione, vel calore officij, vt per Parid. de Put. *in tr. de synd. tit. Iudices ad syndicatum, qui sint, c. 1. n. 8. ver. & dixit, pag. mihi 129. & in verb. Officialis offensa, n. 6. ver, nisi adulteraſſet, fol. 350.* post Guliel. de Cuneo *in l. nulli, C. quorũ app. non recip.* Bal. *in l. 2. in fi.* & ibi etiã Sal. *C. vbi de ratioc.* latè Prosper Cara. *sup. rit. mag. Cur. ritu 49. col. fi. ver. vnũ tamen aduerte.* vbi generaliter dixit, quòd quando authoritas officij est in causa, vt Officialis delinquat, tũc delictum dicitur cõmissum in officio: sed quando Notarius, seu alius de cohorte & familia Præsidis, pecunias à litigantibus extorquet, dubium nõ est, quòd id facit sub calore, & authoritate notariatus & famulatus, quæ sunt in causa, vt iis credatur à dantibus pecunias: ideo quin isti deliquerint in officio, negari non potest, & consequenter Prætor empro talibus extorsionib. per istos factis teneri, fuit etiam de mente D. Menoch. *in præallegato casu 345. n. 2.* dum dixit, pœna legis Iuliæ repetundarum teneri eum, qui cùm in Magistratu esset, ipse vel eius minister, aut manipularius aliquid extorsit, *l. 1. C. ad legem Iul. repetundarum.*

60 ¶ Amplia III. Eandem primam limitationem, vt in casu, in quo dominus tenetur pro famulo pro delicto cõmisso in officio, non liberetur exhibendo ipsum famulum delinquẽtem, quando officium est priuatum, quia isto casu datur optio damnum passo, contra quẽ velit experiri: secus si officiũ sit publicũ, *l. vnica, ff. naut., caup. stab. iuncta l. 1. §. quod nouissimè, & l. si post, & l. cùm exhibuisset, ff. de publ.* Bar. *in d. l. 1. §. familia, & dict. §. nouissimè, ff. eod. ti.* Rom. *cons. 11. incip. proposita,* Fel. *in c. Petrus, sub n. 10. de homicid.* Abb. *in dicto c. 1. de restit. spoliat.* Gram. *voto 29. n. 11.* Addit. ad Capel. Tholos. *decis. 196. n. 4.* Bero. *dicta q. 39. n. 3.* Rondinel. *de synd. pag. mihi 124. n. 77. in parua impressione,* Franc. Marc. Delphin. *435. n. 6.* Boss. *in tit. de fur. num. 59.* vbi plures adducit tractantes hanc materiam, Ioan. Mar. Monticel. *in pra. cr. dicta reg. 7. n. 44.* Sed in Notario, etiam quòd eius officium & munus possit dici publicũ, quia dicitur publica persona, contrarium vigore Bullarum summorum Pontificum statutum est; quia is tenetur pro delicto substituti delinquentis in officio notariatus taliter, quòd illum exhibendo non liberatur; nisi in casu, in quo substitutus fuerit soluendo, vt infrà dicam, *n. 66. & 76.* & faciunt quæ in simili de custode carceris dixi *infra, in tit. de carceribus & carceratis, q. 31. n. 51.*

¶ Sublimita I. Hanc primam limitationem proposite
61 tertiæ principalis ampliationis, † vt non procèdat, quando pro parte domini probatur, quòd ab ipso deputatus in officio, in quo deliquit, erat homo bonæ famæ, cognitus, & in tali officio solitus cũ integritate se gerere, nec delinquere, tunc enim non tenetur pro eius delicto, secun. gl. *in c. 1. ver. Arch. de off. Arch.* Fel. *in d. c. Petrus, sub n. 10. de homic.* Bald. *cõs. 222. li. 2.* Cast. *in l. videamus, ff. locati,* Io. Mar. Mõt. *reg. 7. n. 42.* vbi plures adducit concordantes, Gabr. *conc. 8. n. 62. li. 7.* vbi licèt loquatur in custode, seu præfecto alicuius arcis: de quo custode dixi etiam *infr. in tit. de carcerib. & carceratis, q. 31. n.*
62 55. Ratio tamen generalis est in omni alio officio. † Et ita aliàs in Notario, quòd secũdùm terminos iuris communis non teneatur de culpa & delicto sui substituti, qui erat tentus, habitus & reputatus pro persona integra & fideli, fuit aliàs resolutum in Rota corã Reuerendissimo Domino Seraphino, vt ex infrà descriptis decisionibus clarè demonstratur. Et hoc ideo dixi, secundùm terminos iuris communis; quia vigore Bullæ fœl. recor. Pij IV. contrarium in Notario statutum reperitur.

¶ Et quia hodie sæpissime euenit in Vrbe, vt Notarij isti substituti plures committant falsitates & delicta in præiudicium illorum, qui eorum publicę fidei confidunt; & quando hæc eueniunt, plures inter Notarium principalẽ & partes oriuntur difficultates, quando scilicet is Notarius teneatur, vel nõ pro delictis per eius substitutos commissis, & an teneatur principalis Notarius; dominus scilicet officij: an verò eiusdem officij Arrendatarij & conductores; & an, & quantum valeat principali Notario dicere, quòd ipse non tenetur, ex quo deputauit & substituit personam communiter reputatam legalem, & integram: ideo vt quid in iis resolu-

uerit Rota coram præfato Reuerendissimo Domino Seraphino, inspicere possis, decisiones desuper ortas hìc inserere non abs re esse putaui.

Decisiones Rotæ.

Coram Reuerendiss. Domino Seraphino Rom. releuationis indemnitatis, die Veneris 9. Iunij, 1581.

INspecta Decisione iuris communis, quãuis Gerardus, & Arrendatarij habeant regulam contra se, † quòd scili- 63
cet dominus teneatur pro delicto familię, quãdo delinquitur in eo, in quo quis est præpositus, ad Bart. *in l. 1. §. si familiæ. ff. de publica. & vectigal. cum aliis allegatis:* tamen limitatio est in eorum fauorem, † quando scilicet præponitur homo bo- 64
næ famæ, cognitus, & qui in his solitus est cum integritate se gerere, nec delinquere, vt per Bald. *cons. 222. li. 2.* Cast. *in l. videamus, ff. locati,* cum aliis per D. Benetum allegatis. & tales qualitates bene pro eorum parte probantur, neque tollitur hæc probatio per coniecturas creditorum, quia non cõcludunt in specie super istis qualitatib. sed in aliis. Quibus non infertur necessariò, quòd Cynthius esset adeò perditus mente, vt talia de eo suspicari possent, prout tradit Fel. *in ca. Petrus, de homic.* neque confessio Gerardi concludit ad suspicionem committendi falsum, sed ad alia, quę concernunt diligentiam in exercendo officium. Quæ autem deducunt *ex l. 1. ff. naut., caup. & stab.* non applicantur huic materiei, & sunt specialia ratione personarum in illo edicto comprehen- 65
sarum. † Verùm inspecta dispositione Bullarum Domini resoluerunt, dominum officij teneri: cùm enim disponant de substitutis approbatis à Iudice, ita quòd nulla culpa dominis imputari potest, qui istis ita approbatis negotia committunt; non potest earum dispositio limitari, vt procedat vbi culpa præcedit casum: † maximè cum disponatur, quod etiã 66
si exhibeatur ille substitutus, si non est soluendo, tamen dominus teneatur; & tamen de iure communi ex duobus capitibus non tenebatur, tum quòd non poterat ei imputari ma- 67
la electio, stante Iudicis approbatione, † tum quòd exhibebat eum, Rom. *cons. 11. cum ibi notat.* Nec placet, quòd Bulla fœli. record. Pij IV. non loquitur de Notariis Auditoris Cameræ; quia immò illos comprehendit, cùm sæpius in eadem fiat mentio Auditoris Cameræ; & generaliter, & maius in his versabatur periculum, stante ipsa consuetudine, *c. vbi periculũ, de electio. in 6.* an verò Gerard. vel Arrendatarij tenẽantur vigore præfatæ Bullæ, videndum erit particulariter.

Alia Decisio.

In eadem causa, die Lunæ, 3. Junij 1581.

FVit resolutum retentis resolutionib. factis, † quòd cùm 68
culpa imputari non possit Arrendatariis, ideo ipsos non teneri ad releuationem Iacobi, per tex. *in l. videamus. ff. locati.* vbi Doctor. neque obstet constitutio, quia cùm loquatur de dominis officiorum, non potest intelligi de Arrendatariis. bene facit Soc. *cons. 275. n. 7. lib. 2.* Sumus enim in constitutione pœnali, in qua non fit extensio ad eum, qui non est verè talis. † Neque subrogatio in pœnalibus sapit naturã prin- 69
cipalis, *l. multa, de cond. & demonst.* Gabr. *de reg. iur. concl. 11. n. 59.* † Neque obstet protestatio, quia intelligenda est iuxta na- 70
turam contractus conductionis, *l. si stipulatus, de vsur.* infert Gozad. *dict. cons. 63. n. 19.* Aym. *cons. 20. n. 3.* non enim est verisimile, quòd voluerint se obligare in casu, in quo culpa carent. Nec etiam obstet Bal. *in rub. C. de pœn. Iud. qui malè iud. n. 16.* quia loquitur, quando ad illum casum Iudex se obligauit: & qui se fundat in scriptura, debet concludenter probare intentionem suam, *l. veterib. ff. de pactis,* Dec. *cons. 25. n. 2.* † quæ eò magis procedunt, cùm Arrendatarij similium offi- 71
ciorum omnia gerant sub nomine domini officij, non autem Arrendatariorum. Si tamen Iacobus meliùs probaret Arrendatarios esse in culpa, prout ex constituto Bruni colligi videtur, aliud omnino esset statuendum.

Alia Decisio.

In eadem causa, 14. Ianuarij, 1582.

72 LIEET regula sit, † quòd sententia contra contumacem lata non noceat tertio non citato, *l. cùm filiusfamil.* & ibi Bart *ff. de verb signif.* Rom. *cons.* 754. *n.* 5. Alex. *cons.* 84. *lib.* 3. Corn. *cons.* 42. *n.* 3. *lib.* 2. cum aliis per informantes congestis; & siue quis teneatur de delicto, siue de culpa, cùm in terminis Bullæ necesse sit, vt legitimè de ea constet, ad hoc, vt no-
73 ceat tertio: † & ideò in casu isto nõ videtur probata talis culpa, cùm sententia sit lata in contumaciam, non vocato Gerardo, *l. qui repudiantes, §. fi. l. Papinianus, §. meminisse, ff. de in-offic. testam.* Alex. *cons.* 84. *n.* 4. facit tex. *in l.* 2. *C. de fide instrum.*
74 & ibi Bald. & Salic. † Tamen Domini concordantes fuerunt, quòd in casu isto Domini creditores sint in probatis ad obtinendum contra Gerardum, cùm ex dispositione Bullæ teneatur etiam de culpa, & quæ notoria est, cùm Cynthius se
75 absentauerit, & adhuc sit contumax. † & hæc contumacia nedum culpa non caret, sed etiam speciem delicti præ se fert, ita vt propter eam possit quis excommunicari, Ægid. *dec.* 244. Nec potest dici, quòd Cynthio comparente aliqua possit competere exceptio, cùm testes instrumentarij negẽt
76 se interfuisse contractibus ab eo confectis. † Nec exhibendo Cynthium liberatur Gerardus, nisi esset soluendo, vt præcisè in Bulla habetur. Quare omnibus in simili consideratis, negari non potest, hìc probari talem culpam, ad quam præstandam Dominus officij teneatur. Si autem Arrendatariis noceret hæc culpa (quod erit particulariter videndum) hæc contra eos facilius procederent, cùm ipsis fuerit lis intimata, & ipsi à sententia appellarunt: alia considerata per informantes pro dd. creditoribus, tam ex alia Bulla fœl. recordat. Pij IV. quam ex eo, quòd lis agitata fuerit ab illis, & cum illis, quorum principaliter intererat, non placuerunt; quia Bulla vt odiosa procedit respectu delinquentis tantùm: alia ve-
77 rò considerata requirunt, † vt plura concurrant ad hoc, vt sententia non citato noceat, de quibus per Cou. *pract. c.* 13. *n.* 7. reseruatum fuit, vt videatur inter Gerardum, & Arrendatarios, an ipsi teneantur ipsum releuare.

Alia Decisio.

In eadem causa die Lunæ, 7. Maij, 1582.

78 DOMINI persistunt in ea sententia, † quòd attentis verbis Bullæ Gerardus teneatur, cùm ea loquatur de Do-
79 minis officiorũ, † & Arrendatarij habeant fundatam eorum intentionem super carentia culpæ, *l. videamus, ff. locati*, provt
80 iã fuit resolutum. † Neque placet, quòd ratione eorum obligationis teneãtur, ex eo quòd promiserint de fideliter, & legaliter administrando, quia culpa carent, benéque, & fideliter administrarunt. Neque etiam tenentur ex eo, quòd promiserint officium liberè restituere, & non videatur liberè re-
81 stitutũ, cùm illud restituant obligatũ: † nam pactũ huiusmodi intelligendum est secũdùm naturam contractus locatio-
82 nis, *l. quæro, ff. loca.* † Et verbum, *liberè*, non excludit exceptionem prouenientem ex natura actus, & ex subiecta materia, Alex. *cons.* 80. *n.* 12. *lib.* 1. Gonzad. *cons.* 58. *n.* 22. Neque ex dispositione Bullæ, ex huiusmodi facto datur aliqua hypotheca super officio, sed tantùm personalis obligatio inducitur. Neque etiam tenentur ex eo, quod cautũ est expressè, quòd
83 fideiussores recipiantur in ciuilib. periculo ipsorum. † Nam pactum intelligendũ est de fideiussorib. qui in iudicio præstantur, pro quib. Notarius tenetur, si nõ sunt idonei fideiussores, *iuxta tit. de Magist. conuen* non autem de fideiussoribus cõtractuũ, qui per contrahentes, & nõ per Notarium approbantur. Neque videtur applicari doctrina communiter* re-
* cepta *in l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caut.* de qua per
84 Corn. *cons.* 9. *n.* 12. *lib.* 2. † quòd scilicet conductor suscipiens in se periculũ, in plusquam de iure cõmuni, videlicet in eo, quod illi est finitimũ; veluti si de iure cõmuni tenetur de casu fortuito, veniet fortuitũ insolitum: nam hoc casu nõ reperitur huiusmodi periculi susceptio. Sed quoniam pro parte Gerardi prætenditur, Arrendatarios fuisse in culpa, recipiendo Cynthium, reseruatum fuit, vt videatur, † an talis possit 85
imputari culpa Arrendatariis omnibus simul iunctis, vt teneantur præstare indemnitatem Gerardo damni, quod ex hoc facto sentit, ad tex. *l. si cuius, §. de præteritis, de usufruc.* Affl. post Alex. & alios, *dec.* 57. *n.* 7. Purpura. *cons.* 449. *n.* 22. Riminal. iun. *in cons.* 285. *n.* 108. *cum seqq.* quod erit particulariter discutiendum.

¶¶ Ex quibus quidem Rotæ resolutionibus colliguntur in materia sex principales conclusiones.

¶ Prima, quòd vigore Bullarum Summorum Pontificum Notarius tenetur pro delicto sui substituti, etiam quòd is esset reputata persona integra, & fidelis, *vt in Bulla Pij IV.* 85. *super reformat. Tribunal. Vrbis, de quo in Bullar.* 1. *par. fol.* 779. *vers. nec substitutos recipiunt.*

¶ Secunda, quòd Notarius vigore earundem Bullarum non liberatur exhibendo substitutum delinquentem in officio, nisi idem substitutus fuerit soluendo, *vt in dict. Bulla, eod. vers.*

¶ Tertia, quòd Notarius vigore dictarum Bullarum tenetur pro substituto delinquente in officio, etiam quòd ille substitutus fuerit deputatus à Iudice, seu ab alio superiore, *vt in dict. Bulla Pij IV. in eo. ver. nec substitutos recipiant.*

¶ Quarta, quòd vigore dictarum Bullarum, Notarius tenetur pro delicto sui substituti, etiam quòd de tali delicto non constet nisi per eius contumaciam.

¶ Quinta, quòd Notarij officij Arrendatarij, si in eligendo substitutos non sunt in culpa, quia putà eligant personam communiter reputatam integram & fidelem, non tenentur etiam vigore Bullarum pro delicto ipsius substituti, sed bene vigore dictarum Bullarum tenebitur dominus officij.

¶ Sexta, Notarij substitutus si delinquat in officio Notariatus, Arrendatarij illius officij, si non sunt in culpa in eligendo illũ substitutum, non solùm non tenentur de illius delicto, vt suprà in præcedenti conclusione, sed nec etiam tenentur releuare dominum officij, etiam quòd promiserint bene & fideliter administrare officium; & finita locatione liberè restituere, & fideiussores non idoneos suo periculo suscipere.

¶ SVBLIMITA II. Dictam primam limitationem eiusdem tertiæ principalis ampliationis † pariter nõ procedere, quan- 86
do famulus, qui deliquit in officio, fuisset deputatus non ab ipso domino sed ab aliquo superiore: tunc enim cùm mala electio non sit in culpa ipsius domini, idcò nec etiam debet ipse dominus in aliquo teneri propter delictum famuli, etiã in officio commissum, secundùm Bald. *in capit.* 1. *de offi. dele. & in l. mancipia, Cod. de ser. fug.* Fel. *in d. c. Petrus, sub n.* 10. *de homic.* idem refert, & sequitur Ioan. Mar. Monticel. *in prac. crimin. d. regul.* 7. *n.* 43. Rota coram Domino Seraphino, *vbi suprà n.* 67. vbi licèt vigore Bullarum dominus officij teneatur pro delicto substituti Notarij delinquentis in officio, etiam quòd ille substitutus sit electus & deputatus à Iudice: nihilominus de iure communi contrarium verius est, quia cessat culpa in eligendo.

¶ Simile videmus † in Capitaneo carcerum, qui licèt te- 87
neatur etiam de culpa suorũ ministrorum, sociorum & subcustodum, vt per Gram. *voto* 29. *n.* 11. & 12. Do. Menoc. *de arbit. quæst. lib. secundo, cent.* 4. *casu* 302. *n.* 5. Clar. *in pract. quæst.* 68. *sub vers. custos carcerum.* † Non tamen tenetur, si sub- 88
stitutus, seu socius, cuius culpa, vel cum quo carceratus aufugit, fuerit à Iudice, à Principe, seu alio superiore deputatus, ad tex. *in l. fin. vers. interdum, ff. de custod. reor.* Rom. *sing.* 30. Franc. Cremens. *sing.* 99. Marsil. *in pract. §. attingam, num.* 73. Crot. *in l.* 4. *§. Cato, n.* 72. *ff. de verb. oblig.* Boër. *dec.* 217. *n.* 7. & 8. refert pariter, & sequitur D. Menoc. *d. casu* 302. *n.* 8. & dixi *infrà sub tit. de carcer. & carceratis, sub q.* 31. *sub* 13. *principali ampliatione, n.* 49. *& seqq. & n.* 57.

¶ SVBLIMITA III. Eandem primam limitationem, † vt etiam quòd famulus deliquerit in officio, in quo depu- 89
tatus est à domino, & dominus pro eius delicto teneatur; id tamen sanè intelligendum, vt teneatur ciuiliter pro interesse partis, non autem criminaliter secundùm glos. *in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. proconf. & leg.* Bart. *in l. ne quid, ff. de incendio, ruina, & naufra.* Addit. ad Capel. Thol. *dec.* 196.

num.

num.secundo, Roma.*cons.*13.*& cons.*15.*plura sunt*, Feli.*in d.ca. Petrus*,*n.*15. *de homicid.* Ioan.Mar.Monticel.*in pract.crimin. d.reg.*7.*num.*46.Franc.Marc.*dec.Delphin.*523.*num.*13.*prima*
90 *pars.*† & isto casu, quando dominus aliquid soluit pro damno dato à suis famulis, illud à suis famulis repetit, & pro repetitione potest retinere mercedem, vt per Spec.*in tit.de iureiur.& dam.da.*§.*fi.ver.pen.* Ang.Aret.post Io.Fabr.*in* §. *item exercitor nauis, Instit.de oblig.quæ ex quasi delicto nascun.* Addit. ad Capel.Tholos.*d.dec.*196.*in fi.*

¶ Limita II. Dictam tertiam principalem ampliationē
91 † non procedere, quando dominus domi retinet famulos, seu familiares improbos, malæ vitæ, & diffamatos: tunc enim cum de eorum conditione informatus præsumatur, *ad l.fi.*§. *in seruorum, ff. nautæ, caup. stabul.* & mala electio sit in culpa eligentis, *ad l.videamus*, cum ibi not. per gl.*in princip.* & per Doct.*ff.loca.& in l.si vendita, ff.de pericu.& commo.rei venditæ, & in l.qui non tam idoneum, ff.commod.* ideo si tales famulos & familiares delinquant, possunt etiam pro eorum delictis domini illos retinentes puniri, per tex.*in l.fi.ff.de abige.& in ca. nulli, C.de accusat.* Card.Zabare.*in clem.ne in agro*, §.*porrò, in* 4. *notab.de statu monach.* Felin.*in d.c.Petrus*,*n.*7.*de homic.* Dec.*in l.*3.*n.*8.& ibi Curt.iun.*nu.*9.*Cod. de pact.* Alciat. *de præsumpt. reg.*3.*præsump.*40.*n.*4. Ias.*in l.age cum Geminiano*,*n.*7.*C.de sacrosan.Eccles.* Petr. Ferrar. *in pract. in forma inquisit. in verbo, transeat*,*n.*6. Petrus Duen.*reg.*303.*in princip.* Ioan.Mar.Monticel.*in pract.crim. d. reg.*7. *nu.*35. Franc.Marc. *dict.dec.Delphin.*425.*n.*8. Gandin. *in tract.malef.tit.de præsumpt. & indic. colum.*4.*versic.præsumptio enim naturæ est.* Tiraq. *de legib. connub.glo.*6.*nu.*6.sentit Rota *in antiquis, tit.de offic.vicar. decis.*6. *aliàs* 432. *incip. nota, vtrùm Episcopus*,*n.*2. inquiens propterea, quòd imputandum est ei, qui opera malorum hominum vtitur, *leg.ex maleficio. ff.de actio.& oblig.*§ *fin.Institu. de oblig.*
* *quæ ex quasi malef.* & de recepta omnium * sententia, & à tota iuris schola approbata testatur Petr.à Placha *in epit.delict. lib.*1.*cap.*14.*n.*1.*in fi.& n.*3. refert, & sequitur Clar. *in pract.q.* 86.*vers. Hinc infertur, post principium.*

92 ¶ Sublimita Hanc secundā limitationem,† vt isto casu dominus non puniatur eadem pœna, qua essent puniendi famuli delinquentis, sed mitiùs Iudicis arbitrio, vt post alios, quos allegant, traditur per Duē.*reg.*303.*in* 1.*limitatione*, Alc. *de præsumpt.reg.*3.*præsūp.*40.*n.*3. Petrū à Placha *in epit. delict. c.*14.*n.*3.*prope fi.vers.* quam cōmuni consensu receptam sententiā intelligendam fore opinor, D. Menoch. *de arbit.q.li.*2. *cent.*4.*casu* 345.*n.*13.¶ Afferunt præfati Doctores huius declarationis duplicē rationem. Primò, quia isto casu dominus nō tenetur de dolo, sed de culpa, Bal.*in c.veritatis*,*n.*5 *de dolo,*
93 *& cōtu.c.culpa caret, de regul.iur.*† & vbi nō adest dolus, ibi nō potest imponi pœna delicti ordinaria, *l.*1.§.*diuus, ff.ad l.Corn. de sicar.l.absentē*,§.*fin.l. Metrodorū, & in l.respiciendum*,§. *delinquunt, ff. de pœn.* Secundò, est ratio, quia, vt suprà dixi, hoc ideo dominus punitur pro delicto improborū & diffamatorū, quos domi retinet, quia præsumitur de eorū conditione informatus, & vbi quis ex præsumptionib. condēnatur, semper Iudex debet mitigare suam sententiā, & mitiùs punire, *c.*
* *quia verisimile*, & ibi Inno. Abb. Feli. & cōmuniter * omnes, *de præsūpt.* Ias.*in l.*1.*n.*28.*C.de ser.fugit.& in l.*1. *n.*21.*ff.si cert. petat.* Dec.*in c.tertio loco*,*n.*6.*de probat.* Grā. *dec.*43.*n.*13.& de
* communi * etiam testātur Duen. & Placha *in locis præcitatis,*
94 † vbi ampliùs dicūt, quòd quando isti famuli deliquerūt contemplatione domini, vtputà, quòd percusserint, vel vulnerarint rixantem, seu verba facientē cū domino: tunc dominus punitur nō extraordinaria, sed ordinaria pœna pro eorū delictis. Quod tamen nunc nō firmo, quia de hoc alibi dicetur *in tit.de homicid.* in materia homicidij facti per seruos ad defensionē domini, *& in tit.de mādatoribus*, vbi agetur, quādo, & ex quib. præsumatur mandatū domini in delicto famuli.

¶ Limita III. Eandem tertiam principalem ampliatio-
95 nem,† vt etiā in casu, in quo dominus non tenetur pro delicto sui famuli, debeat tamen ad instantiam damnum passi illum exhibere, ad effectum, vt puniatur, & si plures habet
96 famulos, debet pariter omnes exhibere,† vt recognoscatur delinquens, *leg.cùm si exhibuissent*,§.*an autem*, vbi Bartol.*ff.de*
97 *publ.l.*3.*si quis noxali, ff.ad exhiben.* † debéntque dicti famuli exhiberi cum vestibus consuetis, vt meliùs recognoscantur, secund.Io.de Imo.*in d.l.cùm si exhibuissent*,§.*an autē*, per gl.*in cap.cùm causā, in verbo, personis, extr. de testibus*, facit *l.si crim.* cum ibi notatis, *C.ad exhiben.*† Et isto casu dominus non so- 98
lùm tenetur exhibere seruos, quos habet in potestate, sed etiā famulos, seruitores, & alios liberos homines, qui stāt in eius seruitio, & ministerio, † quia appellatione familię, nō so- 99
lùm veniunt serui, sed etiam liberi seruientes, & existēres in famulatu, *l.*2.§.*familiæ, ff.vi bon. rap. l.pronūciatio*,§.*familiæ. ff. de verbor.signific.l.*1.§.*familiæ. ff.de pub.l.*1.*familiæ*,& ibi Bar. *ff. de vi, & vi ar.*† Et si dominus seruos & famulos, vt suprà, ex- 100
hibere recusēt, etiā quòd dominus non sit in culpa, tenetur pro delicto famuli, secundùm Pau. de Cas.*in d.l.*1.§.*quod notissimè. ff.de publica.*† immò habetur, vel saltē potest pronun- 101
ciari, & declarari pro confesso & conuicto de delicto per famulū cōmisso, secundùm Ias. *in l.*1 *ff. si ex noxali causa agat.* prout hæc omnia respectiuè traduntur, & probantur per Franc.Marc.*dec.Delphi.*424.*n.*6. *ver. verumtamen ordo debet teneri, & n.*9.*in princ. & dec.*426.*n.*1 *& 3. parte prima.*

¶ Sublimita Hanc tertiam limitationem,† vt procedat, quando dominus habebat commoditatem, & potestatē 102
exhibendi suos seruos, & famulos; quia tunc non exhibendo, tenetur vt suprà, secus si seruus aufugerit, quia tunc non dicitur esse in eius potestate, *l.quoties*,§.*in potestate, ff.de noxal.*† 103
nisi forsā talis fugę dominus fuisset particeps & procurator; quia si dolo desiit possidere, habetur perinde, ac si possideret in eius præiudiciū, *leg.si bona fide.ff.de noxal.*† ideo in hoc, an 104
dolo, vel sine dolo desierit possidere, debet stari illius iuramento, & cogitur iurare, *dicta l. quoties*,§. *prætor ait.ff.de noxal.* & si iurare noluerit, condēnabitur,† quia in dubio præ- 105
sumitur dominus dolo desiisse possidere, si tēpore litis cōtestatę possidebat, secūd. Floria. *in dicta l.si bona fide, per l.sin autem.in princip.ff.de rei vendica.* & faciunt notata per gloss. & Doct. *in c.ab aduersario, de exceptio.* quæ iura licet loquantur in seruis ratione dominicæ potestatis subiectis, tamen eadē videtur ratio in aliis famulis & seruitoribus, quos dominus sciuit fugam præparantes, & poterat prohibere, & non prohibuit, secund. Io. Fab. *Instit.de noxal.actio in princ.* cū aliis ad propositum allegatis per Fran. Marc. *dicta decisio. Delph.*325.
*n.quarto, & quinto, & n.*9.*prope fi.*1.*parte*, vbi amplius dixit,† 106
quòd si constet de diligentia domini, quòd non potuit habere & exhibere famulum, debet ipse dominus liberari.

¶ Amplia IIII. & principaliter proposità huius quæstionis regulam,† etiam procedere in vniuersitate, cui minimè 107
obesse delictum ciuium particularium, & ob eorū delictum vniuersitatem minimè puniendam, probat tex. *in Authen. vt nulli Iudi.*§.*quoniam verò*, in illis verbis, *Aut damna eorum inferri vicis, & c.* Quibus expressè prohibetur, damna ab aliis illata, non debere vicis inferri, & ibi gloss. in verbo, *vicis*, ex illo tex. inuehitur in Magistratus punientes vniuersitatē pro aliquo delinquente, tradit Oldra. *in consilio* 65. *in fin.* sequitur Aymo. *consil. vigesimoprimo, n.octauo*, inquiens iniquissimum esse, tot innocentes & miserabiles personas puniri ob factū aliquorum particularium: singuli enim de vniuersitate differunt ab ipsa vniuersitate, & ab hominibus, vt vniuersis, *in l. tantum*,§.*vniuersitatis, ff.de rerū diuisio. l.sed si hac*,§. *qui manumittitur, ff.de in ius vocā.*¶ Et propterea sicut vnus ex delicto alterius non potest grauari, *ca.primo, de iniur. & damno dato, in* 6. cum aliis suprà in regula allegatis, sic etiā nō debet ex delicto vnius de vniuersitate, ipsa vniuersitas puniri, & grauari, vt in specie probatur ex not. per gloss. *in l.sicut*,§.*primo, ff. quod quisque vniuersitatis nomine, & per gl. in l.si ex dolo*,§. *sed an municeps, in verbo, possit, ff.de dolo*, comprobat Roland. *cons.*66.*n.*64.*& 67. in secundo vol.* Osasc. *dec. Pedemon.*88.*nu.*1.*&* 3. Verùm, quia hæc ampliatio non semper est vera, & plurimas in se habet à Doctoribus controuersas difficultates, ideo pro faciliori intelligentia, in ea constituendæ sunt aliquæ conclusiones, quibus in iure firmatis, ampliatis, & declaratis, firmata etiam, & declarata remanebit propositæ quartæ principalis ampliationis materia.

¶ Prima igitur sit conclusio,† quòd Vniuersitas verè,& 108
propriè nō dicitur, nec potest delinquere: est enim *Vniuersitas* nomen iuris, quæ non habet animum, nec intellectum, sed vnum corpus, & quædam persona repræsentata per Rectores, & Gubernatores, *l. prima*,§. *quibus, & in l.*2. *& l.sicut*, §.*final.ff.quod cuiusque vniuersit.nom.l.an vsusfructus.* & ibi Alber. *ff.de fideiusso.l.si quis in suo*,§.*fina.C.de inoffi.testamen. cap.*

innotuit.in princ.de his quæ fiunt à prælat.sine consen.cap. Carês autem animo & intellectu, nec delinquere dicitur, nec puniri potest, *l.1.§.1.ff.si quadrup.pauper.fecis.dica.* ibi, *Nec enim dici potest animal iniuriam fecisse, quod sensu careat, l. infans.ad l.Cornel.de sicar.l.penul.ff.ad l. Pōpo. de parricid.l.1. in fi.C.de falsa monet.l.diuus Marcus, ff.de offi.præsid.* Et cum in delictis requiratur dolus, volūtas, & cōsensus delinquentis, *vt in l.lege Cornelia, ff.ad l.Cornel.de sicar.& in l.1.ff.de furt. cū similib.* ideo in vniuersitate nō potest cadere delictū, quia nec etiam in ea cadit dolus, & cōsensus: ex quo, vt suprà dixi, est persona ficta, & repræsentata, *l.1.ff.de libertis vniuersitatū*, ibi, *nouet enim quòd cōsentire nō possunt, l.secūda, §. deinde, il secōdo.ff. de orig.iur.l.1.§.fi.ff.de acquir.possessio.l.si ex dolo, §.1.* vbi gl. & Bar. *ff.de dolo.* sic enim prædictis iuribus, & rationibus hanc primā conclusionē optimè post alios cōprobat Ant.Gomez. *in 3.tomo suar.variar.resol.tit.de delict.c.primo, n.52.in princip.* & eam sequuti sunt plures Doctores relati per Carrer. *in pract.crim.in tr.de homicid.& assas.§.quartodecimo excusat multitudo delinquentium, n.4.pag.mihi 185. à tergo,* & per Ioach. Misinge. *obseruat.78. cent.4.* & nouissimè per Hier. Magō. *in dec.Lucen.72.n.1.& seq.1.par.* [& per And.Gayl. *in tract.de pace pub.lib.2.cap.9.num.11.& seqq.*]

109 ¶ LIMITA Hanc primā conclusionē, † vt licèt vniuersitas verè & propriè delinquere nō dicatur; fictè tamē, & aliquo modo, quòd delinquat per suos Rectores & Gubernatores negari non potest; & propterea eam fore etiam puniendam probat tex. *in l.metum, la terza, §. animaduertendum,* vbi glos. Bal. Aug. Alber. & alij *ff.quod met.cau.& in l.aliud, §. refertur,* vbi pariter glo. Bar. & Doct. *ff.de reg.iur.& in c.1.§.si quis verò ausu temerario, & in §.iniuria, de pace terē. & iuram.firm.& in Auth.cassa, & irrita, C.de sacrosanct.eccles.& in authen. item nulla communitas, C.de Episcop.& cleri.* quę iura ad propositū optimè pōderādo deducit Ant.Gomez. *vbi sup.c.1.ti.de delic. n.52.versi.sed in hoc art.dico.* Carre. *in prac.cri.in loco sup.prox. citato, d.pag.185. à tergo, nu.5. c.4.* vbi adducit concordantes, Anch. *cons.59.n.13.* Bald. *cons.367. venerabilis, n.6.li.3.* de cō-
* muni* testatur Alber. *in l. ea quidē, post nu.15. C.de accusat.& in l.si quis in tantum, col.4.vers.item dicunt, Cod.vnde vi.* Paris. *cons.21.n.30.lib.4.* Iaffred. *dec.80.* Ioach. Misinger. *d.obseruat. 78. ante fin.vers.& in hac sententia, & c. cent.4.* Clar. *in pr.crim. §.fin.qu.16.vers.vlterius quæro, in principio.* Hierony. Magon. *dicta decisio. Lucen.72.n.4.prima parte*, Bonacos. *in suis commu.opin.crimin.par.1. vers.vniuersitas, vel collegium, pag.mihi 184.colum 4.* [And.Gayl. *in tract.de pace publi.lib, secundo, c.9. numero primo, & secundo.*] & ex hac ratione hodie vniuersitates propter earum delicta, sæpenumero puniri absque controuersia videmus obseruatum.

110 ¶ AMPLIA I. Hanc limitationē, † vt multò magis procedit in his, quæ per ipsam vniuersitatē expediri, & fieri possunt. Quæ nā enim sunt, quæ per vniuersitatē, & geri & fieri valent: vt putà facere statuta, dare iurisdictionem, imponere collectas, & similia: & quidē alia sunt, quæ apud ipsam vniuersitatē residere non possunt; vt committere homicidium, rapinā, violentiam, & similia: in iis, quæ penes vniuersitatē residere nō possunt, procedit limitatio prædicta; quod scilicet non verè, & propriè, sed impropriè, & fictè, vniuersitas delinquere dicitur. Verū in iis, quę apud vniuersitatis potestatē residēt, & per eā, & fieri, & experiri possunt, nō fictè, & impropriè, sed verè & propriè illa dicitur delinquere, *vt in d.authē itē nulla cōmunitas, C.de Epis.& cle.& in ea.auth.cassa, & irrita, C.de sacros. Eccl.* Nec isto casu potest dici, quòd hæc fiāt ab aliquo priuato, sed ab ipsa vniuersitate, quæ habet illud ius, *l.omnes populi, ff.de iust.& iur.l.fi.C.de iurisd.omn.Iud.* Capic. *dec.130.* cū aliis allegatis per Carre. *in prac. in tract.dē homic.& assassin.in §.quartodecimo excusat multitudo delinquētiū.n.4.in medio, pag.mihi 185.in fi.* & Carrer. referēdo sequitur Ioac. Mising. *d.obser.78. ante med.ver.cum hac q.& c.cēt.4.*

111 ¶ AMPLIA II. Eandē limitationē, vt † licèt vniuersitas fictè, & impropriè delinquere dicatur, & nō verè, & propriè; non tamen per hoc impeditur, quin pro eius delictis possit, sicut alia persona priuata, & citari, & bāniri, & cōdēnari, vt per [Bar. *in l.aut facta, §.nonnunquā, n.quinto, & seq.ff.de pœn.* per text. *in l. semper, §. si in sepulchro, ff. quod vi, aut clàm,*] & per Nell. *in tr.de bannit.in prima parte primi temporis, sub q.5.* prout illū refert, & sequitur Boss. *in tit.bāniri quis possit, n.se-cundo, ver. ex his colligo*, vbi testatur, se videre quotidiè formatas inquisitiones contra vniuersitates de receptione bannitorum, & in crimine læsæ maiestatis res non habet difficultatem, quia statutum, vt & consuetudo volens contumacem haberi pro confesso, cuius vigore proceditur in omnibus delictis diffinitiuè ad condemnationem absentium, vt dixi *suprà in tit. de inquisitione, quæst.11.nu.3.* comprehendit etiam vniuersitates, & collegia, & sequitur Boss. *d. nu.2. versi.aduerte tamen.* [nec dissentit Andr. Gayl. *de pace publica, lib.2.c.9.n.1.& seqq.& n.9.*]

¶ Sed † in quam pœnam vniuersitas isto casu moneri, & 112
contumax condēnari possit, vide Boss. *in loco citato, versic. tamen bannum hoc, & cæt.* Matth. de Afflict. *in constitutio. Regni, in constitutio. dubitationem, in fi. primi libri,* & quæ generaliter dixi de pœna imponenda contumaci bannito, suprà *eodem tit. de inquisitione, dicta q.vndecima, n.62.& quæ infra dicentur hac eadem quæs. in seq. conclusione.*

¶ Et ad condemnandum vniuersitatē contumacē, † quo- 113
modo citari debeat ipsa vniuersitas; vide Bart. *in d.extrauag. ad reprimendū, in verbo, citatum,* Nell. *de bannit, vbi suprà, q.5.* Marian. *in tract. de citat. in secundo art.q.2.* Roman. *sing.765.* Io. Bapt. Villalob. *in suis commu.opin. verbo, vniuersitas, in littera V, num.45.* Menoc. *in 8.remed.recupera.possess.n.119.* vbi quòd sufficit, vniuersitatem citari per edictum propositū in loco, vbi consueuit congregari secundùm Marian. in Spec. *in ti. de citatione, n.94. ver. duodecimus casus,* ex doctrina Bald. *in l.etiā. col.quarta, ver.quæro, quid si rustici, C.de exeq.rei iudi.* licèt contrarium innuere videatur Bar. *in d. extrauagā. ad reprimendū, in verbo, per edictum.n.3.* [ideo meliùs dicas, quòd si communitas habet syndicum, syndicus citatur; si verò syndicū non habeat, compellitur Iudicis officio, vt aliquem ad litem cōstituat; quo constituto, & non comparente in contumaciam bene contra vniuersitatem procedetur. Ita post Bar. *in l.1. in fi.ff.quod cuiusque vniuers.nom.*& Nellum, *vbi sup.d q.5.* scripsit And. Gayl. *in tract.de pace publica, lib.2. c.9.post n.3.*]

¶ Et an in isto casu, † citata vniuersitas possit per procu- 114
ratorē comparere, dicam, si omnipotentis Dei gratia suffragabitur *infrà, in quarto li sub tit. de var. & extraord.crim.* In ea Quæstione, in qua tractabitur generaliter, quando in criminalibus pœnis possit illa per procuratorem comparere.

¶ SECVNDA sit conclusio in proposita quarta ampliatio- 115
ne, † quod cùm, vt suprà probaui, vniuersitas sit persona ficta, repræsentata, intellectualis & insensibilis, ideo vbi ex delicto venit à iure imponēda pœna aliqua corporalis, seu etiā mortis: talis pœna non cadit in ipsa vniuersitate. Nec dicatur, quòd licèt non cadat in vniuersitate in abstracto, seu in genere considerata, potest tamen cadere in personis, & ciuibus ipsius ciuitatis, seu vniuersitatis. Hoc enim admittere esset absurdū, & iniquum, quia punirētur infantes, minores, mulieres, & etiā maiores, qui nō erūt in culpa, & propterea cùm Iudex ex causa possit recedere à pœna ordinaria delicti, *vt in l.quid ergo, §.pœna grauior, ff. de his, qui not.infam.& in l. hos accusare, §.omnibus,* vbi Bar. & cæteri Doct. cōmuniter **ff.* **de accusat.* cū aliis suprà traditis, *hoc eo.ti.q.27.n.7.& seqq.* ista certe erit iustissima causa cōmutādi in vniuersitate dictam pœnā corporalē in pecuniariā secūdùm Bar. *in l. aut facta, §. fin.ff.de pœn.* quem post alios sequuti sunt Gandi. Innoc. Panormit. & alij, quos pariter refert, & sequitur Carr. *in pract. cri.trac.de homicid.& assassin.§. circa tertium dic. n.primo, pag. mihi 187.col.2.in parua impressione,* vbi etiā huius cōclusionis aliā affert rationem; quia scilicet omnis vniuersitas, tā ciuitatis, quàm alicuius oppidi appellatur respublica, *l.sed si imagines, §.1.ff.de furt.l.sed & his, §.1.ff.de publ.* sed respublica minori ęquiparatur, *l respublica, ff.ex quib.can.maio.l.rēpublicam, C.de iure reipub.li.10.* sicut in minore delinquēte propter ætatē, pœna minuitur, & Iudex recedit ab ordinaria, *l.auxiliū, §.in delictis, ff.de minor.l.1. §.si impubes, ff.ad Syl.* ita etiā in vniuersitate Iudex minorare pœnā, & extraordinariā, hoc est, pecuniariā imponere, secūdùm prędllegatos Doct. quib. addo Boss. *in tit.banniri qui possint, n.primo, prope fi.* vbi ampliùs dicit, quòd statutū imponens pro aliquo delicto pœnā capitis, non comprehēdit vniuersitatem, sed pœna cōmutatur, Addit. ad Capel. Tholo. *decis.196. sub n.4.prope fin.* vbi dixit isto casu villam seu castrū teneri ciuiliter, non autem criminaliter. Ant. Gomez. *variar. resolut. tomo 3. c.1. tit. de delict. n.51.*

in princ.

*in princ.& ver.si verò non sit tale delictum,&c.*Clar.*in prac.fin. q.16.vers.vlt.incipient.sed quomodo punitur vniuersitas.*[& de
* cõmuni, * ac apud eũ seruata opinione testatur And.Gayl. *de pace publ.l.2.c.9.n.17.& seqq.& n.20.*]Hier.Magon.*d.de*
116 *eis.Lucen.72.n.7.& seqq.prima par.*† vbi ampliùs,quòd vniuersitas nec potest infamia notari, nec excommunicari, de quo vltimo vide eũd. Clar. *in q.60.ver.allegat etiã.*[Et quòd possit excommunicari,est tex.& ibi notant omnes *in c. Romana,de sent.excom.in 6.*& tradit Andr.Gayl.*d.c.9.n.18.*]

117 ¶ Limita I.Seu potiùs declara†hanc secundam conclusionẽ, vt in casu,in quo vniuersitas punitur pœna pecuniaria,vt modò dixi: si vniuersitas habet bona, & vnde soluat dictã pœnã,solutio fit de eius bonis,vt per Gom.*vbi suprà, dicto tit.de delict.n.53.in princ.* & idem quoque erit, quando pro delicto venit publicatio alicuius rei,vel bonorum,quia si illa res sit vniuersitatis,vel vniuersitas habeat bona, eius
* res & eius bona cõfiscantur.*Et in hoc omnes conueniũt, teste Boër.*in tract.de seditiosis,in 7.præsuppositio,n.16.ver.sed quomodo punitur,&c.* Sed si eadem vniuersitas quæ deliquit, non habeat bona sufficientia ad pœnam sibi impositã sol-
118 uendã,† cogenda est imponere collectam,*vt in l.1.§.fin.*vbi gl. ordinaria,*ff.quod cuiusque vniuersit. nom.* Bart. *in lib.4.§. actor,ff.de re iudica.*Addit.ad Capel. Tholos.*d.dec.196.n.4.*
* *prope fi.*& de communi*testatur Ant. Gom. *d.n.53.*& concordantes allegat Carrer. *in pract. cri.in tract. de homicid. & assassin.§. circa tertiũ dic.n.9.pag.mihi* 187. *a tergo,col.2.in fin. in parua impressione.*[And.Gayl.*de pace publ.l.2.c.9.n.36.*vbi etiã quòd isto casu collecta imponitur, non per capita, sed per æs,& libram.] Nec dissentit Osasc. *in dec. Pedem.90.per totã,in discursu,*vbi tamẽ,*n.9.& seqq.* optimè defendit,quòd
119 isto casu, etiã quòd essemus in crimine læsæ maiestatis, † absentes & innocẽtes minimè collectari possunt;& plures ad id adducit Doctorũ authoritates, licèt aliqui alij ibidem relati *in fin.principij illius decisionis,ac etiã n.1.*cõtrariũ asserere visi fuerint, prout in crimine rebellionis cõtrariũ etiã videtur de mẽte Bossi.*in d.tit.banniri qui possint,n.1.in fi.* Sed
* opinio Osasci,& æquior,& communior* est,vt apparet ex Doctorum ibi per eum relatis,& nouissimè per Flam.Cart. post hæc scripta visum,*in suo tract.de exeq.sent.capto bãnito, in præfatione,n.69.*& in dubio nunquam recedas in iudicando ab ea opinione,quæ magis æquitati nixa apparet.

120 ¶ Limita II.Dictam secundam conclusionem†non procedere in delictis atrocissimis,in quibus vnus teneatur pro delicto alterius; vtputà in crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanę,iuxta dispositionẽ *c.statutũ,de hæret.in 6.& in c. fœlicis,de pœn.eod.l.6.& in l.quisquis,§.filiis,C.ad leg.Iul.maiest.* tunc enim bene potest ciuitas,vel vniuersitas criminaliter,vel capitaliter puniri ipsam diruẽdo & aratro subuertendo,sicut contigit in Carthagine,quæ pariter arattũ passa est.Et talis pœna reputatur mors ciuilis; singulares tamen personæ nõ debẽt puniri, quia non deliquerũt,tex. est *in l.si vsusfruct.ciuit.*vbi Bart. & Alber.ita alias fuisse practicatum testãtur,*ff.quib.mod.vsusfruct.amit.*cuius tex.verba sunt hæc, *Si vsusfructus ciuitati legetur,& aratrũ in ea inducatur,ciuitas esse desinit,vt passa est Carthago;ideóq;quasi morte desinit habere vsumfructũ.* Et licèt tunc non culpabiles careant ciuitate, hoc non est inconueniens, cùm simul in delicto,in quo, vt per iura præallegata,vnus potest puniri pro delicto alterius in priuatione bonorũ,habitationis,& famæ;sic pulchre hãc limitationẽ deducit,& comprobat Gom.*var.resol.tomo 3.c.1. d.tit.de delict.n.53.vers.sed resolutiuè dico,* & ante eũ Carrer. qui plures adducit concordantes, quos & ipse sequitur, *in pract.cri.vbi suprà,dicto §.circa tertium dic,&c.num.4.& seqq.* vbi etiam,quòd tanta potest esse atrocitas delicti, vt possit ipsa ciuitas comburi,*vt in cap.si audieueris,23.q.5.*vel dari ad prædam,& saccum;vt per Bal.*in l.ex testamento, C. de milit. testamen.*& per Bart.*in l.hæredit.ff. ad leg. Falcid.& in l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verborum oblig.* vbi etiam quòd potest solo æquari, & desolari. Matth.de Affl. *in constit. Regni, incipien. cùm satis*, vbi etiam ponit differentiam inter pœnam aratri, & pœnam desolationis. Addo etiam Osasc. *decis. Pede.90.nu.2.*vbi alios adducit concordantes,& Rolan.*cons.66.n.25.& seqq.vol.2.*[& And.Gayl.*de pace publ.lib. 2.c.9.n.27.& seqq.vbi præsertim n.3.*facit conclusionẽ, quòd destructa ciuitate certum est etiam eam amisisse omnia eius priuilegia ob magnam, quam patitur capitis diminutionem;quia destructo principali, corruunt omnia accessoria,*l.cognitionum,§.consuescitur,ff.de var.& extraord.cog.* Bart. *in l.fin.n.24.ff.de illicit.collig.* Alber.*in d.l.vsusfructum, num.4.* cum aliis ibi per eum allegatis.]

¶ Limita III. Eandem secundam conclusionem, † vt 121
in delictis atrocissimis vltra pœnam aratri, ignis, vel desolationis,*de quib.suprà,*possit vniuersitas,vel ciuitas delinquens puniri pluribus aliis pœnis, quas recenset Carrer. *in pract.vbi suprà,d.§.circa tertiũ dic,n.10.& seqq.*† quia in pri- 122
mis potest priuari Episcopali dignitate in tribus casib. Primò,quando turbatur electio Papæ, *vt in c.vbi periculum,§. ciuitas, de elect.in 6.* Secundo,quãdo interficitur Cardinalis, seu Episcopus illius ciuitatis, *vt in c.fœlicis,in fi.de pœn.in 6.* Tertiò,quando impeditur inquisitor hæreticæ prauitatis,*vt in c.ad abolendã,§.si ciuitas,de hæretic.*† potest etiam ciuitas 123
puniri in amissione priuilegij ipsius ciuitatis desinẽs nominari ciuitas propter delictũ,vt per Bal.*in auth.habita,C.ne filius pro patre,& in c.1.de mil.vassal.in 5.fallent. in fi.* Bart.*in constit.extrauag. quoniã,qui sint rebel. in verb. rebellando,& in constit.ad reprimendũ,§.ciuitas.*Sali.*in l.1.C.de sedit.*Inno.*in c. grauẽ,de sent.excom.*Panor.*in c.2.de oper.noui nunciatio.* Affl. *in constit. dubitationẽ, in 9.notabili.*† item ciuitati resistenti 124
Officiali Imperatoris, vel Regis, potest indici bellũ tanquã hosti,etiam si esset ciuitas Imperij,vt per Bar.& post eũ per Alex.*in l.hostes,ver.circa prædicta,ff.de ca. & postlimi.re.*quod tamẽ intellige,vbi resistitur propter Principẽ, quia scil. illi ciuitas obedire non vult; secus si resistatur propter malos mores Officialis, & eius tyrãnidem,in malè tractãdo ciues, vt per Bar.*in dicta constitut.extrauagan.quoniã,qui sint rebell. dicto vers. rebellando,* & per Capic. *in decis.130.sub num.42.*
† Rursus si ciuitas sit rebellis,potest etiam puniri,vt perdat 125
castra ei subdita; nec ea ampliùs recuperat, redeundo ad obedientiam, vt per Panormit.*in c. inter cætera,de maior. & obedien.* Affl.*in dicta constitut.dubitationem, vbi similiter,*† si 126
condemnetur ciuitas ad destructionem murorum,eos vlteriùs reficere non potest, vt per Bar. & Alex.*in l.si quis adulter.§.1.ff.de adulter.*& per Felin.*in cap.ex literis,vers.secunda conclusio, ext.de constit.*Ang.*in l.numerationib.ff.de sol.* Anch. *in c.1.de vsur.in 6.*Imola.*in l.fideiussor,§. meminisse.ff.de leg.1.* Alex.*in l.permisceri,ff.de acquir.possessio.*

¶ Tertia sit conclusio in eadem quarta principali ampliatione,† quòd punita,vt sup.vniuersitate seu ciuitate de- 127
linquente,siue delictũ sit grauissimũ,& enorme,siue etiam simplex & cõmune:non per hoc impeditur, quin etiam debeant puniri singulares ciues, qui verè,& realiter illud delictũ commiserunt:& pœna vniuersitatis non releuat singulares delinquentes,quia vniuersitas isto casu tenebitur tanquam mandãs;singulares autem personæ tanquam mandatarij,nec per pœnam mandantis, mandatarij efficiũtur à sua pœna immunes,*l.nõ ideo minus,C.de accus.l.non solùm,§.mãdato,ff.de iniur.lib.2.§.incidit,ff.ad Turpil.& l.hæc verba.ff.de adult.* ita per hoc fundamentũ hanc tertiam conclusionem cõprobarunt Pau.de Cas.*in l.sicut,ff.quod cuiusque vniuersit. nom.*Cyn.*in l.si quis in tantam,col.penult.C.vnde vi,* Ioã.Monach.*in c.fœlicis,col.tertia,*& ibi etiam Ioan.And.*col.fi.de pœ. in 6.*Cardin.*in c.dilectus,il secondo,col.fi.* & ibi etiam Abb. *in vltima quæst.*& Ioan.de Anan.*col.antepenul.in 4.quæst.extr.de simon.*Bart.*in l.aut facta, §.fin.col.fin. n.12. ff. de pœnis.*Bossi. *in tit.banniri qui possint, n.2.* vbi remissiuè plures adducit concordantes,Carrer.*in pract.in tract.de homic.& assassin.§.circa quartũ,an punita vniuersitate,n.1.& seq.pag.mihi* 188.*a tergo, in parua impressione,*vbi distinguendo declarat, & iterum *in §.circa tertiũ dic,&c. n.2.*vbi propterea, quòd isto casu auctor criminis punitur corporaliter: cæteri verò pecuniariter,arg.tex.*in l.quoniã multa facinora, C.ad l.Iul.de vi publ.*Si verò non appareat de authore criminis, & tumultus; tunc delinquentes puniũtur,sed mitiùs,vt per Gand.*in rub.de defens.à reo facien.* & in omnem euentũ eadẽ ratione,& à fortiori debẽt etiã puniri Rectores,† & Administratores vni- 128
uersitatis,qui consiliũ,& mandatũ dederũt ad delinquendũ, vt per præallegatos, quos in proposito etiã refert, & sequitur Ant.Gõ.*dicto tit.de delic.c.1.n.54.*vbi propterea testatur, ita suis tẽporibus visum, & practicatũ fuisse in ciuitatibus, quæ fuerunt rebelles Principi:nam licèt communi consilio deliquerint,

deliquerint, fuerũt tamẽ etiã punitæ personæ particulares, quæ realiter commiserunt delictum; similiter & Rectores culpabiles, & Antoniũ Gom. *in dicto loco citato*, citat etiã & sequitur Clar. *in pract. §. fi. qu. 16. versic. sed quomodo punitur vniuersitas, in fin.* vbi etiam & ipse pariter testatur se vidisse ita obseruatũ contra ciuitatẽ Gandensem, & eius Rectores: * & sic vides hanc conclusionẽ cõmuniter * esse receptã, & in iure & in practica. [Addo And. Gayl. post hæc scripta habitũ *in trac. de pace publ. l. 2. c. 9. n. 33. & 34.* vbi quòd isto casu authores deditionis, & duces factionum, detruncatione capitis, exilio, publicatione bonorũ, priuilegiorum amissione, longinquis peregrinationibus, condemnatione ad triremes, vel ad operas publicas ad tẽpus, vel in perpetuũ, iuxta facti & personarum qualitatem Iudicis arbitrio plectũtur: si verò delictũ sit grauius, putà læsæ maiestatis, tunc de illius authoribus, nõ solùm capitale supplicium sumitur, sed etiam eorum memoria damnatur, ædificia solo æquantur, & insignia familiæ perpetuæ ignominiæ causa tolluntur; & aliàs vt ibi per eum, qui bene loquitur in materia.]

129 ¶ Qvarta sit conclusio in dicta quarta ampliatione, † quòd Vniuersitas nõ dicitur delinquere, nisi præcedat conuocatio consilij, cõgregatio, & deliberatio: aliàs si absq; dicta cõuocatione, cõgregatione, & deliberatione, omnes homines alicuius ciuitatis, nedũ maior pars irruerẽt, aliquem occiderent, vel aliud committerent delictum, non dicitur vniuersitas deliquisse, nec punitur, sed puniũtur & deliquisse dicuntur particulares, & singulares personæ. Sic probat tex. *in l. semper, §. in sepulchro*, ibi, *Cõmuni consilio, &c.* & præcipuè Bart. & Ang. *ff. quod vi aut clã.* Castr. *in l. si quis id quod, col. fin. n. 14. ff. de iurisdict. omnium Iudicum*, facit etiam tex. *in l. 2.* & ibi Doct. *C. de præd. decur. l. 10.* gl. Ioss. *in l. sed & si, §. 1. ff. de dolo.* item gl. *in l. sicut, §. 1.* & ibi etiam Paul. de Castr. *ff. quod cuiusque vniuer. nom.* gl. Bart. & Doct. *in l. aliud, §. refertur, ff. de reg. iur.* idem Bart. *in l. aut facta, § fin. col. 1. n. 9. ff. de pœn.* Bal. Ab. Ang. & alij, *in l. metũ, la terza, §. animaduertendum*, & ibi gl. *in verb. collegiũ, ff. quod met. cau.* idem Bal. *in sua margarita, verbo, vniuersitas*, Spec. *in tit. de accusat. in fin. quòd si vniuersitas.* Ang. de Perus. *in l. 2. C. qui accus. non poss.* Gand. *in ti. de homic. iur. vers. item pone*, Innoc. *in c. grauem, de sent. excom.* Card. *in c. dilectus, il secondo, col. 2. n. 6.* & ibi etiam Abb. *col. 3. num. 20.* Anch. *col. 2. num. 9.* Ioan. de Anan. *num. 12. col. 4.* Feli. *consi. fin. num. 6. & num. 12. ext. de simon.* Imo. *in clem. 1. de pœn.* Oldr. *consi. 64. col. fin. & consi. 315. num. 3.* Angel. *consi. 246. & consi. 165. incip. cùm multitudo, &c.* Ias. *in l. ciuitas, col. 1. num. 2. & seq. ff. si cer. pet.* Felin. *in cap. cùm omnes, n. 25. extra de constit.* Cy. & Alber. *in l. si quis in tantam, C. vnde vi*, Panorm. *in c. in Genesi, de elect.* Ioan. And. *in c. fœlicis, §. fin. de pœnis, in 6.* & ibi Gem. Affli. *decis. 376. n. 1.* Dec. *cons. 221. n. 1.* Ruin. *cons. 107. n. 4. lib. 5.* Plot. *in l. si quando, nu. 822. secundùm antiquam impressionem, C. vnde vi*, Natta *consil. 83. num. 9. l. 1. & consi. 493. incip. quòd ista, num. 1. & seqq. lib. 2.* Cornel. *consil. 224. nu. 13. lib. 4.* Carrer. qui alios adducit concordantes *in pract. crim. in §. circa secundum, quãdo dicitur vniuersitas delinquere, num. 1. & seqq. & n. 7. pagina mihi 189. in parua impressione*, Tort. *inter cons. Brun. consil. vlt. num. 3.* collegium Florentinũ inter cons. Curtij senioris, *consil. 21. num. 5. in fin.* Curt. iun. *consil. 174. n. 36. & cons. 185. num. 9.* Boër. *in tract. de seditiosis. quæst. fin. nun. 7. & seq.* Roland. *cons. 66. num. 32. & num. 63. & seqq. lib. 2.* Neuiz. *cons. 61.* Thob. Non. *cons. 46. n. 19.* Marsil. *in prac. §. constante, num. 47.* Diaz. *reg. 791. in princip.* Ant. Gom. *var. resol. tomo 3. c. 1. tit. de delict. num. 52. prope fin. versic. quod tamen intellige*, Ioach. Misinger. *obseru. 79. cent. 4.* Hier. Magon. *decis. Lucẽ. 72. n. 16. 1. part.* Hippol. Rim. *cons. 349. n. 3.* Berta. *cons. 43. n. 3 l. 1.* Dom. Virgil. Boccac. *in constit. March. gloss. 6. n. 39.* & de communi * testati sunt Curt. *cons. 175. n. 9. in fin.* prout illum refert Ioan. Bapt. Villalob. *in suis com. opi. litera V, n. 46.* Osasc. *decis. Pede. 138. n. 27 & n. 32. & seqq.* Carrer. *vbi sup. n. 11. in fi.* Boss. *in tit. banniri qui possint, nu. 1. vers. & communis opinio*, Paris. *cons. 21. n. 30. l. 4.* prout illum refert D. Menoc. *in 9. recuper. poss. remed. n. 123. & seq. & in primo respons. causæ Finarien. n. 37.* Abb. *in dicto c. dilectus, num. 13. de simo.* Summa Sylues. *in verb. excõmunicatio, 7. in 15. excommunicatione, in quarto dubio*, Bonac. *in com. opi. cri. part. 1. vers. vniuersitas, vel collegium, ad finem, pag. mihi 184. à tergo, col. 2.* Emanuel Suarez *in suo Thesauro recep. sent. vers. vniuersit. per præfectos, n. 68.* Osasc. *decis. Pedem. 88. n. 3.* Clar. *in pract. §. f. q. 16. ver. vlteriùs quæro*, vbi etiam ex Mariano *in c. qualiter & quãdo, n. 43. de accus.* ita aliàs seruatum fuisse testatur per prætorem Veronæ, & ante eum Ioan. de Ligna. *in dict. clem. 1. de pœnis*, refert se aliàs per hanc conclusionem defendisse coram Pontifice ciuitatem Bononiæ, ne propter rebellionem à quibusdam particularibus commissam puniretur, alios etiã refert, & sequitur [Andr. Gayl. *in tract. de pace publ. l. 2. c. 9. nu. 4.* vbi & is testatur de communi * opinione; sed * eum habui post huius libri primam impressionem, & ita etiam habui] Mascard. *in suo tract. de probat. l. 3. concl. 1413. incip. vniuersitas ad hoc, vt de delicto teneatur, n. 1. & seqq. & n. 4.* vbi huius conclusionis affert rationem, *& n. 10.* vbi ampliùs, quòd ad hoc, vt vniuersitas teneatur, non sufficit probare, quòd delictum fuerit commissum de mandato domini illius castri; quia diuersa est vniuersitas à domino castri, vt ibi per eum, qui concordantes allegat, *& n. 13.* vbi pariter infert, non probari delictũ vniuersitatis per testes, qui dicant vniuersitatem tale delictum commisisse, nisi etiam in specie dicat, quòd vniuersitas congregato consilio deliquit, *& n. 15.* vbi quòd nec sufficit separatus consensus hominum vniuersitatis: vtputà, quia hodie duo, cras quatuor, alia die decem consensum præstiterint, nisi omnes insimul eodem tempore congregati consentiant.

¶ Ampliando I. Hanc quartam conclusionem, aduerte, quòd ex præfatis Doctorib. aliqui, præsertim Carrer. Hier. Magon. Rolan. Cor. Natta, Andr. Gayl. Mascard. & alij per eos citati loquuntur etiã in casu, in quo delictum est commissum ad sonum tubæ, vel campanæ, ac etiam vexillo leuato: adhuc enim vniuersitas non dicitur delinquere, nisi in loco solito & more solito processerit consilij conuocatio, congregatio, & deliberatio. *vt supra.*

¶ Amplia II. Hanc eandem quartam conclusionẽ, †vt 130
procedat etiam quod in delicto interuenerint Cõsules, syndici vel administratores vniuersitatis vel ciuitatis: adhuc enim illa non dicitur delinquere, nisi præcesserint illa tria, de quibus in conclusione firmata, videlicet consilij conuocatio, congregatio, & deliberatio, vt per Oldrad. *consi. 65. & consi. 315.* Cyn. *in l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. Eccl.* Bart. *in dict. l. aut facta, §. fi. in penult. qu. ff. de pœn.* Alex. *in cõs. 105. in 3. vol.* Corn. *d. cõs. 224. l. 4.* Nicol. Boër. *in tract. de seditiosis, in 7. præsuppositio*, Carrer. *in pract. vbi sup. dicto §. circa secundum, quando dicitur vniuersitas delinquere, n. 5. & 6. pag. mihi 186. à tergo, in parua impressione*, Ioach. Misinger. *obseruat. 79. ver. & ampliatur prædictũ dogma, cent. 4.* Mascard. *dict. conclu. 1413. nu. 8. & 9. l. 3.* [& sic non sufficit simpliciter probare consilij conuocationem, & congregationem, nisi etiã probetur, eam legitimam, & solito more factam, vt in terminis adnotauit And. Gayl. *d. c. 9. n. 7.* vbi etiam admonet huius qualitatis probationem satis difficilem.]

¶ Limita I. Eandem quartam conclusionẽ † procedere 131
in delictis momentaneis, vt in homicidio, & similibus: secus in successiuis, vt in guerra & rebellione, in quibus, si alicuius vniuersitatis vel ciuitatis homines, & ciues, successiuè & continuatiuè delinquant, sustinendo per plures dies contra suum Principem guerram, & plures actus rebellionis continuatis diebus committendo, tenentur nedum singulares personæ & ciues, qui talia committunt, sed etiam vniuersitas ipsa, etiam quòd nec præcesserint consilij conuocatio, congregatio, & deliberatio: sufficit enim delictum esse successiuum & continuatum, Bart. *in l. aut facta, §. fin. num. 10. de pœnis*, Sali. *in l. 1. Cod. de seditiosis*, Felin. *in c. cùm omnes, in 6. declarat. ext. de constit. & cap. dilectus, il secondo, n. 8. col. 2. de simon.* Anch. *cons. 158. incip. ex narratis in facto, col. 4. in fine, & col. 5. in princip.* idem Anch. *in clem. 1.* & ibi etiam Card. *in quæst. 4. colum. 8. vers. ciuitas, de pœnis*, Soc. *in l. 1. §. fin. ff. de acquiren. poss.* Petr. Raue. *in suo Alphab. iuris, litera C. in parte collegium, in fine*, Ioann. Lup. *in repet. c. per vestras, col. 4. versic. ex quibus, de donat. inter vir. & vxor.* Ias. *in l. ciuitas, & in l. si pecuniã, ff. si cert. petat.* Carrer. *in pract. in tract. de homicid. §. circa secundum, quando dicitur vniuersitas delinquere, n. 9. pag. mihi 186. à tergo, in parua impressione.* Afflict. *in constit. Regni, lib. 2. §. fina. num. 15. & decis. 376. num. 2.* Dec. *cons. 486. colum. fin. & cons. 667. pariter colum. fin.* Paris. *cons. 21. num. 33. & seq. vol. 4. & cons. 74. n. 22. & cons. 211. num.*

111.*num.*72.*lib.*1.Natta *conſ.*494.*nu.*1.Brun.*conſ.*28.*num.*11. Hier.Gig.*de crim.læſæ maieſt.in tit.de rebellib.q.*12.*nu.*4. Diaz. *reg.*791.*in ſecunda limitatione*, vbi pluribus ſimilibus hanc comprobat concluſionem,Oſaſc.*dec.Pedem.*138.*n.*10.*&* *n.* 18.*in fine*,nec diſſentit D. Menoch.*in 9. recup.poſſ.remed.nu-* 127.*&* *ſeq.*relati per Maſc.*de prob.lib.*3.*dicta conc.*1413.*n.*16. *&* 17.Andr.Gayl.*dicto c.*9.*n.*5.

¶ Contrarium in rebellione conſulendo tenuit Roland. *conſ.*66.*nu.*32.*iuncto n.*68.*&* *ſeq. lib.*2.allegans in primis authoritatẽ Io.de Liguano,*in cle.*1.*de pœnis*, vbi inquit ſe aliàs cum maximo honore defendiſſe ciuitatem Bononiæ coram Papa,vt non poſſet tanquã rebellis puniri, etiamſi homines ciuitatis feciſſent rebellionem, ex quo non apparebat,quòd de hoc præceſſiſſet collegialis deliberatio, & cum illius doctrina tranſit ibi Imo.*col.*2.Aret.*conſ.*165.*col.*17.& Ruin. *cõſ.*
131 107.*col.*2.*vol.*5. & † licèt cõtra Ioannem de Lignano ſenſiſſe videantur ibi Pau.de Leaza.Anchar.& Card.aduertendũ tamen eſt(inquit Rolandus)quòd tales Doctores loquũtur nõ ſolùm ſimpliciter in rebellione,ſed in caſu, in quo ex rebellione ad vniuerſitatem peruenit commodum,vel vtilitas;vtputà ſi caſtrum per ciues occupatum detur in prædam ipſis ciuibus, vel vniuerſitas reperiatur in poſſeſſione rei occupatæ per ſuos ciues:tunc enim tenetur vniuerſitas,etiam quòd non præceſſerit congregatio & deliberatio conſilij, non ex eo,quòd in actu ſucceſſiuo, & rebellione vniuerſitas teneatur, ſed ex eo,quia vniuerſitas recipiendo commodum, & vtilitatem ex delicto ſuorum ciuium,videtur tacitè ratificaſſe,immò præſumitur mandaſſe delictũ prædictum.Et in his terminis videtur etiam loqui Dominus Menochius *in d.* 9. *remed.recuperan.poſſeſſio.d.n.*127.*&* *ſeq.*vnde ſecus ſi ex rebellione ad ipſam vniuerſitatem nulla peruenerit vtilitas, vel commodum,vt ibi per Rolandum,cum quo pertranſire etiã videtur Maſcard.*d.concl.*1413.*n.*18.*&* 19.*quid dicendum?*

* ¶ Præcedens prima opinio ſicuti cõmunis*eſt,ita etiã & verior mihi videtur,& pro reſolutione diſtinguo ſic,Aut ſumus in delicto ſucceſſiuo,ex quo prouenit ad vniuerſitatem aliqua vtilitas,ſeu commodum;& tunc ſine dubio(& in hoc
* omnes*conueniunt)vniuerſitas tenetur,etiã quòd non præceſſerint conſilij conuocatio, congregatio,& deliberatio,& bene in hoc caſu loquitur Rolãdus, & optimè procedit exẽplum poſt alios quos allegat,traditum per D.Menoch. *d.nu.* 127. *&* *ſeq.* Nec iſte caſus habet difficultatẽ,quia etiã quòd non eſſemus in delicto ſucceſſiuo,ſeu in momentaneo, vniuerſitas ſemper tenetur ex tacita ratificatione receptionis commodi,& vtilitatis,vt infrà dicam *in ſeq.*5.*concluſione.*

¶Si autem ſumus in delicto ſucceſſiuo,& per plures dies continuato,in quo ad vniuerſitatem nullum peruenit commodum,& tũc cõmuni opinioni adhærendo, crederẽ verius eſſe etiam iſto caſu vniuerſitatẽ teneri, ſi illi valens obuiare non obuiat;vel aliquod ſignũ diſplicentiæ non faciat in nõ puniendo delinquentes,per quod pariter tacitè videatur tale delictum ratificaſſe, & omittendo deliquiſſet;& pariter iſte caſus non habet difficultatẽ, quia etiam in delicto momentaneo vniuerſitas non puniendo delinquentes, & omittendo obuiare delicto tenetur de ratificatione, & de delicto,vt infrà dicam *in ſeq.limitatione,&* *in d.ſeq.*5.*concluſione.* Quòd ſi in ſpecie ſimus in crimine rebellionis, de quo particulariter loquitur Rolandus, & tunc crederem,quòd ſi ciues alicuius vniuerſitatis, vel ciuitatis fecerunt contra ſuum Principẽ vnico impetu, vnica die,vel vnica nocte aliquos actus rebellionis,& poſtea ſedatus ſit rumor,nec pluribus,& continuatis diebus ſucceſſerint rebellionis actus;tunc bene crederem, vniuerſitatem non teneri, niſi præceſſerint conſilij conuocatio,congregatio,& deliberatio;& ita procedunt, ac intelligi debent doctrinæ Ioannis de Lignano,Aretini,Ruini,& Rolandi ſuprà in contrarium allegatæ. Non enim ſequitur, ſumus in delicto rebellionis, ergo ſumus in delicto ſucceſſiuo;quia actus rebellionis,quando vnico impetu,vnica die, vel nocte committuntur; delictum non dicitur ſucceſſiuum,ſed momentaneum,vt per Oſaſc.*d.dec.Pedem.*138. *n.*19.*in fine.* Secus ſi rebellionis actus pluribus, & continuatis dieb.ſucceſſerint: vtputà ſi ſuſtinetur guerra, quia tunc verè delictum eſt ſucceſſiuum, & vniuerſitas de ea tenetur, ſaltem non obuiando,& non puniendo,*vt ſup.*& ita intelligi debent Doctores allegati in propoſita limitatione.

¶ Limita II. Eandem quartam concluſionem † procedere in delictis in committendo. Vnde ſecus in delictis in omittendo,negligendo,ſeu non reſiſtendo;vtputa quãdo dominus,vel Officialis alicuius ciuitatis offenditur:tunc.n.ſi ciues vident dictum eorum dominum,ſeu Officialẽ ſic offendi,† cùm illum defendere teneantur reſiſtendo,& obuiando delicto,& offenſioni in quantum poſſunt,vt per Bal. *in l.* *vtrùm,n.*3.*ad leg.Pompe.de parricid.&* *in l.*1.§. *occiſorum,ff.ad* *Senatuſc.Syllan.*Fel.*in c.quanta,num.*4.*in* 2.*&* 3.*limitatione,de* *ſenten.excommu.*[cum aliis cimulatis *inf in* 2.*li.tit. de indic. &* *tortu.q.*51.*n.*26.] ſi non reſiſtunt & defendere negligunt,ac omittunt,tenetur vniuerſitas, etiam quòd non præceſſerint conuocatio,congregatio,ac deliberatio conſilij,Sali.*in l.*1.*n.* 3.*C.de ſeditioſis.*Feli.*in c.dilectus,il ſecondo.n.*2.*&* 7.*de ſimo.&* *in c.cùm omnes,n.*32.*de conſtit.*Iaſ.*in l.ciuitas,n.*4.*ff. ſi cer.peta.* Capi.*dec.*130. *nu.*66. Carrer.*in pract.crim.vbi ſuprà,d.*§.*circa* *ſecundum,quando dicitur vniuerſitas delinquere,nn.*8. *pag. mihi* 186.*à tergo,in parua impreſſione.* Addit. ad Capel. Tholoſ.*d.* *dec.*196.*ſub nu.*4.*ver.&* *idem dicitur de villa,ſeu caſtro,* Nicol. Boër.*in tract.de ſeditioſis,in* 7.*præſuppoſito.*Diaz.*regu.*791.*in* 1. *limitatione.*Dom.Hieron.Magon.*d.dec.Lucen.*72.*n.*18.*&* 19. *part.*1. vbi alios adducit concordantes, Oſaſc. *dec. Pedemon.* 138.*nu.*6.*ver.nec obſtare videtur,&* *n.*7.*&* *n.*16. Vulpel.*conſ.* 60.*in princip.*Maſcard.qui alios adducit, *in tract. de probatio.* *li.*3.*dicta concluſio.*1413.*n.*20.[Andr.Gayl.*dicto c.*9.*n.*6.]

¶ Sublimita Hanc ſecundam limitationem, † vt procedat duobus concurrentibus.Primò, ſcientia committendi delicti. Secundò, potentia illi obuiandi, ſeu reſiſtendi: cùm enim ignorans contemnere,negligere ac delinquere non dicatur,*l. ſi ignarus,ff. loc. l. ex maleficiis,*§ *longius,*& ibi gl.*ff.de* *actio.&* *oblig.*& ad impoſſibile nemo teneatur,*l. impoſſibiliũ,* *ff.de reg. iur.* ideo niſi vniuerſitas ſciuerit delicta per ſuos ciues committenda,& niſi ſciens etiã potuerit illa prohibere, & reſiſtere; non punitur ex non reſiſtentia, negligentia,ſeu omiſſione. Sic probatur *in c. quanta,de ſen. excommu.in c.ſicut* *dignũ,de homic.&* *in c.negligere,*2.*q.*7. quibus iuribus dicitur, quòd nõ carẽt ſcrupulo ſocietatis occultę, qui cùm poſſent, manifeſto facinori deſinunt obuiare.Illud enim verbũ,*Manifeſto*,præſupponit in non obuiante ſcientiã,& notitiã futuri delicti,& illud aliud verbũ,*Poſſent*,pariter præſupponit potentiã,& commoditatem obuiandi. Facit etiam tex.*in l.nul-* *lum,ff.de reg.iur.in l.*1.§.*occiſorum,ver. quia toties,ff. ad Syllan.* *&* *in l.omnes,*§.*fin.ff.de re milit.*vbi qui Præpoſitum ſuum nõ protexit,cùm poſſet,in pari cauſa factori habendus eſt.

¶ Item facit, † quod in ſimili dicitur de vaſſallo, qui tenetur dominum defendere, & non defendendo amittit feudum, vt hoc intelligatur, & procedat,ſi potuit,ſecus ſi non potuit,*vt in ti.de feudo ſine culpa non amitten. in fi.&* *in ti.qua* *fuit prima cau.beneſi.amitten.*§.*ſed non eſt alia.*

¶ Rurſus facit aliud ſimile,quod ſtãte ſtatuto,quòd villa, ſeu communitas teneatur ad emendationem damni dati in eius territorio,de quo dicam *paulò infrà*, *in hac eadem quæſt.* tale ſtatutum non habet locum,niſi cõmunitas habuerit notitiã damni dati inferendi, & niſi etiam illud prohibere potuerit,aliàs ſecus,vt per Bar.*in l.ne quid,nu.*2.*ff.de incen.ruin.* *naufr.* cuius doctrinã cõmuniter*approbatam dicunt Abb. *
*in c.*1.*n.*8.*de reſtit.ſpol.*Grã.*dec.*46.*in princ.*Corn.*conſ.*123.*vi-* *ſo proceſſu*, *vol.*1. ſic pulchre poſt Anch. Cag. Dec. Feli. & Caſt.quos allegat, hanc ſublimitationẽ cõprobat Oſaſc.*dec.* *Pedẽ.*138.*n.*21.*&* *ſeqq.*nec diſſentit Do.Hier.Mag.*d.dec.Lu-* *cẽ.*72.*n.*18.*&* *ſeq.i.p.*& ſequitur Maſc.*d.cõcl.*1413.*n.*21.[Vide quæ dicã *infrà,in* 2.*li.ti.de indic.&* *tortu.qu.*51.*n.*61.*&* *ſeqq.*]

¶ Amplia I. Hanc ſublimitationẽ,† vt in dubio in vniuerſitate,ſciẽtia,ac tolerãtia non præſumatur:ideo pro parte fiſci probãda eſt,argumẽto tex.& eorũ,quæ ibi notantur per Dy.*in c.præſumitur,de reg.iur.in* 6.Hier.Magõ. *d.dec.Lucẽ.*72. *n.*19.vbi etiã in argũ.allegat tradita per Bar.*in l.ſi ab hoſtibus.* §.*ſi vir,verſ. quærit gloſſa.ff.ſolu.matri.*Ruin.*conſ.*12.*viſo,n.*8. *li.*5.Dec.*conſ.*477.*n.*3.Iaſ.*conſ.*46.*Redemptoris,n.*2.*li.*3. Nec diſſentit Oſaſc. *dict.dec.Pedem.*138.*n.*24. *verſ.quod maximè* *locum habet.*†Vbi quòd hęc ampliatio maximè locũ habet in delictis cõmiſſis de nocte, pro quibus eò minùs vniuerſitas tenetur ex non reſiſtentia:quia eorũ,quæ noctis tempore,& clàm fiunt, ignorãtia præſumitur,& non ſcientia,ſecundùm Bar.*in l.*1.§.*occiſorũ,n.*2.*ff.ad Syll.* cũ aliis ibi per eũ allegatis.

qui

qui propterea infert,quòd statutum volens villam,seu communitatẽ teneri de robbaria cõmissa in eius territorio, non habebit locum ex hac ratione, quando robbaria fuerit commissa clàm & noctis tempore,secund.Ang. *in l.si serui vestri*, per illũ tex.*C.de noxal.*Bar.*in l.si quis in graui. §. subuenitur,ff. ad Syllan.& in l.si ideo,C.eo.tit.*cũ latè traditis per Barba. *cons.* 17.*col.*4.*in* 2.*dubio,lib.*2.nec dissentit Mascar.*de probat.li.*3.*d. concl.*1413.*d.n.*21.vbi inter alios allegat Bertazz.*cõs.*45.*li.*1.

138 ¶ Amplia II. Præmissam sublimitationem, † vt procedat,etiam quòd vniuersitas potuerit obuiare, & resistere delicto, seu offensioni per suos ciues in Principem, seu illius Officiales committendo;non autem commodè,sed cum periculo.Cùm enim posse non dicamur ea, quæ non commodè fieri possunt,ad tradita post alios per D.Menoch.*de arbit. q.lib.*2.*cent.*3.*casu* 237. ideo non tenetur vniuersitas de non resistentia delicti,vbi ille resistere non potest,nisi cum periculo,& scandalo,Dec.*in l.culpa caret,in fi.* & ibi Cagno.*n.*8. *& seq.ff.de reg.iur.*Felin.*in c.*1.*n.*5.*de offic.delega.*Aret.*cõs.*163. *col.penult.vers.praterea,*Soc.*cons.*20.*col.*21.*vers.circa quintam & vltimam,inter cons.Curtij senioris,*quos omnes ad propositum refert,& sequitur Osasc.*d.dec.Pedem.*138.*n.*26.

139 ¶ Qvinta sit conclusio in proposita quarta principali ampliatione huius quęstionis,†quòd sicut generaliter in delictis ratificatio habet vim mãdati,*l.*1.§.*sed & si cùm quis,ff. de vi,& vi arma.c.*1.*de homicid.in* 6.*c. cùm quis,de sent. excõm. eo.li.*6.*c.ratihabitionẽ,*& ibi gl.*de reg.iur. pariter in* 6.*l.semper, qui nõ prohibet.*& ibi Dec.*n.*8.*ff.de reg.iur.l.qui patitur,ff.mãd.* & dicã latiùs largiente Deo *infrà,in ti. de mandatoribus, li.*3.

140 † Ita & in specie vniuersitas dicitur delinquere, & punitur de ratificatione delicti cõmissi per suos ciues, & homines,etiã quòd dictum delictum non sit cõmissum de ordine, mandato,seu deliberatione ipsius vniuersitatis secund. Bar. *in l.aut facta,*§.*fi.num.*10.*ff.de pœn.*Anchar.*cons.*158.Ias.*cons.* 139.*vol.*4.*& in l.ciuitatis,n.*3.*in fi.ff.si cert.peta.*Affl.*dec.*376. *n.*3.Paris.*cons.*21.*n.*32.*li.*4.Natta *cons.*494.*n.*3.*lib.*3.Carrer. *in pract.in tract.de homicid.& assassin.*§.*circa secundum, quãdo dicitur vniuersitas delinquere,nu.*9.*pag.mihi* 186.*à tergo,col.*2. *in parua impressione,* vbi alios adducit concordantes,Aret.& Felin.in locis citatis per Boss.quos & ipse sequitur *in ti. banniri qui poss.n.*1. *vers.& sufficeret etiam ratificatio.* Osasc.*decis. Pedem.*138.*n.*4.*& seqq.*Dom.Meno.*in* 9.*remed.recuperan.possess.ad l.si quis in tantam,C. vnde vi,n.*126. Ioachi. Misinger. *obser.*79.*prope fi.* vbi ex Carrerio *in loco citato* hanc testatur * communem *opinionem Dom.Hieron.Magon.*dec. Lucen.* 72.*n.*17.1.*par.*& nouissimè Virg.Bocc.*in constit.Marchiæ,gl.* 6.*n.*39.Mascard.*de probatio.lib.*3.*d. concl.*1413.*nu.*22.vbi inter alios allegat etiam Vulpell. *dict.cons.*90.*in fine.*

141 ¶ Amplia I. Hanc quintã conclusionem, † vt procedat non solùm in expressa verbis ratificatione, sed etiã in tacita resultãte ex aliquo facto ipsius vniuersitatis:cùm enim ratificantis animus non solùm verbis,sed etiã facto declarari,& colligi possit,*l.Paulus respondit,ff.rem ratam haberi*, imò plus fit facto,quã verbis animum declarare & ratificare, vt per Gram.*cons.*13.*nu.*3. & est tex.*in c. dilecti filij, il secondo,*& ibi Dec.*in secũdo notab.de appell.* Idcirco de ratificatione delicti, per suos ciues patrati vniuersitas tenetur, non solùm si illud verbis expressè ratificauit, sed etiam si tacitè ex aliquo fa-
142 cto,† vtputà, vt exemplificant Doctores,recipiendo & retinendo rem,seu rapinã factam ab ipsis ciuibus,& vniuersitati traditã,vt post alios quos allegant, tradunt Carrer. *vbi sup. n.*10.*in fi.*Roland.*cons.*66.*n.*68. *& seqq.vol.*2. D.Menoc.*in* 9. *recuperan.poss.remed.nu.*127.*& seqq.vbi plures adducit concordantes.*Osasc.*dec.Pede.*138.*n.*31.*& seq.*vbi bene loquitur in materia: imò, & quod plus est,vbicunque præda facta per ciues de vniuersitate ad ipsam vniuersitatẽ peruenit de manu ciuium prædantium,præsumitur à principio eius nomine facta,& de eius mandato;*l.sed si ex dolo,*§.1.*ff. de dolo malo,l.* 1.§. *quod ergo adiicitur,ff. de vi,& vi arma.* & successiuè vniuersitas retinendo penes se prædam traditam, dicitur facere actum successiuum,in quo, vt suprà dixi non requiritur cõuocatio seu deliberatio consilij, & ex ista tolerantia in actu successiuo inducitur eiusdem actus ratificatio,vt Paris. *cons.* 21.*n.*12.*& seq.lib.*4.& declarant Doctores præcitati.

143 ¶ Limita Hanc ampliationẽ, † vt procedat & loquatur, quando scilicet præda facta à ciuibus,seu hominibus de vniuersitate, peruenit ad ciuitatem vel vniuersitatem de manu prædantiũ & rapientium,qui illam vniuersitati tradiderint: secus si alio modo & non per manum ciuium ad vniuersitatem peruenerit,Aret.*in cons.*163.*col.antepenult.in fi.* glo. & Innoc. *in ca.cùm ad sedem,de restitu.spoliat.*Rol.*dicto cons.*66. *n.*68.*lib.*2.Osasc.*dec.Pedem.*138.*n.*31.*in fine.*

¶ Amplia II. Eandem quintã conclusionem, † vt vni- 144
uersitas dicatur ratificare delictum non solùm verbis expressè,& facto tacitè,vt suprà dixi, sed etiam non facto:cùm enim voluntas hominis etiam ex nõ facto declaretur,vt per Aym.*cons.*91.*n.*10.*& in respon.pro republica Sauiliani, nn.*62. *vers.sed & facto,*quem refert,& sequitur Menoch. *in* 15. *recuperan. poss. remed. numer.*125. idcirco si eadem vniuersitas non puniat ciues & homines,qui prædam, seu aliud delictũ commiserunt,& se de tali præda,& delicto aliquo modo lętam ostenderit,punitur de ratificatione,vt per Feli.*in c.dilectus,il secondo,n.*9.*de simon.*Card. & Anchar.*in clem.*1.§. *ciuitas.de pœnis,*Carrer.*in pract.d.*§.*circa secundum,quando dicitur vniuersitas delinquere,nu.*100.Affl. *in constitu.Regni,incip.dubitationem,in* 8.*notab.*Diaz.*regu.*791.*in tertia limitatione,in fi.* idem Menoc.*in nono recuperan.poss.remedio,n.*129. & de cõmuni*testatur Ioach.Misinger.*obseruat.*79.*ad finem,centu.*4.* * & licèt ex hõc solùm quòd vniuersitas ostendat se lætam de delicto commisso per suos ciues,non dicatur illud ratificasse,secundùm Aretin.*in d. cons.*163.*col.antepenult.* post Innoc.& alios, quos allegat,& per Nattam *cons.*83.*n.*10.*lib.*1. *& cons.*494. *nu.*11. *lib.tertio,* si tamen cum lætitia concurrat etiam negligentia in puniendo malefactores; tunc sine dubio vniuersitas tenetur de ratificatione,vt per præallegatos, imò secundùm Dom. Menoch. *dicto n.*129. *in fine,*etiam ex sola lætitia vniuersitas dicitur ratificasse delictum commissum à suis hominibus, dummodo fuerit commissum nomine ipsius vniuersitatis.

¶ Limita I.Dictam quintam conclusionem, † quòd ad 145
hoc,vt vniuersitas, seu ciuitas teneatur de ratificatione delicti commissi per suos ciues,duo requiruntur necessaria.Primum,quod delictum sit commissum nomine ipsius vniuersitatis. Secundum, quòd vniuersitas delictum ratificet, tanquam si ipsius nomine gestum,gl.*in clem.*1.*in verbo,ratam,de pœnis,*alia gl.*in l.*1. §. *sed & si cum quis,in verbo, ratum,*& ibi Bar.*ff.de vi, & vi arm.* idem Bar.*in l.prima,n.*9.*C.qui admitti.* Bal.Ang.& Salic.*in l.non ideo minus,C.de accusat.*idem Bal.*in l.obseruare,*§.*post hac.col.*6.*versi.*13. *quæritur,ff. de offic.proconsi. & lega.*Castren.*cons.*423.*n.*28.*& seq.vol.*1. *secundùm impressionem Papiensem,*Corn.*cons.*224.*col.fin.li.*4.Hier.Tort. *in suo cons.post cons.Butrij,n.*3.Ang.*de malef.in verbo,& Sempronium Rodulphi,nu.*34.Aret.*cons.*165.*col.*4.Dec. *cons.*437.*n.*2.*&* 3. cum infinitis aliis,quos in proposito cumulat Osasc. *dec.Pedem.*138.*n.*8.*iuncto nu.*17.*& seqq.& n.*28.vbi testatur de cõmuni*opinione,& respondet contrariis.Sed vide quæ latiùs Deo dante dicam *infrà,li.tertio,sub ti. de mandatoribus.* *

¶ Limita II.Eandem quintam conclusionem,†vt sicut 146
vniuersitas,seu ciuitas nõ dicitur delinquere, nec de delicto tenetur,nisi præuia conuocatione, congregatione,& deliberatione cõsilij,sic etiam nec delictum ratificare dicatur,nec de ratificatione teneatur, nisi eadem interuenerit solẽnitas. Sic post Corn.Dec.Abb.& Fran. quos allegat,optimè tradit idem Osasc.*d. dec.Pedemon.*38.*n.*6.*ver.nec obstare videtur, & n.*18.*ver.non obstat dictum Angeli,& n.*26. *in fi.*nec dissentit Hier.Magon.*d.dec.Lucen.*92.*n.*27.*pariter in fin.* Facit regula generalis,quòd in ratificatione actus semper eadem solemnitas requiritur,quæ in confectione adhiberi debet, de qua *in l.si vt proponis,C de nupt.& in l.nuptiæ, ff. de ritu nupt.*

¶ Svblimita Hanc limitationem,†vt eam veram cre- 147
diderim, quando agitur de expressa ratificatione: secus si de tacita inducta vel ex non resistentia delicto, vel ex non puniendo delinquentes,vel ex receptione, & retentione rapinæ: iis enim casibus,quibus vniuersitas tacitè dicitur ratificare delictum,minimè crederem fore necessariam congregationem, conuocationem, ac deliberationem consilij,per ea quæ suprà latiùs dixi *in* 1. *& 2.limitatione quartæ præcedentis conclusionis, & in principio huius quintæ conclusionis, & in secunda ampliatione eiusdem quintæ conclusionis,* & videtur de mente Osasci *in locis nuper allegatis*, & Mascardi *in d. concl.* 1413.*n.*22.*lib.*3.vbi alios addueit.

¶ Sexta

¶ Sexta & vltima sit conclusio in hac eadē quarta am-
148 pliatione,† quòd licèt vniuersitas triplex sit,scil. studiorum generalium,Ciuitatū, & Castrorum,vt per Rebuf. *in l.nihil aliud,vers.interdum dicitur,ff. de verb. signif.* & vniuersitatis nomen,quatenus attinet ad propositā materiā,possit verifi-
149 cari,non solùm in ciuitate, † sed etiam in collegio,& capitulo,prout post alios loquitur Clar. *in pract.§.fin.q.16. vers. vlterius quaro*,ibi,*& quòd vniuersitas, collegiū,siue capitulum, &c.*nihilominus omnia præmissa intelligenda sunt de collegio, & capitulo magno,secus de paruo:collegiū enim seu capitulū magnū punitur,*vt sup.*secus paruum,vt per Bar.*in d.l.aut facta,§.si post n.7.ff.de pœn.*Boër.*in tract.de seditiosis,in*
* *7.præsuppositio,post n.26.* vbi testatur de cōmuni * opinione, prout illum refert Clar. *vbi sup.vers.sed quomodo punitur,&* ante Clar.Carrer.*in pract.in tract.de homicid.& assassin.vers. circa tertiū dic,n.8.pag.mihi* 187.*à tergo,in parua impressione.* [Et hæc dicta sufficiant de vniuersitate delinquente.]

150 ¶ Limita I. Propositam † huius quæstionis regulam non procedere,quando statutum mandaret, vt vnus teneatur pro delicto alterius:licèt enim prima facie videatur dicendum hæc statuta esse tanquā cōtra ius diuinū, naturale, & humanū, iuxta superiùs tradita *in principio Quæstionis,n.* 1.*&* 2. ac ita esse iniqua,prout dixit Bal. *in l.sancimus, C. de pœn.&in c.cognoscentes,col.1.circa mediū, de constitut.* & Bal. referendo sequitur Calean.*cons.*1.*n.*4. Barba.*cons.*66.*n.*1.*&* 2.*inter cons.eiusd. Calcanei,* Luc.de Pen.*in l.iure prouisum,C. de fabricē.l.*11.idē Bal.*in l. si qua pœn.in* 2.*lectura,ff.de his,qui sunt sui, vel alien.iur.& l.lex Cornelia,post mediū,ff.de vulga. & pupill.*vbi quòd talia statuta continent in se odium irra-
151 tionabile,† & propterea tanquam iniqua, minimè valere, & seruanda esse,*ad tex.in c.erit autem lex,dist.*4.*in c.consuetudo,*§. 1. *dist.* 1.*cum not. in l.fin. C.si contra ius,vel vtil.publ.in clem.pastoralis,de sent.& re iudi. & in c.que in Eccles.extra de*
* *constit.*quib.iuribus probatur cōmunis*illa conclusio, quòd statuta, consuetudines,& constitutiones iniquæ contra ius diuinū,& bonos mores, irrationabiles sunt, valereque,nec
152 seruari debere ; † vbi tamen talia statuta conduntur cū aliqua rationabili causa, cessat talis iniquitas ; & propterea & valere,& seruāda esse(licèt secus,si fine causa cōdita essent) dixerunt Bart. *in* 1.*constit.Digestorū, n.*4.Ias.*in §.actiones, n.* 83.*&* 85.*Instit.de actio.*idem Bald.*in l.si quis non dicā rapere, col.*3.*in fi.C.de Episc.& cle.*Aug. de Ang.*de malefi.verb.dictū Sempronii,n.*16.Felin.*in c.*2.*n.*2.*de constit.* Dec.*in d.c. cogno-*
* *scentes,n.*8.*extra de constit.*vbi testatur de vera,& cōmuni * opinione,prout illum refert,& sequitur Viu.*in com. opi.ver. statutum disponens,quòd pater teneatur soluere,& c.post mediū,* & sequuntur etiam alij,plures infrà allegati *in prima huius limitationis sublimitatione, n.*189.ac etiam plures alij, quos pariter refert,& sequitur Gabriel *l.*3.*commun.conclusionum, tit.de iure quæsito non tollen.concl.*2.vbi testatur de communi opinione,& à consuetudine approbata, de qua etiam nouiss. imè fidē facit Flam.Cart.post hæc scripta visus,*in suo tract. de exeq.sent.capto bannito, n.*71.*&* 7*eqq.* & post hæc impressa huiusmodi statuta tolerabilia esse,vt ita de consuetudine seruari testatur Marc.Ant.Eug.*cons.*69.*n.*2. ex Alber. *in* 1. *par.statu.quæst.*47.*num.*8 & ex Ioan. de Anan.*in c.*2.*de delic.*
* *pueror.*vbi de communi* cum aliis ibi per eundem Eugen. allegatis.]

153 ¶ Et in specie valere statutū,† quòd vno de domo,agnatione, vel familia delinquente, alij agnati,vel consortes teneantur,cùm dicatur factum cum causa, ex quo verisimile est,quòd faciliùs abstinebunt se homines à delictis, si videbunt alios de sua familia, agnatione,vel consortio,ex eorū delicto puniri,dixerunt Bart.*in d.l.iure prouisum,C.de fabricen.l.*11.*&* *in l.*1.*§.familiæ, de public.& in tract.repræsal.in* 3. *q.principali,*Bal.*in l.sancimus,C.de pœn.*Aug.ad Ang. *de malef.verb.dictū Sempronii,n.*16.Anch.*in c.*1.*in* 11.*princip. qu. ext.de constit.*Dec.*cons.*64.*col.*2.*in princip.vers.quantum verò ad Ducalis,&c.in* 1.*vol.* quos refert,& sequitur Gig. *de cri. læsæ maiest.l.*3.*tit.de pluribus,& variis quæstionib.qu.*4.*nu.*1.*&* 2.Ias.*in l.si quis ſ.o.*§.1.*C.de inoffic.testamen.& in §.actiones, n.*71.*&* 7*eqq.Instit.de actio.*Vasq.*controu.Illustr.c.*32.*n.*16.

¶ Quāuis enim ex lege Iustitiæ absque culpa,& causa ne-
154 mo sit puniēdus,vt suprà dictū est in regula:† ex sola tamē causa etiā absque culpa diuino, & humano iudicio quādoque pœna infertur,vt in sacris literis, *Gen.c.*19. *Exod.ca.*11. *Sap.*12.& de iure canonum,*in c.Ecclesia qua pactione,*1.*q.*4. *c.quoniā frequenter,*§.*si verò,vt lite nō cōtest. c.renouatos,& ibi glo.*22.*distinct.& in c.antiquo, de priuileg.*& est gl.ordinaria cōmuniter* recepta *in dict.c.*2.*de constit.*prout testatur Co- *
uar.qui alia multa in proposita adducit,*var.resol.l.*2.*c.*8.*n.*1. & latè etiam comprobat Osas.*decis. Pedemō.*88.*n.*1.*& seqq. iuncto nu.*24.*& seqq.*vbi ampliùs , quòd iustæ pœnæ in prædictis statutis erunt,vt homines magis à delictis abstineant, delinquentiúmve audacia reprimatur , quæ causæ propriè respiciunt publicam vtilitatem,vt ibi per eum, qui adducit concordantes,†& dicit insuper,quòd isto casu super causis 155
prædictis,Principis seu statuentium assertioni standum est, *ad notata in clemen.*1.*de prob.*& per Dec.*in cons.*373.*n.*5.

¶ Et rursus in specie,ex præcedenti ratione,quòd valeat statutum , seu proclama volens, quòd coniuncti teneantur dare in manibus Curiæ delinquentes coniunctos.

¶ Item,quòd puniantur pro delictis suorū coniunctorum bannitorū patratis in ciuitate, vel territorio. Itē quòd coniuncti proximiores teneātur fideiubere pro coniunctis bānitis,quòd non ingredientur in dictam ciuitatem,vel territorium,& iis similia,post Barbat.*in c.cognoscētes,n.*5.*&* *n.*11. *de constit.*Angel.*cons.*63.& Dec. *cons.*63.*&* *n.*3.bene demōstrat idem Flamin.Cartar.*vbi sup.in præfat.n.*75.*&* 7*eqq.*

¶ Ampli a I. Hanc†limitationem(illatiuè tamen ex præ- 156
cedenti limitatione, & declaratiuè ad ea, quæ superiùs tradita sunt,*n.*48.*&* 7*eqq.*) vt pro delicto famuli,vt per Ana.*in cons.*2.Arnō.*dialog.*4.Alber.*in tract.statut.in prima par.q.*50. vbi quòd ita communiter*tenetur,Aug.ad Ang.*de malef.in* *
*verbo,dictum Semproniū,post n.*16.Clar.*in pract.*§.*fi.q.*86.*ver. & ex hac conclusione,* Bonacos. *in suis qu.cri.ver.Dominus pro seruo, pag. mihi* 67. *à tergo,* † vbi intelligit hoc procedere in 157
delictis commissis per famulū tēpore famulatus:secus ante, secundū Bart.*in l.Titius,ff.de testam.milit.*Aret.*Instit.de legit. agnat.succes.sub n.*3.Alciat.*de præsump.reg.*3.*præsump.*40.vbi ponit fallentias, Aufter. *ad Capol. Thōlos.decis.*196.*sub n.*4. *ante mediū,*vbi dixit,secundū Bart.*vbi sup.*quòd si statutum dicat, dominum teneri de delicto commisso per famulum, tunc intelligitur de delicto commisso in famulatu : secus si dicat, quòd dominus teneatur pro delicto famuli:quia tunc tenebitur,etiam quòd delictum sit commissum ante famulatum;sed consideranda est præcipuè ratio, & mens statuti.

¶ Ampli a II.Eandem primam limitationem(& hæc ampliatio erit etiam declaratio eorum,quæ suprà dixi,*n.*25.*&* 7*eqq.*) † vt pariter valeat statutum volens filium teneri pro 158
delicto patris, argumento tex. *in c.*2. *de delict. puerorum , in ver.secundum consuetudinem illius terræ,*gl.*in rub. Cod.de Decuriō.l.*10.Affli.*in constit.Regni,l.*1.*rub.*2.n.*82.Duē.*reg.*345. *in* 14.*fallen.* Dec.*in l.filius,n.*2.*C.de pact.* vbi tamē dixit hoc statutum rigorosum,*& in l.extra territorium, n.*5.*ff. de iurisdic.omn.iudic.*Boër.*decis.*127.*n.*1.Marsi.*sing.*224.*&* 362.D. Menoc.*de arbitr.q.l.*2.*casu* 345.*n.*10.Couar.*var.resol.l.*2.*c.*8. *n.*1.*ver. quarta poterit* , vbi plures adducit authoritates Doctorum sacræ paginæ , testatúrque de communi, * aut sal- *
tem omnium frequentiori sententia:& Didacum refert, & sequitur Clar.*in pract.*§.*fin.q.*86.*ver.infertur etiam.*

¶ *Sic* pariter valere statutum , † quòd filij mercatorum 159
teneantur soluere debita parentum , etiam quòd non sint illorum hæredes,tradiderunt Bald. *in l.dotis,Cod.de iure dot.* Alex.*cons.*42.*l.*1.Dec.*in c.*2.*de constitut.& in cons.*359. Marsil.*sing.*224.Crot.*in l.omnes populi,col.*5.*vers.primo,an statutum,ff. de iustit.& iure* , quos etiam refert, & sequitur idem Couarr.*loco citato,num.*7.*versicul.quartò principaliter, in fine vers.*Aug.ad Angel.*de malefic.in dicto verbo, dictum Sempronium,&c.num.*16.*post medium.*

¶ Ampli a III. *(*& hæc ampliatio venit declaratiuè ad ea, quæ suprà posui,*nu.*2.*&* *nu.*15.*&* 7*eqq.)* vt † econtrà valeat 160
etiam statutum mandans,patrē teneri pro delicto filij,putà quatenus est in legitima:licèt enim Bal.Ang.& Imo.in locis relatis per Viui.*in com.opi.verbo,statutum disponens,quòd pater teneatur soluere pro filio, in prin.*& per Bonacos. *in qu.cri. verb. pariter, pag.mihi* 137. dixerint huiusmodi statuta tanquā iniqua,& irrationabilia,non valere,& minimè seruāda: cùm alibi dispositum sit, quod nec pater pro filio,nec filius pro patre teneatur,*l.*1.*& toto tit.C.ne fil. pro patre,*cum aliis

allegatis

* allegatis *sup. in princip. huius quæstionis, n.* 2. cómuniter * tamen receptum est, propter publicam vtilitatẽ, & vt delinquentium audacia reprimatur (quòd esse iustissimã causam condendi similia statuta dixi suprà, *in proposita prima limitatione*) & quòd eadem statuta valeant, & quòd tanquã laudabilia seruanda sint, per tex. *in c.* 2. vbi Io. de Ana. & Anch. *de delict. puer.* gl. *in rubr. C. de decret. decurio. l.* 10. Bald. *in l.* 1. *n.* 6. *C. ne fil. pro patre*, vbi ampliat, etiã quòd filius fuerit iniustè condemnatus. Ias. *in auth. nouissima, n.* 8. *&* 12. *C. de inoffi. test.* & ibi etiam Marc. Mant. vbi latè, respondẽdo contrariis hanc comprobat cõclusionem, Soci. *in l. filius famil. n.* 8. *ff. de obligat. & act. seu in l. cùm filius famil. ff. de ver. oblig.* Gom. *in* §. *actiones, n.* 24. *Instit. de actio.* D. Oct. Vulpell. responso 15. *in fi. l.* 1. Bonacos. *in qu. cri. d. verb. pater, pag.* 137. *&* *iterum in verb. legitima, pag.* 117. Ruin. *cons.* 149. *n.* 13. *vol.* 3. Chassa. *in consuet. Burg. tit. Des successions, rub.* 7. §. 2. *fol.* 320. *col.* 3. *n.* 5. *in fine*, & * de communi * testati sunt Alex. *in l. lex Cornelia, n.* 8. *ff. de vulg. & pupil.* vbi etiam quòd ita in pract. seruatur, Aldobr. *in* §. *præterea, n.* 56. *Instit. quib. mod. ius patr. pot. sol.* Duen. *in reg.* 356. *in* 2. *ampliatione, sub versi. quæ ampli. procedit, &c.* Viu. *in com. opi. d. verb. statutũ disponens*, Mars. *sing.* 362. *statutum volens, & sing.* 481. *com. opi.* Clar. *in prac.* §. *fi. q.* 86. *vers. valebit igitur proculdubio statutũ*, Socin. *in d. l. filius famil. n.* 8. Cou. *var. resol. l.* 2. *c.* 8. *n.* 7. *vers. hinc apparet*, Michaël Cras. *in cõ. opi. l.* 2. *c.* 5. *q.* 23. [Marc. Ant. Eug. *d. cõs.* 69. *n.* 5. Io. Pet. Suid. *decis. Mant.* 167. *n.* 1. *& seqq.* vbi etiã aliis relatis testatur de * magis * cõmuni opinione ex Ioseph. Lud. *dec. Perus.* 111. *n.* 26. & iterũ idem Surd. *dec.* 314. *n.* 1. Hond. *cons.* 95. *n.* 40. vbi etiã * de * cõmuni, *& post n.* 104. *& seqq.* vbi ponit rationes, quib. verisimiliter statuentes moueri potuerunt ad sic statuendũ.

161 ¶ Et generaliter † valere statuta punientia patrẽ pro filio, non solùm quatenus est in legitima, sed etiam in omni alio peculio profectitio, aduentitio, & castrensi, cùm in pœnis temporalibus ob aliorum scelera etiã innocentes ex causa puniri possint. dixit idem Couar. *vbi sup. eod. n.* 7. *in fi.* & faciunt quæ posui *suprà, n.* 153. *&* 155. *versi. & rursus in specie.*

¶ Et rursus generaliter ad materiam huius tertiæ ampliationis: si alia, quàm quæ hìc scripsi, amice lector, scire volueris, adeas omnino Baiard. qui post huius libri secundã impressionem in lucem venit, *in addi. ad Clar. q.* 68. *n.* 19. *& omnibus seqq.* vbi reperies plures ac plures dubitationes contingibiles, & quotidianas resolutas, ac decisas, & omnino etiam Honded. *cons.* 95. *per totum, in discursu.*

162 ¶ Limita Hanc tertiam ampliationem, vt † statutum puniens patrem pro filio delinquente, procedat quoad patres ciues, non autem quoad forenses: ideo si filius alicuius forensis delinquat in loco statuti punientis patrẽ pro filio, non tenebitur isto casu pater ille forensis pro delicto filij, secundùm Bald. *in l. si qua, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris*, quẽ refert, & sequitur Viu. *in com. opi. sub verb. statutum disponit, quòd pariter, ver. sextò fallit*, Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, dictum Semproniũ, n.* 14. Catal. *in tract. de synd. q.* 140. *versi. adde quòd stante statuto*, vbi dicit se ita consuluisse apud Macerat. Bonacos. *in suis quæst. cri. verb. pater, in prin.* eã afferens

163 ratione, † quia statuta, quæ respiciunt personã, quando sunt odiosa, non comprehendunt hominem alterius territorij, & sic forensem, vt per Bart. *in l.* 1. *in* 6. *q. C. quæ sit lon. consuetudo.*

164 ¶ Licèt enim † regulariter delinquẽs subiaceat etiã pœnis statutariis illius loci, in quo deliquit; & sic statuta pœnalia cõprehendant etiã forensem delinquentẽ in loco statuti, se- * cundùm communem * Doctorũ opinionem, de qua testantur Marian. *in c. postulasti, n.* 16. *de foro compet.* Feli. *in c. à nobis, il primo, n.* 1. *de sent. excom.* Abb. *in c. fin. n.* 44. & ibi etiam * Felin. *pariter n.* 24. vbi amplius testatur ita vbique * seruari, *extra de foro compet.* Alber. *in* 3. *part. statut. qu.* 3. Ista tamen cõmunis conclusio non potest applicari casui nostro, duplici ratione. Primò, quia forẽsis, de cuius pœna agitur, nõ de-

165 liquit in loco statuti, sed eius filius. † Secũndò, quia eadẽ cõmunis conclusio procedit, quãdo statutũ punit illud, quod etiam de iure cõmuni punibile est: tũc enim forensis committens delictum de iure communi prohibitum, subiacet etiã pœnis statutariis loci, in quo deliquit; secus si faciat aliquid, quod à iure cõmuni prohibitum non est; sed tantùm à statuto, quia tunc forensis nõ cõprehenditur sub illo statuto, nisi fuisset sciens, vel in supina ignorãtia, secundùm aliã communem * Doctorum opinionem, & declarationem, * quam principaliter posuit Bart. *in l. cunctos populos, n.* 21. *C. de summa Trin. & fide cathol.* & Bart. sequuti sunt Boss. *in tit. de pœnis, n.* 8. Marsil. *in l. fin. n.* 81. *ff. de iurisd. omn. Iudi.* vbi testatur de æquiori, & magis communi * opinione, Clar. qui * alios adducit concordantes, *in pract.* §. *fin. q.* 85. *ver. secundus est casus.* Sed sic est, quòd de iure communi filij delictum non est punibile in patre, ergo pater forensis non tenetur pro filio delinquente in loco talis statuti.

¶ Limita II. Eandem tertiam ampliationem † non pro- 166
cedere, quando filius alicuius ciuis deliquisset extra territorium loci statuti; quia tunc pater ciuis non potest puniri pro delicto filij commisso extra dictum territorium, Bart. *in tract. repres. al. in* 1. *q. principali, in* 3. *q.* Ias. *in* §. *actiones, nu.* 88. *Instit. de actio.* Socin. *cons.* 272. *n.* 9. *l.* 2. Viui. *in com. opi. verbo. statutum disponens quòd pater teneatur soluere, ver. limitatur* 3. Bonacos. *in dictis suis quæst. cri. verbo, pater, post principium.*

† Et hæc limitatio est verissima, & comprobatur ex com- 167
muni * illa, & generali conclusione Doctorum volentium, * quòd statuta pœnalia non extendantur ad subditos delinquentes extra eorum territorium: sed quòd licèt Iudex loci originis vel domicilij possit etiam procedere ad condemnandum ipsum subditum delinquentem extra suum territorium, non potest tamen illi imponere pœnam statuti loci originis vel domicilij, sed loci delicti, prout de dicta communi * opinione testati sunt Aug. ad Ang. *de malef. in verb.* * *hæc est quædam inquisitio, n.* 84. Felin. *in c. à nobis, il primo, n.* 6. *de sent. excom.* Paris. *cons.* 159. *n.* 6. *& seq. l.* 4. Alex. *cons.* 111. *n.* 1. *ver. & cùm sit, lib.* 2. Ruin. *cons.* 84. *in fine, li.* 4. Duen. *reg.* 146. Boss. *tit. de pœn. n.* 19. & ita etiam pluries seruari vidisse testatur Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 85. *ver. tertius est casus.* Addo pro eadem limitatione Baiard. *d. quæst.* 86. *num.* 21.

¶ Limita III. Dictam tertiam ampliationem † non pro- 168
cedere, quãdo filius, qui deliquit, esset minor quatuordecim annorũ: tunc enim statutum, quòd pater teneatur pro filio soluere legitimam, seu aliam pœnam pecuniariã, nõ habet locum, Ias. *in d.* §. *actiones, n.* 83. *Instit. de actio.* Albert. *in tract. statuto. q.* 71. *prima part.* Marsil. *sing.* 362. [*vers. sed limitationẽ prædictam*, vbi hoc notat pro singulari verbo, & lucroso. *& sing.* 481. *in fi.*] Viui. *in com. opi. verb. statutum disponens quod pater teneatur soluere pro filio, ver. limita quartò hoc statutũ*, & de cõmuni * testatur Bonac. post Corn. Soci. *in locis per eum* * *allegatis in suis qu. cri. verb. pater, ver. si tamen statutũ, pag. mihi* 137. & hæc limitatio pariter est verissima, per ea, quæ dixi suprà, *in tit. de inquisit. q.* 11. *sub n.* 29. *&* 30. vbi probauimus, secundùm veriorem opinionẽ, † quòd statuta pœnalia, & 169
contra ius commune non comprehendunt delicta minorũ, quicquid in contrarium dixerit Natta *in cons.* 442. *nu.* 19. & latiùs hac de re dicam *infrà, in* 2. *lib. sub tit. de pœn. tẽper.* vbi tractabitur materia temperandi pœnam ob minorem ætatem, *q.* 92. *n.* 143. *& seqq.* & addo pro hac eadem tertia limitatione Sforz. Odd. *in tract. de restit. in integ. par.* 2. *qu.* 80. *n.* 68. vbi infert ad constitutionem Marchiæ.

¶ Et aduerte, quòd proposita limitatio loquitur, vt vides, in minoribus annorum 14. quia in minoribus 25. annorum contrarium seruari in practica animosè testatur Baiard. *in addit. ad Clar. in prac. cri.* §. *fin. q.* 86. *n.* 41. Sed in minorib. 14. annorũ ipse idem affirmat, quod nos existimauimus. *ibid. n.* 40. & Marsil. *in locis præcit.* quibus etiã addit Plot. *de in lit. iuran.* §. 53. *n.* 10. ergo ab ipso reprehẽdi non meruimus, dũ *in eius Repert. in ver. Prosper Farinacius, il secõdo*, hoc in loco me lapsum crediderit, postquã, vt prædixi, quoad minorem 14. annorum idem senserit & expressè firmauerit.

¶ Limita IV. Quãdo † pater habet plures filios, quia tũc 170
filio vno delinquente, non tenetur idẽ pater pro eo soluere legitimam, etiam stãte suprà dicto statuto, per quod, cũ redeamus ad ius antiquũ, quo ante *auth. bona damnatorum, C. de bõ. damnat.* disponebatur homicidarũ bona publicari, *l.* 1. *ff. de bon damnat.* illud autem ius antiquũ ex Principis indulgentia hanc recipiebat interpretationem, vt bona nõ confiscarentur, si delinquẽs plures haberet liberos, *l. cùm ratio,* §. *si plures, ff. eod.* ita pariter & hoc statutũ volẽs patrem teneri pro filio delinquente soluere legitimam, eandẽ interpretationẽ recipere debet, vt per [Boss. *in tit. de bonorũ publicat. n.* 10.] Fabiã. *in auth. nouissima, sub n.* 262. *ver. sextò Frãciscus, C. de inoffic.*

*de inoffic.test.*Rol.*cons.*97.*n.*32.*&* *seqq.lib.*2. cum aliis cumulatis *in hac ead.q.sup.num.*34.declarat Thob. Non.præceptor meus,quem declarantem omnino videas *in cons.* 97. *n.*8.*&* * *seq.& cons.*95.*n.*12.*& seq.*vbi testatur de cõmuni,*dicitque quod casu huius limitationis, tempore suo contingente, omnes ferè aduocati Romani,inter quos præcipuè erãt tunc Ant.Massa Gallesius,& Marcus Ant.Burghesius,inclinabant in hanc cõmunem opinionem,tum quia sumus in pœnalib. in quibus benignior faciẽda est interpretatio, *l.si præses, & in l.interpretatione,ff.de pœnis,c.in pœnis,de regu.iur in* 6.tũ etiã,
171 †quia hæc est interpretatio passiua, quæ in vnaquaque materia admittitur,*l.*1.§.*lex Falcidia,*vbi Alex.*ff.ad l.Falc.*Bart. * & cæteri cõmuniter * *in l.omnes populi in* 6.*q.principali, ff.de iust.& iur.*quicquid in cõtrariũ dixerit Castr.*in cõ.*171.*visa & ponderata,col.fi.li.*1.cuius rationibus optimè respondit Thob. Non.*in d.cõs.*95.*n.*13.*&* 14. & ex eius resp̃sione potes hãc limitationẽ declarare,vt ibi per eũ,quibus addo Marc.ab Anguill.*cons.*93.*n.*33.*& seqq.*Io.Petr.Surd.*dec.Mant.*167.*n.*18.

172 ¶ Limita V.Eandem tertiam ampliationem † nõ procedere,quando filius delinquens haberet & ipse alios; quia tunc auus non tenetur soluere legitimam filij delinquẽtis in præiudicium nepotum, etiam stante supradicto statuto: sic enim in terminis dixit Bald.*in l.si qua pœna,n.* 5.*in fine, ff.de his,qui sunt sui,vel alien.iur.*Aug.ad Ang.*de malef.in verbo, dictum Sempronium,n.*14.Alex.*cõs.*75.*visis & diligenter.col.*3.*sub n.*9.*vers.ex hoc D.Bald.& c.lib.*1.Ruin.*cõs.*8.*viso statuto col.* 2. *n.*6.*vers.secundò principaliter,& c.lib.*5.refert hos & sequitur & respõdet cõtrariis,Thob.Non.*d.cõs.*95.*ferè per totum.* quibus addo Nellũ *in tracta.bannitorũ,in prima par.* 2. *temporis, q.*34.*in fi.vers.vnũ nota,& c.*[Moron.*in tract.de treug.& pace, q.*26.*n.*3.Caballin.*in Comm.ad Const.March.lib.*4.*c.*18.] Vigui.*in commu.opin.verbo,statutum disponens,quòd pater teneatur soluere pro filio,opin.*771.*n.*3.*vers.limitatur secundò*, vbi alios adducit cõcordantes,& iterũ *sub alio ver.*6.*fallit præallegatum statutũ,& c.* vbi declarat,nisi expresè etiã statutũ loqueretur de nepote,D.Ioseph.Lud.*dec Perus.*11.*n.*27.*par.* 1. Bonacos. *in suis quæ.crim.verbo,legitima,pag.mihi* 117. Michael Crass. *de succes.ab intes.*§.*legitima,q.*12.*n.*4.Marcabr ab Anguil. *cõs.* 43.*n.*38.Simon de Præt.*cons.*65.*n.*49.*li.*1.Cũ enim prædictũ statutũ loquatur in casu simplici,scilicet de patre habente filiũ,nõ debet propterea extẽdi ad casũ mixtũ, videlicet quãdo habet & filiũ & nepotes,*l.*2.*in prin.ff.de verbo. oblig.* videtur enim iste casus omissus à statuto,ideo remanet in dispositione iuris cõmunis,*l.commodissimè,ff.de liber.& posthu.*& si aliter diceremus,sequeretur, quòd auus bis soluere teneatur legitimam, semel scilicet fisco succedenti in locum filij cõdemnati,& rursus nepotibus ex isto filio procreatis, vt pulchre deducit Thob.Non.*d.cons.*95.*n.*10.*ver. Non obstat,in fi.* quòd est omnino & iniquũ,& absurdũ,cũ semel tãtũ,& non pluries legitima persoluẽda sit.*l.in quartã,cũ ibi notatis, ff.ad leg.Falc.c.Rayn.& c.Raynaldus,*& vtrobique Doctor.*extra de test.* Et ita relatis contrariis,& ad partes disputata quæstione resoluit Senatus Mant.test.Io.Petr.Sur. *decis.*167.*per totã,& iterum in decis.*314.*pariter per totam.*Et ita etiã me inter alios scribente resoluit Rota Romana die Lunæ vlt. Maij 1596. coram Illustrissimo nunc D. Blanchetto in vna Spoletana legitimæ. Et ampliùs dixit, eam nepoti non deberi viuente auo.Baiard.ad Clar.*d.q.*86.*n.*23.vbi declarat hanc quintã limitationem non procedere in crimine læsæ maiestatis.

¶ Limita VI.Dictam tertiam ampliationem(& hæc limitatio deseruiet etiam generaliter pro sublimitatione præ-
173 cedentis primæ propositæ principalis limit.) † vt procedat, quando de delicto filij cõstat per veras, & concludẽtes probationes,vel per eius veram confessionem;secus si per fictã cõfessionem resultantem ex contumacia vigore statuti, vel consuetudinis volentis cõtumacem haberi pro confesso; & tanquam confessum posse condemnari, tunc nec pater pro filio,nec dominus pro seruo, nec generaliter alius pro alterius delicto puniri potest vigore cuiusuis statuti, vel constitutionis volentis vnum teneri pro delicto alterius, secund. * Bar.Ang.Cast.Imol.Alex. Soc. Ias. & alios cõmuniter * *in l. cùm filiusfam.ff.de verb.oblig.*Bar.*in* 3.*q.incip.Perusinæ ciuit.statuto,col.fin.vers.circa quartã.& cons.*116.*incip. statuto Perusinæ ciuitatis,*Alber.*in tr.statutor.*1.*part.q.*52.Rom.*cons.*154.*iudiciũ,n.*5.*&* 6.Crot.*in l.qui Romæ,*§.*duo fratres,n.*50.*ff.de verb. oblig.*Ang.*de malef.in verb.dictum Sempronium, n.*13. Corn. *cons.*143.*licèt in hac,n.*8.*lib.*2.Nel.*in tr.de bannit.in* 1. *par.* 2. *temp.q.*34.Mars.*in l.infans,num.*22.*& seqq.ff.ad leg.Cornel.de sicar.& in l.de vnoquoque, n.*173.*ff. de re iud.* Alciat. *de præs. reg.*3.*præsump.*22.*n.*2. Fel. *in c. cùm Bertoldus,n.* 20. *ext. de re iud.*Sal.*in l.si filiofamilias,C.ne fil.pro patre,*Thob.Non.*in cõs.* 94.*n.*2.*& seqq.vsque ad n.*9.*& cons.*95.*in fi.n.*14.Plot.*cons.cri. diuers.*130.*n.*21.*vol.*1.*in fol.*Rol.*cons.*94.*n.*19.*vol.*2. & latiùs *cons.*29.*n.*24.*& seqq.eod.vol.*Viui.*in commu.opin.verbo, statutum disponens,quòd pater teneatur soluere,in* 5.*limitatione*;Phanuc.*de in litem iuran.*2.*par.n.* 79.Bonacoss.*in qu. crim. verbo, pater,pag.mihi* 137.de communi*testantur Ias.*in d. l. cùm filiusfamilias,n.*18.Soci.*cons.*57.*post n.* 10.*lib.*3.Clar. *in pract.* §.*fi.q.*86.*vers.sed quæro nunquid,*Hier.de Monte,*qu.*27.*n.*15. Bertr.*cons.*111.*n.*31.*vers.præterea,& c.vol.*2. prout illum refert Bonacoss.*in comm.opin.par.*2.*sub vers.contumax semel citatus, pag.mihi* 18.*à tergo,col.*2.*& pag.*42.*pariter col.*2.*in fi.vers.Stãte statuto,*vbi de magis*cõmuni,de qua etiam per Nicol. per * Moron.*in tra.de fide,treug.& pace,q.*183.Simon.de Præt.*cõs.* 65.*n.*1.Vulpel.*de promis.de non offenden.q.*104.*n.*3.*& cons.*18. *n.*3.*li.* 1. vbi propterea infert constitutionem Marchiæ, de qua *in lib.dictarum constitutionum,lib.*4.*c.*18. Hercul. *de caut. non offenden.c.*29.*n.*3.Bertaz.*cons.*83.*n.*14.*lib.*1.Pancirol.*cons.* 14.*n.*17.*& cons.*171.*n.*16.quos etiam refert,& sequitur Flam. Cart.post hæc scripta visus, *in tra.de exeq.sent. capto bannito, ca.*1.*n.*297.*& n.* 299. vbi etiam infert ad statutum Vibenetanum,& ad aliam Marchiæ constitutionem, de qua *in earundem constitutionum lib.*4.*c.*19.[Marc.Ant. Eug. *d. cons.*69. *n.*6.]Bursat.*cons.*169.*per totum,lib.*2.vbi *n.*2.*ad fi.*ampliat etiã quòd super delicto essent examinati testes illud probantes; ex Menoc.*cons.*100.*n.*162.*lib.*1. nisi in examine, & in quolibet actu esset citatus pater,*vt ibi n.*7.

¶Ratio propositæ limitationis est,†quia ficta cõfessio ex 174
cõtumacia resultans nõ dicitur vera delicti probatio, vt per Ang.*de malef.in verb. qui D.Iudex videẽs,quòd dicti inquisiti nõ cõparent,n.*33.Foll.*in pract. crim. in quarta parte tertiæ partis, verbo,etsi cõfitebuntur,n.*38.Guliel.de Bened.*in repet.c.Raynutius,in verbo,Mortuo itaque testatore,il primo,n.*158.159. *in fi. & n.*174.Mars.*in pract.*§.*postquã,n.*51.Rol. *dicto cons.*29.*n.* 27.*vol.* 3. & quando aliquis ex delicto alterius conuenitur, vera & plena delicti probatio contra eum exigitur,Alber.*in tract.statu.in* 1.*part.dict.quæ.*52.Abb.*cons.*66 *quamquã, lib.*2. Thob.Non.*d.cons.*94.*n.*3.*& cõs.*95.*n.*14.*vers. Nã quando aliquis.*Et licèt stante statuto, quòd cõtumax habeatur pro cõfesso,†eadẽ cõtumacia habet vim veræ,spontaneæ, & iudi- 175
cialis confessionis,vt per eundem Foll.*d.verbo,etsi confitebũtur,n.*29.*&* 30.Nell.*de bannit.*1.*par.primi temp.q.*8.*vers.cùm ficta cõfessio,*Guliel.de Bened.*in d.c.Raynut.n.*147.*in fine, vers. hodie tamen,& c.& n.*158.Mars.*in pract.dicto* §.*postquã,n.*35. hoc tamẽ sanè intelligendũ est, vt procedat in præiudicium ipsius contumacis,secũdùm Alciat.*in cõs.*24.*n.*10.*& seq. li.*8. Card.Alba.*in lucubra.ad Bart.in l.si duo patroni,*§.*si quis inuenerit,n.*4.*ff.de iureiur* Brun.*de statutis,verbo,cõfessio,vers.an ficta cõfessio inducta,*Boss.*in tit.banniti quid amitt.n.*19. Bertaz. *cons.*82.*n.*19.*lib.*1.secus in præiudicium tertij,per vulgatam regulam,quòd ficta confessio confitentis personã non egreditur;*l.eius,qui delatorẽ ff.de iure fisci.* [Bart. *in d. l. cũ filius,in prin.n.*3.*& fina.ff.de verbo.oblig.*Feli.*in cap.cùm Bertoldus,n.*8. *&* 25.*de re iudic.* Alex.*in l.sæpe,n.*64.*ff.de re iud.* Boss.*de delict. n.*61.ac tradunt Doct. præallegati. Et isto casu contumacia filij non potest supplere probationem delicti in præiudiciũ patris,aut tertij,*l.fi.C.de prob.l.sancimus,C.de pœn.* Bar. & alij *in l.filiusfam.al. cùm filiusfam.in prin.ff.de verb.oblig.* Dec. *cõs.* 410.*in causa,col.*2.*n.*6.*vers. quia ad hoc respondetur, & col.*3. *vers.quartò principaliter,*Plot.*d.cons.cr.diu.*130.*n.*12.*lib.*1.*in fol.*Natt.*cons.*540.*n.*29.*vol.*3.*&* vbi aliàs sententia cõtra vnũ lata præiudicat alteri,hoc non habet locum in sententia lata in contumacem,*l.præses,C.de pignor.*Nel. *de bannit.in* 1.*part. secundi tempor. d.quæst.*34. vbi ampliat,etiam quòd fuerit lata sciente illo tertio: ergo multò minùs præiudicabit patri, seu alteri tertio,non scienti & non citato;Bal. *in l.*1.*col.fi.C. ne fil.pro patre,*Paul.de Cast. *in d.l.cũ filiusfamilias, in princi. col.fina.ff.de verbo.oblig.*Mars.*in pract.crim.*§.*post quã,n.*53.*& sing.*4.*&* *cõs.*117.*n.*35,*& cons.*114.*n.*29.Foll.*in pract.crim. in verbo,etsi consuebuntur,in* 4.*par.*3.*partis,num.*42.Gig.*de crim.*

læsæ maiest.tit.quom.& per quos,q.1.n.35. Thob.Non. *d. consi. 95.in fi.n.14.ver.tum etiam,quia,*Bosi.*in tit. de bonorum publica.n.56.*Pancirol.*cons.117.n.15.& cons.14.n.18. & cons.68. n.17.*Gerar.Mazol.*cons.51.n.3.libr.1.* vbi testatur de communi*opinione,de qua etiam testatur Flamin. Carta.*vbi suprà, d.c.1.n.296.*& faciunt tradita *infrà,in seq.q.25.n.79.*

177 ¶ Svblimita I.Hanc sextam limitationē,†vt procedat, quādo statutum respicit delictum dicens, putà quòd pater teneatur pro delicto filij; secus si respiciat actum cōdemnationis dicens,quòd pater pro filio condemnato soluat legitimam aut simili modo: tunc enim sufficit condemnatio etiā in contumaciam, ad hoc vt pater conueniri possit: sic enim apertè declarat Bar.*in d.l.cùm filiusfamilias, n.3.ff. de verbor. obligat.*sequuntur Bal.& Sali.*in l 1.C.ne fil.pro patre.* Ang. *de malef.in verbo,dictum Sempronium,n.12.ver. quid si statuto cauetur,*Addit.ad Matth *sing.22.n.6.*vbi latè,& Bartoli hæc de-
* claratio communiter* recepta est,testibus Alexan.*in d.l.cùm filiusfamilias,n.9.*& ibid.Barth.Soc.*n.10.ver.secundò,quantum Bart.&c.*Kirc.*in suis commu.opi.conclusio.69.incip.pater ex receptis statutis,cent.3.* Bosi.*in tit.de carcera. fideiuss.relax.n.58.* vbi plures alios adducit concordantes.Feli.*in ca.cùm Bertoldus,n.2.de re iudic.*Clar.*in pract.§.fi.quæst.86.versic. penult.ibi, hoc tamen intellige,&c.*Bonacosi.*in quæst.crimi. verbo,legitima,*
* *prope finem,pagina mihi 117.*& de magis communi*testatur Thob.Non.præceptor meus *cons.94.n.10.ver. & licèt contraria opinio videatur esse communior,*&c.& cum ista magis communi opinione videtur etiam pertransire Bertazz. *con.83. n.13.& seq.lib.*1.quem refert,& sequitur Do.Flam.Carta. post hæc scripta visus,*in suo tract. de exequutio. sent. capto bannito, cap.1.n.298.*[Mar.Ant.Eug.*d.cons.69.n.7.*]Burs.*d.cons.169.*
* *n.3.*vbi quòd hæc est probata * omnium distinctio.

178 ¶ Contrarium, † quòd immò pater nō teneatur soluere legitimā pro filio condemnato in contumaciā, etiam quòd statutum respiciat actum condēnationis,& delicti,tenuerūt Iacob.Butrig.Pau.de Eleaz.& Rayn.de Forliu.quos refert,& sequitur idem Bald.*in l.1.§.si procurator,ff.si quis ius dicen.non obtemp.*Imo.*in d.l.cùm filiofamilias,col.3.*& ibidem Soc.*n.19. ff.de verbor.obli.*Io.de Ana.*c.2.col.10.ext.de delict.puer.*Corn. *cōs.97.lib.4.* idem Feli.*in d.ca.cùm Bertoldus,n.22.de re iudic.* Rol *d.cons.29.sub n.24.& seqq.vol.3.*idem Thob.Non. *in cōs. 95.n.14.*& latiùs *in cons.94.n.10.& 11.* vbi dicit, quòd licèt contraria opinio,vt præfertur,cōmunior sit:ista tamē æquior
179 est,vt per Feli.*loco citato.*†Ideo,quādo cōcurrūt duæ opiniones,quarum vna sit recepta,& cōmunis, sed rigorosa,altera verò non sit recepta,sed æquior,Iudex in iudicando accedere debet opinioni æquæ,& benigniori potiùs,quā rigorosæ, quamuis communiori,*arg.ca.si vir,in verbo,humanius,*& ibi notāt Abb.& alij,*ext.de cognat.spirituali*, cū aliis per Neuiz. *in Sylua nupt.lib.5.n.68.*& in præsenti casu eo magis hæc vltima opinio attendi debet,quòd nō solùm æquior,sed etiam verior est,vt per Soc.& Fel.*vbi suprà,*& testatur Tho.*d.cons. 94.post n.11.*Rationes etiā suprà adductæ,*n.174.& seq.* quòd scilicet vnius contumacia alteri nocere non debet, quòd facta confessio confitentis personam non egreditur, quòd vbi aliàs sententia contra vnum lata præiudicat alteri,non intelligitur de sententia in contumaciam lata,sed in præsentem: & quod statutum de condemnatione loquens,debet intelligi de condemnatione, quæ processit ex veris & legitimis probationibus,non autem de contumaciali:hę inquam rationes militant,& procedunt, nedum quando statutum respicit actum delicti,sed etiam quando respicit actum condemnationis,ideo idem iuris in vtroque casu esse debet.

180 ¶Et quatenus†cōmuni opinioni adhærere magis tibi placuerit,id tūc demum facias,quādo duo præcipuè concurrāt. Primò,quòd cōdemnatio sit valida,secus si nulla, argumēto *l.4 §.condēnatū,ff.de re iudic.*& in his terminis considerat D.
181 Th.Non.*d.cōs.94.n.11.ver.tertiò potest respōderi.*Secūdò,quòd statutū dicat non simpliciter,& indefinitè,quòd pater soluat legitimā pro condēnatione filij,vel pro filio condēnato,quia tūc haud dubiè præcedēs cōtraria opinio verior est:sed vniuersaliter dicat,quòd pro omni,vel pro quacūq;filij cōdēnatione pater teneatur pro filio,&c. Tunc enim forsan statutū propter illud signū vniuersale,*Omne,* vel *quodcūque,*poterit trahi etiā ad cōdemnationē in cōtumaciā,& sic habebit isto casu locum communis opinio;& in his terminis loqui vidētur Doctor.citati pro dicta communi opinione, præsertim Clar.*d.q.86.vers.pen.*& Bosi.*d.tit.de carcer.fideiuss.relaxan. n.58.*& D.Flam.Cart. *d.n.298.* at vbi condemnatio in contumaciam non esset ritè formata & lata, vel statutum non dicat,*Pro omni condemnatione,*vel,*Pro quacunque condemnatione,* tunc nullo pacto sequaris dictam communem opinionem, quæ hoc modo interpretari debet,& non aliàs.

¶ Et si † forsan statutum mixtim loqueretur respiciendo 18
& actum delicti,& actum condemnationis,& tunc indistinctè teneas, quòd illud non trahitur ad condemnationem in contumaciam,quod plus est, quod idem statutum loquetur non copulatiuè, sed alternatiuè, vt plurib. comprobat idem Thob Non.*d.cons.94.n.13.& seqq.* licèt in hoc vltimo contrarium sentire videatur Bertaz.*d.cons.83.n.12.lib.1.*

¶Svblimita II.Dictam sextam limitationem, vt quicquid sit de iure, ac etiam vigore constitutionum Marchiæ Sixti & Ægidij,de quib.sup.mentionem feci, *sub n.173. ad fi.*hodie vigore Bullæ Pij IV. *in ordine 128.* & de qua *in Bullario,fol.870.in fi.ver.quod & ad legitimā,par.1.* [& quæ videtur loqui in causis fiscum & cameram Apostolicam cōcernentib. non autem alias cameras Baronum; prout in simili considerauit Thob.Non.*in cons.110.n.9.*] pater filio tenetur soluere legitimam, etiam quòd is in meram contumaciam bannitus, aut condemnatus fuerit, non obstantibus prædictis constitutionibus,sicut etiam meminit D.Flam.Cart.*vbi suprà,d.c.1.n.301.ver.sed hodie.* [Huiusmodi autem statuta, & constitutiones,sic expressè de filio condemnato,in contumaciam valere, quoad illi auferendam legitimam, volujt Eug.*d.cons.69.n.7.in fin.*]

¶ An†autem in casu statuti volentis patrē teneri pro de- 183
licto filij,sit ipse pater citandus, nécne, quando filius, siue præsens,siue absens condemnatur,ad hoc, vt pro eo soluere cogatur pœnam statuti,vide post alios,quos allegāt,Ang.*de malef.in d.verbo,dictum Sempronium,n.13.*Thob.Non. *d.cons. 95.in fi.*Clar.*in pract q.86 vers.sed quæro,in fi.* Bonac. *in q.cri. in verb.pater,versi.& si filius est cōdemnatus patre nō citato,&c. pag.mihi 137. prima facie,in fi.*Ex quorū dictis, præsertim ex Claro *in loco citato,*ea colligitur conclusio, quòd si filius cōpareat,& eius confessione, vel aliis probationib. constet de maleficio, tunc vtique pater tenetur virtute huius statuti, etiam quòd in eo iudicio citatus non fuerit,secundùm communem,*de qua per Alex.*in d.l.cū filiusfamilias,in prin.n.6,*
* *in fi.*quem refert ibi Ias.*post n.14.versic. Prima conclusio,ff. de verb. oblig.* Et tursus vide Ant.Gom.*de delict.c.1. n.90. vers. 4.infertur,*vbi dixit,quòd sententia lata contra filium, nocet patri etiam non citato,& testatur de communi * ex Bart.& *
aliis *in d.l.cū filiusfamilias,*refert & sequitur Baiard.ad Clar. *d.q.86.n.26.& seq.*vbi etiam an facta condemnatione filij sit absque alio facienda exequutio contra patrem: an verò sit agendum condictione ex lege,& denuo crimen probādum, & an pater pro filio absente citato ratione sui interesse, ne pro eo condemnato cogatur ad soluendum legitimam, vigore statuti,possit comparere,& eum defendere,dixi infrà *in 2.par.tit.de var.qu.q.98.n.154.& seqq.*

¶ Limita VIII. Eandem † tertiam ampliationem sup. 184
positam *n.160.*vt in casu,in quo pater pro filio delinquente tenetur vigore statuti soluere legitimam,talis legitima mensuranda sit non habito respectu ad tempus condemnationis, sed ad tempus delicti. Et propterea si isto medio tēpore patris patrimonium creuit,non crescit legitima, quia ista pœna statuti non extenditur ad bona futura, vt per Bald.*in l.si plures, §.lex Corn. ff.de vulg. & pupil.& in l.si qua pœna,ff. de his,qui sunt sui,vel al.iur.& in l.quāquam,circa fin.ff.ad l.Falc.* Corn.*cons.1.circa primū,col.7.vers.pro quo facit, lib.vlt.* Chassan.*in catal.glor.mundi,par.6.considerat.26.* Cat. Cotta *in suis memor.vers.pater obligatus soluere condemnationē fil. in fin.* Bonac.*in suis q.cr.verb.legitima, in princ.pag.mihi 116 à tergo,in fin.& verb.pater,prope fin.pag.mihi 137.pariter à tergo.*

¶ Contrarium,†quòd isto casu legitima sit mensuranda, 185
nō secundùm tempus delicti,sed secudū tēpus sententiæ,& condemnationis,post Alber.quem allegat,relatisq; & reprobatis contrariis opinionibus & argumentis, optimè defendit Nel.*de ban.in 1.par.2.tēp.q.35.per tot.& præsertim in ver. finaliter soluēdo,&c.& in ver.& ex prædictis patet,&c.* vbi propterea infert,quòd si tempore delicti pater habebat quatuor filios:

filios: tempore autem sententiæ habebat quinque, legitima erit semis: & econtrà, si tempore delicti habebat quinque, tempore autem sententiæ non habebat nisi quatuor, quia vnus erat mortuus, legitima erit tertia pars, iuxta notata *in l. cũ quæritur, & in auth. nouissima, C. de inof. test.* & pro hac contraria opinione vltra iura adducta per Nell. *vbi suprà, in versic. 3. principaliter arguit, &c.* facit tex. *in l. eius, qui, §. 1. versic. quæ tunc habuit, condemnaretur, &c. ff. de testam.*

186 ¶ Sed quòd imò, nec tempus delicti, nec tempus cõdemnationis inspiciendum sit in commensuratione istius legitimæ; & quòd attendatur tantummodo tempus mortis ipsius patris, & secundùm hoc tempus æstimandam & soluendam esse legitimã filij delinquentis, post Lancellotum Politum, quẽ allegat, apertè tenuit Pet. Duen. *in regula 356. in secunda ampliatione, sub versi. quæ ampliatio procedit, &c.* ea potissimùm ductus ratione, quia si isto casu legitima esset considerandi, habito respectu ad tempus vitæ patris, sequeretur absurdũ, quod delictum filij & patri & fratribus postea nascituris nocere posset; & quòd plus legitimæ haberet filius delinquens, quàm non delinquens, contra regulam *l. in omnib. quidem, ff. de regul. iur.* & propterea hanc opinionem idem Duennas & æquam & iuridicam testatur, dummodo pater in vita bona non alienet, aut dissipet, in fraudem fisci.

187 ¶ Quarta succedit opinio, † quæ distinctionis fœdere præcedentes duas opiniones (relicta tertia opinione, quæ nullo pacto tenenda est) conciliat; & mihi etiã magis placet, quod scilicet in proposito sint maximè attendenda verba statuti, quia, vt inquit Bal. *in d. l. si qua pœna, in 2. lectura, ad finem ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni iur.* nisi hoc statuto expressè decidatur, difficile est diffinire, quanta sit legitima filij, delinquentis: & ideo si statuti verba in hoc clara sunt, illa attendẽda esse, nemo est qui dubitet. Si verò eiusdem statuti verba non ita clara sint, vt apertè hanc terminent dubitationem, tunc recurrendum est ad illam communem distinctionẽ, quam suprà posui, *nu.* 177. sed ad aliud propositũ: si enim statutum respicit actum delinquendi, quia dicat quòd pater teneatur soluere legitimam pro filio delinquente, vel pro delicto filij, aut his similia, tunc legitima sit commensurãda, secundùm tẽpus delicti, & secundùm istos terminos procedat prima relata opinio. Si verò statutum respicit actum condemnationis, dicens, putà quòd pater soluat legitimam pro filio condemnato, aut simili modo, & tunc legitima est commensuranda secundùm tempus condemnationis, & vera est secunda relata opinio, & hæc distinctio videtur de mente eiusdem Nelli *in loco citato, d. q. 35. in fin. versi. credo decisionem veram, &c.* Et sentit etiam Ias. *in auth. nouissima, C. de inoffi. testa.* vbi expressè monet ponderanda esse in hac quæstione verba statuti, An scilic. referant se ad delictum, an verò ad condemnationem. Primo enim casu legitima consideratur, secundùm tempus delicti; secundo verò casu, secundùm tempus condemnationis.

188 ¶ Sed aduerte, † quòd prædicta procedunt, quando patris patrimonium est auctũ illo medio tempore inter delictum & condemnationem, quia tunc modò inspicitur tempus delicti, & modò tempus condẽnationis, secundùm suprà positam distinctionẽ. Sed quid si in casu, in quo legitima est cõmensuranda secundũ tempus condemnationis, patrimoniũ sit diminutum; an ista diminutio cedat damno fisci: an verò possit fiscus dicere, *Volo legitimam secund. tẽpus delicti, & non secund. tempus condemnationis*? Dic quòd diminutio cedit dãno fisci, nec potest fiscus tempus delicti eligere, vbi de iure est inspiciendũ tempus condẽnationis, dummodo diminutio patrimonij non euenerit ex dolo, vel lata culpa ipsius patris, vt per Nell. *de bannit. d. 1. par. 2. temp. d. q. 35. prope fin. ver. secundo casu*, vbi etiam pulchre ponit, quando patrimonij diminutio dicatur euenisse culpa & dolo patris, & quando non, vide ibi per eum, quia magistraliter loquitur more suo.

¶ Limita VII. prædictam tertiam ampliationem, de qua *sup. n.* 160. vt licèt valeat statutum volens patrem teneri pro delicto filij, ac pro eo soluere pœnam: illud tamen intelligitur de filio legitimo, & naturali: non autem de spurio, secũdùm Io. And. Ro. Aret. Imo. Cast. ac plures alios *in loc. relatis* per Honde. *cons. 95. n. 58. & per totũ consiliũ in discursu.* vbi in specie latissimè probat constitutiones, & statuta volentia in statu ecclesiastico patrem teneri soluere legitimam pro filio delinquente, non extendenda ad filium spurium, cui vigore statuti Perusini loco alimentorum debetur vncia hæreditatis paternæ mortuo patre.

¶ Limita VIII. Eandem tertiam ampliationẽ non procedere in filiis adoptiuis, & arrogatis, pro quibus patrem nõ censeri astrictum à constitutione Sixti IV. ad soluendum pro ipsis delinquentibus legitimam, consuluerunt Tho. Non. *cons.* 100. Marc. Ant. Eug. *cons. 49. lib. 1.* & Honded. *cons. 95. num. 114. & seqq.*

¶ Svblimita I. †Propositam primam principalẽ regulæ limitationem, de qua *suprà, n.* 150. volentem valere statutũ puniens vnũ pro delicto alterius, vt procedat respectu pœnę pecuniariæ: secus respectu pœnæ corporalis: in pecuniariis enim pœnis posse vigore statuti vnum pro delicto alterius plecti, etiã quòd is qui puniendus est, nihil verè, aut præsũptiuè commiserit, dixerunt Bar. *in l. iure prouisum*, & Alex. *in addit. C. de fabricen. lib.* 11. Bar. Bal. & Ang. *in l. sanctimus, C. de pœnis*, idẽ Bar. *in l. nequid, ff. de incẽ. rui. & naufr. & in tr. repres. in q. 4. p. 1.* Bal. *in l. obseruare, §. proficisci, col. 1. & 2. ff. de offic. procõs. & lega. & in l. 1. C. ne fil. pro patre. & in rub. C. res inter alios acta.* vbi etiã Sali. Ang. *cons. 63. n. 4.* Ias. *in l. de quib. n. 56. & seqq. vsque ad num. 61.* vbi latissimè, & ibid. Bal. *co. 3.* vbi septẽ fundamẽtis hãc cõprobat conclusionẽ *ff. de leg.* idẽ Bal. *in l. si quis in suo, §. 1. nu. 3.* & ibi etiã Ias. *C. de inoffi. test.* idẽ Ias *in §. actiones, nu. 67. & seq. Inst. de actio.* Alex. *in l. sepe, n. 10. ff. de re ind.* Dec. *cons. 64. n. 3. & 4. & cons. 525. n. 3. & 4.* Luc. de Pẽna *in l. 1. in verbo, cõuenit*, & ibi etiã Bar. *C. de omni agro deserto, li. 11.* Io. de Plat. *in rub. C. de decret. decurio. super immunit. quibus d. cõced. ver. quid autẽ, li. 10.* Mar. *sing. 362. inci. statutũ volẽs, & in l. infans, n. 16. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Crot. *cõs. 6. n. 6. & seqq. ad n. 17.* vbi respõdet cõtrariis. Alber *in 1. p. stat. q. 47. n. 8.* Hier. Magõ. *dec. Lucen. 27. n. 2. & 31. p.* Viu. *in comm. opi. verbo, statutum disponens, quòd pater teneatur soluere, ver. limitatur dictũ statutũ, &c.* de cõmuni* testati sunt Anã. *in c. 2. de delict. puero.* Feli. *in c. cognoscentes, n. 2.* & ibi etiã Berous, *n. 18. extr. de const.* Ias. *in auth. nouissima, col. 3. C. de inoff. testa.* Couar. *var. resol. li. 2. c. 8. nu. 7.* Clar. *in pra. §. fi. q. 86. ver. & hæc quidem omnia*, Osas. *dec. Pedẽ. 88. n. 18.* [Marc. Ant. Eug. *d. cons. 69. n. 2. & seqq.*] † At quòd vnus possit pro alterius culpa, & delicto corporaliter puniri, omnes fere prædicti Doctores cõmuniter* iure permissum esse negãt, dicit Aug. ad Ang. *de male. in verbo, dictũ Semproniũ, sub n. 16. in medio*, se nunquã vidisse aliquã legẽ ita iniquã, quæ diceret, quòd quis pro delicto alterius corporaliter puniretur, & propterea statutum hoc volens, esset iniquum, & minimè seruandum, per rationes adductas à Bal. *in d. rubr. C. res inter alios acta.* & Fel. *in d. c. cognoscentes, nu. 2. ext. de constit.* & dicit, quòd non solùm non valet statutum, sed nec etiã consuetudo, quòd vnus teneatur pro delicto alterius corporaliter, quicquid in contrarium dixerit gl. *in c. nemo, in verbo, supplicium, 23. q. 5. &c.* quibus etiam sic declarantem addo Ant. Gabriel. *tit. de iure quæsito non tollen. concl. 2. n. 19. li. 3.* quem in proposito refert, & sequitur Flam. Cartar. post hæc scripta visus, *in tra. de excq. sent. capto bãnito, in præfatione, n. 71.* vbi pariter testatur de cõmuni* opinione.

¶ Sed quid iuris in crimine læsæ maiestatis, † An valeat statutũ, seu constitutio, quòd vnus puniatur corporaliter pro delicto alterius. Vide Ang. *de malef. in verb. dictum Sempronium*, & ibi Aug. *in addit. nu. 16.* Gig. *de crim. læsæ maiestat. lib. 3. in tit. de pluribus & var. q. 4. per totam*, vbi declarat.

¶ Et † an in eodẽ crimine læsæ maiestatis seu alio delicto, valeat pariter statutum, seu constitutio irrogans pœnam infamiæ pro delicto alterius, vide eundem Aug. ad Ang. *de malefi. d. verbo, dictum Sempronium, sub nu. 15. & sub n. 16.* Couar. *vari. resol. lib. 2. c. 8. post n. 7.* vbi quòd sic, argumento tex. *in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest.* & in specie notant Alex. Fel. Dec. & Soc. *in locis ibi per eum allegatis*, quicquid in contrarium dixerit Bal. *in d. rub. C. res inter alios acta*, sed meliùs, iudicio meo, locutus fuit Clar. *in pract. §. fi. dict. q. 86. sub versi. Et hæc quidem omnia.* vbi dixit, quòd hæc Didaci opinio, & conclusio est durissima, cùm apud bonos viros honor & vita æquiparentur, & propterea potest solùm tolerari in crimine læsæ maiestatis, propter eius immanitatem, sicut loquitur tex. *in d. l. quisquis.* at secus in aliis criminibus.

¶ Svblimita II. Dictam primã principalẽ limitationem † procedere, dũmodo is, qui vigore statuti puniendus est pro delicto

delicto alterius,sit in aliqua culpa,vel negligentia:secùs si in nulla sit culpa,seu negligentia ; quia tunc statutum non habet locum,vt per Aret.*consil.87.col.fin.vers.praterea posito*, quę refert Aym.*cons.3.n.16.*& Aymonem , & Aretinum pariter refert Osasc.*dec.Pedem.88.n.5.& 6.* vbi ampliùs,quòd cùm hæc qualitas culpæ,seu negligentiæ sit tacitè requisita à statuto , ideò in primis , & ante omnia probari debet,per ea, quæ in simi ib.terminis dixit Dec.*in cons.64.col.3.circa med.* Addo pro eadem sublimitat. Plot.*de in lit.iuran.§.53.n.10.* quem refert,& sequitur D.Hier.Magon. *d. decis.Lucens.27. n.8.prima part.*& faciunt *infrà* tradita,*n.201.202.& 203.*

194 ¶ Sed quidquid præfati Doct.dicant, † præsens sublimitatio non est vera,nec vllo pacto tenenda:si enim vera esset, * destrueretur communis* conclusio suprà firmata *in proposita prima limit.n.154.* quòd scilicet ex sola causa absque culpa potest quis pro alterius delicto,tam diuino,quàm humano iudicio puniri,& propterea solam causam sine culpa sufficere ad validitatem statuti punientis vnum pro delicto alterius,post Bald.& Ang.*in l.sancimus,C.de pœn.* Alex.ad Bar. *in l.iure prouisum,C.de fabric. lib. 11.* & Ias.*in l.si quis in suo,§. 1.n.3.C.de inof.test.*tradit expressè Osasc. *d. dec.Ped.88.n.25.* quidquid in contrarium dixerint Aret.& Aym.*in locis prac.*

¶ Svblimita III. Eandem primam limitat: sic vt suprà
195 ampliatam, † vt licèt præfatũ statutũ,volens vnũ teneri pro delicto alterius , ac præcipuè patrem pro filio delinquente, quatenus est in legitima,ex causa factũ valeat;nihilominùs, quia negari non potest,quin in se sit odiosum,ideò strictissimè interpretandũ est,arg.text.*in c.odia,de reg.iur.in 6.in l.verò,ff de legib.* & in specie notant Salic. & alij *in l. quisquis,C. ad l.Iul.maiest.* Ang.*in l.sancimus , C.de pœn.* quem refert , & sequitur plurib. in proposito cumulatis per Barb. *cons. 66.n. 1.& 2.inter cõs.*Calcan.Ias.*in l.de quib.n.57.circa fin.ff.de legib. & in l.si quis in suo,§.legis,ver.5.facit , C.de inof.test.* Dec.*cons. 38.circa fin.& cons.54.col.4.* Alb.*in 1.par.stat.q.52.* Crot. *in l. omnes populi,col.35.ff. de iust. & iur.* Rol.*cons.74.n.6.& seqq. vol.3.* D. Men.*cons.99.n.119. & seq.lib.1.* prout illũ refert,& sequitur Bonac.*in suis q.cr.verb.vnus pro alio,pag. mihi 209.* D. Hier. Mag. *d. decis.Lucens.27. n.1.& 8.par.1.* Thob.Non. præcept.meus,*d.cons.94.n.11.vers.2. respondetur,& cons.95. sub n.2.vers.iũ etiã quia,&c.n.6.&* 10.vbi testatur de cõmuni
* * opinione,Iul.Scarlat.*cons.cr.diuer.113.n.6.& seq.tom.1.* idẽ Men.*cons.53.n.9.& seq.lib.1.* Vulpel.*cons.100.in prin.* Cephal. *cons.577.n.14.lib.4.* Add. ad Const.Mar.*c.18.lib.4.in 2.glos.* Osas.*dec.Ped.88.n.4.5.& 10.* vbi etiã, quòd cùm hoc statutũ non solùm sit pœnale,sed etiam iuris cõmunis correctoriũ, & contra iuris regulas,quod & idẽ voluit [Marc. Ant.Eug.
196 *d.cons.69. n.28.& seq.*] † Ideò semper intelligi debet,& interpretandũ est,vt quantò minùs fieri potest,dictũ ius commune corrigat,& satis est,quòd in aliquo operetur, ad trad. per gl. *in c. cùm dilectus,in verb.iuri cõmuni,ext.de consuet.* cũ aliis ibi per Osascum cumulatis *d.n.10* [& per Doct. omnes prælegatos.] Addo & Io.Pet.Sur. post huius libri secundã impressionẽ ad manus meas peruentũ *in decis.Mant.167.n. 14.in fin.& seqq.* vbi in specie loquens de statuto volẽte patrem teneri pro delicto filij , quatenus est in legitima,dixit, illud esse contra ius cõmune rigorosũ , exorbitãs, & odiosũ, ac propterea,vt minùs lædas ius cõmune,quàm fieri potest, restringendum,& interpretandum,& ibi plurib. hanc conclusionem exornat,quod & idem repetiit *in dec.314. num.7.* Addo & rursus ad prædicta Honded.*in cons.95.per tot.in discursu,* vbi multa reperies circa interpretationẽ,extẽsionẽ,seu restitutionẽ statuti,& constitutionis volentis patrem teneri soluere legitimã fisco pro filio delinquente. Et præsertim *n. 17.& seqq.& n.41.& seqq.iuncto n.110. in fin.* optimè probat statuta prædicta esse contra ius naturale,diuinũ,& canonicum.Et ob id reputari rigorosa,odiosa , iniqua, ac etiam tyrannica, & consequenter strictissimè interpretanda:& quãtum fieri potest ad terminos iuris reducenda , pluribúsque in id relatis concordantibus testatur de communi Doctorum opinione,quam omnino sequendam existimat.

¶ Limita II.Propositam principalem huius quæstionis
197 regulam,† de qua suprà,*num.primo*,volentem neminem fore puniendum pro alterius delicto (& hæc limitatio venit illatiuè ex præcedenti prima limitatione,de qua *suprà,n.150.*) vt,sicut statuto fieri potest, vt vnus pro altero puniatur , vt *in d.nu.150.*ita etiam,& eadem ratione fieri potest,vt communitas,ciuitas, vel villa teneatur de damno dato,furto,seu rapina commisso in eius territorio , & propterea talia statuta,& constitutiones valere, imò & æqua esse dixit Bal. *in l.si quis non dicam rapere , sub n.17. C.de Episcop.& cleri. per l.ne quid,§.facinora,ff. de incend.ruin. & naufrag.*[Calcan. *cons.trigesimonono,& cons.sexagesimotertio.*Gram.*cons.22.in crim.*Cæpol.*cons.18.pariter in criminalibus*,Paris.*cons.158.n.17.lib.4.* Tiraquell.*de pœn.temporan.causa 23.n.11.&*]passim ac communiter*admittunt Doctores infrà allegandi.[Et in propo- *
sito multa Italiæ statuta refert Menoch. post huius libri impressionem habitus , *in tract.de præsumpt.lib.5.præsumpt.31. num.19.& 20.*]

¶Et † in Vrbe ac statu ecclesiastico habemus in proposito 198
post alias renouatas Bullas,& constitutiones, duas præcipuè Bullas sanctissimæ memoriæ illius sanctissimi Pontificiis Pij V. quarum vna emanauit sub datum Romæ apud sanctum Petrum,anno Incarnationis Dominicæ 1566.Iulij,5. nonas, anno primo Pontificatus,sub rub.*contra homicidas, bannitos, & alios facinorosos , prope finem.* Alia verò sub die octaua Iulij eiusdem anni 1566. pariter eiusdem Pontificatus anno primo,sub rub.*confirmatio literarũ Iulij II.& Leonis X.contra dominos locorum , & communitates non custodientes eorum territoria,&c.*quibus cõstitutionibus expressè cauetur,quòd omnes barones,domicelli, & vniuersitates castrorum eorundẽ, ac ciuitates,& cæteræ terræ,& oppida S.R.E.mediatè & immediatè subiecti ,subiectæ & subiecta, eorum terras,villas, oppida,& territoria quæcũque à latronibus, sicariis,furibus, & aliis delinquẽtib.custodire,secura,& libera facere, dictósque sicarios,bannitos, & delinquentes in eorum ciuitatibus, terris,castris,& locis commorantes, seu transeuntes capere, etiam populum campana pulsata coadunando , eósque sic captos ad carcerẽ conducere,& curiæ consignare teneantur. Quòd si homicidæ,sicarij, banniti, fures, latrones, ac delinquentes prædicti cuiquam damna aliqua intulerint,ipsísque damnis taliter illatis à ciuitatum communitatibus, ac terrarum,castrorum,& locorum huiusmodi vniuersitatibus capti & deprehensi non fuerint , sed taliter delinquentes impunè euaserint:cõmunitates ,& v niuersitates huiusmodi,non solùm ad damnorum quorumcunque sic illatorum parti læsæ damnáque patienti , eorúmque hæredibus plenariam satisfactionem,& restitutionem omnino teneantur,sed etiam ad tantumdem , quantum damna illata huiusmodi æstimata fuerint,Cameræ Apostolicæ realiter & cum effectu persoluendum omnino sint astricti.

¶Amplia I.Hanc secundam principalem limitationem 199
† procedere , etiam quòd damnum datum sit in confinibus duarum villarum,seu ciuitatum. Adhuc enim vtraque villa, seu ciuitas tenetur, secundùm communem*Doctorum opi- *
nionem,de qua post Alb.& Affli.quos allegat,testatur Clar. *in pra.§.fin.qu.82.Statutum primum circa damna data,ver.sed quid si damnum datum,&c.* vbi tamẽ quòd vnica solutio sufficiet. Et cum hac communi ampliatione concordat Bulla Pij V.de qua suprà , expressè volens , quod si derobatio, seu furtum commissum fuerit in cõfinibus diuersorũ territoriũ,diuersarum communitatum,seu dominiorum, vel iuxta huiusmodi confines ; derobatus agere possit ad recuperationem rerum sibi ablatarum contra quemlibet dominum territoriorum prædictorum,aut cõmunitatum, quem elegerit, valeátque ab actione , quam ipse derobatus intentauerit, discedere , si ei placuerit, & contra alium agere licitè possit (cùm domini confinium prædictorum illos non custodiendo in præmissis , culpa non careant) reseruato tamen soluenti iure agendi contra conterminos.

¶ Amplia II.Vt licèt, † quando vniuersitas collectatur, 200
& punitur propter delictum à suis ciuibus commissum,non debeant de iure , & secundùm communem , * & æquiorem *
opinionem collectari , & puniri absentes , & innocentes, vt suprà dixi, *nu.119.* Et ex hac ratione inferri etiam potest ad propositam limitationem , quòd stante statuto, quòd villa, seu communitas teneatur pro damno dato in eius territorio,non possint per hoc cõdemnari absentes, infirmi, senes, ac infantes,vt per Cæpol.*cons. crim.19. n.17.* Bonacosa,qui concordan.allegat *in suis quæst.criminalib.verbo,villa,versi.ex forma statuti,pag.mihi 207. & verb. de dãnis & incendio cùm*

dato,

datis, versi. itẽ limitatur hoc statutũ, pag. 58. in fi. & pag. 59. ver. an dominus pro incendio, vbi allegat etiam Men. *in cons.* 101. *n.* 43. *vol.* 1. & per Mar. *de bann. in verb. villa, n.* 27. & 28. vbi in specie de infirmis, viduis, pupillis, & aliis miserabilibus personis [& per eundem Menoc. *in tract. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 31. *n.* 25. qui post huius libri impressionem in lucem venit.] tamen quicquid sit de iure, de facto contrarium seruatur, quia etiam absentes tempore maleficij tenentur, vt testatur Alb. *in* 2. *par. statut. q.* 83. sequitur Clar. *dict. quæst.* 82. *statutum primum. versic. item quæro nunquid absentes.*

¶ SVBLIMITA I. Dictam secũdam principalem limitationem, † vt non procedat, quando villa, vel communitas non 201 est in aliqua culpa in illatione damni facti in eius territorio: talia enim statuta, & decreta fore semper intelligenda, & restringi debere, quando aliqua culpa, seu negligentia potest ipsi communitati, seu villæ imputari; aliàs secus: tradit post Aret. & Aymonẽ, quos allegat, Osasc. *d. decis. Ped.* 88. *n.* 5. & 202 *segq. & decis.* 138. *n.* 24. † vbi ex hoc infert, quòd villa non tenetur ad emendationẽ damni illati in suo territorio, nisi fuerit sciens damni inferendi, & illud prohibere potuerit; aliàs secus, ex Bar. *in l. ne quid, n.* 2. *ff. de incen. ruin. & naufrag. & in* * *l.* 1. *ff. arbor. furt. cæsa.* cuius doctrinã cõmuniter * approbatam dixit Abb. *in c.* 1. *n.* 8. *de rest. spoliat.* Gram. *decis.* 47. *in princ.* & idẽ etiã tradidit post alios, quos allegat, Marsi. *in tract. de bãnit. in verbo, villa, n.* 7. 8. & 11. tenetur enim isto casu villa pro delicto alterius, nõ alia ratione, nisi quia est negligens in custodiẽdo suũ territorium, vt post eund. Aret. & Marsi. quos allegat, cõsiderat Boss. *tit. de captura, sub n.* 42. quæ quidẽ negligentia prorsus cessat in ignorãte, qui nec contemnere, nec negligere dicitur, *l. si ignorãs, ff. loc. l. ex maleficiis, §. lõgius, ff. de act. & oblig. cùm similib.* & ideo cessante negligentia, quæ fuit causa statuti, debet eiusdem statuti pœna cessare, præsertim quãdo cõcurrit impotentia resistẽdi, & prohibendi: cũ ad im- 203 possibile nemo teneatur. † Et propterea quòd villa, seu communitas non teneatur ad emendationem damni illati, cum gentiũ multitudine, cui resistere & reparare eadem communitas, seu villa non poterat, post Bart. Bald. & Angel. *in l.* 1. *§. occisorum, ff. ad Syll.* dixit idẽ Osasc. *d. decis. Pedem.* 178. *n.* 34. Nec dissentit Boss. *d. tit. de captur. reo. n.* 42. & faciunt ad hanc sublimitationẽ quod sup. generaliter traditur, *n.* 193. & 195. *& seq.* vbi dixi, statuta, quòd vnus teneatur pro delicto alterius tanquam odiosa, fore semper restringenda; vt minùs lædat ius cõmune, quàm sit possibile. Et in specie hoc nostrũ statutum, quòd villa teneatur ad emendationem damni dati in eius territorio, esse odiosum & stricte pariter intelligendum, tradit Calc. *cons.* 63. *n.* 12. Menoc. *cons.* 27. *n.* 55. *vol.* 1.

¶ LIMITANDO Hanc primã sublimitationem aduerte, 204 † quòd si ea vera sit ita simpliciter intellecta, prout loquitur, destrueret certè in totum propositam limitationem: quia si villa, seu communitas non teneretur de damno dato in eius territorio, nisi quando sciebat illud fore committendum, secus si ignorabat: nunquam certè daretur casus, in quo villa posset cõueniri vigore huius statuti; cùm ferè semper furta, & rapinæ à furibus & latronibus in via clàm, secretè, & ab omnibus ignorantibus committantur: & si è contrà daremus in eadem communitate, seu villa, scientiam futuræ rapinæ & derobationis, & illi valens obuiare non obuiasset: non solùm 205 teneretur ad emendationem damni, † sed etiam non careret scrupulo occulti tractatus, & participationis, argumẽto eorũ quæ scripsit Cart. *in pract. in tract. de indi. §. decimumoctauum indicium est, &c.* Rota *in antiquis. tit. de offi. vicarij, decis.* 6. *aliàs* 432. *incip. Nota, vtrùm Episcop.* & cũ villæ, seu cõmunitates teneantur vigore huius statuti custodire eorũ territoria, illáque tuta & secura reddere ab istis furibus, & latronib. satis dicũtur in culpa sequutis huiusmodi rapinis, & derobationibus: quia si bene sua territoria custodissẽt tales fures, ibi talia nõ cõmisissent, vt nouissimè post hæc scripta, & post Vulp. quẽ allegat, *in cons.* 90. *n.* 2. & *seqq.* reperio scribentem Masc. *de prob. lib.* 3. *cõcl.* 1413. *n.* 21. *in fi. ver. si tamẽ appareret de cul-* 206 *pa, &c.* † ideo dicũtur in culpa nõ faciẽdo ea, quæ vigore statuti facere debebant, arg. tex. *in l. dolus*, vbi Bar. *in summario, & in l. si procurator*ẽ, *§. dolo, ff. mand.* cum aliis per Ceph. *cons.* 230. *num. quarto, & cons.* 265. *num.* 8. Nattã *consilio* 574. *n.* 11. *vol.* 3. Rol. *cõs.* 57. *n.* 7. & *seqq. vol.* 1. & propterea eo ipso quod huiusmodi furta, & latrocinia commissa reperiuntur, culpa abs que alio præsumitur à nostra Bulla Pij V. confirmationis literarum Iulij II. & Leonis X. de qua suprà *in illis* verbis: *Cùm domini confinium prædictorum illos non custodiendo in p. a- missis culpa non careant, &c.* & vbi constitutio præsumit culpam, non est vlteriùs quærendum, an in communitate, seu villa adsit culpa, nécne, provt in terminis cõsiderauit Osasc. *d. dec. Ped.* 88. *in fin. prin. & n.* 19. 23. & 27. *in fin.* vbi concordantes adducit. † Benè crederem, istã culpæ præsũptionem 207 recipere probationem in cõtrarium; & propterea, si cõmunitas, vel villa probaret, quòd furtum, seu rapina contingit nõ obstãte custodia, quã fecit in suo territorio, & quòd eadem villa seu cõmunitas non poterat resistere multitudini illorũ latronũ, & furũ, qui damnum dederunt in eius territorio, qui putà erant numero plures, quàm homines illius villæ, seu cõmunitatis: tunc certè cessante omni culpa & negligentia à statuto præsũpta, ob quam tenetur ad emendationẽ damni, cessare etiam debet ipsa emẽdatio; quia ad impossibile nemo tenetur. Et hoc modo poterit procedere præmissa sublimitatio: fingamus enim villã nõ habere quinque homines, qui sint patresfamiliâs: dãnum autem illatũ sit à multitudine personarũ: absurdũ certè erit dicere, quòd isto casu villa teneatur ad emendationẽ dicti damni, secundũ Bal. *in c.* 1. *in* 2. *col. ver. quæro, quot homines, ext. de ele.* provt illum refert Bonac. *in q. crim. de damn. & incend. clã datis, post prin. ver. item limita hoc statutũ, pag. mihi* 58. *à tergo.* At data possibilitate resistendi, si villa, seu communitas diligenter, seu territorium non custodierit: tunc eam teneri dubitandum non est, etiam quòd ignorauerit damnum inferendũ, ac etiam quòd in dicto damno culpam non habeat, quia satis dicitur in culpa non custodiendo per prædicta.

¶ SVBLIMITA II. Eandem secundam principalem limitationem, † vt non procedat in damnis illatis clàm, furtiuè, 208 & de nocte: ad quorum emendationem villam, seu communitatem minimè teneri vigore statuti dixerũt Bar. Bal. Ang. *in l.* 1. *§. occisor. ff. ad Syll.* Bald. *in l. si quis non dicam rapere, col.* 3. *in fin. C. de Episc. & cler.* Rom. *cons.* 7. *col.* 2. *vers. aduertendum tamẽ est*, Barb. *cons.* 66. *n.* 5. & *seqq. inter cons. Calcan.* Aret. *cõs.* 57. *col.* 2. *in fi.* Dec. *cõs.* 64. *col.* 3. *in prin.* id. Ang. *in l. serui vestri. per illum tex. C. de noxal.* idẽ Barb. *cõs.* 17. *col.* 4. *in* 2. *dubio, li.* 2. Osasc. *dec. Pede.* 88. *n.* 11. & *dec.* 138. *n.* 24. & 34. Mar. *in tra. de bannit. in verb. villa, n.* 10. & *n.* 23. nec dissentit Boss. *d. tit. de captura, n.* 42. Bertaz. *cõs.* 45. *li.* 1. quẽ & alios in proposito refert, & sequit. Mas. *d. cõcl.* 1413. *n.* 21. *de prob. l.* 2. [Men. *de pr. l.* 5. *præs.* 31. *n.* 26. quẽ post hæc impressa præ manib. habui.]

¶ LIMITA Hanc † secundam sublimitationem duobus 209 modis, vt per eund. Osasc. *d. dec. Ped.* 88. *n.* 32. & 33. Primò, vt non habeat locum, † quando statutum vlteriùs procede- 210 ret, præsumendo damna illata ab illis de villa, seu cõmunitate. Secũdò, vt pariter non procedat, quando statutum, seu constitutio vteretur verbis vniuersalibus, putà dicẽdo, *Aliqua, & quæuis damna*, vel simili modo, provt in nostra Bulla Pij V. contra homicidas, bannitos, & alios facinorosos, *in fi. in illis verb. Præter hoc, quòd ad damnorũ quorũcũque sic illatorum, &c.* Tunc enim damna sic vniuersali signo adiecta in quolibet damno etiam minimo, & quocunque tempore illato verificantur ad latè tradita per Tir. *in rep. l. si vnquam, in ver. omnia, vel partem aliquam, n.* 14. & *seqq. C. de reuoc. donat.* & in proposito per Natt. *in cons.* 525. *n.* 6. & *seqq. lib.* 3.

¶ SVBLIMITA III. Vt † eadem secunda principalis limi- 211 tatio non procedat, nisi in subsidium, quando scilicet ignoratur, quis damnũ intulit; vel si scitur, non sit soluendo: tunc enim villa, seu communitas tenetur ad emẽdationem damni vigore supradicti statuti: vnde secus si damnum dantes non ignorẽtur, & sint soluendo; quia tunc statutũ non habet locũ, secun. Ang. *in §. quoniã verò, n.* 3. *in Auth. vt nulli Iud. coll.* 9. vbi ita de consuetudine seruari per Thusciam testatur, & Ang. refert Calcan. *cons.* 63. *post n.* 4. *ver. & eod. modo*, Rol. de Curte *inter eadem cons. Calcanei, cons.* 64. quod est subscriptio præcedentis consilij, in vltimis verbis, Barb. *inter ead. cons. cons.* 65. *n.* 6. Osasc. *dec. Pede.* 88. *n.* 31. Bonacos. *in q. cri. de dam. & incen. clàm datis, in prin. ver. hoc statutũ etenim habet locum, p.* 18. *à tergo, & iterũ in p.* 207. *verb. villa, in fi.* quib. in locis ad idẽ etiã allegat Step. de Fed. *in tra. de interpr. iur. part.* 2. *sub n.* 36. Mod. *in tra. de iure, & equitate, tit.* 14. *to.* 17. Cl. Battãdier. *in regula cri.* 102. [Men. *de præs. lib.* 5. *d. præs. p.* 31. *n.* 23. & 24.]

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

212 Et isto†casu si statutum expressè dixerit,quòd malefactore non inuento,villa teneatur de damno dato , & maleficio commisso in eius territorio,is qui dixerit malefactorem non inueniri,tenetur hanc negatiuam probare ; quia est fundamentum suæ intentionis,vt in specie scripsit Corn.*cons.*123. *vol.*2.*litera M*,Alex.*cons.*47.*n.*2.*vol.*6. Ay.*cons.*12.*lib.*1.*in fi.* plutib.comprobat D.Ioseph.Masc.*in suo tr.de probat.vol.*2.*cõcl.* 1001.*n.*1.*& seqq.*nec dissentit Bonac.*vbi suprà*, *d.pag.* 58.*à tergo,ver.& si statutum,& ver.debet probari* , vbi etiam docet, quid iuris si statutum dicat,*Villa teneatur,&c.*si legitimè non cõstiterit de malefactore.Quomodo autè in proposito intelligitur illud verbum, *legitime*, videas ibi per eum remissiuè.

213 ¶ Sed de hac sublimitatione†ego multùm dubito, & in practica apud nos minimè reciperetur, stante generalitate rationis cõsideratæ in Bullis summorum Pontificũ, de quib. sup.vt scilicet euntes,& redeuntes ad Vrbẽ,ac cæteras terras S.R.E. securè & liberè sine incursione,offensione, & inuasione latronum,furum,ac sicariorum,& aliorum malè viuentium stare,ire & redire possint.Quæ ratio semper militat,etiam quòd malefactores non ignorẽtur, ac etiam quòd sint soluendo. Et propterea stante identitate rationis, cùm simpliciter loquantur;simpliciter etiam intelligi debent.& ita etiam videtur de mente Iulij Clar.*in pr.§.fi.q.*82.*stat.pr. circa damna data,in fi.pr.*vbi dixit,quòd doctrina Ang.*in d.§. quoniam verò,in Auth.vt nulli Iud.*intelligenda est, iuxta declarationem Calcanei,Rol.de Curte *in consiliis præcitatis*, vt scilicet procedat,secundùm dispositionem iuris communis. Sed vbi extat statutum,illuc seruãdum est.Bene fateor, prędictam Angeli decisionem habere locum, quando statutum expressè dixerit , quòd villa, seu communitas teneatur ad emendationem damni, malefactore non inuento : tunc enim si malefactor inuenitur , cessat statutum , & hoc non habet dubium,quia verba statuti sunt clara & restricta : at si statutũ simpliciter loquatur,simpliciter etiã intelligi debet, vt habeat locum etiam malefactore inuento & existente soluendo,stante præsertim,vt dixi,identitate rationis.

214 †¶ Sed si villa,aut communitas damni emendationem damnum passo præstiterit, malefactore inuento , habet pro releuatione indemnitatis contra ipsum regressum, & actionem etiam absque vlla cessione iurium facta ab eo , cui emendatum est damnum,*l.si fullo,ff.de condic.sine cau.* Alb.*in tr.stat.*2.*par.q.*7.*& aliis locis citatis* per Bonacoss.*vbi sup.pag.* 59.*à tergo in discursu,per totam.* & hoc pariter non habet dubium , quia nemo debet cum alterius iactura , delinquendo præsertim,locupletari.

215 ¶Svblimita IV.Vt dicta†secunda principalis limitatio procedat,& habeat locum,dummodo de damno dato,ac de rebus furto subtractis aliter constet,quàm per iuramen-
216 tum damnũ passi.†Licèt enim regulariter furto probato deferatur iuramentum super quantitate rerum subtractarũ illarum domino,cui dictæ res subtractæ asseruntur,ad Bart.*in l.actione,n.*1.*ff.de fur.& l.quidam tabularum,ff.eod.& in l.si ex argentariis,§.an verò nec hæredi,post n.*1.*ff. de eden. & in l. nequid,n.*3.*vers.quæro tunc,quando agitur , ff. de incend. ruina & naufra.& in l.*1.*post n.*4.*ff.fur.aduer.nau.caup.& stab.& in l.in actionibus,n.*23.& ibi etiam Rom. *n.*24.*ff.de in lit. iuran.*Bal. *in rub.C.depositi.in prin.ver si verò apparet.* Paul.de Cast.*in l.si creditor,ff.de pigno.actio.*Gram.*cons.*17.*conditoris machinæ, n.*2. Grat.*cons.*95.*n.*7.*vol.*2.Paris.*cons.*74.*n.*5.*& seq.lib.*1.Marsi.*in* * *rub.de prob.n.*146.*vers. item iuramentum.* de communi*testãtur Plot.*in l si quando,n.*399.*C.vnde vi,*secundùm antiquam impressionem.Cagnol.*in l.*1.*n.*130.*C.de sent.quæ pro eo , quod inter.* Anch.Regien.*q.*61.*n.*11.1.*par.*quos & alios plures refert,& sequitur,& bene materiã explicat D. Ioseph. Masc. *in suo tract.de prob.lib.*2.*concl.*832.*n.*1.*& seqq.*quia tamẽ isto casu villa,seu communitas tenetur ad emendationẽ damni non ex suo delicto,siue dolo,sed ex alieno,& sic conuenitur ex quasi delicto:non stabitur vllo pacto iuramento eius, qui furtum passus est super æstimatione rerum subtractarum,ad tex.*in l.ex malef.§.tutelæ.*& ibi gl.*super verb.non ex malef.& in §.is quoque,il secondo,ff.de actio.& oblig.*Datur enim iuramẽtũ istud super æstimatione rerum furto subtractarum , non solùm ob difficultatem probationis,sed etiam in odium delinquentis:quod quidem odium cùm cesset in villa seu cõmunitate;quia non ipsa deliquit, sed alius:ideirco cessare etiam debet delatio iuramẽti prædicti,secundũ Bar. *in d. l.si quando,n.*4.*C.vnde vi,& in d.l.nequid,n.*3.*vers.quæro nũc, ff. de incen.rui.& naufrag.* & propterea aliter, quàm per iuramentũ damnũ passi fore probãdam quantitatẽ & qualitatem rerũ, quæ furto subtractæ asseruntur,dixit etiã idem Bar. *in l.Diuus,ff.de re milit.*Ias. *in d.l.si quando,n.*36. *& seqq. C.vnde vi.* Plot.*ibi.n.*400.Phanuc.*de in litẽ iuran. in secundo mẽbro secũdæ partis principalis,n.*78.vbi multos allegat,Marsi.*in tract.de bann.in verbo,villa,n.*39.Paris.*d.cõs.*74.*n.*48.*vers.Nec prædictis habet obstare,vol.*1.Anch.Regiẽ.*d.q.*61.*n.*1.*par.*1.Dec.*cõs.* 410.*post n.*13.*vers.quartò principaliter,& c.*Affl.*in* 1.*par.const. regni,rub.*27.*post n.*54 Bertrã.*cons.*298.*in fine,lib.*8.quorũ plerique testãtur de cõmuni* Doctorũ opinione,sicut eos recẽ- * set Clar.*in pract.§.fi.d.q.*82.*statut.prim.circa damna data,ver. quæro,nũquid,*& D.Ioseph.Mas. *d.conc.*832.*n.*5.*li.*2. *& iterum cõc.*471.*n.*31.*& seq.lib.*1.vbi alios adducit cõcordãtes. *& cõc.* 934.*n.*17.*& n.*19.vbi etiã generaliter firmat, nũquã dari iuramentum in litem contra eum,qui tenetur ex dolo, vel delicto alterius : & ibi post alios plures , quos pariter adducit concordantes,testatur de communi * Doctorum sententia. *

¶ Ampliatio I.Hanc quartam sublimitationem,† vt etiam 217
si stet statutum,quòd de damno dato,ac de rebus furto subtractis,stetur iuramẽto damnum passi cõtra communitatẽ, seu villam,adhuc hoc statutũ intelligi debet, quoad quantitatem damni illati,ac valorẽ rerum subtractarũ,nõ quoad illationẽ ipsius damni,& furtum commissum, secũdùm Bart. *in l.Diuus,n.*3.*vers.itẽ sunt statuta,ff.de milita.tolam per l.cum exceptione,§.in hac,ff.quod met.cau.*Bal.*in l si quãdo,n.*2.*& seq. C.vnde vi,* vbi quòd plenè debet probari crimẽ damni illati, & non per iuramentum,sed supposito crimine, tunc per iuramentũ probatur damnũ,& interesse,Matth.de Affl.*in ti.de pace iuram.firman.§.illicitas,n.*4.Firma.*in repet.in verbo,damni illatio,n.*43.Plot.*in l.si quando,*§.49.*n.*4.*&* 5.Mar. *in tract. de bannit.in verbo,villa,n.*40.Boss.*in tit.de captura, n.* 45. sequitur nouissimè idẽ D.Ioseph.Masc.*d.cõcl.*471.*n.*24.*& seq. li.*1.& si aliter diceremus,esset in potestate cuiusq; dicere se derobatũ in nemore,& sylua, & ex solo suo iuramẽto agere contra cõmunitatem,seu villam:quod non est dicẽdum,nec præsumendum de mente statuentiũ, quia sic aperirent viam peierandi ac delinquendi.†Et regulare est,agentẽ ad rẽ fur- 218
to subtractã non audiri,nisi priùs probato furto cõmisso,ad gl.*in §.fi.§.fortuitò,*& ibi Aret.*n.* 2.*Instit. quib.mod.re contrah. oblig.* Bar. *in l.si quis ex argentariis, §. an nec hæredi,n.*4.*ff.de eden.*Alex.*in l.prætor ait,n.*5.vbi etiã Ias.*n.*11.*& seq.ff.eodem,* Bal. *consi.*476.*factum tale est,nu.*5. *vers.& in casu,quo dicat se perdidisse,vol.*1.Paris.*cons.*156.*vidi processum,n.*2.*& seq.vol.* 4. D. Octa.Vulpel.*in cons.*147. Andreas *n.*3.*&* 4.*vol.*1.cum aliis concordantibus cumulatis per eundem D.Masc.*in concluf.*829.*n.*1.*l.*2.faciunt quæ dixi *suprà in tit. de inquisit.q.*2.*n.* 14 Et vide omnino ad materiam declarantem,& disputantem Phanuc.*de in lit.iuran.par.*2.*c.*5.*n.*4.

¶ Ampliatio II. Eandem quartã sublimitationem,† vt pa- 219
riter stante statuto expressè dicente, quòd contra villã,seu communitatẽ credatur iuramento damnum passi super dãno illato;adhuc tamen contra tale iuramentum poterit admitti pro parte communitatis,seu villæ probatio in contrariũ,ad generaliter tradita per Ang. *in l.qui vas, in prin.ff.de furt.*Inn.*in c.fi.n.*4.*&* 5.*quod met.cau.*idem Ang.Imo.& Pau. de Cast.*in l.qui bona,§. qui damni,*& ibi etiam Rom.*n.* 1.*&* 2.Alex.*n.*17.*ff.de dãno infecto,* Ias. *in l.si quando, n.* 27.*&* 28. *C.vnde vi,& in l.fin.n.*4.*vers.si statutũ disponat,ff.de in lit.iurã.*idem Cast.Ias.Alex.& Soc. *in l.*2.*§.si absens,ff.si ex noxal. causa aga.*Marsi.*sing.*357.*extat,& in trac.de bãnit.verb.villa, n.*43.vbi plures adducit concordantes, cũ aliis in simili cumulatis per Tiraq.*de retract. cõsang.§.*4.*gl.*1.*n.*1.*&* 2.D.Menoc.*in* 15.*recuper.possess.remed.n.*357.latè etiã Roland.*consi.* 87.*per totũ,præsertim n.*11.*& seq.vol.*4.& de cõmuni * post * Aug.ad Ang.*de malef.in verb. Necnon & ad denunciat. n.*16. testatur Clar.*in pract §.fi.q.*82.*statutũ primũ circa dãna data, vers.quæro, nunquid,in fi.* prout etiam de communi testatur D.Ioseph. Mascard. *d.concl.*471.*n.*34.*& seqq.l.*1. vbi & ipse alios adducit concordantes.Et hanc ampliationem declarat duobus modis,de quibus videas ibi apud eum.

¶Limita I.Præcedentẽ† quartam sublimitationem vl- 220
tra duas alias limitationes positas per Marsi.*in d.tra.de bannit.*

*nit.eod.verbo,villa,n.44.& seq.*vt licèt isto casu contra communitatem,aut villam,furtum,& rerũ subtractarũ valor,& quantitas sit alio modo (per testes scilicet) quàm per iuramentum damnum passi probandum:quia tamen talia furta & damna,vt plurimùm committuntur, & inferuntur in locis abditis & secretis;putà in nemore, & alio simili loco,in quo non adest testium copia: idcirco propter difficultatem probationis poterit huiusmodi furtum & damnum probari per testes aliàs inhabiles, vtputà familiares & socios in itinere,aut alios similes, qui interũenire potuerũt;sicut sentit Bar.*in d.l.si quando,n.4.C.vnde vi*,Paris.*cons.74.nu.12.vol.1.*
* vbi testatur de cõmuni*opinione,prout illũ refert,& sequitur D.Ioseph.Mascar.*d.concl.832.n.9.lib.2.& iterũ in concl.831.n.35.*vbi plures adducit Doctores,generaliter volentes furtum posse probari per testes familiares, domesticos,aut
221 aliàs inhabiles. † Et quidem stante difficultate probationis, & quòd ex natura actus veritas aliter haberi nõ potest, quã per testes, qui interfuerunt,debet eorum testimonium recipi,qualecunqne sit,ad text.*in l.consensu, C. de repud. & in l. nõ omnes,§.à barbaris,ff.de re milit.* & est communis,*vt per Dec.*in cons.34.n.8.*Emanuel Suarez *in suo libello recep. seu litera T,n.131.*Ant.Gomez. *tit. de probat.delict.n.21.vers.item adde,tomo 3.suarum variar.resol.*Franc.Herc.*in tract.de negatiua,n.16.& 17.*& latiùs de hac re dicam infrà,Dei benignitate permittente, *in 2.lib.sub tit.de oppos.contra testes.*

222 ¶ Limita II.†Dictam quartam sublimitationem,quòd quidquid sit de iure,habemus nos Bullam Pij V.cõfirmationis literarum Iulij II.& Leonis X. de qua suprà,& quæ seruanda est in statu ecclesiastico sic expressè dicentem: *Quòd cũ huiusmodi furti delicta & derobationes fiant in syluis,nemoribus,latebris,& in locis occultis, & secretis:adeò quòd non constet sine maxima difficultate per ipsos spoliatos,& derobatos furta,& valor rerũ subtractarum,tunc stetur declarationi præsidentiũ & clericorũ Camera Apostolica,qui diligenter considerata qualitate personarũ spoliatarũ, & derobatarũ,exposita quãtitate furtorũ, & aliis circunstãtiis & cõiecturis, recepto iuramento ipsarũ personarum derobatarum,seu mercatorũ, quorũ bona ablata existebãt,super quibus præfatorũ præsidentiũ & clericorũ conscientia oneratur, furtũ & eius valorẽ declarare debeant.* Et sic vides, amice Lector,quòd licèt constitutio hæc prima facie videatur velle tam super furto,quàm super eius valore stari iuramento dãnum passi:rectiùs tamẽ illius verba inspiciẽdo, apparet,quòd hoc nõ voluit simpliciter, sed duobus cõcurrentibus.Primò scilicet, vt id suadeatur ex qualitate personarũ, quæ asseruntur derobatæ. Secundò,quòd pro furto concurrant aliquæ circunstantiæ,seu cõiecturæ, & de iis oneratur conscientia Præsidentium & clericorũ Cameræ Apostolicæ: qui propterea minimè huiusmodi iuramentũ deferẽt damnũ passo contra communitatẽ, seu villam,nisi dictis duobus requisitis concurrentibus, cum quibus etiã concordat iuris cõmunis dispositio:quia licèt,vt suprà dixi,*n.217.*non possit agi de furto ad restitutionem rerũ furto subtractarum, nisi constito priùs,quòd furtũ commissum sit: satis tamẽ de hoc constare dicitur, si cõstat per circunstantias & coniecturas, de quibus latè dixi *sup. in tit.de inquisitione,q.2.n.2.& seqq.*

223 ¶ Et licèt rursus†in aliquibus casibus de iure cõmuni,vel statutario standũ sit iuramento alicuius damnũ passi: id tamen semper intelligendũ est concurrente legalitate,& qualitate eius,cui iuramentum deferendũ est, quæ in id iudicẽ ad illud ei deferendũ inducat, aliàs secus,argu.text. *in l. non omnis,§.à barbaris,de re milit.* tradit Roma. *in l. damnum, la terza,ff.de damno infecto,*Fran.Curt.*in l.admonẽdi,n.201.ver. quod est notãdum pro statutis,ff. de iureiur.* Ang. *in l.popularis actio,ff.de popula.actio.*Bal.*in l.bonæ fidei,num.18.ver. venio ad quartam,C.de iureiur.*Boss.*in tit.de captura,n.47.* quorũ dicta optimè deducit D.Ioseph.Mascar.*dict.concl.471.n.29.& 30.* vbi propterea infert non esse credendum iuramento rustici damnũ passi asserẽtis sibi derobatos libros. Poterit igitur in hoc casu multùm iusti æquive Iudicis arbitrium, vt in specie etiam per Marsi.*in tract.de bannit.in verbo,villa,n.46.*

224 ¶ Svblimitari,&†declarari etiã potest proposita secunda principalis limitatio pluribus aliis modis, de quibus pro nũc remitto Lectorem ad allegatos per Bonacossam *in suis quæstionib.statutariis criminalib. litera D,sub rub. de dãno dato, per tot. in discursu*, vbi generaliter, *pag.52.& seqq.*& magis in specie *sub rub.de damnis & incen.clàm datis, pariter per totã,pag.58.& seq.*ipsum adeas,& Doctores remissiuè per eum allegatos inspicias, quia multa alia ibi ad materiam facientia,quàm quæ hîc scripsi,in occurrẽti casu ibidem reperies,prout & ante eum reperies etiã multò latiùs materiam hanc pertractatã apud Marsi.*in suo tra. de bannitis, in verbo, villa,per totũ,in discursu*; vbi etiã ponit, quid iuris si statutũ, seu villa mãdet quòd debeat capere malefactorẽ sub aliqua pœna; quando ad dictam pœnam eadem communitas, seu villa teneatur vigore prædicti statuti. Ibi plures reperies in proposito contingentes casus decisos,& de illis etiam videas latè tractantem Bos.*in tit.de captura reorum, n.42.& seq.*

ARGVMENTVM.

De pœna confiscationis bonorum.

SVMMARIVM.

Confiscatio bonorum hodie de iure nouissimo Authenticorum non habet locum:quia damnatorum bona non fisco,sed venientibus ab intestato reseruantur,num.1.tam ascendentibus & descendentib.quàm etiam transuersalibus, n.6.

Sententia,à qua non appellatur,etiam quòd iniusta sit,nocet non appellanti, n.2.

Sententia continens expressum iuris errorem, dicitur notoriè iniqua,& non transit in iudicatum,n.5.

Confiscatio bonorum imposita in sententia contra authenticã bona damnatorum,C.de bon.proscrip. *facit talem sententiam notoriè iniquam taliter, vt nunquam transeat in iudicatum, etiã quòd sit lata à Iudice habẽte liberum arbitrium,n.3.& 4.*

Confiscationis bonorum pœna iure antiquo imponebatur duobus modis.Primò generaliter,& in omni casu, in quo imponebatur pœna mortis,vel deportationis. Secundò specialiter, in nonnullis casibus, de quibus remissiuè n.7.

Confiscatio bonorum, quæ antiquitus permittebatur in quibusdã casibus specialibus, hodie non est sublata per authent. bona damnatorum, *sed tantùm est sublata confiscatio bonorum in casu, in quo illa imponebatur in consequentiam pœnæ mortis,n.7.& 8.Quod an verum sit,declara,vt in n.9.& 10.*

Confiscatio bonorum hodie non habet locum nisi in crimine hæresis,læsæ maiestatis,statuti vel consuetudinis illam imponentis, n.10.& de his vide etiam in seqq.versiculis.

Confiscantur bona in crimine læsæ maiestatis,n.11.

Hæretici bona confiscantur,n.12.

Hæretici bona confiscantur ipso iure, n.13.& seqq.vbi quòd licèt in fiscum ipso iure transeat dominium bonorum hæretici, non tamen transit eorum possessio.

Hæretici bona an confiscentur,si ante eorum publicationem hæreticus bono zelo ad fidem redierit,n.16.

Hæreticorum bona confiscata,ad quem dominum spectent, n.17.

Confiscatio bonorũ potest imponi à statuto,vel consuetudine,n.18.

Confiscatio bonorum potest imponi à præsidibus Prouinciarum, Gubernatoribus ciuitatum, seu aliis Iudicibus,sine Principis iussu, in casu aliàs à iure prohibito, n.19.

Cõfiscatio bonorum inducta à statuto,vel cõsuetudine, strictissimè interpretãda,& in dubio iudicandũ, vt nõ habeat locũ,n.21.

Confiscari non possunt bona prohibita alienari & fideicommisso subiecta, num.22.

Cõfiscari nõ possunt bona expressè per testatorẽ alienari prohibita ex causa delicti,n.23.& seqq.vbi respondetur ad cõtraria.

Confiscari non possunt bona prohibita alienari,quando testator in casu,quo hæres delinquat, ipsum delinquẽtem exhæredauit,& alios substituit,n.23.vsque ad n.28.quod maximè procedit, quando testamentum fuit confirmatum à Principe, n.29.vel quando testator expressè dixerit, se ita prohibere non causa fraudandi fiscũ,sed conseruandi bona sua in familia,n.30.& an valeat testatoris dispositio mandantis restitui bona hæredi delinquenti,seu bannito in casu restitutionis, & gratiæ,n.28.

Confiscari nõ possunt bona prohibita diuidi ad certũ tẽpus,n.31.

Confiscari non possunt bona prohibita alienari extra certum genus personarum,putà extra familiam, n.32.& seqq.

Fideicommissum inducitur per prohibitionem alienationis extra familiam adiecta causa, vt bona conseruentur in familia & agnatione,num.33.

Confiscari possunt bona fideicõmissaria durante vita delinquentis quoad vsumfructum,n.34. Declara, dũmodo fideicommissum sit factum sub conditione mortis: secus si fideicommissum sit inductum in causa alienationis.n.35. Itẽ declara in casu Bullæ Sixti V.contra bannitos,nu.39. in fi. Item declara, vt in seq. versi. Item declara duobus aliis modis,vt d.n.35. ad finem.

Confiscari non possunt bona fideicommissaria, etiam quoad vsumfructum durante vita delinquentis, quando concurrit expressa bonorum alienationis prohibitio,n.36. & seqq.

Iniuriam nemini facit,qui iure suo vtitur,n.35.

Prohibitio duplex, scilicet legis & hominis, plus operatur quàm simplex,num.35.

Fideicommissaria bona alienata, licèt non possint vendicari durante vita alienantis,n.38.hoc tamen fallit,quando concurrit expressa alienandi prohibitio,n.39.

Legitimæ grauamen aliquod apponi non potest per testatorem, & appositum reiicitur,n.40.

Prohibitus alienare simpliciter, non censetur prohibitus alienare vsque ad legitimam, n.41.

Trebellianica non potest prohiberi per testatorem etiam in filiis primi gradus,n.42.

Confiscari possunt bona fideicõmissaria pro concurrenti quantitate legitimæ & Trebellianica,n.40.& seqq.vbi plura de materia.

Legitima potest prohiberi à testatore ne alienetur vsque ad certum tempus,n.44.

Confiscari non possunt bona fideicommissaria,nec etiam quoad legitimam, quando testator prohibuit illius alienationem vsque ad certum tempus,n.44. & seqq.

Confiscari etiam possunt bona alienari prohibita,quando prohibitio est facta fauore prohibiti tantùm,nu.46. secus si fauore alterius principaliter, vel secundariò,n.47.

Confiscari possunt etiam bona prohibita alienari, quando prohibitio est inualida,n.48.

Confiscari possunt etiam bona fideicommissaria,quando fideicommissum est extinctum,n.49.

Emphyteosis ecclesiastica non transit ad extráneos hæredes, n.50.

Confiscari possunt omnia ea quæ transeunt ad extraneos hæredes; & è contra,quæ ad extraneos hæredes non transeunt, nec etiam transeunt in fiscum,n.51.

Confiscari non potest emphyteosis ecclesiastica,n.52.

Confiscari non potest emphyteosis ecclesiastica vigore decreti, seu constitutionis alicuius Principis secularis,n.53.

Confiscari potest emphyteosis ecclesiastica, quando vel ex consuetudine, vel ex Pontificis constitutione, est transitoria ad extraneos hæredes, num. 54. Sed contra, nu.55. & in omnẽ euentum admissa prima opinione, Ecclesia poterit à fisco infra biennium emphyteosim recuperare, n.56.Sed an hoc vltimum verum sit,vide ibi.versi.sed quod imò.

Confiscatur etiam emphyteosis ecclesiastica, si Iudex confiscans sit ecclesiasticus,n.57.

Confiscari semper potest emphyteosis ecclesiastica, siue etiam priuata durante vita emphyteotæ delinquentis, quoad fructus & commoditatem,n.58.

Cõfiscari potest emphyteosis priuati,quæ ad extran. hæredes trãsit, n.59.vnde secus,si nõ sit trãsitoria ad extraneos hæredes,n.60.

Emphyteosis ecclesiastica siue priuata, quando de sui natura, vel ex pacto & tenore inuestituræ,sit transitoria ad extraneos hæredes, nécne,n.61.

Confiscari non possunt bona feudalia, n.62.

Confiscatio bonorum non trahitur ad bona feudalia,n.63.

Feudalia bona non veniunt appellatione bonorum,n.64.

Sententia est stricti iuris; ideo strictè interpretanda,n.65.

Confiscari nõ possunt feuda ecclesiastica per Iudicẽ secularẽ,n.66.

Confiscari non possunt bona feudalia propter delictum primogeniti in præiudicium secundò geniti,n.67.

Confiscari non possunt bona feudalia, quoad commoditatem & vsumfructum durante vita feudatarij,& non vltra: sed quando hoc verum sit,vide n.68.69.& 70.

Feudatarius potest ad sui libitum,eius vita durante,commoditatem,& vsumfructum feudi distrahere,n.69.

Confiscari non potest feudum antiquum ex pacto & prouidentia, non transitorium ad hæredes extraneos,n.71.

Confiscari potest feudum nouum,& ad hæredes extraneos transitorium,n.71.versi.vnde secus.

Confiscari non potest feudum in præiudicium directi domini, sed in casu confiscationis illud reuertitur ad dominũ,quando feudũ est tale,quòd de eo vassallus disponere nõ potest,nisi cum licentia ipsius domini,nu.72. Sed quid si de feudo possit vassallus disponere etiam sine licentia domini, an isto casu applicetur fisco,vel ipsi domino:vide ibi.n.73.vbi distinguitur.

Confiscatio feudi,vbi nõ habet locũ,si feudũ est nouũ,& tale,quòd de eo possit feudatarius disponere etiã in præiudiciũ filiorum & agnatorum, tunc illud deuoluitur ad ipsum dominum, non autem ad agnatos indistinctè,sine offensa sit commissa in dominũ,siue non,n.74.& seqq.Si verò feudum sit antiquum,& tale, quòd vassallus nõ potest de eo disponere in præiudiciũ agnatorũ;tunc illud deuoluitur ad agnatos, nõ autẽ ad dominum,si offensa non respicit ipsum dominum,ibi. nu.76. & seq. & isto casu,an admittantur agnati infra quartum gradum;an verò solùm illi,qui sunt vltra quartum gradũ,ibi.n.80.& 81. Sed aduerte quòd hæc non procedunt in omni feudo antiquo, vt bene declaratur in n.87.& 88.Item aduerte,quòd dantur aliqui casus,in quibus offensa non respicit dominum, & tamen feudum domino applicatur,non autem agnatis,vt ibi,n.82.& seq.Sed si offensa respicit dominum,& tunc feudum siue sit nouum, siue antiquum, semper deuoluitur ad ipsum dominum, non ad agnatos. ibid.n.78.nisi ex tenore inuestituræ contrariũ suadeatur,n.93. Sed quando offensa dicatur respicere dominum,& quando non,vide ibi.n.90.91.& seqq.

Filij priuantur feudo propter delictum patris,quando feudum est nouũ,n.75.secus si feudum sit antiquũ,n.77.Cætera de priuatione feudi in præiudicium agnatorum, ac filiorum ob delictũ patris,vide sup.in versi.confiscatio feudi,vbi nõ habeat locum.

Confiscatio seu applicatio feudi ad fauorem domini directi in præiudicium agnatorum, vbi habet locum, id sanè intelligitur,si de delicto feudatarij constet per veras probationes, secus si per eius solam contumaciam,n.79.

Feudatarius feudo priuatur & domino deuoluitur,si rem habuerit cum eiusdem domini vxore,n.83.

Feudatarius feudo priuatur,si vxorem domini sui osculatus fuerit,num.84.

Feudatarius tenetur infra annum mortuo domino petere renouationem inuestituræ, & iuramentum fidelitatis præstare, aliàs feudo priuatur,n.85.vbi etiam idem iuris,si domino superstite vassallus moriatur, & eius filius vel agnatus infra dictum tempus præmissa non fecerit.

Feudatarius feudo priuatur, & domino applicatur,si recusauit associare Imperatorem proficiscentem Romam pro suscipienda corona Imperij,n.86.

Feudum quando dicatur captum pro se & filiis,vt filiis: quando autem pro filiis,vt hæredibus,& sic quando dicatur hæreditarium,& quando ex pacto & prouidentia,num.89.

Feudatarius ob crimen læsæ maiestatis priuatur feudo,& domino applicatur,n.91.quod intellige,quando sumus in primo capite criminis læsæ maiestatis:secus si in aliis capitibus,nu.92.

Confiscatio bonorum non trahitur ad bona sita extra territorium confiscationis, num. 94.

Cõfiscatio bonorũ trahitur ad bona sita extra territoriũ, quãdo fit vigore iuris cõmunis, & bursa fiscalis est vna & eadẽ.n.95.

Confiscatio non trahitur ad bona extra territorium existentia, quando fit de iure speciali, etiam quòd bursa fiscalis sit vna & eadem, nu.96. Declara, vt num.97.

Confiscatio bonorũ trahitur ad bona extra territorium, quando bursa fiscalis est eadẽ, etiam quòd fiat de iure speciali, dũmodo illud ius speciale vigeat etiam in loco vbi bona sita sũt,n.98.

Confiscatio bonorum non trahitur ad bona sita extra territorium, quando bursæ fiscales sunt distinctæ & separatæ, & confiscatio sit de iure speciali, num.99.

Confiscatio facta de iure communi trahitur ad bona sita extra territorium, etiam quòd iurisdictiones & bursa fiscales sint separatæ & distinctæ, num.100.

Confiscatio vbi trahitur ad bona sita extra territorium, talia bona non spectant ad dominum confiscantem, sed ad dominum loci, vbi bona sita sunt, num. 101.

Confiscatio vbi trahitur ad bona sita extra territoriũ cõfiscãtis, bona spectant ad dominũ loci,vbi bona confiscata sunt,etiam quòd is sit feudatarius domini confiscantis, n.102.& 103.

Feudatarius cum mero & mixto imperio inuestitus habet non solùm mulctas suorum subditorum,sed etiam confiscationes bonorum, num.103.

Confiscata

Confiscata bona propter hæresim applicantur domino loci vbi bona sita sunt, etiam quòd sit feudatarius domini cõfiscantis, non autem domino confiscanti, num.104.

Cõfiscata bona propter crimẽ læsæ maiestatis cõmissum à subdito feudatarij in personã directi domini, applicãtur dom. directo, nõ autẽ feudatario, etiã quòd in illius territorio sita sũt, n.105.

Confiscata bona per dominum directũ propter crimen læsæ maiestatis commissum in feudatarium, applicantur feudatario, & non domino directo, si in feudatarij territorio sita sunt, n.106.

Confiscata bona propter crimen læsæ maiestatis commissum à subdito in personam directi domini confiscantis non applicantur directo domino, seu feudatario, si in illius territorio sita sunt, & is subditus & delinquens talia bona habuerit in feudum vel emphyteosim ab ipso feudatario, n.107.

Confiscata bona extra territorium confiscantis, applicantur domino confiscanti; non autem domino loci, in quo bona sita sunt, si sunt mobilia, n.108.

Confiscatio bonorum non trahitur ad nomina debitorum, iura & actiones, nisi de illis expressa fiat mentio, n.109.

Debitor suo creditori soluendo antequam ille sit condemnatus in confiscatione bonorum, est liberatus, secus si soluat post condemnationem. Declara, vt in num.110.

Dos vxoris non confiscatur propter delictum viri, n.111.

Dos soluto matrimonio confiscatur propter delictum viduæ, in præiudicium ipsius viduæ, n.112.

Dos constante matrimonio non confiscatur propter delictum vxoris in præiudicium mariti, nisi in quinque casibus, n.113. 114. & 115. vbi declaratur.

Confiscationem bonorum nemo impedire potest, nisi de illorum dominio, aut saltem possessione doceat, n.116.

Dos propter simplicem hypothecam, non impedit confiscationem bonorum propter delictum mariti, sed post confiscationem vxor illam repetit à fisco, n.116.

Fallit, si in instrumẽto dotali adsit clausula cõstitutiua; quia tũc impedit vxor cõfiscationẽ bonorũ, donec sibi soluatur dos, n.117.

Item fallit, quando vxor stat in possessione rei dotalis, quia tũc datur sibi retentio contra fiscũ, donec sibi dicta dos soluatur, n. 118. & 119. vbi amplius, quòd licet vxori propria authoritate capere pro sua dote res, & bona mariti, antequã publicẽtur.

Dotis sola cõfessio præiudicat etiã fisco, quãdo lapsa sunt tẽpora ad opponendũ exceptionem nõ numeratæ dotis, n.120. & seqq.

Dotis confessio præiudicat marito, quando lapsa sunt tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, n.121.

Dos, quæ vxori pauperi debetur ex dispositione authenticæ, præterea, C. vnde vir, & vxor. *non venit in confiscationem bonorum, propter delictum mariti n.123. & seqq. vbi ampliatur etiam quòd confiscatio fiat non de iure communi, sed vigore alicuius constitutionis seu statuti.*

Dos, quæ miserationis gratia debetur vxori ex dispositione authenticæ, præterea C. vnde vir, & vxor. *non potest per maritum eidem vxori testamento auferri, n.124. & 126.*

Confiscatio bonorum non trahitur ad bona donata per maritum vxori, & è contrà, n.127. & seq.

Donatio inter virum & vxorem cõfirmatur morte donantis, n. 128. & seqq. vbi quòd confirmatur etiam per mortẽ ciuilem.

Dotis augmentũ nõ potest cõfiscari propter delictũ mariti, n.129.

Cõfiscatio bonorũ trahitur ad bona donata ex causa mortis, n.130

Donatio causa mortis inter coniuges confirmatur morte ciuili ipsius donantis, n.131.

Confiscatio bonorum non trahitur ad bona inter coniuges donata, siue inter viuos, siue ex causa mortis, siue propter nuptias, etiam quod simus in crimine læsæ maiestatis, n.132.

Confiscatio bonorum trahitur ad bona donata inter coniuges, siue ex causa mortis, siue inter viuos, siue propter augmentum dotis, quando est facta in fraudem fisci. n.133. & seqq.

Alienatio omnis facta in fraudem fisci minimè valet, n.143.

Confiscatio bonorum trahitur etiam ad bona donata inter virum & vxorem, quando sumus in casu, in quo memoria defuncti damnatur, n.135.

Donatio inter coniuges non confirmatur morte ciuili, quando sumus in casu, in quo memoria defuncti damnatur, n.136.

Donatio inter coniuges non confirmatur morte donantis, nisi rei donatæ interuenerit traditio vera vel ficta, n.137.

Confiscatio bonorum non trahitur ad bona futura & acquisita post sententiam, n.138.

Hæreditas delata bannito non acquiritur fisco, sed venientibus ab intestato, quando iste bannitus est incapax dictæ hæreditatis, n.139. sed si bannitus sit capax hæreditatis, tunc illæ acquiritur ipsi, & post eius mortem eius hæredibus, non autem fisco, aut venientibus ab intestato, n.140.

Hæreditas delata etiam ante condemnationem delinquentis, si ante dictam condemnationem non fuerit adita, minime transit in fiscum, n. 141.

Confiscatio bonorum non trahitur ad iura conditionalia, n.141.

Confiscatio bonorum non trahitur ad iura conditionalia, quæ proueniunt ex vltima voluntate; vt putà hæreditates, fideicommissa, substitutiones, & legata, n.143.144. & 145.

Confiscatio bonorum trahitur ad iura conditionalia prouenientia ex contractu, n.146.

Cõfiscatio bonorũ non trahitur ad iura conditionalia ex cõtractu, quãdo cõditio est potestatiua de præterito, vel de præsẽti, n.147.

Confiscatio bonorum non trahitur ad legatum alimentorum: & de materia plura, n.145.

Confiscatio bonorum non trahitur ad bona, in quibus delinquens non habet nisi vsumfructum, n. 148. sed contra, n.149. Declara, & concorda, vt in num.150.

Ius patronatus non venit regulariter in generali confiscatione bonorum, num.151.

Ius patronatus trasit etiam in fiscum, quando de sui natura est transitorium ad extraneos hæredes, n.152. sed contrà, n.153.

Ius patronatus potest confiscari durãte vita delinquẽtis, vt scil. eo viuẽte fiscus possit præsentare, quod an verũ sit, vide n.154.

Ius patronatus non venit regulariter in generali venditione bonorum delinquentis facta per fiscum, n.155.

Ius patronatus venit in generali vẽditione bonorum delinquentis facta per fiscum, quando delinquens est dominus alicuius ciuitatis, castri, seu villæ, in qua, seu quibus, ipse delinquens habebat tale ius patronatus, n.156. & seq.

Confiscandi ius præscribitur spatio quinque annorum, n.158. sed quòd imò non præscribatur minori spatio, quàm quadraginta annorum, nu. 159. verùm quòd sufficiat præscriptio triginta annorum, n. 160. & rursus quòd tale ius præscribatur spatio viginti annorũ, n. 162. concorda has diuersas opiniones, vt in num.163. & 164.

Alienata in fraudem fisci non possunt per fiscum reuocari finito quadriennio, n.164.

Confiscandi ius vbi est præscriptum, fisco non datur restitutio aduersus hanc præscriptionem, n.165.

Restitutio in integrũ non datur in odiosis & coercitiuis, n.166.

Restitutio in integrum non conceditur in exequtionibus & exactionibus pœnarum, n.167.

Confiscandi ius quanto tempore præscribatur contra fiscum Romanæ Ecclesiæ, n.168.

Fiscus habetur loco hæredis, n.169.

Confiscatione bonorum sequuta fiscus tanquam hæres tenetur satisfacere creditoribus delinquentis, tam ex contractu, quam ex vltima voluntate, n.169. & seq.

Excussio principalis debitoris est semper facienda, etiam quòd fiscus dicto debitori successerit, n.171.

Confiscatis bonis delinquentis, creditores sunt satisfaciendi à fisco illius loci, in quo dicti creditores contraxerunt, nec possunt remitti ad fiscum alterius territorij, n.172.

Confiscatis bonis delinquẽtis in diuersis territoriis, quilibet fiscus tenetur creditoribus sui territorij satisfacere, non autem creditoribus alterius territorij, n.173. etiam quòd dicti creditores habeant generalem hypothecam in omnibus bonis ipsius debitoris delinquentis, ibidem.

Cõfiscatis bonis delinquẽtis fiscus nõ potest illius creditoribus nomen debitoris in solutũ dare, seu vnũ pro alio soluere, n.174.

Debitor nõ potest creditori suo inuito vnũ pro alio soluere, n.175.

Confiscatis bonis delinquentis causa creditorum mota contra fiscum pro recuperatione eius quod ipsi debetur, est tractanda summariè, & sine dilatione, n.176.

Confiscatis bonis delinquentis liberatus est debitor delinquens ab actione, qua tenetur suis creditoribus pro rata bonorũ cõfiscatorũ, n.177. Nõ per hoc tamẽ est liberatus fideiussor, n. 178. nec debitor delinquens potest ampliùs cõueniri à suis creditoribus, etiã quòd postea fuerit per gratiã restitutus, n.179. nisi forsan fuisset etiã restitutus ad bona: quia tũc adhuc remanet obligatus suis creditoribus, n.180. cedendo tamen bonis liberatur,

ratur, etiam quod fuerit per gratiam restitutus, n.182.

Confiscatio bonis debitoris illius creditores non possunt amplius contra fiscum agere, si in termino ipsis per proclama præfixo fuerint negligentes in petendo eorum credita, n.181.

Fiscus non tenetur vltra vires hæreditarias, etiam quòd confecerit inuentarium, n.183.& seqq.

Confiscatis bonis debitoris fiscus tenetur satisfacere creditoribus, sed non vltra vires bonorum confiscatorum, n.183.& seq.

Fiscus non tenetur ad onera legatorum,& fideicommissorũ, quando accipit bona alicuius tanquam vacantia, vel quando bona ad ipsum deferuntur ex successorio edicto, n.186.& seq.

Confiscatis bonis debitoris fiscus non tenetur soluere illius creditoribus ex delicto, sed solum ex contractu, n 188.

Fiscus non habet bona delinquentis tacitè hypothecata ante delictum, vel etiam post: ante tamen inchoatum iudicium; secus post sententiam, n.190.& seqq.

QVÆSTIO XXV.

1 REGVLA prima sit in proposita Quæstione, † quòd quicquid aliàs esset de iure antiquo, hodie de iure nouissimo Authenticorũ, delinquentiũ bona minimè cõfiscantur; sed proximioribus ab intestato venientibus reseruantur, *authen. bona damnatorum*, vbi Iac. Buttrig. & Ang. *C. de bon. proscripto.§ fi.in Auth.vt nulli Iud.§.oportet,in Auth.de mand. prin.gl.in l.3.§.legis,in verb.adẽpt.ff.ad leg.Corn.de sicar.*Capi. *dec.153.n.4.*Dec.*in l.2.n.13.C.qui test.fac.poss.*Nell.*de bãnit.in 1.par.2.tẽpor.q.11. ad fin. versi.si verò bannitur*, Guid.Papæ *q. 437.inter cæteras libertates,n.3.*Alb.*in trac.statut. par.3.q.18. circa fin.*Ang.*in Auth.de incest. & nefar.nup.n.6.* Cæpol.*cons. cri.17.n.14.ver.& ideo videtur,& n.35.*Diaz *reg.165.*Ceph.*cõs. 79.n.10.l.1.*Clar.*in prac.§.fi.q.78.in prin.versi.nũc.de pœ.*Rol. *cons.98.n.3.& seq.vol.2.*Thob.Non.præceptor meus,*in cons. 104.n.2.*Cõrad.*in prac.tit.de publ.bonorũ, n.13.*idẽ Rol.*cons. 97.n.1.eo.vol.2.*& dispositionẽ *d. Auth.bona dãnator.*per totũ orbẽ seruari testatur Alber. *in 3.par.statu.q.18.in fi.* Dec.*cõs. 55.n 94.l.2.* Vulpel.*cõs. 42.n.1.*quos & alios refert & sequitur Hond.*cõsi.110.n.1.* & vbiq; passim,& cõmuniter* Doct. quos recensere superuacuũ videtur, cũ habeamus iura clara.

2 ¶ AMPLIA I. Hanc regulã, † vt licèt alia sententia, à qua non est appellatũ, etiam quòd iniusta sit, noceat non appellanti propter transitum, quem facit in iudicatũ, quasi quod per non reclamantis patientiã dicatur illius facto cõprobata, ad tex.*in l.fi.C.de sen.quæ sine certa quant.l.1.C.si sæpe in integ. restit.l.1.C.de postulan. l.ab eod.C.quom. & quan,Iud.& l.1.C.*
3 *de iurisd.omn.Iud.* ¶ Sententia † tamen, in qua Iudex imponit pœnã confiscationis bonorũ contra dispositionem iuriũ præallegatorum, nulla est & inualida, etiam quòd ab ea non
4 sit appellatũ: nec vnquam in iudicatum transit, † etiam quòd fuerit lata à Iudice habente latum ac generale arbitriũ, Bal. *in c.1.in prin.col.3. versi. sed hîc quæro,& vers. sed pone, Iudex, de pace tenen.*Dec.*cons.252.col.3.ad fin.* Marsi.*in l.fin.n.192. ff.de iurisd.omn.Iud.*Cagnol.*in l.ea sola,col.3.ff.de reg.iur.*Ro-
5 land.*d.consi.98.n.4.l.2.*Thob.Non.*d. cons.104.n.3.* † Dicitur enim isto casu sententia continere expressum iuris errorem; ideo ipso iure nulla est, tanquã notoriè iniqua, nec vnquam in iudicatũ transit, *l.1.§.item cũ,ff. quæ sen.sine appell.rescind. l.si expressim,ff.de appell.l.2.C.quando prouoca. non est necesse.c. 1.ext.de sen.& re iudica.*cum aliis per Vant.*in tract.nullit.tit. de nullit. ex defect.proces. siue ordi. iudi. solemnitatis, & forma ipsius sententiæ,num.118.& seqq.*

6 ¶ AMPLIA II. Vt † licèt textus *in d.auth.bona damnatorũ*, dicat eorum bona reseruari non solùm ascendentibus & descendentibus vsque ad tertium gradum, sed etiam iis qui ex latere coniuncti sunt, tamen ex quo in corpore, vnde ea authentica sumitur, nõ adsunt ea verba, *Ex latere,&c.*licèt pariter malè feciſſe Iseniam ea apponendo forsan aliquib. vi-
* deri prima facie posset, veriùs tamẽ & communiùs* est receptum, vt etiã collaterales admittantur: sicut de hac communi opinione testantur Aret.*in l.eius qui,§.si cui,col.3.vers. sed quæritur,ff.de test.*Dec.*cõsi.257.n.6.*Cagn.*in l.ea sola deportationis,n.7.ff. de reg.iur.* Clar.*in pract.§. fin.d.q.78.in prin.sub ver.nũc de pœn.* & generaliter vt damnatorũ bona venientibus ab intestato deferãtur vsque in infinitũ, secund. dispositionẽ iuris cõmunis, dixerũt Aug. ad Ang.*de malef.in verbo, & eius bona publicamus,n.36.& 37.* Marsi.*in l.fi.n.191.ff. de iurisd.omn.Iud.* & indistinctè etiã quòd reseruẽtur hæredib. dixerunt Io. de Ana. *in cons.59.n.9.*Soc.*cons.57.n.18.vol.5.*; Gand. *in tract. malef. in rub.de bonis malefactor.n.11.*& cum istis esse communẽ* opinionem, post Aret.Cagn.& Dec.*vbi* * *suprà*, testatur Conrad.*in pract.in tit.de publ.bonor.n.12.*

¶ LIMITANDO I. Propositam regulam, † scias, quòd ius 7
antiquum duobus modis imponebat pœnam confiscationis bonorum. Primò scil. generaliter in omni casu, in quo quis pœna mortis naturalis vel deportationis afficiebatur, & sic in consequentiam pœnæ mortis, vel deportationis imponebat Iudex pœnam confiscationis bonorũ, *l.1.in prin.ff.de bon. damnat.l.fi.etiam in prin.C.de bon.proscript.* Secundò eandem confiscationis pœnam non generaliter, seu in consequentiã pœnæ mortis, seu deportationis, sed specialiter & expressè in pluribus aliis casibus eadem iura antiqua imponebant, de quibus latissimè per Chass. *in consuetud. Burg.*Galicium *in Margarita fisci,* Fran. Lucan.*in tract.de priuil.fisci.in locis remissiuè per Clarum citatis in d.q.78.ver. multa alia sunt cri.* Et eorum plures reassumit post istos Conrad. *in pract. d. tit. de publ.bonorum, n.13.per tot.pag.mihi 433.& seqq.* † Vnde *per* 8
*auth.bona damnator.*corrigitur ius antiquũ in eo, quod imponit pœnam confiscationis bonorum generaliter, & in consequentiã pœnæ, mortis vel deportationis: in illis verò casib. in quib. specialiter & expressè, & non in consequentiã alterius pœnæ bona secund. ius antiquum confiscabantur, remanet idem ius incorrectum, nec quoad illos procedit dicta auth.*bona damnatorũ*, secund. cõmunem* opinionem, de qua * testãtur Bar.*in l.1.post n.3.ff.de bon.dãnat.* Boër.*dec.264.post n.15.& in trac.de seditiosis,& in 7.præsuppos.*Bal.*in ti.de pace tenẽ.in vsib.feud.n.11.in fi.*Imola *in l.eius,qui,§.si cui,post n. 3.vers.in gl.in verbo,publicantur,*& ibi etiã Aret.*n.2.ff.de test.* Boss.*in tit.de bonorũ publ.post num. 1. ver.& primò scias,& in tit.banniti quid amittant,post n. 10.in fi. fol.mihi 432.* Ceph. *cons.79.n.4.& seqq.l.1.*vbi alios adducit concordantes.

¶ SVBLIMITATVR Præcedens † prima limitatio duobus 9
modis, de quibus doctè & subtiliter per Ceph.*d. cons.79.n. 22.& omnib. seqq.* vbi pro declaratione distinguit tres casus; eum adeas, quia bene materiam declarat; sed quicquid sit de iure, communiter* totus mundus seruat contrarium, quòd * scil. bona non † confiscantur in aliquo casu, nisi in crimine 10
hæresis, vel læsæ maiestatis; de quibus mox dicam, vel nisi statutum aut consuetudo aliter disponat, de qua generali consuetudine & obseruantia testati sunt Alb.*in 3.par.statu. q.18.ad fin.*Cæpol.*cons.cri.diuers.17.n.35.* Dec.*cons.257.n.6. & cons.442.n.6.* Boër.*decis.264.n.15.* Rol.*cons.97.n.2.l.2.& consilio 98.n.5.eo.vol.* Cagn.*in l.ea sola deportationis,n.7.ff.de reg. iur.* quos refert,& sequitur Clar.*in pract.§. fi.d.q.78.in prin.*ibi,*Sed certè quicquid sit de iure,&c,* item Bonac.*in com. opin.cri.par.2.pag.17.col.1. ver. confiscari nequeunt, il primo,* Eman.Suarez *in com.opi.verbo,bonorum confiscatio,num.40.*

¶ LIMITA II. Eandem regulam † non procedere in crimi- 11
ne læsæ maiestatis, in quo vltra pœnam mortis etiam bona huius criminis rei cõfiscari, probat expressè tex.*in l.quisquis, C.ad l.Iul.maiest.*ibi,*gladio feriatur,bonis eius omnib.fisco nostro addictis,& in cap.si quis cum militib.6.q.1.* gl.*in d.auth.bona,in verbo,fisco. C.de bon.proscript.* & est communis,* vt per Gig. *
de cri.læsæ maiest.l.2.tit.de pœn.q.1.n.6.* Ant.Gõ.*var.resol.tomo 3.c.2.tit.de cri.læsæ maiest.n.11.* Clar.*in pract.§.læsæ maiest.ver. præterea licèt hodie.*Roland. *cons.68.n.3.vol.2.* sequuntur in specie Doct. supracitati *in antecedenti n.10.* Conrad.*in pract. tit.de public.bonor.n.13.ver.quartò limita.*Ang.*de malef.in verbo,& eius bona publicamus,nu. 30.* Et taliter in crimine læsæ maiestatis bona confiscantur, vt statim perpetrato delicto reus amittat administrationem bonorum suorum, vt per Gig. Ant.Gom.& Clar.*in locis præallegat.*vbi bene declarant materiam, & dicam (Deo vitam mihi largiente) *infrà, 3. lib. huius operis, sub particulari tit.de cri.læsæ maiest.*vbi latiùs.

¶ LIMITA III. In crimine hæresis, † in quo pariter delin- 12
quentis bona confiscari, probat text.*in auth. Gazaros,& in c. vergentis,extra de hæretic.& in c. cùm secundùm,eodem tit.l.6.* Diaz.*reg.165.in 3.limitatione,*Ghirlan.*de hæret.q.5.num.7.* D. Menoch. *de arbitr.qu.l.2.casu 374.n.3.* Ant. Gom.*var.resol. tomo 3.c.2.tit.de cri.læsæ maiest.n.1. versi.item etiam est pœna.* & est communis,* sicuti testatur Brun. *cons. feud. 31.n.17.* * quem refert,& sequitur Clar.*in §.hæresis,vers.itẽ bona condẽnatorũ,*& de communi* ac generali totius orbis obseruãtia, *
testantur

testantur pariter Doctores suprà citati,*n.*10.[Sic & Peregri. *de iure fisci,li.4.ti.5.n.30.*vbi *per d.auth.Gazaros.*hæreticorũ bona confiscari etiam in præiudicium agnatorum, cognatorum,& filiorum,apertè cõcludit,& ibi testatur de receptissima opinione,ex Rolan. Meno.& aliis ibi per eum relatis.]

13 ¶ AMPLIA Hanc tertiam limitationem,† vt non solùm in hoc hæresis crimine bona confiscentur, verùm etiam confiscentur ipso iure, quia statim à die commissi delicti dominiũ transit in fiscum, & reus bonorum suorum administrationẽ amittit,*d. c. cùm secundum,de hæret. in 6.*ibi,*ipso iure de nostrorum consilio decernimus confiscata,*&c.Rol.*conf.8.n.7.vol.3.*sequitur Clar.*in dict.versi. item bona condemnatorum,*glo.& communiter* Doctores *in d.c.cùm secundum,*sicut vltra Rol. *vbi sup.*testatur Ant.Gomez.*d.n.1.eod.vers.item etiam,& pœna,& iterũ,in n.3.vers. vnum tamen est,* vbi hanc huius tertiæ
14 limitationis ampliationem declarando dicit,† quòd licèt in fiscũ ipso iure transeat dominium bonorum hæretici; non
15 tamen transit eorum possessio per regulam, quòd † in illis casibus,in quibus transit dominium sine traditione,nõ tamẽ transit possessio,nisi expressè dicatur ad tex.*in l. cùm hæredes, ff.de acquirenda posses. & in c.1.* vbi gl.fi.Abb. Imola,& com-
* muniter* Doctores,*ext.de consuetud.& in l.fi.*vbi pariter glo. *in verbo,in rem.*& ibi Bar.& Doct. *C.de sacrosanct.eccles.*

16 ¶ SVBLIMITA Hanc eandem tertiam limitationem † sic vt suprà ampliatã, vt licèt,vt dixi,hæreticorũ bona sint ipso iure confiscata; si tamen antequam eorum actualem possessionem fiscus apprehendat,& ante sententiam bono zelo,& syncero corde hæresim abiurãdo ad fidem hæreticus redierit,illius bona amplius in fiscũ non transeunt, sed ipsi illæsa remanent,vt per Abb.*in cap.quia diligentia,col.fi. de elect.*vbi distinguendo dixit, quòd si præcessit bonorũ publicatio ab homine,vel à iure, non recuperat hæreticus bona per pœnitentiam:quia semel commissum,non potest retractari,*c.pen. de hæretic.* nisi Princeps ex gratia eum ad bona restitueret, si non autem præcessit publicatio bonorum,sed solùm hæreticus iurium suorum & bonorum administrationẽ, & exercitiũ amittit,& tunc integrè recuperat bona sua;quia redeundo ad vnitatẽ,debet etiam redire ad exercitium iurium suorum.Hoc idem tradidit etia Squillacen.*in tract.de fide cathol. c.23.in fi.*vbi quòd qualiscunque sit hæreticus,non auferuntur ab eo bona,nisi verbo,vel opere, siue facto pertinaciter asserat,vel sentiat contra fidem:& ob id permittat se clamari,nec statim ad fidẽ reuertatur,& iterum, *in c.30.* vbi quòd etsi bona condemnatorũ, & reconciliatorum debeant confiscari,vel sint confiscata à die commissi criminis,licèt occupatio fieri non possit ante latam sententiam super crimine; tamen si damnati, vel deprehensi in hæresi statim reuertantur; si bona non sunt occupata, non sunt occupanda,& rursus *in c.27.n.4.*vbi quod post abiurationem hæresis abiuranti debent restitui bona,latè prosequitur Paris.*in cons.2. num.*
* 185. *vol.4.* vbi testatur de communi* & æquiori opinione, quam etiam sequitur,& pluribus comprobat Roland. *consil. 64.nu.24.& omnibus seqq.vol.2.*cuius consi. subscripsit Marcus Ant Natta,non mediocris authoritatis Doctor.

17 ¶ Sed † ad quem dominum spectent bona hæretici confiscata,an ad Papam,an ad Principem temporalem, an verò ad Inquisitores, seu alios? Variæ fuerunt in hoc Doctorum opiniones,de quibus post antiquiores,quos allegant, remitto te ad Ant.Gomez.*d.ti.de crim.læsæ maiestatis,n.1.eod.vers. item etiam,&c.*D.Menoch.*de arbitr.q.lib.2.casu 374. num.4.* Clar.*in practica,*§.*hæresis,d.ver.item,*Rol.*cons.20.n.13.& 14. vol.3.* & latiùs *in cons.8.per totum,co.vol.* [& Peregri. *de iure fisci,lib.4.tit.5.n.31.*]

18 ¶ LIMITA IV.Propositam † primam regulam,nisi statuto,consuetudine,seu alia Principis constitutione,contrarium disponatur:valere enim statuta,constitutiones,ac consuetudines imponentia pro delictis pœnam confiscationis bono-
* rũ,apertè de* communi & generali obseruantia testati sunt Doctores omnes *supracitati,n.*10.& vltra eos idẽ etiã apertè fenserunt Bar.*in l.cunctos populos,in vlt.quæst.C. de sacrosanct. Eccles.*Bal.*in authen.bona damnatorum,col.prima,ver.hinc quæro,C.de bon. proscript.* Aug.ad Ang. *de malef.in verbo, & eius bona publicamus,nu.7.circa finem,*Marsi.*in l.fi.n.189.ff.de iurisdict.omnium Iudicum,*idem Bal.*in l.2.in fin.*& ibi etiam Alex. *C.qui testam.fac.poss.*Alex. *cons.13.nu.15. vol.6.*Fabia *in auth. nouissima,n.262.C.de inof.testam.*Picus *in l.Titia,*§. *Titia cùm nuberet,n.58.ff.de leg.2.*Soc.ium.*cons.69.in princip.vol*1. Dec. *in cons.252.& 438.& 442.*in locis citatis per Rolan.*cons.97. n.2. vol.2.* vbi quòd minimè oportet de viribus huiusmodi decretorum & statutorum dubitare, cùm passim à Doctoribus pro validis admittantur;& hoc in iure satis tritum esse dixit idem Roland.*in cons.129.n.1.& seq. volum.3.* Contra.*in pract.in tit.de publ.bono.sub nu.1. prope finem. ver. ex consuetudine tamen,pag.mihi* 428.*vol.2.*Cephal.*cons.79.n.4. volum.1.* Honded.*cons.110.num.2.*

¶ SVBLIMITA I.Hanc † quartam limitationem, vt licèt 19
Principis decreto seu cõstitutione possit imponi in delictis prædicta bonorum confiscatio: non tamẽ id possunt statuere Præsides prouinciæ, seu Gubernatores ciuitatis: quotiescunque enim à lege non inuenitur expressè generaliter,siue specialiter imposita ob delictum pœna confiscationis,iuxta superiùs tradita,*n.*7. non possunt Gubernatores & alij Iudices, qui non sunt positi in suprema potestate ac Magistratu sine Principis iussu contra iuris cõmunis dispositionẽ decreta huiusmodi, edicta,seu statuta constituere, ac bona confiscare,*l.vnica,*vbi præsertim Ang. *C.ne sine iussu Principis,*cũ concordantibus allegatis per Ang. *de malefi. in verbo,& eius bona publicamus,num.vndecimo,*& ibi Arimin.*in addit.* & per Conrad.*in pract.de offi.prator.in caus.cri.tit.de public.bonorum, nu.1.pag.mihi* 428. vbi bene declarat, & est communis,* vt * per Anan.*in cap.vrgentis,n.1.de hære.*quem refert, & sequitur Clar.*in prac.*§.*fi.q.*78.*ver.quæro,nunquid quilibet Iudex.*& generaliter,†quòd non possint Gubernatores ac Præsides pro- 20
uinciæ contra ius commune statuere,est tex.*in l.formam,vbi Scriben.C.de offi.præfec.prætor.*Orien.Bar.*in l.omnes populi,in 1. q.ff.de iusti.& iure,*etiam quod sint legati de latere,Aym. *cons. 103.visis multiplicibus,col.1.n.2.li.1.* quos refert & sequitur Thob.Non.Præceptor meus,*d.cons.104.n.18.& seq.*vbi propterea concludit, non valuisse bannimenta Reuerendissimi Bossij,tunc Perusiæ Gubernatoris,mandãtia pro crimine sodomiæ pœnam confiscationis bonorum imponi debere.

¶ SVBLIMITA II. Eandem†quartam sublimitationem, 21
vt licèt statuta ac decreta prædicta imponentia pœnam confiscationis bonorum, valida sint & seruanda:quia tamẽ sunt contra ius commune,videlicet contra dispositionem *authen. bona damnatorũ,C.de bon.proscrip.* ideo tanquam correctoria & pœnalia insimul,sunt strictissimè intelligenda, vt minùs semper quàm sit possibile,eidem iuri communi derogẽt, sic in specie tradiderunt Butr.*in cons.61.in princip.*Ioã.de Anan. *cons.59.in fi.*& ibi Bolog.*in addit.*Dec.*cons.*438.*col.2. in princip.*& *cõs.310.in causa mota Mediolani,col.3.n.15. ver.& vlteriùs considerãdũ est,*plenè Rol *cons.97.n.17.& seqq. vol.2.*& latè etiã Bern.de Plot.*cons.cri.diuer.*130.*n.*13.& nu.*81.*vol.*1. *in folio,& per totũ cõsiliũ,in discursu,* vbi alia ad materiã circa interpretationem huiusmodi statutorum & cõstitutionum.

¶ REGVLA secunda sit in hac eadem proposita quæstione,& ex præmissis satis bene comprobata, quòd hodie non obstante dicta auth.*bona damnatorũ*, & aliis suprà allegatis, *n.primo,*ad comprobationem primæ regulæ, deliquentium bona confiscantur in crimine hæresis,& læsæ maiestatis. Et vbi statuta sic expressè disponunt, probatur hæc regula satis ex præallegatis,ac præsertim ex deductis *suprà n.*10. & cùm vltra propositas speciales declarationes patiatur etiã generaliter plures alias limitationes,& modificationes;quia præsertim multi reperiuntur casus, in quib. non possunt bona delinquentium confiscari; & si possunt, non tamen omnia bona veniunt in confiscatione bonorum, etiam quòd simus in crimine hæresis,læsæ maiest.sic expressè disponentis,ideo vt bene hæc materia intelligatur,

¶LIMITA I.Dictam secundam regulam†non procedere 22
in bonis alienari prohibitis, vel fideicõmisso subiectis, quæ bona non venire regulariter in generali cõfiscatione bonorum,text.est *in auth.res,quæ,C.cõmun.de leg.& in l.Imperator,* vbi Bar.*in princ.ff.de fideicommis. liberta.* plenè Alex.*cons.23. opportunè consideratis,lib.primo*, quod consilium est repetitũ *in cõs.88.li.3.*Ias.*in l.fi.*§.*sed quia nostra,in primo notab. C.cõm. de leg.*& latiùs *in l.filiusfamil.*§. *diui,in 6.notab.*vbi etiã Ferd. Suar.*n.*114.Opizo *n.*47.Crot.*n.*32. Ripa *n.47.ff.de l.1* Alex. Soc.& Do.*in l.3.*§.*res,quæ,ff.ad Treb.*Ar.*cõs.*14.*vis o,col.*5.*vers. ex his infertur,*Ang.*in l.quoties,la prima,C.de fideic.* Soc. *cons.*

121.

121.n.21.vol.4.Rui.*consil.*129.*n.*3.*&* 4.*lib.*2.Natta *consil.*528. *n.*19.*&seqq.lib.*3.Marsi.*in sing.*314.*& in l.si.n.*194.*ff.de iurisd. omn.Iud.*Ang.*de malef.in verb.& eius bona publicamus.n.*13.*& ibi in addi.*per Hier.Cuchal.*lit.D,*& per Aug. *post n.*15.Soc. *cõs.*257.*n.*18.*vol.*2.*& consil.*121.*n.*22.*vers.sed est regula,vol.*2. Corn.*cõs.*37.*n.*7.*lib.*1.Gozad.*consil.*103.*col.pen. vers.*9.*statutũ,* Gig.*de cri.læsæ maiestat.lib.*2.*ti.de pœnis,&c.q.*3.*n.*5. Boër.*dec.* 268.*n.*6.Rui.*consil.*23.*n.*11.*vol.*5.*& consil.*24.*nu.*10.*& consil.*25. *pariter nu.*10.*end. vol.& consil.*124.*n.*5.*& consil.*124.*n.*4.*vol.*2. Alciat.*consil.*522.*& consil.*533.*in princip.& consil.*107.*vers.quarto respõdetur,*Bosi.*in ti.de bon.public.n.*34.Catel. Cotta *in suis memor.vers.confiscatio bonorum,in fi.*Dec.*consil.*442.*in causa,n.* 23.*in fi.& seq.*Plot.*consil.crimin.diuers.*130.*n.*16.*lib.*1.*in folio,* Conrad.*in pract.tit.de public.bonor.n.*6.*pag.mihi* 431.*colum.*1. Petr.à Placha *in epitom.delict.c.*23.*n.*11.*vers.*2.*conueniri pos-*
* *set.* De communi*testantur Alciat.*consil.*650.*n.*1.Rolan.*consil.* 98.*n.*14.*vol.*2.*& consil.*31.*num.*25.*& seqq.vol. primo, & consil. primo,num.*44.*volu.tertio,* Hieron.Gabriel.*consil.*184.*nu.tertio, & seq.*Bonacos.*in commun.opin.crim.parte prima,pag.*37.*à tergo,colum.prima,vers.tertio,incip. confiscari non possunt,& pag.* 4.*colu.*2.*vers. confiscari non debent.* idem Catel. Cotta *in suis memor.al.vers.testamentum,in quo,post medium,vers.& ideo dicunt communiter Doctores,*Ias.*in d.authent.res,quæ,C.commu.de leg.*Grammat.*dec.*105.*nu.*31. Emanuel Soarez *in sua collect. receptarum opi.verbo,alienari,n.*106.*&* 161. Soc.iun.*consil.*77. *n.*17,*lib.*2.Rub.*consil.*98.*n.*1.*& consil.*154.*n.*2.Clar.*in pra.q.*78. *vers.item quæro,nunquid,*Thob.Non.præceptor meus,*in consil.* 97.*nu.*5.Anton.Gabriel.*concl.*24.*n.*1.vbi de communi,*& n.* 5.*& seq.libr.*7.*de criminalibus.* Franc.Marzar. *in epitom.fideicommis.parte secunda,quæst.*47.vbi etiam declarat & disputat materiã,Michaël Crass.*in tract.de successione tam ex testamen. quàm ab intestat.§ fi.nu.*10.*vers.inde etiam est,* vbi plures alios refert testantes de cõmuni opinione : & illam ampliat procedere etiam in crimine læsæ maiest.Hippol.Riminal.*consil.* 50.*n.*94.*& seqq.li.*1. vbi alios refert testantes de communi, & ab ea minimè recedendum affirmat,*& *consil.*193.*n.*4.*li.*2. vbi pariter aliis relatis testatur de cõmuni,Meno.*consil.*91.*n.* 6.*lib.*1.Peregr.*de iure fisci,lib.*5.*tit.primo,rubr. de public.bonor.* *n.*98.vbi testatur de indubitata conclusione,quando cum fideicommisso conuertitur expressa prohibitio alienationis, Petr.*de fideicommis.qu.*8.*num.*110.*& pluribus seqq.* vbi ad id plures alios refert concordantes, ac relatis etiam & reprobatis contrariis,hanc limitationem testatur veriss imam, receptissimã;& secundùm eam aliàs iudicatum, & *n.*289.ampliat,& in crimine læsæ maiestatis,Petr.Ant.Aug.*consil.*17.*n.* 1.*& seqq. lib.*8.Io. Botta.*consil.*39.*n.*1.*& seqq.* vbi pariter aliis relatis hanc dixit esse iuris indubitatam conclusionem.

23 ¶ Amplia I. Hanc primã limitationem†huius secundæ regulæ,vt multò magis bona fideicommissaria, & prohibita alienari non transeant in fiscum,quando testator expressè in testamento, vel prohibuit alienationẽ in fiscum ex delicto, vel in casu delicti, aut etiam cogitationis delinquendi alios cognationis, putà proximiores sibi bene visos fisco remoto substituerit:tũc enim cùm vnusquisque in rebus suis habeat liberam testandi & disponẽdi facultatem, iniquumq; sit ingenuis hominib.tollere rerum suarum liberam alienationẽ, *l.sed etsi lege,§. consultus,ff.de pet.hared.l. non vsque adeò,ff.si à paren.quis fuer.manum.*ideo huiusmodi testatoris expressam prohibitionem, ne bona sua transeant in fiscum, validã esse pluribus modis,& clausulis prohibitionem & cautelam prędictam exemplificando,dixerunt Soc.iun.*in consil.*49.*in causa nobilium,col.*2.*in princip.vers.* aliquando *& secundo,lib.*3.vbi
* asserit omnes* Doctores absque difficultate hoc tenere, prout illum refert & sequitur Thob. Non.præceptor meus, *in d.consil.*97.*nu.*1.Soc.iun.*consil.*34.*n.*7.*&* 8.*eodem lib.*3. Ruin. *in l. filiusfamilias , §. diui,in quarto notab.ff.de legat. primo,& consil.*129.*nu.*4.*libro* 2.cum aliis per Franc.Marzar. *in epitom. fideicommiss.parte secunda,qu.*47. vbi bene refert,& reprobat contrarios,Bosi. *in tit. de bonor.public.num.*30.*in fi. vers.vnde*
24 *videmus.*Roland.*consil.*98.*num.*26.*volum.*2.†Et licèt videatur prædictam alienationis prohibitionem tanquam prima facie factam in fraudem fisci minimè valere,argumento text. *in d.l.filiusfamilias,§.diui,vers.* neque fisco fraudi esse:vbi Ripa *n.*52.*ff.de lega.*1.Bar.*in l.post contractum,num.nono,versicul. sextus & vltimus,ff.de donat.*Gabriel.*concluf.*24.*nu.septimo,de crimin.*Alciat.*consil.*785.*Illustrissimus & Reuerendissimus Dom Cardi.Alb.consil.primo, n.*13.*& sequen.* non tamen dici potest in præsenti casu,aliquam fraudem esse commissam in fiscũ, quia si de iure est,vt in rebus suis vnusquisque habeat liberam disponendi & testandi facultatẽ,*vt suprà* dixi:†Nemini 25
iniuriam & fraudem facit,qui iure suo vtitur,*l. Gracchus,C. de adulter. l.prima.* & ibi Doct.*ff. quod quisque iur.l.quod rei-publicæ,& l.quod iniuriarum,§.primo,ff.de iniur.l.nemo damnũ, & l.nullus,ff.de regul.iur.l.*3.*ff.de liber.homin.exhiben.*†.Et alle- 26
gati in contrarium loquuntur,& intelligi debent, vt procedant,quando disponens est ille,qui deliquit, vel delinquere cogitauit ; secus verò si sit pater,seu alius testator, qui nihil deliquerit,nec delinquere cogitauerit, habuerítque rationẽ delicti committendi à filio,seu ab hærede : tunc enim valet hæc dispositio,vt suprà probaui, & non solùm non dicitur facta in fraudem fisci, sed immò potiùs, vt dicti filij ac hæredes à delinquendo terreantur,& sic ob publicã vtilitatem, vt per Tho.Mazar. Rol. & Bos. *in locis nuper citatis,* quia ita in specie respõdent prædicto fundamento in contrariũ allegato.Quibus addo eund.Rol.*consil.*65.*nu.*11.*& seqq. li.primo,* Hippo.Rim.*consil.*131.*n.*42.*& seq.iuncto n.*50.*& n.*63.*lib.*2. *consil.*193.*n.*1.*& seqq.eod.li.*2.Peregr.*de iure fisci,li.*5.*ti.*1.*rubr. de public.bon.n.*103. vbi ad partes discussa materia, ita aliàs apud eum contra fiscum pronunciatum fuisse testatur Petra *de fideicommiss.q.*8.*n.*110.*& seqq.*vbi relatis,& reprobatis cõtrariis hanc ampliationem dixit verissimam , receptissimã, & secundùm eam aliàs iudicatum, Petr.Ant.Aug.*consil.*31.*n.* 1.*& seqq.li.sexto,*Iac.Beretta *consil.*133.*n.*1.*& seqq.* vbi ponit stare exactissimam formulam prohibendi confiscationem bonorum,Sforz.Odd. *consil.*53.*n.*1.*& seq.* vbi latè,& testatur ita à Doctoribus, & ab vsu communiter receptum hodie esse,Baiard.ad Clar.*in pract.cri.q.*78.*n.*38.

¶ Sed,an iustè potuerit confiscari legitima & Trebellianica,vide *infrà,n.*45. *in quinta limitatione.*

¶ Item,an saltem possit confiscari vsusfructus in vita delinquentis,vide *infrà,n.*39.*ver.limita* 3.

¶ Amplia I. Hanc præcedentem ampliationem , † vt 27
multò magis bona non transeant in fiscum, quando pater expressè in casu delicti committendi à filio illũ exhæredasset iusta de causa;putà vel propter homicidium,vel propter proditionem patriæ , vel aliis de causis,*de quibus in auth. non licet.C. de liber. præter.* & alium instituisset : tunc enim illius bona non ad fiscũ, sed ad successorem in testamento substitutum deuoluuntur;prout communiter tenent omnes præcitati Doctores , & præcipuè Bos. qui latè hanc proponit & defendit ampliationem,*dicto tit. de bonorum publicatione , nu.* 30.*& seqq.* vbi loquitur in exhæredatione facta non solùm ante delictum à filio commissum , sed etiam post delictum commissum.Item non solùm in casu, quo filius deliquit diu post exhæredationem factam,sed etiam si incontinenti;† & 28
quid si testator filium hæredem instituat, vel mandet restitui bona in casu , quo rebanniatur, & remittatur,vide Plot. *consil.cri.diuers.*130.*n.*58.*volumine primo,in folio.*vbi quòd valet talis institutio, nec fiscus aliquid prætendere potest, ibíque adducit cõcordantes,Hipp.Rim.*consil.*193.*n.*13.*li.secũdo,* Petr.Ant.Aug.*consil.*31.*nu.quarto,li.*6.Baiard. ad Clar.*q.*78.*nu.* 45.& eundem Rim.*consil.*595.*num.*9.*li.*5.Adeas etiam super hoc Bosi.*dicto n.*33.vbi loquitur in materia,& hanc ampliationem à contrariis defendit , ad quam videas etiam Franc. Marza.*in epitom.fideicommis.parte secunda,dicta qu.*47.*in fin. ver.verùm quia hodie,*vbi plures adducit concordantes,& Iacob.Berett.*d.consil.*139.*n.*1.*& seqq.*Pancirol.*consil.*181.*in princ. & n.*1.*& seqq.* vbi in specie respondet contrariis.

¶ Ampliando II. Eandem † primam ampliationem 29
propositæ primæ limitationis ad hanc secundam regulam, aduerte quòd ad tollẽdum omnes difficultates,quæ pro parte fisci moueri possent circa istam expressam prohibitionẽ, ne hæredis bona transeant in eũ,cautela erit,vel quòd huius testamẽti procuretur cõfirmatio à Principe, qui ante delicti euentum facilè illam concedet, vt per Catel.Cottam *in suis memora.d.verbo,testamentũ, in quo,post medium,ver. laudarem tamen.*vbi dicit,quòd hoc modo erũt sublatæ malignæ fiscalium Iudicum tergiuersationes:† vel quòd testator expressè 30
mentẽ suam in testamento declaret,& se talẽ prohibitionẽ facere principaliter , nõ causa fraudãdi fiscũ,sed cõseruandi

bona

bona sua in familia, vt per Francis. Mazar. *d.q.47.ver. additum tamen fuit.*

31 ¶ AMPLIA II. Dictam primam limitationem propositæ secundæ regulæ,* vt procedat non solùm in bonis prohibitis alienari, sed etiam in prohibitis diuidi vsque ad certum tempus: talia enim bona, sicut bona alienari expressè prohibita, non venire in confiscatione bonorum, dixerũt in specie Ruin. *consi.23.n.15.l.5.* Roland. *consi.84.n.30. & omnibus seqq.vol.1.* D. Hierony. Gabriel. *cons.184.n.3. & seqq.* vbi de * communi,* prout illum referendo sequitur Bonaco. *in com. opin. crim. parte 1. vers. confiscari non debent, pag.40. col.2.* Prohibitio enim diuisionis dicitur prohibitio alienationis, *l. si pupillorum, ff. de reb. eorum.* Rui. *cons.117. col. fin. l.3.* Ideo sicut bona alienari prohibita in fiscum non transeunt: ita nec etiam transire debent bona prohibita diuidi, & licèt alienatio, quæ fit mediante publicatione, videatur esse alienatio non hominis, sed legis, ad tex. *in l. actione, §. publicatione, ff. pro soc. & in §. publicatione, Instit. eod.* prohibitio autem alienationis facta à testatore, intelligatur pariter de alienatione hominis, & nõ legis, ad not. per Doctor. *in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verbor. obligat.* cũ aliis per Roland. *d. cons.84.n.33. & seq.* quia tamen hæc legalis alienatio, quæ fit propter publicationem, prouenit ex facto voluntario hominis, hoc est, ex delicto; ideo prohibitus alienare, censetur etiam prohibitus facere actum, per quem legalis alienatio sequi possit, *l. Imperator, ff. de fideicommiss. liber.* gl. *in d.l. si ita quis, §. ea lege,* & ibi Imol. *ff. de verbor. oblig.* Ruin. *d. consi.23.n.15. lib.5.* Roland. *cons.84.n.36. & seq. l.1.* Quamuis de hac ampliatione dubitet Peregrin. *de iure fisci, lib.5. tit.1. rub. de public. bon. post num.... versicul. amplia quando.*

32 ¶ AMPLIA III. Huius † secundæ regulæ eandem primã limitationem, vt procedat etiam in bonis prohibitis alienari extra certum genus personarum, putà extra familiam. Adhuc enim talia bona minimè in fiscũ transire dixerunt Bart. *in d.l. Imperator,* per illum text. *ff. de fideicommiss. liberta.* Alex. * *in dicto consil.25. vol.1.* & de magis communi,* ac seruata opinione testatur Boss. *in tit. de bonor. public. n.21.* contra quã licèt apertè etiã tenuerint Imo. *in l. si finita, §. si de vectigali. col.1. ff. de dam. infect.* Idem Alex. *in apostillis ad Bartol. in authen. ingressi, (. de sacrosanct. Eccles.* Ias. *in l. si quis ita, §. ea lege, col. penult. ff. de verbor. oblig.* & hanc contrariã opinionem in puncto iuris tanquam veriorem posse sustineri dixerit idẽ Boss. *in loco citato:* non per hoc tamen in iudicando recedas à proposita ampliatione, cùm illa præferatur tanquam ma- * gis communis,* ac etiam in practica seruata: præsertim † 33 quando vltra prohibitionem alienationis extra familiam testator adiecit causam: quia scilicet volebat eadem bona permanere in familia, seu agnatione: tunc enim quia dicitur inductum fideicommissum, non solùm in casu contrauentionis & alienationis, sed etiam in casu mortis & legitimæ successionis, secundùm veriorem & magis commu- * nem * opinionem, de qua post antiquiores, quos allegant, per Socin. *in l. qui Romæ, §. cohæredes, n.18. ff. de verborum obligat.* Cepha. *consil.134.n.25. & seq. vol.1. & cons.137.n.11. eod. lib.1. & consil.293. num.6. & seqq. lib. secundo,* Clar. *in pract. crim. §. fin. quæst.78. sub vers. item quæro,* Roland. *consil.23. nu. 21. volum.4.* D. Menoch. *de arbitr. quæst. lib.2. casu 496. num. 9. centur. quinta,* Anchar. Regien. *quæst.72. num.2. & sequentib. prima parte,* Achil. Personal. *de acquiren. posses. n. 205. 221. & 222.* Hippol. Riminal. *consil.20. num.13. lib.1.* Bursat. *consil. 54. num.40. lib.1.* Gabriel. *in tit. de fideicommiss. conclus.9. num. 29. & seqq. lib.4.* Illustrissim. & Reuerendissim. Cardinal. Alba. *consil.41. num.* 8. Mandel. *consil.54. per tot.* Petr. Ant. August. *consil.50. lib.6.* Ideo sicut bona fideicommissaria in fiscum non transeunt; ita pariter nec transire debent bona ista extra familiam alienari prohibita cum redditione causæ, vt suprà in casu puri, & absoluti fideicommissi: quod quando inductum dicatur, alia afferam exempla *in tertio libro Quæstionum ciuilium, sub tit. de substitut. & fideicommiss.* Sed vtinam eo vsque perueniat ætas mea: ars enim longa est, vita autem breuis.

34 ¶ SVBLIMITA I. Propositam primam limitationem eiusdem secundæ regulæ, † vt licèt fideicommissaria bona non possint cõfiscari quoad perpetuam vtilitatem, & commoditatem: confiscantur tamen durante vita delinquentis quoad vsumfructum etiam in præiudicium substituti, cui postmodum adueniente morte naturali ipsius delinquentis eadem bona confiscata per fiscum restituũtur, tex. est *in l. Statius, §. Cornelio, ff. de iure fisci, in l. cùm pater, §. hæreditatem, ff. de legat. secundo. & in l. ex facto, §. ex facto,* vbi Bartol. Imol. Castr. Alex. & alij, *ff. ad Trebell.* Alex. *cons.23.n.1.2. & 11. l.1.* vbi pluribus hanc comprobat limitationem, & Capra *cons.125.* Boër. *decis.268.n.3.* Boss. *in tit. de bonor. public. n. 34. in fi.* Conrad. *in pract. tit. de public. bonor. sub num.6.* Curt. iun. *cons.120. col.3.* Gabriel. *l.7. de crim. conclus.24. n.5.* Palaz Ruuios, *in c. per nostras, §.38. num.6. de donat. inter virum & vxorem,* prout illum refert Bonacossa *in commun. opin. crim. parte 2. pag.17. col. prima, ver. confiscantur bona subiecta restitutioni,* Plot. *cons. crim. diuers.130. num.96. lib.1. in fol.* Francisc. Turza. *opin.147. num.* 2. de communi * testantur Bero. *qu. 41. num. 2. & in fine decisionis,* vbi dicit super hac sublimi- * tatione non esse ambigendum, Roland. *cons.98. num.10. vol. 2.* Clar. *in pract. dicta quæst.78. sub vers. item quæro, nunquid,* ibi, *Si verò fideicommissum,* vbi quòd ita practicatur: fideicommissum enim sub conditione mortis conceptum, verificari debet in morte naturali, quæ verè & propriè mors est; non in ciuili, quæ est ficta: tum quia vbicũque in dispositione hominis simpliciter fit mentio de morte, intelligi debet de naturali, & nõ de ciuili, *l. ex ea, §. insulam, ff. de verbor. obligat.* tum etiã quia conditiones voluntariæ verè, propriè & specificè adimpleri debent: non autem impropriè & fictè, *l. qui hæredi, & l. Mœuius, ff. de condit. & demonst.* Et licèt bannitus cũ publicatione bonorũ habeatur pro mortuo, ad not. *in l. prima, C. de hæred. instituẽ. & in d.l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell.* id tamen intelligendum est, quoad ea, quæ concernunt commodum proprium ipsius banniti, non autem quoad concernentia commodum alienum; & cõsequenter quoad restitutionem fideicommissi faciendam substitutis in casu mortis, *d.l. Statius, §. Cornelio, ff. de iure fisci, & d.l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell.* cũ aliis per Bero. *dicta q.41.* vbi bene ex præmissis hanc cõprobat sublimitationem, pro quo etiam addo Hipp. Rim. *cons.50. nu.109. lib.1.* vbi alios refert concordantes, *& cons.131. n.44. & seqq. l.2.* Mar. Angussol. *cons.122. n.54. lib. primo.* Ioan. Botta. *cons.39. num.4. & seqq. libro primo.*

¶ LIMITA I. Hanc primam † sublimitationem, vt proce- 35
dat prout loquitur; videlicet in fideicommisso facto sub cõditione mortis, vnde secus in fideicommisso inducto in casu alienationis; vtputà quando testator prohibet bonorum alienationem extra familiam, iuxta superiùs tradita, *nu.32.* vel adiecta causa, vt conseruentur in agnatione & familia, iuxta pariter tradita *suprà, n.33.* tunc enim, cùm inductum dicatur fideicommissum, non solùm in causa mortis, vt dixi *in eod. nu.33.* sed etiam in casu alienationis, secundùm communem, * de qua per Mandel. *consil. 7. num.* 9. Emanuel * Suar. *in commun. opin. litera A, n.157.* Gabriel. *in tit. de fideicommiss. conclus.9. n.33. & seqq. lib.4.* ideo sequuta alienatione per delictũ, statim dicitur purificata conditio fideicommissi; & propterea etiam non expectata morte deliquentis, succedit substitutus excluso fisco in dictis bonis alienari prohibitis: sic enim in specie post alios, quos plures allegant, dixerunt Alex. *cons.23. per totum, vol.1.* vbi pluribus hanc comprobat declarationem, & respondet contrariis. Grat. *consil.21. num.58. & sequentib. lib.2.* Ripa *in dict. l. filius familias, §. Diui, num.47. versicul. item expressa, ff. de legat. primo,* Gabriel. *lib.7. de crim. conclus.24. num. tertio, quinto, & seq.* Roland. latè *in consil.98. per tot. lib. secundo. præsertim num. decimoquarto,* vbi plures adducit concordantes, Conrad. *in pract. dicto tit. de publ. bonor. num.7. versi. Sublimita etiam, pag. mihi 431. col. prima,* Clar. *in pract. dicta quæst.78. eod. versicul. item quæro, nunquid,* Plot. *cons. crim. diuers.130. num.46. versic. quia ad istud respondetur, vol.1. in fol.* vbi bene declarat materiam dicens, secundùm gloss. *in l. pater, §. liberis, ff. de legat. tertio,* constituendam esse differentiam inter casum, quando scilicet bona simpliciter sunt subiecta restitutioni in euentum mortis, & sic solùm sunt tacitè prohibita alienari, *authen. res, quæ, (. commun. de leg.* & inter casum quando expressè est prohibita facta alienatio à testatore. Primo enim casu alienatio facta ante euentum conditionis & mortis, valet interim, *l. seruo legato, §. si seruum, ff. de leg.1.* &

tunc

tunc etiam bona remanent apud fiscum, donec veniat conditio mortis, *dict. Statius, §. Cornelio, ff. de iure fisci, & d. lib. cùm pater, §. hæreditatem, ff. de legat.*

¶ Secundo verò casu, in expressa scil. prohibita alienatione à testatore, statim facta alienatione per delictum conditio venit, & ideo excluso fisco, statim pariter succedit substitutus, *l. Imperator*, vbi Bart. & alij, *ff. de fideicommiss. liber.* cum aliis suprà allegatis, & licèt contra hanc limitationem sensisse videantur Marsil. *singul. 314. in fine*, Rub. Alex. *in cons. 154. n. 2.* Gig. *de cri. læsæ maiest. q. 3. n. 4. l. 2. tit. de pœn.* Alc. *cons. 783.* vbi asserit hanc partem veriorem, & magis com-
* munem,* Oldrad. Paul. de Castr. Rom. & alij relati per Peregr. *de iure fisci, lib. 5. tit. 1. rubr. de public. bon. post n. 102.* Pro quo etiam facere videntur multæ rationes prima facie coloratæ per Roland. adductæ *in dicto consil. 98. n. 6. & seqq.* & per Peregr. *vbi suprà, n. 99. & seqq.* vbi etiam respõdetur iuribus & rationibus pro prima opinione per Doctores consideratis, non tamen per hoc recedas à dicta proposita limitatione, quæ non solùm verior est, prout eam tanquam veriorem, dictis contrariis rationibus respondendo optimè defendit Roland. *d. cons. 98. n. 14. & seqq.* sed etiam re vera
* magis communis,* vt apparet ex relatis Doctorum authoritatibus per Roland. *dicto cons. n. 14.* & per Clar. *d. quæst. 78. eodem versi. quæro, nunquid.* Nec in hoc est attendenda assertio Alciati *in dic. cons. 783.* dicentis, contrariam* opinionem
* esse magis communem: quia, vt optimè adnotauit Roland. *d. consilio 98. n. 28. vers. tertio, non obstat, &c.* idem Alciat. *in tribus suis consiliis* tenuit contrarium, videlicet *in cons. 523. 533. & 650.* vbi in specie dixit, hanc declarationẽ esse com-
* munem, & certam * sententiã, quam semper vidit seruari, & pro qua addo etiam Pancirol. *cons. 181. n. 1.* Sforz. Odd. *cons. 53. n. 1. & seqq.* vbi latissimè defendit hanc opinionem & vsu receptam, Hippol. Rimin. *cons. 131. n. 48. l. 2.* vbi aliis relatis testatur de communi, Hieron. Gabriel. *cons. 123. per totũ*, vbi latissimè discussis rationibus & fundamentis, Alex. *in d. cõs. 23.* dixit, qui licèt in pũcto iuris non sic tutè procedat, quoties de iure iudicium alterius, quàm fisci agitur; tunc indistinctè non est recedendum ab opinione Alexand. cùm sit tanquã verissima, receptissima, & per totum orbem obseruata, & idem testatus est ipse Hier. Gabr. *cons. 184. n. 1. & seqq. d. lib. 1.* Pet. Ant. Aug. *cons. 17. n. 3. lib. 6.* Ioan. Botta. *cons. 39. n. 7. & seqq.* vbi ampliat notabiliter hanc limitationem procedere, non solùm in expressa bonorum alienatione extra familiam, sed & intra eam: vt putà quando testator post fideicommissum iniunctum, addiderit rationem; quia scilicet voluit bona sua conseruari in familia, tunc enim bona non confiscantur, nec etiam quoad vsumfructum: sed directè acquiruntur substitutis, & *num. 19. & seqq.* vbi idem, quando adest statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, & habeatur pro mortuo; quia tunc ex persona sua nihil fisco acquiritur: sed omnia pleno iure substitutis deferuntur, non aliter ac si naturaliter mortuus esset: vt ibi per eum. Ad quæ vide Baiard. ad Clar. *quæst. 78. num. 36.* cum allegatis per eum *ibid. & num. 41.*

78 ¶ Si autem † offensa ac delictum , propter quod bona vassalli publicantur , directè respiciat personam domini ipsius feudi,& tunc indistinctè,siue feudum sit nouum,siue etiam antiquum, semper deuoluitur ad dominum,non au- * tem ad agnatos, secund. communem* Doctorum opinionem,de qua post antiquiores, quos allegant,testantur Ana. *cons.*32. *in* 2.*dub.n.*5.Alex.*cons.*30.*n.*4.*lib.*6.Cur.iun.*in tract. de feud.in* 1.*par.in* 1.*concluf.* Gram. *cons.*2.*n.*15.*l.*1. Dec.*cons.* 414.*n.*30.Gozad.*cõsil.*84.*n.*3.Soc.iun.*consil.*68.*n.*127.*vol.* 3.

Paris.*consi.*21.*n.*53.*vol.*1.Bosi. *in tit.de bon.publ.n.*53.*in prin. & n.*54.*in fin. & cons.*55. *vers.sed si delictum, & n.*57. *ad fin. vers.est alius casus*, Rol.*consi.*1.*n.*10.*& seq. vol.*3. *& cons.*15. *n.*1.*& seqq.vol.*4.*& cons.*78.*n.*8.*eo.vol.*4. vbi enim feudũ cõceditur semper datum,& concessum censetur cum ista qualitate & condemnatione,vt in casu ingratitudinis commissæ contra dominum,& ad eundẽ dominũ reuertatur,vnde non possunt conqueri agnati,si propter offensam à feudatario in dominum commissam amittunt feudũ iam à principio d. conditione & qualitate affectũ, vt per Cur. iun. Paris. Bosi. & Rol. *in locis præcitatis*,& licèt cõtrariam opinionẽ tenuerint plures alij relati per Rol.*d.cons.*15.*n.*2.*vers.his tamẽ non obstãtib.vol.*4.& hæc cõtraria opinio magis etiã placeat tanquam æquior & verior Iulio Claro *in d.*§.2.*d.q.*66.*ver.sed si feud.antiquũ,in fi.& in ver.ego aliàs,&c.* nihilominus,vt etiã fatetur idẽ Clar.*in locis nuper citat.* difficile esset in pta.hanc contrariã opinionẽ sustinere propter authoritatẽ tantorum Doct.& propterea à præcedẽti opinione in iudicãdo,ac etiã in consulẽdo minimè recedendũ esse post alios,quos in specie ad id allegat, apertè tradit Rol.*d. consi.*25.*n.*1.*& seqq.l.*4.

¶ Habet igitur præsens sublimitatio tres conclusiones.Prima est,quòd quãdo feudum est nouum,siue offensa sit commissa in dominum,siue nõ;semper deuoluitur ad ipsum dominum,non autem ad agnatos. Secunda,quòd si feudum sit antiquum,& offensa non respiciat dominum, deuoluitur ad agnatos , non autem ad dominum. Tertia denique est conclusio , quòd quando offensa recipit dominum,semper feudum domino deuoluitur,siue fit nouum,siue antiquum.

¶ Limita I. Præcedentem† secundam sublimitationem; (& hæc limitatio respicit primã, & tertiam conclusionem) 79
vt in omni casu,in quo feudum deuoluitur domino exclusis agnatis:id sanè intelligendum est, vt procedat,si de delicto feudatarij cõstet per veras probationes:secus si per eius fictã confessionem resultan:ẽ ex contumacia vigore statutorum volentium contumaces haberi pro cõfessis. Probatio enim facta propter contumaciam nõ egreditur personam contumacis,*vulgata l.eius,qui delatorẽ,ff.de iure fisci*, Bart.*in l.cùm filius,in prin.ff.de verb.oblig.*& licèt sentẽtia,quæ respicit fisci vtilitatẽ,faciat etiã præiudiciũ illi,contra quẽ in consequentiam lata est;etiã quòd non fuerit citatus,*l.* 1. *C.vbi cau.fisca.* Alex. *cons.*30. *col. fi. vol.*6.vbi in specie loquitur in materia feudali:non tamen faciet præiudiciũ, si lata fuerit in contumaciã, vt ibi per Bar. & cõmuniter*alios *in d.l. cũ filius,ff.de* * *verb.oblig.*& latiùs dixi *sup.in q.*24.*n.* 173. *& seqq.* vbi vide. sic inquã per hanc rationẽ hanc limitationẽ in terminis firmauit Bosi.*in tit.de bon.pub.n.*56.vbi ampliùs dixit,prædicta procedere etiã quòd super delicto essent examinati testes, qui illud deponerent:nã adhuc feudatarius dicitur condemnatus in contumaciã , quia non citata parte fuerant examinati.Qui quidẽ citationis defectus licèt tollatur per repetitionem postea factã parte citata : tamen idẽ est,quia lite nõ contestata sunt examinati,vt per Soc.*in d.l.cũ filius.in fi.ff.de verb.oblig.*& in criminalib. quòd requiratur litis cõtestatio, probat Bart.*in l.is,qui reus,ff de publ.iud.*& licèt rursus Alex. *in leg.si finita*,§.*si de vectigal.ib.ff.de damno infecto*,contrarium sensisse videatur,prout põderauit Bosi.*in d.loco citato,d.n.*56. *ver.aduerte etiã*,tamen prout etiam respondet ibid.Bosi. vel inaduertenter locutus est,vel eius dicta sunt intelligenda de bannito ob delictum, nõ autem ob contumaciam,iuxta distinctionem, de qua latè Bal. *in l.*1. *C.de hæred.instit.*& Bosi. sequitur etiam, & latè eius opinionẽ comprobat Rol. *cons.* 29.*nu.*22.*vol.*3.*& iterum in cons.*78.*nu.*4. *vol.*4. vbi etiam in idem allegat Alc.*in cons.*182.*in fi.* idem Rol.*cons.*94.*n.*25.*l.* 3.*& consi.*15.*artic.*1.*vol.*4.Gerard.Mazzol.*consi.*92.*n.*20.vbi testatur de communi opinione,Bursat. *consi.*225.*n.*98.*lib.*2. Nicol.Morõ.*de fide,treug.& pace,q.*182.*n.*3.quos in proposito refert, & sequitur etiã Flam.Car. post hæc scripta visus *in tra.de exequ.sent.capto bannito, c.*1.*n.*334. vbi tamẽ ex Gig. *in tra.de cri.læsæ maiest.in tit.de pœn.quas filij incurrũt,q.*13.*n.* 3.cõtra Bosi. vbi dicit, sup.præmissa locũ non habere,quando crimẽ,pro quo pater cõdẽnatur, esset cõcludẽter per testes probatũ:quia tũc dicitur condẽnatus ob delictũ, & non ob contumaciã,vt latè etiã dixi *sup.in tit.de inquis.q.*11.*n.*97.

¶ Limita II.Eandem secundam sublimitationem (& hæc limitatio respicit secundam dictæ sublimitationis conclusionem)vt in casu,† in quo feudum antiquum deuolui- 80

tur agnatis excluso domino: id sanè intelligendum est, vt non omnib. agnatis indistincte aperiatur, sed tantùm transuersalib. vltra quartum gradum, quia filij & descendẽtes, ac etiam transuersales agnati intra quartum gradum cẽsentur excluſi, etiam quòd feudum sit antiquum, ac etiã quòd offensa non respiciat personam domini, secundùm communem* Doctorum opinionem, de qua testatur Ruin. *cons.* 25. *n.* 32. *lib.* 5. & ante eum Iacob. de Beluiso. *in c.* 1. §. *si vassallus culpam, si de feud. fuer. controu.* & Ruinum sic de cõmuni testantem refert Clar. *in* §. *feud. q.* 66. *vers. sed quæro.* Rol. *cons.* 28. *post num.* 11. *vol.* 3. nec dissentit Boss. *in tit. de bon. pub. c.... n.* 55. *in princ.* vbi in id etiam allegat Curt. *in tract. de feud. in* 5. *part. in vers. sextus principalis articulus.*

81 ¶ Svblimita iterum† hanc secundam limitationẽ, vt procedat in feudo informi, & quod (vt explificat Clar. *in d. q.* 66. *eod. vers. sed quæro*) simpliciter receptũ est, vtputà si dicatur, *Concedo tibi hoc castrum in feudũ*: tunc inquam in casu in quo deuoluitur agnatis, & nõ domino, censentur semper excluſi filij descendentes, ac etiam transuersales agnati vsq; ad quartum gradum, vt in proposita limitatione; at secus si feudum fuisset receptum ab auo, vel à patre ipsius delinquentis expresè pro se, & liberis; vel pro se & filiis, aut huiusmodi: tunc enim admittũtur indistinctè omnes agnati, & filij ipsius delinquentis, secundùm Cyn. *in l.* 2. *C. de lib.* * quem in hoc cæteri* Scribẽtes sequuntur, vt testatur Alex. *in l. si finita.* §. *si de vectig. nu.* 29. *ff. de damn. infect.* refert & sequitur Clar. *in d. vers. sed quæro, in fi.* Nec dissentit Boss. *in tit. de bon. pub. n.* 58. *post medium, vers. sic etiamdum, Curtius dicit* & plures adducit concordantes, Roland. *d. cons.* 28. *sub n.* 11. *vol.* 3. *vide infrà, n.* 87.

82 ¶ Limita III. Dictam † secundam sublimitationem, & illius secundam eandem conclusionem volẽtem, quòd feudum antiquum deuoluatur agnatis excluso domino, quãdo offensa non respicit ipsum dominum, vt non semper sit vera, nec semper procedat; quia dãtur casus aliqui, in quibus offensa non dicitur respicere dominum principaliter, & directè, & tamen feudum deuoluitur ipsi domino, & non agnatis, vt per Boss. *in tit de pub. num.* 57. *vers. aduerte tamen,* vbi huius limitationis tria affert exempla.

83 ¶ Primum est exemplum, † quando vassallus rem haberet cum vxore domini sui, licèt enim hoc faciat vassallus principaliter, non vt dominũ offendat, sed vt satisfaciat libidini suæ, *ad l. verũ ff. de fũr.* priuatur tamen isto casu feudo, & domino deuoluitur etiam in præiudicium agnatorum, *cap.* 1. *si vassal. feu. priue.* Alu. *in c.* 1. §. *denique, quæ fuer. prima cau. benef.*

84 *amitten.* D. Menoch. *de arb. q. l.* 2. *casu* 267. *n.* 3. & 4. † vbi ampliat etiam in vassallo deosculante vxorem domini.

85 ¶ Secundum affert idem Boss. exemplũ, † quando vassallus non peteret innestituram infra annum. Certum enim est in iure, quòd si vassallus mortuo domino infra annũ & diem à morte ipsius domini nõ petierit renouationem inuestituræ, fidelitatísq; iuramentum non exhibuerit, priuatur feudo: & è cõtrà, si domino superstite vassallus moriatur, filius, vel agnatus intra dictum tempus præmissa pariter non fecerit, feudo etiam priuatur, *c.* 1. *in pr. quæ fuer. prima cauſ. ben. amitt.*

* & est communis,* sicut testatur Curt. iun. *in tra. de feud. in* 4. *par. in* 23. *causa amissionis feudi,* cũ aliis per Clar. *in* §. *feudũ q.* 49. *in pr.* & per Rol. *cons.* 40. *n.* 1. *& seqq. & cons.* 64. *num.* 1. *& vol.* 3. & vtroque casu feudum applicari domino, & nõ agnatis, etiam quòd dicatur offensa persona domini, videtur tex. *in c.* 1. §. *præterea si quis infeudatus, de prohib. alie. feud. per Fed.* ac videtur etiam de mente gl. *in c.* 1. §. *item si fuer. in verb. reuertitur, quib. mod. feud. am.* Bal. *in c. quæ in Eccles. col.* 6. *vers. quæro, pater, vel auus, extra de cõst.* & *in d. c.* 1. *si vassal. feu. priu.* Io. And. *in addit. ad Spec. in tit. de feudis.* §. *quoniam in additione, inc. directè, in fi.* Odof. *in sum. sub rub. ad quos feud. reuert. quando amit.* Alex. *cons.* 30. *col.* 3. *in pr. vol.* 1. Anan. *const.* 32. *in* * *secundo dubio.* vbi pariter de communi, * cum aliis quos refert, sed non sequitur, Rol. *d. cons.* 40. *n.* 4. & 21. *& cons.* 64. *per tot. vol.* 3. vbi tamen testatur contrariam opinionem, tanquã * æquiorem & magis communem * esse in iudicando seruandam, cum qua ego etiam obiter pertranseo.

86 ¶ Tertium † affertur exemplũ per eundem Boss. quando requisitus recusasset associare Imperatorem proficiscentem Romam pro suscipienda corona Imperij: tunc enim feudo priuatur, illúdque applicatur pariter domino, excluſis agnatis, etiã quòd offensa non respiciat directè & principaliter personam ipsius domini, vt per gl. *in c.* 1. §. *si. in fi. de pace iuram. firman.* quem sequuti sunt Bal. & Alexan. relati per Boss. *in d. n.* 57. *sub vers. aduerte tamen,* & communiter * Doctores, vt dicit Curt. iun. *in d. tr. de feud. in* 5. *par. in* 1. *conc. col.* 2. *vers. hanc primam, &c.* prout illum refert, sed non sequitur indistinctè Clar. *in d.* §. *feud. qu.* 66. *vers. si.* quia in feudo antiquo & ex pacto, & prouidentia contrarium credit verius, per ea quæ superiùs dixit *in ead. quæst.* 66 *sub ver. ego alias.* *

¶ Limita IIII. Eandem † secundam conclusionẽ dictæ 87
secundæ sublimitationis, vt procedat in feudo antiquo non hæreditario, sed vt dicunt ex pacto, & prouidẽtia; vtputà in susceptо pro se filiis & descendentibus: tunc enim cùm dicti filij & descendentes non ex patris persona, nec tanquam patris hæredes aut successores, sed iure proprio veniũt ad feudum: tunc inquam eiusdem patris delictum filiis non nocet, & propterea feudũ in casu confiscationis bonorum, seu priuationis feudi, non domino, sed dictis filiis & descendentibus deuoluitur. Bart. *in l. eum qui, ff. de interd. & releg.* Cyn. & Sal. *in l.* 2. *C. de lib. & eorum lib.* Io. And. *in add. ad Spec. in ti. de feud.* §. *nunc dicamus, in add. inc. quòd sic.* Iacob. de S. Georgio *in tr. de feud. in gl. dict. vassalli. n.* 60. Gozad. *cons.* 84. *num.* 14. Cas. *cons.* 162. *col.* 3. *secundùm antiquam impressionem.* Imol. Alex. Roma. & alij *in l. si finita,* §. *si de vectig. col.* 2. *in fi. vers. itẽ adde quarò, ff. de damn. inf.* Cast. *in l. adoptiuum,* §. *patronum. col.* 2. & ibidem Ias. *in fi. de in ius voc.* Afflict. *in c.* 1. *n.* 3. *si vass. feud. priuet. & in c.* 1. §. *hoc quoque, n.* 53. *de succ. feudi, & in c.* 1. §. *sed & res. n.* 32. *per quos fiat inuest. & in c.* 1. §. *si vassall. in gl.* 3. *num.* 7. *quæ fuer. prima cau. ben. amitt.* Dec. *cons.* 389. *col.* 2. *in pr.* Calca. *in cons.* 74. *col.* 3. vbi latè Rui. *cons.* 149. *n.* 14. *vol.* 1. Dué. *reg.* 346. *n.* 5. Cur. iun. *in tr. de feu. in* 5. *part. vers. sextus principalis sit tract.* de communi * testãtur Goz. *d. cons.* 84. *n.* 14. Bero. * *cons.* 155. *col.* 2. *vers. sec. respondetur, vol.* 3. Rui. *consil.* 23. *n.* 32. *vol.* 5. Alex. *cons.* 19. *n.* 11. *vol.* 5. Rol. *cons.* 28. *n.* 11. *& cons.* 29. *n.* 33. *vol.* 3. *& in cons.* 78. *per tot vol.* 4. *& cons.* 64. *n.* 37. *& seqq. vol.* 2. † Secus si feudum, licèt sit antiquũ, sit tamẽ hæredita- 88
rium, vtputà concessum non filiis vt filiis, sed vt hæredibus, tunc enim ad istud feudum filij non veniũt iure proprio, sed tanquam patris successores; ideò licèt sit antiquum in casu confiscationis bonorum & priuationis ipsius feudi, illud deuoluitur domino, & non dictis filiis aut descendentibus, secundùm distinct. Bart. *in d. l.* 1. *ff. de inter. & rele.* quem communiter* sequuti sunt omnes Doct. *præcitati,* & bene declarat Rol. *in omnibus præallegatis consiliis.* *

¶ Sed † quando feudum dicatur captum pro se & filiis, vt 89
filiis; quando autem pro filiis vt hæredibus; & sic quando dicatur hæreditarium, & quando ex pacto & prouidẽtia; adeas post antiquiores quos allegat, in occurrẽti casu, eundẽ Rol. *cons.* 67. *per tot. in discursu, & cons.* 97. *n.* 39. *vol.* 1. *& cons.* 10. *n.* 18. *& cons.* 32. *n.* 28. *& cons.* 53. *n.* 6. *& seq. cons.* 57. *n.* 70. *& seq. & cons.* 55. *n.* 1. *& seqq. & cons.* 44. *n.* 1. *vol.* 3. *& cons.* 29. *n.* 5. *& 32. eod. vol.* 3. Clar. *in* §. *feudum, quæst.* 9. *per totam.* Osac. *dec. Pedem.* 160. *pariter per totam, & dicam in Quæstionib. ciuilib. l.* 1. *sub tit. de feudo, & emphyteosi.* Sed vtinam hoc possim.

¶ Limita V. tertiam conclusionem eiusdem secundæ 90
sublimitationis, † vt tunc demum feudum antiquũ excluſis agnatis in casu cõfiscationis bonorum, ac priuationis ipsius feudi, domino deuoluatur per offensam in eundẽ dominum factam, quãdo eadem offensa principaliter & directè respicit ipsum dominum; secus si non principaliter, & non directè: in omni enim casu, in quo vassallus feudo priuatur, dicitur offendere dominum, vt patet *in tit. quæ fuit prim. cau. ben. amitt. & in tit. quib. mod. feu. amitt.* sed ad hoc, vt in casu dictæ offensionis, & priuationis feudi illud deuoluatur domino excluſis agnatis, iuxta text. *in c.* 1. §. *denique, quæ fuit prim. cau. ben. amit.* & iuxta terminos conclusionis supra firmatæ *n.* 78. necesse est, vt dixi, quod dominus ipse principaliter offendatur non autem in consequentiã, vt per Bal. & Aluar. *in d.* §. *denique,* quos refert & sequitur Boss. *in tit. de bo. pu. n.* 57. vbi proterea infert, quòd offendere dominũ principaliter, propriè quis dicitur, quando illum verberaret, vel cucurbitarer. Item quando quis occideret fratrem, vel famulum ipsius domini, vt bene declarat Alex. *in l. si finita,* §. *si de vectig. al. col. fin. ff. de damn. inf.* iunctis iisquæ dicit Bar. *in l.* 1. §. *si. & l. seq. ff. de inim.*

¶ Item

91 ¶ Item † offensio principaliter, & in dominum dicitur facta ad effectum, vt feudum ipsi domino deuoluatur, exclusis agnatis, semper & in omni casu, in quo vassallus committit crimen læsæ maiestatis: in hoc enim crimine semper feudum deuoluitur domino, siue illud sit nouum, siue antiquum, siue hæreditarium; & siue ex pacto, & prouidentia, vt per Sal. *in l. 2. C. de liber. & eor. libe.* Dec. 615. *col. pen.* Curt. iun. *in tract. de feu. in* 5. *par. principali, in* 1. *q.* vbi testatur de com-
* muni, * prout illũ refert, & sequitur Rol. *in cons.* 29. *n.* 7. *vol.* 3. & latiùs *in cons.* 78. *n.* 25. *vol.* 2. vbi de magis communi.

92 ¶ Quod tamen intellige, † quando sumus in primo capite criminis læsæ maiestatis, tunc enim feudum, siue sit hæreditarium, siue etiam ex pacto, & prouidentia, domino deuoluitur, exclusis filiis, *vt per prædallegatos*: secus in aliis capitibus, in quibus si feudum non sit hæreditarium, & non captum pro filiis, vt hæredibus, sed pro filiis, vt filiis, & sic ex pacto, & prouidentia, non deuoluitur domino, sed ipsis filiis, etiam quòd agatur de crimine læsæ maiestatis, vt bene probat idem Rol. *in cons.* 78. *n.* 8. *& seqq. vol.* 4. vbi *num.* 10. testa-
* tur de communi * opinione, & alios adducit concordantes, *& in dicto cons.* 29. *n.* 32. *& sequentib. vol. tertio.* Nec dissentit Boss. *in tit. de bonor. publication. n.* 58. vbi relatis contrariis sequitur distinctionem Salic. *in dicta l. secunda, Codic. de liber. & eor. liber.* dicentis in crimine læsæ maiestatis, delictum aliquando committi in personam domini, & aliquando in dominum. Primo casu feudum applicatur domino; secundo autem casu agnatis.

¶ Limita VI. Eandem tertiam conclusionem dictæ se-
93 cundæ sublimitationis † non procedere, quando ex tenore inuestituræ constat, cõcedentem noluisse, vt vnius delictum alteri noceat: vtputà si in inuestitura dicatur, *Concedo de vno in alium*, vel, *Concedo omnibus principaliter, siue in solidum*, vel, *Concedo attentis meritis singulorũ*, vel, *Cõcedo generi tuo.* Tunc enim, quia omnes cõsiderãtur principaliter de per se, nõ tãquam successores primi inuestiti, sed tanquam primi successoris: idcirco vnius delictũ alteri non nocet, & propterea in casu confiscationis, & priuationis feudi, feudum ipsum non deuoluitur domino, sed filiis ac agnatis, etiam quòd offensa directè, vel principaliter tangat personam ipsius domini, secundùm Bald. *in c. primo, §. denique, post n.* 1. *ver. & nota.* & ibi etiam Aluarot. *col. quarta, versic. septima concluf. quæ fuit prima cauf. benefi. amitten. & in c. primo, col.* 3. *ver. ego, &c. si vaſſallus feud. priuet. & in c.* 1. *col.* 2. *de vaſſ. l. qui contra conſtit. Lothar.* Alex. *conſ.* 103. *colum. fin. vol.* 1. Dec. *conſ.* 252. *colum. pen. & cõſ.* 606. *col. pen. in fin.* Alciat. *conſ.* 182. *in fi.* Cur. iun. *in tra. de feud. in* 5. *par. in* 1. *concluſ. colum.* 2. *ver. limitate nunc primo*, Boss. *in titul. de bonor. publica. n.* 54. *in finali b. verbis.* Roland. *conſ.* 1. *n.*
* 54. *vol.* 3. *& conſ.* 15. *n.* 3. *volum.* 4. & est cõmunis, * vt per Iac. de S. Georg. *in tract. de feu. in verbo, dictique vaſſalli, post n.* 58. *verſic. quartò limitabitis*, prout illum refert, & sequitur Clar. *in §. feudum, q.* 66. *ver. ſed in omnem caſum.* Et hæc dicta sufficiant quoad confiscationem bonorum feudalium.

¶ Limita VII. Et principaliter secundam regulam in
94 hac quæstione propositam; † vt in omni casu, in quo bona delinquentiũ cõfiscari possunt, non trahatur talis confiscatio ad bona sita extra territorium cõfiscantis, secundùm magis
* communem * Doctorum opinionẽ, de qua testatur Bologni. *in conſ.* 34. *n.* 7. prout illum refert Bonacossa *in comm. opin. cri. p.* 2. *verſ. confiſcatio omnium bonorum rei, pag.* 16. *à tergo, col.* 1.
* Et licèt de communi * opinione in contrariũ, quam tenuerũt antiquiores relati per Nell. *de bannit. in prima parte ſecundi temp. q.* 17. *in princip.* testentur plures alij pariter relati per Clar. *in pract. q.* 78. *verſic. ſed hîc quæro, nunquid*, quẽ in proposito etiã refert & sequitur Suarez *in ſuis commun. opin. verſic. confiſcatio bonorum, n.* 267. Nõ recedo tamẽ à proposita quarta limitatione: quæ tamen reuera multa habet distinctionũ capita, pluréfq; patitur notabiles declarationes, de quib. post antiquiores, quos allegant, latè scripserunt Bart. *in l. cunctos populos, col. penult. in fin. C. de ſumma Trinitate, & fide cathol.* Nell. *in tract. de bannit. in prima parte, ſecundi tempor. d. q.* 17. *per totam*, Ang. *de malefic. in verbo, & eius bona publicamus, & ibi in addit. n.* 5. *& ſeqq. vſque ad n.* 10. ideo pro illius sustẽtatione, ac pro eorũ quæ proponuntur, perfecta & vera cognitione; duæ in proposita limitatione principales enucleandæ cadunt inspectiones. Prima erit, An & quando confiscatio trahatur ad bona sita extra territorium confiscantis? Secunda, ad quem dominum spectent dicta bona extra territoriũ cõfiscata; an scilicet ad confiscantem, an verò ad dominũ illius territorij, vbi bona sita sunt? Et vt rursus ambarum inspectionum facilior haberi possit resolutio, procedendo in prima inspectione per plures & separatas conclusiones, cùm (vt dixi) materia sit satis intricata & brocardica, nec bene possit per ampliationes & limitationes subnecti, & coniungendo insimul dicta recentiorum Doctorum veterum authoritatibus, quæ sequuntur, referuntur conclusiones.

¶ Prima itaque sit conclusio in prima inspectione huius quartæ principalis limitationis, † quòd quando in diuer- 95
sis territoriis bursa fiscalis est vna & eadem; quia putà vnus & idem dominus est, & cõfiscatio fit vigore iuris cõmunis, vtputà in crimine hæresis, aut læsæ maiestatis, vt suprà dixi; tunc trahitur etiam ad bona sita extra territoriũ confiscantis, ita per text. *in l. ſi quando, C. de bon. vac. lib.* 11. & post Bert. *in d. l. cunctos populos, Cod. de ſumma Trinitate, & fide cath.* quẽ ibi de verbo ad verbum retulit Signoro. de Homod. ac alios, quos allegant antiquiores, dixerunt Ang. *de malef. in verbo, & eius bona publicamus, n. quinto, poſt princip.* Nell. *in tract. de bõ. in prima parte ſecundi tẽp. q.* 17. *ante mediũ, verſ. & hoc præmiſſo, & paulò infrà, verſ. & quidem primum membrum*, Gig. *de crim. læſæ maieſt. lib. ſecũdo, tit. de pœnis cõmit. crimen læſæ maieſt. q.* 2. *in prin.* Conrad. *in pract. tit. de publ. bonorum, n.* 16. *in prin.* Boss. *in tit. de bonorum publ. n.* 62. *poſt prin.* Sicut enim in confiscatione de iure cõmuni omnia acquirũtur fisco generali; ita etiã eadẽ ratione omnia posita in eodem dominio, debẽt quæri superiori Iudicis cõfiscãtis, arg. tex. *in l. ſi duo. ff. de adminiſt. tuto.* & fiet isto casu exequutio per Officiales illius loci, vbi bona sita sunt, arg. tex. *in l. cùm vnus, §. fi. ff. de bon. auth. Iud. poſſid.* & hæc cõclusio nõ solùm cõmunis * est, prout te- *
statur Boss. *in d. n.* 62. sed nemo ẽt illi quẽ viderim, cõtradicit.

¶ Secunda sit conclusio in eadem prima inspectione, quòd si bursa fiscalis sit † vna, & eadem, vnúsque & idẽ do- 96
minus, licèt territoria sint diuersa, & confiscatio sit non de iure communi, vt in præcedenti cõclusione, sed de iure speciali statutorum, aut constitutionũ non existentiũ extra territorium cõfiscantis; tunc inquã dicta confiscatio non trahitur ad bona extra dictum territorium sita. Ita pariter post Bar. *in d. l. cũctos populos, C. de sũma Trinit. & fide cath.* & alios quos allegant antiquiores, scriptum reliquerũt idẽ Nel. *de banni. in* 1. *par.* 2. *temp. q.* 17. *ante mediũ, versic. ſi verò dicta iura ſpecialia, & paulò infr. in ver. tertiũ etiã mẽbrũ.* Ang. *de malef. d. verbo, & eius bona publicamus, n.* 5. *ver. ſi verò dicta leges ſpeciales.* Conrad. *in pr. tit. de publ. bon. ſub n.* 16. *verſic. ſi verò publicatio fit, &c. pag.* 437. *col.* 2. Gig. *de crim. læſæ maieſt. lib.* 2. *ti. de pœ. cõmit. crim. læſæ maieſt. q.* 2. *ver. aut dictæ leges non ſe extẽdũt*, Boss. *tit. de publ. bonor. d. n.* 62. cõstitutio enim, quæ localis est, extra locum, vbi talis cõstitutio viget, minimè extẽdi debet, *l. extra territoriũ. ff. de iuriſd. om. Iudi. cap. vt animarũ, de conſt. in* 6. Et Iudex, qui in confiscatione bonorũ fundat se in constitutione particulari suæ iurisdictionis, non intẽdit vlteriùs progredi, quã ipsa cõstitutio extenditur, *l. libertus, §. penult ff. ad municip.* Et hæc secũda cõclusio non solùm etiam communis * est, sicut eã cõmunem testatur Clar. *in pract. q.* 78. *ſub* *
ver. ſed hîc quæro, sed etiam nemo ab illa dissentit. Vide etiam Clar. *in d. verſic. ſed hîc quæro, in fin.* vbi videtur sentire, † quòd 97
quando sumus sub eodem præside, tunc confiscatio trahitur ad bona sita extra territorium, etiam quòd fiat de iure speciali non existente in loco vbi bona sita sunt, & quòd ita apud eum in Ducatu Mediolani vidit plerumque obseruari.

¶ Tertia sit conclusio, † quòd quãdo territoria sunt di- 98
stincta, sed bursa fiscalis est vna, & eadem, vnúsque & idem dominus, & confiscatio fit de iure speciali, quod viget etiam extra territorium Iudicis confiscantis, & est illud ius etiam commune in loco, vbi bona sita sunt; tunc inquam talis confiscatio trahitur ad bona extra territoriũ sita, Bar. *in d. l. cunctos populos, C. de sũma Trin. & fide cath.* Nell. *de bãnit. in* 1. *par.* 2. *temp. q.* 17. *ad mediũ, ver. ſi verò publicatio fit, ſecundũ cõſtitutiones ſpeciales, & paulò inf. ver. & quidẽ primũ verbũ*, Ang. *de malef. in d. verb. & eius bona publicamus, n.* 5. *ver. aut publicatio fit ſecundùm conſtitutiones*, Gig. *de cri. læſæ maieſt. lib.* 2. *tit. de pœnis commit. crimẽ læſæ maieſt. qu.* 2. *ver. aut talis publicatio bonorũ*, Conrad. *in pract. in tit. de publ. bon. n.* 16. *verſ. ſed verò publi-*

catio sit.pag.437.col.2.in fi. Bos*.in tit.de bon.publ.dict.n.62.post princ.* cessat enim isto casu ratio,de qua *in l.extra territorium, ff. de iurisd. omn. Iud.* cum aliis supra allegatis *in antecedenti concluſ.* Et propterea etiam cessare debet iuris dispositio, *l. adigere*, §. *quamuis*, *ff. de iure patron. cum vulg.* & hæc tertia conclusio pariter est recepta communiter * ab omnibus, dummodo (vt præfertur) simus in eadem bursa fiscali,& in eodem dominio:secus si bursa fiscalis sit distincta, & dominia sint diuersa ; quia tunc confiscatio facta de iure speciali, non trahitur extra territorium, etiam quòd dictum ius speciale vigeat in loco,vbi bona sita sunt,vt bene declarat Boss. *d. n. 62. vers. sed quid si in hac ciuitate.*

99 ¶ Qvarta sit conclusio, quòd si territoria sint diuersa, ac diuersi etiam domini vniuscuiusque territorij, bursæque fiscales distinctæ & separatæ, confiscatio non trahitur ad bona sita extra territorium confiscantis, quando fit non de iure communi, sed de iure speciali; sic enim idē tradit Nell. *in tract.de banni.prima part.secundi temp.quæst.17. vers.si verò publicatio fit virtute iuris municipal.&c. & paulò infra,in vers. si verò & iurisdictiones sint distinctæ, & iterum infrà in versic. Quartū membrum,&c.inquiens in dd.locis,* post Nic.de Mattarell.Ioan.Andr.Bart.& Albert.quos allegat, Quòd si publicatio fit virtute iuris municipalis tribuentis iurisdictionem, vel pœnam statuentis,vel vtrumque facientis;dic quòd tūc publicatio non extenditur extra illa bona,quæ sunt extra iurisdictionem, & potestatē illius legis municipalis, cuius vigore fit confiscatio,*per l.tertiam,ff.de offic.præsid.& l.fin.ff. de offic.præfect.vrb.& l.neque,C.qui dar.tutor.poss & l.ius singulare, & l.quod verò contra,ff.de leg.* sequitur Aug.ad Ang.*de malef. in d.verbo, & eius bona publicamus, n.5.vers.tertia fuit opinio,* Conr.*in pract.d.tit.public. bonorum, n.16.vers.si publicatio non fit de iur.cōmuni,pag.437.col.2.in fin.* Gig. *de crim. læsæ maiest. lib.2 tit.de pœn.commit.crim.læsæ maiest. q.2.vers. secundo verò casu,* Boss.*in d.tit.de bonor.public.sub n.62.* Plot. *cons. crim. diuers. 130.n.12.13.& 14. lib.primo,in fol.* vbi propterea post Franc.Lucan.de Parma,quem allegat,*in tract. de priuil. fisci, in tit.de public. bon. col.2.n.4.vers. Quartò quæritur,an si ex forma,&c.* dicit quòd isto casu bona non applicantur fisco,sed condemnato,vel eius hæredibus,aut agnatis proximioribus venientibus ab intestato vsq; ad tertiū gradum,iuxta dispositionem *auth. bona damnator.C.de bon.proscr.*& ampliat hāc conclusionem procedere,etiā quòd constitutio, seu lex municipalis diceret, quòd confiscarentur omnia bona vbique sita & reperta. Adhuc enim illud verbum, *vbique*, restringi debet ad terminos habiles,videlicet ad dominiū confiscātis, & non vltra,arg.text. *in l. prima*, §. *nunciatio*, vbi glo. Bar. & Ias. *ff. de noui operis nunciat.* Et hæc quarta conclusio non so-
* lùm cōmunis * est,sicuti testanturCeph.*in cons.79.n.13.vol.* 1.& Clar.*in pract.d.q.78.sub vers.sed si quæro*,sed etiā nullam habet difficultatem:quia si,vt suprà diximus,*n.69.in secunda conclusione*, confiscatio facta de iure speciali non trahitur ad bona sita extra territoriū confiscantis, quando bursa fiscalis est eadem, & vnus & idem dominus:multò minus trahi debet,quādo dominia sunt distincta,& bursę fiscales separatæ.

100 ¶ Qvinta sit conclusio,† quòd confiscatio facta de iure communi trahitur ad bona sita extra territoriū confiscantis, etiam quòd iurisdictiones & bursæ fiscales sint separatæ, & distinctæ:ita pariter post Nicol.de Mattarel.Bart.Ioan.And. & Alber.quos allegat, concludit (licèt non in omnibus, vt paulò infrà dicam,idem sentiat)Nell.*qui suprà d.q.17. vers. tertia fuit opinio,& paulò infrà,vers.si verò publicatio fit de iure communi,* Ang.*de malef.d.verbo, & eius bona publicamus, n.5. vers.2.casu.* Gig.*de crim.læsæ maiest.q.2.vers.aut fit de iure communi,* Conrad *in pract.d.tit.de publicat bonor.sub d.n.16.* Boss. *in eod.tit.de bonor.publicat.sub n.62.* Cæpol. *cons. crim. 17. n.*
* *37.& seqq.* & *ibi in addi.* & est communis,* sicuti testantur Roman,*sing. 572.licèt magna,* Plot.*d.cons.crim. diuers. 130.n. 15. in fin. vol. 1.* Cephal.*d. cons.79. n. 9. vol. 1.* Clar.*in pract. d. q. 78. vers. sed hic quæro, nunquid.*

101 ¶ Sexta sit conclusio (& nunc ingrediar secundam inspectionē propositæ quartæ principalis limitationis) quòd in casu in quo confiscatio trahitur ad bona sita extra territorium confiscantis, talia bona non spectant ad Iudicem, seu dominum confiscantem,sed ad dominum loci,vbi bona sita sunt,argumēto tex.*in l.quicūq.*§.*vniuersi,vers.quod si fecerint,* ibi,*in cuius territorio est,C.de hær. in l. fin. C.de bon.vac.lib.10.l. tutores*,§.*hæres*, & ibi Bart.*ff.de admin.tut.*idem Bart.& alij *in l.cunctos populos,ad fin.C.de summa Trinit.& fide Cathol.* Ang. *de malef.in d.verbo,& eius bona publicamus, nu.5. vers.secundo casu,quando iurisdictiones sunt distinctæ.* Aymo.*cons.128.n. 1.* Afflict.*in c.primo*,§.*denique,circa finē,n.35. in tit. quæ fuit prima cauſ.benef.amitten.* Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.2.tit.de pœnis committ.crim.læsæ maiest.q.2.n.2.* Alb.*in l.2.ff. de cap.dimin. & in tract.statutor.2.par.quæst. 223.* Alex.*cons. 31.vol.1. & cons. 111.vol.4.* Bologn.*in cons. 35. col. 3.* Bald. *in l.ex facto, ff. de hær.instit.* Masuer.*in pract.tit.de pœnis,n.16.* Boss. *in tit.de bon. public.n.62.* & licèt hanc sextam conclusionem non semper veram esse pluribus ostendat Nell. *de bannit.in prima par.2. temp.q.17.post medium,vers.vltimum verò membrum, & seqq. per totam quæst.* vbi etiam post Bald. *in d. l. cunctos populos in vlt. quæst.* multa facit distinctionum capita,& Nelli opinionem, & distinctionem referendo discutiant Aug. ad Ang. *de malef.d.verbo, & eius bona publicamus,n.5. in fine,vers. sed vnaquæque ciuitas,n.6.7.& 8.* Gig.*d.q.2.n.1.vers.* Nellus etiam *in suo tract.*& Conrad.*in pract.tit.de publicat. bonor. n.16.pag. 438. col. prima, vers. verùm ista doctrina Bartoli*, ex quorum dictis multa possent in via disputatiua deduci: non tamen per hoc recedas à proposita conclusione, quæ communis
* est, sicuti testantur Rom.*sing. 272. licèt magna*, Aug. ad Ang.*de malef. vbi suprà n.7.in fin.* Conrad.*in pract.d.fol.438. col.1.vers.subdit etiam August.* Rol.*de lucr.dot.q.20.n.10.& cōs. 75.n.8.vol.3.& cons.78.n.14.vol.2.* vbi alios adducit concordantes. Plot.*cons. cr.diuers.130.n.15.vol.1. in fol.* Em. Suar.*in commun. opin.vers. confiscatio,n.267.* Brun.*cons.feud.31.n. 15.* Clar. *in pract.q. 78. vers. sed hic quæro, nunquid.* vbi declarat, dummodo dominus alterius territorij habeat ius confiscandi ; aliàs secus,ex Afflicto, *decis. 202. n. 16.* & in omnem euentum aduerte, quòd quando ex vi verborum ipsius sententiæ non censentur confiscata bona alterius territorij: tunc si delinquens illi alteri territorio est aliquo modo subditus, vel ratione originis, vel ratione domicilij, poterit ibi fieri nouus processus,& noua condemnatio ; & illius vigore bona ibidem sita confiscari, prout declarat Bossius *in d. tit. de bonor. publicat. n. 65.* nec dissentit Nell. *in sua distinctione*, de qua *in d.q. 17. prope fin. vers.sic verò loquimur in bannito.*

¶ Ampliа Hanc sextam conclusionem, † vt procedat 102
etiā quòd bona sita extra territoriū confiscātis essent in loco spectante ad confiscantem iure directi dominij:adhuc enim dicta bona spectant ad feudatarium,& non ad dominū directum confiscantem,sicut in terminis post Afflict.*dec.282.in fin.* Guido Pap.*q.76.si in terra,*& alios, quos allegant,consuluerunt Aym.*in cons.128.n.3.& 4.* & Roland.*cons.78.n.2. & seqq.vsque ad n.22. vol. 2.* † vassallus enim infeudatus à do- 103
mino de mero & mixto imperio non solùm debet habere suorum subditorum mulctas, quæ meri imperij sunt, vt per Bart.& alios *in l.imperium,ff.de iurisd.omn. Iud.* Isern.Præpos. & Aluarot.*in c.1.§.si quis aliquē de pace tenend.& eius violat.* Bald.*cons.306.& seq.vol. 5.* Iacob.de sancto Georgio,*in tract. de feud. in verbo,cum mero & mixto Imperio columna secunda, versic.sed an pœnæ.* Paul.de Castro,*in cons.61.& 353.volum.1.* verùm etiam & pariter habere debet cōfiscationes,& publicationes bonorum,vt bene probat Luc. de Penna,*in l.1.col. pen.in pr.vers.secundò quæritur,C.de priu.Schola.l.12.* cuius dicta reassumit,& aliis Doctorū authoritatibus cōprobat Roland.*d. cons.78.n. 9.& sequentibus,& n.19.volum.2.* vbi propterea infert, quòd inuestitus de feudo cum mero & mixto imperio,ac omnimodaiurisdictione,dicitur procurator fisci in rem suam.Bald.*in l.prima,in fi.C.de hær.& actio.vend.* Cuman.*cons.161.col.pen.in fin.* Boss.post multa,*in tit.de reg.n.15. prope fi.vers.quia ex dicta inuestitura,& vers. cōclusio est igitur. & latiùs in tit.de pœnis.n.25.*& multò magis feudatarius habebit cōfiscationē bonorū,si in feudi inuestitura cōcessa sibi fuerint regalia:per regaliū enim concessionē fuisse etiā concessū ius confiscādi,quod de regalibus est,apertè docet post Abb.Affl.& alios quos allegat Rol.*d.consil.78.n.20.volum.2.* & anteeum Aym.*in cons.128.n.3. & 4.* nec dissentit Boss. *in d.tit.de pœnis n.25.* Si igitur feudatarius habet ius confiscationis,& publicationis bonorum, prout vltra præallegatos idem etiam scripserunt plures relati per eundem Roland. *in cōsilio 73. numero 3.4.& 5.* necessariò sequitur,quòd bona in

na in eius territorio cõfiscata per suum dominum directum, ad ipsum feudatarium spectent, & non ad dominum, per supetiùs allegata *in præcedenti sexta conclusione*, & per eundem Rol. *in cons.75.n.7.& seqq.vol.3.*

104 ¶ AMPLIA Rursus præcedentem ampliationem † procedere etiam in confiscatione bonorum facta propter crimen hæresis. Bona quoque sita in territorio feudatarij, isto etiam casu applicantur ipsi feudatario, & non confiscantur extra eius territoriũ, *c. cùm secundùm, de hæret. lib.6.* Marti. de Laude. *in tractat. de fisco, conclusio.24.* vbi stãte consuetudine, quòd de bonis hæreticorum confiscatis tertia pars sit domini tẽporalis, in cuius territorio sunt bona: si contingit aliquem dãnatum de hæresi habere bona in territorio Ducis Sabaudiæ, & alia bona in iurisdictione nobilium de Solario, qui suam iurisdictionem recognoscebãt in feudum à dicto Duce Sabaudiæ; tertia pars dictorum bonorum sitorum in territorio illorum de Solario, spectabit ad ipsos feudatarios, & non ad Ducem Sabaudiæ, sequitur Boss. *in tit. de hæret. n.34.* Guido Papæ *dec.76.* vbi testatur, quòd ita aliàs vidit seruari. Aym. *cons.128.n.6.versi. Nec obstant, quæ in contrariũ adducũtur*, vbi alios adducit cõcordantes, Natta *cons.580.n.16.* Rol. * qui de communi* opinione testatur *in cons.75.n.8. volum.3. & consi.20.num.14.eo.volum.* vbi alias Doctorum authoritates allegat, & ita etiam relatis contrariis concludit Guindisal. de Villa Diego *in tractat. de hæret. q.15.num.3.iuncto n.6.* vbi quòd stante dicta consuetudine diuidendi bona hæreticorum in tres partes, quarum vna assignetur domino temporali, altera Officialibus Inquisitionis: & tertia pars ipsi officio: tertia pars bonorum hæretici existentium in territorio Ferrariæ, & confiscatorum per Inquisitorem Florentiæ, spectat ad commune Ferratiæ, non autem ad commune Florentiæ; & hoc per iura, & rationes ibi per eum allegatas, & ne præcipuè detur iurisdictionum confusio.

105 ¶ LIMITA tamen propositam primam ampliationem † non procedere in confiscatione bonorum facta propter crimen læsæ maiestatis commissum à subdito feudatarij in personam domini directi: tũc enim in eo casu bona istius delinquentis existentium in territorio feudatarij confiscantur, & applicantur ipsi domino directo; non autem feudatario, in cuius territorio sita sunt: ita in terminis Masuer. *in pract. tit. de pœnis, n.16.* Boss. *in eod. tit. de pœnis, n.28. & seq.* vbi quòd ita vidit aliàs seruari. pluribus comprobat Rol. *in cons.78. per totum, vol. secundo, & in consilio 73. pariter per totum, vol.4.* & licèt contra hanc ampliationem multa obiici possent, quæ summatim tetigit Aym. *in cons.128. num.6.* & latiùs explicat Rol. *in dictis consiliis 78. & 73.* non per hoc tamen ab illa recedas: quia optimè ab omnibus impugnationibus, & contrarietatibus defenditur per dictum Rol. *vbi suprà*, vbi bene loquitur, & declarat materiam. † Et aduerte, quòd si subditus
106 feudatarij committat crimen læsæ maiestatis, non in ipsum dominum directum, sed in ipsum feudatarium: tunc illius bona non applicantur domino directo, seu feudatario, vt per Boss. *in tit. de bonorum publicat. n.63.* Rol. *dicto cons.78. n.13. vol. secundo*, vbi alios adducit concordantes. Procedit ergo proposita ampliatio, quando crimen læsæ maiestatis committitur per subditum feudatarij contra dominum directũ; secus si contra ipsum feudatarium.

¶ SVBLIMITA Hanc præcedentem limitationem non
107 procedere, † quando delinquens haberet aliqua bona in feudum, vel emphyteosim ab ipso feudatario; & sic quãdo esset subfeudatarius, vt ita dicam, vel secundus vassallus, respectu primi domini directi, prout dicit Rol. *dicto cons.73. num.20. vol.4.* tunc enim si committat crimen læsæ maiestatis in primum dominum directum; feudum & emphyteosis ipsius delinquentis nõ confiscatur ad fauorem ipsius primi domini, sed vtile dominium consolidatur cũ directo, & applicatur domino suo immediato, qui est feudatarius primi domini: sic in terminis probat tex. *in c. primo, §. illud, de prohib. feud. alien. per Feder.* vbi si vassallus dominũ domini sui offendit; feudum vassalli delinquẽtis renertitur ad dominum immediatum, à quo feudum habuit, non autem ad dominum mediatum offensum: quem text. in id ponderarunt Affli. *in tit. de pace tenen. & eius violat. in decimo notab. n.5 & seq.* Ilern. *in cap.1. col.3 si vassal. feud. priue. & in c.1. de vassal. decrep. etat.* idem Afflict. *in dec.282. in secundo dubio*, Aym. *d. cons.128. n.*

6. versi. tertiò principaliter, Rol *dicto cons.73. nu.20. vol.4.* vbi reddit rationem, quia aliàs dicendo sequeretur absurdum, quòd qui infeudauit; pœnam deberet pati ex delicto vassalli infeudati. Et idem in bonis emphyteoticis considerauit Oldra. *in cons.17. Thema tale est, quidam clericus, col.3. ver Nec obstat.* vbi cõcludit, quòd bona clerici condẽnati per Episcopum applicantur domino temporali, de cuius dominio mouentur, & à quo in emphyteosim recepit; aliàs absurdum sequeretur, quòd dominus directus pœnam pateretur ex delicto emphyteotæ. Conclusio ergo, de qua suprà, *nu.105.* in qua dixi bona subditorum committentium crimen læsæ maiestatis in dominum directũ, applicari ipsi domino confiscanti, & non feudatario, intelligi debet vt non procedat in bonis, quæ ipse delinquẽs habeat in feudum, vel emphyteosim ab ipso feudatario, & quæ de illius dominio mouentur: talia enim bona non domino directo, sed ipsi feudatario applicari, etiam quòd commiserit crimen læsæ maiestatis, multò verius est per præallegata.

¶ LIMITA eandem sextam conclusionem suprà posi-
tam, *n.101.* † vt licèt in casu in quo confiscatio bonorũ tra- 108
hitur ad bona extra territorium confiscantis sita, talia bona non spectent ad Iudicem, seu dominum confiscantem, sed ad dominum loci, vbi bona sita sunt; id tamen intell gendũ est, vt procedat in bonis immobilib. secus in mobilibus, quæ cùm personam condemnati concernere dicantur, nec territorio circumscribantur; ideo dominio Iudicis confiscantis applicari: etiamsi sint extra illius territorium; sic enim probare videtur tex. *in c.1. §. si Iudex*, in illis verbis, *Dominus eius omnia bona mobilia sub sacrã. Iudici reprasẽtet*, & ibi And. de Iser. Aluar. & Affl. *de pace tenend. in vsib. feudor.* itẽ & text. *in l. mercatores.* & ibi Bal. *n.1. C. de commer. & merc.* Oldra. *cons.17. circa prin.* Alex. *cons.16. col. fi. & cons.31. viso tit. quæstionis, col.2. n.5. versi. Pro quo, & c. lib.1* idẽ Alex. *in addit. ad Bart. in l. cunctos populos, n.50. in verbo, imposituerẽ, C. de s. n. a Trinit. & fide cathol.* idem Afflict. *in d.c.1. § si quis hominem, in decimo notab. n.1. & 2. & in c.1. §. his consequentem, n.11. in tit. hìc finit lex.* Feder. Pet. Pecch. *de iur. fisten. c.8. nu.6.* Io. de Citier. *in tra. de primoge. lib.3. q.8. n.1. & 2.* vbi dicit, quòd ista est mera veritas, Iac. de sancto Georg. *in tract. de feud. in 10. cum mero mixto imperio, n.17. versi. sed veritas est in contrarium*, Bart. Chass. *s. per consuetud. Burgun. in tit. de confiscat. in verbo*, Et appartient la confiscation. *fol. mihi 94. nu.12. & 13. rubr.2. §.1. versi. Aduerte quia*, Bal. Strauh. *in tract. de assecurat. gl.35. n.9. in fine, & seq.* Soc. *cons.23. viso testamento, col. fi. in princ. libr.2.* Catel. Cotta *in suis memor. verb. confiscatio bonorum*, Firma. *in suo Repert verbo, bona mobilia, nu.6.* Gig. *de cri. læsæ maiest. lib.2. tit. de pœnis cõmitten. crimẽ læsæ maiestat. q.2. in fi. n.3.* Anchar. Regien. *q.25. n.9. part.2.* Plot. *cons. crimin. diuers. 130. num.15. tomo 2. in fol.* De communi* testatur Roma. *d. sing. 578. licèt* * *magna.* & Romanum refert, & sequitur Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, & eius bona publicamus, n.7. in fi. ver. itẽ adde. & c.* & Aug. vbi suprà pariter ad propositum refert, & sequitur Conrad. *in pract. tit. de publ. bonor. sub nu.16. versi. subdit etiam Aug. pag.438. col. prima, in medio*, & de magis communi* te- *
statur Carauita *super ritu magnæ cur.132. n.3. & seq.* Lucerna Inquisi. *in verb. Bona hæreticorũ, n.6. ver. Bona mobilia*, Peregr. *de iure fisci* (quem declarantem videas) *li.5. c.1. rub. de public. bono. n.141. & seq.* & licèt idem Bald. *in cap.1. in prin. num.6. de pace tenent.* contrarium dixerit, & Baldi opinionem veriorem affirmauerit idem Alex. *in cons.163. nu.2. ante fin. lib.1.* non per hoc tamen à proposita limitatione, quæ, vt præfertur, communis est, recedas etiam in pract. quæ etsi rursus forsan nõ seruetur Mediolani, prout testatur Clar. *in pra. d. q.78. versi. sed hìc quæro, nunquid, in fi.* & Clarum referendo sequuti videantur Bursat. *in cons.43. n.13.* Peregr. *de iure fisci, d. c. primo, eod. n.141. lib.5.* Baiar. ad Clar. *d. q.78. n.143.* (quia tamen Bursatum *vbi supr.* corruptè, & in contrarium allegat) non tamen etiam per hoc sequitur, quòd non debeat seruari in aliis locis, vbi talis non viget consuetudo. Et hucusque dixisse placuit de confiscatione bonorum existentium extra territorium confiscantis.

¶ LIMITA V. & principaliter propositam secundam re-
gulam huius quæstionis † non procedere in nominib. de bi- 109
torum, iuribus, & actionib. licèt enim regulariter in fiscum transire soleãt omnes obligationes tam ciuiles, quam naturales,

tales,vt infrà dixi, *num.*142. *prope fin.* Et licèt rursus iura,& actiones regulariter appellatione bonorum simpliciter contineantur,*ad l. Quintus*,& ibi Bart.*ff.de auro,& argen. leg.* nõ tamen continentur,quando adiunguntur cum aliquo verbo possessiuo; putà si dicatur, *bona sua*, *&c.* quia cùm iura, & actiones, ac nomina debitorum minimè possideantur, per Bal.*in l.*1.*circa prin.ff.de statu homin.* idcirco ea non venire in generali confiscatione omnium suorum bonorum mobiliũ & immobilium, nisi expressè etiam fiat mentio de dictis iuribus,actionibus,ac nominib.debitorum,post Bald.*vbi supr.* tradiderunt Io.Arno.*soliloq.*10.Dec.*cons.*242. Anch.Regien. qui latè hanc defendit limitationem, & contrariis respondet,*in q.*7.*per totam*,*par.secunda*,& ante Ancharanum, Ang. *de malef.in verbo,& eius bona publicamus*,*n.*13.Alex.*cons.*31. *viso tit.quæstionis*,*col.penult. versic. confirmo per ea*, *& cons.*45. *Habita super his*,*colum.*3. *vers.primò enim considero*,*lib. primo*, prout refert,& sequitur Cattel. Cotta *in suis memora.in verbo,bonis publicatis,& iterũ in verb.nomina debitorũ,&c.*De cõ-
* muni*testatur Arius Pinel.*de bon.matern.fol.*20.*n.*26.*& seq.* prout illum pariter refert,& sequitur Clar.*in pra.q.*78. *ver. succedentes,quæro.* vbi inquit, quòd ex hoc introducta est practica,vt in sententia cõfiscationis expressè apponantur etiã illa verba,*Iurium,actionum,ac nominum debitorum.*Nec dissẽtit Gigas *in tract.de crim.læsæ maiest.tit.de pœnis committe.tale*
110 *crimen.q.*27.*per tot.*† vbi declarando materiam dubitat, An isto casu debitor soluendo suo creditori delinquenti, possit ampliùs à fisco molestari?Et concludit, quòd si soluerit ante condemnationẽ,sit liberatus,nec poterit ampliùs molestari, *l.reo,ff. de solut. l.post contractum,ff. de donat.* secus si post condemnationem,*d.l.post contractum*,*cum sua materia.* At si creditor fuerit reus criminis læsæ maiestatis,& tunc ex speciali fauore illius criminis debitor illi soluendo etiã ante condẽnationẽ non liberatur,*l.pen.& l.fi.* & ibi gl.*in verbo,soluere*,*C. ad l.Iul.maiest.c.fœlicis*,ibi.*Nullus ei debita reddat*, *&c. de pœnis*,*in* 6.dũmodo fuerit ille creditor inquisitus,denunciatus, vel publicè de tali crimine imputatus;& taliter, quòd debitor bene sciebat, vel scire debebat facultatem soluendi illi creditori esse sublatam: secus si hæc non præcesserint, vel debitor aliquã iustã ignorantiam prætendere potuerit; quia tunc soluẽdo etiam huius criminis reo liberatur, nec potest ampliùs molestari,prout argumento eorũ, quæ de soluente creditori putatiuo,vel procuratori,quem quis ignorabat reuocatũ,respectiuè traduntur *in c.nihil,de elect.& in l.cũ quis*, *ff de solut.* expressè dicit Sal. *in l. meminisse, circa finem,C.ad l. Iul.maiest.*Tu verò in hac matetia;An scilicet, & quãdo delinquentibus possint eorum debitores debitam pecuniam soluere:& econuerso,quando iidem delinquentes debitores possint suis creditoribus soluere, quandóve talis solutio præsumatur facta in fraudem fisci, vide latè tractãtem Boss. *in tit.debitores an delinquenti soluere possint, per totum.*

111 ¶ Limita VI.Eandem secundam regulam non†procedere in dote vxoris, quam minimè confiscari propter delictum mariti, etiã quòd esset crimen læsæ maiesta.seu aliàs in casu,in quo eius bona confiscari deberẽt: probat tex. *in l. quisquis*,§.*vxores sanè*,*C.ad l.Iul.maiest.& in l.si quis posthac*, vbi Doct.*C.de bon.proscr.*Ant.de Butr.*in cons.*61.*strictè nõ reputo*,*n.*3.Soc.*cons.*121.*incip.Præmittẽda*,*n.*6.*ver.quartò, & vltimò respondeo*,*vol.*4.Plot.*cons.crim. diuers.*130. *n.*50.*volum.*1. *in fol.*Conrad.*in pract.tit.de publ.bonorum*,*n.*9.*pag.*441. *col.*2. *in fine,& n.*11.*prope fi.ver.vxorib.eorum dotem*,*pag.*433. *col.*1. Roland.*cons.*31.*num.*33.*& seqq. vol.*1. Clar.*in pract.q.*78.*sub vers.quæro si bona.*ibi,*Publicatis autem bonis mariti.* Boss.*in tit. de bonorum public.n.*73.*&* 75. vbi ampliat, etiam quòd vxor sequatur virum de rebellione condemnatum, & est cõmunis,* sicuti testantur Emanuel Soarez *in comm. opi. verbo,cõfiscatio,nu.*268.Bonaco.pariter *in comm. opin.p.*1. *pag.*37. *col.* 2.*in fi.vers.confiscatis bonis vxoris,&c.*Nõ enim vxor pro marito pati debet,*l.ob maritorum, & per totum tit. C. ne vxor pro marito.* Nec ex delicto mariti debet vxoris conditio in eius bonis fieri deterior,*l.*1.*C.ad l.Iul.de vi pub.& in l.*1.*C.de priuil.fisci.*cum aliis in proposito adductis per Gig. *de crim. læsæ maiest. lib.*3.*tit.*1. *q.*18. vbi quòd statim viro bãnito potest vxor suã dotẽ repetere, siue bona mariti sint publicata, siue non:quia exilium paupertatem inducit,ad gloss. *in Authe.de exhiben.& intromittent. reis*,*in prin.* cum aliis per Io. And. *in addi.ad Specu. in tit. de donat.*§.*fi.ver. quid si vir est in banno.* Alexan.*in l.si cùm dotem*,§.*si maritus*,*ver. ex his infert*,Imo.*ff. solu. matrim.*Angel.*in l. cùm acutissimi*,§. *illud*,*Cod. de præscr.* 30.*anno.*Roman.*cons.*187.

¶ Ampliа I.Hanc sextam limitationem,†vt econtrà li- 112
cèt soluto matrimonio propter vxoris viduæ delictum,cùm de eiusdem vxoris solo præiudicio agatur, & dotẽ quoque confiscari communiter*Doctores scripserint, sicut de com- *
muni testati sunt Nell.*in tractat.de bannit. in prima parte secũdi tẽpor.q.*28.*in fi.*Ang.*de malef.in verbo, & eius bona publicamus*,*n.*29.& ibi Aug.*in addi.*Boss.*dicto ti.de bonor. publicatio.n.*73.Soarez.*in cõmun.opin.litera C.n.*268.Bonacoss.*in cõmu.opin.parte prima*,*pag.*37.*col.*2.*in fi.ver.cõfiscatis bonis vxoris,& part.*2.*pag.*16.*à tergo*,*col.*2. *pariter in fi. versi. confiscata intelligitur dos.*Clar.*in pra.d.q.*78.*ver.quæro si bona, in princip.*

¶ Si tamen vxor deliquerit constante matrimonio,†tunc 113
cùm agatur etiam de interesse viri, qui eo tempore dicitur dotis dominus,*l.doce ancillã*,*C. de iure dot.* idcirco multò veriusest in eiusdem viri præiudicium dotẽ minimè confiscari posse;†nisi in quinque casibus,videlicet maiestatis, vis pu- 114
blicæ,parricidij.veneficij,& sicarij,probat tex.*in l.quinque legibus*,& ibi Doctor.*ff.de bon.damnat.*& communem*pariter* dixerunt Nell. Ang. *de malefi.* Boss. & Clarus *in locis prælegatis:*addo Roland.*cons.*98.*nu.*25.*vol.*2. vbi reddit rationem, Cõr.*in pract.tit.de publicat.bonor.n.*9.*pag.*431.*col.*1. *versi. verùm econuerso*,& Plot.*cons.cri.diuers.*130.*n.*53.*&* 54.*vol.*1.*in fol.*vbi amplius,† quòd lucrum dotis debitum marito ex vi 115
alicuius statuti,nec etiam propter delictum vxoris confiscatur in dictis quinque casibus constante matrimonio, per tex.*in dict.l. quinque legibus*,& ibi gl.& Doc. *iuncta l. omnes*, vbi etiam Scrib.*ff. de bon. dam.* & idem tradit Conradus *in loco nuper citato.*vbi & alios adducit conco rdantes.

¶ Ampliа II. Eandem limitationem, † vt licèt ex quo 116
nemo de iure potest bonorum publicationem & incorporationem impedire,nisi de illorum dominio,aut saltem possessione doceat *ad l.fi cum ibi notat. C.de bon.vacã.lib.decimo.* & idcirco vxor,quæ pro sua dote non nisi hypothecata habet bona mariti,non possit eiusdem dotis confiscationẽ impedire,sed bene postea illam repetat à fisco,vt ex Bal. Ang. Raph.& Imo.*in l.si marito,in princip.ff.solut. matri.* scriptum reliquit Ang.*de malef.in dicto verbo, & eius bona publicamus*, *sub n.*10.quem pariter per eos relatum sequuti sunt Conr.*in pract.ti.de publica.bonor.n.*9.*pag.*432.*col. prima.in princ. versi. Angel.tamen*,& Rolan. *cons.*31.*n.*36.*vol.*1.& ab istis nec dissentire videntur Boss. *dicto tit. de bonor. publicatio. n.*63. *& seq.*Gig.*de crimin.læsæ maiesta.lib.*3.*tit.*1.*q.*18. *in fine*, & Clar. *in pract.d.q.*78.*sub versi.quæro, si bona.*

¶ Si tamen † in instrumento dotali vxor habuerit clausu- 117
lam constituti, per quam & dominium, & possessionem transferri notant Doctores *in l.quod meo,ff.de acquiren.possessio.*tunc & in eo casu posse vxorem insistere possessioni bonorum dotalium,& eorum publicationem impedire,donec sibi fuerit satisfactũ de dote, & donatione propter nuptias, de quibus in dicto instrumento optimè probat idem Rol. *d.cons.*31.*n.*37.*& seqq.vol.*1.

¶ Et†si eadem vxor in instrumento dotali clausulã con- 118
stituti non habuerit,sed tempore confiscationis,vel penes se habeat res dotales,aut alia bona mariti, sibi pro dote hypothecata, vel etiã reperiatur in possessione bonorum eiusdẽ mariti,sibi pro dicta dote obligatorum,quæ viuente marito iure familiaritatis possidebat, tunc pariter, & eo casu licèt regulariter hypotheca non tribuat creditori retentionis priuilegium: fauore tamẽ dotis contrariũ statutum est:& propterea isto casu dari vxori retentionem(& consequenter bonorum confiscationẽ impediri, donec sibi de dote fuerit satisfactum)tradiderunt Bal.*in l.penult.Cod.de pigno.act.*Soc.*in cons.*131.*colum.*2.*vol.*1.Bal.Nouel.*in tract.de dot. priuileg.*6.*in* 13.*limitatione,ver.limita secũdò.* Imol.*cons.*112.*n.*8.Goza.*cõs.* 100.*n.*24.Rol.*cons.*77.*n.*27.*vol.primo*, vbi alios adducit concordantes,Boss.*in ti.de Principe*,*n.*300.Burs at. *cons.*9. *num.*7. *&* 8.& fuit aliàs decisum in Rota, *vt in dec. coram Illustrissimo nunc,& Reuerendissimo D. Palleotto*, 422. *& in alia decis. Achill.*2.*sub ti.de caus.possess.& propriet.* vbi ampliùs,quòd nõ est necesse vxorem declarare animũ suum,quòd scilicet bona retineat iure hypothecæ dotalis,cùm sufficiat causã possidendi

fidendi superueniſſe, quicquid in contrarium conſulendo tradiderit Roland.*d.conſ.77.num.28.& ſeqq.vol.1.*

119 ¶ Et ſi pariter † maritus tempore confiſcationis habuerit penes ſe vltra dotem,aliqua alia bona, ſeu res ſpectantes ad vxorem:tunc & eo caſu licèt cautum ſit de iure, quòd in re propria quis non habeat manus iniectionẽ, *vulgata l.ſi quis in tantam,C.vnde vi,& l.extat,ff.quod met.cau.* tamẽ quando maritus eſt condemnatus,& bona eius ſunt publicata, vxor poteſt in res ſuas detẽtas per virum ingerere manus authoritate propria, ne occupentur per fiſcum, ſecundùm Ang.*in l.ſi quis*, per illum text. *in verſ.veluti,&c.C.de bon.dam.* vbi huius concluſionis reddit bonã rationẽ: ſubdens propterea quòd cauta debet eſſe vxor,vt cùm timet bona mariti confiſcari,vel eadem videt confiſcata, non expectet Iudicis authoritatem pro occupando bona ſua; ſed ipſamet manum iniiciat, quantumcunque illa bona per virum detineantur. Ang.*vbi ſuprà* refert,& ſequitur Aug.ad Angel.*de malef.dicto verbo, & eius bona publicamus,nu.* 10. quos ambos etiam referendo ſequitur Conrad. *in pract.tit.de publicat. bonor.n.9.pag.432.col.1.ver.ſubiungit tamen Aug.ibi,&c.*

¶ Ampliа III. Dictam ſextam limitationem etiam procedere in dote confeſſata, quãdo lapſa ſunt tempora ad op-
120 ponendum exceptionem non numeratæ dotis: † licèt enim dotis ſola cõfeſſio fiſco non præiudicet, quãdo de reali traditione,& numeratione nõ cõſtat,ad tex. *in l.ſi quis poſthac, verſic.dos etiam,C.de bonor.proſcrip.* Ripa *in l.priuileg.col.5.n.23.verſi.fallit ſecundò,ff.de priuil.credito.* vbi hoc dixit introductum fuiſſe fauore ſpeciali ipſius fiſci; veritas tamen eſt,
121 quòd in hoc fiſcus nullũ habet ſpeciale priuilegium, † ſed ſicut maritus priuatur poteſtate opponendi exceptionem non numeratæ dotis,quando lapſa ſunt tempora à lege ſta-
* tuta ad illam opponendam,ſecund. communem * Doctor. opinionem, de qua poſt plures antiquiores, quos adducit concordantes,latè tractat Roland.*conſil.85.n.42.& ſeq.vol.1.& conſi.20.n.13.& ſeqq.& cõſ.74.n.9.& ſeqq.vol.4.*Ceph. *conſil.131.n.11.vol.1.& conſi.286.num.6.7.10.& ſeqq.vol.2.* Illuſtriſſ.& Reuerendiſſ.Dom.Card.Alban.*in conſil.8.n.1.&*
122 *ſeqq.* † ita pariter & fiſcus dicto tempore lapſo, eandem exceptionẽ opponere minimè poterit,in terminis Sal. *in d.l.ſi quis poſthac,col.2.verſic.quæ tamen hîc de dote, Cod.de bon. proſcript.* vbi dixit,quòd dicta lex non admittẽs contra fiſcũ dotem confeſſatã, procedit in dubio, ſi poſt reatum fuit cõfeſſata, ſecus ſi ante reatum,& tranſiuerint tempora opponendæ exceptionis: quia tunc non poteſt fiſcus opponere, ſicut nec is, cui ſuccedit, ſequitur Affli. *deciſ.402.col.4.in fi.* vbi poſt Iſern.quem allegat,dixit quòd imperitè loquuntur illi,qui dicunt ſpeciale eſſe in fiſco, quòd confeſſio dotis illi non noceat,*per d.l. ſi quis poſthac*, quia veritas eſt,quòd illa lex nullam inducit ſpecialitatem, ſed loquitur in caſu, in quo non ſunt lapſa tẽpora ſtatuta ad opponendũ exceptionem non numeratæ dotis:ſecus ſi dicta tempora lapſa ſint, *vt in lib.1.& in authen.quod locũ,C.de dote cau.non nu.* Idem quoque apertè tradit Iſern. *in c.1.§.diffidamus, de ſtatut.& conſuet.* inquiens pariter, quòd in propoſito dicere hoc eſſe ſpeciale in fiſco, eſt refugiũ miſerorũ, quia non eſt verum, quòd *d.l.ſi quis poſthac*, corrigat ius cõmune: nec fiſcus vnquam dicetur ſpecialiter priuilegiatus, niſi id expreſsè & ſpecificè per legem dicatur,*l.fiſcus,ff.de iure fiſci*, & cũ præallegatis declarando materiam pertranſit etiã Rub.Alex. *in conſi.78.col.2.in fin.num.4.ver.non obſtat tex.in dicta l.ſi quis*
* *poſthac.* Cõmunẽ * dixit Bald.Nouel.*in tract.de dote,part.10. col.7.in prin.verſic.niſi primo*,prout illũ poſt alios præallegatos referẽdo ſequitur Rol.*in cõſi.31.n.40.& omnib.ſeqq. vſq; ad finem cõſilij, vol.1.*Plot.*cõſi.cri.diuerſ.130.n.51.vol.1.in fol.* Non enim plus iuris debet habere fiſcus, quàm is,in cuius locum ſuccedit: & propterea in omnibus caſibus,in quibus à iure exceptio non numeratæ dotis opponi non poteſt per maritũ,de quib.dixi *in Quæſt.ciuilib.l.1.ſub tit.de iure dotiũ*, in illis etiã nec opponi poterit per fiſcum, prout proſequẽdo materiã tradidit idem Plot. *dicto conſi.130.n.52.* Nec diſſentit Boſſ.*in tit.de bonor.publicat. n.49.* vbi quòd quicquid ſit de iure apud eũ,Mediolani ſeruatur valere tales dotes,de quarum confeſſione ſolùm apparet, & idem in augmentis ipſius dotis pariter ſeruari teſtatur, licèt ſint magis ſuſpecta,quã dotis receptæ confeſſiones:& ita etiã apud nos ſeruari ſemper vidiſſe teſtari poſſum tam in dotibus confeſſatis,quàm in dotis augmentis; dummodo tamen nulla fraudis ſuſpicio conſiderari poſſit,prout certè omnis ceſſat fraudulenta ſuſpicio,quando ex interuallo,ante ſequutum delictum dos fuit confeſſata; & ſic quando eſt lapſum decennium, quod tempus à lege conſtitutum eſt, ad opponendam hanc exceptionem non numeratæ dotis, *vt in auth. quòd locum.C.de dote cauta non numer.*

¶ Ampliа IV.Etiam in dote,† quæ debetur vxori pau- 123
peri, ſine dote,vel cũ modica dote viro diuiti nuptæ, iuxta diſpoſitionem *auth. præterea, C.vnde vir.& vxor.* confiſcatis enim bonis mariti, non cenſetur confiſcata eorundem bonorum quarta pars;& ſic dos,quæ vxori debetur ex diſpoſitione *d.auth.* Sic enim apertè probat tex. *in auth.bona damnatorum*,vbi gl.& Doctor.*C.de bonor.proſcripti.& in §.fin.*vbi Ang.*in Auth.vt null. Iudi.* & eſt cõmunis,* vt per Socin. *in* *
*conſ.121.præmittenda,v.1.& ſeq.vol.4.*Conrad. *in pract.tit. de publicat.bonor.n.11.in fi.ver.vxoribus eorum dotem, &c.pag. 433.col.1.* Plot.*conſi.cri.diuerſ.130.n.41.& ſeqq.l.1.in fol.* vbi *n.43.& ſeqq.* ampliat hoc procedere, etiã quòd confiſcatio fieret vigore alicuius particularis ſtatuti,vel conſtitutionis:
† cùm enim dicta quarta pars debeatur vxori ſuperſtiti mi- 124
ſerationis gratia; ne ſcilicet laboret inopia, néve mendicare cogatur,ſecundùm communem,* de qua per Rol. *conſi.* *
14.n.27.& conſi.15.n.4.vol.3. Cephal. *conſi.245.n.18.& ſeqq.volum.2.* † idcirco non cenſetur reuocata per quamuis 125
contrariam generalem conſtitutionem;niſi de ea faciat ſpecialem mentionem,*cap.ſi propter,in verbo, intentionis noſtræ, de reſcript.in 6.l.libertis, §.poſthumis,ff. de alim.& cib.lega.* Alex.*conſ.122.viſo puncto col.4.n.15.verſi.ſed regula ſtat, vol.* 4.Dec.*conſ.165. viſo tenore,col.fin.n.5.*Felin.*in cap.nonnulli, n.19.ver.reſtant enumeranda*,ibi,*prima concluſ.&c.de reſcript.* Martin.Lauden.*in tract.de priuileg.§.39.*præterquam etiam quòd omnis conſtitutio,ſeu ſtatutũ confiſcans bona, intelligi ſemper & interpretari debet, ſecund. ius commune, vt per Soc.*d.conſ.121.col.3.n.8. verſi.ſecundò principaliter inſtatur,& n.18.& 29.vol.4.*Plot. *dicto conſ.130.n.45.& 47.* vbi rurſus præmiſſa ampliat, etiã quòd confiſcatio fiat propter crimen læſæ maieſtatis:† cùm enim maritus, nec etiam te- 126
ſtando poſſit vxorem dicta quarta parte bonorum ſuorum priuare,ſecund.communem,* de qua per Bald. Fulg.Caſtr. *
& alios in *d.auth.præterea,C.vnde vir,& vxor.* Socin.*in dicto conſ.121.n.16.ver.nam clarũ, vol.4.* Ceph. *conſ.245.n.6.vol.* 2.Viui.*in com.opin.ſub ver.vxor,ſeu mulier*, neceſſariò ſequitur, quòd nec etiam poſſit delinquendo eandem vxorem illa priuare,vt per Socin.*d. conſ.121.num.7.16.& 17.vol.4.* cum aliis ibi per eum allegatis.

¶ Limita VII.Dictam ſecundam regulam,† vt in omni 127
caſu, in quo, vel ex qualitate criminis,vel ex forma ſtatuti, aut conſtitutionis delinquẽtis bona confiſcantur, talis confiſcatio nõ trahatur ad bona per maritum vxori donata,vel è contrà: licèt enim regulariter donatio inter virũ & vxorẽ à iure prohibita ſit, *l.1.2.& 3.ff. de donat.inter vir. & vxor.* Si tamen † donans vſque ad mortem in eadem voluntate 128
perſiſtendo donationem non reuocauerit, illam valere tanquam morte confirmatam dubitandum non eſt, *per l.Papinianus,& l.cùm hic ſtatus,ff.de donat.inter vir.& vxor.& l.donationes,quas parentes, C.eo.*cum aliis per Ant.Gom.*var. reſol.to.2.c.4.tit.de donat.n.23.verſi. aduertendum tamen*, vbi de communi,* vt per Clar.*in §.donatio, q.9.verſi.ſcias etiam*, & *
non ſolùm morte naturali, ſed etiam ciuili eandem donationem cõfirmari,& propterea viro bannito,ac condẽnato, illius bona vxori donata,& è contrà non venire in confiſcatione bonorũ probat tex. *in l.res quæ legata,& in l.res vxoris, C.de donat.inter vir.& vxor.*Boſſ.*in tit.de bonor.public.n.36.in prin.verſi. non ita eſt in donatione inter virum, & vxorem, & nu.52. poſt princip.verſi. nam donatio inter virum, & vxorem.* Petr.Duen.*in regul.226.in fin.in 9.limitatione.*

¶ Ampliа I. Hanc limitationem † multò magis proce- 129
dere in donatione, quam vir facit vxori ex cauſa augmenti dotis:quod quidem dotis augmentum cùm habeat vim donationis,iuxta notata *in l.ſi diuortio,ff.de verb. oblig.*ideo ſicvt vxori donata minimè confiſcari poſſe propter viri delictũ *ſuprà,in antecedenti n.*128. probatũ eſt;ita pariter & dictum dotis augmentũ minimè venire in confiſcatione bonorum,

quæ fuerit sequuta propter eiusdem viri delictum vltra superiùs tradita, *sub n.* 122. & ex Boss. *in tit. de bonor. publicat. n.* 49. scripserunt etiã Corn. *in cons.* 104. *circa primũ consultationis, col.* 2. *vol.* 2. Catel. Cotta *in suis memoral. vers. donatio causa mortis facta, ad finem*, Plot. *in consil. cri. diuers.* 130. *n.* 25. *etiam ad fi. vol.* 1. *in folio*, habet enim dotis augmentum omnia priuilegia, quæ doti ipsi à iure concessa sunt: imò dicitur vt eadem dos, vt plurib. inferendo demonstrat Rol. *in tract. de lucro dot. q.* 100. *per totã*. Ergo sicut in confiscatione bonorum propter mariti delictum non venit ipsa dos vxoris, vt suprà dictum est, *n.* 111. ita etiam nec in eadem confiscatione venire debet augmentum dotis, arguẽdo ab æquiparatis: quod argumentum non solùm in fauorabilibus, prout in casu nostro, in quo agitur de excludendo pœnam: sed etiam in pœnalibus valere probat Osasc. *decis. Pedem.* 94. *num.* 20.

130 ¶ Amplia II. Eandem septimam limitationem † procedere, non solùm in donatione inter virũ, & vxorem inter viuos, prout limitatio loquitur, sed etiam in donatione causa mortis: licèt enim causa mortis donatio facta alteri quàm coniugi morte ciuili non confirmetur; & propterea etiam donata ex causa mortis transeant in fiscũ, quando publicantur bona donantis banniti & condẽnati, ad tex. *in l. si aliquis, ff. de donat. cau. mor.* Boss. *in tit. de bono. publicat. n.* 52. *in fin.* vbi alios adducit cõcordãtes, Duen. *d. reg.* 226. *in fin. in* 9. *limita-*
131 *tione.* † Si tamen talis donatio causa mortis facta fuerit inter cõiuges, tunc & morte etiã ciuili cõfirmari, ac propterea dicta bona donata minimè in fiscũ transire propter coniugis donantis delictum; ita tamen vt eidem donanti non censeatur adempta potestas dictam donationem reuocandi vsque ad eius mortẽ naturalẽ, apertè probat text. *in l. sed si mors, ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. res vxoris, C. eodẽ*, & pro singulari notat Bald. *in l. executorẽ, col.* 9. *vers. quæro, quid ã timens ne fiscus, C. de exequ. rei iudi.* vbi propterea dicit, esse singulare remediũ fraudandi fiscum: vt videlicet, qui timet, ne bona sua à fisco vendicẽtur, possit facere vxori donationem causa mortis, quia sequuto banno, & sic morte ciuili donatio conualidatur, & nõ per hoc ipse vir priuatur potestate reuocandi dictam donationem vsque ad illius mortem naturalẽ, *d. l. sed si mors*, & Baldũ, vbi sup. sequuti sunt Pau. de Castr. *in l. post contractũ, in vltimis verbis, ff. de donat.* Ias. *in l. si stipulatus fuerim, §.* 1. *in penul. col. in princ. ff. de verb. oblig.* Marsi. *sing.* 316. *incip. accipe.* Plot. *cons. cri. diuers.* 130. *n.* 25. *vol.* 1. *in fol.* latè cõ probat Boss. *in tit. de publicat. bonor. nu.* 36. *& seq.* vbi testatur
* de communi * opinione. *& n.* 52. *post princ. vers. c. idem est in donatione inter vir. & vxor. causa mortis.* Catel. Cotta *in suis memor. vers. donatio causa mortis facta à marito*, vbi pariter di-
* cit, quòd omnes * Doctores vbique commendant decisionem Baldi *in dicta l. exequutorem.* [nec dissentit Menoch. post hæc scripta habitus *in suo tract. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 124. *num.* 71. vbi alios refert concordantes.]

132 ¶ Amplia III. Dictam septimam limitationem, † vt procedat etiam quòd maritus esset reus criminis læsæ maiestatis in primo capite commissi contra personam Imperatoris: adhuc enim si propter tale crimẽ eius bona confiscentur, non veniunt in huiusmodi confiscatione res priùs per maritum donatæ vxori, vel propter nuptias, vel inter viuos, vel causa mortis, quia donatio confirmatur etiã viro damnato propter crimẽ læsæ maiestatis, secundùm Plot. *cons. cri. diuer.* 130. *n.* 48. *vol.* 1. *in fol.* allegat tex. *in l. quisquis.* & ibi gl. *in verbo, tit. donatio. (. ad l. Iul. maiest.* item & tex. *in l. res vxoris.* & ibi gl. & Doctores, *(. de donat. inter vir. & vxor.* Socin. *cons.* 121. *præmittenda, num.* 6. *ver. quarò & vltimò.*

133 ¶ Svblimita I. Eandem septimam limitationem † non procedere, quãdo donatio hęc siue inter viuos, siue ex causa mortis, siue ex causa augmẽti dotis, esset vxori facta in fraudẽ fisci: tunc enim morte ciuili ipsius mariti non confirmatur, & illius bonis publicatis, censentur etiã publicata vxori donata in fraudem fisci, *l. post contractũ*, vbi gl. Bart. & alij, *ff. de donat.* Boss. *in tit. de bonor. public. n.* 52. *in princ.* ibi, *si sunt factæ concurrentib. suspicionib. &c. & iterum d. n.* 52. *post medium, vers. secundò limitatur hæc cõclusio.* vbi ampliùs quòd hæc donatio potest dici facta in fraudem, non solũ si fiat post delictum, quo casu absque alio donatio dicitur fraudulenta: sed etiam si sit facta ante delictum concurrente aliqua ex illis fraudis suspicionib. de quibus, si vitæ tempus dabitur, dicã *infrà, in* 4. *l. sub tit. de falsit. & simulat.* † omnem enim con- 134
tractum omnémve alienationem, nedum donationem, minimè valere in fisci fraudem, siue post delictum, siue etiam ante delictum facta sit, ad hoc saltem, vt reuocari possit, apertè probat text. *in l. in fraudem, ff. de iure fisci*, & est communis, * sicuti testantur Pic. *in dicta l. post contractum, nu.* 11. *
Boss. *in dicto tit. de bonor. publicat. num.* 44. *prope fin.* Clar. *in pract. q.* 78. *ver. solet etiam*, Ant. Gomez. *variar. resol. tomo* 4. *tit. de confiscat. bonorum, sub num.* 4.

¶ Svblimita II. Vt † dicta septima limitatio non pro- 135
cedat, quãdo memoria defuncti damnaretur: tunc enim licèt aliàs, vt suprà dixi, donatio facta vxori confirmetur per mortem ciuilem ipsius donantis; & propterea donatæ res non transeant in fiscũ: non tamen sic est, quando eiusdẽ viri delinquentis, & donantis defuncti memoria damnatur: quia tunc talis donatio non confirmatur, sed reuocatur, *l. cùm hic statu, §. si maritus vxori, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Bar. *in l. post contractum, vers. septimò adde, ff. de donat.* Sali. *in l. si quis posthac, col.* 3. *C. de bonor. proscript.* quos sic referẽdo sequitur Boss. *in dicto tit. de bonor. publicat. n.* 36. *post princ. ver. quæ tamẽ lex recipit limitationẽ, & n.* 52. *ante med. ver. limitatur tamen hæc conclusio*, vbi propterea infert ad dotis augmenta, quæ licèt, vt suprà pariter dictum est, morte ciuili ipsius viri non reuocentur, sed confirmentur: reuocantur tamen, si eiusdem viri defuncti memoria damnetur. ¶ Qui aute sint casus, in quibus talis defuncti memoria damnari possit, dixi ad laudem Dei *suprà in tit. de inquisitione, sub* 10. *quæst.*

¶ Svblimita III. Vt † eadem septima limitatio proce- 136
dat, quando mulier tempore damni, & sic mortis ciuilis sui viri reperitur in possessione rerum sibi donatarũ: tunc enim dictæ res non transeunt in fiscũ, quia donatio per viri mortem ciuilẽ confirmata censetur: secus si tales res donatæ penes vxorem non reperiantur, quia tunc transeunt in fiscum, nec donatio per bannum confirmatur, Boss. *in dict. tit. de bonor. publicat. n.* 52. *ante medium, in illis verbis*: ibi, *interim igitur vxor staret in possessione, &c.* † Et est ratio generalis, quia ad 137
hoc vt donatio inter virũ & vxorẽ morte cõfirmetur, necesse est, vt ante mortẽ mariti interueniat traditio vera, vel saltẽ ficta, quæ vice traditionis veræ fungatur: aliàs enim si sola promissio interuenisset, donatio non confirmatur morte, vt per Bal. *in l. Papinianus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* & est communis, * sicuti testantur Cæpol. *cons. cri.* 8. *n.* 3. Corn. *cõs.* * 124. *in litera B. vol.* 4. Cast. *cons.* 138. *n.* 1. *l.* 1. Couarr. *in rub. de testam. in* 3. *part. n.* 3. Paris. *cons.* 128. *nu.* 8. *li.* 1. quos refert, & sequitur Clar. *in §. donatio, q.* 9. *ver. scias autem*

¶ Limita VIII. Et principaliter propositam huius quæ- 138
stionis secundam regulam, vt † in casu confiscationis bonorum, nec etiam veniant bona futura, & post sententiam condemnati delinquentis acquisita, tex. est *in l. si mãdauero tibi, §. is, cuius bona*, ibi, *Quia publicatis bonis quicquid postea acquiritur, non sequitur fiscum, &c.* vbi Bald. & alij, *ff. manda. & in l. eius, qui, §.* 1. ibi, *Bona quoque, quæ tunc habuit, cũ condẽnaretur, publicabuntur.* vbi etiã Bald. & Castr. *ff. de test. & in l. certa forma*, vbi Bar. Io. de Plat. & Doct. *C. de iure fisci, l.* 10. *& in c. fœlicis, in ver. verum de præmissis.* ibi, *de postmodum acquisitis repetitio nõ negetur*, vbi pariter Doct. *de pœn. in sexto.* Bald. post gl. *in l. fi. C. quæres pign. oblig. poss. in fi.* Imol. *in l. ex facto, §. fin.* vbi etiã alij, *ff. de vulgar. & pupill.* Cyn. & Salic. *in l.* 2. *C. de bonor. proscrip.* Bald. *in l.* 3. *C. de priuil. fori*, idẽ Bal. Ang. & Alex. *in l.* 3. *§. illud, ff. quod quisque iur.* Alex. *in l. si stipulatus fuerim illud, §.* 1. *n.* 4. & ibi etiã Ias. *n.* 6. *ff. de verb. oblig.* Andr. de Iser. *in c.* 1. *§. fi. col.* 2. *in* 3. *q. de ca.* Cõrad. Bal. *in c. cũ contingat, n.* 33. *de iureiur. in sexto*, Alber. *in tract. statut. q.* 13. *part.* 2. Gig. *de cri. læsæ maiest. l.* 2. *tit. de pœnis committen. crim. læsæ maiest. q.* 7. *n.* 1. Ang. de malefic. *in verbo, & eius bona publicamus, n.* 25. Ant. Gom. *var. resol. tom.* 3. *c.* 14 *tit. de confiscat. bon. num.* 1. Boss. *in tit. de bon. confisc. n.* 15. *& n.* 66. Lud. Cat. *consil. cri. diuers.* 103. *n.* 1. *vol.* 1. *in fol.* Curt. sen. *consil.* 59. *Dux, n.* 13. *vers. ex quib.* latè Dec. *cons.* 442. *in causa.* Ruin. *cõs.* 20. *& cõs.* 25. *vol.* 5. idẽ Dec. *in cons.* 438. *n.* 20. *& cons.* 445 *n.* 65. *& seqq.* Alex. *cons.* 23. *n.* 5. *& cons.* 73. *num.* 13. *vol.* 1. Corn. *cons.* 190. *n.* 17. *vol.* 1. De communi * testati sunt Nell. *in tract. de bannit. in* 1. *part. secundi* * *tẽpor. q.* 18. *in fi.* vbi alios adducit concordantes. Neui. *cõs.* 73. *n.* 10. Dom. Menoch. *cons.* 101. *n.* 13. *& n.* 24. *vol.* 1. Ias. *in d. l. si stipulatus fuerim, §. cùm stipulamur, num.* 6. *ff. de verb. obligat.*

Bonacos.

Bonacos. *in com. opin. crim. par. 1. pag. mihi 37. col. 2. versic. 4. incip. confiscatio bonorum non præscribit bona futura*, Ari. Pinel. *in rubr. C. de b. n. mater. in prin. n. 3.* Eman. Soarez *in com. opi. versi. confiscatio bonorũ, n. 263. & seq.* Plot. *cons. cri. diuer. 130. n. 55. 59. & 60. dict. vol. 1. in fol.* Cõrad. *in pract. tit. de public. cat. bonorum, n. 4. pag. 130. col. 2. in princ.* [Marc. Ant. Eugen. quem post hæc impressa impressum habui *in cons. 69. n. 11.*]

139 ¶ AMPLIA I. Et illatiuè præcedentem octauam principalem limitationem,† vt in casu, in quo bannito,& condẽnato cum confiscatione bonorũ deferatur aliqua hæreditas ab intestato, siue ex testamento, vel etiam relinquatur aliquod legatum;illa hæreditas,seu legatum non acquiritur fisco:sed aliis venientibus ab intestato,quando dictus bannitus, seu condẽnatus reputatur à lege incapax dictæ hæreditatis,seu legati,& hoc per regulam,quod quando aliquis est incapax hæreditatis vel legati,tũc fiscus non aufert tanquã ab indigno,sed id omne quod delatum,aut relictum est venientib. ab intestato defertur,*l. si quis mihi bona, §. si quæ pla-* * *nè, ff. de acquir. hæred. prima*, & ibi communiter*omnes, *C. de hæred. instit. l. si metallũ. ff. de his, quæ pro nõ scrip. haben. l. metallũ, ff. de iure fisci*, Bald *in l. 1. C. de secun. nup.* Bar. *in l. si deportati, ff. de leg. 3.* Gig. *de cri. læsæ maiest. l. 2. tit. de pœnis committen. crimen læsæ maiest. q. 14.* [cũ aliis relatis per Peregr. *in tract. de priuil. fisci, l. 3. tit. 1. n. 2.*]& licèt secus sit,quando aliquis non est capax,sed indignus; cùm tũc quod auferetur ab indigno, nõ venientib. ab intestato,sed fisco applicetur. *l. Papinianus, §. meminisse,& l. cũ talibus, §. fin. ff. de his, quib. vt indign.* [*l. prima. ff. de iure fisci*,cum aliis per eundem Peregr. *l. 2. tit. 2. n. 1.*] in casu tamen, in quo bannitus est incapax hæreditatis, seu legati,non dicitur auferri ab eo hæreditas, & legatũ tanquã ab indigno,sed tanquam ab incapace,& hoc quia nemo dicitur indignus,nisi in casibus à iure expressis,vt per Nell. *de bannit. in 1. par. 2. tempor. q. 39.*[& per Peregrin. *d. tit. 2. n. 2.*] Et dixi etiam *infra in 2. par. quæst. 102. num. 114.*

140 ¶ Imò † si simus in casu,in quo bannitus non est incapax hæreditatis sibi delatæ (quod quando sit, dicam *infra in 2. par. in tit. de var. ac diuers. quæst. q. 102. in materia, banniti quid amittãt propter bannũ*, si Deus faciet, vt eò vsque hic meus labor perueniat,prout sua maxima benignitate fecit) tunc hæreditas illi delata,seu legatum relictum, non solùm fisco, sed nec etiam venientibus ab intestato defertur:immò ipsi bannito,& eius hæredibus post eius mortem acquiritur, vt per Ang. de malef. *d. verb. & eius bona publicamus, nu. 25.* per text. *in l. si mandauero tibi, §. is, cuius bona, ff. manda.* pluribus cõprobat Ant. Gom. *d. tit. de confiscat. bon. n. 1. & ibi in addit.* * Eman. Soar. *in litera A*, cõmunem*dixit,& dixi *in d. q. 102. n. 113.* Et licèt idem Additionator respectu hæredum ipsius banniti contrarium senserit,per regulam,quòd qui proscriptis bonis dãnatus est,hæredem habere nequit, iuribus ibi per eum adductis,& propterea mortuo dãnato hæreditates ei delatas,& legata relicta,non eius hæredibus sed fisco deferri verius crediderit,sustinendo tamen generaliter propositam conclusionem dici potest, quòd regula prædicta locũ habet in bonis iam quæsitis tempore banni, & condemnationis, secus in postea quærendis, vt bene declarat Nell. *de bannit. in 1. par. 2. tempor. q. 30. post medium, iuncta q. 31. in fine.*

141 ¶ AMPLIA rursus eandem octauam limitationem, † vt nec in fiscũ transeat hæreditas delata non solùm post condemnationem & bannũ,sed etiam ante, dummodo non adhuc fuerit addita: sic enim post Bal. *in l. prima, in vers. quoad vltim.* pluribus comprobat Nell. *in trac. de bannit. in 1. par. 1. tempor. qu. 30.* vbi ampliùs testatur ita vidisse aliàs de facto terminatum,& decisum,quicquid in contrarium distinguẽdo tradiderint Cynus, & alij antiquiores,ibi per eum relati, & post Nell. idem etiam apertè tradiderunt Gig. *in tract. de cri. læsæ maiest. lib. 2. tit. de pœn. committen. cri. læsæ maiest. q. 8.* Dec. *cons. 442. n. 18. ver. & ad hoc facit, & cons. 445. n. 65. & seqq.* Conrad. *in pract. tit. de publicat. bonor. n. 4. pag. 430. col. 2.* latè Ceph. *cons. 321. per tot. vol. 3.* prout illum refert,& sequitur Bonacos *in com. opin. cri. par. 2. pag. mihi 16. à tergo, col. 2. versi. 1. incip. confiscari nequeunt bona hæreditatis nondum aditæ*, Lud. Car. *cons. cri. diuers. 130. n. 2. vol. 1. in fol.* Plot. *inter eadem consilia, cons. 130. num. 60.* & propterea si viuente patre filius committat homicidium, eoque mortuo formetur inquisitio contra filium, & condemnetur de delicto cum confiscatione bonorum, talis paterna hæreditas nõ adita per filium; licèt bene ante condemnationem delata,nullo pacto transit in fiscum;sicuti per gl. Bart. Nell. & Aret. *in locis per eum allegatis*,ita aliàs fuisse iudicatũ testatur Catel. Cotta *in suis memoral. verbo, testamentum, in quo pater, in fi.* & Cottã referẽdo sequitur Plot. *dicto cons. 130. n. 57.* & faciunt quæ in simili de legitima suprà dicta sunt, *q. 24. n. 19.* ius enim adeundi transmissibile nõ est ad hæredes extraneos, *l. prima, §. nouissimo, C. de caduc. toll.* Bart. *in l. is potest, in vltima oppos. ff. de acquiren. hæredit.* ideo nec etiam in fiscum transire debet per regulam suprà firmatam, *n. 51.* & in terminis tradit Nell. *dicta q. 30. versic. secundo*, per ea,quæ scribit Bart. & Boss. *in ti. de bonor. publicat. n. 16.* vbi ex hac ratione inferendo & declarando propositam ampliationem dicit,quòd aut ius adeundi potest trãsire in extraneũ hæredem, aut non. Primo casu transit in fiscum; secũdo secus,vt per Alex. Aretin. & Ias. *in l. si quis mihi bona, § si quis planè, ff. de acquiren. hæredit.* quicquid in contrarium nimis generaliter, & indistinctè loquendo dixerint Nel. *d. q. 30.* & Dec. *in l. 3. §. illud, ff. quod quisque iur.* qui vt ipse Boss. dicit,non vidit Doctores *in d. §. si quis planè.*

¶ LIMITA IX. Eandem huius quæstionis secundã regulam,†vt nec procedat in iuribus conditionalibus, ad eáque confiscationem bonorum minimè extendi dixit gl. singularis & vnica,iuncto text. *in l. non ad ea, in verbo, præsens.* ibi, *vel si publica sunt, non postea quæsita, non caderent in eas causas, &c.* vbi etiam Bart. Imola, Castr. & alij, *ff. de condit. & demonstrat.* & glossam istã sequuti sunt Bal. *in l. etiam, col. 2. C. ad l. Falci. & in c. cùm contingat, col. 6. n. 34. de iureiuran.* Ang. & Imola. *in l. quoties, ff. de nouat.* Nell. post plura hincinde adducta *in tra. de bannit. in prima part. 2. tempor. q. 32.* Roman *sing. 178.* Ang. *de malef. in verbo, & eius bona publicamus, n. 12.* Ant. Gomez. *var. resol. tom. 3. c. 14. ti. de confiscat. bonorum, n. secundo.* Ludou. Cat. *cons. cri. diuers. 103. n. primo, vol. 1. in fol.* vbi alios adducit concordantes. Plot. *inter eadem consilia, cons. 103. sub n. 55. eod. vol.* Conrad. *in pract. ti. de publicat. bonor. n. 6. pag. mihi 430. col. 2. in fi.* Clar. *in pract. q. 78. ver. item in fiscum*, vbi bene dixit, quòd licèt in fiscum sequuta confiscatione transeant omnes obligationes,secundùm communem*omnium sententiam, de qua testatur Calcaneus *in cons. 66. n. quarto, in fi.* siue ciuiles,siue naturales sint, prout pariter ita communiter*teneri * dixit Imola *in l. si debitori, in fi. principij, & de fideius.* iura tamen conditionalia non transeunt in fiscum,& ita etiam cõmuniter*teneri testatur Ias. *in l. si quis arbitratu, post n. 29. ff.* * *de verb. obligat.* quem refert Boss. *in ti. de bonor. publicat. post n.* 14. Addo & Suarez, qui post alios etiam hanc limitationem communem*dicit *in sua collecta commun. opin. vers. confiscatio* * *bonorum, n. 263.* quem etiam referendo sequitur Bonacos. *in suis commu. opin. cri. par. 2. pag. 37. col. 2. ver. 4. incip. confiscatio bonorum non præscribit*, Honded. *cons. 95. n. 71.*

142

143

¶ SVBLIMITA Hanc nonam limitationem,†vt procedat in iuribus conditionalibus prouenientibus ex vltima voluntate: vtputà sunt hæreditates,fideicommissa,& legata: quæ licèt habeant causam de præterito,& post sententiam,& cõdemnationem verificetur conditio, non tamen veniunt in confiscatione:quia sicut non transeunt ad verum hæredem, *vt in l. vnica. §. sin autẽ sub conditione, C. de caduc. tollen. l. 4. & 5. & l. huiusmodi, ff. quã. dies leg. ced. l. prima, & l. legata sub conditione, & l. si ita expressũ, ff. de cõdit. & demonstrat. l. si ita legatũ, §. illi si volet, ff. de leg. 1. l. si in persona, C. de fideicõ.* ita nec etiam debẽt trãsire in fiscũ,qui habetur loco hęredis, *l. secũda, C. ad leg. Iul. de vi.* cũ aliis suprà allegatis, *n. 51.* Hond. *cons. 95. n. 72.*

144

¶ Et in specie in substitutione conditionali, † quòd purificata conditione post cõdemnationem non transmittatur in fiscũ,probat tex. *in l. substituto, ff. de acquir. rer. domin.* quẽ tex. in id allegat Alber. *in tract. statutorum, qu. 265.* provt illum referendo sequitur Nell. *de bannit. in prima par. secundi tẽpor. q. 31.* vel iterum idem Alb. *in dicto tract. statut. in 3. p. q. 12. in fi.* vbi dixit, quòd si homicida erat alteri substitutus,& post bannũ,& sententiam purificata fuit conditio substitutionis; bona in substitutione relicta non veniunt in confiscatione, per tex. *in d. l. substitutio.* Item facit tex. *in l. ex facto, §. fi.* & ibi Bald. *ff. de vulg. & pupilla.* refert pariter, & sequitur Gig. *de cri. læsæ maiesta. lib. 2. tit. de pœnis committen. cri. læsæ maiestat. q. 7. n. 2.* Ang. *de malef. in dicto verbo, & eius bona publicamus, n. 12.* Boss. *in ti. de bonorum publ. nu. 15. versic. sed dic*, vbi quòd ius fidei

ius fideicommissi non transit in fiscū, licèt sit probabile duplici ratione: tū quia illud venit ex vltima voluntate, ad gl. *in d.l.non ad ea,ff.de condit. & demonstrat.* tum etiam, quod decedente fideicommissario ante conditionis euentum, ius non transmittitur ad hæredem,*l.hæres meus,in princ.ff.de condit.& demonstrat.l.in causa,§. Pomponius,*& ibi gl. *ff.de minor.* ideo nec etiã transmitti debet in fiscū, vbi moriatur substitutus, antequàm eueniat casus *l. ex facto*, §. *Iulianus*, & ibi Imola,& Alex.*ff.de vulg.& pupil.*qui text. licèt loquatur in substitutione pupillari, idem tamen est in fideicommissaria,stante identitate rationis,vt ibid.per Boss.

145 ¶ Et † iterum in specie in legato alimentorum,& sic debito ex vltima voluntate, illud non transire in fiscum, etiã in vita condemnati;ita aliàs fuisse iudicatum refert Boss. *in tit.de bonor.publicat.n.*14.*&* 72.& Bossium refert,& sequitur Clar.*dicta q.*78. *vers. item in fisc.um, in fine.* Et ante istos hoc idem voluerunt Spec.*in tit.de exeq. sent.n.* 11.*prope fin. vers. Alimẽta quoque,*Salic. *in l.ademptis,vers.sed est,C.de sentent. pass.*Nell.*in tract.de bannit.in* 1.*parte secundi temporis,q.*36.*n.* 36.Caualcan.*in tract.de vsufruct.mulier.relict.n.*230.Clemen. *de patria potest.effect.*17.*n.*69.*& seq.*quos referendo sequitur Honded. *cons.*95. *n.*70.*& seqq.*vbi facit generalem conclusionem, quòd in confiscatione bonorum non venit debitū pro alimentis etiam durante vita ipsius banniti, illámque pluribus comprobat rationibus,& à contrariis defendit,nec dissentit Baiard. ad Clar. *dicta quæst.* 78.*n.* 109. & vide quæ dixi *suprà in q.*24.*n.*40.*in fine*, vbi posui, an ob delictum patris confiscentur alimenta filij spurij.

146 ¶ At † secus in iuribus conditionalib.prouenientibus ex contractu:quæ cùm de sui natura ad hæredes trãsmittãtur, *vt in §.ex conditionali, Instit. de verb.oblig.& in l.necessario, §. quòd si pendente,ff.de peric.& cõmod. rei vend.* ideò purificata conditione nihil video adesse, quod impediat etiam transmissionẽ in fiscum,*l. inter socerũ,§.fin.de pact.* cũ aliis allegatis *suprà dicto num.* 51.& in terminis ita declarat Io.de Imola *in dict.l.non ad ea,ff.de condit. & demonstrat.* quam legit *cũ l.præcedenti*, & ibi etiam Alex. *in addit.ad Bart.* Ant. Gom. *var. resol. l.*3.*c.*14.*tit. de confisc.bon.n.*2.*vers.c.secus tamen est.* Eman.Soarez *in collecta suarum commun. opin.part.*1.*pag.*37. *col.*2.*ver.*4.& licet Nell. *in tract. de bannit in* 1.*parte secundi tempor.q.*31.*in princip.*inaduertenter credo quæstionẽ hanc intellexerit generaliter in iuribus conditionalibus prouenientibus tam ex vltima voluntate,quam ex cõtractu,stante tamẽ diuersitate rationis inter vtrumque casum, de qua suprà,non recedas vllo pacto à proposita declaratione, quæ verior est. Et ad eius comprobationem vide omnino Menoch.*consil.*101.*num.*25.*& seqq.lib.*1. Honded.*cons.*95.*num.* 72. vbi declarat hoc procedere in iuribus conditionalibus proueniẽtibus ex contractu,irreuocabilibus, & ad hæredes extraneos transitoriis ; secus autem in non transitoriis ad hæredes prædictos.

147 ¶ Limita rursus præcedentem sublimitationem † non procedere in duobus casibus. Primò, quando conditio esset potestatiua;secundò, quando esset de præterito,vel de præsenti : his enim casibus etiam quòd simus in iuribus conditionalibus prouenientibus ex contractu : quia tamen non transmittuntur ad hæredes,*vt in l.si decem cùm petiero,*& ibi * communiter * Doctor. *ff. de verb. obligat.& in l.potior,& in l.qui balneum,ff.qui pot.in pign.habe.* cum aliis cumulatis per eundem Gomez.*in eodem tract. variar.resol.tom.*2.*cap.*11.*tit. de qualitat.contract.num.*93.vbi bene loquitur in materia,& bene etiam declarat, an,& quando ius conditionale ex contractu prouenies transeat, vel non transeat ad hæredes, ideo nec etiam in fiscum transire per regulam iam toties repetitam.de qua *suprà num.*51. dixit idem Gomez. *dict. tit. de confiscat.bonor.num.*2.*ad finem,*refert,& sequitur Bonacos. *in suis commun. opin. crim. parte* 2. *pag.*16. *à tergo,col.*1.*in fi. vers.confiscari nequeunt bona conditionalia.*

¶ Limita X. Et principaliter dictam secundam regulam
148 † non procedere in bonis, in quibus delinquens non habet nisi vsumfructum, quem propterea nec venire in confiscatione bonorum dixerunt Bal. *in l. prima, C. de bon.liber.* per tex.*in l.corruptionem,C.de vsufruct.*Alex.*consil.vigesimotertio, num.*14.*vol.*1.Conrad.*in pract.tit.de publicat. bonorum,num.*3. *versic.tertiò limita,pag.*429. *columna* 2. Et facit pro hac limitatione triplex ratio.Primò,quia ille qui nõ potest alienare per contractum,vel vltimam voluntatem,nec etiam potest alienare per delictum,*l. Imperator,*& ibi Bart.& cõmuniter *omnes.** *ff. de fideicommiss.liber.*sed vsufructuarius vsumfructum,quem habet, alienare nõ potest quouis titulo oneroso,vel lucratiuo per contractum, aut vltimam voluntatem: immò si de facto alienet, statim ipso iure illum amittit, & consolidatur cũ proprietate,*l.si verò fructus, vers. & si extraneo,*& ibi g.o.Bald.& Salicet.*ff.de iure dotium,§.finitur,* & ibi pariter gl. Faber,Angel.& communiter*Doctor.*Instit.de vsufruct.*ergo nec per delictum. Secundò,quia illa quæ non possunt transire ad hæredes extraneos, non possunt etiam transire in fiscum, qui habetur loco hæredis,*l.secunda,C.ad l.Iul.de vi public.* & dixi *suprà hac eadem quæst.num.*15.

¶ Sed talis vsusfructus non transit ad hæredes,*dicto §.finitur,Instit.de vsufruct.*ergo nec in fiscum.Tertiò,iam suprà, *num.*138. resolutum & probatum est,quod confiscatio bonorum non trahitur ad bona futura delinquentis, sed fructus,qui veniunt & cedunt post condemnationem & confiscationem, dicuntur bona futura, vt de se patet : ergo non veniunt in confiscatione.

¶ Contrariũ,† quòd immò confiscatis bonis delinquen- 149
tis, confiscari etiam debeat vsusfructus,quem solùm habet idem delinquens in dictis bonis non respectu iuris,sed respectu commoditatis, & perceptionis fructuũ durante vita ipsius delinquentis condemnati,contra Baldũ,*vbi suprà,*tradidit Bar.*in l.si postulauerit,*& ibi etiam Ang.de Perus.& cõmuniter * Doctores,*ff.de adulter.*idẽ Bar.*in l.si quis in tantã,* * *col.fin.in vlt.qu.C.vnde vi.*per tex. *in l.vsufruct.ff.soluto matrimonio,*idem etiam Angel. *in l.eorum,col.fi.num.*3.*ff.de damno infecto,*per tex.*in l.vectigalib.ff.de pignor.* Paul.de Castro *in l. finita, §.si de vectigalibus, col.fi.ff. de damno infecto,* Ias. *in §. actiones autem de peculio,num.*65.*Instit.de action.* Angel. *de malefic.in verbo, & eius bona publicamus, num.*40. Sali.*in l.si quis posthac,§.*1. *num.*4.*ff. de bon.proscript.* Ant. Gom.*variar. resolut.tomo* 2.*tit.de seruitut.c.*14.*post nu.*18.*ver.sed his non obstantibus,* vbi in specie respõdet fundamentis suprà adductis in contraria opinione, & inter alia pro cõprobatione huius affirmatiuæ & communis opinionis,adducit illud, quòd licèt vsusfructus alienari non possit regulariter perpetuò & post mortem ipsius vsufructuarij,vt supra probatũ est : non tamẽ impeditur alienatio cõmoditatis & perceptionis fructuũ durante vita dicti vsufructuarij, *l.arboribus,ver.vsufructuarius,*& ibi cõmuniter*omnes,** *ff.de vsufruct.l.non vtitur, ver.planè.*& ibi gl.ordinaria,& pariter communiter Doct.*ff. eo.l.necessariò,§.si.ff.de pericul.& cõmod.rei vend.l.si quis danũ, ff.loca.§.*1.*Insti.de vsu & habit.* vnde nec etiã quoad eandem commoditatem & fructuum perceptionem debet impediri alienatio in fiscum propter delictum ipsius vsufructuarij.

¶ Pro concordia igitur & maiori declaratione dicere po- 150
tes, †quòd aut quærimus, vtrũ reo mortuo vsusfructus,qui erat penes eum, in fiscum deuenire debeat vigore cõfiscationis factæ de eius bonis,& dicendũ quod non:& isto casu procedit prima Baldi opinio negatiua. Aut quærimus, an reo viuente, & eius bonis publicatis, vsusfructus, qui erat apud eum, in fiscum deueniat durante solùm vita vsufructuarij delinquentis: & tunc verior est,& procedit secunda affirmatiua, & communis * Bartoli opinio. Sic in effectu * omissis aliis capitibus distinctionis, quæ non faciunt ad propositum, post multa hinc inde adducta concludit Nell. *in tract. de bannit. in prima parte secundi temporis, quæst.* 27. *prope finem,vers.sed mihi videtur dicẽdum,* & Nellum refert, & sequitur Gig. *in tract. de cri.læsæ maiest. lib.* 2. *tit. de pœnis committen.cri.læsæ maiest.q.*19.*vers.in hac materia distingue.*

¶ Limita XI. eandem secundam regulam † non proce- *
dere in iure patronatus,quod minimè venire in confiscatione bonorum, traditum est à gl. *in cap.satis peruersum,* 50.*distinct.& in clem.pastoralis,in verbo,subiectæ, de re iudica.* Bart. *in extrauag.ad reprimen.in verbo,repellendo,*Card.*in clement. si plures,de iurepatronat.* Afflict.*in cap.vnico,§.ex eadem lege, n.*9.*in tit.de lege Cornel. in vsib.feud.* Ioan.Berrach.*in tract.de Episcopo,in quarta parte,vers.*30.*quæro num.*69. Archid.*in c. filius,*16.*q.*7.Præpos.*in c.*1.*col.penult.*10.*distinct.*Ang.*de malef.in verb.& eius bona public.n.*15.Roch.de Curt.*in tract.de iurepatrona. in verb.ipse vel is,q.*29. vbi recitatis variis aliorum

rum opinionibus, eandem concludit, & testatur hanc negatiuam opinionem esse æquiorē. Nell. *de bannit. in 1. parte secundi tempor. quæst. 32.* Albert. *in tract. statutor. parte 3. q. 16. & 17.* Cæpol. *cons. crimin. 80.* Soc. iun. *cons. 51. vol. 2.* Mantuan. *cons. 5. visis scripturis*, Franc. Luc. de Parma *in tract. de priuil. fisci, tit. de publicatio. bonor. n. 8. versic. oct auò quæritur*, Plot. *cons. crimin. diuers. 130. n. 18. vol. primo, in fol.* & licèt contra hanc opinionem tenuerint multi post alios relati per Gigan. *de crim. læsæ maiestat. lib. 2. tit. de pœnis committen. crim. læsæ maiest. q. 4. in princ.* & hanc contrariam sententiam dixerint cōmu-
* nem* Pau. de Cittadin. *in suo tract. de iure patrona. in 20. q. decimæ partis principalis, n. 28.* Dec. *in c. quanto, nu. 6. de iudic.* Ferret. *cons. 179. n. primo, & secundo.* Non per hoc tamen recedas à proposita limitatione, quæ non solùm, vt præfertur, æquior est, sed etiam ex pluralitate Doctorum eam sustinentium magis communis * videtur; sicuti etiam communem, & secundùm illam ita aliàs & consultum, & iudicatum in Venetorum dominio, testatur Gig. *dicta q. 4. sub num. 2.* &
* pariter communem* testatur Couarru. *variar. resol. lib. 2. cap. 18. num. 7.*

¶ Svblimita I. Hanc vndecimam limitationem, secun-
152 dùm Clar. *in pract. q. 78. versic. quæro modo*, † vt procedat in casu, in quo ius patronatus non est transitoriū ad extraneos hæredes: tunc enim nec etiam in fiscum transit: secus si sit transitorium ad extraneos hæredes: quia tūc, vt inquit Clar. nihil video, cur non debeat in fiscum transire, qui in omnibus & per omnia habetur loco hæredis, vt per eund. Clarū *in ead. q. 78. ver. sed an teneatur*, & faciunt suprà tradita *n. 51.*

153 ¶ Verùm de hac sublimitatione multùm dubito: †tū quia Doctores suprà in limitatione allegati generaliter, & indistinctè loquuntur etiam in iure patronatus trāsitorio ad extraneos hæredes: tùm etiam quia ratio per eosdem adducta pariter generalis est, & militat, siue ius patronatus non transeat, siue etiā transeat in hęredes, vt post alios bene cōsiderat Ang. *de malefic. vbi suprà, dicto verbo, & eius bona publicamus, eodem numero 15.* vbi in confiscatione bonorum hoc ideo ius patronatus Ecclesiæ non venire affirmat, quia cùm sit quid spirituale, *vt in c. quanto, de iureiurand.* non potuit nec tacitè, nec expressè per Iudicem sæculare publicari, allegat Ant. de Butr. *in clemē. pastoralis, de re iudic.* Sed hæc ratio spiritualitatis militat in iure patronatus, siue transeat, siue non trāseat ad extraneos hæredes, ergo vtroq; casu & idē ius statui debet, *vulgata l. adire, §. quānis, ff. de iure patronat. cū similib.* & ante Angel. hoc idē latiùs explicauit Nellus, *de bannit. in prima parte secundi temporis, dicta q. 32.* vbi magistraliter loquendo dixit: aut confiscatio bonorum fit de iure statutario, aut de iure communi. Si de iure statutario, & tunc licèt ius patronatus transeat in hæredem extraneum, *vt not. in clemen. si plures, de iure patronat.* quia tamen illud ius laicus habet ab Ecclesia, ideo statutum siue illius vigore sententia Iudicis confiscantis, illud minimè auferre potest, *cap. 1. & 3. de iure patronat.* idque procedit indistinctè, siue principaliter, siue etiam accessoriè veniat publicatio bonorum: quia super spiritualibus nec principaliter, nec secūdariò iudicat laicus, *in cap. tuam, extr. de ord. cognit.* Si verò confiscatio bonorum fiat de iure communi, & tunc licèt aliqui dixerint, quòd cū isto casu propter spiritualitatis rationem, per confiscationē factam à Iudice sæculari, non perdatur ius patronatus, possit idcirco Episcopus declarare delictum, & illud ius confiscare fisco Ecclesiæ, & sic erit effectus, quòd ius patronatus extinguetur, & Ecclesia remanebit libera sub Episcopi potestate. Hæc tamen practica non videtur tolerabilis, tum quia Episcopus non habet cognitionem criminum in laicum: tum etiam quia, cùm semel de delicto cognitum fuit ab vno Iudice, ampliùs cognosci non potest ab alio; *l. licèt, §. penult. ff. nautæ, caup. & stabular.* ideo siue confiscatio fiat de iure communi, siue de iure statutario, ius patronatus non videtur per suprà allegata, quòd transeat in fiscum, etiā quòd sit transitorium ad extraneos hæredes, cùm, vt dixi, semper militet ratio spiritualitatis. & ita contra Clarum in hac vltima opinione sentio cum Nello, Angelo, & aliis suprà citatis, quorum opinio communis* est.
* 154 ¶ Svblimita II. eandem† vndecimam limitationem, vt dū dicitur non posse ius patronatus confiscari, intelligatur vt procedat de confiscatione in perpetuum, & post obitum condemnati; nam eo mortuo dictum ius non erit apud fiscum, sed trāsibit in descendentes damnati; sicuti consuluerunt in specie Socin. iun. *in dicto cons. 51. volum. secundo*, & Mantua. *cons. quinto*, secus durante vita condemnati, vt scilicet eo viuente fiscus habeat præsentare eueniente casu vacationis beneficij patronalis, sicuti præsentare potuisset condemnatus ante condemnationem. sic enim distinguendo, & concordando cōtrarias opiniones, loquendo tamen per verbum *fortè*, concludit Greg. *in tract. de cri. læsæ maiestat. lib. secundo, titu. de pœnis committen. crimen læsæ maiestat. quæst. quarta, num. quarto, versic. concordando tamen.* vbi allegat etiam Roch. de Curt. *in dicto tract. de iure patrona. in verbo, ipse vel is, quæst. vigesimanona, column. 3. versic. vel dicamus*, vbi tamen & ipse non firmat pedes in ista distinctione. Et sicuti præfati Doctores non ausi sunt, nisi sub dubio hanc sublimitationem firmare; ita etiam ego & de ea valde dubito, & pro nunc minimè veram credo propter spiritualitatis rationem, qua inductum est ius patronatus non venire in confiscatione bonorum per Iudicem laicum facta, *vt in præcedenti num. 153.* quæ quidem spiritualitatis ratio viget tam post mortem condemnati, quam ipso viuente, *ideo, &c.*

¶ Svblimita III. Quòd † licèt ex præmissa vndecima 155
limitatione inferri etiam possit, quòd cùm ius patronatus non transeat in fiscum: ideo à fortiori, nec etiam transeat in emptorem in venditione publicatorum facta à fisco per regulam, quòd Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat. *ca. nemo plus, de regul. iur. in sexto.* † tamen 156
si delinquens sit dominus alicuius ciuitatis, castri, seu villæ, & omnia illius bona publicentur, & publicata vendantur; tunc etiam venditum cēsetur, & in illum emptorem transit ius patronatus, quod habebat damnatus in illa ciuitate, castro, seu villa, *cap. cùm secundum, de iure patronat. cap. piæ mēis, & ibi notat. 16. q. 7.* Ioā. Andr. *in c. vnico, §. ex ea lege*, vbi etiam Afflict. *num. 8. in tit. de lege Conrad. & in cap. generali, in tit. si de feudo fuerit controuer.* Gig. *de cri. læsæ maiest. qu. 4. in fin. num. 5. & 6.* † Vbi ex hoc limitandum fore ait conclusio- 157
nem suprà firmatam, quòd scilicet ius patronatus in generali confiscatione bonorum in fiscum non transeat, vt non procedat, quando esset confiscatum castrum, seu villa, in qua esset ius patronatus: nam tunc cum ipsa vniuersitate castri, seu villæ, in fiscum etiam deueniret ius patronatus, *per præallegata.*

¶ Limita XII. Et generaliter dictam secundam regu- 158
lam, † vt in omni casu, in quo delinquentium bona confiscātur, vtputà de iure cōmuni in crimine hæresis, læsæ maiestatis, vel etiam de iure statutario, vbi statutum viget: non tamen confiscentur, quando ius confiscandi præscriptū est. Sed quanto tēpore inducatur talis præscriptio, videtur quòd per quinquennium connumerandū à die condemnationis, & publicationis factæ. Si enim fiscus post dictā publicationem, & condemnationem stetit per quinque annos, quod non petiit incorporationem, & vnionem bonorū publicatorum, non potest ampliùs illa petere, nec cōsequi de communi, ad tex. *in l. secunda, Cod. de vectig. & cōmiss.* vbi disponitur, quòd si reus cadit in commissum, & dominiū ipso iure transeat in fiscum: non tamen potest peti, nec vendicari per quinquennium, & facit tex. *l. secunda, C. de apostat.* vbi quòd licèt in crimine hæresis post mortem possit fieri accusatio, & bona debeant auferri ab hæredibus: tamen hoc debet intelligi infra quinquennium, & non vltra: ad idem etiam glo. ordinaria, & post eam Doctores *in l. Manichæos, C. de hæreticis*, & huius opinionis fuēre Bart. *in dicta l. secunda, C. de vectig. al.* Idem Bart. & Bald. *in l. commisso, ff. de public.* Barbat. *in consil. 70. incip. vbi Christus, col. 24. n. 4.* Alex. *cons. 216. Ponderatis, col. 2. vol. 6.* Marsil. *sing. 307. incip. bona delinquentis, & in l. fin. n. 193. ff. de iurisdict. om. Iudic.* Plot. *cons. crim. diuers. 130. n. 99. vol. 1. in folio.* sic etiā post Batt. cōmuniter* tenuē- *
re Doctores *in d. l. 2. C. de vectig. al.* testatur Ant. Gomez. *variar. resol. tom. 3. cap. 14. tit. de confiscat. bonor. num. 5. versic. sed his non obstantibus.* vbi contrariis relatis hanc ipse sustinet, & defendit opinionem.

¶ Contra † hanc opinionem Doctorum volentium ius in- 159
corporādi bona publicata per quinquenniū præscribi, facit primò tex. *in c. 2. §. 1. de præscript. in 6.* vbi habetur, quòd bona hæreticorū præscribūtur per filios, vel hæredes, vel alios

possessores

possessores spatio quadraginta annorũ, & non minori tempore: & ibi hoc idem notat glos. ordinaria, & communiter* Doctores, teste Ant. Gõ. *vt suprà tit. de delictis, c. 1. nu. 81. ver. sed aduertendũ.* & licèt idẽ Gom. *in d. tit. de confiscat. bonor. n. 5. ad fi. in ver. nec obstat text. saluando suam opinionem, de qua sup.* dixerit post Abb. *in c. cùm nobis, col. 3. n. 8.* & ibi etiã Felin. *pariter col. 3. in fi. ver. itẽ in quantum Abbas declarat, n. 11. extr. de præscr.* quòd tex. *in d. c. 2.* debet intelligi, quando bona applicãtur fisco Ecclesiæ: secus si applicentur fisco sæculari, iuxta text. *in d. l. 2. C. de apostat.* & nos etiã aliquid super hoc intellectu suprà tetigimus, *in tit. de inquisitione, q. 10. n. 82. ver. alij verò, &c.* Non tamẽ fuit memor idem Gom. eius, quod antea dixit *in d. ti. de delict. n. 81. ad fi. ver. sed salua eorũ pace,* vbi reprobãdo Abbatẽ & Felin. *vbi sup.* indistinctè tenet, quòd siue bona applicẽtur fisco Ecclesię, siue etiã fisco sæculari in crimine hæresis, nõ currat minor præscriptio quàm annorum quadraginta. Nec propterea, inquit ipse, obstat text. *in d. l. 2. C. de apostat.* quia procedit, & habet locum in crimine læsæ maiestatis humanæ, & in crimine sodomiæ, seu aliis casibus, in quibus de iure communi possunt bona confiscari: secus in crimine læsæ maiestatis diuinæ, *d. c. 2. de præscript. in 6.* & dixi *sup. in d. tit. de inquisitione, d. q. 10. eod. n. 82. ver. tu dic.*

160 ¶ Secundò † contra eandem opinionem fortiter vrgere videtur, quod & considerauit Ant. Gomez. *in d. tit. de confisc. bonor. d. nu. 5. in prin.* vbi inquit ipse, aut delictum est tale, ex quo inducitur confiscatio ipso iure, prout est crimen læsæ maiestatis diuinæ vel humanæ, sodomiæ, aut simile: & tunc cùm tali casu in fiscum bonorum confiscatorum translatum sit dominium, & competat rei vendicatio, videtur nõ posse fiscum priuari minori tempore quàm triginta annorũ, iure petendi bona confiscata: quia non minori tempore præscribitur rei vẽdicatio, vt ibi per eum: si verò delictum est tale, ex quo non inducitur confiscatio ipso iure, & tunc pariter sequuta condemnatione, & publicatione bonorum per sententiam, videtur quòd fiscus illa petere & incorporare possit infra tempus triginta annorum: & hoc quia actio personalis iudicati, quæ oritur ex sententia, vel officium Iudicis competens pro eius exequutione, durat per triginta annos, *l. sicut in rem, C. de præscript. triginta vel quadraginta annorum.*

161 ¶ Tertiò & fortiùs † facere videtur tex. *in l. in omnibus, ff. de diuer. & tẽpor. præscript.* cuius verba sunt hæc: *In omnibus fisci quæstionibus, exceptis causis, in quibus minora tempora seruari specialiter constitutũ est, viginti annorum præscriptio custoditur.* * & ibi hoc no. glo. ordinaria, Bart. & communiter* Doctores, prout fatetur idẽ Ant. Gom. *in dicto ti. de confiscat. bonor. cod. n. 5. ver. vel aliter, & secundò.* & per istũ textũ sic apertè in hoc pũcto tradidit Boss. qui bene declarat materiã, *in ti. de bonor. publ. n. 78.* vbi distinguẽdo dixit: Aut publicatio bonorum est facta, aut non: Si non est facta: & tunc licèt accusatio contra personam duret viginti annis, *iuxta l. querelam, C. de fals.* effectus tamen bonorũ publicandorum quinquennio tollitur, *l. in cognitione,* & ibi Ang. *ff. ad Sylla.* Si verò publicatio bonorum est facta, sed bona non sunt vnita ac incorporata; & tũc iuxta text. *in d. l. in omnibus,* possidens cum tit. præscribit decem annis: sine titu. autem viginti, vt per Bar. *in d. l. in omnib.* * & est communis* opinio, vt per Aretin. *in cons. 103. in causa, & quæstione, in quinto dubio, col. 5. n. 6.* & per Ab. *in c. cùm à nobis, col. fi. de præscrip.* & sic secund. Boss. *in loco citato,* vel reprobatur doctrina Bar. *in d. l. commissa. ff. de publ.* vel declarari debet, vt procedat, quando quid commissum est propter vectigal non solutum, iux. tex. *in d. l. 2. Cod. de vectig. & com.* & ita loquitur Alex. *in cons. 31. in fi. vol. 5.* secus vbi bona confiscata ex aliquo delicto non sunt adhuc vnita & incorporata; quia tunc non currit præscriptio, nisi viginti annorum, iuxta dispositionem *d. l. in omnibus,* & iuxta tradita per Aret. & Abb. *in locis præallegatis,* & Boss. *vbi suprà,* refert & sequitur Thob. Non. præceptor meus, *in cons. 105. n. 1.*

162 ¶ Quartò † in contrarium adduci possunt etiã tradita per Ang. *de malef. in verbo, & eius bona publicamus, n. 23.* vbi pariter dixit, quòd licèt accusatio contra homicidam duret viginti annis de iure, *vt in l. querelam. Cod. de fals.* effectus autẽ confiscationis bonorum duret quinquennio tantùm, *vt in l. in cognitione,* vbi Ang. hoc dicit mirabile, *ff. ad Syll.* id tamen intelligi debet, vt procedat ante accusationẽ finitam: secus post finitam accusationem, quia tunc potest fiscus agere contra hæredem ciuili actione, petitione hæreditatis, *vt in l. prima. C. de his, quib. vt indig.* & durat per decem annos, *vt in l. Caius, ff. ad Syllan.* & Ang. vbi suprà, refert & sequitur Conrad. *in pract. in tit. de publicat. bonor. num. 7. vers. 12. limita, pag. 431. col. secunda,* vbi etiam post Aug. ad Ang. *de malef. d. n. 23.* & post Felin. *in c. cùm à nobis, extr. de præscrip.* præmissa rursus declarat procedere inter hæredes extraneos: secus si essent de iis, qui tenentur de parricidio; quia tunc viginti annis durat confiscatio, cùm seuerius agatur cum hæredibus sanguinis, quàm cum extraneis.

¶ Vides ergo † ex præmissis quinque in hoc articulo re- 163
periri Doctorum principales opiniones. Aliqui enim voluerunt ius confiscandi præscribi quinquennio, *vt suprà, n. 158.* Alij spatio quadraginta annorum, *vt suprà, nu. 159.* Alij per triginta annos, *vt suprà, n. 160.* Alij per viginti, *vt suprà, nu. 161.* Alij demũ per decenniũ, *vt in antecedenti n. 162.* Quid autem dicendum? Distinctione opus est, vt concordentur cõtrarietates. Crederẽ ego posse dici, quòd si sumus in confiscatione bonorum facta propter crimen hæresis, tunc ius confiscandi non posse præscribi minori spatio, quàm quadraginta annorum, etiam post mortem hæretici, ad text. expressũ *in dicto c. secundo, de præsumpt. in sexto,* & ad ea, quę suprà posui, *n. 159. & in tit. de inquisit. q. decima, n. 82. ver. tu dic.* siue agatur de bonis confiscatis applicandis fisco Ecclesiæ, siue etiam fisco sæculari, *vt in dicto ver. tu dic.* & cùm isto casu, vt præfertur, habeamus iuris claram dispositionem, disputatione & argumentis non est opus.

¶ Si verò sumus extra crimen hæresis in alio casu, in quo delinquentium bona veniunt confiscanda, vel de iure statutario, vel de iure communi, vtputà in crimine læsæ maiestatis: & tunc aut est facta publicatio, aut non. Si publicatio nõ est facta, dicas quòd licèt ius procedendi contra personam non præscribatur minori spatio, quàm viginti annorum, *d. l. querelam, C. de fals.* ius tamen confiscandi præscribitur quinquennio, *dict. l. in cognitione, ff. ad Syllan.* cum aliis traditis per Boss. *dicto ti. de bonor. publica. d. n. 78. post medium, versic. vnde ante publicationẽ.* Nec dissentit Ang. *de malefi. in verbo, & eius bona publicamus, n. 23.* & ibi Aug. *in addit.* & Conr. *d. ti. de publ. bonor. eo. n. 7. ver. 12. limita, pag. 431. col. 2.* Et ita cõmuniter *ab omnibus, nemine, quem viderim, discrepante, tenetur. *

¶ Si autem publicatio est facta, & tunc rursus distinguo; quòd si bona sunt confiscata propter vectigal non solutum, ius corporandi præscribitur quinquennio, *l. secunda, C. de vectigal. & commiss.* Bart. Bald. & Docto. *in l. commissa, ff. de publica.* & ita procedere debent superiùs allegata, *numer. 158.* & hoc pariter communiter* ab omnibus tenetur, & nemo * dissentit.

¶ Secus crederem, quando publicatio est facta non ob solutum vectigal, sed ob aliud delictum: quia tunc possidens cum titulo præscribit spatio decem annorum; sine titulo autem viginti, iuxta tex. *in l. in omnibus, ff. de diuer. tempor. præscr.* & iuxta superiùs allegata, *n. 161. & 162.* quicquid in contrarium dixerint allegati *in n. 158.* quorum opinio, licèt etiam communis* reputetur, vt ibid. deduxi, minùs tamen mihi * vera videtur, prout pariter videtur magis communis* opi- * nio Boss. *in ti. de bon. publi. d. n. 78.*

¶ Non omitto esse aduertendum, secundùm Ant. Gomez. *in dicto ti. de confisca. bono. n. 5, ad fi.* † quòd quando fiscus petit 164
à tertio possessore bona in ipsius fraudem alienata: videtur isto casu, quòd debet peti infra annum vtilem, cuius loco datur hodie quadriennium; quia tanto tempore tolluntur, & præscribuntur actiones reuocatoriæ. *l. 1. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. §. item si quis in fraudem. Instit. de actio.*

¶ Ampliа I. Hanc duodecimam limitationem, † volen- 165
tem bona delinquentis minimè confiscari posse, quando ius confiscandi est præscriptum; in tantum procedere, vt nec fisco aduersùs hãc præscriptionem detur in integrum restitutio. Sic in terminis consuluit Dom. Thob. Non. præceptor meus, *dicto cons. 105. n. tertio,* duplici ratione motus. † Tum 166
quia in odiosis, & correctoriis (prout est quãdo cõtra auth. *bona damnatorum, C. de bon. proscrip.* agitur de cõfiscatione bonorum) cessat & deneganda est in integrum restitutio, vt per Aym. *cons. 271. nu. septimo, libro secundo,* cum concordan. per ipsum, & per And. Tiraq. *de retract. parte prima, §. 35. gloss. 2. n. 10. & seq.* † tũ etiã, quia in exequutionibus & exactionib. 167
pœnarum,

pœnarũ, nec fiscus, nec alius de iure restituitur, vt per Bart. *in addit. ad Spec. in tit. de accusat. versic. quid si Iudex*, Ang. *in l. fin. versic. nec credo, ff. si quis testa. lib. esse iuss. fuer.* Cremen. *singul. 23.* Boss. *in tit. si aduer. rem indica. n. 13. & seq.* Gabriel. *l. 7. de criminalib. conclus. 13. n. 4. in fine*, & est tex. *in l. auxilium, ff. de minor.* de communi* testatur Mauric. *in tract. de restitut. in integ. c. 152.* prout illum refert Ioan. Bapt. Villalob. *in suis commun. opin. versi. restitut. num. 53.* & de magis communi* Dom. Oddus Perus. *in trac. de restitut. in integr. parte 1. qu. 3. num. 85. & seq.* vbi ponit, & declarat materiam.

168 ¶ Ampliatio II. Eandem duodecimam limitationem, † vt licèt Bald. *in l. fi. col. 2. versic. venio ad glossam*, & ibi etiã Castr. *n. 8. C. de sacrosanct. Eccles.* quem refert Balb. *in tract. de præscript. secunda parte quintæ partis principalis, quæst. 1. num. 5. versic. aliam doctrinam.* dixerit contra fiscum Romanæ Ecclesiæ non nisi centũ annorum currere præscriptionem: aduertas tamen hoc verum esse & procedere, quãdo confiscãtur bona, quæ condemnatus habebat & retinebat ab ipsa Ecclesia Romana in feudum, vel alio modo, vt est tex. expressus *in c. 2. in princip.* ibi, *bonis quæ à Romana Ecclesia, vel aliis tenentur Ecclesiis, de præscript. in 6.* & ita etiam loquitur Bald. *in d. l. fi. col. 2.* dũ dicit, quòd exactio condẽnationis, quæ fit in re Ecclesiæ Romanæ, durat vsque ad centũ annos: secus in aliis rebus, quas condẽnatus non habet ab Ecclesia Romana: quia tunc etiam quòd simus in fisco Romanæ Ecclesiæ, non est locus centenariæ præscriptioni, de qua *in d. c. 2.* sed præscriptioni viginti annorũ, secund. iura ciuilia, iuxta tex. *in l. in omnibus, ff. de diuers. temp. præscript.* & iuxta superiùs tradita, *n. 161. 162. & 163. versi. secus credere.* Sic in specie hanc materiã post Franc. *in d. c. 2. col. 2. versi. si verò quæritur*, & Gemi. *col. fi. de præscrip. in 6.* declarat idẽ Tho. No. præceptor meus, *in d. cons. 105. n. 6.* cũ enim tex. *in d. c. 2.* (inquit ipse) velit tẽporis lapsũ à legib. Imperialib. præfixũ exactioni condemnationum non præiudicare Ecclesiæ Romanæ in bonis quæ tenebat delinquẽs ab ipsa Ecclesia Romana: ergo secus in cæteris bonis, quæ non retinet à dicta Ecclesia, arg. tex. *in cap. nónne, ext. de præsumpt. l. cùm prætor, ff. de iud. cum vulgarib.*

169 ¶ Limita XIII. Eandem secundam regulam, † vt in omni casu, in quo fiscus capit bona delinquentis confiscata: cùm tunc habeatur loco hæredis, *l. tutores, in fine*, & ibi gl. *C. ad leg. Iul. de vi priua. l. inter eos*, & ibi etiam glo. & Bart. *ff. de fideiuss. l. non intelligitur*, § *ex causa*, & ibi gl. *in verbo, pertinet, ff. de iure fisci, l. iura liberorum*, vbi Bart. *ff. de iure patron. l. 1.* & ibi gl. Bar. Bal. Sal. & alij, *C. de bon. liber.* Bald. *in l. pen.* § *1. C. ad Trebel. & in l. 4. C. ad l. Falci. & in l. exequutorẽ, in 17. col. C. de exeq. rei iud.* Specul. *in tit. de cessio. actio.* § *1. versi. quid si bona.* Curt. sen. *cons. 14. incip. Nobilis testatur, col. 1.* Soc. *121. n. 17. l. 4.* Alex. *cõsil. 89. n. 1. l. 4.* Ruin. *cõs. 24. n. 12. l. 5.* Dec. *cons. 442. n. 28.* Boss. *in tit. de bon. publicat. n. 11. 13. & 21. & in tit. de fisco, & eius priuileg. n. 68.* Beninten. *decis. Bonon. 91. n. 2.* Aym. * *cons. 265. n. 7.* vbi de cõmuni, * Rolã. *cons. 98. n. 16. lib. 2.* vbi * etiã de cõmuni, * *& cons. 29. n. 19. l. 3.* Ceph. *cons. 400. n. 10.*

170 *lib. 3.* tenetur † ideo de dictis bonis incorporatis satisfacere creditoribus ipsius delinquẽtis, necnon ad legata, fideicommissa, ac alia onera hæreditaria, ad quæ ipse delinquens tenebatur; tum per regulam generalem, quòd in hæredẽ omnes actiones actiuæ & passiuæ transfusæ censentur: cũ hæres, & defunctus vna & eadem persona à iure reputentur, de qua *in Authen. de iureiur. à morien. præst. post prin.* & quam post alios nouiter exornat, & ex ea infert D. Ios. Ludo. *in suis com. opi. cõclus. 16. per totam.* tum etiam quia sic in specie per tex. *in l. si marito, in princ.* & ibi Alex. *ff. solut. matri. & in l. secunda, C. ad l. Iul. de vi publ. & in l. prima, C. de pœn. fiscalibus, creditores præferri, l. 10.* scripserunt Corn. *cons. 190. n. 19. vol. 1.* Anch. in Regien. iun. *q. familiar. 25. n. 1. parte 2.* Boss. *in tit. de bon. public. n. 11.* vbi quòd in fisco res est clara, quòd tenetur ad onera, & debita hæreditaria. Ripa *in l. ex facto*, § *ex facto, n. 3. in 4. not ab. ff. ad Trebel.* Rol. *cõs. 31. n. 33. & seqq. vol. 1.* Plot. *cons. cri. diuers. 130. n. 84. vol. 1. in folio*, vbi generaliter dixit, quòd confiscatio semper intelligitur facta cum omnib. oneribus, ad quæ dãnatus tenebatur, per tex. *in d. l. ex facto, ff. ad Trebell. & in l. Papinian.* § *meminisse, ff. de inoffic. testam. & in l. seruus plurium*, § *si quis ante, ff. de leg. 1. & in l. cum fisco, ff. ad* * *Sylla. & in l. etiam, C. ad l. Falcid.* De cõmuni* testãtur Alb. *in l. actione*, § *pub. ff. pro socio.* Didac. *var. resol. lib. 1. c. 6. post nu. 8.* Clar. *in pract.* § *fi. q. 78. ver. sed an teneatur fiscus, iuncto ver. fin.*

¶ Ampliatio I. Hanc decimamtertiam limitationem, † vt 171
in tantum fiscus teneatur soluere debita delinquẽtis ex bonis confiscatis: quòd si fideiussor ipsius debitoris condẽnati, vel tertius possessor bonorum conuentus fuerit ab eiusdem debitoris creditoribus. sicut si debitor nõ fuisset delinquens, nec cõdemnatus, potuissent dicti fideiussores, & tertij possessores conuenti opponere excussionem faciendam in bonis debitoris principalis. *auth. præsente, C. de pignor.* ita pariter potuerunt eandem excussionis exceptionem opponere, quando bona per confiscationem sunt in fiscum translata; fiscum enim in primis discutiendum esse tanquam principali debitori succedentem, dixit gl. *in l. sententia*, vbi etiam Bal. *C. de fideiuss.* Roma. *sing. 653. & in cons. 93. n. 4.* Corn. *cons. 190. col. pen. vol. 1.* idem Bald. *in l. 1. C. de fideiuss. & in c. cùm super, in fine, de re iudi.* Paul. de Castro. *in l. fin.* & ibi etiam Ias. *n. 11.* & Dec. *nu. 15.* & ante istos Cuman. & Roman. *ff. si cert. petat.* Alexan. *in l. decem, col. 3. ff. de verbor. obligat.* Cremen. *singu. 43.* Calcan. *cons. 66. columna secunda*, Bald. *cons. 359. quemadmodum Imperator, col. fin. n. 8. versi. solutio, vol. 3.* Plot. *cons. cri. diuers. 130. n. 83. vol. 1. in folio.* Et licèt contrarium verius crediderint Bar. *in d. l. fin. in finalibus verbis, ff. si cert. petat. & in d. l. decem, ff. de verbor. obligat.* cuius opinionem latè defendit Abb. *in cons. 29. col. pen. vol....* Anchar. *cons. 294. & 317.* Soc. *cons. 46. col. 5. vol. 4.* Iac. de sancto Georg. *in d. l. fi. n. 3. verf. 3. fallit*, non tamẽ recedas à proposita limitatione, quæ non solùm communis, * sed etiã & magis communis à Doctoribus nuncupatur, vt videre est apud Gabriel. *lib. 3. tit. de fideiuss. concl. 1. n. 4. versi. & quia prima opinio*, Aym. *cons. 273. n. 7.* Ancharan. iun. Regien. *q. 25. n. 4. par. 2.* Michael Crass. *in suis commun. opinio. li. 1. c. 11. q. 7.* *

¶ Ampliatio II. eandem decimamtertiam limitationem, 172
† vt si delinquens habuerit bona sita in diuersis territoriis, & creditores pro consequendis suis creditis agant contra fiscum illius territorij, in quibus si creditores cõtraxerũt cum debitore delinquente, non potest idem fiscus illos remittere ad fiscum alterius territorij, & iurisdictionis, vbi alia bona confiscata sunt, per regulam, quòd in eo loco, in quo contractus factus est, in eo debitor soluere debet, & non in alio, inuito creditore, *l. is, qui certo*, & ibi Bar. *ff. de eo, quod certo loco*, Ang. & Alex. *in l. qui Romæ, in princ. ff. de verbor. obligatio.* & in specie propositæ ampliationis singulariter ita censuit Imola *in l. ex facto, ff. de hæred. instit. in cons. 23. col. decima, & seq.* Castren. *in consilio 209. numero primo, versic. si enim.* vbi cùm bona cuiusdam Veneti, incolæ tamen in ciuitate Ferrariæ, confiscata fuissent in eadem ciuitate Ferrariæ: tenetur dictus fiscus Ferrarien sis creditoribus sui incolæ delinquẽtis satisfacere, nec potest eos Venetias remittere. Et prædictos Imolã & Castrensẽ sic vt suprà allegatos & inductos, refert & sequitur Ancharan. iun. Regiens. *in suis quæstionibus familiaribus, qu. vigesimaquinta, n. quinto, iuncto n. 12. parte secunda.* Nec dissentit Rol. *in tract. de lucro dot. q. 20. n. 10. & iterum in cons. 78. n. 15. vol. 2.* vbi dixit, quòd sicut quilibet fiscus potest agere in suo territorio contra nomina debitorum ibidem existentia, & ad condemnatum spectantia: ita pariter & quilibet fiscus debet correspondere, & satisfacere creditoribus eiusdem condemnati, secundùm Canonistarum, & Legistarum communẽ, * quam sic asseruit opinionem. Addo & Angel. *de malefi.* & ibi Aug. *in addit. d. verbo, & eius bona publicamus, n. 9. in fi.* vbi post Guliel. de Cun. latissimè in ista materia loquentem *in l. secunda, ff. de cap. diminut.* dixit, quòd quilibet fiscus tenetur creditoribus suis ibi in illo territorio existentibus ratificare pro rata bonorum, & prout quisque habet bona condemnati, & non pro virili. *

¶ Limita Hanc secundam ampliationem, † vt licèt qui- 173
libet fiscus de bonis cõfiscatis in suo territorio teneatur satisfacere creditoribus condemnati: id tamẽ sanè intelligendum est (& ita expressè loquitur præcedens ampliatio) vt teneatur scilicet satisfacere creditoribus sui territorij, non autem creditoribus alterius territorij, vbi alia bona confiscata sunt: licèt enim creditor habens præcipuè bona sui debitoris hypothecata, possit contra illa agere, etiam quòd sint in alio territorio sita; cùm possit eligere in qua re velit sibi satisfieri, vt per Bar. *in l. pupillus, ff. de his, quæ in fraud. cred. & in l. priuil. ff. de priuil. credit.* Anã. *cons. 113. in fi.* Corn. *cons. 282. nu.*

decimo

decimoquinto,vol. 1. per tex. *in l. creditoribus, ff. de distract. pign.* Vbi tamen dicta bona sunt confiscata in alio territorio, facile esset fraudare fiscum vnius territorij, illũque omnibus bonis confiscatis priuare, altero fisco illæso remanẽte; ideo ad euitandam hanc fraudem æquius est, vt quilibet fiscus debita sui territorij soluat, & non vltra, secundùm opinionem Cyni, Petri, Baldi, & Ang. *in d. l. ex facto, ff. de hæred. instituent.* quorum opinionem (reprobata opinione Imolæ contrarium sentientis, quem etiam sequutus videtur Anch. iun. * Regien. *d. q. 25. n. 5. parte 2.*) communem * dixit August. ad Ang. *dicto verbo, & eius bona publicamus, num. 9.* refert, & sequitur Clar. *in pract. q. 78. versi. sed quæro, an hoc casu,* vbi tamen post August. ad Angel. *in loco citato, d. num. 9. prope fin.* declarando hanc limitationẽ concludit, quòd si bona vnius territorij non sufficerent, eo casu ne creditoribus iura pereant, & ne in totum eorum credito frustrati remaneant, eis satisfaciendum est etiam de bonis sitis in alio territorio, & ita pluries apud eum in Magistratu Mediolani seruatum fuisse testatur.

¶ AMPLIA III. Dictam decimamtertiam limitationem, † vt in tãtum pariter fiscus teneatur de bonis confiscatis satisfacere creditoribus condemnati, vt si idem condemnatus habuerit aliqua nomina debitorũ, quæ postmodum fuerint confiscata, non possit ipse fiscus eisdem creditoribus dare in solutum pro concurrenti debiti quãtitate dicta nomina debitorum: & hoc, quia cùm fiscus succedat in locum debitoris, & ideo sicut debitor non potest creditori suo, debitoris sui nomen in solutũ assignare, *vt in l. cùm à quo,* & ibi Bald. & Salic. *C. de solut.* ita pariter nec id poterit fiscus, sicut in proposito arguendo concludit Anch. iun. *dicta quæst. 25. nu. 6. in fine, iuncto num. 10. 11. & 13. parte secunda.* † Et facit re- * gula illa generalis, & communis, * quòd debitor creditori suo inuito vnum pro alio soluere nequit, de qua *in l. si se nõ obtulit, §. ait prætor, ff. de re iudic. in l. promissor, §. fin. ff. de constitut. pecu. in l. item liberatur, ff. qui paratus, ff. quibus modis pign. vel hypo. solut. in l. secunda, §. mutui datio.* & ibi Doctores omnes, *ff. si certum pet. in authen. hoc nisi debitore, & in l. manifesta, C. de solut.* de qua vide pluribus modis ampliantem, & limitantem remissiuè, Pet. Duen. *regul. 159.*

¶ AMPLIA IV. Quòd † in causis creditorum agentium contra fiscum pro recuperatione eorum crediti, procedi debet summariè & sine dilatione, licèt, vt dicit Salic. *in l. si quis posthac, n. 1. in fi. C. de bonor. proscript.* Iudices moderni studẽtes magis placere voluntati rapientiũ, quàm rationi iuris, & æquitati, seruent contrariũ in animarum suarum detrimentũ, prout refert Clar. *in prac. d. q. 78. ver. sed quæro, an hoc casu, in fi.* vbi propterea testatur in Magistratu Mediolani, in quo ipse erat eo tẽpore præses, in huiusmodi causis procedi sola facti veritate inspecta, illáque expediri cũ summa æquitatis ratione, & maxima celeritate, nec dissentit Rol. *in cons. 31. n. 36. vol. 1.* vbi post Bart. *in l. rem, §. 1. ff. de iure fisci.* quem sequitur Ioan. de Plat. *in l. prima, C. de pœnis fiscalibus creditores præferri*, dicit huiusmodi causas summariè, & semoto iudicio ordinario tractari: & quidem etiam apud nos in Vrbe, in qua omnes camerales, & fiscales causæ summariè tractantur, nõ possum testari, nisi semper vidisse omni iudiciaria tela remota, creditores huiusmodi fuisse, vel satisfactos, vel reiectos, prout de iure, vel satisfieri, vel reiici debent.

¶ AMPLIA V. Vt † bonis debitoris delinquentis confiscatis, liberatus sit ipse debitor pro parte, & quãtitate confiscata, in tantum quod creditores non possunt ampliùs contra ipsum debitorẽ agere, sed contra fiscum, qui debitoris confiscata bona retinet, vt est casus *in l. 2.* vbi Bal. & Sali. *C. ad leg. Iul. de vi publica, & in l. si marito,* vbi gl. *ff. solut. matri. & in l. 1. cũ ibi not. C. de fideiuss.* Plot. *cõs. cri. diuers. 130. n. 8. vol. 1. in fol.* vbi tamen † quòd non per hoc est liberatus fideiussor, per tex. *in d. l. 1.* & per Castr. *cons. 209. vol. 2.* bene declarat Ang. ad Ang. *de malefic. in dicto verbo, & eius bona publicamus, n. 9.* vbi inquit, quòd licèt ex facto debitoris non possit regulariter ius creditoris fieri deterius: tunc autem deterius fieri dicatur, quando debitum in plures partes distinguitur, cùm conditio obligationis ex persona hæredum non immutetur, *l. secunda, §. 1. ff. de verbor. obligat.* in casu tamen propositæ limitationis specialiter iura disposuerunt contrariũ, quia propter delictum rei debitoris condemnati, præiudicatur creditori in hoc, quòd pro parte fisco confiscata, est liberatus ipse debitor, creditórque pro ea parte confiscata, non contra eum, sed contra fiscum aget, *dicta l. secunda, C. ad leg. Iul. de vi publ.* licèt fiscus sit difficilioris exactionis, quàm priuatus, *l. prima, cum ibi notatis, C. de priuileg. fisci.* & sic in plures partes debitum diuidetur; quia pro rata bonorum confiscatorum agere debet creditor, vt dixi, contra fiscum: pro residuo verò remanet sibi ius saluum contra eundem debitorem.

¶ AMPLIA rursus † præcedentem quintam ampliationem, quæ de liberatione debitoris tractat ob confiscationẽ suorum bonorum, vt in omni casu, in quo ipse debitor ob dictam confiscationem liberatus est, liberatus etiam remaneat, nec cõueniri possit à suis creditoribus, etiam quòd restitutus, & aggratiatus de delicto, deuenerit ad meliorẽ fortunam, tex. est *in l. 4. C. de senten. pass.* quem tex. mirabilẽ dixit Fulg. *in l. si insulam, C. eo.* sicut etiam tradit Ang. *in l. si debitor, n. 14. C. eo. tit.* Boss. *in tit. de proclam. quod fit bonis publicatis, nu. 15. in prin. & in fin. numeri,* & post hos nouissimè D. Oddus Perus. *in suo tract. de restitut. in integrũ, par. 2. q. 97. artic. 2. n. 13.* vbi respõdet cõtrariis; & huius ampliationis hanc reddit rationem, quia scil. actiones passiuæ debitoris semel transierunt in fiscũ, qui semel cœpit esse debitor, in eũque & contra eum eiusdẽ debitoris obligationes transfusæ fuerunt: & cùm per restitutionem & gratiam debitori factã de delicto, nõ fuerint hæ actiones ad ipsum debitorem reuersæ, creditores, qui ante dictam gratiam & restitutionem fiscum tantùm & non debitorem condemnatum conuenire poterant, nec etiam poterunt id facere post gratiã, & restitutionem, quia non superueniẽte obligatione, nec ad debitorem reuertente, sequitur quòd cõtra non obligatum personalis actio non datur, §. 1. & ibi omnes, * *Instit. de actio.* *

¶ LIMITA Eandem † quintam ampliationem sic, vt modò dixi, ampliatam, vt procedat, vt loquitur; scil. vel debitore, cuius bona sunt confiscata, existente condẽnato, vt dixi *supra, n. 177.* vel restituto & aggratiato, non ad bona, sed solùm à delicto, vt pariter dixi *in antecedente n. 179.* quòd sic restituatur debitor ipse etiam ad omnia bona cõfiscata, vel ad aliquam quotam partem illorum: & tũc (licèt secus sit, si ad rem tantùm particularem restitueretur) cùm per hãc restitutionem reuersæ dicantur in ipsum actiones passiuæ, remanet denuo obligatus eisdem suis creditoribus, quos propterea posse contra ipsum debitorem agere pro recuperatione eorum crediti, sicut poterant ante condemnationem, probat tex. *in l. 3.* vbi Ang. Bald. & Salic. *C. eo. de sentent. pass. & in l. si deportatio, C. eo tit. & in l. 2. & 3. ff. eo.* Bald. *in l. si marito, in fi. princip.* & ibi etiam Alex. *n. 4. & seq. ff. solut. matrim.* Ioã. de Amic. *cons. 68. n. 3.* Nell. *de bannit. in prima parte 3. tẽpor. q. 21.* quos in proposito refert, & sequitur idem D. Oddus *in eo. suo tract. de restit. in integ. parte 2. q. 97. art. 2. n. 9. & seqq.* vbi ampliùs addit *num. 12.* quòd si restitutus iste negligat à fisco recuperare bona, ad quæ fuit restitutus, ad hoc ne teneatur suis creditoribus: non tamen per hoc erit liberatus; quia adhuc conueniri poterit, ad text. *in l. pen. ff. de sentent. pass.* glo. *in l. 4. C. eod.* & Angel. *in l. si debitor. in fi. C. eo.*

¶ SVBLIMITA I. Hanc præcedentem limitationẽ † non procedere, quando confiscatis bonis debitoris, fiscus (sic dictãte statuto, seu aliqua speciali cõstitutione) emisisset proclama, vt creditores infra certum tempus cõparerent, & docerẽt de suo credito; quo lapso, & de credito nõ docto, ampliùs ad aliquid petendum non admitterentur: tunc enim si creditores in petendo dicta eorum credita negligentes fuerint, sic non licet ampliùs ipsis obstante præscriptione prædicta contra fiscum agere: si postmodum debitor bannitus, & condemnatus fuerit, etiam ad bona restitutus, nõ potest ampliùs ab eisdem creditoribus, qui eorum facto, culpa & negligentia ab eorum credito ceciderunt, molestari; sicut in terminis consuluit Petr. Ant. Aug. *in cons. 10. n. 17. & seqq. l. 3.* & facit ratio, quia per præscriptionẽ prædictã ius istorũ creditorũ est extinctum; & quod extinctũ est, ampliùs reuiuiscere non potest. Et licèt contra prædicta, multa cõsideret Boss. qui contrarium verius credidit, *in d. tit. de proclam. quod fit bonis publicatis, n. 15. & 16.* vide tamẽ optimè hanc sublimitationem defendentem, & fundamentis per Bossium adductis respondentem, Domin. Oddum Perus. *in dicto tract. de re*

de restit.in integ.par.2.q.97.artic.3.per tot.n.15.& seqq.

182 ¶ Svblimita II. Eandem limitationem, † vt licèt ad bona restitutus teneatur suis creditoribus satisfacere: non tamen prohibetur, si vult dictis suis bonis cedere in fauorẽ eorũdem creditorum,& sic cedendo liberatur; sicut & liberatur alter debitor,vt per Brun.*in tract.de cess.bon. parte quarta,quæst.*15.*vers.in hoc autem puto.* Emman. Cotta *in repet. l. Gallus,*§.*& quid si tantũ in secunda par.n.*43.*vers.Mihi autẽ,ff. de liber.& posth.*Gabr.Sarai.*in addit.ad Rom.sing.*212. à quorum sententia,etsi de directo contrariũ concludendo dissentire videantur Roma.*dicto sing.*212.*& in l.alia,*§. elegãter,ff. soluto matr.*Ias.*in* §.*fin.*22.*Inst.de act.*Vital.*in tractat. clausul. in rubr.an poss:ff.renunc.benef.cess.bon.&c.col.*9.*in princ.vers.*2. Arnon.*sing.*82.Soc.*reg.*46.*cedens bonis,in*15.*fallen.* per text. *in l.secunda,ff.de senten.pass.& in l.pen.C.eod.*nõ tamẽ per hoc recedas à proposita sublimitatione,quæ est verior & æquior, & eam optimè à præmissis defendit idem Do.Odd.Petus.*in d.tract.de rest.in integ.parte* 2.*q.*97.*art.*4.*per tot.n.*19.*& seqq.*

[Sed post hæc scripta, & impressa venit ad manus meas Brun. à Sole,*in suis quæstionib.legalib.in q.*19.*n.*68.*& omnibus seqq.*quem omnino videas, quia bene distinguendo tres casus,materiam declarat;quo fit,vt ad eum te remittam.]

¶ Svblimita I. Principalem decimamtertiam limita-
183 tionem suprà positam,*n.*169.† in qua dixi, fiscũ teneri satisfacere creditoribus condemnati,cuius bona confiscata sunt, vt teneatur scilicet in quantum bona confiscata sufficiunt,& non vltrà de suo proprio,etiam quòd inuentarium nõ con-
* fecerit,secundùm cõmunẽ,* de qua testatur Ias. *in l.scimus, in princ.n.*1.*C.de iure deliberan.in apostil.ad Abb.in c.*1.*in fi. in verbo,hæred.ext.de solu.*sequitur Clar.*in pract.d.q.*78.*ver.vnũ scias,*nec dissentit Anch.iun. Regien. *in suis quæstionib. familiaribus,q.*25.*n.*2.*&* 3.*parte* 2.vbi propterea reprobat Corn. *in cõs.*190.*n.*19.*vol.*1.qui post Raph.& Castr. quos allegat, dixerat fiscũ teneri vltra bona confiscata,ex quo est simplex hæres,& semper cẽsetur esse soluendo. ¶ Regula enim illa,
184 quòd † Quilibet hęres nõ cõficiẽs inuentariũ,tenetur de suo proprio creditoribus & legatariis satisfacere etiam vltra vires hæreditarias,de qua *in* §.*si verò non fecerint,in Authen.de hæred.& Falcid.& in auth sed cùm testator,in fi.C.ad leg. Falc.*

185 † Limitatur particulatiter, vt non procedat in fisco, vel in alio, qui vtitur iure fisci, quem propterea non teneri ad inuentarij confectionem tradidit Batt. *in l.*1.*§. an bona,*& ibi, Alexand.*in addit.ff.de iure fisci.*cum aliis per Montic.alleg.*in tract.de inuẽt.pag.mihi* 10.*a tergo,in* 7.*regula,& pag.*13.*n.*47. *& pag.*27.*n.*10.*& pag.*28.*n.*14.15.*&* 16.*& pag.*123.*n.*18.

¶ Svblimita II.Eandem decimamtertiã limitationem
186 † in eo,in quo dixi fiscũ teneri ad legata, & fideicommissa, vt procedat,vt loquitur, scilicet quãdo fiscus occupat bona delinquentis tanquam confiscata:tunc enim verum est,quòd tenetur nõ solùm ad debita,sed etiam ad dicta legata, fideicommissa,aliáque onera hæreditaria. At secus, quando illa capit tanquam bona vacantia:quia tunc non tenetur ad ipsa
* legata,& fideicommissa, secundùm Doctorũ communem* opinionẽ,de qua testatur Ripa *in l.ex facto,post n.*6.*ff.ad Trebel.*refert,& sequitur Clar.*in pract.d.q.*78.*sub vers. an teneatur fiscus,*ibi,*sed quando capit bona vacãtia,&c.*& paulò infrà
187 ibi,*quãdo autẽ bona deserũtur ad fiscum ex successorio,&c.*† vbi docet quòd aliis deficientibus hæredibus fiscus succedit defuncto ex successorio edicto;licet Bald.*in l.eam quam,n.*5.*in fi.C.de fideic.* dixerit fiscum teneri etiam ad onera legatorum
* & fideicommissorũ,& ita etiam cõmuniter* teneri dixerit Salic.*in l.vnica,*§.*pen.n.*39.*C.de caduc.toll.*cõtrariã tamẽ sententiam, quòd scilicet fiscus nec isto casu teneatur ad onera legatorum & fideicommissorum,communiter etiam teneri testatus est Claud.*in l.recusare,*§.*si fisco,n.*3.*ff.ad Treb.* asserẽs Sali.*in loco nuper citato,* malè fuisse loquutũ,& cum Claudio
* de magis communi,*& in practica seruata opinione pariter testatur idem Clar.*d.vers.sed an teneatur fiscus,in fine.*

188 ¶ Svblimita III. Vt † licet fiscus teneatur satisfacere creditoribus delinquentis ex contractu, non tamen tenetur satisfacere creditoribus ex delicto,quibus propterea fiscum
* præferri etiam in pœnis pecuniariis de communi*testantur Claud.Battand.*reg.crim.*140.*n.*1.Didac.*var.resol.lib.*1.*cap.*16. *post n.*8.prout illũ refert Clar.*in pract.dicta quæst.*78.*vers.vi-*
189 *di quandoque.* † vbi tamen ex eius dictis aduertendum puto,

quòd si ex eodem delicto,pro quo bona confiscantur,& ex eadem sententia venit de iure delinquens etiam condemnandus ad interesse parti offensæ:tũc si concurrat pars prætendens interesse,& fiscus prætendens pœnã,præferri semper debet pars pro emenda damni passi propter delictum condemnati;& ita sæpiùs seruatum vidi, & æquitati etiam magis consonum esse dixit idem Claud.*d.reg.*140.*in fine.*

¶ Limita XIV.& principaliter secundam regulam in
190 hac quæstione positam,† vt in omni casu, in quo bona delinquentis de iure communi,vel speciali veniunt confiscãda; non tamen in eodẽ casu dici potest,quòd talia bona sint tacitè fisco hypothecata pro commisso delicto: licèt enim pœna, quæ ex delicto debetur,eo ipso quòd delictum commissum est,dicatur quasi debita fisco, ad gl. *in l.rescriptum, in pr.ff. de pact.* & propterea quoad pœnam, quæ alicui infertur ob delictum, dicatur delinquens largo modo obligatus,ad Batt.*in l.fi.ff. de iniur.*veritas tamen est,& communis*
* opinio,testibus Boss.*in tit.de bonor.publ.n.*81.& Clau.Batt. *d.reg.crim.*140.*n.*1. quòd in delictis fiscus non habet bona delinquentis obligata,seu hypothecata; quia,vt inquit ipse Boss.si illa haberet sic obligata & hypothecata,posset hypothecaria actione auocare omnia bona in tertios alienata: consequens est falsum,ergo antecedens,vt ibi per eum,*& n.* 82. vbi alia ponit in materia.Et sic vt Boss.testatur, pariter
* eandem negatiuam opinionem dixit communem* Salic.*in l.si quis posthac,post n.*6.*C.de bõ.proscr.*refert,& sequitur Clar. *in pract.d.q.*78.*vers.si.*vbi tamen meliùs declarando materiã dicit hanc limitationem procedere, † vel ante delictũ,sicut 191
in specie isto casu de communi*testantur Butr.*cons.*61.*n.*3. *
& Pic.*in repet.l.post contractum, n.* 40.*ff.de donat.* † Vel etiam 192
post delictum, ante tamen inchoatum iudicium criminale, sicuti pariter testatur de communi* Alex.*in l.rescriptum, in* *
*pr.n.*8.*ff.de pactis.*Secus post sententiam. † A die enim latæ 193
sententiæ,quòd fiscus habeat bona delinquentis condemnati tacitè hypothecata,verius esse dixit Clar. *in d.vers.si.in fi.*ex August.ad Angel.*de malef.in verbo,dictum Sempronium, sub n.*11.vbi etiam de communi,*& ita in hac decimaquarta limitatione teneas cum hac Clari distinctione. *

ARGVMENTVM.

Pœna pecuniaria an euadat corporalis propter paupertatem, & reus, qui non habet in bonis, an, & quando luat in corpus.

SVMMARIVM.

Reus non habens in bonis,luet in corpus, num. 1.

*Cessionis beneficium competit etiam debitori fisci,n.*2.

*Fallit, si sit debitor ex delicto: quia tunc non admittitur ad cessionem bonorum,sed nõ existens solucdo luet in corpus,n.*2.

*Cessionis beneficium non datur in actionibus, quæ ex delicto nascuntur, vel quasi, n.*4.

*Cessionis beneficium,quod miserorum est subsidium, non conceditur doloso debitori,n.*5.

Debitor ex dolo & delicto,semper insolidum conuenitur etiam in plus,quàm facere possit, n. 6.

Cessionis beneficium non competit ex delicto ratione damnorum & interesse, n. 7.

*Cessionis beneficium an competat debitori fisci ratione gabellæ, vel collectæ, n.*8.

*Reus non valens soluere pœnam pecuniariam,luat in corpus,etiã quòd deficiat in solutione minimæ partis dictæ pœnæ, n.*9.

*Reus non valens soluere pœnam pecuniariam minimam impositam pro leui delicto,non luit in corpus,n.*10.

Clerici absque eo quòd bonis cedant, non conueniuntur, nisi in quantum facere possunt,deductis necessariis alimentis,n. 11.

*Clericus non habens in bonis,luat in corpus,n.*12.

*Iudex potest in sententia condemnare reum ad soluendum pœnã pecuniariã, quam si non soluerit infra tale tempus,puniatur corporaliter,n.*13.*&* 14.*vbi declaratur, dummodo iste Iudex habeat merum imperium,aliter secus.*

Iudex si corporaliter condemnauit reum deficientem soluere pœnã pecuniariã post certũ tẽpus,potest,si vult, ab executione pœnæ

corporalis desistere, & pecuniariam exequutionem facere in bonis condemnati,n.15.

Iudex non potest in sententia condemnare reum corporaliter in defectum solutionis pœna pecuniaria, nisi ad soluendum dictam pœnam aliquod tempus condemnato præfigat,n.16.

Reus vbi corporaliter punitur ex eo quòd non habet in bonis, talis pœna corporalis erit arbitrio Iudicis,n.17.

Officiales in syndicatu condemnati non habentes in bonis nõ luunt in corpus,sed in carceribus detinentur,donec soluant,n.18.

Reus non habens in bonis potest corporaliter per Iudicem puniri ante sententiam:secus post sententiam,n.19.

Reus non habens in bonis luit in corpus, quando agitur de pœna ordinaria:secus si de extraordinaria,prout est mulcta,n.20.

Reus vilis & ignobilis non habens in bonis luit in corpus:secus si nobilis,n.21.& seqq.

Nobili qualibet pœna corporalis imposita quamuis minima, maior est qualibet pœna pecuniaria,quamuis magna,n.22.

Reus non habens in bonis luit in corpus,consentiente illo, cui pœna debetur;aliter secus,n.23.

Reus qui non habens in bonis, fuit corporaliter punitus, non potest amplius pro pecuniaria pœna molestari, etiam quòd ad pinguiorem fortunam deuenerit,num.24.

Reus non habens in bonis,luit in corpus, quando debitum prouenit ex delicto:secus si ex contractu,vel quasi,n.25.

Cessionis beneficium non competit mercatoribus,seu aliis fraudulentis decoctoribus,n.26.

Decoctores fraudulenti puniuntur,n.27.& 28.vbi etiam quid de illis qui plura contrahunt debita scientes se non esse soluẽdo,& n.29.vbi quid in statu ecclesiastico vigore Bullæ Pontificum.

Decoctor nõ ex suo vitio,& culpa,sed casu & propter infortunia, non est infamis,nec in aliquo punitur,n.30.& quid si decoxerit partim propter infortunia,& partim propter vitia,n.31.

Cessionis beneficium competit etiam decoctoribus, qui decoxerunt non eorum culpa,sed casu,& propter infortunia,n.31.

Reus non habens in bonis, vnde soluat damna & interesse, vel pœnam parti applicandam, an & quando luat in corpus, n.32.& seqq.

Cessionis beneficium an competat delinquenti ratione damnorum, & interesse,vel pœnæ applicandæ parti offensæ,n.33.& seqq.

QVÆSTIO XXVI.

1 POenã ex †causa non solùm minui,sed etiã augeri posse, dixi *supra hoc eodem tit.quæst.decimaseptima,num.septimo, & sequentibus.* inter quas causas augendi dictas pœnas paupertatem vnam à iure reputari (licèt aliàs regulariter ferè semper fauorabilis & priuilegiata sit) probat apertè regula illa vulgaris, & in omniũ ore posita,quòd Reus non habens in bonis luat in corpore,de qua *in l.fi.ff.de in ius voc.l. prima. §.fina.ff.de pœnis,l.quicunque,§.quòd si prædicta,Cod.de seru.fugitiu.l.ob fœnus,ff.de administratio.tutor.l.fina.Cod.de sepulchro violato,l.illicitas,§.vltimo,ff.de offi.Præsid.l. si quis id quod,§. in seruos,*& ibi glos.*in verb.torquendũ,*& Ias.*num.vigesimooctauo, ff.de iurisdictione omn.Iudicũ,capit.finẽ litibus,*& ibi glos. fina. Ioann.Andr.Imola,& Bart. *extra, de dolo,& contum.* glos. *in cap.si res,in verbo cruciatus,14.q.6.& in §.pœnales,in verbo,& in eum,*& ibi Ias.*n.45.Instit.de actio.*Socin. *regul. 81.in princ.* Ioan.Lup.*in rubri.de donat.inter virũ & vxorẽ,§.9.n.10.*Mars. *in l.1.n.63.de sicar.*Nou.*reg.169.in princ.*Paul.Ghirl.*in tract. de quæst.& tortura,q.5.n.6.*Iodoc.*in pract.crim.ca.19.tit.de relaxatio.carcer.n.15.*Couar.*var.resolut.lib.2.ca.1.n.* 8. Menoc. *de arbitr.q.lib.2.centur.quinta,casu 44.n.primo,& sequent.* De * communi* testantur Bero.*in cap.cognoscentes,n.42.ext.de cõst.* & Sal.*in l.si.post n.4.C.de sepulchro viola.* vbi ampliãdo dicit hanc regulam procedere indistinctè,siue reus deliquerit animo & intentione fraudandi legem,siue non;& ita etiã quotidie obseruari testatur pariter Clar. *in pr.q.95. ver. sed quid si reus,* vbi tamẽ quòd talis cõmutatio pœnæ apud eũ nõ fit, nisi per Senatũ.Et quòd propterea grauiter reprehensus fuit quidã Prętor,qui fecit fustigari inconsulto Senatu quendam Antoniũ Rauariũ, qui non habebat modũ soluendi pœnam pecuniariam, in quam fuerat condemnatus pro blasphemia. [Addo & pro hac eadem conclusione Ludoui.Peg.quẽ post hæc scripta habui,*decis.crim.sexta,n.6.*] ¶ Verùm quia proposita cõclusio in multis casib. amplianda, & in multis aliis etiã è cõuerso limitanda,& vt meliùs id præstetur, pluribus declaranda est; ideo pro declaratione propositæ quæstionis

¶ AMPLIA I.Hãc regulam,† vt licèt debitor fisci ex ali- 2
quo contractu non habens in bonis, & sic impotens ad soluendũ liberetur cedendo bonis,prout est tex. *in §.itẽ si quis.* ibi,*& ideo propter bona publica,aut priuata debita, &c. vbi in d.verb.debita,Instit.de societ.per l.veriũ,§.primo,ff.pro socio,* & glossam illam sequitur etiam Guliel.m.de Lud.*sing.54.incipien.glo.est.*Aret.*in §.solmitur,* Inst.*eod.*Cæpol.*cons.crim. nono, in pr.n.1.& sequent.iunctο n.4.in fine, vers.nec obstent allegata,* Brun.*de cess.bon.in 9.quæst.quartæ principalis,quæst....nu.quinto.*vbi hoc ampliat etiam in debitore fisci contumace,dummodo non fuerit latitans & negans debitum: sequitur D. Ioseph.Ludou.*in sua decis.Perus.trigesimasecunda,num. quarto, vers. tertius est casus, &c.* † vbi tamen quis reperitur fisci 3
debitor ex delicto;tũc existens non soluendo non liberatur cedẽdo bonis;sed iuxta propositam regulam,luet in corpus, secundùm glos.*in c.non satis,circa princ. verbo,debitum,* 86. *distinct.& in c.primo,verbo,cruciatus,*14.*quæst.sexta,& in cap. peccatum,in verb.peccatum,de reg.iur.in sexto,per c.fraternitatis,duodecima quæst.*2.Bal.*in l.1.n.7.C.qui bon.cedere poss.* Bart. *in l.prima,ff.de cess.bon.& in l.sacrilegij,§.fi.ff.ad l. Iul. pecula.* Ang.*in l.quarta,ver.in criminali vero,ff.de pœn.& in l.secund. ff.de cess.bonor.*Aret.& Doct.*in §.fi.*& ibi præsertim Ias.*n.13. Instit.de actio.* Innoc.& alij *in cap. Odoardus,de solutio.* Brun. *in tr.de cessio. bonor.in 17.q.4.quæst. principalis,n.1.* Idem Ias. *in l.si quis id quod,n.28.ff. de iurisd. omn. Iudic.* vbi tamen limitat quadrupliciter,sicut etiam illum refert Diaz *reg. 47. inc.cessio bonor.*Sal.*in l.1.in 6.q.C. qui bon.cedere poss.* Capell. Tholos*dec.61.*D.Menoch.*de arb.q.casu 447.in fi.lib. 2. cent. 5.*Nouel.*reg.169.in 1.ampliation.*De communi* testati sunt * Alber.de Rosat.*in rub.C.qui bon.ced.poss.circa fi.& in 2.parte, statut.q.196.inc.item quæro,an in pœnis.* Cæpol.*cons.cri.9.n.4. vers.& ex prædictis apparet,*Dec.*in l.si quis id,quod,n.22.ff de iurisd.omn.Iud.*Couar.*var.resolut.lib.2.c.1.n.8.vers. hac igitur ratione.*Clar.*in pr.quæst.95.vers.sed pone,quòd iste.* [Ludouic. Peg.*d.dec.crim sexta,per totã,in discurs,& præsertim d. n.6.*] † Generale enim est, quòd in actionibus, quæ ex delicto 4
nascuntur,vel quasi, cessionis beneficiũ debitori nõ conceditur,Bal.*in l.si ex parte,in pr.*arg.illius tex.*ff. quod cum eo,* dicens de hoc esse textum expressum,*in l.fi.§.fi.ff. quæ in fraud. cred.* Idem Bal.*in l. si prius in princ.sub n. vigesimosexto, C. de iure fisci,libro decimo,* & de communi * testatur Alber. *in d. * rub.C.qui bon. cedere poss.post n.14.vers.vltimò quæritur,* prout illum refert Clar. *d.vers.sed pone, in fine,* prout etiam idem cessionis beneficium,†quod miserorũ subsidiũ dicitur, do- 5
loso debitori non conceditur, *d.l.si.in fine, cum ibi not.ff. quæ in fraud.cred.l. pen. ff. de iure dot.*Boër. *decis.340. quæritur an ciuiliter,num.8.versic. & ista opinio.*Ruin.*cons.90. visa locatione sub n. 13.vers.ex alio quoque.*Plot.*in l.si quando,n.179.ver. licèt contractus.C.vnde vi.*†Et licèt aliquibus casibus debitor 6
non possit conueniri plùs, quàm facere potest, debitor tamen ex dolo & ex delicto semper insolidum conuenitur, etiam in plùs,quàm facere potest, *d.l. si ex parte,§. 1.ff.quod cum eo,l.si rerum amotarum.ff.de re iud.l.etiam,§.1.ff.sol. matr.*

¶ AMPLIANDO rursus hanc primã ampliationẽ aduer- 7
te,†quòd licèt Couar.*variar.resol.lib.2.dicto cap primo, eod. num.octauo,post medium,ver. nec omnino decretum istud,&c.* declarando illam,dixerit tantummodo procedere in debitore ex delicto ratione pœnæ,quæ vel fisco applicatur,vel etiam priuato, dummodo non solùm sit ratione damni passi, sed etiã ratione publicę vltionis;vt putà in pœna quadrupli, quę parti læsæ debetur insimul,& propter damnum passum, & propter publicam vindictam,& in qua semper inest simplũ, *vt in l.hoc edicto,§.fin ff.de publ.& vectig.in c.primo, si duo, de pace tenen.& eius violat.*Bart.*in l.ab hu,C.de nauicular. lib.10.* Ias.*in §.sic itaque,col.2.Inst.de actio.*secus in debitore alicuius priuati solùm in damnis,& interesse passis ob delictum.

¶ Húncque debitorem si soluendo nõ sit, non corporaliter puniri,si ad cessionis beneficiũ se admitti petierit,quãuis dixerint Io.And.Abb.& Boër.in locis per Cou. vbi supra citatis,cõmunis*tamẽ opinio est in contrariũ,vt ex supr.alle- *
gatis patet,præsertim ex Cæpo.*in d.cons.cr.nono, n.4.vers. & ex prædict.* vbi dixit cõmunem * esse Doctorũ sententiam, *
quòd debitor ex delicto,etiãsi sit debitor priuati,nõ gaudet beneficio cessionis bonorum, & quòd ab ista sententia in iudicando recedendum non est, *ad not.in capitul.primo, &*

in c. ne

in c.ne innitaris, extra de constit. cum aliis ibi per eum allegatis. & sic loquitur Cæpol. prout alij sup. testantur qui de cõmuni opinione in contrarium loquuntur generaliter & indistinctè, etiam quòd delictum respiciat solum damnum & interesse priuati; dũmodo originem habeat ex delicto. & sic etiam generaliter concludunt rationes suprà deductæ, quia scilicet in actionibus ex delicto, vel quasi, item & in debito doloso cessio debitori non conceditur, conuenitúrq; debitor in solidum, & vltra id, quod facere potest, quia cessionis beneficium, quod dicitur miserorum subsidium, non debet esse dolosorum & delinquẽtium prẽsidium. & propterea D. Menoc. *in d. casu 447. in fi.* firmat propositam ampliationem, licèt ab ea dissenserit Couar. *vbi sup.* in cõtrarium allegatus, qui tamen Couar. & ipse etiam *in fi. d. n.* 8. testatur, non obstante pragmatica sanctione, de qua apud eum delinquentẽ inopem, tum ob damna, tum ob pecuniariam pœnã in satisfactionem priuatæ læsionis, mitti plerumque ad triremes, vt mercede publica ibidẽ remigis officio fungatur, donec ex mercedis pecunia dãnum priuatum sarciatur, & sic per indirectum, iudicio meo, adhuc luunt in corpus. [& hanc eandem ampliationem, respondendo contrariis, latissimè comprobat Ludo. Peguer. *d. decis. crim. 6. per totam*, quem omnino videas in materia.] vide *infrà sub n. 34. versi. si verò is.*

8 ¶ Sed quid, † si aliquis sit debitor fisci, non ex contractu, minùs etiam ex delicto, sed ratione alicuius gabellæ vel collectæ, quæ subditis imponi solet pro quantitate bonorũ per eos possessorũ, iuxta notata per Cast. *in l. propter, C. de cess. bo.* an isto casu idem debitor non habens in bonis debeat vel carcerari, vel luere in corpus, vel etiam admitti ad cessionis beneficium? Vide D. Ioseph. Lud. *in alleg. sua decis. Peru. 32. n.* 2. vbi post Brun. *in tra. de cess. bonorũ, in noua quæst. quartæ principalis quæstionis, n. quarto*, concludendo dicit, quòd si debitor vult cedere bonis, ad hoc vt liberetur à solutione dictarum collectarum, & tunc aut est soluendo, aut non: si nõ est soluendo, admittitur ad cessionem bonorum, vt per Cyn. *in l. prima, in tertia quæst. C. de cess. bonorũ*, & Io. Fab. *in §. fi. Inst. de actio.* si verò est soluendo, & tunc capietur, non tamen carcerabitur, sed sub aperta & libera custodia, & sub cautione, donec soluerit, in palatio retinebitur, ad tex. *in l. nemo carcerem, C. de actio. tribut. lib.* 10. quem sic propterea interpretandum esse dixerunt Bal. *in l. prima, col. 2. vers. quæro, nunquid debitor fisci*, & ibi Sal c. *colum. tertia, versic. quæro tertiò, debitor fisci, & c. eodem titu. de cess. bonor.* aliàs si debitor ipse esset soluendo, & ad cessionis beneficium admitteretur in fraudem fisci, non obstante tali cessione potest ad eandem collectarum solutionem cogi, vt post alios, quos allegat, tradit idem Brun. *dict. q. 9. in princip.*

9 ¶ Amplia II. Propositam regulam, † vt procedat, cùm reus delinquens fiscíque debitor deficiat in solutione partis pœnæ, in qua condẽnatus est, etiam quòd esset solutus nummus; adhuc enim poterit isto casu Iudex pro defectu solutionis pœnæ in illo nummo pœnam aliquam corporalẽ imponere, vt per Bal. *in l. fi. in vltimis verbis, C. de sepulc. violat.* Alex. *in l. si quis id quod, n. 5. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. si seruus, §. plurimũ, in fi. ff. si quis caut. & in l. fin. in prin. ff. de verbo. obligat.* Ias. *in auth. qui rem, n. 7. C. de sacrosanct. Eccles. & in §. pœnales, n. 51. Inst. de act.* Corset. *in tract. de minim. num. trigesimoquinto*, Fel. *in c. ad liberandum, in tertio notab. de Iudæis.* Purp. *in l. Imperium, n. 335. ff. de iurisd. omn. Indi.* Boër. *decis. 349. n. 8. vers. quinimò, si talis, &c.* Soc. *reg. 81. in 1. ampliatione*, Tiraq. *in tra. de iud. in reb. exig. pag. mihi 52. ver. 28.* De communi testantur* Gomez *in §. pœnales, n. 18. Inst. de act.* vbi etiam subdit, quòd licèt hæc opinio sit dura, quia tamen communis
* *est, non est ab ea in iudicando recedendum, Clar. in prac. d. q. 95. ver. quæro, quid si iste reus*, Viui. *in comm. opin. verbo, cedere volens, in fin.* D. Meno. *de arbit. q. casu 447. n. 8.*

¶ Limitando Hanc secundam ampliationem aduerte,
10 † quòd licèt contra eum apertè sensisse videantur idem Soc. *d. reg. 81. in 2. fall.* & idem Ias. *in d. §. pœnales, n. 50.* [*& in d. l. si quis id quod, n. vigesimooctauo*, Boër. *dec. 349. n. 8. ver. quia imm.*] ac etiã idẽ Tiraq. *in eo. tra. de iud. in reb. exig. pag. 33. vers. 7.* [Lud. Peguer. *d. decis. cri. n. 9.* vbi dixit hanc contrariã opinionem æquiorem:] tamen re vera inter istorum dicta nulla est contrarietas, quia in locis hîc modò citatis non loquuntur, quando reus condemnatus deficit soluere aliquam partem minimæ eius summæ, in qua condẽnatus existit, prout loquitur proposita ampliatio: sed quãdo delictum est adeò leue, vt pro eo à principio non possit imponi nisi minima pœna pecuniaria: hoc enim casu inquiunt Doctores præfati, non potest reus non habens in bonis, luere in corpus: quia, vt dicit Bald. *in l. quicunque, columna secunda, C. de seru. fugit.* propter leues abusiones non sunt pauperes in corpore puniendi, nec propter leues transgressiones potest aliquis in corpore flagellari, *vt in l. secunda, §. fi. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.* & huius declarationis exemplum potest poni, secundùm Soc. post Baldum, quem allegat, *in d. reg. 81. in secunda fall.* in eo, qui repertus est de nocte: nam si non potest soluere minimam illam pœnam impositam euntibus de nocte, non potest corporaliter puniri, licèt non habeat vnde soluat; & isto casu apud nos soletaliquantulum in carceribus detineri, & deinde relaxatur, attento quòd satis luit in dictis carceribus, & aliter facere esset iniquum, nedum rigorosum. Et facit pro hac limitatione, quia culpa leuissima nunquam potest corporaliter puniri, vt dixi *infrà, in tit. de peric. temp. q. 87. n. 85.* etiam in defectum pœnæ pecuniariæ, vt bene declarat Dec. *in c. 2. n. 41. de constit.*

¶ Amplia III. Eandem regulam † etiam procedere in 11
clericis, qui licèt quando sunt debitores ex causa ciuili, absq; eo quòd bonis cedant, nõ possint conueniri, nisi inquantum facere possunt, deductis necessariis alimentis, ad gl. Bart. & alios *in l. miles*, & ibi præsertim Ias. *colum. tertia*, & Ripa, *n. 7. ff. de re iudic.* item & gl. *in cap. studeat, 50. distinctio, c. Odoard.* & ibi Doctor. *de solut.* Felin. *in cap. cùm ex officij, colum. 1. de rescript.* Dec. *in c. reprehensibilis, n. 9. de appellat.* Neuizan. *cons. 59. n. secundo*, Capella Tholosa. *q. 246.* & ibi Aufrer. *in addit.* De communi* post præfatos quos allegat, testantur Couar. * *variarum resolut. lib. 2. c. 1. n. 9.* Dom. Menoch. *de arb. qu. lib. secundo, casu 183. n. vigesimonono, centur. secunda, & dixi infrà, in tit. de carcer. & carcerat. quæst. vigesimaseptima, in secunda limitatione sextæ conclusionis principalis.* † vbi tamen iidem cle- 12
rici sunt fisci, vel etiam priuati debitores ex delicto, pœnãq; pecuniariam propter eorum inopiam soluere non possunt; poterunt & ipsi sicut laici in corpus puniri, vt per eundem D. Men. *in eod. tract. de arbitr. quæst. lib. 2. cent. quinta, casu 447. n. 7.* & ante eum per Abb. *in cap. finem litibus, n. 15. de dolo & contum. & in d. c. Odoard. n. 9. ext. de solut.* Archi. *in c. si res, 14. q. 9.* & per Boër. *dec. 349. n. 11.* vbi dicit, de hoc esse textum cum gl. *in c. quia, in §. presbyteri, in vers. castigari, 5. q. 6.* dummodo tamen non à sæculari Iudice corporalis pœna infligatur, sed ab ecclesiastico, quem posse flagellis, & sic corporaliter clericum affligere vsque ad sanguinis effusionem exclusiuè probat tex. *in c. in Archiepiscopatu*, & ibi Abb. & Ana. *ext. de rapt. Vide infrà, q. 27. n. 72.*

¶ Amplia IV. Vt † reo non existente soluendo Iudex 13
non solũ possit simpliciter & nulla adiecta conditione, ipsũ in pœnam corporalem condemnare, vt suprà confirmatum est in regula, sed etiam conditionaliter pronũciare, & dicere; *Condemno putà Titium in cẽtum, quæ si nõ soluerit intra tale tẽpus, fustigetur, trãsmittatur ad triremes, vel quid simile*: tali. n. casu sententiam sic sub conditione latã valere dixit Ang. *in repet. l. nemo carcerem, in 1. col. C. de exact. tribut. lib.* 10. vbi licèt priùs firmauerit conclusionem, quod debitori fisci nõ possit fieri præceptum de soluendo: & in quantũ non sõluat intra terminum, quòd habeatur pro exbannito in persona, vel membro, per gl. *in l. fi. C. de iud.* ¶ Subdit tamen postea, quòd si Iudex habet merum imperium, potest condemnare delinquentem intra terminum, & si in termino non soluat, eundẽ condemnare vel in quarto plutis, vel etiam ad pœnã personalem: & ita ibidẽ testatur quotidie fieri per Rectores ciuitatum Iustitiæ. † Vbi verò Iudex non haberet merum imperium, tunc non posset ex causa omissæ solutionis reum cõdemnare ad pœnam quarto plutis, vel aliam corporalẽ, *per l. primam, C. de modo mulct.* cum aliis ibi per Ang. allegatis. Ad idẽ adducitur Bal. *in l. cùm Iudex. in fi. C. de sent.* vbi põderãdo ibi gl. pariter testatur, quòd inoleuit practica imponẽdi in sententia conditionaliter ratione contumaciæ pœnã corporalem in defectum pecuniariæ, & Specu. *in tit. de sentent. §. primo, vers. sed nunquid, si Iudex, num. quinto*, quem refert Alb. *in 1. parte stat. q. 93. quæ incipit, quæro an valeant condẽnationes, &c.* etiam dicit de consuetudine seruari, quòd valeant con-

demnationes,quòd si quis non soluat quinquaginta, soluat duplũ vel quadruplũ,& quòd cùm sit consuetũ sic fieri,ideo ita etiam obseruandũ est.quos omnes pariter refert,& sequitur August.ad Angel.*de malefic.in verbo,quas si non soluerit cũ quarto pluri,n.quarto,*& post Augustinum pariter refert Cla. *in pract.§.fi.q.93.versi.quæro,nunquid valet sententia*,vbi tamẽ *in fine illius versiculi*, dicit,quòd in loco,in quo non vigeret talis consuetudo, seu statutum sic condemnandi sub conditione reos in pœnam corporalem, si fuerint contumaces in soluendo pœnam pecuniariam, ipse non crederet talem conclusionem esse veram,neque eam in iudicando sequeretur, & Clarum sic vt suprà dicentem refert etiam Fla. Cart. post hæc scripta visus *in tract.de exequut.sentent.capto bannito,cap.fina.n.*288. Sed certè ego in Vrbe,& statu ecclesiastico, semper vidi & audiui propositam ampliationem seruari; & non semel,aut bis,sed sæpe ac sæpius vidi plures reos in pœnam pecuniariam condemnatos fuisse, & ad triremes transmissos, ac in arcem Ostiæ relegatos,ex eo quòd in termino sibi præfixo dictam pœnam non soluerunt.

15 ¶ Ampliando I. Hãc quartam ampliationem† aduerte, quod si Iudex condemnauit aliquem pro maleficio in certã pœnam pecuniariam, cum hoc, quòd si intra mensem non soluerit dictam pœnam,amputetur sibi pes, vel manus,aut alio modo corporaliter puniatur:si lapso termino dicti mensis condemnatus non soluerit dictam pœnam pecuniariam; & hoc non obstante Iudex vult,quod reus non corporaliter puniatur,sed quod soluat illam pœnam pecuniariam:è cõtrà autẽ reus vult potiùs pati pœnam corporalem, quàm pecuniã soluere; poterit isto casu Iudex pro solutione dictæ pœnæ pecuniariæ facere exequutionem in bonis condemnati, absque eo quòd contra ipsum exequatur pœna corporalis:si ita fisco magis expedire cognouerit,vt per Bart.*in l.cum duabus,§.fina.num.secundo,ff.pro soc.& in l.si frater,§.idem respondit,il secondo*,per illum text.*ff.eod.* Ang.*in l.si quando,§. hæres, ff.de legat.primo,& in l.si insulam,ad fi.ff.de verb.obligationib.* Alex.*in l.non solum,§.morte,circa finẽ,ff.de oper.noui nunciatio.* Roman.*in l.prima,§.& post operis,ff. eod.* refert & sequitur Ias. *in § pœnales,num.quadragesimoseptimo,& quadragesimooctauo, & ibi in additio. litera P,la prima, Instit. de actio.* & quamuis Imo.& Docto.*in l.si is,qui pro emptore,ff.de vsucap.* & Crot. *in consil.*111.*n.*1.*li.*1.prout illos refert,sed non sequitur Fla. Cart. post hæc scripta visus *in tra.de exeq.sent. capto bannito, cap.fi.* dixerint,quòd pœna pecuniaria per lapsum termini est transfusa in pœnã corporalem,& per consequens nõ potest ampliùs commutari; prima tamen opinio & æquior est, & * etiam magis communis,*sicut testatur Cartar. *in loco citato.*

16 ¶ Limita II.Eandem† quartam ampliationem,vt procedat,vt loquitur, quando scilicet Iudex in sententia præfixerit reo certum terminum ad soluendum pœnam pecuniariã: tunc.n.eo lapso,& pœna pecuniaria non soluta, potest contra eum exequi pœnam corporalem comminatam in cõtumaciam non solutæ pœnæ pecuniariæ.At secus si nullo præfixo termino in sententia Iudex dixerit,*Cõdemno in centũ,quæ si non soluerit,vel soluere non potuerit,fustigetur,vel trãsmittatur ad triremes,aut aliã corporalẽ pœnã patiatur*; tunc enim quòd tempus expectandũ sit,vt videri possit,an reus velit,vel valeat soluere pœnam pecuniariam, antequam deueniatur ad corporalem, varij varia dixêre. Aliqui enim voluerunt eodem tempore,vel parum post sententiã,Iudicem posse exequi pœnam corporalem,si condemnatus non soluerit pecuniariam:alij verò dixerunt,esse expectandum tempus decem dierum,ex quorum opinionibus relatis per Ange.*de malefi.in verbo,quas si nõ soluerit intra decẽ dies,amputetur sibi manus,n. sexto, & sequentibus*, illa videtur rationabilior, & seruanda, quòd scilicet debeat exspectari tempus decem dierum,argumento eorũ, quæ habẽtur *in l.si debitori,ff.de iudic.& in l.prima,ff.de iure delibor.* tradit Nell.post longam disputationem *in secunda parte secũdi tẽpor.quæst.*67.refert,& sequitur Aug. ad Ang.*de malefic.in loco citato,n.duodecimo*, vbi adhuc quòd talis terminus nõ currit,nisi precedente intimatione,& monitione per regulam, quòd Vbi sumus in facto negatiuo ad hoc, vt quis incidat in pœnam, semper requiritur monitio, *cap.extirpanda.*& ibi Inn Host.Io.Andr.Anto.de Butr.Abb.& Imol.*ext.de præben.*cum aliis ibi per Aug.vbi suprà allegatis.

17 ¶ Amplia V. Principalem regulam in tantum reo non existenti soluendo,posse per Iudicem imponi pœnã corporalẽ, vt qualis esse debeat ista corporalis pœna Iudicis arbitrio remittatur,vt probat tex.*in l.prima,§.vltim.ff.de pœn.* sequitur Ias.*in l.si quis id,quod,n.vigesimonono,ff.de iurisd. omn. Iud.*& tradit gloss.vlt.*in c finem litibus, ext.de dolo, & contumac.* volens Iudicis arbitrio puniri eum, qui condemnatus in expensis litis non habet vnde soluat,quam gl.probarunt ibidem Io.And.Imo.*in fine*, & Butr.*n.* 30.sicut eos referẽdo sequitur D.Men.*de arb.q. d. casu* 447.*n.* 3. & 4. Poterit igitur isto casu Iudex arbitrio suo, iuxta facti & personarum qualitatem,reo non existente soluendo, illum vel relegare, vel fustigari mandare, vel ad triremes transmittere; prout sæpius seruatum vidi,quãdo delicta erant turpia, & grauia, vel etiam funis ictibus affligendum in publico iubere,iuxta tex.*in d.l.si quis id quod,§.in seruos*,& ibi gl.*in verbo, torquendum,ff. de iurisd.omn.Iud.* & iuxta tradita per Paul. Ghirla.*in tract. de qu.& tort.q.*5.*num.* 6.*& q.* 7.*num.* 9. & per Conrad. *in pract.in tit.de negat.crim.& tormen.num.* 46.*pag.mihi* 304. *colum.* 2.*in fine*,prout pariter multò sæpius seruant moderni Iudices vel exilij, aut alia mitiori pœna eundem reum afficere: habita semper,vt dixi,& personæ discretione, & delictorum qualitate.

¶ Limita I.Propositam regulã† non procedere in Officialibus,qui licèt de rigore iuris, quando condemnantur in syndicatu, & non possunt soluere pœnam pecuniariam, in quàm fuerunt condemnati, deberẽt pœna corporali puniri; sicut puniuntur aliæ priuatæ personæ:de cõsuetudine tamẽ hoc non seruatur, quia tantummodo tenentur in carceribus,donec soluant,teste Bal.*in c.primo,§.Iudices, nu.secundo, & ibi in apostilla,de pace iuram.firm.* Paris. de Put.& Amad. *in tract.de syndic. in locis relatis* per Clar. *in pract. q.* 95. *sub vers.Et scias,&c.* Apostilla ad Bart.*in l. si Iudex,ff. de var. & extraord.cognit.* Iacob.de sancto Georg.*in l.si filiusfamilias,n.* 5.*ff.de iud.& in l.mancipia,n.*9.*C.de seru.fugit.* D. Menoch.*de arbitr.q.d.casu* 447.*n.*15. Et cùm, vt dicit Clarus *in loco citato*,hodie soleant Officiales in princip.eorum officij præstare idoneos fideiussores de stando in syndicatu,& parendo sententiæ syndicatorum: ratò contingit in pract. hæc limitatio, quia fideiussores prædicti soluunt pœnas pecuniarias, in quas dicti Officiales condemnantur. 18

¶ Limita II.Vt tunc demum† Iudex propter rei paupertatem possit loco pecuniariæ pœnæ, illi imponere corporalem;quando scilicet cognita eius inopia, id facit ante sententiam:secus si postea,vt per Blanc.*in p.crim. in §.verum quia quandoque,n.*112.*pag.mihi* 29. vbi dicit ita intelligere Bart.& alios *in l.prima,ff.ad Turpill.* Et declaratio est vera, quia Iudex lata sententia dicitur functus officio suo taliter, quòd non potest amplius illã mutare, seu corrigere, *l.Iudex posteaquam,ff.de re iud.* cum cumulatis per Capram *in concl.* 26. *per totam*, vbi latè de materia. 19

¶ Limita III. Eandem regulam procedere in pœnis pecuniariis ordinariis:secus in extraordinariis,vt in mulcta, secund.Bar.*in l. illicitas,§ fi.ff.de offic.præsid.* quem in proposito sequuti sunt Soc.*reg.* 81.*in vlt.fallent.in fi.* Ias.*in §.pœnales, n.quadragesimonono,Instit.de actio.* Brun.*de cessio.bon. in decimaseptima qu.quartæ principalis quæstionis,n.tertio*, isto enim casu mulctato reo nõ valente mulctam impositam soluere ob eius paupertatem,non potest Iudex illam in corporalem pœnam commutare;sed vel minuere, vel etiam remittere, si ita si bi visum fuerit,sicuti probat tex.*in d.l.illicitas, in fine*,& ibi Bar.*ff.de offi.præsid.& in l.eius,pariter in fine,C.de modo mulct.*& tradunt Ias.*in l.si quis id quod.n.*28.*vers.*4.*limita, ff.de iurisd.om.Iud.* Boss.*in tit.de mulctan.n.*18.De communi* * testantur Fernan.Vasq. *controu.Illust.c.* 24.*n.*.... Clar.*in pract. q.* 95.*vers.hæc autem omnia*, [Lud.Peguer. *d.dec.crim.*6.*n.*4.] & dixi aliàs *hoc eod.tit. q.* 18. *n.* 26. 20

¶ Limita IV. Vt† dicta regula procedat in seruis,aut aliis vilib. personis, secus in nobilib.aut aliàs honestis: hos enim non posse corporaliter puniri,etiã quòd soluendo non sint,tradidêre Bar.*in l.*1.§.*fin.ff. de pœn.* Ias.*in §.pœnales, num.* 14.& ante eum Aret.*Inst.de actio.* Soc.*reg.*81.*in* 4.*fall.* Sàl.*in l.& si seuerior,in* 3.*col.C.de his,qui not. infam.* idem Ias. *in l.si quis id quod,n.*28.*vers.Tertiò limita,ff.de iurisd.omn. Iudic. & in authen.adhæc in fi.C.de indic.* Fel. *in c.ad deliberandum, col.* 1.*de Iud.* Bero.*in c.secundo, numer. quadragesimosecundo*, vbi 21

alios

alios refert, *de confsit.* Ludo. Bologn. *in auth. habita, n. 225. C. ne fil. pro patre.* Blanc. *in sua prac. cri. §. verum, quia quandoque, n. 113. pag. mihi 29.* Nouel. *reg. 169. in tertia falle.* Paul. Ghirl. *in tract. de quæst. & tormen. quæst. 5. num. 6. & quæst. 7. num. 9.* Couarr. *var. resol. lib. 2. cap. 9. num. 4. in fine, vers. octauò quamuis regulariter.* Et ratio huius ampliationis est in promptu, quia si nobiles non valentes soluere pœnam pecuniariam possent corporaliter puniri, sequeretur absurdum, quòd punirentur maiori pœna, ea, quam meretur delictum per eos commissum *contra c. non afferamus, 14. qu. & in authen. omnes peregrini, C. comm. de succession. cum similibus*, absurdum
22 autem hoc ideo sequeretur; † quia in persona nobili omnis pœna corporalis, quamuis minima, est grauior quauis pœna pecuniaria, etiam magna, *l. in seruorum, in fin.* vbi Bart. *ff. de pœn.* idem Bart. *in l. 1. in fine. ff. eod. & in l. leuia crimina, col. 2. ff. de accusat.* Gramma. *voto 23. num. 23.* & licèt contra hanc limitationem senserit Gom. *in §. item si quis in fraudem, nu. 42. vers. secundò limita, Instit. de act.* cuius rationi bene respondet D. Menoc. *de arbitr. quæst. d. casu 447. n. 12.* & responsione prædicta non obstante, adhuc de eadem limitatione ex alia ratione dubitet, & de super cogitandum relinquat idem D. Menoch. *ibidem num. 13.* non tamen ab ea recedas in iudicando: quia, vt ex præallegatis apparet, ac etiam testa-
* tur D. Menoc. *in loco citato, num. 11.* communiter * à Doctoribus recepta est.

23 ¶ Limita V. Vt † eadem regula procedat volente & petente illo, cui pœna pecuniaria venit applicãda: secus eo nõ petente, vel inuito; quia tunc non potest Iudex pœnã pecuniariam in corporalẽ transmutare. vnde si ille qui cõdemnatur in pœnã pecuniariã, non sit soluẽdo, dicátque propterea se velle luere in corpus; ille autem cui dicta pœna pecuniaria debetur, dicat, Nolo quòd pecuniaria conuertatur in corporalem, sed volo expectare vsquequo efficiaris soluendo, ne mea extinguatur actio: erit isto casu electio non rei cõdẽnati: sed eius cui pœna debetur, tex. est *in l. si. in illis verbis*, ibi, *ex querel. patroni*, & ibi hoc expressè notãt Bal. Ang.
* & Cast. & cõmuniter * omnes *ff. de in ius vocã.* Bar. *in l. quòd si minor, §. si seruus, ff. de minor. & in leg. sed si vnus, cũ seruus, ff. de iniur. & in l. Stichus, ff. de pecul. lega.* Inn. & alij, *in c. Odoardus, ext. de solut.* Ias. post Aret. *§. pœnales, n. 46. & seq. Instit. de act.* Alex. *in l. quamuis, ff. de solut. matri.* Blanc. *in prac. cri. §. verũ, quia quandoque citato reo, & c. n. 107.* vbi adducit rationẽ. quia scil. nemo est dominus mẽbrorũ suorũ, Soc. *reg. 81. in 3. fall.* Frãc. Purpurat. *in l. Imper. nu. 334. ff. de iurisd. omn. Iud.* Iac. Nouel. *reg. 169. in secunda fall.* vbi aliam reddit rationẽ, quia scilicet inuita parte vnum pro alio solui nõ potest: dicitque post Bal. *in d. l. quòd si minor, §. si seruus, ff. de minor.* quòd interim reus debet remanere in carceribus, Cæpol. *cau. tertia, n. 1. vers. & aduerte, dum dixi, & paulò infrà in alio vers. item prædict. cautela est verax*, vbi post Ang. *in l. si seruus pluriũ, §. si quis autẽ, ff. de lega. primo*, dicit non posse pœnã pecuniariam transmutari in corporalẽ, quãdo illã sic reus procurasset, & affectasset, sequitur D. Menoch. *de arbit. q. d. casu 447. n. 15.* post Ias. *in l. si quis id, quod, n. 30. in fin. ff. de iurisd. omn. Iud.* De
* cõmuni * testantur Boër. *decis. 349. post n. 8. ver. 2. suis*, Clar. *in prac. q. 95. vers. sed quæro, quid sit pars, &c.* Brun. *in tract. de cessio. bonor. in 17. q. 4. principalis q. n. 2.* vbi post Arch. *in ca. si res, 14. q. 6.* prædicta intelligit procedere, quando pœna pecuniaria applicatur parti: secus si applicetur fisco criminaliter, & ad publicã vindictam; quia tunc eodem fisco volente pœna pecuniaria transmutatur in corporalem, etiã inuito accusatore; & idem etiam post Abb. *in c. Odoardus, col. 2. de solut.* Cou. *var. resol. l. 2. c. 1. n. 8. ante med. vers. hac verò cõmutatio.* vide ad materiã huius limitationis, quæ dicũtur *infrà in 8. limitatione, nu. 32. & seqq.* [& addo pro hac quinta limitatione, sic vt suprà declarata, latè comprobantem Lud. Peguer. *d. dec. cri. 6. n. 11. & seqq.* vbi *n. 13.* dicit, quòd si Iudex viderit re vera impotentiam soluendi in reo, & in actore duritiem; vt idem reus in carceribus relaxetur, poterit isto casu reum ex carceribus relaxare iniuncta pœna corporali, eius arbitrio, etiam ipso actore inuito.]

24 ¶ Limita VI. Seu potiùs declara, † eandem propositam regulã, vt quando reus in pecuniariam pœnam condemnatus subit pœnam corporalem, non volens dictam pecuniariam pœnam soluere, remaneat ab eadem pecuniaria pœna taliter liberatus, quòd nõ potest ampliùs vexari, & conueniri, etiã quòd efficiatur soluendo, ac quòd perueniat ad pinguiorem fortunam, *l. sed & si vnus, §. cùm seruis, ff. de iureiur. l. quæritur, §. minor, & §. si seruus, ff. si ex noxa. cau. aga.* Ia. post Are. *in §. pœnales, n. 47. Inst. de act.* Apostilla ad Soc. *reg. 81. in pri. in add. sub lit. A*, Ang. *in l. 4. n. 4. ver. in criminali verò, ff. de in ius voc.* post Io. And. quẽ allegat *in reg. peccatũ, de reg. iur. in 6.* Brun. *dec. Bon. d. q. 17. in 4. q. prin. n. 1. in fi.* Cæp. *d. caut. 3.* vbi ex hoc notat pulchram & vtilem cautelam pro condemnato carcerato pro pœna magna pecuniaria, quam soluere nõ possit, vt ad hoc ne in dictis carceribus moriatur, faciat per Iudicem sibi gratum inferri aliquam pœnam corporalem, & non vituperosam, vtputà torturam seci etè in palatio: qua illata statim remanet liberatus à pecuniaria condemnatione, nec poterit in futurum amplius molestari, etiam quòd efficiatur soluendo *per iura prælegata.*

¶ Limita VII. Vt † regula procedat prout loquitur in pœ- 25
nis descẽdentibus ex delicto, vel quasi secus in debito descẽdente ex contractu, vel quasi: debitor enim iste ex contractu non habens in bonis vnde soluere possit debitum, non luit in corpus, sed admittitur ad cessionem bonorum, iuxta *l. 1. & per tot. ff. & C. de cess. bon.* & in specie ita declarant Bal. & Castren. *in l. si. ff. de in ius voc.* Imol. & Canonistæ *in c. Odoardus, ext. de sol.* Ia. post alios, quos allegat antiquiores, *in §. pœnales, n. 43. Inst. de actio.* per tex. *in l. nemo carcerem, C. de exact. li. 10.* & est gl. *in c. si res, 14. q. 6. & in reg. peccatũ, in pri. de reg. iu. in 6.* Soc. *d. reg. 81. in 1. fall.* id. Bal. *in l. si. §. & si prafatã, col. 2. ver. & alij dicunt, n. 3. C. de iure deliber.* Noue. *d. reg. 169. in 1. fallẽt.* vbi dicit hoc sibi videri satis rationabile, & notabile, Franc. *in c. reprehensibilis, col. pen. sub n. 17. ver. sed contrarium tenuit gl. extr. de appel.* Brun. *de ces. bon. in 17. q. 4. q. pri. in fi. n. 3.* Boër. *dec. 349. n. 8. post prin. & n. 10. ver. & istã regulã*, Cæp. *d. caut. 3. n. 1. ver. item aduerte*, vbi ex hoc inferendo dicit, quòd hæc castigatio corporalis loco pecuniariæ pœnæ non potest fieri à Iudice ciuili, sed tantùm à Iudice habente cognitionem in causis criminalib. ad tex. *in d. l. fi.* ibi, *à præfecto vrbis, ff. de in ius voc.* & ibi Ang. & Doct. [Addo & pro hac 7. limit. Ludo. Peguer. *d. decis. cr. 6. n. 6.*]

¶ Svb limita Hanc septimam limitationem † non pro- 26
cedere in mercatoribus, seu etiã aliis dolosis & fraudulẽtis decoctoribus, qui non fortunæ vitio, sed eorum propria culpa & dolo in paupertatem deuenerunt. Hi enim non solùm non admittũtur à iure ad cessionem bonorum, vt per Bar. & Alex. & Doct. *in l. alia causa, §. eleganter, ff. sol. mat.* Cast. & pariter Doct. *in l. etiã, §. licèt ff. eo.* Rui. *cons. 90. n. 13. vol. 1.* Plot. *de in lit. iur. §. 4. n. 64.* Boër. *dec. 349. n. mihi 10. ver. & pro dec. q. nostræ facit*, & iterum *infr. in ver. & ista opinio fuit per curiã approbata, & dec. 215. n. 6.* Bru. *de cess. bonor. in 5. q. 4. principalis quæstionis, per tot. in discursu*, vbi latè Stracca *de decoct. part. 3. n. 8. & seqq.* vbi alios adducit antiquiores Doctores concordantes, ex quibus patet, hanc esse communem * opinionem. *
Verùm † etiam antiquo iure, vel carceri mancipabantur, ac 27
compedibus quindecim ponderis vinciebantur, teste Aulo Gellio, *li. 2. noct. Attic. ca. 1.* quem refert D. Men. *de arb. q. li. 1. q. 90. n. 14.* vel etiam creditoribus dilaniandi concedebantur, sicut meminit gl. *in l. 1. in gl. vlt. C. qui bon. ced. poss.*

¶ Hodie verò si decoctor remanet debitor in publica pecunia, fraudémq; in decoctione admisit, ictib. plumborũ subiicitur. *l. quilibet, C. de decur. li. 10.* declarant Stracca *in tr. de decoct. par. 3. n. 4. & 5.* & D Men. *d. q. 90. n. 16. & 17.* si verò non publicæ pecuniæ decoctor est, sed priuatorum debitor remanet: vltra infamiæ notam, quam incurrit, iuxta consil. Bal. 400. *in libris thesauraria, n. 3. lib. 5.* de quo meminere Brun. *in tr. de cess. bon. in 5. q. 4. princip. quæst. n. 1.* D. Men. *q. 9. n. 17. in fi.* & latiùs Strac. *de decoct. d. 3. par. n. 1. & 2.* ac etiã vltra, quòd officium mercaturæ in futurum vlteriùs exercere nõ possũt, iuxta *l. si aliquid. C. de suscept. & arch. li. 10.* & stellionatus crimine Iudicis arbitrio extraordinaria pœna puniuntur, vt per eundẽ Strac. *d. tr. de decoct. par. 3. n. 5.* per tex. *in l. 3. de cri. stelli.*

Sicut pariter, & extra ordinem Iudicis arbitrio puniri de- 28
bere eos, qui scientes, se non esse soluẽdo, faciũt se diuites, & plura cõtrahũt debita, arg. tex. *in l. pen. in fi. ff. de iure do.* tradũt Ay. *in cons. 310. in fi.* Cast. *in l. etiam, §. licet, n. 3. ver. itẽ quid, ff. sol. matr.* Bar. & Ale. *in l. alia causa, §. eleganter, ff. sol. mat.* Ale. *in c. cum non ab homine, n. 78. extra de in.* Plot. *in l. si quando, §. 4. n.*

62.C.*vnde vi*,Menoc.*de arb.q.casu* 381.*n.*25.*l.*2.[& bene faciunt scripta per Straccam,*de mercat.ti.de decoctor.par.*1.*n.* 33.]ac etiam facit doct.Bart.*in l.si prius quàm,post n.*10.*ver. fraus præsumitur,C.de iure fisci,l.*10.vbi dixit fraudem præsumi in eo, qui sciẽs se habere vel habiturũ esse creditorem, & eius bona non sufficere ad solutionem, nihilominus debitum contrahit & pecuniam, quam scit se non posse restituere,accipit,& impendit.Ideóque illũ fraudis arguendum & puniendum dixit Hier.Gabr.*consi.*82.*n.*5.*ver.nec refert,l.* 1.per tex.*in l.si quis cũ haberet,ff.de his quæ in frau.credit.*quos etiã refert,& sequitur Aluar.*de probat.lib.*2.*concl.*812.*n.*21.

29 Sic in Vibe†& statu ecclesiastico habemus Bullã sanctissimæ illius memoriæ Pij V. sub datũ Romæ apud S.Petrum 5.Kal.Nouembris, anno 1570.contra fraudulentos,& dolosos decoctores promulgatam;qua huiusmodi generis homines adeò furibus & latronibus similes esse affirmat, vt ab illis in nihilo differãt, nisi vt quod eis cum vitæ suo periculo agitur,hoc decoctoribus non impunè liceat,& propterea vltimi supplicij pœna, sicut fures plecti debere iubet,& mandat.Nec prædicta Bulla(licèt,vt verũ fatear,tanquam nimis rigorosa nunquã seruata fuerit) ratione caret, quia,vt inquit Strac.*in d.trac.de decocto.part.*3.*n.*7.*in fi.*adeò decoctorũ numerus hodie increscit,vt propterea,ex illorũ seuerissima animaduersione maxima oriatur mercaturæ salus,arg.tex.*in l.aut facta,in fi.ff.de pœn.*Necnon multũ dissimilis decreti in dominio Mediolani existentis meminit Plot.*de in lit.iuran.*§.4.*n.*36.quo cauetur, quòd quicunque mercator,seu negotiator,vel artifex exercendo pecunias,& tractando bona priuatorũ,fugam fecerit, nõ satisfactis suis creditoribus, vbi capiatur, furcis suspẽdatur,vel ad tritemes perpetuò mittatur, arbitrio Principis & Senatus, de quo decreto ex Caroli V. Imperatoris constitutione emanato mentionem fecit et ã Iod.*in pract.cri.rub.de viol. templorũ,c.*106.*n.* 17.& Cou.*var.resol.*2.*c.*20.*n.*14.*ver.nec Iasonis argum.ad fin.*

30 ¶ Limita tam en præcedentem sublimitationem, † vt procedat,sicut loquitur in eo,s.fallito & decoctore,qui effectus fuit non soluendo sua culpã, dolo vel vitio: secus si vitio fortunæ; vt putà propter infortunia, successa, vtputà hostiũ incursus, ventorũ marisq; violentiã,aut quid simile: tunc enim sic effectus non soluendo,& decoctus:nec infamis est,nec punitur,nec cessionis beneficio priuatur;sicuti apertè hanc rem declarant Paris.*cons.* 94.*n.*58.*l.*1. D.Men. *de arb.q.l.*1.*d.q.*90.*n.*19.Strac. *in d.tra.de decoct.par.*3.*nu.*2. *ver.si igitur quæramus,n.*3. *ver.dic igit. distinguẽdo*, per tex.*in l.diuus,ff.de offi.præsid.* Brun.post Sali.quẽ allegat *in tract. de cessio.bono.q.*5.4.*q.principalis,n.*2.*ver. quod declarat*, Sal, nec

31 dissentit Bulla præfata Pij V.*in ver.non aduersa fortuna*, &c.

¶ Sublimita iterum†proximam præcedentem limitationem , vt procedat in eo , qui simpliciter ex solo vitio fortunæ,& ex successis infortuniis nullo prorsus suo dolo, aut vitio præcedente effectus est non soluendo, ac decoxit. Secus in eo , qui partim ex vitio fortunæ, & partim ex suo dolo in paupertatem deuenit. Is inquam perinde habetur, ac si ex suo tantùm vitio, ac defectu decoxisset,etiam quòd aliqua passus sit infortunia ; & propterea punitur,& cessionis beneficio priuatur.Sic apertè hanc materiam declarando explicat Straccа *vbi suprà, in d. tract.de decoctor.par.*3.*d. num.*2.*ver.si igitur quæramus, & num.*3.*ver.dic igitur distinguendo,& num.*21.*versic.defendi tamen posset Baldus.*

32 ¶ Limita VIII. Propositam†principalem regulam non procedere in eo , qui tenetur pœna pecuniaria ratione dãni & interesse,quod aduersario resarcire tenetur ob delictum commissum.Hoc enim casu non potest Iudex pro suo arbitrio illam pœnam pecuniariam in corporalem cõmutare, etiam quòd reus non habeat in bonis,& soluendo non sit,vt per Abb.Ias.Frã.& alios,quos refert,& sequitur D. Men.*de arb.q.l.*2.*casu* 447.*n.*16.Nec dissentit Brũ.*in tra.de cess.bon. in* *17.q.*4.*principalis q.n.*2.*ver.si verò ad interesse,*vbi quòd si quis ad interesse cõuenitur,siue ex cõtractu,siue ex quasi delicto agatur , tunc conuento non habente vnde soluat,non fiet in corporalem pœnam cõmutatio , sed expectabitur,donec ad pinguiorem fortunam deuenerit,*vt in c.Odoard.* & ibi Abb. *col.*1.*in opp.*post Io.And.*ext.de sol.*sequitur Aufrer.*in add.ad Capel.Thol.q.*61.*incip.item fuit quæsitum, an cessioni bonorũ*[& latè hanc octauam limitationem defendit Lud.Pegue.*d.dec. crim.*6.*n.*1.*& seqq.vsque ad n.*6.]¶ Et licèt Io.Fabe.*in* §.*fin.*& ibi etiã Ias.*n.*13.*vers.& per hoc infert Io.Faber,&c.* Io.de Platea,quem allegat cõtra hanc limitationem,dixerint,† quòd 33
si quis iniuriarum actione agendo concludat ad pecuniam, & sic ciuiliter;& reus condemnatus bonis cedat,non tamen ideo liberet se,sed pecuniaria pœna in corporalem resoluatur: ex eo tamen non est eorum conclusio vera, per præallegata,vt in specie Fab.& Ias.reprobando adnotauit Brun. *in loco citato.*& propterea non recedas à proposita limitatione,illam tamen declarando,*vt in seq.n.*34.

Sublimitando præcedentem limitationem aduerte, †quòd licèt rursus contra eandem limitationem apertè etiã 34
tenuerit Gomez.*in* §.*pœnales,n.*16.*in fi.Inst.de act.*cuius opinionem D.Men.*d.casu* 447.*n.*17. posse etiã saluari crediderit in casu,in quo pœna hæc pecuniaria applicatur parti potiùs ob meram pœnam,quàm ob damni emendationem:[& secundùm hanc contrariam opinionem, quam latè à cõtrariis defendit Lud.Pegu. *d.deci.crim.*6. testetur ita aliàs apud eũ fuisse resolutum,in regio Criminali Catalonię consilio:] tu tamen pro solutione omnium eorum , quæ hincinde in proposita materia deduci possent,& pro declaratione dictæ octauę limitationis distinguendo dicas , quòd quãdo agitur de pecunia applicanda parti ob damna,& interesse ; si is,cui dicta damna,& interesse debentur, non consentit cõmutationi in pœnam corporalem, sed vult reũ remanere in carceribus,donec soluat:vel excarcerari,ac expectare,donec ad pinguiorem fortunam deuenerit;& tunc siue agatur de pecunia applicãda parti solùm ob damna & interesse passi, siue etiam ob meram pœnam & publicam vindictam ; indistinctè dicas Iudicem non posse reum non existentem soluendo corporaliter punire, per rationes & Doctorũ authoritates sup.deductas,*n.*23.*in* 5.*limit.*& secũdùm istos terminos procedit , & intelligenda est præsens octaua limitatio.

¶ Si verò is,cui interesse & damna ob delictum passa debentur,consentiat & petat reum non existentem soluendo, corporaliter puniri,& tunc dubium nó est, Iudicem debere reum non habentem in bonis corporaliter punire, vt suprà pariter deduxi *in hac ead.qu.n.* 7. nec dissentit Couar. *varia. resol.lib.*2.*c.*1.*n.*8.*post prin.vers.sed & si ea pœna,&c.* vbi satis eruditè more suo loquendi dicit , quòd si pœna sit satisfactio,emenda & æstimatio damni ob crimen illati,tunc licèt respectu damnum passi sit interesse ; quia tamen ob delinquentis culpã vera pœna censetur,idcirco prætextu inopię in corporalẽ cõmutatur,*c.finem litibus* , & ibi Abb. *in* 2.*col. de dolo & cõtumac.c.reprehensibilis*,& ibi gl. *in ver.propriũ*,& Fran.*in* 3.*col.ext.de appella.*Ias. *in l.si quis id,quod,n.*28.*ff. de iurisdic.omn.Iudi.*[& cũ hac distinctione longam disputationem pertransit etiam Lud.*d.decis.crim.*5.*n.*15.*& seqq.*]

¶ Iam ferè sunt lapsi duo anni , in quibus titulum hunc *De delictis,& pœnis* , inchoatum vix in præsenti die , qui est decimus mensis Aprilis 1586. ad finem perducere potui. Ne credas,Lector, quòd in illius studio semper elaborauerim,quia domesticæ curæ,maleuolorum oppressiones , susceptáque demum eorum patrocinia , qui in criminalibus præsertim iudiciis opera mea indiguerunt,ferè semper adeò me impeditum tenuerunt,vt non nisi nonnullis paucis , & interruptis diei vel noctis horis,huic incumbere potuerim. Sit autem in his,sicut in omnibus , Deo Patri laus,summæque Christo decus.

Finis Tituli de Delictis , & Pœnis.

INDEX

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM, VERBORVM, AC SENTENTIARVM,

QVÆ IN HOC PRIMO TOMO PRIMÆ Partis Praxis, & Theoricæ criminalis continentur.

A

ABolitio generalis delictorum à Principe ob aliquam putà lætitiam delinquentibus concessa, ad quæ delicta extendatur, vide infrà, ver. *Gratia generalis.*

Abortus crimen non præscribitur, infrà, verb. *Præscriptio.*

Absens inquiri an possit, quæstio. 1. n. 69. pag. 11.

Absens damnari non potest in pœnis à relegatione supr. præterquam in crimine læsæ maiestatis, & aliis delictis, de quibus in q. 11. n. 1. pag. 129

Absentis contumacis bona de iure communi annotantur, quæ si infra annum compareat, recuperat; secus si post annum, quia tunc auditur quoad personam, non quoad bona, ibid. n. 2. ead.

Absentes hodie de generali cõsuetudine in quocunque graui crimine diffinitiuè condemnantur in pœnã mortis, & confiscationis bonorum. Et si comparent ante sentẽtiam, omnia eò vsque acta sunt resoluta in vim simplicis citationis. Si verò post sententiam, absque alio processu dicta sententia contra eum exequitur, ibid. n. 3. & 5. & per totam quæstionem, ead. & p. 130. vbi latè quando hoc verum sit, & cætera ad hanc materiam supple, infrà verbo, *Bannitus*, verbo, *Contumax*, & verb. *Bannum.*

Absens quomodo citetur & condẽnetur in Vrbe, & de eius practica, ibid. n. 44. vbi etiam quid extra Vrbem. p. 142

Absens ex iusta causa banniri, & vti contumax condemnari non potest, ibid. n. 52. p. 147

Absentia citati si Iudici allegatur, quando Iudex debeat concedere terminum ad faciendum absentem comparere, ibid. num. eod. ead.

Absentes innocentes minimè collectari possunt pro delicto commisso per vniuersitatem, q. 24. n. 119. p. 315

Absentes, infirmi, senes & infantes possunt collectari, quãdo communitas tenetur de damno illato in eius territorio, ibid. n. 200

Absolutus semel, ampliùs molestari non potest, quæst. 4. n. 1. p. 23

Absolutus semel non potest iterum molestari, etiamsi fuerit processum per viam inquisitionis, & tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, ibid. n. 3. p. 24

Absolutus semel, seu condemnatus, an possit iterum accusari super noua qualitate non deducta in iudicio absolutionis, ibid. n. 4. p. 25

Absolutus in foro pœnitentiæ, potest iterum molestari in foro fori, ib. n. 5. ead.

Quod procedit siue pœnitentia sit secreta, siue etiam publica, ib. n. 6. ead. & p. 26

Absolutus à Iudice Ecclesiastico, quando possit iterum molestari à Iudice seculari, distingue plures casus, de quibus ibid. n. 7. & seqq. p. 26

Absolutus semel potest iterum molestari, si fuit absolutus per collusionem & præuaricationem Iudicis, ibid. n. 13. p. 27

Absolutus semel, sed ignorante eo, qui suam vel suorũ prosequitur iniuriam, potest iterum molestari, & quomodo probetur isto casu ignorantia, ib. n. 20. 21. & 22. p. 29

Absolutus ab obseruatione iudicij potest iterum inquiri, ib. n. 23. ead.

Absolutio quando dicatur diffinitiua, & quando ab obseruatione iudicij, ibid. n. 24. ead. & p. 30

Absolutus ex eo quòd fiscus, seu accusator non probauit, an possit iterum inquiri, ib. n. 27. & 28. p. 31

Absolutus in dubio, an quis præsumitur diffinitiuè vel ab obseruatione iudicij, ibid. num. 28. ead.

Absolutus ab obseruatione iudicij non potest iterum accusari, etiam nouis superuenientibus indiciis, transacto tempore, de quo ibidem, n. 29. p. 32

Absolutus ab obseruatione iudicij, de iure canonico non potest ampliùs ab eodem accusatore accusari ab alio, ibi. numer. 30. ead.

Absolutus per transactionem nõ prohibetur iterum accusari à fisco, seu ab alio quàm ab eo, cum quo transegit, à quo nullatenus accusari iterum potest, ibid. n. 31. 32. 33. & sequentibus, vbi etiam de materia. ead. & p. 33.

Absolutus à crimine incidenter intentato potest iterum de eodem crimine molestari, ibi. num. 39. pag. 34

Absolutus, seu condemnatus à crimine ciuiliter intentato, an possit iterum de eodem crimine criminaliter accusari, ibi. n. 40. & 41. ead.

Absolutus potest iterum inquiri, si post absolutionem absolutus fateatur delictum, ibi. n. 43. p. 35

Absolutus à crimine intentato per viam denunciationis Euangelicæ, potest iterum inquiri, ibi. num. 42. ead.

Absolutus per compositionem non potest iterum molestari, etiam nouis superuenientibus indiciis, ac etiamsi fuerit processum per viam inquisitionis, q. 5. n. 4. p. 37

Absolutionem petens ab excommunicatione, an tacitè fateri dicatur se excommunicatum, ibid. n. 26. p. 44

Absolutus seu condemnatus in loco delicti, an possit iterum inquiri in loco originis, seu domicilij, & è contrà, q. 7. numero 26. p. 65

Absolutio à iuramento petitur coram Ecclesiastico Iudice, q. 8. n. 143. An remaneat postea Iudex in causa principali, n. 144. p. 103

Absolutione à iuramento concessa, Iudex causæ principalis potest de iniquitate & nullitate illius absolutionis cognoscere, ibi. n. 145. ead.

Absolutus, qui per torturã purgauit indicia, an nouis superuenientibus indiciis possit iterũ molestari, q. 4. n. 26. p. 30

Absolutus an sit diffinitiuè, vel ab obseruatione iudicij reus, accusatore non probante, ibi. n. 27. & 28. p. 31

Absolutus per gratiam factam à Principe, an, & quando molestari possit, & de materia vide infrà, verb. *Gratia*, in discursu.

Accusationis forma, q. 12. n. 2. p. 172

Accusationis materia, per quos generaliter tractetur, ibi. ead.

Accusatio ad hoc vt valeat, quæ requirantur, ibi. ead.

Accusare in priuatis delictis nemo potest, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, ib. n. 7. ead.

Accusare in publicis delictis vnusquisque potest, nisi prohibitus reperiatur,ibi.n.8. ead.
Accusare vnusquisque potest etiam in priuatis delictis. Vbi pœna fisco applicatur,ibid.n.9. ead.
Accusare potest filiusfamilias, etiam sine patris licentia,ibi. num.10. pag.173
Accusare potest etiã forensis in delictis publicis,ibi.n.11.ead.
Accusare quando possit clericus,distingue, vt ibi.n.12. ead.
Accusatio quid sit,num.2. pag.172
Accusare an possit frater fratrem, pater filium, & vir vxorem,& è contrà,ibi.n.53.in 11.limitatione. pag.178
Accusandi ius an cedi possit.eo.n.53. ead.
Accusari an possit clericus à laico. Vide infrà,ver. *Laicus.*
Accusare quando possint milites,q.12.n.14. pag.174
Accusatio an debeat continere locum & tẽpus.ibi.n.2.p.172
Accusare quando possit minor,distingue,vt ibi.n.15.p.174
Accusatio de quo crimine admittatur,ibi.n.2. ead.
Accusare quando possit mulier,ibi.n.16. p.174
Accusare quando possint infames, distingue, vt ibidem, n. 17.& seq. p.175
Accusare quando possint criminosi, distingue, vt ibi.n.17. 21.& seq. ead.
Accusare quando possit constitutus in peccato mortali.ibid. num.22. ead.
Accusatus quando possit pendente contra ipsum iudicio accusatorem reaccusare,ibi.n.23. ead.
Accusare quando possit excommunicatus. Vide infrà,verbo, *Excommunicatus.*
Accusare quando possint inimici. Vide infrà,ver. *Inimicus.*
Accusare nõ potest,qui à testimon.repellitur.q.12.n.37.p.176
Accusare quando possint pauperes. Vide infrà,ver. *Pauper.*
Accusare an possint serui liberti,& monachi,q.12.sub n.60. pag.179
Accusare an quis alium possit nomine alieno,ibi.n.51.p.178
Accusator etiam inhabilis admittitur parte non opponente, ibidem,num.54. ead.
Accusatoris inhabilitas an debeat opponi ante litem contestatam,ibid.num.55. ead.
Accusatoris officium an sit laudabile,& an liceat Christiano aliquem accusare criminaliter,ibid.n.60. pag.179
Accusatorem inhabilem an Iudex possit ex officio repellere,ibidem,num.56. pag.178
Accusator etiam inhabilis potest suam,vel suorum iniuriam prosequi,ibi.n.57. ead.
Accusator quando dicatur prosequi suam vel suorum iniuriam.ibid. n.58. ead.
Accusare etiam possunt inhabiles in delictis exceptis & enormibus,ibid.n.59. p.179
Accusandi ius super nece defuncti competit proximioribus, exclusis remotioribus,q.13.n.2. p.180
Accusandi ius & transigendi super nece defuncti competit filiis & nepotibus,aliis exclusis,etiam quòd fuerint emancipati,ac etiam quòd se abstinuerint ab hæreditate patris, ibid.n.3.& seqq. ead.
Accusandi ius competit proximioribus, etiam quòd remotiores in accusando præuenerint,ibid.n.6. ead.
Accusandi ius competit proximioribus, etiam hærede scripto excluso,ibid.n.8. ead.
Accusandi ius competit parentibus & aliis ascendentib. vsque ad infinitum,ibi.n.3. ead.
Accusandi ius competit etiam affinibus,putà socero, socrui, genero, nurui, vitrico, nouercæ & priuigno,ibi.n.13. vbi declaratur materia. p.181
Accusandi ius super nece viri competit vxori. Amplia primò,in sponsa.de præsenti.
Amplia secundò,etiam quòd non sit hæres.
Amplia tertiò,vt præferatur aliis consanguineis,ibid.n.14.& 15.Sed quid si transit ad secunda vota,vel luxuriosè vixerit,n.16.& 17. ead.
Accusandi ius super nece defuncti competit compatri,commatri,ac filio spirituali, sed non ad exclusionem aliorum consanguineorum,ibid.n.8. p.180
Accusari qui & quot possint in vno & eod.libello,q.12.n.2. p.17
Accusandi ius an competat monacho & monasterio super iniuria monacho illata, & quid super nece monachi, vel patris ipsius monachi,q.13.n.19.& seqq. p.182
Vbi etiam à quibus debeat haberi pax, & an possit monachus accusare generaliter,q.12.sub n.60. p.179
Accusandi ius pluribus consanguineis in eodem gradu existentibus omnibus competit,nec vnus excludit alium,qu. 13.n.27. p.184
Fallit,quia qui primo præuenit contestando litem,aliis præfertur etiam eiusdem gradus,n.28. ead.
Fallit secundò in coniuncto maximè defuncto amico, qui præfertur coniuncto non ita amico,n.30. ead.
Accusandi ius competit fratri vtrinque coniuncto, excluso fratre vterino tantùm,ib.n.29. ead.
Accusandi ius competit amico super nece defuncti amici, ibid.n.31.ea. Amplia etiam ad exclusionem hæredis scripti,n.35. ead.
Limita, vt non per hoc ab eo excludantur consanguinei, d.n.35. ead.
Limita secundò in simplici, & non inueterato amico, n. 33.& seqq. ead.
Accusandi ius non competit filio adoptiuo,ib.n.37.& seqq. ea.Limita in adoptato ab aliquo ascendente.
Limita secundò in filio adoptiuo qui hæres sit, num. 46. p.185
Accusandi ius super nece patris non competit posthumo, nec eius tutori,ib.n.48.& seqq. ead.
Accusandi ius super nece patris,spuriis non competit, ib. n. 51.sed contrà,n.57. p.186
Distingue,quòd naturales,qui patrem agnoscunt,possunt accusare,n.68. p.188
Secus spurij,nati scilicet ex damnato coitu, vel ex publico scorto,n.61.& 62. p.187
Amplia,vt nec etiam nepotes legitimi ex spurio filio possint mortem accusare,n.64. ead.
